461

Digitized by Google

Ling. Lat. ~~180~~ 724.

Ling. Latina.
Collect. Phrasium.
Pg. 501.

Digitized by Google

Digitized by Google

CICERONIS
DE ORATORE
LIBRI TRES.
ACCEDIT
EJUSDEM
BRUTUS,
SIVE
DE CLARIS ORATORIBUS
LIBER UNUS.
ET
ORATOR
AD M. BRUTUM.
EX RECENSIONE
GUILELMI
GOTTLEBII ERNESTI.
EDITIO SECUNDA CASTIGATIOR.
VOLUMEN I. — II.
LIPSIAE,
IN LIBRARIA WEIDMANNIANA.
MDCCLXXIV.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

CAROLUS Sextus Divinâ Favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium Univerſis, quòd cùm nobis Noſter, Sacriq; Imperii fidelis dilectus Joannes Meyer Typographus Moguntinus humillimè exponi curârit, quem in modum *Caroli Deſiderii Royer Florilegium Oratorium* prelo committere reſolverit, vereatur autem, nè æmulorum

invidiâ hanc editionem imitantium impendii & laboris ſui fructu fruſtretur. Ideóq; Nobis demiſſè ſupplicârit, quatenùs ejus indemnitati Privilegio noſtro Cæſareô ſuccurrere clementiſſimè dignaremur; Nos ſubmiſſæ pariterac æquæ ejus petitioni annuendum cenſuerimus; ac proinde Authoritate Noſtrâ Cæſareâ omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, & aliis quibuscunque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus, & interdicimus, nè quis ſupra nominatum *Royer Florilegium Oratorium* ſub hoc, aliove titulo per decem Annorum ſpatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii & Regnorum, Ditionúmq; Noſtrarum hæreditariarum fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſumvè impreſſum apportare citra præfati Impetrantis, ejusdemque Hæredum ac Succeſſorum voluntatem & aſſenſum in ſcriptis obtentum auſit vel præſumat; Si quis verò ſecùs faciendo Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare, contemne-

temneréque præſumpſerit, eum non ſolùm ejusmodi Exemplaribus ubicunque locorum repertis perperam quippe recuſis, ſeu apportatis (quæ dictus JOANNES MAYER ſive propriâ authoritate, ſive Magiſtratûs illius loci auxilio ſibi vendicare poterit) de facto privandum, ſed & decem marcarum auri puri pœnâ Ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo, & parti læſæ ex æquo pendendâ, omni ſpe veniæ ſublatâ mulctandum decernimus, dummodò tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte Libri impreſſus reperiatur, & conſueta quinq; Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur; Mandamus itaq; omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii, Regnorúmq; & Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum ſubditis & fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, cujuscunque ſtatûs, gradûs, dignitatis aut Ordinis fuerint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu exiſtentes, vel ſuo, vel Superiorum ſuorum loco, Jus, Juſtitiámque adminiſtrant, nè quemquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum

violare, ſpernere, aut transgredi patiantur, ſed, ſi quos contumaces comperierint, conſtitutâ à Nobis mulctâ eos puniri, & quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenùs & ipſi graviſſimam noſtram indignationem, prædictamque pœnam evitare voluerint. Harum Teſtimonio Literarum manu Noſtrâ ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appreſſione munitarum; Dabantur Laxenburgi nonâ Junii Anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſeptimo, Regnorum Noſtrorum Romani decimo ſexto, Hiſpanicorum vigeſimo quarto, Hungarici & Bohemici verò decimo ſeptimo.

CAROLUS m. p.
(L.S.)

Vt Frid. Carl. Comes de Schönborn
m. p.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.
H. Hayeck de Waldſtätten
m. p.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

FLores, quos jam anno ætatis meæ decimo quarto colligere cœpi, Tibi modò Senio proximus exhibeo, BENEVOLE LECTOR, ut poſt mortem meam habeas aliquam recordationem mei. Suprà millenos libros ad hoc Florilegium concinnandum adhibui. Sicut enim Apiculæ Roſis aurum diripiunt, Liliis argentum exportant, thymum ſugunt, crocum exſorbent, caſiam ebibunt, & hæc omnia libamina in unum ſaporem confundunt; Sic ſiquid exquiſitum & elegans alicubi comperi, id ad uſum meum ſolicitè congeſſi. Nam ut ait Seneca: *Apes debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt*, & ut Virgilius noſter ait: *Liquentia mella ſtipant, & dulci diſtendunt nectare cellas: Ita quidquid lectione collectum eſt, ſtylus redigat in notas.* Atque in hoc imitari volui doctiſſimos quosque Viros, qui ad prodigioſam prorſus eruditionem, hoc uno tramite Excerptorum pervenerunt. Tales præ cæteris fuêre C. Plinius Secundus, Panegyriſtes nobiliſſimus; Aulus Gellius, eruditiſſimus ille Noctium Atticarum Scriptor; Seneca modò memoratus, inter veteres Scriptores laudatiſſimus, & virtutis ſtudio pænè Chriſtianus; & ut innumeros alios præteream, Juſtus Lipſius, eruditionis primæ, judicii maximi, ſcriptis eruditiſſimis jam pridem Orbi notus; qui eligendo & excerpen-

Digitized by Google

do tantum Librorum numerum elucubravit. Hinc ipsius Dictum solemne: *Non colligo, sed seligo.* Audiamus verò præclara, quæ hâc in re monita nobis reliquit. *Exerat se*, inquit ille, *& vagetur per Scriptorum omne genus, legat, videat*; & FLORES EX OMNI PRATO CARPAT, AD HANC ELOQUENTIÆ COROLLAM. Item: *Phrases enotari velim, quæcunq; insigniores aut nitidiores occurrent; Verbáque quæcunque rara, nova, aut novo sensu seu flexu usurpata.* Item: *Phrases & Verba meliora undique assumas; & formes, ut sic dicam, cutem illam Orationis tuæ externam. Ut enim è fonte, quod haurimus nostrum est, quisq; tamen suo vase: sic è communibus illis Scriptoribus; sed quilibet pro suo judicii modo*, &c.

Aliunde vota desideriaque multorum, qui tale Opus hactenus tam enixè concupierunt, explere volui. Inter alios celeberrimus ille Rhetor, Paulus Sperling, Gymnasii Hamburgensis ante annos 94. Rector, 1e. Jan. Anno 1612. ad Michaëlem Ziegenhorn, super Enchiridio Phrasium Theodorici Morelli sic scripsit: *Habent quidem hi Indices apud multos speciem quandam puerilem; sed interim ad puritatem, commoditatem & copiam loquendi, ac scribendi valdè necessariam: quamvis copiam fortasse majorem ac perfectiorem hîc quidam requirent. Quod in ejusmodi sæpe Libellis desiderare Joannem Sturmium, & Melchiorem Junium, Præceptores meos omni observantiâ colendos memini. Atque utinam tandem exoriatur aliquis Coactor & Digestor, qui ejusmodi nobis in hoc genere Enchiridion* [*FLORILEGIUM*] *colligat, vel conscribat, quod integram Linguæ Latinæ supellectilem accumulatam, & artificiosè dispositam atque instructam habeat! Quod sanè Posteritas nec inveniendo queat, nec agendo, nec immutando efficere præstantius. Sed dum istum PARADISUM expectamus, utamur interim hisce Floscu-*

lis,

Digitized by Google

lis à magnis Viris nobis relictis ; & laudemus eos qui laboranti hâc in parte Eloquentiæ laborant ſuccurrere, &c. Sicut enim hactenus permulti utiliter laborârunt in conficiendis Apparatibus Poëticis, quorum adminiculo facilior eſſet Orationis ligatæ, ſive Verſuum compoſitio : Sic ego à puero jam ſimilem Apparatum Oratorium adornare cogitavi, quo expeditior Orationis ſolutæ elucubratio reddi poſſet. Addideram Symbola, Hieroglyphica, Fabulas, Adagia, aliásque eruditiones multas : at cum Opus in nimiam excreſcere molem viderem : illa omnia expungenda, ſolumque ea relinquenda duxi, quæ quandam in Verbis & Sententiis elegantiam haberent.

Intactam hîc relinquere non poſſum effrenatam illam, hominéque Chriſtiano parum dignam calumniandi decipiendíque licentiam Meyffarti ; qui in ſuo Mellificio Oratorio, Amplificationes ex Oratoribus Catholicis à ſe excerptas, tam ſiniſtrè & impertinenter pervertit & intorquet, ut quæ illi in vituperium Hæreticorum in medium proferunt, hic Papæ, Divo Ignatio aut aliis Viris ſanctis applicare audeat ; econtra verò Elogia, quibus illi Romanos Pontifices aliósque Viros inſignes exornârunt, hic peſſimâ ariolandi aut potiùs circumveniendi arte, in Religionis avitæ & orthodoxæ hoſtes transferre præſumat. Ego hoc in Florilegio meo neminem vexo, aut pungo ; latinitatis & elegantiarum Flores unicè conſectans, dicteriorum verò ſpinas ſtudioſè declinans.

Hoc igitur Florilegium benevole Lector humaniter accipe, & hiſce ex probatiſſimis Authoribus collectis Floribus fruere & vale.

Digitized by Google

MODUS LEGENDI
AUTHORES ALIQUOS HOC IN OPERE CITATOS.

ÆN. Sylv. -	*Æneas Sylvius.*
Æl. - -	*Ælianus.*
Alb. -	*Albertus Magnus.*
Al. Rup. -	*Alanus de Rupe.*
Alc. - -	*Alciatus.*
Aldobr. -	*Aldobrandinus.*
Anacl. -	*Anacletus Papa.*
Anaſt. -	*Anaſtaſius.*
Anon. -	*Anonymus.*
Anſ. - -	*Anſelmus.*
Antiph. -	*Antiphanes.*
Antiſt. -	*Antiſthenes.*
An. Pad. -	*Antonius de Paduâ.*
Antonin. -	*Antoninus.*
Ap. - -	*Apollonius.*
Apul. -	*Apulejus.*
Arnob. -	*Arnobius.*
Arr. - -	*Arrianus.*
Avan. -	*Avancinus.*
Aug. - -	*Auguſtinus.*
Bahus. -	*Bahuſius.*
Baſil. -	*Baſilius.*
Bellar. -	*Bellarminus.*
Bern. -	*Bernardus.*
Bonar. -	*Bonarſcius.*
Bonav. -	*Bonaventura.*
Buſſ. -	*Buſſieres.*
Cæſ. -	*Cæſar.*
Cæſ. Arel. -	*Cæſarius Arelatenſis.*
Calixt. P. -	*Calixtus Papa.*
Calp. Fl. -	*Calpurnius Flaccus.*
Caſſiod. -	*Caſſiodorus.*
Cauſ. -	*Cauſſinus.*
Chryſol. -	*Chryſologus.*
Chryſoſt. -	*Chryſoſtomus.*
Cic. - -	*Cicero.*
Clem. Al. -	*Clemens Alexandrinus.*
Clim. -	*Climacus.*
Colum. -	*Columella.*
Com. Græc.	*Comici Græci.*
Compt. -	*Comptonus.*

Curt.

Digitized by Google

MODUS LEGENDI

Curt. - - *Curtius.*
Cypr. - - *Cyprianus.*
Cyrill. Jer. - *Cyrillus Jerosolymitanus;*
Diadoc. - *Diadocus.*
Dion. Areop. - *Dionysius Areopagita.*
Dion. Carth. - *Dionysius Carthusianus.*
Drex. - *Drexelius.*
Ennod. - *Ennodius.*
Ephr. - *Ephræm.*
Epict. - *Epictetus.*
Erasm. - *Erasmus Roterodamus.*
Evag. - *Evagrius.*
Eucher. - *Eucherius.*
Eum. - - *Eumerius.*
Fab. - - *Fabius Quintilianus.*
Fulg. - *Fulgentius.*
Gaud. - *Gaudentius.*
Gell. - - *Gellius.*
Gers. - - *Gerson.*
Gilb. Angl. - *Gilbertus Anglus.*
Gloss. Int. - *Glossa Interlinearis.*
Greg. Th. - *Gregorius Thaumaturgus.*
Guin. - *Guinisius.*
Halic. - *Halicarnassæus.*
Haym. - *Haymonius.*
Hayn. - *Hayneuve.*
Heliod. - *Heliodorus.*
Hier. - *Hieronymus.*
Hil. - - *Hilarius.*
Hor. - - *Horatius.*
Hugo C. - *Hugo Cardinalis.*
Hugo V. - *Hugo Victorinus.*
Innoc. - *Innocentius.*
Jo. Cass. - *Joannes Cassianus.*
Jo. Clim. - *Joannes Climacus.*
Jo. Dam. - *Joannes Damascenus.*
Isid. Pel. - *Isidorus Pelusiota.*
Isoc. - - *Isocrates.*
Jugl. - - *Juglaris.*
Just. M. - *Justinus M.*
Knitt. - *Knittel.*
Lact. - - *Lactantius.*
Laur. Just. - *Laurentius Justinianus.*
Lib. - - *Libanius.*
Lips. - - *Lipsius.*
Liv. - - *Livius.*
Lud. Com. P. - *Ludovicus Comes Palatinus.*
Lud. Ep. Tol. - *Ludovicus Episcopus Tolosanus.*
Max. - *Maximus.*
Max. M. - *Maximus Martyr.*
Min. Fel. - *Minucius Felix.*
Naz. - *Gregorius Nazianzenus.*

Nier.

Digitized by Google

Nier. - *Nierembergius.*
Nigr. - *Nigronius.*
Non. - *Nonius.*
Nyſs. - *Gregorius Nyſſen.*
Orig. - *Origenes.*
Ovid. - *Ovidius.*
Pac. - *Pacianus.*
Pet. Cell. - *Petrus Cellenſis.*
Pet. Dam. - *Petrus Damiani.*
Pet. Rav. - *Petrus Ravennas.*
Philoſt. - *Philoſtratus.*
Plin. II. *vel* Sec. - *Plinius Secundus.*
Plut. - *Plutarchus.*
Pont. - *Pontanus.*
Procop. - *Procopius.*
Prop. - *Propertius.*
Proſp. - *Proſper.*
Pub. S. - *Publius Syrus.*
Quint. S. - *Quintilianus Senior.*
Rab. - - *Rabanus.*
Rich. V. - *Richardus Victorinus.*
Ruf. - *Rufinus.*
Rup. Tuit. - *Rupertus Tuitenſis.*
Sal. - - *Salluſtius.*
Salv. - - *Salvianus.*
Schröt. - *Schrötterus.*
Scrib. - - *Scribanius.*
Sen. - *Seneca.*
Sid. - *Sidonius.*
Simpl. - *Simplicius.*
Sixt. Ph. - *Sixtus Philoſ.*
Soc. - - *Socrates.*
Steinbr. - *Steinbruccius.*
Stob. - *Stobæus.*
Sym. - *Symmachus.*
Syn. - *Syneſius.*
Tac. - *Tacitus.*
Ter. - *Terentius.*
Tertull. - *Tertullianus.*
Theſ. - *Theſaurus Emanuel.*
Th. Aq. - *Thomas de Aquina.*
Th. Kemp. - *Thomas de Kempis.*
Turn. - *Turnerus.*
Val. M. - *Valerius Maximus.*
Ven. B. - *Venerabilis Beda.*
Vinc. Ferr. - *Vincentius Ferrerius.*
Vinc. Lyrin. - *Vincentius Lirinenſis.*
Virg. - - *Virgilius.*

* * *
* * *

ELO-

Digitized by Goog

ELOGIA
QUORUNDAM AUTHORUM, HOC IN FLORILEGIO CITATORUM.

AMBROSIUS. Quis Ambroſio Italico peregrinior in dictis ? (*Antonin.*) Qui ſcripſit ad Sororem opuſcula, in quibus tanto effudit eloquio, ut quidquid ad Laudes Virginum pertinet, exquiſierit, expreſſerit, ordinârit. (*Hier.*)

ATHANASIUS. Sanctiſſimus Orbis oculus, Sacerdotum Anti-Sacerdos, ſuæ profeſſionis Magiſter, pietatis Doctor, fidei ſuſtentaculum, Secundus CHRISTI præcurſor ac Lampas. (*Naz.*) Alexandriæ Urbis Sacerdos, eximiun conſtantiæ & virtutis exemplum ; quem hæreticæ perſecutionis procella non contrivit, ſed probavit ; qui ſimilem ſemper ſplendenti ſpeculo vitam habens, priùs pœnè adeptus eſt Martyris meritum, quàm Confeſſoris caperet dignitatem. (*Joan. Caſſ.*)

AUGUSTINUS. Quis Auguſtino Africano fundatior & acutior ? (*Antonin.*) Validiſſimus malleus Hæreticorum. (*Bern.*) Litterarum omnium Magiſter egregius. (*Caſſiod.*) Qui tanta ſcripſit, ut diebus ac noctibus non ſolùm ſcribere ejus quisquam, ſed nè legere quidem poſſit. (*Iſid. Hiſpal.*) Excelſus Philoſophus inter magnos nominatus, liberalium Artium

 ſaga-

ſagaciſſimus indagator. (*Petr. Bleſ.*) Acer ingenio, ſuavis eloquio, ſæcularis litteraturæ peritus, in Eccleſiaſticis laboribus operoſus, in quotidianis diſputationibus clarus, in omni ſua actione compoſitus, in expoſitione ſuâ fidei noſtræ Catholicus, in quæſtionibus ſolvendis acutus, in revincendis Hæreticis circumſpectus, in explicandis Scripturis canonicis cautus. (*Proſper.*) Ingenium Mundi. (*Knitt.*)

BASILIUS. Baſilius M. Joſeph fuit Secundus, ac novus frumenti diſtributor (*Greg. Naz.*) Oculus eſt Orbis, magnifica vox ac tuba, regiúsque dicendi ſplendor. (*Idem.*) Fidei fulcimen, veritatis canon, Eccleſiæ character, canities prudentiâ referta, Humanæ vitæ ac virtutis victor, fidus Miniſter, Sacerdos magnus, Spiritûs S. habitaculum. (*Idem.*) Columna & ſtabilimentum Eccleſiæ, luminare mundi, corona gloriationis ſanæ, Chriſtianorum pater, patriæ fulcimentum, regula fidei, legatus veritatis. (*Idem.*) Paſtor acceptabilis Eccleſiæ populi, Regalis Sacerdotii conſors, circumamictus veritate CHRISTI, ovium aries, divinæ fidei Magiſter inclytus; qui vivens, & poſt obitum magnis coruſcavit miraculis. (*Anon.*)

CATO. Viva & expreſſa virtutis imago. Qui cum vitiis Romanorum bella geſſit.

CICERO. Quo viro nihil gravius, nihil ſuavius, nihil eloquentiâ ſuâ dignius. (*Sen.*)

CHRYSOSTOMUS. Conſtantinopolitanorum Antiſtitum decus, cujus ſanctitas absque ullâ gentilitiæ perſecutionis procellâ, ad Martyrii merita pervenit. (*Joan. Caſſ.*)

CYPRIANUS. Gloria Chriſtianorum, Orbis univerſi nomen, divitiis clarus, potentiâ conſpicuus, genere cognitus; flos juventutis, naturæ ſtatua, eloquentiæ princeps. (*Naz.*) Qui inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus. (*Hier.*) Vir ſanctiſ-

ſimus

ſimus perinde ac doctiſſimus, facundus olim Carthaginenſis Rhetor. (*Drexel.*)

DAVID. Fortis in bello, patiens in adverſis, in Jeruſalem pacificus, in victoriâ manſuetus, in peccato dolens, in ſenectute providus, in Pſalmorum modulis profundus. (*Ambr*)

DEMOSTHENES. Frequens & magnus auditor Platonis : quo nec Athenæ magis Atticæ fuerant. Quem mirabantur Athenæ Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri. Græcorum Oratorum lex & norma benè dicendi. Qui unus inter omnes emicuit omni dicendi genere.

DIONYSIUS AREOPAGITA. Quis eo altior? Quis in ſermonibus Leone Papâ rutilantior ? (*Antonnus.*)

FULGENTIUS. Afer, Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus ; in Confeſſione fidei clarus, in Scripturis divinis copioſiſſimè eruditus, in loquendo dulcis, in dicendo ac diſſerendo ſubtilis. (*Iſid. Hiſpal.*)

GREGORIUS M. Splendidiſſimum Scientiæ ac doctrinæ jubar ; qui cùm olim jam vitâ functus ſit, etiam nunc tamen authoritate ac fide vivit. (*Joan. Caſſ.*) Romanæ ſedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris DEI plenus, & humilitate ſummus ; tantoque per gratiam Spiritûs S. ſcientiæ lumine præditus, ut non modò illi præſentium temporum quisquam Doctorum, ſed nè in præteritis quidem par unquam fuerit. (*Iſid. Hiſp.*)

HIERONYMUS. Homo doctiſſimus, & omnium trium linguarum peritus. (*S. Auguſt.*) Catholicorum Magiſter ; cujus ſcripta per univerſum Mundum, quaſi divinæ lampades, rutilant. (*Joan. Caſſ.*) Sapientiæ & eloquentiæ miraculum ; in linguis græcâ, latinâ, hebraicâ & in ſacris litteris peritiſſimus, conſilio & prudentiâ diſſertiſſimus, ſanctitate

Digitized by Google

conſpicuus, vitâ & moribus probatiſſimus. (*Thom. Villan.*) Dalmata purpuratus (*Knitt.*)

HILARIUS. Qui gallicano cothurno attollitur, & Græciæ floribus adornatur. (*Hier.*) Eximius DEI Sacerdos ; qui à manu Domini non recedens, in DEI ſemper digito quaſi gemma rutilavit. (*Joan. Caſſ.*)

HOMERUS. Poëtarum antiquiſſimus ; quem ſeptem Urbes ſibi vendicârunt. Phœbus ille Poëtarum : Cujus tempora incerta , verba certiſſima : Qui multa animo vidit , lumine cæcus erat. (*Nigron.*)

HORATIUS. Latinus Pindarus : Lyricorum Princeps : Venuſinus ille Vates : Romanæ fidicen Lyræ.

JOB. Juxtà ſecundis atque adverſis rebus irreprehenſibilis, patiens, gratus DEO , vexatus doloribus, ſed conſolatus. (*Ambr.*) Simplex per innocentiam manſuetudinis, rectus per cautelam diſcretionis. (*V. Beda.*)

ISOCRATES. Eloquentiſſimus juxta & ſapientiſſimus Scriptor.

LACTANTIUS. Quaſi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ. (*Hier.*)

LIPSIUS. Eruditionis primæ, judicii maximi, Regius Profeſſor & Hiſtoricus annis pluribus Lovanii, Scriptis eruditiſſimis jam pridem orbi notus. (*Drexel.*) Vir ævi ſui Phœnix. (*Idem.*) Nervoſus Scriptor, & plenus ſucci. (*Idem.*)

MURETUS. In Rep. Chriſtiana Tullius. (*Drex.*)

NIE-

Digitized by Google

NIEREMBERGIUS. Joannes Euſebius Nierembergius, Societatis JESU verè columen, verè lumen perenne, nulli non hominum doctrinæ façem præſtans ſuæ. Quantum Patri huic Chriſtiana debeat Reſpubl. haud facile erit calamo exprimere; cum ſtudioſiſſimus quisque animo complecti vix poſſit. Is enim unus eſt, innumera qui dedit volumina, quibus Chriſtianam Philoſophiam, Hiſtoriam ac Theologiam illuſtravit. Ecquam ille animorum provinciam non penetrat? quam ſub CHRISTI jugum ſacris Eloquentiæ armis non mittit? Ecquos non juvat, inſtruit docetque? Idque tam plenâ exequitur manu, ita imprimit efficaciter, ut intellectui ac voluntati, quà ſpeculationis acumine, quà affectionis dulcedine occurrat, animum ſedulò oblectans, afficiens, ac ſuprà ſenſuum aleam penè elevans. Evolvat quisque obſecro ejus libros cœleſti eruditione manantes, & non divini modò aliquid iis ineſſe liquidò conſpiciet; ſed ſuperâ quâdam face accendetur, divinúmque in ſe ſentiet calorem. *Paul. Ant. de Tarſiâ.*

ORIGENES. Qui in ſcripturarum labore, tam Græcos, quàm Latinos, operum ſuorum numero ſuperavit. (*Iſid. Hiſp.*) In quo plura adeò præclara, adeò ſingularia, adeò mira extiterunt; ut habendam cunctis Aſſertionibus ejus fidem, quivis ille facilè judicaret, &c. (*Vincent. Lirin.*) Neque verò hæc in ſolo illo erant; ſed tanta etiam vis ingenii tam profundi, tam acris, elegantis, ut omnes pænè multùm longéque ſuperaret. (*Idem.*) Eloquentiam verò quid memorem? Cujus fuit tam amœna, tam lactea, tam dulcis Oratio; ut ex ore ipſius non tam verba, quàm mella quædam fluxiſſe videantur. (*Idem*)

PLATO. Hæreticis Religioſior, ut qui eundem DEUM & juſtum, & bonum confeſſus eſt. (*Irenæus.*)

Sapien-

Digitized by Google

Sapientisſimus Philoſophorum, Princeps & Magiſter. (*Cic.*) Princeps ingenii & doctrinæ: Ille Philoſophorum quaſi Deus: Moſes Atticus: Qui Philoſophiam de cœlo devocavit: Non ſolùm intelligendi, ſed etiam dicendi gravisſimus Author. Divinus ille Philoſophus.

PLAUTUS. Decima illa Muſa. Qui inter Comicos familiam ducit. Cujus verbis Muſæ uterentur, ſi Latinè loquerentur. Audite Noveno Choro Fratrem additum, jocoſum Patrem, riſuum, facetiarum.

PLINIUS. Illum Promumcondum rerum omnium ſcitu dignarum, illud receptaculum ingenuarum artium, illum eruditionis oceanum C. Plinium, quis unquam ſatis pro dignitate, vel admirari, vel celebrare poterit? (*Muret.*) Naturæ Panegyriſtes nobiliſſimus. (*Drexel.*) Perſpicacisſimus Naturæ Myſtes. (*Idem.*)

PLUTARCHUS. Qui ſummam Philoſophiæ ſcientiam cum Hiſtoriarum eloquentiâ conjunxit.

PONTANUS. (*Jacobus*) In politiori litteraturâ vir oppidò eruditus. (*Drexel.*) Digniſſimus ſenex, qui in Parnaſſo inter libros conderetur immemoriali memoriâ, quam ſibi ſcriptis peperit. (*Idem.*)

RUFINUS. Chriſtianæ Philoſophiæ Vir: haud contemnenda Eccleſiaſticorum Doctorum Portio. (*Joan. Caſs.*)

RUPERTUS TUITIENSIS. Homo undecunque doctisſimus, ingenio ſubtilis, ſcientiâ clarus, eloquio dulcis, & ornato lepore decorus. (*Trithem.*)

SEDULIUS. Poëta Evangelicus, Orator facundus, Scriptor Catholicus. (*Odilo Abb.*)

SENECA. Latinorum Philoſophus: Præſtantiſſimus animorum Medicus: Optimus Magiſter peſſimi illius Neronis.

TER-

Digitized by Google

TERTULLIANUS. Creber in Sententiis; quibus nihil pulchrius, nihil doctius, nihilq; latinius. (*Hier.*) Sicut Origines apud Græcos, ita Tertullianus apud Latinos, omnium facilè princeps judicandus eſt. (*Vincent. Lirin.*) Quid enim hoc viro doctius? Quid in divinis atque humanis rebus exercitatius? Nempe omnem Philoſophiam, & cunctas Philoſophorum Sectas, Authores, Aſſertorésque Sectarum, omnésque eorum diſciplinas, omnem hiſtoriarum ac ſtudiorum veritatem, mirâ quâdam mentis capacitate complexus eſt. (*Idem.*) Qui ingenio tam gravi ac vehementi excelluit, ut nihil fuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliſerit. (*Idem.*) Jam Orationis ejus laudes quis exequi valeat? Cujus quot pœne verba, tot ſententiæ ſunt; quot ſenſus, tot victoriæ. (*Idem.*)

THOMAS AQUINAS. In populo DEI ductor & doctor, vitæ ſpeculum, pœnitentiæ forma, ſanctitatis exemplum. Cui ſic infuderat DEUS Sapientiæ ſpiritum abundanter, ut eſſet inter doctos doctior, inter ſapientes ſapientior, inter optimos melior, inter humiles ſocius, inter maximos major. (*Petr. Bleſ.*) Præco verbi divini, tuba Evangelii, amicus Sponſi, Columba Cleri, oculus cœci, pes claudi, Sal terræ, patriæ lumen, miniſter Altiſſimi, Vicarius CHRISTI, Chriſtus Domini. (*Idem.*) Cujus tota converſatio erat ſchola honeſtatis, morum ædificatio, & ſtructura ſalutis. (*Idem.*) In judicio rectus, in diſpenſatione induſtrius, in præcipiendo diſcretus, in loquendo modeſtus, in conſilio circumſpectus. (*Idem.*) Parciſſimus in cibo recipiendo, in donando largiſſimus, in carne Angelus. (*Idem.*) Religioſorum gloria, deliciæ plebis, timor principum, DEUS Pharaonis. (*Idem.*) Sapientia ac ſanctitatis magnum jubar. (*Drexel.*)

Digitized by Google

ELOGIA AUTH. HIC CITATORUM.

VINCENTIUS FERRERIUS. Magnus Vir & Prædicator, lux Ordinis Prædicatorum, Universi gloria, Ecclesiæ decus & ornamentum. *B. Alanus de Rupe.*

VIRGILIUS. Qui cantu Musas, Phæbúmque æquavit honore. Latinus Homerus: Mantuanus ille Vates: Poëtarum Plato: Cujus terga omnes Poëtas spectare notum est; ipsum esse extrà metas. Poëtarum Princeps: Conatus ultimus Musarum.

Digitized by Google

A

AARON.

ADJUNCTA. Magnus, inclytus, facundus, infulatus, Pharaoni Regi cedere neſcius; non ſolum eloquendi facultate prædituſ, ſed etiam diſſerendi ſubtilitate acutus; facundus ad eloquendum, ſubtilis ad diſputandum; nimio indulgentior, à patriâ extorris. PHRASES. Filius Amram, Frater Moſis. Summus apud Hebræos Sacerdos. Summus Legis Sacerdos. Pontificum Princeps, & Principum Pontifex. Moſis Socius. Mitratæ conſtantiæ exemplum. Qui efficacia verba ad Pharaonem fecit, ipſo Dictatore DEO eloquens. Cujus Baculus, grandium rerum patrator, ut fortiùs obſtinatum Regem percuteret, miraculo floruit, ne ſcilicet aridus citiùs diſſiliret, aut frangeretur in præfracto. Qui ſtetit ſanctè conſtans, dum caderet Pharao, impiè pertinax. Quem mors optata littora proſpectantem oppreſſit.

ABBAS. Abbt. *Abbè.*

SYNONYMA. Antiſtes, Præſul, Prælatus, Archimandrita, Cœnobiarcha. ADJUNCTA. Venerandus, religioſus, gratioſus: dignitate magnus, virtute major. PHRASES. Aſceterij moderator, Moderationis, ſapientiæ, perfectionis religioſæ exemplar ſuis prorſus numeris abſolutum.

ABEL.

ADJU. Innocens, pacificus, inſons, pius, à fratre præ invidia occiſus. PHR. Alter à Caino Adami Filius. Virgineus Paſtor. Primorum hominum ſecunda pro-

les, & primum funus. Juvenis mortalium innocentissimus. Primogenitus mortis. Rudimentum Martyrum, & cohortis purpuratæ primicerius. Qui Parentibus suis malè curiosis, qûid rei mors esset, necis suæ præposteritate monstravit. In quo occubuit quarta mundi pars, quam ille Posteris implevisset. Qui cùm primùm DEO sacrificare voluit, victima factus est & Sacerdos. Qui reperit Pastoritiam, Artium innocentissimam, optimi Principatûs imaginem: Nam errantium pecudûm populo sub legem misso, regale munus & gregale permiscens, pedum pro sceptro gestavit. Itaq; Rex inter oves, ovis inter Reges, obsequentissimæ Lanigerorum Reip. imperando serviit, serviendo imperavit: Villis, non jugulo tributum imposuit. Petebat sine naufragio phryxeas opes è causâ: nam pro auro vellus erat: & germanum vocabulum retinente pecuniâ, pecus tondebat, non populos.

ABRAHAM.

ADJU. Credulus, sanctus, justus, sacrificus, fidelis, in Chaldæâ natûs, profugus & palabundus. PHR. Magnus Patriarcha. Credentium Pater. Novæ victimæ mactator. Humanissimus Homicida. Sanctorûm Parens. Hebrææ stirpis origo. Ex inani Patre multorum Pater. Polyonymus. Juvenum sapientissimus, senum fortissimus, hominum maximus, parentum optimus. Qui neque adictum tremuit, neque ad infanticidium horruit. Qui cùm inter siderum cultores Autorem siderum coleret, patrium cælum amittere maluit, quàm adorare.

ABSALON.

SYN. Absalo, Absolomus. ADJU. Perfidûs, audax, rebellis; demens, infelix, projectè audax, impius. PHR. Filius Davidis aureâ cæsarie decorus, crinibus è quercu pendulis, *vel*, pensilibus notus. Paterni thalami violator. Qui incestum Sororis oppressorem necavit.

AB-

Digitized by Google

ABSTINENTIA. Mäſſigkeit. *Abſtinence.*

SYN. Modeſtia, continentia, mediocritas, moderatio, modus, ſobrietas, frugalitas. ADJU. Longa, ſana, dura, ſancta, immoderata, admirabilis, ſumma, incredibilis, provincialis, epulis inimica: gratâ DEO, amica naturæ. PHR. Modicus cibus, parcus victus. Soror virtutis, ſocia vitæ temperatæ modeſta, nobilis, elegans, paucis contenta, ordinata, & ſuis functionibus deſtinata. Quæ oblectationem in ciborum uſu ſitam moderatur, adeo ut nec in ciborum excedamus copiâ immoderata ingluvie: nec aviditate nimiâ modum temporisq; præſcripti leges negligamus. Sanitatis conſervatrix, gloriæ progenetrix, omnis vitæ noſtræ moderatrix. Fidelisſima nutrix integritatis, firmisſimum præſidium ſalutis ſempiternæ.

AMPLIFICATIONES. Abſtinentia eſt quædam quaſi Arx munitisſima cum omnibus vitiis pugnare cupientium, & fortisſimorum CHRISTI militum clauſum ad omnes aditus caſtellum, quod qui tenuerunt, uti oportebat, facilè furorem teterrimorum hoſtium eluſerunt. * Ex Abſtinentiâ tanquàm radice naſcitur vita, ſanitas, alacritas, induſtria, rerum honeſtarum ſtudia, & omnes actiones dignæ animo benè morato. Divitem docet modeſtiam: pauperem, parſimoniam: virum, continentiam: fœminam pudicitiam: ſenem, quâ ratione mortem à ſe defendat: juvenem, ut firmiorem ſpem vitæ habeat. * Eſt in hâc virtute tanta vis, tanta dignitas, tantus ſplendor: ut ſinè eâ cæteræ nec elucere, nec cohærere queant; & quod eſt commune virtutum omnium, huic uni tanquam proprium, & ſuum tribuatur. Reprimit enim corporum libidines, tuetur & cuſtodit caſtitatem, avocat mentem à curis viliſſimis fluxarum rerum, ad divinas & æternas contemplandas convertit. Diminuit de onere, quo illa deprimitur ad terras: auget curſûs in ſempiternam illam domum celeritatem: magnificè ſentientes & loquen-

quentes de ſe compeſcit ; ſubmiſsè ſe gerentes & ſui cognoſcentes excitat, ſuperbiam & contumaciam contundit; alit animi ſubmisſionem & modeſtiam, ſatisfacit DEO de peccatis & maleficiis admisſis, impoſterum nè plura committantur, obſtat; offenſionem illius magni patris, ſi quam habemus, delet : ſi quam timemus, vitat ; corporis valetudinem ſuſtentat ; mentis ſordes eluit; ſtultam & ſcûrrilē loquacitatem repudiat; ſobrietatem & moderationem ſemper amplectitur; denique ut omnia paucis comprehendam, omnium vitiorū fluctus à noſtrâ pernicie depellit, pectus omnium virtutum moderatione tranquillat, Diabolos exterret, cæleſtes recreat, placat mundi hujus Fabricatorem & ſcelerum vindicem ſeverisſimum. Eſt verò ſtolidus atque amens, qui ſinè hujus præſidio virtutis, conſequi cæteras,& indomiti corporis tanquam ferocis & exultantis equulei effrænatos impetus, cibi copiâ & bonitate, atque omni indulgentiâ retardare ſe poſſe confidit. Mens enim immoderato obſtupefacta potu atque paſtu, nihil magnum & excelſum cogitare poteſt, & diſtentus cibo vinóque venter ad ſupera & cæleſtia evolare conantem cogitationem abjicit ad libidinem. Itaque Servator ille omnium gentium Chriſtus JESUS, cum omnes appetitiones haberet ſuâ ſponte obedientes rationi : tamen ut nos doceret, ſiquando reluctantes relinquere & abjicere conarentur obedientiam, quo pacto poſſemus eas rationi præbere ſubjectas, priusquàm ad inſtituendos homines aggrederetur, quadraginta dies & totidem noctes in vaſta ſolitudine ita vixit, ut nihil unquam cibi caperet, neque potionis. Quod cùm illi vereres incolæ ſolitudinis & habitatores avidiùs rapuiſſent, Paulos dico, Antonios, Hilariones, Arſenios, Hieronymos, quando nullo prorſus vivere non poterant, certè tam modico & tam tenui victu utebantur; ut nunc eorum continentia propter homines magis, quàm propter rem credibilis eſſe videatur. Elixúm

Digitized by Google

xum aut aſſum aliquid capere, luxuriem intolerabilem ducebant: alii tertio aut quarto quoque die, ſucco herbarum aut paucis caricis ſemimortuum corpus reficiebant; alii pane tantùm & ſale ſe ſe tolerabant, alii per pauculis cariotis alebant frigida membra: alii hebdomadarum inediâ carnis laſciviam & appetitûs furorem ſuperare contendebant: atque omnes eodem ſtudio & ardore in Exercitu Chriſti militantes, ſimulacrum corporis magis, quàm corpus ægrè trahebant. * Magnus eſt cumulus ad laudem Abſtinentiæ, re illâ circumfluere, quam tibi negas; & in flumine circum redundante undique inſtar cujusdam Tantali, unius laudis intuitu Temperantiæ, ſitis irritatæ copiâ tolerantiam obſtinare. V. JEJUNIUM. SOBRIETAS, &c.

ABSTINENS. Mäſſig.

SYN. Temperans, continens, moderatus, minimo contentus. PHR. Homo frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans. Homo frugaliſſimus. Qui ſe à cibo abſtinet. Non multi cibi eſt. Non multis cibis ſe ingurgitare ſolet. Minimè edax. Qui frugaliter & modeſtè vivit. Qui ſe ſe continet à luxu, & intemperantiâ. Qui vivendi regulam, & modum ſanctè ubique ſervat. Qui victu frugi, ſalubri utitur. Qui certam quandam in victu rationem ſervat. Qui voluptatibus & luxui minimè indulget. Qui detrahit, quantum poteſt, de cibo, & exiguo victu paſcit corpus, reſtinguit cupiditatum ardorem, membrorum vires affligit. Qui effrænem cibi potûsque appetentiam coërcet. Homo continentiſſimus, *vel*, temperantiſſimus: qui quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumit.

AMPLIF. Si in (N.) illam ſpectemus Continentiam, quæ in ſenſuum libidinisque refræmatione conſiſtit: quis *Imperatorum* in cibo potuque moderatior, in voluptatis uſu temperantior illo aut fuit, aut eſſe

debuit? Nemo in (*Carolo V.*) *Gallieni* unquam reprehendit ingluviem, qui trigintà regno imminentium Tyrannorum obsessus exercitibus, post crapulam somnumque evigilans, de prandii lautitiis Ministros scisscitabatur. Nemo in illo prodigiosam *Heliogabali* vinolentiam obstupuit, qui non tantùm rosas inter unguendaque, vino stomachum, sed & piscinas impleuit, natationibus ac balneis idoneas. Nemo luxum fœdamque *Neronis* mollitiem, qui immani vivendi licentiâ vicies ac septies millies sestertiûm anno non toto absumpsit. Facessant illa Romani Imperii probra, cum de optimo moderatissimoque *Imperatore* agimus; cui frugalis mensa eruditissimorum hominum colloquiis atque ingenii oblectamentis magis, quàm gulæ illecebris instructior; Ubi non ferveret Apicii popina, aut Vitellii patina, non ex Mareotide aut Chio, ex Campanis Falernisvè jugis collecta operosè vina, non phasianorum cerebella, jecinora scarorum, phœnicopterorum linguæ, muræna rum lactes, ab orientis occidentisque oris conquisita: sed obviæ sylvarum feræ, fluminumque pisces distinguebant fercula, necessitati, non deliciis instructa, suis etiam temporibus modóque, non importunis horis mensurisque definita. His optimus *Imperator* victûs moderati consiliis, florentis licet vegetique corporis æstum ab illicitâ sæpius voluptate continebat, temperatissimèque vivebat.

ACADEMIA. Hohe Schul.

SYN. Athenæum, Lycæum, Gymnasium, Collegium, Schola, Universitas. ADJU. Adolescentior, antiqua, procax, recens, florens, media, popularis, umbrifera, sui similis, gratulabunda, benè constituta, volatica modò huc modò illuc; clarissima eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluens: Devota, dedicata, consecrata Minervæ: Doctorum virorum consessu, modestorumque juvenum celebritate referta

terri-

Periculoſis plena ſcopulis, qui Adoleſcentulorum induſtriam quotidiè naufragio ſubvertunt. PHR. Eruditionis ſeminarium, ſcaturigo. Humanarum & divinarum Artium ſedes. Delubrum Muſarum. Ornamentum Sapientiæ. Palladium Provinciæ. Templum Eruditionis. Commune quoddam Sapientiæ oraculum, omniumque Diſciplinarum quaſi emporium. Bonarum omnium Artium, & linguarum quaſi officina in medio aperta. Auguſtiſſimum ſapientiæ domicilium. Sanctiſſimum Philoſophiæ ſacrarium, & Humanitati conſecrata ſedes. Contubernalium juvenum Collegium. Communis Parens. Nobilis ingeniorum, in quâ exercentur, Pallæſtra. Themidis delubrum. Conſi curia, Artium liberalium receptaculum. Scientiarum omnium ſeminarium. In quâ non modò doctrina taberpaculum, ſed & virtus domicilium collocavit. In quâ eum ſemper ingenii, induſtriæ, eruditionis fuiſſe florem invenietis: exterarum ut nationum homines catervatim huc, tanquam ad utriusque ſapientiæ fontem, tam longè à patria convenirent. In quâ eruditiſſimorum hominum frequentia, digna (*hujus civitatis*) amplitudine, digna (*Hiſpano*) nomine, digna antiquiſſimi Regni majeſtate. Quam Germani, Galli, &c. adeunt quotidiè, ut ab eâ vitæ cultum, diſciplinarum ornamenta, omnem doctrinæ elegantiam petant. In quâ omnis ingenii cultus, omnis eruditio liberalis vænalis eſt. In quâ omnium mercium ingenuarum, rerum omnium, ac ſcientiarum publicus, ac toto orbe omni ſæculo ac ætate celeberrimus mercatus eſt. Cujus pulpita acerrimis ingeniis perſonant. Quæ enutrit viros Reipublicæ Sidera. Quam numeroſa Diſcipulorum Panegyris circumfluit. Quæ ad Regum & Imperatorum conſilia admovet oracula. Quæ ad Eccleſiæ ſplendorem ſummos Antiſtites erudit. Quæ Alumnis advenis pandit ſinum. E quâ tanquàm orthodoxæ doctrinæ fonte, puriſſima in orbem flumina de-

rivantur. Cujus doctrinæ radii, totam non dico Germaniam, ſed orbem pæne univerſum illuſtrarunt.

AMPLIF. Illuſtre apud exteras nationes hujus Academiæ famoſiſſimæ nomen ſatis admodùm oſtendit & multitudo Sapientium, qui omnibus ſæculis hinc, velut ex arce doctrinæ prodeuntes, omnes propemodùm terras liberalibus diſciplinis artibusque complerunt. * Hæc Academia per omnes terrarum oras, ubicunque virtus & doctrina colitur, illuſtri famâ celebratur. Quòd in hâc effulgent, ſi usquam gentium, lumina præſtantiſſimorum hominum: qui claris ingenii monumentis vindicant à barbarie ſæculum, & literis intermorientibus auxilium ferunt. * Ubi nobiliſſimus conventus, lectiſſimorum hominum cœtus, florentiſſima congregatio; quæ non alicûjus vulgaris voluptatis vel utilitatis gratiâ eſt conſtituta: Sed ingenuo tantùm quodam & excellenti ſcientiæ, virtutis, honeſtatis amore, deſiderioque, non humano, ſed planè divino. * Hîc ſedem virtutis, hîc domicilium literarum, hic ſeminarium quoddam præſtantium virorum eſſe, omnes uno conſenſu gentes exteræ confitentur. * Nobilitatæ porticus: quibus ex omnibus, quaſi virtutis & doctrinæ officinis, innumerabiles viri, incertum doctiores, an meliores prodierunt. * In hac diſertiſſimo cuique ad gratiam, ad literaruu cognitionem, ad opes, ad honores, ampliſſimus patet ſemper aditus. * Faceſſat hinc procul Equus ille Trojanus, è quo, ut ait Oratorum Rex, meri Principes extiterunt. Machinæ ligneæ uterus Græcorum fraude gravidus, proditoriâ votivæ Religionis imagine Iliacum interitum peperit. At è literariis caſtris ad quaſcunque civitates verâ & ſincerâ pietate reſtaurandas aut muniendas, conjuratâ concordiâ prodeunt. * Si illæ doctrinarum inventrices & nutrices Athenæ, Barbarorum impetu ex Atticâ pulſæ, denique per Orbem terrarum errando peregrinatæ coſtiterunt uſpiam; credere vos juvat,

Digitized by Google

juvat, hoc in Gymnaſio conſtitiſſe. *Hâc in Civitate, ut infinitorum ſub diverſo Cœlo & Parentum ſatisfieret votis, & Filiorum conſuleretur ſtudiis, ea officina emerſit, Palæſtra efloruit. Palæſtra: non quâ ceromatico collo ferantur Vicoteria, quod Pugilum; nec quâ Olympicum collegiſſe juvat pulverem, quod Curſorum eſt: Sed in quâ & mens, ne ignorantiâ: & voluntas, nè ſuccumbat malitiâ, exerceantur. Officina, non ubi vigilet vel Mulciber juxta incudem, ut ferrum: vel Figulus juxta totam, ut urceolum: vel Polycletus juxta æs, ut effingat ſimulachrum; multò minus Thyrſis cum Coridone, ut ſaginet vitulum; *Sed* ubi & meditetur Theologus ſincerè, & interpretetur Jurisconſultus æquè, & profiteatur Medicus ſolerter, & ſpeculetur Metaphyſicus ſubtiliter, & verum à falſo ſecernat Logicus ſagaciter, & naturæ labores evolvat Phyſicus enucleatè, & mores poliat Ethicus decenter, & res pulchrè inventas pulchris verbis edoceat proloqui Rhetor venuſtè, & vocum explanationem tradat Grammaticus emendatè. Adeoque quemadmodùm ex oceano flumina, è cerebro nervi, è radice rami, è ſole radii, ex corde arteriæ, ex animo functiones, ex Trojanorum Equo fortes: ità ex eâ religionis ſinceritas diſſeminaretur. * Academia eſt velut fretum quoddam multorum juvenum naufragiis infame, in quo plures aſſurgunt ſcopuli, multæ aperiuntur Syrtes, ut nihil difficilius ſit, quàm in cœcis illis tenebris & procellis túrbidorum animi affectuum, oculos mentis ad DEUM, velut ad Cynoſuram referre; nihil rarius, quàm ſalvâ rate ex tam ancipiti pelago enavigare, atque innocentiam ſartam tectam conſervare. Volitant enim illi diſcinctorum juvenum petulantiſſimi greges, & ſuſis habenis per circum licentiæ feruntur, qui aut in gurguſtiis madidi, aut in ganeis ſordidi, aut in gynecæis calidi, aut in Sphæriſteriis callidi, aut in circulis queruli ludum proterviæ ludere non decorum conſue-

verunt: Quibus familiarius eſt, ad multam diem obdormiſcere plumis, quàm per adultam noctem impalleſcere chartis: quibus frequentior eſt in manu crater Bacchi, quàm liber Baldi; quibus unum prope eſt ſtudium, vitulari, pergræcari, nepotari. V. SCHOLA.

ACCIPITER. Raub-Vögel. *Oiseau de chaſſe.*

ADJU. Rapax, præceps, crudelis, audax, intrepidus, immitis, rapto vivens, in omnes aves ſæviens. PHR. Prædatrix volucris. Prædo columbis infeſtus. Acer pennis & unguibus ales: nulli ſatis æquus.

AMPLIF. Accipiter avis rapax ab accipiendo nomen tulit, quæ quondam in auſpiciis accepta grataque fuiſſe dicitur. Accipiter paſcitur avibus, præſertim aquaticis, quæ tardiores ſunt ad volatum & plus carnis habent ad eſcam. Elegans autem avis eſt, valido corpore, dorſi colore fuſco, vel ſubnigro, capitis fuſco dilutiore, pectore ventreque uariis, oculis ſplendentibus, adunco roſtro, aſpectu hilari, pedibus craſſis, unguibus longis, & ad prædam aptiſſimis. Atque ille nullas fruges exedens, neque conficiens, ſed carnes vorans, & ſanguinem exorbens, iisdemque ſuos alens pullos: primum prædatur aves domeſticas, ut gallinas, anates, quas etiam devorat. Capit etiam cornices: Sed capiendi diſſimilitudinem cernite. Capiens lepores, ſiniſtrum pedem terræ infigit, & dextro prædam tenet, tum, quamprimum poteſt oculos eruit, & interficit. Cicuratus magnas invadit aves; audaciam ſumens homine adjutore, nempe gruem, anſerem, ardeam, & absque negotio rapit anatem majorem, & mergum, & fulicam. At quemadmodum capit columbas? Illæ cum inani quadam jactatione & oſtentatione efferantur bicoloris ſuæ formæ quaſi gloriolam aucupantur, & ex volatu plaudere ſibi videntur, varieq; totum aëra ſulcare. Qua in oſtentatione Accipiter latronis inſtar ſpeculatur, & implicatis ſtrepitu pennis minimè ſoluto volatu velociores rapit. Atque aves non in eodem loco

ca-

capit, sed has ex terrâ ipsâ, alias circa arbores, alias sedentes in sublimi, alias volantes in aperto. In perdices verò cum immittitur, cucullo detracto, quàm celeriter advolans, currendo advolandoq; usque eò persequitur, quoad fessas defatigatasq; capit. Sed quid non faciet, qui quamvis corpore exiguo sit, adeò tamen magnanimus est: qui magis animo, quam unguibus armatus in aves invadit, qui sic velocissimè volat, tanto fertur impetu, ut primos impetus habeat vehementes, & prædam faciat; quam si non fecerit, avem persequi desistit, & in arborem se recipiens aliquam, tantâ insidet iracundiâ, ut ad dominum reverti recuset, quasi affectús pudore, quasi se inertiæ ignaviæque condemnans, ob amissam è manibus prædam. Hunc ad rapiendum propè terram, quantum potest, volitare ferè semper aspicies, nè ab avibus, quibus insidiatur, videri possit. Et solus quidem absque socio volat, quòd prædæ participem admittat neminem: quemque omnes aves, tanquam raptorem maximum instinctu naturæ cognoverunt. Ubi vident aut sentiunt, garriunt, fugiunt, & quantum possunt, occultant se, & à locis, in quibus nidos construunt, arduis & saxosis, discedunt; vident enim illum in asperis, & altis rupibus, inter vepreta, quandoque in arbore altissimâ, in quercu, fago, abiete, atque pinu sedem habere. Hunc verò Accipitrem qui cicurare voluerit, & ad prædam instruere, caveat nè quomodolibet lædat, vel minimum offendat eum: sed cum viderit paratum, & volantem super manum vel super virgam, suaviter tangat ipsum, & elevet, si pendet; & quantum potest consideret morem & voluntatem eius, & nullâ in re non ejus voluntatem sequatur. Sunt enim Accipitres iracundi, implacabiles, sui ipsius impotentes. Mœrentem Accipitrem ad aucúpium nè emittat, nisi viderit prædæ avidum, & avium appetentem, neque nimis è magno intervallo

vallo. Cum enim avem assequi non potest, sæpè iratus & cum dolore vehementi recedens, in arborem conferens sese, non vult ad dominum redire. Atque eum fessum non mittet, tum victorem & exultantem tam multiplici prædâ, ex præda sua pascet, ut sibi suam venationem profuisse sentiat. Atque illud vellem dominus animadvertat, cautionem adhibendam esse in Accipitre gestando, & ad canes assuefaciendo. Ille melius dextra gestatur, quam sinistra, & facilius dextra ad volutum projicitur, unde levior, at pernicior fertur ad volandum. Quid quod descendente domino tutior erit in dextrâ, quam in sinistrâ. Ac nè in manu parum quieta cum fuerit, volitare velit, reficiendus erit leniter ac placidè, ut cognoscere Dominum familiariter, & amare discat. Neque capitium dementi in accipitris faciem inspiciendum est. Inter equitandum gestanti providendum diligenter, nè in portis & ad parietes eum lædat: canibus assuescat, & eos sequatur, non refugiat. Quamobrem curandum est, ut ante oculos suos versentur, & Accipitrem circumstent, dum pascantur. Cautio tamen summa est adhibenda, ut revocatorio assuescat; Quapropter donec ad aucupium volatu rectè utatur, non solvendus est, donec etiam ad manum redire, & cibum super ea capere consueverit. Quin ipso revocatorio in mediam hominum turbam projiciendus, ut homines sequi, non fugere discat; neque emittatur juxta fluvios, aut loca invia, aut ubi illum sequi non liceat, cum plerumque amittatur. Sed absolvo jam descriptionem accipitris, collocans accipitrem in dextra, in qua eum dominus placidè tractabit, cum poppysmo, sive sibillo, & partes corporis demulcens, indulgebit ei plurimum, emittens solemniter manu porrecta cum blanditiis & adhortatione, ut animosum reddat, & vocem eò magis intendens, quò longius in sequendo distabit. Voce enim familiari, & consueta

ſuetâ auribus hauſtâ, audacior fit & promptior ad perſequendum. (*Deſcriptio capiendarum perdicum.*) Præter ſuperiora, quæ de Accipitre ſcripſimus ſeparatim vellem Accipitrem perdices capientem videas; Nonne vides aurorâ albenti exeuntem & circumſpicientem locum, qui non omnino planus & reſupinus ſit, ſed è rivo aliquo irrigetur; & fruteta habeat, non illa quidem continua, ſed longiuſculis intervallis disjuncta, & qui non inæqualiter, partim acclivis partim declivis ſit, nonne vides hunc locum diligentem Accipitrem? Quippe avibus, quas Accipiter inſectatur, conducit, & perfugia eis ſuppeditat, & eidem Accipitri. Continuo ſurſum deorſumque volatu, & laborem auget & audaciam minuit, & adverſus aves ignaviorem facit, ipſius denique Aucupis gloriam imminuit. Nactus igitur idoneum locum, nondum à perdicibus conſpectus humi ſubſidet, perdicum cantus auſcultatur. Non ipſas aves audis placidam vocem edere? non has ſequutum Aucupem locum maxime propinquum occupare, & leniter enunciare ea, ea, ea: quarum vocum ſono perdices capita inclinant deorſum, & non turbari, cum illum, qui non placidè vocant, conſpexerint? Non aſpicis propius accedere Aucupem, & eandem vocem blandè ac leniter repetentem, ſimul & obſervantem, nè paulatim dilapſæ è cubilibus perdices ſibi venatoribus inquirendi negotium exhibeant? Non intueris etiam his ritè peractis ab eo, qui perdices tranquillat & cohibet, venatorem una cum ſocio, canes venaticos vinctos tenentem, intelligentem perdices quieſcere, locum fruticoſum & denſum circumſpicientem, qui ad latebras petendas aptus ſit? Non vides illic ſocios venationes ſtatuere, & ritè diligenter progredi eos jubere, & voces mittere conſuetas, & ſibilis uti, & virgis, quas de more venatores ferunt, ramos obvios quoſque ferire, item terram, herbas, & ſiquid aliud obviam

viam fuerit, virgis confractis lapides projicere aut glebas terræ, quarum sonitu continuo perdices exturbentur? Id temporis, qui Accipitrem gestat, perdices evolaturas expectare pergit, ut cum vocem exturbantium audierit, oculos in Accipitrem conjicere, videre avium primam, vel antequam aspexit, involare in eas Accipiter aveat. Hic si quidem vix eum tenere possit, non solvere tamen debet, sed avertere tamen, nè videat, donec transvolarint, tum demum emittere eum properet demonstratis perdicibus, ut rectâ à tergo eas persequatur. Accipiter persequitur emissus blanditiis solitis, & adhortatione, quibus plurimum animi capiens, celeriter advolat: Auceps eò magis vocem intendere studet, quò longius ille progrediatur: Accipiter verò plus animi capere visus est, atque continuo volatu perdices defatigare, & canibus adjutus, & inflammatus, Auceps magis clamare pergit, clamore urgere & sibilare, & lapides, cum opus est, in perdices mittere; Accipiter eò usque à volatu non desistet, quoad unam ex his fessam defatigatamque ceperit, festinare videas hîc Aucupem, & ad eum progredi, & placide accedere, & blanda voce & consueta uti, oi, oi, oi, & ore sibilantem assidere, manu altera contos apprehendere, altera caudam complanare, demulcere, & prædam pro arbitrio gustandam offerre, eaque ut incitatior fiat, ad reliquam venationem satiare libentem, gaudentemque permittere. Sed vide, quæ adnectuntur pedibus tintinnabula, cum orbiculis argenteis indice circumscriptis, ut si amissus fuerit, & repertus, ad Dominum referatur, sæpè enim vagari longissimè, & sublimis altiùs ferri solet.

ACCUSARE. Anklagen. *Accuſer,*

SYN. Incusare, insimulare, redarguere. ADVERB. Acriùs, asperè, acerbè, liberiùs, improbè, leviter, constanter, diligenter, justè, piè, diligentissimè, laboriosissimè, dispositè, gravissimè, publicè, falsò, verè, graviter,

graviter, graviùs, inhoneſtè, ſeverè, liberè, moderatè, nefariè, præclarè, probabiliùs, ſeparatim, vehementer, criminosè, ſuſpiciosè. PHR. Furti, *vel*, de furto, *vel*, crimine furti quempiam accuſare, incuſare, inſimulare, arguere, deferre, poſtulare, accerſere, reum facere. In crimen furti vocare. Alicui inferre crimen. Reum furti aliquem peragere. Aliquem in jus trahere, ducere. Alicui diem dicere. Arceſſere, vocare aliquem in judicium capitis. Deferre nomen alicujus de parricidio. Aliquem in judicium adducere. Adverſum aliquem accuſationem inſtituere. Aliquem adulterii reum deferre. De aliquo queri. Reo accuſationem movere. * **Er iſt bey der Obrigkeit verklagt worden.** *On l'a accuſe en juſtice.* Ei dicta res eſt. Delatum fuit ejus nomen. In judicium vocatus eſt, venit. Sedit reus, *vel*, reorum loco. Subiit judicium. Tribunal adiit reus. * **Er wird hierinnen angeklagt.** *On l'accuſe de cela.* Ejus rei culpa in illum confertur. * **Fälſchlich angeklagt / und verdammt werden.** *Etre fauſſement accuſé, & injuſtement condamné.* Circumveniri judicio. **Einen fälſchlich anklagen.** *Forger une accuſation contre quelqu'un.* Alicui crimen affingere, contexere. In aliquem accuſationem conflare, crimen affingere, falſum crimen conjicere, *vel*, impingere. * Cajus **iſt verklagt worden.** *Cajus a eté accuſé.* Lis Cajo intentata eſt. Dica ei ſcripta. Accerſitus eſt capitis. Delatus eſt *proditionis*. Agit reum *peculatûs*. Eſt poſtulatus, damnatus *de repetundis*. Cauſam dixit vitæ ſuæ. Publico judicio reus factus eſt. * **Du klagſt mich unbilliger weis an.** *Tu m'accuſe injuſtement.* Accuſas me immerentem, inſontem, nullo meo merito, contra jus & æquum, ſinè mea culpa. Commiſſum à me nihil eſt, quare videar accuſandus. Tu vacuum à culpa damnas, inculpas, perſequeris. Confers culpam in me expertem criminis. Me innoxium exagitas, in infamiam vocas.

ACCUSATIO. Anklagung. *Accuſation.*

SYN. Incuſatio, nominis delatio. ADJU. Acris, diligens, honeſta, infans, mala, nugatoria, temeraria & injuſta, vetus, manifeſta, muta, nobilis & glorioſa, nova, uſitata, optima, perpetua, probata, vera, calumniis farta. Quæ neque (*Ciceronem*) magnopere violavit, neque vehementer pupugit.

ACCUSATORES. Kläger. *Accuſateurs.*

SYN. Delatores, Quadruplatores, Sycophantæ. ADJU. Abſentes, diligentes, acres, acerbi, vehementes, moleſti, multùm acriores, amentes boni, certi, muti, ridiculi, complurimi, imbecilli, temerarii, falſi, veri, odioſi, idonei, ſatis firmi, graviſſimi, frigidiſſimi, voluntarii, queruli, contentioſi. PHR. Qui alios nullis impulſi inimicitiis, nulla privatim læſi, *vel*, lacesſiti injuria, nullo præmio adducti in judicium vocant. Qui nullis adducti inimicitiis, prudentiſſimos homines, ſumma dignitate atque honeſtate præditos accuſant. Qui præconis amplo boatu citati ad excuſandum exſurgunt. Qui privatis ſimultatibus inſtincti odio proprio ſæviunt. Qui in diſcrimen ac periculum viros optimos conjiciunt. Qui ex muſca elephantem faciunt, & acri exquiſitoque ſupplicio illa digna judicant, quæ vix verborum caſtigationem merentur. Omnia, quæ vindicaris in altero, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt.

A D A M.

ADJU. Primævus infelix, nimiùm credulus, miſer, è molli formatus luto. PHR. Primus orbis incola, Humani generis princeps, author, caput. Parens noſter Protoplaſtes, *vel*, Protoplaſtus. Noſtri generis ſtirps. Hominum primus ſeminator & ſator. Primogenitus omnis creaturæ, ditiſſimus & infeliciſſimus mortalium. Cui Terra fundus fuit, orbis villa. Omnium Regum latiſſimè imperitans, omnium Vernarum labo-

laborioſiſſimè ſerviens. Rex ſine ſubditis, mancipium ſine domino: qui ſibi & Herus, & Servus extitit. Qui ſi non fuiſſet, nihil eſſemus nos: eſſemus tamen fortunatiſſimi, ſi quod non fuit, id fuiſſet. Qui cùm omnia ſciret, ut plura ſciret, deſipere cœpit. Qui quantumvis Virorum ſapientiſſimus foret, tamen à fœmina eſt dementatus: qua maleſuada pomum cæleſti interdicto circumſcriptum attingens, beatæ ſylvæ fructus dum carpit, ſylvam amittit. Qui cum profuga conjuge ex Rege Agricola factus: & quia Numen non coluit, terram coluit. Quem Uxor immortalem peremit, uxorem ille, uterque omnes. Tantum malum attulit Malus, cujus frondibus obvolutus anguis venenum evomuit, omnes hauſerunt. Quem Uxor demulſit, & convivii execrabilis ſodalem fecit. Qui eo, quod in pomum coluber jaculatus eſt toxico, totam progeniem nefanda contagione corrupit.

AMPLIFIC. O in ſcena illa gratiſſimis inumbrata frondibus, ac theatro ſertis undique redimito, actæ Tragœdiæ deploranda Cataſtrophe! Quem in mundum à ſe conditum cùm DEUS induxiſſet, tanquam eorum, quæ feciſſet, contemplatorem ac dominum, in amœniſſimo loco, deliciarumq; pleniſſimo collocavit, præpoſuit terræ, mari, cæterisque, quæ ad hominum uſum comparata erant: eique tantùm ſapientiam attribuit, quantâ præditum eſſe debuit divinum illud animal, quo non aliis modò rebus imperaturum eſſet, verùm initium etiam allaturum iis, qui in omni perpetuitate conſequentis temporis imperarent. * Interim miſeri Protoplaſti, dum tam facilem callido Cacodæmoni aurem præbuerunt, non tantùm Dii facti non ſunt, ſed vix homines remanſerunt, luculentumque in capite vulnus acceperunt, quod etiam in omnes Poſteros ſuos transmiſerunt.

Vides, O DEUS! profligatum illum hominem, quem nuper ad Majeſtatis tuæ imitationem condidiſti, ſub

umbrosæ ficûs tutela suæ conscientiæ ad furiastrepidantem ? Vides illum etiamnum non sinè sceleris additamento, tui aspectûs omnia pervadentis aciem evitare molientem ? Habet hoc nempe rea conscientia, ut sibimet invisa aliorum etiam oculos expaveſcat. Sed habent hoc patrata scelera, ut quas timori suo vestigant latebras, nusquam reperiant. Videris *Damasceni pulveris superba proles*, & tua te, soliorumque desuper incumbentium trepidatio manifestat : Videris ; & subitus pallor expunctis vitæ coloribus te mortis reum convincit. Progredere ad æquitatis divinæ tribunal, & promeritam capitis sententiam præstolare, *&c.* Quid enim (*ô Domine* !) Effinxisti eum è Damascena gleba, & desumptis ab ipsa Divinitate lineamentis, capacem tui animum efformâsti. Constituisti eum rerum conditarum dominum, ac totius naturæ Imperatorem. Subjecisti cjus potestati Mundum, cujus imperio ipsa etiam bruta parère voluisti. Collocâsti eum in hoc puri ssimæ voluptatis suburbano ; ubi nativa loci amœnitate, quodam quasi cælestium deliciarum præguſtu frueretur. Nihil hîc vel regionis gratia ad jucunditatem, vel aëris innocentia ad oblectationem, vel terræ virginitas ad hilaritatem suppeditabat, quod naturali quadam conspiratione in Adami obsequia non conjuraret. Nihil in arboribus frondium, in frondibus fructuum, in fructibus saporis, quod non vel serviret in umbras, vel delectaret aspectum, vel gustum proliceret. Crystalla fontium, rivorum garritus, aquarum percussiones, sylvarum gratia, umbrarûm viror, zephyrorum lusus, auræ temperies, avium modulatus, herbarum varietas, florum certamina, odorum amœnitas, oculorum ritus, & quidquid illa gratiarum sedes suggerebat, quàm facundè sui Conditoris munificentiam majestatemque loquebatur, tam nervosè grati etiam animi tributum subjectionemque exposcebat, &c. Neque habes (*ô Adam* !) quo gravitatem culpæ rebellione sensûs, aut

pondere

Digitized by Google

pondere inclinationis excuſes, quæ dominantis rationis imperio ſubjacebant: non infirmitate naturæ, quæ nondum ullis depravata cupiditatibus in primo vigore triumphabat: non fragilitate ingenita, qui juſtitiæ originalis munimine propugnabaris: non neceſſitatis violentia, cui opulenta illius regionis abundantia ſerviebat: non rudioris intellectûs ignorantia, cui plena rerum omnium humanarum divinarumque ſcientia eſt infuſa: non producti temporis faſtidio, qui vix paucas horas ſub hujus mandati pondere ſuſtinuiſti: non exemplo ſecuræ aut impunitæ pravitatis, qui Cæleſtium Geniorum caſtra divino fulmine in Avernum deturbata conſpexiſti. Et tamen nulla ſenſûs propenſione inclinatus, nulla naturæ infirmitate fractus, nulla neceſſitate impulſus, nullo ignorantiæ errore ſeductus, nullo faſtidio incitatus, nullo exemplo illectus, auſus es deliberatâ tuæ voluntatis libidine Sacratiſſimæ Majeſtatis Imperium proculcare. Quo uno ſacrilego furto, prô! quantum ſcelerum continetur. Gula, vetitarum nimis avida epularum: indomita propriæ voluntatis libido, quæ plusquàm ferream obſequendi duritiem generavit: ſuperba conditionis verecundia, quâ nata eſt uſque ad Divinitatis celſitudinem eminendi ambitio: pœnarum divina comminatione ſtatutarum irriſus: præmiorum divinâ promiſſione fixorum deſpectus: nec minanti, nec ſpondendi Deo exhibita fides: præpoſterus uxoris amor, totius poſteritatis exercitium: & quod reliqua excedit univerſa, præcipientis Numinis contemptus, &c.

Tu univerſæ Reip. humanæ proditor, priusquàm mortales gigneres, crudelis omnium carnifex evaſiſti; nondum in vitam editos condemnaſti ad mortem, & veluti unam mortalium omnium cervicem uno vulnere amputâſti, Heu! quæ ab uno malo naſcentur mala! quæ ab hâc ſcaturigine deducta in Mundum ſcelera graſſabuntur! Erigentur impietatis vexilla, ſtatuentur

improbitatis trophæa, ſonabunt blaſphemiæ, miſcebuntur ſacrilegia, colentur ſuperſtitiones, adorabuntur ſaxa, accendetur libido, exultabit licentia, jactabit ſe ſe avaritia, præcipitabit audacia, inflammabuntur odia, bacchabitur furor, exaſperabitur ſævitia, igneſcet crudelitas, efferveſcet ambitio, exſcindentur oppida, exurentur urbes, evertentur mœnia, opprimentur populi, vaſtabuntur provinciæ, regna & imperia mutuis bellis conflagrabunt. Ita nempe tuâ unius audaciâ fundata improbitas continuatâ ſerie per omnem Nepotum licentiam transmeabit. * Fateor, palmare ingrati animi Argumentum exhibitum ab eo, quem tu extractum è nihilo delicioſæ hujus patriæ voluptatibus præfeciſti. Fateor, immane ſcelus pervicaciæ contractum ab eo: cui, cum amœnitatum omnium conceſſeris libertatem, unam duntaxat arborem divino interdicto circumſcripſiſti. Fateor, execrandæ ambitionis culpam perpetratam ab eo, qui ſuâ non contentus ſorte ad divinæ ſimilitudinis gradum eluctari eſt molitus. Fateor, & contemptas ſuppliciorum minas, quas vetiti pomi guſtui adnexuiſti, & deſpectam præmii excellentiam, quam exactæ præcepti obſervantiæ ſtatuiſti. Fateor demum, Adæ poſteritatem tuo veluti vulnere trucidatam. Fateor demum, præpoſterâ unius creaturæ æſtimatione *divinæ Majeſtatis* Celſitudinem vilipenſam; & quod hinc inevitabili conſecutione fatendum eſt, non invita (*Miſericordia*) concedo, nullas vel in æterna flammarum abyſſo pares pœnas excogitari poſſe, quibus deteſtanda illa Adami temeritas expietur. Neque excuſo licentiam appetitu, inſolentiam invitatione, audaciam exemplo, temeritatem ignorantia, aut numeroſam ſcelerum ſeriem una contentam actione naturæ fragilioris infirmitate. * Ex quo primus vitæ noſtræ Parens ac Peremptor Adamus fidem ancillantis Naturæ jure Procreatori obſtrictam violavit, Genus humanum à prima uſque ſtirpe ſuomet

met ingenio contumax, excusso è cervicibus cælestis imperii jugo in eam se seasseruit libertatem, quæ miserrimam perditissimæ vitæ servitutem invexit. * Calidissimus Orci Quadruplator, posteaquam pestilentissimum ambitionis virus Protoparentibus propinavit, universum humanum genus adeò corrupit, ut humana sorte minimè contentum, Divinitatis sibi arrogaret honores. * Pandoram quampiam, fictile Vulcani opus, commenta est fabulosa Antiquitas: quæ cum à Diis, donis omnibus donata esset, omnigena tamen mala terris intulit. Sed quid opus figmentis; &c.

ADAMI LAMENTATIO. O Filii, felices futuri, si Parens vester sciviſſet felicitate uti: nunc verò miseri hoc ipso, quòd mei filii; ego vos necavi priùsquàm genui, propter me ante damnati estis, quàm nati; Deus esse volui, vix homo mansi: Omnes in me periistis, antequàm perire possetis: ita nescio, patrem me appelletis, an patricidam & tyrannum; vitiosos vos esse quid miror, aut conqueror? à me tales didiciſtis: inobedientes vos esse doleo, sed tamen esse docui: ipse Deo inobediens: intemperantes & gulosos vos aversantur Superi; ah! paternum hoc est vitium: superbia vestra exosos vos Deo facit; ego primus vestrum, ab hoc monstro triumphatus cecidi, factáque est superbia à me victo superbior: hoc à me patrimonium habetis, miseriarum cumulum, cœlum vobis magni Dei nutu transcriptum erat, & legatum certissimâ sponsione; ego turbavi omnia, & hæreditatem omnium vestrum abligurivi bolo unico: uxorem & pomum pluris ego feci, quàm vos omnes, quàm cœlum, quàm Deum: hem malum & execrandum prandium, post quod aliquot millibus annorum mihi cœnandum fuit apud inferos! In horto degebam supra quàm cogitari & fingi potest amœno: omnibus, quæ animo collibuissent, frui ibidem licebat, unicam si stirpem declinassem. Omnium animantium Rex eram,

ſapiens & pulcher, valens & robuſtus: deliciis innumeris affluebam; cœlum æquabili clementiâ novis conjugibus favebat, & in cærulea veſte nitidum continuè ridebat: Soles nonniſi puriſſimos illic vidimus, nil niſi amœnum & floridum incurrebat oculos, aures ſuos habebant muſicos, aviculas; terra crocum & cinnamonum halabat; undique me voluptas incredibilis ambiebat: vivebam procul omni cura, tædio, metu, labore, morbo, morte: Deus aliquis eram in terra, hanc felicitatem Cœlites ipſi mihi gratulabantur; ego unus eam mihi maximè invidebam: & quia divinæ legi non parui, & vetitum malum admordi, omnia in me mala irruerunt: Paradiſo exturbatus, à Deo profugus, pudore plenus latebras captavi: Labor, dolor, mœror, pavor, lacrymæ, calamitates, mille miſeriæ fatigare me cœperunt; vos ſentitis, quotquot ex meâ familiâ eſtis, & quod finis ærumnarum eſſe creditur mors, ſæpe eſt initium, & quidem æternarum. O mei filii, meo veſtrôque damno ſapite, & vel unum hoc à me diſcite, PECCATUM ODISSE.

ADAMI EPITAPHIUM. Adam maximus hîc ſitus eſt, primum humani generis caput, Orbis univerſi Magiſter & Princeps. Hic nec Patrem habuit, niſi Deum: nec Matrem, niſi terram, de qua ſumptus & fictus eſt. Hic unus omnium Mortalium nullam neque infantiam, neque pueritiam, nec adoleſcentiam expertus: primâ ipsâ die ſuâ, quæ ſexta fuit ab Orbe condito, vir factus eſt, animo & corpore longè perfectiſſimus, divinarum atque humanarum rerum ſcientiâ excultiſſimus, divinâ gratiâ cum reliquo virtutum, ac divinorum Donorum comitatu ornatiſſimus. Dominatum inſuper in omne genus animantium, terraſque omnes ac maria exercuit. Ipſum autem ut agnoſceret Dominum, præceptum abſtinentiæ accepit. Sed cum mox illud, iuſtigante Diabolo, Uxori gratificans infregiſſet, convictus criminis, damnatuſque Paradi-

ſo

so excluſus eſt, miſeréque ſpoliatus, vulneratus & pæne contrucidatus exulavit: ipſoſque nongentos & triginta annos in luctu pœnitentiâque vixit, Deniqûe mortem, quam in mundum invexerat, expertus, vivere deſiit, deſtinatumque adiit SS. Patribus locum. (*Vide aliud adhuc Epitaphium, Meorum Epigrammatum Lib.6.Epigr.1.*) V. PARADISUS.

ADAMAS. Demant. *Diamant.*

ADJU. Durus, ſplendens, micans, invictus, infractus, radians, pretioſus, incorruptus. PHR. Duritie lapis invictus. Lux, *vel*, Fulgor adamantinus. Adamas claro nitore micans. Adamas, cujus eximius erat fulgor. Adamas mirandum in modum irradians: multiplici fronte rutilans, effulgens: varia in latera ſcalptus: angulorum multiplici lævore micans, * Adamas diuturno igne inhalatus, ſcalpturæ nitorem fulgoremque ex parte deperdit. * Adamas & mallei & ignis patiens quidem eſt, ſed non ad experimenta ultima.

AMPLIFIC. Feſtivum in paucis portenti genus, verſat innoxios ignes delicata manus, flammas in aurea & quæſtuoſa vincula conjicit in offensâ molitie, lactea dextera cum facibus alludentibus colludit. Aut frigidus eſt ad niveam formam ſuſpenſus ignis, ut ad elegantiam caſtigat impetum, redimitque ſuavi propinquitate ingenium violentius. Scil. hic Adamas, ut hanc manum adamaret, maluit alienis flammis uti, quàm ſuis incendere; atque ſepoſitâ vehementiâ nihil ex facibus præter ſplendorem mutuatur, ſuſpectum quidem, eóque cautiús extimeſcendum, quo flagrat algidiùs. Concipit tellus hanc ex ſole ſcintillam, diuque in alvo preſſam, inteſtinis ſideribus fœta: neque adeò cœlis ſuam invidens claritatem, donec concrevit in terræ anguſtiis lapillo affinior flammula, & congelatus ignis, non obſcuro figmento æmulam in lucem, mortalium cupiditate, frigida ſibi incendia

coacervare ſuccederet. Fallit oculos inde prehenſus calor & clementi nitore gratiam amplificante, pretium ſibi voluntaria hominum deflagratio facit; neque hactenus latentem in Adamante flammam prona in exitium luxuries animadvertit, quando vel ſingularis lapilli radius emicantior tot opes momento corripit, ac venale incendium multâ humo opprimendum theſauris omnibus accerſitum excolit fovetque. Amas hoc periculum libido pereundi, has faces in verticem ad gratiam exaggeras, coronas ex flammis tibi ornatiſſimas inſtruis, monilia & torques ſine illuſtri hoc diſcrimine viles putas, eóque pretioſiorem eum ignem dücis, quo eſt obſtinatior. Superat nimirum ex veteratoribus Adamantibus calliditas, ut conſtantiam in volucri flamma mentirentur, atque ſcintillantibus in faculis perfidiam diſſimularent. Cognoſce ex me, non à ſtupido malleorum capite, quid Adamas ſuâ pertinaciâ probaverit. Durum & periculi ejus ingenium, nonniſi ſanguine tuo refuſum emollitur; aut ſi quando ſub ictu diſſiliat, ſi diſcedat in pollinem, hoc accipe: nullum præſentius ejus cinere venenum, ut intelligas, quàm lethalis ejus flamma & ſplendor extiterit.

ADMIRARI. **Sich verwunderen.** *Admirer.*

SYN. Demirari, ſuſpicere, ſtupere, hærere. ADV. Communiter, rectè, valdè, vehementer, ſatis, maximè, magnoperè, admodùm. PHR. Aliquid admiratione excipere. * **Ich verwundere mich über eine ſolche Tugend.** *J'admire une ſi rare vertu.* Tantam virtutem admiror ac ſuſpicio. Virtus illa mihi admirationem movet, parit, affert: me admiratione defigit, afficit, obſtupefacit. Illius virtutis admiratione capior. Magna mihi de illius virtutibus incidit admiratio. Tantæ virtutis me admiratio inceſſit. * **Verwundere mich über ſeine Wohlredenheit.** *Son Eloquence me donne de l'admiration.* Ejus eloquentia me ad admi-

admirationem traducit, me in ſui admirationem convertit, me totum ad ſe rapit, mihi admirationem movet. Admiror in eo eloquentiam, *vel*, admiror illum in eloquentiâ. * Ich verwundere mich ſehr über dieſes. *Je m'etonne fort de cela.* De hac re, *vel*, hanc rem valde miror. Hoc non poſſum non ſatis mirari. Cui hoc mirum non videatur? Magna me ejus rei tenet admiratio. Inceſſit animo admiratio non mediocris. Hujus rei eventu obſtupeſco, *vel*, obſtupefio. Hæc res animum meum admiratione percutit. In admiratione ejus cum ſtupore defixus ſum. Stupore compleor. Hoc omnium animos admiratione defigit. Defixerat pavor eum admiratione (*Gallos.*) Per-mihi-mirum viſum eſt, te, &c. Hoc me nihil movit. Omnibus admirationem moves. Omnes in tui admirationem convertis, *vel*, traducis. Apud omnes tui admirationem concitas. Inceſſit omnes admiratio. Hæc ſunt, quæ admirationes in bonis Oratoribus efficiunt. Ejus ſplendor & dignitas multorum oculos perſtringit. Multis hoc primâ ſpecie, *vel*, primâ fronte admirationem movet. * Die Lieb der Verachtung iſt wunderbarlich. *L' amour du mépris eſt admirable.* Contemptionis amor admirabilitatem magnam facit, admirationem habet maximam. Magna eſt amoris contemptûs admiratio. Illum ex aliorum ore admirabar. Admiratione affecta eſt hominis virtus. Inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi. *(*Regina Saba.*)* corpore animóque corruit, paſſa deliquium, & admirationis ſtupore confuſa. At hoc demiror, quòd tam facilè potueris, &c. Tum quod omnem ſuperat ſtuporem, &c. Quod in tantam me rapit admirationem, ut in hac re quid dicam neſciam, &c. Pervaſerat omnes ingens ſtupor, & tanquam Eleuſinii Sacri participes mutis obtutibus in me contuebantur. * Fixus in lapide ſtetit gelidus, nihil ſecius quàm una de cæteris theatri ſtatuis vel columnis. Diu tacitus

tanquàm à ſeipſo abſens abalienatus à ſenſibus in cogitatione profundâ altè demerſus conſidet. * In aliquem mentem admiratione concitatam, oculoſque ſtupore converſos conjicere. Splendorem quendam ſolis ac lunæ radiorum æmulum attonitis animis Spectatores ſuſpiciunt: tandem cum admiratione tot tantarumque rerum animos paverunt, qui expleri nec queunt, ſed amplius ardeſcunt intuendo, ac in ſtuporem rapiuntur. * In hoc admirando multiplicis ejus ſanctitatis delubro, & quis non corpore concidat, nec animo deficiat, non admiratione exanimetur?

ADMONERE. **Ermahnen.** *Avertir.*

SYN. Commonere, commoneſacere, docere, reprehendere, objurgare, præmonere. ADV. Amicè, amiciſſimè, præclarè, breviter, obſcurè, rectè vulgò, accuratè, familiariter. placidè, ſincerè, amanter, etiam atque etiam, ſecretò, temerè, non aſperè. PHR. Aliquid, *vel*, de re aliquâ commonere, certiorem facere. Dicere aliquid commonendi cauſâ. Venire admonitum aliquid. Nullum prætermittere locum monendi. Ab inveterato errore revocare. Ex umbraculis in ſolem elicere. Illud me admonitum volui. Admonitione nihil perficere. Admonitio acerbitate carens. Tanta vis eſt admonitionis, ut, &c. Verecundus admonitor. Admonitione aliquid ad diligentiam addere. Admonitio, *vel*, cohortatio mea non prætervecta eſt aures veſtras, ſed animis veſtris penitus inſedit. Non verebar vel in maximis tuis negotiis te amicè interpellare: eâ tamen lege, ut tu ſimili quidem amoris argumento me etiam commoneſacias delinquentem. Quod tibi non in aurem, ſed apertè dico. Hæc enim quæ moneo, amicè moneo: ſic enim malim, quàm inimicè placere. Neque, ut ſpero, ſiniſtrè illud accipies, quod dextrè in rem tuam porrigitur.

SEN-

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Oportet Admonitione dulce reddere medicamentum. (*Chryſoſt.*) Malos qui monet, offendit: incurrit odium, qui arguit curioſos. (*Chryſolog.*) Amor in te meus cogit, non ut præcipiam, (neque enim Præceptore eges) admoneam tamen: ut quæ ſcis, teneas & obſerves, aut ſcias melius. (*Plin.*) Scio, te ſtimulis non egere: me tamen tui charitas evocat, ut currentem quoque inſtigem. (*Idem*) Si, ut nonnulli dictitant, ex eo, quod ſalutem & exiſtimationem nihili omninò pendis; & effrænatum atque impotens, januæ, e expers os habere, & adversùs eos, quos minimè fas eſt offendere, impetum facere videris; nos quoque fortaſſe operam ludimus, qui implacabilem feram monere aggredimur. (*Iſidor. Pelus.*) Quandoquidem cohortationes atque conſilia nullam vim habuerunt; quòd ſcil. furioſum illud improbitatis ſtudium. quo flagras, omni correctione fortius inventum ſit, ad vota rurſum me converto. Faxit igitur DEUS, ut ab hoc furore abſcedas, & ad prudentem mentem pervenias. [*Idem.*]

SIMILITUDO. Solent, qui mare enavigant, illis habere gratiam, & referre, quorum beneficio pericula, evaſere. Accenduntur ignes, clamores excitantur, eriguntur, & ſigna, quibus Scyllæa vorago, turbo Charybdis, ſaxa latentia, tractus & tenacitas Syrtium à navigantibus queant ſalubriter declinari. Sic & his, qui ea imminere denuntiant, quibus ſalus periclitatur humana, rectiſsimè gratia debetur ex merito: Et qui eam merentibus non rependit, ingratus beneficii, dignus eſt ſalutis diſpendium ſuſtinere. (*Joan. Sarisber.*)

ADOLESCENS. Jüngling. *Jeune homme.*

SYN. Juvenis, ephebus, puber. ADJU. Adultus, abſtinens, ingenioſus, ornatus omnibus rebus, acutus, bonus & diſertus, bonus & ſtrenuus, comas cirratus, genas & ingenium fucatus, zonam & vitam ſolu-

ſolutus, veſte muliebriter ſtolatus, odoribus non benè olens, cantibus malè audiens; petulciens; infructuoſus; modeſtiſſimus, propinquùs, *locupletes ingenio*, eruditus, honeſtus imprimis inter ſuos & nobilis, pecunioſus, gratiſſimus, optimus, omnibus bonis artibus ornatus, *perneceſſarii & amicitiâ digniſſimi*, clariſſimus & princeps civitatis, lectiſſimus; bonus & fortis & imprimis diſertus, & prudens, & dignus illo loco & nomine; clariſſimus, optimus, nobiliſſimusque; familiæ primariâ dignitate, ingenii præſtantiâ ſingulari; cujus primum tempus ætatis palam fuit ad omnes libidines divulgatum. Florentiſſimus urbis & incolumis; ornatus, nobili loco natus, clariſſimus atque omnium præſtantiſſimus; nobiliſſimus, præditus ſummâ ſpe; caſtus & diligens, probus, potentiſſimus hoc tempore *noſtræ civitatis*, cupidus laudis, probè literatus, deditus mirificè ſtudio, diſertiſſimus, perditus ac diſſolutus, *maximè familiares*, *ingenioſiſſimi & prope æquales*: delicatus, humaniſſimus atque optimus, non tam inſulſus, quàm non verecundus; In medio juventutis curſu incitatiſſimus, in primo ætatis flore pulcherrimus; haut minùs lingua promptus, quàm manu; affinis rerum, quas fert adoleſcentia. *Rectiſſimis ſtudiis atque optimis artibus præditi*: divinus, fortunatus, honeſtus imprimis & ornatus; optimus, mihique chariſſimus; gravis & doctus; non acriter intelligens; omni virtute ornatus & humanitate; magnâ gloriâ præditus; *non ſolùm indocti, ſed etiam ruſtici*; bona indole præditus; loquacior, effrænis, placidiſſimus, candidiſſimus, in patrias artes eruditus; Arctè contenteque habitus. (Hartgehalten / *Rudement traité.*) In luce & oculis [*Scholaſticum*] omnium magnus. Et corpore non mollis, & animo excultus, & in ſanguinis ſui & Reip. columen aptatus. Omnis ſcientiæ capax & avidus. Amœnus ingenio, gratus eloquio. *Incauti in periculis, futurorum ignari, præteritorum immemores*, præ-

præsentium amantes, amicitiarum æquè ac inimicitiarum prodigi. ADVERB. Admodùm, multùm, etiamnum.

PHR. Ætate junior. Annis junior. Cujus ætas intra Juventutis annos versatur. Juvenis perquàm floridæ ætatis. Annos juventutis nondum egressus. Intra juventutis annos adhuc degens. Ex juventute nondum excesit: Flore ætatis fruitur. In juventûte, in juvenili ætate, tempore juventutis, in floridâ, viridi, verhanti, florenti, tenerâ ætate; in ætatis vere est. Nondum transcendit juveniles annos. Floret, viget, valet ætate. Firmus, validus est. Integrâ, validâ ætate est. * Magnæ spei Adolescens, aliquot jam stipendiis probatæ virtutis. * Tenelli mollicelli, cyparissi de gente nepotes, albicantes à Cretâ Populi, unguentis delibuti Ganymedes. * Qui nec solem, nec gelu ferunt; qui velut rosæ educantur inter Zephyrorum lenocinia, & vix ulli, quàm adornamentorum auræ conceduntur. * Quorum est dura indoles, animusque intractabilis. * Qui ex Scholis revocantur eloquentiâ facundi, Philosophiâ instructi, Mathematica informati, Historicâ graves, Jurisprudentiâ eruditi, Politicâ excellentes omni rerum experientiâ, sive ad familiarum suarum præsidium, sive ad provinciæ Rei-que-publicæ ornamentum exculti. * Non dicam, quod vel in primo exorientis auroræ crepusculo, eos futuræ sapientiæ radios promiserit, quibus omnium sibi concertantium ingeniorum lucem quàm longissimè separaverit. * Qui Pallados togatæ armataeque studiis ad eam virtutis magnitudinem virili planè passu contendit, quam (*in Austriacis Principibus*) venerabundus Orbis hucusque suspexit, & etiamnum suspicit. * Combibe bonos mores, cum tener es. * Nondùm confirmato consilio sunt Adolescentes. * Natura finxit eum ad omnes virtutes magnum. * E lactucis prodiens Phaon, totus bellulus, comptulus, cincinnatulus, & venustulus. * Ita Naturæ muneribus ornatus est; ut non natus, sed ab aliquo

DEO

DEO fictus videatur. * Qui morigerum & obsequentem se præceptori suo præbet. Omnes ad ejus exemplar se componunt. Extrà omnem ingenii aleam positus est; (quod de Cicerone Plinius dixit.) Post hominum memoriam, post homines natos par ipsi fuit nemo unus. Omnium suffragiis fert primas. * Puerili est specie, sed senili prudentiâ. Senilis juventa præmaturæ mortis signum. Ingenia illustriora, breviora. Et quæ celerrimè florent, celerrimè marcescere solent. Quidquid ad summum pervenit, ad exitum propè est. * Ad laudem ejus nemo facilè aspirabit, cùm in excelso & illustri loco illa sit posita. Desino nunc: Nam laudare illum pluribus verbis, esset sylvis addere ligna, mari aquam, soli lucernam, oleum camino.

Von Jugend auff. *Des la jeunesse.* Jam inde, usque à primâ juventute, pueritiâ. Ab ineunte, à primâ ætate, pueritiâ. Jam inde à primâ adolescentiâ, à primâ Juventutis face. A primo tempore; ab initio ætatis, Ab incunabulis. Ab ipso infantiæ interlunio, cum explicare se cœperat ingenii lux, & aptam ad discendum præferre mentem. Jam inde à puero, à pueris, à parvis, à parvulis, à parvulo, ab ipsis crepundiis, à primordio ætatis, ab adolescentulo, ab adolescentulis, à teneris unguiculis, ab infantia, à pusillo; à teneris, *vel*, tenero; à cunabulis primis, à primo ætatis exordio. A rudibus, primis, teneris, puerilibus annis. Ab ipso vitæ limine. A prima lanugine. Cum adolescentuli essemus. A primis adolescentiæ annis. Cùm annos adolescentiæ primos attigissemus. Jam inde ab Ephebio. Cùm ex ephebis vixdum excessissemus, *vel*, essemus egressi. * **Wieder jung werden.** *Redevenir jeune.* Senectutis macie atque canitie positâ florentes sibi annos reddere.

AMPLIF. Non degener à Parente Soboles adlaborare debet, ut quam accepit per indulgentiam natalium nobilitatem, eandem novo semper honestamento coronet.

Digitized by Google

ronet. * [*B. Stanislaus.*] ætate fuit adoleſcens, meritis ſenex. *Angelici* prænominis appellationem traxit in mores, nec prius floruit, quàm fructum dederit. Novo prodigio Autumnum cum vere conjunxit. * Si ætatem inſpicias, adoleſcens: Si merita, nunquam puer; Adultam enim virtutem nunquam promiſit, ſed ſemper dedit. * Juvenis & ſpecioſus & commodus, lanoſo barbitio genas inumbraus, plerumque rureſtribus & montanis venatibus occupatus. Eleganti juvenis vultu, cujus mirabile in comis artificium, Æthiopico penè gyro cincinnos confundit. * Quàm decorè æmulatur regalem nitorem coma, non impexâ, non hiſpida, non intonſa: quam fucatum Gynecæi figmentum non infecit, ſed ingenuum naturæ ornamentum præſentiſſimo illapſu coloravit. * Puer eſt pubeſcens, & ipſo ætatis flore, qui ſe vernantibus membris affundit, gratiſſimus. Magnâ eſt inprimis vultûs dignitate, lanuginem quatiens & concinnos, quos favonio, quocunque vellet agitandos permittit. Ad hæc florido nitet colore, veluti quibuſdam corporis fulgetris vernantes roſas explicaret. Frons gratiis emicat, genæ regii floris inſtar rubentes, juvenili decore fulgent, ipſis oculis gratiſſimâ quâdam face ruboris accenſis. * Et quemadmodùm cum effusâ luce Sol eradiat: horis ſingulis roſa naſcens aperitur amplius, & apparet pulchrior, ita illuſtris hic Juvenis ſecundis quaſi fortunæ ac naturæ ventis, expanſis ingenii velis, quotidie amplius ad immortalem gloriam contendebat: & oceanum laudis ingreſſus, propius ad ſempiternæ famæ portum accedebat. * Quam rem ut non ſolùm cogitationibus informetis, ſed ipſis etiam ſenſibus uſurpetis: ponite vobis ante oculos duos profeſſos modò nomen & centuriatos juvenes: quorum alterum ex diſſolutiſſimâ levitate vitæ, ex foro frequentis urbis, ex culinâ copioſæ domûs, ex cauponis & ganeis, ex flagitioſis inceſtisq; ſpectaculis, ex quotidianis lenociniis ex nocturnis ſaltationibus, ex

per-

pernocti aleâ, ex perenni nepotum ſodalitio perditorum, conſumpto demùm & decocto patrimonio fluctus aliquis æris alieni deſperantem in bellum ejecerit. Alterum traducta ſanctisſimè pueritia jam ſeveritati aſſuetum diſciplinæ, * Cujus anni nunquam teneri, cujus virtus ſemper matura: cujus vita nunquam juvenis, cujus mores ſemper ſenes: cujus facta nunquam levia, cujus dicta ſemper gravia: cujus modeſtia nunquam in vere, cujus prudentia ſemper in Autumno: cujus æſtimatio nunquam in aurorâ, cujus gloria ſemper in meridie; qui & levitatem Adoleſcentiæ morum gravitate oppreſſit, & juventutis florem fructuum opulentiâ prævertit, & ſenectutis canitiem candidiſſimis moribus ſupplevit; ut quisquis eum inter mortales agentem conſpiceret, inter immortales eruditum meritò poſſet ſuſpicari. * Nunquam viſus eſt puer, qui ſemper maturos mores circumtulit. Annorum defectum meritorum copia compenſavit. Lenta ſequebantur tempora præcocis feſtinationem virtutis; cujus cùm in ætatis vere florem oſtenderet, uberrimum ſimul fructibus Autumnum exhibebat. Opprimebat gravitate morum Naturæ levitatem. A cunis in ſenium provolâſſe cenſuiſſes, niſi floridior vultus ætatem prodidiſſet. Quanquam nec ille tam fuit ætatis proditor, quàm ſuprà virilem adultæ prudentiæ taciturnus Encomiaſtes. Cujus fronti matura ſeveritas inſidebat, oculis gravitas, ſuperciliis majeſtas, labiis oracula. Ut meritò dicas: in compendium paucorum annorum univerſas ſenii, laudes contraxiſſe: quod à temporis emenſi orbitâ Vulgus, Sapientes à redundantiâ meritorum ducunt. * Ejus Prætexta multorum togas vicit; ſemper ille pollicitus majora, cùm daret maxima. In ipsâ ætatis aurorâ quendam exhibuit meridiem: & ubi vernant alii, autumnavit; adeóque neſcias, an virtutem ex inſtitutione traxerit, aut ex utero, quam cum lacte imbibens, cum ætate corroborans, fecerat incertum,

tum, an in eo virtus differret à naturâ. Denique puerile nihil unquam præter ætatem præ se tulit. * In ipso ætatis vere exhibuit, quod alius in autumno: sterilis argumentum ingenii existimans, solâ diu spem alere in herbâ. * Disciplinæ jam capax ætas suâ bonitate educationis necessitatem antevertit. Moras enim annorum urgebat celeritas bonæ indolis. Ut oriens dies priùs editis montibus se insinuat, seriùs in valles descendit, sic excelsæ Heroum animæ jam lucem tenent, cùm aliæ suis adhuc tenebris involvuntur. Lentæ virtutis est, diuturnam sui expectationem facere; incitatæ indoles ab orco currunt. Properat vivere, qui meritis ætatem distinguit, non annis. * Lectissimum hunc *Adolescentem*, non ingenita hinc ætati levitas à suscepto vitæ consilio revocavit; non improborum sodalium blanditiæ, ad voluptates; non locorum in quibus degit amœnitas, ad delectationem; non majorum nobilitas, ad ambitionem, non corporis, ingeniique præstantia, ad arrogantiam: non aliorum impuritas, ad libidinem: non amicorum convictus, ad compotationes intempestivas: non denique summa rerum omnium affluentia, ad aliquod probrum, infamiamque detraxit. * At vobis, *Adolescentes* urbanissimi, quid solertius? quid comius? quid ingeniosius? quid magis illecebrosum, & magis adblandiens? Vos Musarum amores, Parnassi Christiani decus, Reip. nostræ lumina, Gymnasiorum estis ornamenta, cœlique hujus eruditione fulgentis lucidissima Sidera. Vos specie venusti, elegantiâ liberales, ornatu comptuli, omnium pelliciris oculos & corda: & quorum benevolentiam, staturæ dignitate, splendore frontis, capillorum criminis, apta corporis habitudine, membrorumque omnium, concinnè inter se lepideque nexorum pulcherrima conformatione colligitis, pulchriorum decore laudum animique commendatione nobiliori, penè cogitis ad obsequium. * Vos non importuni, ut illi Pusiones, sed

feſtivi : non inepti , ſed commodi : non inſulſi , ſed urbanitate conditi : non ſordidi , ſed lauti : non ſtupidi , ſed argutiſſimi , quo genere officii veſtros non demeremini præceptores ? quæ non præbetis argumenta veſtræ in illos obſervantiæ ? quam ſtudii ſignificationem non adhibetis ? ut illos colitis ? ut amplectimini ! ut dicto eſtis audientes ? ut vos ad illorum mores , natúmque fingitis ! Lætitiamnè illi præferunt ? Adridetis. Doloremnè ? Unà doletis. Ornatenè dicunt ? Applauditis. Appoſitenè docent ? Laudibus effertis. Acutenè diſſerunt ? Sine fine miramini. Quid multa ? Summo ſtudio parentis jubentis , obſecundatis adhortationibus ; fertis objurgantes , redamatis amantes , abſentibus gratum præſtatis memoremque animum , præſentibus exhibetis venerationem ac reverentiam. * Eſt quippe *Adoleſcentis* ingenium ferax quidem , ſed infelix ager , denſiorem in ſylvam dirarum veprium fruticans ; ad quem ſationi commodæ præparandum, quantum operæ, Deus immortalis ! in evellendis nocentibus , peſtiferisque plantis cupiditatum , quibus vernans ætas illa ſylveſcit ; coërcendâque inſanâ illâ perverſarum , quibus progerminat , animi affectionum luxurie ; quantum neceſſe eſt navare negotii ! At puerilis animus , inſtar humi ſubactæ atque puræ , quæ nunquam recuſat cultoris imperium , parato ſemper , mollitoque gremio , ſparſum à præceptore ſemen excipit , ſpontaneásque fundens fruges , nunquam ſine uſurâ reddit , quod accipit. Accidit ad hæc Puerorum mira docilitas ; Adultorûm verò penè intractabilis indoles. * Illi enim tanquam arbuſculæ , in ſuum ſemper ordinem directæ , ſi tantiſper deflectant à linea , molli digito diriguntur , & flectuntur in quamvis partem ſine vi ; Hos contrà jam obduratos , ſi ſemel tortuoſi & abnormes excreverint , quæ ratio corrigat ? quæ manus inflectat ? quæ ſolertia reſtituat in

pri-

priſtinum ſtatum ? * Illos mollioris inſtar argillæ, in quaslibet trahit figuras Plaſtes perita manus, cereosque fingit, atque refingit animos ; & ſedens placidusque, ductilem ac ſequacem in omnes partes indolem, labore nullo tractat, nutuque temperat, & ungue perpolit : At iſtos aſpirare ſaxeos, obſtinatione marmoreos, quis efformet in ſtatuas ? quis ſcabris ſplendorem afferat, niſi inſitam pervicaciſſimæ duritiem mentis, obſiſtentem ſcalpri conatibus, ſummâ contentione brachiorum, aſſiduâque malleorum repetitione & agitatione perfringat ? * Illi veluti puræ tabulæ nihil habent, quod penicillum remoretur, coloreſque reſpuat : hi ceu telæ atramento illitæ oppletæque pulvere, artificiis fruſtrantur induſtriam, & operam miſerè corrumpunt. * Puellos cum aſpicis, quid aliud, quàm Albaſtra, quàm pyxides eburneas intueris, nullodum imbutas odore malo vacuum nitidumque ſinum molliter tunc explicantes, infundendis à magiſtro ſuaviſſimis, ſaluberrimisque liquoribus ? Adoleſcentes autem cum cernis, quid quæſo vides ? Non audes dicere : nec ego item. Si auderem tamen, me ſæpè dolia videre dicerem, ità plerique vino madent, aut ſpumantes eſculentis ollas, ita ore animoque ſunt hianti atque imminenti ad omne genus intemperantiæ ; aut leberes atros, ſpurciſſimosque cacabos, ita nigrore obliti fœdiſſimarum voluptatum, ad libidinis ignes exæſtuant. Sed hæc, ut dixi, attingere non audeo. * Non eſt, qui in eo juvenilis ætatis indicium, niſi de vultu, aut fronte acceperit. Æquali enim librată lance, morum gravitas annorum levitatem ſuſtinebat : ut niſi Adoleſcentem ſciviſſes, facilè Virum exiſtimâſſes. Adeò adhuc ætate puer, jam evaſerat virtutis magiſter. Sed cùm canam ætatem ſub vernante vultu comptiſſimè tegeret, non tegebat tamen aperciſſimi cordis aream ; quod in amœna fronte deſcriptum.

in purâ oculorum cryſtallo, ſereniſſimo velnti impreſſum ſpeculo viſebatur. * Ut in herbeſcenti ſegetum viriditate certa prope ſpes futuræ meſſis apparet, ſic nemo tunc fuit, qui non hinc à puero, qualis poſtea fuit: tamen facilè augurarctur, fore juſtum, integrum, continentem, abſtinentem, amantem pacis ac concordiæ, veracem, apertum, ſimplicem, ad omnium potiùs peccata, quàm ad ſua conniventem. * Adoleſcens diligenter educandus eſt ad rationis normam, ad legum præſcriptum, ad nobilitatis perpendiculum; & ad regulam ſanctiſſimam, integerrimam, rectiſſimamque Chriſtianæ Religionis; ut Vir factus ætate procedente vivat in civitate rationi congruenter, ut homo: civili legi convenienter, ut civis: liberaliter, ut ingenuus: & religiosè tandem, ut Chriſtianus.

ADOLESCENS Dissolutus. Adoleſcens naturæ depravatæ vi raptus, quem intrà rectæ rationis gyrum nec virtutis amor, nec paternæ cohortationes, nec præceptorum monita, nec educationis ſeverioris diſciplina ſatis continet; ſi tantulam occaſionem arripiendæ libertatis tueri adeptus: hortatu ſodalium, improborum exemplo, cuſtodum incuriâ, perfringit omnia repagula juris, pudoris, officii, terminos honeſtatis ſuopte impetu cunctos egreditur: & intolerandâ licentiâ veſanus, furioſus. præceps, in omne crudelitatis ac luxuriæ genus ſe immergens, proximos ſuos, vicinos, cives vitæ turpitudine vel fœdat, vel perturbat. * Qui cum ætatis lubricæ ſpatia inoffenſo pede aliquamdiu feliciter decurriſſet, injectâ ſenſim animo rerum mundanarum illecebrâ, habenas paulatim cœpit cupiditatibus remittere. Qui inde pravorum incitamentis ablatus, liberioris vitæ curſum iniit, & eousque malorum conſuetudine provectus eſt, ut quæ anteà magnâ veneratione coleret pietatis ſtudia, ea demum riſui contemptuique haberet; nec quidquam illi magis cordi eſſet, quàm ut per ſummam laſciviam com-

compotationibus, ac pergræcationibus tempus consumeret: Et ut miser humanæ pravitatis venenum altiùs imbiberet, & in aliorum Sodalium genio deditorum familiaritatem se penitus immersit. * Qui tanquam Equus effrenatus, & nimiùm sibi suisque viribus præfidens, extra rectam viam impetu fertur; frænaque acriter præmordens, procliviùs in profundum vitiorum gurgitem se præcipiat. * Cincinnati populi in rosâ lactentes, qui repudiatâ Minervâ, castitatis ac scientiæ parente, Veneris alumni esse malunt. Qui indulgendum putant genio, & fruendum bonis, dum iis vitæ benigni arrident soles, & rerum omnium copia dulci lenocinio sinum aperit mollissimæ voluptati. (*Vide Supra Pag. 10.*)

ADOLESCENTIA. Jugend. *Jeunesse.*

SYN, Juventus, pubertas. ADJU. Fatua, audax, rudis, furiata, pravi docilis, incauta, petulans, nondum corroborata, impura, liberior, libidinosa & intemperans, plena spe tractabilis, modesta, effrenis. proterva, turpis. PHR. Flos. *vel*, ver ætatis. Florens ætas. Floreſcentis ævi. Aureum tempus vitæ. Ad vagas libidines proclivis ætas. Ætas corroborata jam & confirmata. * **Wan einem anfahet der Bart herfür zu ſtechen.** *Qand la Barbe commence à croitre.* Primæ lanuginis ætas. * Teneritas ætatis adoleſcentis ceræ mollis, cretæ commutabilis, arbuſculæ flexibilis eſt ſimillima, quæ formam omnem tractantis imperio concipiunt. Ætas viri eſcentibus annis, viribus integris, vegeto corpore florentiſſima.

AMPLIFIC. Adoleſcentia plerumque magis indiga calcaribus, quibus inſtiganda cum Xenocrate: quàm frænorum, quibus retrahenda cum Ariſtotele. * Inconſtans eſt iſta ætas & improvida:

Digitized by Google

quàm aliorum ſæpe aſtutiâ ludificatur, aſſentatio infatuat, expectatio attollit, ſpes inflat; & ut repentinos habet primos impetus, parva nonnunquam commutat totam aura rumoris. * Pulchrum ſanè eſt & jucundum, videre ſenilem prudentiam in juvenili ætate: in quâ nulla ſuſcipiatur iracundia ſinè ratione, nulla cupiditas ſine delectu; Ut & ſapienter excogitaret adoleſcens quod faciat, & audacter perficiat, quod excogitarit; & conſequatur illam, quæ longè eſt difficillima, audaciæ cum prudentiâ ſocietatem. Lubrica pars humanæ vitæ, periculoſis impedita flexibus, adoleſcentiæ curſus ineuntis; uſque adeò ſanè miſera & imbecilla, ut vel maximas laudes vitio corrumpat, vel ſola vitia ſuis in maximis laudibus numeret; in flore obnoxia, in formâ nocens, in ipſa innocentia rudis & expers; cui vigor ad facinus, ardor ad libidines, facilitas ad innocentiam lenocinatur. * In illâ ætate, quando flaveſcunt crines, quando caro niteſcit eburnea, oculorum gemmis facies roſea decoratur, valetudo corporis vires ſubminiſtrat, juvenilis ætas longioris vitæ ſpatium repromittit; quando viget ratio, vigent corporis ſenſus, viſus acutior, auditus promptior, inceſſus rectior, vultus jucundior. (*Hugo.*) O Adoleſcentia, feralis ætas, funeſtiſſima vitæ pars; quantum noſtris Academiis obes, obfutura es, obfuiſti! Tu innocentiæ profligatrix, tu expugnatrix pudicitiæ, tu noſtrorum pernicies alumnorum, muſarum labes, morum corruptela, virtutum peſtis, ſcholarum calamitas, diſciplinarum liberaliorum exitium. Tu fruteta noſtra depopularis, exuris viridaria, violaria violas, roſeta ita vaſtas, ut floribus evulſis, triſtes nobis relinquas ſpinarum reliquias, dum colligendarum frugum tempeſtatem adeſſe commodam putabamus. Ita enim profectò ſe res habet. Prima fronte Adoleſcentiæ, frugibus per-

percipiendis idonea videtur ætas , aptior certè quidem , quàm puerilis : quod ſecus eſt. Non enim ſolùm amœnitate florum cultura puerorum jucundior eſt , quàm Adoleſcentium , verùm etiam ubertate frugum utilior. * Nihil celeriori pede currit Adoleſcentia. Quid roſa amœnius ? ſed marceſcit , & Ætas evaneſcit. Quid Lilio formoſius ? Sed cadit, & Ætas cadit, Quid violâ gratius ? Sed perit, & Ætas perit.

SENTENTIÆ. Vicina eſt lapſibus Adoleſcentia: quia variarum æſtus cupiditatum fervore calentis inflammatur ætatis. (*Ambros.*) Examina innumerabilia vitiorum ſe agglomerant & adjungunt Juventuti. (*Baſil.*) Indignè tranſacta Adoleſcentia odioſam efficit ſenectutem, & honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit authoritatis. [*Caſſiod.*] Libidinoſa & intemperans Adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti, (*Cic.*) Tempus juventutis ſuâ ſponte infirmum , aliorum libidine infeſtum eſt. [*Idem.*] Voluptate & deliciis facilè juventus intercipitur. (*Idem.*) Pudor in animo, & in vultu rubor, gemmæ pulcherrimæ ſunt in juventute. (*Lips.*)

SIMILITUDINES. Ut gypſum & argilla , dum eſt uda, in quamvis imaginem facilè ſequitur fingentis manum : ita rudes animi ad omnem diſciplinam ſunt idonei. [*Eraſm.*] Ut viti pedamentis quibuſdam ac ridicis opus eſt , nè jaceat : ſic Juventuti monitis , nè cadat. [*Lips.*] Ut cœlo tranquillo , & mari placido , nautæ quæ contra tempeſtatem ſunt , expediunt : ſic in ætate floridâ , nondum tot curis ac fluctibus expoſitâ jure præpares , quæ ſint illis mitigandis aut tollendis. (*Idem.*) Sicut fructus non invenitur in arbore , in quâ flos priùs non apparuerit : ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non poterit , qui in Adoleſcentiâ diſciplinæ alicujus exercitatione non laborarit.

Digitized by Google

(*Cypr.*) Vides juvenem illam teneramque plantam necdum à terra multùm recedentem, nec ramis extensam, nec opacam frondibus, nec stipide robustam & validam; hanc tu si rectam esse cupis, si nulla inflexione curvatam, maturè manus adhibe, eamque erige, & ad arbitrium flecte: cùm enim adoleverit, eamque reliquis parem ætas firmata fecerit, frustrà eam erigere tentas. Ecce salit ferox juventute, mediisque in pratis lascivit equus intractabilis, & ad omne imperium recalcitrans; huic nisi maturè frænos adhibueris, hunc nisi calcaribus subegeris, nisi jugum imposueris, nè spera, domari unquam posse, aut igneos illos animos extinctum iri: quò magis adoleverit, eò jugi ac frænorum insolens, regi indocilis, futurus est intractabilior. Quem tu tunc fontem vides tenui aquarum filo percurrentem, placidum & lenem, is non ità multò post major, & aquarum moles agens impetu vehementiore concitatus, neque objectis aggeribus retardari, neque prætensis ripis contineri poterit, quò minùs exundet, & aquarum licentia rapidus exæstuet, &c. Itaque in ipso fonte Adolescentiam quamlibet in viam inflecte, cursusque vel in hanc, vel in illam partem naturamque detorque. (*Anonym.*) V. B. Aloysius. Discipulus, &c.

ADORARE. Anbetten. *Adorer.*

SYN. Venerari, colere. PHR. Religione summâ colere. Sanctè atque augustè colere. Deo adhibere supremum cultum. Deum supremâ veneratione prosequi. * Adoratio. Anbettung. *Adoration.* Summa Religio, suprema veneratio.

AMPLIFIC. Venite adoremus, & procedamus ante faciem Dei cum capitibus coronatis totius Mundi. Audite ergo Reges, & intelligite. (*Sap. 6.*) Præbete aures, vos, qui continetis multitudines --- quoniam data est à Deo potestas vobis, & vir-

virtus ab Altiſſimo. Veni, veni Auguſtiſſime Romanorum Imperator, & Aquilam Imperialem ſubſterne Divino Monarchæ; Aquila cum pullis evolet ad Solem, & dicat: *Soli, Soli.* Veni, ô veni cum Coronis Bohemiæ, & Ungariæ, & cum omnibus Coronis, & terris hæreditariis adorans dic: *Dominus pars hæreditatis meæ.* (*Pſal.* 15.) *Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos.* (*Pſal.* 27.) Veni, veni Cæſar potentiſſime cum glorioſiſſimo Electorali Collegio; Tu Princeps Elector Moguntine, ut Collegii Decane adora Canum, & *antiquum dierum in throno.* (*Dan.* 7.) Tu Princeps Elector Colonienſis, qui ſoles Electo Cæſari Coronam imponere, reclina Coronam, adora, & dic: Domine tu es, qui *coronas in miſericordiâ & miſerationibus.* (*Pſal.* 102.) Tu Princeps Elector Trevirenſis, qui præfers in argenteo baculo ſigilla Imperii, adora & dic: Domine! *ponam te in ſignaculum ſuper cor meum, ut ſignaculum ſuper brachium meum.* (*Cant.* 8.) Tu Princeps Elector Bavare, qui præfers pomum Imperii, porrige pomum Pulcherrimo, adora & dic: *Poma nova & vetera ſervavi tibi.* (*Cant.* 5.] Tu Princeps Elector Saxo, qui præfers enſem Cæſari, reclina illum Altiſſimo, adora & dic: *Dominus exercituum nomen tuum.* (*Jerem.* 10.) Tu Princeps Elector Brandeburgice! qui præfers Sceptrum Cæſari, reclina illud, adora, & dic: *Domine, tu es, qui affers Sceptrum Regni, & das potentiam.* (*Sap.* 10.) Denique tu Princeps Elector Palatine Rheni, adora & dic: Tuus eſt Rhenus, & *motum fluctuum ejus tu mitigas.* (*Pſal.* 88.) Et tu *dominaris à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum* (*Pſal.* 71.) Tu Monarcha, *tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſimus.* Veni, veni Imperator orientis, & Tyranne Biſantine! ſubſterne Lunam tuam Divino Monarchæ, adora, &

dic: Domine, tu facere potes, ut Luna non *det ſplendorem ſuum.* (*Ezech. 32.*) Imò ut Luna vertatur *in ſanguinem.* (*Joel. 2.*) Veni, veni Imperator Sophorum Magne Perſa, & dic: *Schach*, nomine Perſico eſt *Rex*, & luſus latrunculorum à nobis ortus ità nuncupatus, Domine! tu es, qui *Schach*, hoc eſt, *Reges* ad incitas redigis *ludendo in orbe terrarum.* (*Prov. 8.*) Tu es, qui ſuperbo Nabuchodonoſori in Babylone, nunc mea, *latruncules Syriæ immiſiſti.* (*4. Reg. 24.*) Veni, veni Magne Indiarum Mojol! & veni cum Regnis Dellii & Moltam, Chitor, & Sangaji, Aracan, & *Mandao*, & dic: Domine! tu es, qui dicis: *Mandabo:* (*Amos. 9.*) *& concutiam in omnibus gentibus ſicut concutitur triticum in cribro.. & morientur in gladio omnes peccatores populi mei.* Veni, veni magne Tartarorum Cham! adora & dic: Domine! *tu es Dominus, qui facis mirabilia in terra Cham.* [*Pſal. 105.*] Veni, veni Imperator Chinarum cùm tuo Dracone, adora & dic: Domine! *tu es DEUS Rex noſter ante ſecula -- qui confringere potes capita Draconis.* (*Pſal. 72.*) Veni, veni Rex Hiſpaniarum cum *turribus tuis*, adora, & dic: Domine tu es, in cujus *virtute ſit pax, & abundantia in turribus* [*Pſal. 121.*] Veni, veni Rex Galliarum cum liliis tuis, adora & dic: Domine *conſidero lilia agri, quomodo creſcant, & tu es, qui illa veſtis.* (*Matth. 6.*) Sed & tu es qui lilium, quod hodie eſt, cras *mittere potes in clibanum.* Veni, veni Rex magnæ Poloniæ cum faſcia candida circa pectus Aquilæ, adora, & dic: Domine tu es qui *pro faſcia pectorali* potes *dare cilicium, ut fortes cadant in prælio.* (*Iſa. 3.*) Veni, veni Rex magne Britanniæ, Scotiæ, & Hyberniæ, veni cum Hybernica Cithara, adora, & dic: *Pſallite Domino in Cithara, & voce Pſalmi.* (*Pſ. 97.*) quia Dominus facere poteſt, ut conticeſcat *dulcedo citharæ, & alteretur Civitas vanitatis.* (*Iſa. 24.*) Veni, veni Rex Daniæ

Daniæ cum tuis tribus Leonibus, adora, & dic : *Domine, tu es ille, qui confringis molas*, hoc eſt, dentes molares *Leonum*, [*Pſ.* 57.] Denique veni, veni Rex Sueciæ cum tribus Coronis tuis ; imò venite demum omnes Reges mundi cum Coronis veſtris, inclinate capita coronata coram Cœli Monarchâ, cadite cum viginti quatuor Senioribus *Ante ſedentem in throno.* (*Apoc.* 4.) & mittite coronas veſtras ante thronum dicentes : *Dignus es Domine DEUS noſter, accipere gloriam, & honorem, quia tu creaſti omnia.* Verbo, tu Monarcha, tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſimus. * Ingredere, ſi lubet, illud, dicamnè Matris fanum, an Erebi Caminum : ubi ſacrilego thure aut lævigatus è rupe, aut exciſus è trunco Deus evocabatur in vota. Stat ſcrupeus aut quercinus in aræ Deus, effumant acerræ, luſtratur populus, lunantur genua, levantur brachia, tolluntur voces, ceduntur victimæ : Popæ ferale carmen ſurdo Numini occentant.

ADVENTUS DOMINI. **Advent.** *Avent.*

PHR. Dies ſacri dominico Adventui. Hebdomades, quæ anniverſariam Chriſti naſcentis memoriam præcurrunt. Quo tempore expectatio virginei partûs celebratur. Solemnes dies, quibus Chriſti domini in terras Adventus in Eccleſiâ Catholicâ recolitur.

ADULARI. **Schmeicheln.** *Flatter.*

SYN. Aſſentari, blandiri. PHR. Aliquem aſſentatione captare. Aſſentationibus alicujus gratiam colligere, aucupari, venari, quærere, captare. Alicui mentitis Aſſentationibus blandiri. * **Du ſolſt nicht meinen / ich rede dieſes dir zu ſchmeichlen.** *Ne croyes pas, que je diſe cecy, pour vous flatter.* Noli putare, me hoc auribus tuis dare, me id aſſentatoriè loqui, me aſſentatione uti, me velle auribus tuis inſervire, me aſſentatiunculâ quâdam gratiam tuam

aucu-

aucupari, me ad voluntatem id dicere. Nè me putes fictè loqui, ad colligendam benevolentiam tuam. Tibi velim perſuadeas, amici me, non aſſentatoris partes agere. Nè credas me Gnathonem agere, me amicitiam tuam nundinari, me aſſentationis artificio tuam benevolentiam quærere. * Mecum agas oportet ſinè fuco. * Ille ad alterius non modò ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur. Aſſentatiunculis hominem à propoſito dejecit. Caudâ blanditur. Ineſcat homines. Oleum in auriculam inſtillat. Agathonicam canit cantionem. Ceſtam habet Veneris. Demulcet caput verbis. V. BLANDIRI.

ADULATIO. Schmeichlerey. *Flatterie.*

SYN. Aſſentatio, Aſſentatiuncula, ſimulatio, blanditiæ, illecebræ. ADJU. Mellea, mellita, præblanda, vitioſa, pernicioſa, doloſa, loquax, moleſta, nimia, homine non digna, turpis. PHR. Falſa laus, & ſimulata dilectio. Fallaci laude ſeductio. Oratio gratiæ parandæ, & ad aurium pruritum compoſita. Venena melle circumlita. (*Sen.*) Mortiferi Sirenarum cantus. Peccati nutrix. Vitium ubivis corrumpens & faſcinans veritatem. Magnæ fortunæ peſtis. AMPLIFIC. Adulatio aulica quid tragœdiarum non excitavit? Octoginta quinque ſacerdotes occiſi: Urbs Niobe internecioni data: Doëgus unus Aſſentator regius hanc Camerinam movit. * Diogenes rectè Adulationem *Lethale Mulſum* vocavit, ut quod jucundum, idem tamen eſſet pernicioſum. Adulatio verè mulſum lethale, tam eſt grata quàm noxia, mellitum prorſus venenum, & ſinceris affectibus corrumpendis certa peſtis. Eâ de causâ idem Diogenes *Melleam Præfocationem* appellabat, ut quæ blandimentis oblectaret, ſtrangularet mendaciis. * Eò inventa eſt hæc artium peſſima, ut doceat hominem creſcere

in

in vitioſam altitudinem. * Adulatio grave malum, ſed ſuave; lethale malum, ſed civile; malum grande, ſed ſubtile, & potens omni fere priori ævo, ſed necdum vires perdidit. * Quod ſi hoc vitium variâ clade per orbem graſſetur, nequaquam ei parcendum, ſed omnium linguis converberandum eſt; ut vel cadat omninò, vel ſaltem incipiat cadere.

SENTENTIÆ. Adulatio fallax crudelis eſt. [*Auguſt.*] Nihil eſt, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, ſicut Adulatio; plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius perſecutoris. (*Hieron.*) Impinguat caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem favor adulantis. (*Gregor.*) Oleum peccatoris eſt dilectio ſimulata verborum, quæ adulationibus & blandimentis noſtras mentes velut olei pinguedo libenter ingrediens, rigorem veritatis emollit, ad noxias cogitationes amoris ficti, vel potius oſtentationis perducit. (*Caſſiodor.*) Adulantium obſequia in verbis hærent: mens verò eorum talis non eſt, ſed dolo referta. (*Chryſoſt.*) Habet Aſſentatio jucunda principia: eadem exitus amariſſimos affert. [*Auct. ad Herenn.*] Omnem Adulationem mendacium aliquod ſuſtentat. (*Nieremberg.*) Adulatio ubivis corrumpit, & faſcinat veritatem. (*Idem.*) Nulla in amicitiis peſtis eſt major, quàm aſſentatio, blanditiæ, adulatio. (*Cic.*) In obſequio comitas ſit; Aſſentatio vitiorum adjutrix procul amoveatur, quæ non modò amico, ſed nè libero quidem digna eſt. (*Idem.*)

ADULATOR. Schmeichler. *Flatteur.*

SYN. Aſſentator, palpo, palpator, paraſitus, Gnatho, Paranchoniſtes, Schematoteches, Pſomocolax, Climaceda, [*Intellige hoc de Adulatricibus.*] ADJU. Blandiloquus, mendax, verſutus, ſubdolus, garrulus, levis, doloſus, fallax. PHR. Ad voluntatem loquens omnia, ad veritatem nihil. Quaſi mus ſemper edens alienum panem. Potentatûs cultor,

Digitized by Google

tor, ad gratiam omnia dicere ac facere assuetus. Eruditus ad assentationem. Python formosus, qui veris vel falsis laudibus adulationis [*Stamum*] prætexit. Qui palpatur potentibus, & turpi assentatione Principis sui gratiam aucupatur. Mensarum assecla. Qui fictâ blandiloquentiâ irretitos fallit ac perdit.

AMPLIFIC. Cujus cuncta mendacia fortunatissima sunt, cùm ea putet oracula laudis supplex. Adulandi certamen est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissimè fallat. Et ei quidem, qui si lucellum olfecerit, nihil glorioſum non affingit. Hinc discant Adulatores, quàm sæpe noxium sit, apud principes viros hoc fœdissimo assentationis genere obgannire. * Nulla pestis certior, nulla venena Adulatore nocentiora sunt. Non adurit æstu suo Adulatio herbam, frutices, flores; decinerat radices, & quidquid vitam promittebat. Omnium ferè in Regibus scelerum causa. Muliebria hæc molimina sunt. Ignorat fœminea labia vir fortis, tantumque à fuco hujus abest, quantum vir à fœmina. * Tam spisso laudum oleo mentem obnubilant, ut magni veri solem eripiant oculis, & pro luce tenebras, pro die noctem injiciant. Non sentiunt oleata membra; nec animus Adulantium oleo perfusus & tenebratus Veri lumen admittit. * Adulatorem ubi (*Princeps*) senserit, hostem cogitet, & oculorum nominis sui detractorem, scorpium cogitet. Blanditur vultu, caudâ exuberat: laudabit præsentem, damnabit absentem; de propinquo mella, de longinquo venena jaculatur, eò nocentiora, quo minùs sentiuntur. * Ut sincera in consiliis veritas appareret, nudam voluit (*Leopoldus.*) Principum præstigias Adulationem & mendacium non admisit. Secum loqui voluit, non cum suâ Fortunâ. Ut demeret (*Austriæ*) suæ crimina, sui laudatores excluſit: non ignarus, qui omnia in Principe laudant, ad detestanda pertrahere. Ut auderent omnes

omnes vera loqui, audire non detrectavit à singulis veritatem. Fastidiens sinceritatem Imperator, linguam eripit veritati. Oculum se intellexit : palpari non sustinuit ; non ignarus, quamvis etiam tenui palpo oculos offendi. * Omnem adulationem mendacium aliquod sustentat. * Adulatores sunt corvi, qui etiam vivis oculos effodiunt. Unde Diogenes : *Malo incidere in* KORAKAS, *id est Corvos ; quàm in* KOLAKAS. *id est Adulatores.*

Adulator anagrammaticè *Laudator*, affini nomine virtutem & vitium exprimit, In fine non nominis, sed in opere finis discrimen est. Laudator honorem intendit alterius : Adulator ex laude quæstum utilem sui ipsius. Constantino palatini glires, Anasilao bursarum tineæ, Diogeni Cynico canes regii, aliis donorum aucupes, simiæ Æsopicæ, vulpes famelicæ nuncupantur. Perseverant sanè hi glires, dum penus scatet ; nidulantur hæ tineæ, dum bursa turget ; blandiuntur hi canes, dum offam sperant ; fistulant hi aucupes, dum pinguem volucrum turbam expectant ; laudant hæ vulpes, donec caseum, aut carnis frustum rostro alieno exprimant, stomacho suo ingerant. Si corvus non sibi, sed vulpi cecinit : non corvo, sed sibi vulpes est blandita. Mille fraudum artifex adulatorum dolus est. Ceu umbra imitantur corpora, ut obtenebrent ; balbutiunt cum Aristone, ut persuadeant ; incurvant dorsum cum Platone, ut Atlantes teneant fastigia ; arcuant collum cum Alexandro, ut citius metam feriant ; ut polypus, crescunt cum die, & cum eodem decrescunt : colorem mutant cum vicinia, ad rupem videntur rupes, ad fluctum aqua ; ut commodi sui in piscatu sumant incrementum. Hos vitare oportet eminus, ut procul ambules extra teli jactum. Cavendi sunt procul ut rabidi canes, ne mordeant : Fugiendi à longè, uti aspides, nè assibilent venenum, quo vulnus redditur immedicabile.

Adu-

Digitized by Google

Adulatores *Nutrices Diaboli* ſunt. Ancillæ Infantariæ ſeu gerariæ dum cunas agitant, plerumque etiam cantant, quò citiùs & ſuaviùs infantem ſopiant. Sic & Adulatores non laudanda laudant, hoc grato, ſed maligno cantu, & in ſoporem dant eos, quos blandiſſimis verbis velut in cunas condunt, movent & accinunt. Adularores B. Gregorius Canibus confert Lazari ulcera lingentibus: Hi corporis abſceſſus aliquantiſper molli linctu refrigerant, non tamen ſanant. Nec aliter ſolent Adulatores, quos eodem nomine inſigniens Alanus *Palatinos Canes* appellat. Inſigniſſimè de iis Hugo Victorinus: Adulator, inquit, amicus eſt in officio, hoſtis in animo, comptus in verbo, turpis in facto; lætus ad proſpera, fragilis ad adverſa; inflatus ad obſequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia; facilis ad humana, difficilis ad honeſta. Locuſtæ ſunt Ægyptiæ vaſtantes omnia, ait B. Gregorius. Hos Conſtantinus M. Tineas & Sorices Palatii appellabat. At depexas tunicas, rugoſos ſaccos, & ſordida palliola vix infeſtant, ſericas & auro criſpantes togas occupant, cibus eorum electus. Tales mendacia diligunt, ait Auguſtinus, veritatis ſunt deſtructores, odiorum inventores, Satanæ mediatores, Dei perſecutores, Fratres Diaboli. Plus perſequitur, ſcribit idem alibi, lingua Adulatoris, quàm manus Interfectoris. * Interrogatus olim Diogenes, quæ beſtia venenatiſſimos aut nocentiſſimos haberet dentes? *Si*, inquit, *de feris animalibus quæras, eſt Obtrectator: Si de manſuetis, eſt Adulator.* * Vulgata jam ars eſt, quâ non tantùm aniſum & fœniculum, ſed & verba ſaccharo veſtimus: Obviæ ſunt linguæ, quæ verba ſeſamo ac papavere ſparſa, aut ut Regina Paryſatis loquitur, quæ verba byſſina & holoſerica venditant ad ulnam. Sunt qui butyrum, roſas, mel videantur loqui; unde nil miri ſit, multos ab illis decipi. Venena non dantur, niſi melle cir-

circumlita; nullæque occultiores ſunt inſidiæ, quàm quæ latent in ſimulatione officii, aut aliquo neceſſitudinis nomine. Tu obſequium putas, amicitiam ſuſpicaris, metiris affectum? Inſidiæ ſunt. Tibi credis impendi famulatum? Miſeræ ſervituti ſubjicieris. * Unde fit: ut nihil ſtabile firmumque ab his ſperare poſſit, nihil illis tutò credi. Commiſſa produnt quæcunque, ſic è re ſuâ id futurum arbitrentur, omnium ſe ſucceſſibus expandentes, omnibus ſubſervientes; tam faciles in proditionem, quàm faciles in aſſenſum; ut nulla illis fides adhiberi, nulla verbis fiducia poſſit. Tam venalis oris homo probat præſens, damnat abſens, magnumque quem in os tuliſti laudatorem, ſævum, ubi retuleris pedem, patieris judicem; quemque præſentem fortem ſenſeras propugnatorem, abſentem validum feres oppugnatorem. Applaudit nimirum coram, ſævit cum latet: frontem blandè delinit, tergum unguibus ac molaribus occupat; & qui ſub aſpectum mella & flores effundebat, cum procul eſt, venena & ignes jaculatur; tanquam ſi quis præſentem extremis digitis demulceat, abſentem fulmine perimat, aut integris montibus ſepelia t * Ubi vero (Carolus V.) nonnullos, communi temporum vitio, Aulam dignitatemque occupâſſe, fictâ quâdam virtutum imagine ac diſſimulatione vitiorum comperiſſet [quæ omnis Politiæ ac Reip. turpiſſima labes eſt, ac præſens exitium,) qui verſutias fraudesque prudentiæ ſpecie, fictionem veritatis umbrâ, ſimulationem virtutis loco obtruderent, ac fortunæ humanæ moderantis ſimulacrum aliquod, pro divinæ Providentiæ numine, ſuo in animo extruerent atque adorarent: hos ille homines, Aulæ Polypos, virtutum ſimias, vitiorum charybdes, verſicolores upupas, fraudulentas vulpes, opum harpyjas, honorum aucupes, menſarum Paraſitos, Principum ſcopulos, regnorum naufragia procul ab oculis ac conſuetudine ſuâ removit.

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Adulator ſcorpio eſt, qui palpando incedit, ſed caûdâ ferit. (*Gregor.*) Aſſentatores non tantùm ſunt Dominorum ſuorum arrisores, ſed arroſores. Stercora Dominorum ſuorum comedunt ut canes. (*Mauricius Sax. D.*) Idem accidit Principibus à Paraſitis, quod Actæoni à canibus: ut nempe devorentur ab iis, quos alunt. (*Dantiſcus Ep.*) Aſſentatores non DEUM, ſed Purpuram colunt; Euripoque admodùm ſimiles ſunt; qui modò in hanc; modò in illam partem præcipitatur. (*Julian. Imp.*) Non te moveant blandimenta eorum: venena tibi ſunt, non reſpicias adulationes; gladii ſunt, & quidem ferreis atque hoſtilibus tetriores. Illos enim homines cuncti vident: iſtos incauti non vident. Illi quia apertè ſæviunt, evitantur; iſti quia occultè inſidiantur, occidunt: & hoc periculoſiores ſunt, ac novo nocendi genere pejores: quòd illis ferreis gladiis nemo eſt penitus, qui ſe lædi velit; iſtis multi etiam ſe occidi volunt; novâ atque inæſtimabilis mali lethalis illecebrâ, Illis gladiis quicunque percutitur, & timore pariter & dolore torquetur: iſtis quicunque occiditur, delectatur. Fuge ergo hoc malum, fuge Aſſentationes inſidiantes tibi, fuge obſcquelas noxias tibi. Iſta ſunt officia, quæ te jugulant. (*Salvian.*) Malum hominem blandè loquentem agnoſce tuum laqueum eſſe. Habet enim ſuum venenum blanda oratio. (*Seneca.*)

SIMILITUDINES. Mala pictura fractis veſtibus, rugis & angulis rem repræſentat: Adulator ſudoribus, clamoribus amicum imitatur; nihil exhibens ſincerum. [*Plutarch.*] Simia cùm nec domum poſſit ſervare, more canis; nec onera gerere, quemadmodùm equus; nec arare, ſicut boves; paraſitatur, ac riſum movet: ſic Adulator cùm in ſeriis ac gravibus rebus neſciat eſſe uſui, voluptatum miniſter eſt. [*Idem.*] Adulterina ſplendorem ac nitorem tantum

tum auri imitantur: ſic Adulator gratiam, obſequium, & hilaritatem amici. (*Idem.*) Non ut Polypus ſe quibuſvis locis, ita nos debemus quorumlibet moribus adulandi cauſa nos accommodare. (*Idem.*) Ut Pictura eſt tacita Poëſis: ita ſilentio quoque laudat Adulator, nempe vultúque & obſequiis, (*Idem.*) Ut prætérfluens aqua nullo certo colore eſt, ſed ſemper refert colorem ſubjecti ſoli: Ita Adulator ſui diſſimilis eſt, pro re natâ ſe ſe adaptans. (*Idem.*) Speculum quidquid objicitur, imitatur: ſic Adulator. [*Idem.*] Quemadmodùm Heliotropium ſemper in eam ſpectat partem, quâ Sol eſt, & eo condito florem contrahit: ſic nonnulli ad Regis omnes nùtus obſecundant, & in quodcunque viderint illum eſſe propenſum, in id feruntur & ipſi. (*Plin.*) Vitrum mirè Cryſtallum imitatur, res viliſſima rem longè pretioſiſſimam: ita Aſſentatio amicitiam imitatur, res peſſima longè optimam. (*Idem.*) Ut nihil inſidioſius melle venenato? ità nihil magis cavendum, quàm blandus hoſtis. (*Idem.*) Ut Ranæ ultrà ſolitum vocales tempeſtatem ſignificant imminentem: Ità cùm plurimum valet apud Principes oratio malorum bonis tacentibus, tum inſtat rerum perturbatio. (*Idem.*) Ut canes Melitæi potiſſimum in deliciis ſunt opulentioribus ac potentibus fœminis: ità Principes effæminati deliciis, plurimi faciunt Adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes (*Idem.*)

ADULTER. **Ehebrecher.** *Adultere.*

SYN. Mœchus. ADJU. Sororius, nefarius, nocturnus, ſorditus, infamis, inceſtus. PHR. Alienæ conjugis corruptor. Funeſtus nuptiarum caſtarum prædo. Publicus maritus, imò communis omniùm Adulter. Alienæ Uxori ſtuprum inferens, vitium afferens. Alienam Uxorem conſtuprans, violans. Vir poſtremâ laſciviâ famigerabilis; omnium matrimònia corrumpens; adulteriis matrimonia fædans.

dans. Fidei conjugalis violator. Impuritatis exemplum. Ille omnium cubiculorum ineunte ætate pellex, & idem posteà adulter * **Ein Ehebrecherin.** *Une femme adultere.* Projectissimi pudoris fœmina. Mulier callida, & ad veneris flagitia parastuteula. (*Apul.*] Vidua liberè, proterva petulanter, dives effusè, libidinosa, meretricio more vivens. Quæ mero & prandio matutino saucia cum suis adulteris voluptatur. Quæ Veneris colluctationibus securiùs operatur.

SENTENTIÆ. Adulter velut ante gehennam est omnium miserrimus: omnia suspicans, vel ad umbram contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis, sed omnes pertimescens, & qui sciunt, & qui nesciunt: acutos videns gladios, impendentes lictores judicio: in dolore semper est adulter, etiam in tenebris. (*Chrysost.*) Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Deus nobis præcepit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur: apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris; & eadem servitus pari conditione censetur [*Hieron.*] V. Meretrix.

ADULTERIUM. **Ehebruch.** *Adultere.*

ADJU. Nefandum, occultum, obscurum, nocturnum, morte piandum. PHR. Furtivi fœdera lecti. Venenum adulterii cunctis malis perniciosius. (*Clemens Rom.*) Fœdissima & prorsus iniquissima matrimoniorum violatio. * Nefas & iniquitas maxima. [*Job. 31. ℣. 11.*] Ignis usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina. (*Ibid. ℣. 12.*) Crimen excusabile. (*Chrysost.*) Turpitudo, ignominia, & opprobrium, quod non delebitur. (*Prov. 6.*) Flagitium, quod DEUS omni ævo est abominatus. Cujus fructus homicidium. (*Augustin.*) Vitium præceps & cœcum, pudorem & prudentiam omnem exterminans. Peccandi consuetudo deterrima.

Fla-

Digitized by Google

Flagitium, quod immanè creſcit, & roboratur; quod paſſim impunè committitur.

SENTENTIÆ. Plinius mentionem injiciens Adulterii vel in Rege puniti: *Canem locutum*, inquit, *ſerpentem latrâſſe in prodigiis accipimus, cum regno pulſus eſt Tarquinius.* Reverà nunc opus foret loquerentur canes, latrarent ſerpentes; tot enim Adulteria committuntur, tam rara plectuntur, ut pænè verendum, nè belluæ nos accuſent libidinis audaciſſimè patratæ, rarò aut timidiſſimè caſtigatæ. [*Drexel.*] Radix adulterii concupiſcentia eſt impudica. (*Idem.*) Enim verò Adulterium mihi omnium minimè ferendum videtur; nihil ita oneroſum eſt, non bonorum ſub haſta publicatio, non corporis mutilatio, non liberorum interitus, non exilium & oberratio in externâ regione, non carnifex, non inſepultum eſſe projectum. Quocirca Tyrannidem odi vel maximè, quia ejusmodi contumelias maximæ oblectationis loco habet. (*Liban.*)

ADVOCATUS. Advocat. *Avocat.*

SYN. Cauſidicus. PHR. Patronus, *vel*, Actor cauſarum. Qui in foro magnâ vocis contentione ad ravim uſque declamat. Diſertus & eloquens Cauſidicus; qui forenſibus in cauſis omnibus, quas agit, præclare conſiſtit. In prætorio aſſiduus. In agendis cauſis perpetuus. In foro exercitus. De Jure conſulentibus reſpondens. Omnium generum cauſarum & locorum Orator: Mens curiæ, vox fori, lingua judiciorum, omnium gentium defenſor, cunctorum miſerorum calamitoſorumque Patronus. Homo ſciens formularum, omnisque ad litigandum articuli.

Böſer und Gewiſſenloſer Advocat. *Un mauvais Avocat.* Forenſis Rabula. Imperitus & iners patronus. Qui vivit ex injuriâ populi, ex clade & ſanguine miſerorum. Jurgiorum præceptor. Qui dubia ex

dubiis ſerit. Qui ſſolet etiam iniquas cauſas tantâ eloquentiâ tueri, ut iniquitas videatur æquitas. Forenſia pecora, imò togati vultures, qui ſententias ſuas pretio nundinantur. [*Apul.*] Hi ſunt, qui cauſas protendunt adhibiti, impediunt prætermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliviſcuntur locupletati. Hi ſunt, qui emunt lites, vendunt interceſſiones, deputant arbitros, judicanda dictant, dictata convellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, retrahunt tranſigentes. (*Caſſiod.*) * **Ich bin Advocat in dieſer Sach geweſen.** *J'ay eté l'Avocat en cette cauſe.* Cauſam illam egi apud Prætorem. Ad me cauſa illa delata eſt. Cauſæ illius ſuſcepi patrocinium. Huic cauſæ Patronus extiti. Hâc in re ei patrocinatus ſûm. * **Cicero iſt der beſte unter allen Advocaten geweſen.** *Ciceron a eté le meilleur Avocat de tous.* Cicero cauſidicorum coriphæus fuit. In agendis cauſis omnibus antecelluit, omnibus præſtitit, omnes anteceſſit. Patronus Ciceroni conferendus nemo fuit, neque eloquentiâ, neque ſtudio, neque fide ad judices. Ad tribunalia, ad cauſas tantum eloquentiæ, ſtudii, fidei, quantum Cicero nemo attulit. In judiciis, in foro, in forenſibus cauſis, in forenſi munere, in tractandis cauſis, in cauſarum patrociniis, in defendendo & accuſando par Ciceroni nemo fuit.

ÆDES. **Gebäu.** *Edifice.*

SYN. Ædificium, Tectum, Strũctura, Fabrica, Ædes, Domus. ADJU. Alienæ, amæniſſimæ, auratæ, magnificæ, malè materiatæ, peſtilentes, ſalubres, nobiliſſimæ, optimæ, profanæ, ſacræ, intimæ, mediæ, ruinoſæ, arcendis temporum injuriis opportunæ; Situ & pulvere ſordidæ; Aſpectu pulcherrimæ; Ad inſignem magnificentiam ædificatæ & inſtructæ; Vice templorum exornatæ; Ad aſpectum præclaræ; Amplitudine auguſtæ. Domus bona, atque ornata, ornatiſſima. ÆDIFICIUM ſplendidum, magnificum, auguſtum, regium. Ruinam, ca-

caſum minitans ; caducum, infirmum, ruinæ proximum. Rimam ducens, agens. Humile, abjectum. Solis araneis habitandum. PHR. Ubi veſtibulum arte Praxitelis magnificum: muri penicillo Timantis interſtincti: Pavimenta azaroti modo teſſellata: Laquearia curiosè cavata, argenteis intercurrentibus laminis Cæli ſtellas imitantia. In quo Tabulina perpulchra cernuntur, & Lacunaria auro oblita. Cujus pavimenta inciſivo opere, transmarino marmore parietes, auro & argento diſtinguuntur Laqueria. In quo omnia eximiè ſumptuoſa, admiranda ſunt. Hæ Ædes non egregiis modò locupletatæ ſunt picturis, ſed gemmis etiam auroque fulgent: eo ſplendore atque opere, ut ars certare videatur cum materiâ. **Hauß ſo verſchiedene Stockwercker hat.** *Maiſon à divers étages.* Variæ contignati is, *vel*, multiplicis tabulati Domus. **Von verſchiedenen Gebäu.** *A pluſieurs corps de logis.* Diſpertitis regionibus diſtincta domus. Multipartitarum ædium diverſæ ſedes. **Er hat ein gar ſchönes Hauß.** *Il a une fort belle maiſon.* Domo utitur cumprimis lautâ & pereleganti. Habitat in amplâ domo ac ſplendidâ. Illuſtre lautiſſimumque habet domicilium. Eæ ſunt illius ædes, in quibus neque lautitiam, neque elegantiam deſideres. * **Luſt-Hauß.** *Maiſon de plaiſance.* Ædes voluptuariæ. Domus ad amœnitatem, voluptatemque conſtructa. Domus amænitatis plena, magisque ad voluptatem, quàm ad proventum.

AMPLIFIC. Solent, qui ex Democratis, Philonis, Vitruvii, aliorumque ſeu priſcæ, ſive hodiernæ Architectonicæ legibus magnifica Ædificia moliuntur, dare Symmetriæ primas curas, venuſtati ſecundas. Quamobrem adhibent ad Propylæorum decus, Atlantes, Caryatides, Encarpa, Lemniſcos: illuſtrant Antipagmenta rari pretii marmoribus; columnis varii operis; faſtigia frontemque excolunt præ-

ſtantis artificii, Divorum, Heroúmque ſtatuis: cohoneſtant atria gentilitiis Avorum imaginibus, nihil denique prætermittunt, quod ſtructuræ conciliare gratiam, perque primores iſtas illecebras, intuentium oculos capere, & animos trahere poſſit ad præclaram artis, poſitæque operæ exiſtimationem. * Finge conſtructam ab Artifice domum: jacta ſolidè altéque fundamenta: erectos ſublimè parietes: intus atria, periſtylia, gradationes, conclavia, thalamos, antithalamos: foris aperturas, lumina, jugumenta, præcinctiones, faſtigiorum acroteria, ornamenta Coronarum, ſubgrundationes, projecturas, membra omnia Ædificii ex Architecturæ legibus ita fabricata, ut altitudo ad perpendiculum, angulus ad normam, longitudo ad regulam lineamque reſpondeant. Finge præterea hanc domum exædificatam è marmore magnam partem fragili ac ruinoſo: ſtare, tegique è lignis intempeſtivè cæſis, pandatione ſidentibus, odorem terrimum exhalantibus: demùm inſalubri ſub Cælo deſcriptam aream, ipſamque domûs faciem ad Ætheris inclinationem obverſam eſſe; unde nocentes ventorum aſpirationes aurásque è paluſtri vicinitate nebuloſas intercipiat. * Specioſiſſimum fuit Atrium fere quadratum, è dodrante cinctum ædificiis, quorum media elegantiſſima ſubſtructio, tribus aut quatuor omnino tabulatis in altum erigebatur, faſtigio exquiſitiùs elaborato, artificio non vulgari.

Quanquam ſub prima mundi nati cunabula non minimum ſaturniæ adeoque aureæ felicitatis putabatur argumentum, nullis domorum claudi ſepimentis; nam cùm *Saturno ad Tartara miſſo, ſub Jove mundus erat; Tum primum ſubière domos.* (*Ovid. 1. Met.*) Hodie tamen nulla major cenſetur felicitas, quàm ſplendidâ ædium mole, ductisque in cœlum turribus includi. * (SALOMON) ædificavit Regiam ſumptu magnificentiſſimo, & innumera præterea Palatia aſpectu pul-

pulcherrima, *ſublimibus alta columnis, clara micante auro, & flammas imitante Pyropo:* qualem ſolis Regiam deſcribit Ovidius. Videre erat in marmore cælata Praxitelis opera, vermiculata in gypſo Dædali artificia, teſſellata in cedro Polycleti laquearia, proſtantia hinc inde Phidiæ miracula, Agyptias pyramides. Videre erat in parietibus aulea babylonica, chaldaica periſtromata, Serum texturas, Phrygum labores, Attali tapetia, Parrhaſii cortinas. * Igitur illas Ædificiorum ſpecies, in quas patrimonia ſua profuderunt, amœniſſimas & extructiſſimas deprehendas: Villas æmulas urbium conditas; Domos vice templorum exornatas: Arces ad delicias mirè excultas. Nihil unquam videas tam ſimile cœlo. * Cave huic operi componas Ægypti pyramides arte pretioque certantes; Coloſſum Solis Rhodium, ſitu & mole admirabilem; Phariæ Turris lumina, dignum Ptolomæo Rege opus; Epheſiæ Dianæ Templum, muros Babylonis, Mauſoli Sepulchrum, Simulacrum Jovis à Phidiâ in cœlos eductum, Coſrois Regiam, Minois Labyrinthum, auream Neronis domum, Amphitheatrum Pompeii, &c.

SENTENTIÆ. Noli tabulis & picturis ædes tuas occupare; ſed modeſtiâ, ſobrietate, temperantiâ depingito. Elaborare, ut gypſo candefacta domus in admiratione ſit, luxurioſi eſt: animum verò benignitate liberalitatis illuſtrare, & ſplendidi eſt & humani. (*Epictet.*) Facit natura, ut ſit hominibus neceſſaria habitatio: ſed per hunc uſum voluptas ſubiens per animæ compagem, convertit uſum in quandam immoderatam & ſumptuoſam ornamentorum magnificentiam, & traduxit ſtudium ad hortos & hortorum ornamenta. (*Greg. Nyſſ.*) V. Domus.

ÆDIFICARE. Bauen. *Bâtir.*

SYN. Exædificare. PHR. Ædificia extruere, conſtituere, condere, erigere, excitare, conſtruere.

Col-

Collocare ſibi domicilium in aliquo loco. Strenuè ædificare. Moliri, fabricare, extollere, firmare, ponere ædificium. * **Vollende den Bau / ſo du angefangen haſt.** *Achevez l' edifice, que vous avez commencé.* Nè gravere exædificare opus, quod inſtituiſti. * **Einen ſtattlichen Hoff bauen.** *Bâtir une Cenſe magnifique.* Villam ad Cœlum extruere. * **Ich bau an dreyen Orten / daß übrige verbeſſere ich.** *Je bâtis en trois endroits, pour le reſte je le fais raccommoder.* Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. * **Auff Säulen bauen.** *Bâtir ſur des pilliers.* Suſpendere ædificium. * **Durch deine Freygebigkeit wird forderſambſt fortgebaut.** *C' eſt par votre liberalité, que le Bâtiment s' avance.* Parietes non tam manu artificum, quàm eximiâ tuâ liberalitate creſcunt, ſurgunt, attolluntur. * **Ich hab dem** Cotta **den Bau ſeines Hauß abverdingt.** *J' ais fais marché avec Cotta, pour bâtir ſa maiſon.* Domum de Cottâ faciendam conduxi. * **Ein Gebäu über ein Hauffen werffen.** *Demolir un bâtiment.* Deponere, vel demoliri ædificium. Domum diruere, diſturbare, deſtruere, evertere.

AMPLIFIC. Lapides informes, qui locandi ſunt in fundamentis, quadrantur, aptanturque, ut Ædificium ſtabile, firmum, ac bono nixum fundamento conſtruatur, ut nè ruat, aut nè vitium faciat, cùm perductum fuerit ad faſtigium: ſed rudes atque aſperi, qui ponendi ſunt in Ædium facie, poliuntur & concinnantur; ut ad ſpeciem ornata Domus extrinſecus videatur.

ÆGER. **Kranck.** *Malade.*

SYN. Ægrotus, infirmus, morbidus, invalidus, *vel*, mœrens & afflictus. ADVERB. Graviter, gravius, graviſſimè, non mediocriter, periculosè, vehementer diúque. PHR. (*Petrus*) **iſt kranck.** *Pierre eſt malade. Petrus* valetudine eſt infirma, haud ſanè commoda, perquàm incommoda; parùm proſpera, pa-

Digitized by Google

parùm ſecundâ, malâ, adverſâ, infauſtâ, imbecillâ, dubiâ, longè aliâ quàm vellet. Valet ſecus, quàm velit. Valetudine utitur, tenetur, haud ſatis, nequaquàm firmâ, paulò infirmiore, ſatis affectâ, tenui, perdita, ad morbos propensâ. Parùm validus eſt. Infirmè valet. Valetudinis vitio laborat. Non rectè, minùs bellè ſe habet. Non omninò valet. Viribus parùm firmis eſt. Firmitudinis, firmitatis, roboris, ei minùs eſt, quàm ſat eſſet. Sunt ei vires parùm validæ. Ægrâ valetudine oppreſſus decumbit. Adverſa valetudine detinetur. Imbecillitate valetudinis eſt occupatus. Gravi vehementíque morbo afflictatur. Morbus illum prorſus exhaurit. Malè valet. Malè habet. Gravi morbo afficitur, premitur, correptus eſt. conflictatur, afflictatur. Morbi diritate excruciatur atque conficitur. Morbo impeditur, tenetur affligitur, urgetur, conſtringitur, tabeſcit. Morborum ſe ſe prementium viciſſitudine afflictatur. Cui nulla à dolore immunis dies, aut non vectigalis ægritudini, aut non ſtipendiaria morbis. Ejus artus laborant. Animo malè mihi eſt. Æger gravi morbo decumbit. Hujus ægroti ſalus inclinata eſt. Non procul abeſt hic ægrotus à periculo vitæ: magnum adit ſalutis periculum: ad extrema pænè devenit. Deterrimum in locum deducta eſt hujus ægroti valetudo. Æger peſſimè habet. Illius jam prope deſperata ſalus eſt. Æger eſt maximè, propéque depoſitus. Ab initio anni adhuc in morbo fuit. Morbus ejus non admittit curationem. In morbum delapſus eſt, incidit. Subitâ valetudine correptus eſt.

Er ſtudiret ſich krank. *Il eſt malade pour trop étudier.* Morbo languet, peſſimè valet, graviter affectus eſt ex labore, ex immoderato ſtudiorûm uſu, ex nimia ſtudiorum conſuetudine, ex intemperantia ſtudiorum. quòd ei ſtudiorum modus nullus ſit, quòd ſibi minimè parcat in ſtudiis, quòd ſtudia nimium labo-

rio-

riosè tractet. Sic laborat in ſtudiis, ut vires ſuas imminuat, conſumat, exhauriat, debilitet, infirmet, affligat. * Offenſio valetudinis me per dies præteritos, cæli aſpiratione tam gravi, publico arcuit. Ingens & intolerabilis dolor caput meum occupavit. Caput condolet mihi. Caput mihi à ſole dolet. deteriùs valeo pedibus. Afflicta ac penè proſtrata valetudo velocem tabernaculi mei diſpoſitionem non vana præſagitione denunciat. Deus illum lecto affixit.

Er iſt krafftloß/ die Arbeit des Studirens zu ertragen. *Il eſt trop foible, pour pouvoir etudier.* Viribus eſt tenuioribus, minus habet virium, roboris, quàm ut ſtudiorum onus, laborem ferre, labori par eſſe poſſit, Eam illi valetudinem, eas illi vires natura negavit, quas laborioſa ſtudiorum tractatio, aſſidua literarum exercitatio, graviſſima literarum ſtudia poſtulant, requirunt, deſiderant, exigunt. Valetudine afficitur proſtratâ, ſic ut labor eum ſtudioſorum facilè opprimere poſſit. * **Er iſt ſehr kranck.** *Il eſt fort malade.* Ille ita partim curis diuturnis eſt maceratus, partim ſenio viribusque exhauſtus, ut ægrè admodùm ſpiritum ducat, aut pedibus conſiſtat. Adeò infirmus eſt, & tantâ corporis imbecillitate premitur, ut frequentiſſimis modis affligatur. Tenetur ille graviſſimâ vi morbi defixus in lecto; Vicinitate jam mortis ab omnibus penè corporis partibus ſenſus abſceſſit.

Ein anſteckende Kranckheit. *Une maladie contagieuſe.* Contagio, contagium, contagies, lues contagioſa. Morbus contagioſus, contractus ex alterius contactu; qui transfunditur, derivatur ad, *vel*, in alios. * **Es iſt mit ihm wieder beſſer worden.** *Il ſe porte mieux.* Aſſurgit, *vel*, convaleſcit ex morbo. Melius ſe habet. Vires recuperavit. Valetudinem confirmavit. Firmiori in valetudine eſt, quàm antehàc. Eſt gravi valetudine firmiſſimus. Eſt omni morbo liberatus. Eſt redditus ſaluti. Nunc vegeto ſolidoq; cor-

corporis robore præstat. Est suo morbo levatus. Est sibi abundè restitutus. Restitutus est pristinæ valetudini, & eidem incolumi. Pristinæ incolumitati est redditus. Ex morbo jam convaluit. Morbo solutus est. E mediis faucibus mortis evasit. Adsum redux in patriam, quæsitissimæ sospitatis inventor; & quanquàm homo sum, ac bipes; nunc tamen, erraticus quasi tripus per medicorum manus diu multúmque jactatus, in templo sapientiæ, sapientiumque consessu, iterum statuor ad Apollinem.

AMPLIFIC. Quàm æquo, quàm præsenti animo, quàm composito omnes acerbitates vel languoris; vel curationis exhausit? Quàm sæpe, quantóque dolore, etiam longè repetitâ anteactæ vitæ memoriâ, peccata ritè confessus est? Quoties cælestis mensæ ferculum, viæ difficilis viaticum & petiit, & impetravit? * Morbus exsorbet sanguinem, immutat præclaram corporis speciem, colorem infuscat, vires attenuat, corpus incurvat, oculos hebetat, somnum adimit, hilaritates omnes fugat, membra omnia debilitat atque frangit. * Hoc morbo cerebrum æstuat, verminant aures, tanquam apud Cimmerios, & in nigrâ nocte caligant oculi, marcet & tabet facies, tremunt manus, curis rigescit, distenditur venter, titubant & labuntur pedes. Erat infectus adeò atque corruptus, ut naturam puderet hominis, medicos tæderet artis, famulos pigeret officii. Vidisses exangue, supremáque confectum macie corpus: oculos suas contrusos in cavernas: os cloacæ spiraculum: faciem acri atque igneo serpente humore corrosam ac populatam: expilatum fœdissimè caput. Vidisses diffluentem undique saniem: dehiscentes in frusta marcidas carnes, ejecto vermium grege. Quid memorem tessellatam pustulis cutem? quid formicantem scabiem, ungui operoso heram importunam, crustásque immanes tabe vermi-

cu-

culatas? quid ossa suis eruta cæmentis ? quid torpentibus membris truncum immobilem? quid evolutas jacentis sordibus albicantes animalculorum legiones , nec non exhalatos odoris graviſſimi nimbos,ad levandum (scilicet) ignoto Sabæis thure fastigium?illum dixisses peccati piaculum ! illum pœnarum sedem : illum non hominem, sed humanæ figuræ vestigium. Aberat corpus à corpore ; dixisses denique non cadaver,sed sepulchrum.Decumbebat erecto animo ita prostratum corpus , ut cuicunque parti incumberet, mille morbillorum ulceribus inniteretur. Sed,olim laudato Regulo non inferior, nec gemitu suos cruciatus dignatus, nec querelâ tormentum. Condoleri sibi non est passus, qui & dolorem queri dedecus arbitrabatur. Cùm penè in lacrymas commiserantes amici diffluerent , ipse ore ad risum composito in gaudia exsiliebat. Mori paratum vitæ illicia non tenebant : vivere tamen meritum mors ambitiosa sequebatur. Vergebat ad punctum vitæ periodus, ut tandem in verbo conquiesceret. * Nota est lugubris illa Venusini Vatis Oda : *Audax Iapeti genus , Ignem fraude malâ gentibus intulit. Post ignem æthereâ domo subductum , macies & nova febrium , Terris incubuit cohors.* Sed quid opus figmentis , quando in ipsa prima parente nostra veram experti sumus Pandoram : cujus infeliciſſimus ille cum pomo corbiculus , quid nisi omnigena mala in pomo latentia continebat ? Ut primum hunc incautus Epimetheus Adamus discooperuit,protinus quà data porta foras ruere morbi, pallor evolare , dolor erumpere, fœda ulcera, lethiferæ pustulæ , informis scabies , & sexcenta id genus ab Orci vestibulo monstra terris ingruere , humanum genus totum quantum perditura. Circum feramus tantisper per orbem oculos, & videbimus ægrorum omnia plena : hunc dolores colici divexant , illum excruciat calculus , alium hypo-

pochondria consumit, istum emaciat phthisis, alium podagra lancinat, hunc elephantiasis exagitat, illum calida perurit febris, ut hunc tumidum inflat hydrops; ut proinde Mundus universus non videatur aliud esse, quàm nosocomium, xenodochium, & quoddam morbidorum hospitale. Hinc tot curandæ sanitatis remedia, tot alexipharmaca, catapotia, syrupi, electuaria, unguenta, assiduè parantur, excoquuntur, distillantur. (*Vide supra Pag.* 21. *Lin.* 7.)

SENTENTIÆ. Corporis debilitas nimia vires animæ frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit. [*Hieron.*] Quosdam præsciens Deus multa peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, nè peccent: ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem, quàm remanere incolumes ad damnationem. (*Hugo.*) In omni morbo tria gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatis. (*Seneca.*) Morbus est perturbatio corporis. [*Socrat.*] Frequenter autem non minima morbi pars est imaginatio morbi metusvè. Hunc languorem solet excutere negotiorum ardor. (*Erasm.*) Ægrotanti quippe non succensere, sed opem afferre oportet. (*Chrysost.*) Ægritudo in sapientem virum non cadit: serena enim ejus mens est; nec quidquam incidere potest, quod illam obducat. (*Sen.*)

SIMILITUDINES. Ut nautæ nimiùm onerantes navem, deinde in exhaurienda sentina laborant: ita qui corpus onerant cibis, deinde clysteribus inaniunt. (*Plut.*) Qui corpus ægrè affectum ad balnea ac voluptates trahit, quasi putrem ac laceram navem deducit in mare, (*Idem.*) Qui ità corpus exinaniunt pharmacis, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis, perinde faciunt, ac si quis expulsis è civitate Græcis, inducat Persas aut Scythas. (*Idem.*) Ut putri & ruinam minanti ædificio non adhibentur fulturæ, sed circumspiciendum, ut exeas: ità defecto corpore demigrandum è vita. (*Seneca.*)

ÆMU-

Digitized by Google

ÆMULARI. Nachthun. Nacharten. *Porter envie à quelq'un.*

SYN. Imitari, invidere, sectari. ADV. Superbè, PHR. His æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Æmulantis est angi alieno bono, quod ipse non habeat. Heroum veteres casus imitari atque adumbrare dicendo. Is honoribus majorum respondere non potuit. Ipsi se homines in Regis, velut unici exemplum, mores formant. Persequi mores alicujus. Filius liberalitate vitam Patris expressit. Vitium imitatione ex aliquo exprimere. Quorum æmulari exoptat negligentiam potius, quàm istorum obscuram diligentiam. Ciceronem faciliùs laudare possumus, quàm æmulari. Ejus dicendi laudem summo studio æmulatur.

ÆMULATIO. Eyffer. *Emulation.*

SYN. Invidia, virtutis imitatio, simultas. ADJU. Vitiosa, mutua, puerilis, perpetua; Cumprimis ardens atque efficax; Rivalitati similis; Animis insita atque ingeniis hominum. PHR. Ardens exæquandi solicitudo, *vel*, studium. Ardor consequendi boni, quo alii fruuntur, & nos cum dolore caremus. Acrior imitatio. Inter hos infensus æmulatus exercebatur. Æmulatio nunc spe, nunc desperatione æstuat: nunc ingentia promittit, nunc rursum dolet eripi, quod alios videt assecutos; laudis ac gloriæ stimulis ad audendum excitatur. Cos diligentiæ iuduſtriæque. Languoris & inertiæ interitus. Concertatio studiorum. Æmulandi ratio matura atque constans; acris tamen nihilominùs ac vehemens, quæ cohibet ipsa se se, neque indecorè foràs profunditur. In pueris optanda; quòd hæc velut in herbis significet, quanta frugum ingenii ubertas ac copia sit futura. Certamen de excellentiâ & laude susceptum.

SEN-

SENTENTIÆ. Nihil tam vile, tamque vulgare, cujus particeps malignis Æmulatio is ſtimulis vacet. (*Mamertin.*) Eſt bona Æmulatio, cum quis ſic æmulatur, ut virtutem imitetur. Eſt & mala Æmulatio, cum quis ea facit, ut rectè agentem depellat à virtute. (*Chryſoſt.*) Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quàm Æmulatio, in fœminis præſertim. Ea porrò naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardeſcit invidiâ. (*Plin.*) Ut non eſt verus amor, qui caret Zelotypiâ: ita non amat vehementer virtutem, niſi qui ardet Æmulatione rectè factorum ab aliis (*Plut.*) Mihi paſtus atque obſonium magnanimi animi, & quaſi cibus quidam Æmulatio ac livor videtur. Eſt & Æmulatio ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. [*Cic.*]

ÆMULUS. **Nachfolger/oder Eyferer.** *Corrival.*

SYN. Imitator, ſectator, *vel*, adverſarius. ADJU. Non moleſtus. PHR. Æmulandi ſtudio incredibiliter flagrans. Æmulus atque imitator ſtudiorum ac laborum meorum. Æmulus domeſticæ laudis. Authoramentum quoddam gloriæ eſt ardentior Æmulus. Purpurat enim Æmulus, dum exaggerat ſuæ ſpei ſimulachra, & votorum imaginem inaugurat. (*Nieremberg.*) Hic ſapiens cum ſapiente certat, juſtus juſtum æmulatur, fortis cum forti de virtutibus earumque præſtantiâ contendit. Sunt enim hîc ſua præmia laudi, quibus languentes hominum animi excitantur jacentes, & ad ſalutarem illam, utilem & fructuoſam æmulationem inflammato ſtudio rapiuntur.

AER. **Lufft.** *Air.*

SYN. Aura, cœlum, anima, ſpiritus, æther, Jupiter, dium. ADJU. Adverſus, craſſiſſimus; naturâ maximè frigidus, & minimè expers caloris: calidus, proximus; craſſus & concretus; finitimus;

mus ; immenſus & infinitus ; ſuperior , plenus , temperatus , pluvius , nubilus , procelloſus , roſcidus , meabilis , ſpirabilis ; purus ac tenuis ; mobilis. PHR. Grata Aëris temperies. Liquidiſſima Cæli tempeſtas , geſtientem animi lætitiam ingenerans. Sudus aër , & nebulis non infeſtus. Nulli non tractabile Elementum. Aër Cœli tenuitate & calore temperatus , vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. Nobis aër craſſus offunditur. Aër craſſiſſimus circumfundit terram. Aër tum fuſus & extenuatus in ſublime fertur , tum autem concretus in nubes cogitur , honoremque colligens , terram auget imbribus : tum effluens huc & illuc , ventos efficit. Aër ſurſùm rectis lineis in cœleſtem locum ſubvolat , ſupera ſemper petit. Aër unùm ex primis initiis & elementis rerum. Aër fertur levitate ſublimi. Aërem ſpiritu ducimus. Aër à vaporibus terreis , i. e. à ventis impellitur , vaporibus aqueïs i. e. nubibus repletur , & flammis ignitionibus nonnunquam in ſummo ſuccenditur. Gravitatem hujus Cœli vix ſuſtineo. Utuntur craſſo cælo & concreto. Nihil eſt tam commune , quàm ſpiritus vivis. Nunquid animum tuum non præcellit tam ingens aëris huc illuc commeantis latitudo , nullis penè terminis anguſtata ?

AMPLIFIC. Locus , unde venti oriuntur & nubes , unde nives grandinesque in terram feruntur ; unde fulmina & tonitrua terribili fragore mentem humanam percellunt. * Aër naturâ variabilis eſt , & in nubes cogitur , & reciprocis flabris aperitur , & nimbis vehementibus rumpitur , nivibus etiam & glacie inhorreſcit , & præcipiti grandine deſuper verberatur. Turbine , flatibus , typhonisque conflictu fit procelloſus : ſed telis fulminum , & miſſilium cœleſtium jaculis igneſcit. * Suprema & propinqua cœlo aëris pars à turbis libera eſt , non cogitur illa in nubem , non in tempeſtatem propellitur , non verſa-

versatur in turbinem; inferior tonat ac fulminat. * Ad aërem te dimitte; quid fluor ille videtur, & tenui filo puritas; Sed puritas [aliter quàm in Cœlo,] incerta,& sæpe ventis, nivibus,grandine,sæpissime fluviis turbata. * Aër quàm Elementum misericors, quàm liberale! ut arenti terræ succurrat, proprias ei lacrymas propinat. Liquatur in rores, & animatur in flores, circulatur in stillas, & recreat plantas; funditur in imbres, & alit segetes.(Vide *Apologum elegantem apud Caspar. Knittel, Dom.3.Advent.Pag.55.*

ÆSTAS. Sommer. *Estè.*

ADJU. Summa, affecta, sperata, pulverulenta, torrida,sicca,adulta. PHR. Tempus æstivum. Anni pars ferventior. Cum campis spicea messis inhorruit. Quando pacatum diffuso lumine Cœlum nitet. Dum rami baccarum ubertate incurvescunt. Cum æstus hiulcat agros. Suis Æstas frugibus intuentium oculos allectat, & in se totos admiratione conversos præstringit. Affecta jam propè Æstate, uvas à Sole mitescere tempus est.

AMPLIFIC. Æstas frugem & annonam maturat, animantibus pastum cuique aptum copiosè porrigit: lanitio oves levat, campis gramina in fœnum demetit, falcibus cererem colligit, plaustra manipulis onerat; uvas increscere,oleas turgere, poma maturescere facit. At verò æstuum vehementia morbos creat, pest ilitatem serit inclementiùs, urit agros, herbas jugulat, exhaurit amnes, fontes desiccat, ariditate animantes conficit. Æstatis beneficio aristas molliter flavescere, & in his pomariorum deliciis fructus matureścere videas, qui carpentis invitent manum. Tempus id eratt, quo sol minimas altissimus umbras efficit, quo fervet Æstas,quo sonant horrea,quo exundat Nilus, & salutari diluvio opulentat Ægyptum.

Digitized by Google

ÆSTIMARE. Achten. *Eſtimer.*

SYN. Judicare, cenſere, *vel*, conſiderare. PHR. Aliquid magni, *vel*, magno æſtimare. Rem magni facere, pendere: Non in poſtremis habere: Non in minimis ducere: non in ultimo loco ponere. Alicujus Perſonæ rationem, *vel*, reſpectum habere. Aliquid in æſtimationem accipere. Vulgus ex opinione multa æſtimat. Decem millibus aureorum lis æſtimata eſt. Benè de aliquo æſtimare. Immodicus Sui æſtimator. Juſtus, injuſtus rerum æſtimator. A Græcis quodam tempore omne punctum doctrina tulit; fuit tamen cum plusculum illi Romani tribuerent.

Die Tugend wird nicht nach ihrem Werth geachtet. *La Vertu n' eſt pas eſtimée, ce qu'elle vaut.* Suus virtuti honos non habetur. Virtuti debita merces non tribuitur. Virtuti parum defertur. Virtus non quo deberet loco eſt: non quem deberet locum obtinet. Nullo loco virtus ducitur. Nulla ratio, nullus reſpectus habetur virtutis. In minimis ponitur. Poſtremum locum obtinet. * **Ich acht es ſo viel als nichts.** *Je ne l' eſtime rien.* Hujus non æſtimo. Id flocci habeo, nauci habeo, pili non duco, minimi puto. **Ich halt auff Niemand mehr als auff dich.** *Il n' eſt perſonne, que j' eſtime plus que vous.* Omnium hominum pluris quàm te facio neminem. * **Ich acht mehr auff die Ehr als auff das Leben.** *J' eſtime plus l'honneur, que la vie.* Antiquior, potior, prior mihi gloria eſt, quàm vita. * **Er wird nichts geachtet.** *Il n' eſt point eſtimé.* Eſt nullo numero, nullius nominis. Nullo in loco eſt. nullo in honore eſt, nullum obtinet locum, honore vacat, dignitate caret, prorſus jacet. * **Sih/wie hoch ich dich achte.** *Voyez, quel'e eſtime ie fais de vous.* Vice, quanti apud me ſis. * **Ich ſchätze dieſe Sach alſo hoch.** *Je fais une ſi haute eſtime de cette choſe.* Ea

res

res adeò mihi in excelſo eſt. * **Er wird von dem König ſehr hoch geachtet.** *Il eſt en grand' eſtime auprez du Roy; Il en eſt fort eſtimè.* Magna eſt æſtimatione ac famâ; Magno in loco eſt; *vel*, Magni nominis eſt, apud Regem. Auctoritate & exiſtimatione valet, floret, pollet apud Regem. Magno in numero habetur apud Principem. * **Was haltet er von dir?** *Quelle eſtime fait il de vous?* Quem locûm apud illum obtines, tenes? Quo numero es? Quo te loco habet? * **Du achteſt die Reichthumen gar hoch** *Tu fais grand état des richeſſes.* Divitias magni pendis, magni facis, magni æſtimas. Divitiis plurimùm tribuis. Plurimùm apud te divitiæ valent; magni ſunt apud te ponderis. Divitiæ tibi in excelſo ſunt. * **Und ich achte ſie wenig.** *En moy je n' en fais point d' état.* Ego verò illas minimi puto; in minimis duco; ultimo in loco pono; nihil reputo, duco, pendo, æſtimo, facio. Apud me verò, divitiæ nullo loco ſunt, minimùm valent, minimi ſunt apud me ponderis; poſtremæ rerum omnium mihi ſunt. * **Man muß das Ehrbare dem Nützlichen vorziehen.** *Il faut faire plus d' eſtat de l'honeſte, que de l' utile; Il faut preferer l' honneſte à utile.* Majorem decet honeſti rationem habere, rationem ducere, quàm utilitatis. Honeſtum utili præferendum, præponendum, anteferendum. Debemus honeſtum ſpectare, curare, ſequi magis quàm utile. Pluris æſtimare, facere, pendere, putare, reputare, ducere honeſtum quàm utile. De honeſto potiùs quàm de utili laborare, cogitare, curam gerere. Propoſitum habere honeſtum potiùs quàm utile. Ad honeſtum potiùs quàm ad utile noſtra conſilia, ſtudia, cogitata intendere, dirigere debemus. Antiquior, potior, prior nobis debet eſſe de honeſto cura, quàm de utili. In noſtris conſiliis & cogitationibus, plùs honeſto, quàm utili debet eſſe loci. Conferri, referri ad honeſtum potiùs quàm ad utile, noſtra conſilia, noſtra ſtudia debent.

ÆSTIMATIO. Pretii indicium, impoſitio pretii. Æqua, optima, non modo non incommoda, ſed etiam grata; remiſſior, tolerabilis, communis, mediocris, propria. Mihi & res, & conditio placet; ſed ita ut numerato malim, quàm æſtimatione, *ſcil. emere.*

SENTENTIÆ. Velut in bilance comparamur rebus. Quantò una lanx deprimitur, tantò attollitur altera; tantò vileſcimus, quanto res pretiamus; tantò attollimur, quantò ipſas æſtimatio deprimit. Magnus eſt, qui parva omnia dicit: Maximus, ſe, inquam, major, qui ſe negligit. (*Nieremberg.*) Quis niſi Gemmarius pretium dicet unionis? Errorem picturæ quis meliùs peritiſſimo Artifice dignoſcet? Nec operum pretium aliquis taxabit melius, quam qui optimus. (*Idem.*)

ÆTAS. Alter. *Aage.*

SYN. Univerſale, *vel*, antiquum, *vel*, præſens tempus. Particulare ac certum humanæ vitæ tempus. Ævum, Sæculum, Ævi ſpacium. ADJU. Bona, recta, beatior, brevior, conſtans, feſſa, decrepita, extrema, gravis, media, otioſa, quieta, provecta & decrepita, acta *vel* exacta, annis feſſa, ſuperior, certa, diſpar rerum, exacta demensque, grandior, horribilis, improvida, heroica, infirma, ingraveſcens, opportuniſſima, integra, integerrima, corroborata, prima, longa, longiſſima, longinquior, lubrica atque incerta, reliqua, puerilis, fugitiva, irrevocabilis, matura, decurſa, præceps, propera, irrequieta, incurioſa, vinoſior; *Totæ, diſpares, ſempiternæ;* Provecta, grandis, in ſenium provecta, in ſenectam provectior. acta decursáque, prudentiæ capax. PHR. Prima puerorum ætatula. Progreſſu ætatis. Ubi ætas acceſſit. Progrediente ætate accedit prudentia. Curſus eſt certus ætatis, & via una

na-

naturæ, eaque ſimplex: ſuáque cuique parti ætatis tempeſtivitas eſt data. Ut enim infirmitas puerorum eſt, ferocitas juvenum, gravitas jam conſtantis ætatis, ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. Noſtrâ ætate. Sua cuique ætas vino gratiſſima. Fabulam ætatis perage-re. Florem ætatis tangere. Id ætatis homo; Id ætatis ſumus, *pro* Ejus ætatis. Tempus extremum, finitum ætatis. Tempus modicum ætatis. Adultâ ætate. Aliquis emeritis jam ſtipendiis profligatæ ætatis, jam affectæ, & ad exitum vergentis. Impenſa ætas labori. Accedit ætas vino, cùm inveteraſcit. Accedit illi plus ætatis. Ætatem agere deſidiosè. Confirmata ætas. Conterere ætatem in re aliquâ. Devexa ætas à laboribus ad otium. Præcurrere aliquem ætate. Vergit ætas. Vivere tertiam hominum ætatem. Per ætatem poſſe.

Ætas ipſi fermè acta eſt: Decurſa ipſi jam propemodum eſt ætas. Satis longè vitam produxit. Jam ipſum ad exitum vitæ penè natura ipſa perduxit. Vixit, quatenus homini licet. Ætatis ſatis vixit. Extremæ ſenectutis onus ſuſtinet. Satis longum vitæ ſpatium peregit. * **Sein Alter ſchickt ſich nit zum ſtudiren** *Son Aage n' eſt pas propre pour étudier.* Ætas ejus impar literis. Anni ejus capeſſendo ſtudio pares non ſunt; multis modis ſtudio literarum inferiores ſunt.

AEtas bellicoſa & docta. Ter quaterque felicia tempora, quibus in cœcâ bellorum nube, multiplicis ſcientiæ fulgor emicat; Quibus in densâ telorum grandine, fulmen ſapientiæ, ut vis major in hoſtes irrumpit: Quibus in medio armorum fragore, Oratorum ac Poëtarum flexanimæ voces altius intonant. Floret ad ſtultæ loquacitatis invidiam, fortunatum hoc ac verè aureum Sæculum: Floret felici eorum hominum proventu, qui frugibus inventis, glande veſci

miſerum arbitrantur. Ut nos cum venuſino canere poſſimus: *Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus, atque Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.*

Ætas alia. Emarcuit decor ille vetus Gratiarum; obſolevit modulati conventûs ſplendor; diſcivit eloquentia, deſciverantque reliquæ artes ab illâ veteri gloriâ, non tam inopiâ hominum, quàm deſidiâ juventutis, negligentiâ parentum, oblivione moris antiqui, conſuetudine atque inſcitia temerè & docentium & diſcentium.

SENTENTIÆ, Ætas inter externa eſt. Quamdiu ſim, alienum eſt: quamdiu vir bonus ſim, meum eſt. Hoc à me exige, nè velut per tenebras Ævum ignobile emetiar; ut agam vitam, non ut prætervehar. Quæris, quod ſit ampliſſimum vitæ ſpatium? Uſque ad ſapientiam vivere. (*Seneca.*) Illorum breviſſima ac ſolicitiſſima Ætas eſt, qui præteritorum oblivi ſcuntur, præſentia negligunt, de futuro timent. [*Idem.*] Eſt quietè, & purè, & eleganter actæ Ætatis placida ac lenis ſenectus. (*Cic.*) Acta Ætas honeſtè ac ſplendidè tantam adfert conſolationem, ut eos, qui ità vixerint, aut non tangat ægritudo, aut leviter pungat animi dolor. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicuti vina & poma ſubacerba vetuſtate miteſcunt, dulcescuntque; ſic Ætatis inſolentia longo rerum uſu mitigatur. (*Plut.*) Ut non qui multum cecinit, aut rhetoricatus eſt, aut gubernavit, laudatur, ſed qui ſcitè: ſic non qui diu vixit, ſed qui benè. [*Idem.*] Quemadmodùm navigantibus terræque urbésque recedunt: ſic rapidiſſimi temporis curſu primùm pueritiam abſcondimus, deinde adoleſcentiam, deinde ſenectutis optimos annos. (*Sen.*) Sicut amplæ & regiæ opes, ubi ad malum Dominum pervenerunt, momento diſſipantur: & quamvis modicæ, ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, uſu creſcunt: ita Ætas noſtra benè diſponenti paret. (*Idem.*) Vina ſenio fiunt meliora:

ità

Digitized by Google

ità quidam in Juventâ ſolutiores aut aſperiores, ætate aut uſu rerum fiunt mitiores. [*Plin.*] Ut Ciconias nemo advenire ſentit, ſed adveniſſe : nemo diſcedere, ſed diſceſſiſſe; quod noctu clanculum faciunt utrumque : ità Juventutem nemo intelligit diſcedere, ſed diſceſſiſſe : & Senectutem non ſentimus advenire, ſed adveniſſe : (*Idem.*)

ÆTERNITAS. **Ewigkeit.** *Eternité.*

SYN. Immortalitas, perennitas, perpetuitas. ADJU. Immutabilis, incredibilis, (*Cic.*) Non in menſuram cadens, (*Greg. Naz.*) Longa, perennis, horrenda, æſtuoſa, ſiniſtra, finis, *vel*, finiri neſcia; nunquam deſinens, ceſſans, deficiens; trutinanda, ruminanda, ingerenda. PHR. Tempus fine carens. Ævum perpetuum, ſempiternum. Maximum tempus. Nec tempus, nec temporis pars. [*Greg. Naz.*] Immenſæ atque interminatæ vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Statera veritatis. * Ab omni Æternitate. Ab infinitâ ſæculorum multitudine. Ex omni Æternitate rerum. Ad memoriam Æternitatis. * **Ewiglich.** *Eternellement.* Æternum. Perpetuò, In perpetuum. In omnem Æternitatem. Sempiternis ſæculorum ætatibus. * **An die Ewigkeit gedencken.** *Penſer à l'Eternité.* Diphteram Æternitatis revolvere.

AMPLIFIC. Tempus, quod perpetuas micantium ſiderum converſiones æquis paſſibus comitatur; fatetur, ſe haud ſcire, quid ſit; aut unde venerit; ſe labi, fluere, naſci, occidere, longam veluti catenam in hoc mortalitatis regno viciſſim remeando verſare, ſibi uni incrementa damno eſſe : hanc verò intactam, illibatam, ſemper anum, ſemper formoſam virginem; quæ nec juventutis fonte, nec argenteis Canathi fluvii vorticibus indigeat, quibus detersâ prioris ævi fuligine, novo gratiæ flore rubeſcat. * Æternùm ignea Æternitas! O nomen terribile! Frigeſ-

geſcunt mihi venæ præ timore, rigeſcit ſanguis,& qùomodo loquar de hac ignea Æternitate? Æternùm pœnoſa Æternitas! O vox horribilis! Mea labia patiuntur deliquium, deficit animus, & omnis mihi vitalis ſpiritus, & quomodò loquar de ſpirituùm infernalium immortali Æternitate? Æternùm infelix, pœnoſa, ignea Æternitas! O vox! imò non vox, ſed horribile tonitru & fulminans fragor! Tu tu me reddis ſurdum, & quid dicam, non audio, & quomodò perorabo de æternùm flebili Æternitate?

Æternitas, horrenda vox! Loquarnè? num tacebo?
Æternitas, heu longa nox! Loquarnè? num ſilebo?
Quid eſt, quid hæc Æternitas? Æterna pœna damni.
Quid eſt, quid hæc Æternitas? Æterna pœna ſensûs.

Quid eſt Æternitas? Convenerunt aliquando Artes & Scientiæ, & Conſilium inſtituerunt ſuper longâ Æternitate. *Theologia* dicebat: Æternitas eſt duratio immutabilis & indeficiens, carens ſucceſſione, *Nunc* ſemper ſtans. *Jurisprudentia* dicebat: Æternitas eſt decretum irrevocabile & immutabile, ubi non datur appellatio, non exceptio, non replicatio, non duplicatio, non triplicatio, non reviſio. *Medica* dicebat: Æternitas eſt unica pilula rotunda, quamdiu DEUS erit DEUS, nunquam concoquenda, nunquam conſumenda. *Aſtrologia* dicebat: Æternitas eſt horribilis Cometa, cujus ſyrma in infinitum protenditur, & nunquam extinguitur. *Logica* dicebat: Æternitas eſt Syllogiſmus rotundus, qui nunquam explanari poteſt; ac in infinitum implicatus, qùi nunquam explicari poteſt. *Grammatica* dicebat: Æternitas eſt verbum *Sum*, ſinè præterito, ſinè futuro; ſemper præſens;ſemper,ſemper. Sed deſinite charæ Scientiæ? Quid?quid de Æternitate porrò diſcurretis, quam nunquam percurretis? *Definiri non poteſt, quia finiri non poteſt*, ait quidam; *quid non ſit? novi; quid ſit? non novi.*

O

O Æternitas! Æternitas! quam longa es Æternitas! * Vultis ſcire, quid ſit Æternitas? Cogitate ſolem currentem, qui opinione veſtrâ occidit; & ità eſt, occidit, ſed etiam oritur ſemper, & occidendo ſemper oritur. Cogitate Lunam ſplendendem, quæ opinione veſtrâ deficit; & ità eſt, deficit; ſed etiam ſemper proficit, &, quòd deficiat, ejus Aſtronomicæ plenitudini nunquam officit. Cogitate hæc, & de Æternitate vix aliquid cogitâſtis. Vultis ſcire, quid ſit Æternitas? Cogitate Labyrinthum ſpiris & gyris intortum, ſinè exitu erraticum, quem non poſſit homo perambulare, nec in perambulando ulla poſſit Ariadna juvare, cogitare campum, quem non poſſit ullus oculus pervadere, nec ullus curſor percurrere. Cogitate hæc, & de Æternitate vix aliquid cogitâſtis. Vultis, ſcire, quid ſit Æternitas? Cogitate mare, ubi flumina per ſerpentinos undique Mæandros ſemper incurrunt, & hydragogis ducta ſubterraneis ſemper recurrunt, & in altiſſimis etiam montibus iterum excurrunt; cogitate ſine fundo profundum, quod non poſſit ullâ bolide inveſtigari, nec ullo tentamine nautico pertentari; cogitate hæc, & de Æternitate vix aliquid cogitaſtis. Vultis ſcire, quid ſit Æternitas? Cogitate globum, ubi nec primum, nec ultimum; volvitur, & revolvitur, & ſemper in ſe revolvitur, & ibi oritur, ubi moritur; Cogitate annulum, qui ſine termino eſt, & nulla ſui parte deſinit, ſed in ſe ſemper redit, & iterum redit; Cogitate Circulum, qui ſemper currit, & in ſe recurrit, cujus centrum *Semper*, circumferentia *Nunquam*. Cogitate hæc omnia, & de Æternitate vix aliquid cogitaſtis. O cogitate annos mille & millies mille, nihil eſt; ô cogitate annorum milliones, & millionum millionum milliones, nihil eſt.

O Æternitas, quàm tibi vox brevis eſt, & quàm tibi ſenſus longus eſt! ò Æternitas, quàm paucis deſcripta litteris, & quàm immenſa ſæcula deſcribis!

O

O quis te ſatis comprehendet ! Ah [AA.] finxeritis aliquando diſrumpi cataractas cœli & aperi fontes abyſſi, & Orbem univerſum ab imo ſurſum & à ſummo deorſum unum mare fieri ? & tamen veniat quot annorum mille millionibus unica avicula, ac ſuo tenui ſiphunculo vel unicam hauriat guttulam;& exhauriet illa tandem aliquando totam molem aqueam: Et ardebunt adhuc miſeri, & Æternitas vix initium habebit. *O Æternitas ! quàm nemo capit te, niſi qui capitur à te.* Ah Academici ! finxeritis aliquando totum hoc univerſum circa longiſſimam diametrum à polo ad polum, quantum quantum eſt, ad convexam uſque firmamenti ſuperficiem Montem eſſe ferreum aut chalybeum. Et tamen veniat quot annorum mille millionibus avicula, & vel leniter adfricet roſtrellulum ad hoc immane ſaxum. Deterretur tandem hæc univerſa moles chalybea; & ardebunt adhuc miſeri, & Æternitas vix initium habebit. *O Æternitas ! quàm nemo capit te, niſi qui capitur à te.* Ah (*Academici !*) finxeritis aliquando totum, quà latè patet, Cœlum expanſum librum eſſe, & arborum omnium folia papyrum eſſe, & avium omnium pennas calamos eſſe, & omnes Angelos atque Archangelos ſcribas eſſe. Bene eſt ! ſcribant illi in hoc grandi libro tot números, quot poſſunt,& *Omnipotens* condat tot Mundos, quod illi numeros ſcribunt, & omnes hi Mundi impleantur arenulis ab Auſtro ad Boream, à Cauro ad Cæciam, ab Euro ad Africum, à Nadir ad Zenith ſummum. O quàm immenſi fient montes arenularum ! Tenariffæ & Caucaſi, Athones & Tauri, Atlantes & Olympi nihil ſunt. Et tamen veniat quot annorum mille millionibus avicula, & vel ſecum aufferat unicam roſtrellulo arenulam, tandem aliquando auferentur omnia, & erit finis arenularum; & ardebunt adhuc miſeri, & Æternitas vix initium habebit. *O AEternitas ! quàm nemo capit te;niſi qui capitur à te.* Ah [*Academici !*] finxeritis aliquando

dam-

damnatorum aliquem quot annorum millionibus vel unicam effundere lacrymulam. Assecuro vos, impleretur tandem vel hujus solius damnati lacrymulis totus hic Orbis Mundialis: Et flebunt & ardebunt adhuc miseri: & Æternitas vix initium habebit. O Æternitas! quàm longa longa Æternitas!

Vultis scire, quid sit Æternitas? cogitate circulum, qui currit, cujus centrum *Semper*, circumferentia *Nunquam*, & adhuc parum cogitâstis. Vultis scire, quid sit Æternitas? Cogitate annulum, qui nullâ sui parte terminatur, & semper in se revertitur & revertitur, & adhuc parum cogitâstis. Vultis scire, quit sit Æternitas? Cogitate annum, qui ità volvitur, ut semper in se revolvatur, & ubi moritur, ibi oriatur, & adhuc parum cogitâstis. Vultis scire, quid sit Æternitas? Cogitate oceanum, qui sinè fundo profundus est, qui nullâ bolide investigari, & nullâ navi transiri potest, & adhuc parum cogitâstis. Vultis scire, quid sit Æternitas? Cogitate campum, quem nullus oculus etiam in altissimâ Turri positus, potest pervadere, quem nullus cursor potest percurrere, & adhuc parum cogitâstis. Vultis scire, quid sit Æternitas? Cogitate Labyrinthum, qui perpetuis gyris, & spiris intorquetur, qui sine exitu erraticus est, qui nullo unquam tempore perambulari potest, & adhuc parum cogitastis. Denique vultis scire, quid sit Æternitas? Nescio, & dum omnia dico, nihil aut parum dico. Hoc solum scio. Quamdiu Deus erit Deus, tam diu ardebo in igne tartareo. *

Quid est AEternitas? Est Orbis undique rotundus, suique similis, in quo non est principium, nec finis. *Quid est AEternitas?* Rota, quæ semper volvitur, & volvetur in omne volubilis ævum. *Quid est AEternitas?* Est annus jugiter revolutus, qui ubi moritur & occidit, ibi & renascitur, rursumque oritur. *Quid est AEternitas?* Fons jugis, in quo per mæandros

dros aquæ ad ſuam ſemper reſluunt originem, ut iterum fluant. *Quid eſt AEternitas?* Perennis ſcaturigo, juges emanans aquas; ſed aquas vel benedictionis ſuaviſſimas, vel amariſſimas maledictionis. *Quid eſt AEternitas?* Labyrinthus innumeris ſeſe gyris intorquens, qui ingreſſos perpetuò circumducit, circumagit, & perdit: *Quid eſt AEternitas?* Eſt abyſſus ſpirarum, & revolutionum; eſt ſpira ſemper gyrans, circulans in immenſum. *Quid eſt AEternitas* Anguis orbiculatim in ſe reflexus, caudam ore complectens, qui in ſui fine rurſum ſemper incipit, & incipere nunquam deſinet. *Quid eſt AEternitas?* Eſt duratio ſemper præſens, eſt unum perpetuum HODIE, quod non tranſit in præteritum, aut futurum. *Quid eſt AEternitas?* Eſt ævúm ævorum, ait Dionyſius, quod non interit, ſed eodem modo ſemper ſe habet. *Quid eſt AEternitas?* Eſt principium ſine principio, ſine medio, ſine fine. Eſt jugè interminatum, ſemperque inchoans principium: in quo Beati beatam vitam continuò auſpicantur, noviſque voluptatibus perpetuò affluunt: in quo damnati ſemper moriuntur, poſtque omnem mortem, mortisque luctam rurſum jugiter mori, & cúm morte luctari incipiunt. Quamdiu DEUS erit DEUS, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt & triumphabunt: tamdiu damnati infandum ardebunt & clamabùnt: *Cruciamur in hâc Flammâ*, cruciandi & torquendi *AEternum.* (*Cornel. à Lap.*)

SENTENTIÆ. Nundinæ æternitatis momentúm ſit. (*Nieremberg.*) Quid torpemus? Æternitas reſtat nobis, nec licet commeatum Ævi parare, niſi in tempore vitæ hujus breviſſimo; cur ſuſpendimus ſanctam hanc ambitionem, & otioſi ſumus? Minùs ſunt mille anni ad Æternitatem, quàm momentum ad mille annos. (*Idem.*) Confer noſtram longiſſimam ætatem cum Æternitate. reperiemur in eadem propemodùm brevitate, quâ illæ beſtiolæ, quæ

unum

Digitized by Google

unum diem vivunt. (*Cic.*) Nullus labor durus, nullum tempus longum debet videri, quo gloria Æternitatis acquiritur. (*Hieron.*)

AFFABILIS. Holdſelig. *Affable.*

SYN. Comis, blandus, benignús ſuavis, facilis, humanus. PHR. Homo commodis & ſuaviſſimis moribus. Urbanus & officioſus in omnes. Vir facillimus atque humaniſſimus. Qui leniſſimis & amantiſſimis verbis utitur. Quo nihil candidius, benigniús, potentiusque. Quo uno nihil habetur humanius, nec eruditius, nec melius. Qui clara fronte & rejecto ſupercilio ſe omnibus paſſim exhibet. In quo mira comitas: in quo lepor multus totam efflavit mentem. A quo nihil humani alienum puto. Cujus humanitas omnibus cognita & facilitas explorata. Cujus genuina dulcedo guſtum in litteris parit. Qui videtur numeros omnes humanitatis expleviſſe. Qui tanta facilitate eſt, ut quem exaſperarit, neminem reperias. Qui benigniſſimo vultu, oculis, fronte, verbis occurrit venientibus; & in aliorum ſe conſuetudinem immittit. Cui ſermonis gratia, comitásque amabilis cum ſuavi argutóque verborum lepore conjuncta. Qui Virginea quadam ſuavitate omnes devincit; Qui obſequioſa facillitate etiam illis, qui ei debent obſequium, ſervit: & ſic omnium benevolentiam in ſe reflectit. Qui audit omnes, omnes benignè excipit, benigniùs dimittit, amorem provocat amore, & omnium corda ſuaviſſimè captivat. Qui vultu ac ſermone eſt in omnes placato. Homo Gratiis natus. A fera agreſtique vita ad húmanum cultum civilémque deductus. Qui admittit omnes ſine faſtu, ſine inſolentia, ſine ſupercilio, non in ædes tantùm ſuas, ſed & in animum. Quem jucundum eſt videre, glorioſum comitari, loquentem audire ſummæ oblectationis, alloqui familiariter ſum-

mæ

mæ felicitatis. Qui humanitatem ſuam exhibet omnibus. In quo eſt manſuetudo cum animi demiſſione conjuncta; quòd eum neque ferocem ingenii præſtantiſſimi magnitudo, neque ſuperbum clariſſimi generis nobilitas, neque arrogantem vulgata maximæ famæ doctrinæ fecerat. * **Er war zugleich ernſthafft und freundlich.** *Il étoit également grave & affable.* Summam gravitatem cùm ſingulari comitate conjunxerat, copulârat. Erat in illo comitate condita gravitas. Gravitatem adhibebat ſingulari facilitate temperatam. * **Du biſt freundlich und gelehrt.** *Vous étes affable & ſçavant.* Dicta tua te doctiſſimum eſſe teſtantur, facta humaniſſimum.

AMPLIFIC. Gratiam odiumvè, ſolemnes plerumque ſcribendi cauſas, jam diu procul habeo, nulli mortalium infenſus, offenſus nulli. * Benevolum ſe in primis præbeat omnibus: damnet neminem, mordeat neminem, ore, calamo, vultu; accuſet neminem, laudet omnes; contumelias, & illata damna ferat, & pro malefactis benefacta rependat. Petitur per adverſarios? non agnoſcat; & pro amicitiâ habeat, omnibusque benevolentiæ ſignis præoccupet, & inſidias muneribus antevertat. * Declaraſti planè hunc tuum adventum à ſummâ eſſe facultate profectum, nonniſi ab humanitate tuâ intemperatum. Nullam in hoc beneficio ſibi partem vindicat ordinis noſtri meritum; nullam ſcholæ celebritas; nullam Magiſtri nobilitas: ſed totum à bonitate, benevolentia, dignitate tua ortum; quæ dignos eos facit, quibus tuæ benignitatis lumen oboritur. * Cum ſplendor veſter ex multis variisque bonis effulgens, non ſecus, atque lumen ſolis, omnium oculos menteſque perſtringeret; obtexiſtis vos eum humanitatis veſtræ quaſi nube, ut acies noſtra ferre poſſet; & cum amplitudinem veſtræ dignitatis vix Roma ipſa capiat, contraxiſtis vos benevolentiæ causa vim illam ornamento-

rum

rum jure vobis conceſſam & traditam, ut his parietum, & tectorum anguſtiis concluderetur. * Nec feritatem ullam, aut immanitatem eos exuere eſt neceſſe. * Demisſio in magnitudine, comitas, morum facilitas, facilis auditus, benevola, & amica compellatio, frontis amœnitas, ultronea beneficia, hilariſque animo, vultu, manu porrecta, tacita maximè & nullo teſte porrecta, ſi qua potiſſimum neceſsitas premat, magno ad magna incitamento ſunt. Obeſſe nemini, benefacere omnibus, liberalem è ſuo, parcum ex alieno eſſe, nullius unquam æſtimationi quidquam derogare, ſilentio damnanda premere, vulgare laudanda, etiam in hoſte, magnam ad prima quæque januam aperit. Contumeliam deinde, & hoſtem pati, & gratias pro injuria tanquam pro beneficio agere. & æmulum laudare, & beneficiis onerare, via ad maxima eſt. Hæc qui fecerit, magna ſperare & impetrare magnus poteſt.

AFFABILITAS. **Holdſeligkeit.** *Affabilitè.*

SYN. Benignitas, comitas, lenitas, manſuetudo. ADJU. Amica, grata, humana, facilis. PHR. Comitas Sermonis. Placidi mores. Mite ingenium. Benigna mens, voluntas, indoles.

SENTENTIÆ. Sæpe quod beneficia nequeunt, verbum affabile impetrat, & vultus ſerenior: apud vulgus præſertim, quod ab externis interna metitur, & ſui pretium â fronte majorum deſumit. [*Anonym.*] Affabilitas artifex eſt, cuniculos agit in animis, ut quos aperta vis non valuit, occultè irrepens ſuavitas duritie expugnatâ in amorem inclinet. Suave cum ſuis colloquium reciproci amoris eſt decempeda, creſcente illo, hic capiet incrementum, decreſcente decreſcet. Neque ullus tam inhoſpitato educatus antro, aut ab omni civilitate adeò procul ſejunctus eſt Miſanthropus, quem non benigniora verba ad amo-

Digitized by Google

rem, affabilis vultus reciprocum evocent in affectum. Saxea olim rigebat Memnonis columna, quam tamen vel primùs arridentis Phœbi aſpectus in teſtes mutui amoris voces eliquavit. (*Seneca.*] Affabilis aliorum præcipuè laudem intendit, ad quam, etiam cum reprehendit, manuducit. Non vileſcit ùt adulator: non inſoleſcit ùt litigioſus; ſed medium tenet beatus. Juſtitiam omnem adimplet affabilis; quia ſuum cuique reddit. Reſpondet enim familiariùs amicis; benigniùs extraneis: ſuperioribus ſeriò; juvenibus jucundè; tenerioribus blandè, dicam verbo: omnibus accommodè. Magnes hic eſt, qui attrahit omnes. Attraxit hoc artificio Syphacem Tyrannum Romanis faſcibus Scipio: quem nullis armis ab innatâ feritate potuerat abſtrahere. Placet affabilis laudabiliter omnibus; quia omnes illi decenter placent. Pacem adunat *Sermo affabilis.* Etiamſi audiat, quod non libet; non tamen audet, quod libet. Suaviter refigit jaculum; molliter infigit verbum. Imò ſermonem declinat amicabiliter. (*Plin.*) Hanc Affabilitatem ſumma etiam orbis capita jam quondam inter præcepta numeravêre: Vis noſſe, unde tam felix Auguſto ſenium? *Promiſcuis ſalutationibus admittebat plebem, tantâ comitate adeuntium deſideria excipiens, ut civile arbitraretur, miſceri quandoque voluptatibus vulgi.* Recentiora non addo, ad magnum Magni Cæſaris Avum FERDINANDUM II. duntaxat provoco, quo ejus temporis Colonienſis Præſul & Elector: *Eum vultu mortalium corda rapuiſſe, nullum etiam ex plebe à ſe triſtem abiiſſe.* Hæc porrò, de qua agimus, erga inferiores animi Affabilitas, vultu maximè conſtat & verbo. *Eſto ſermone Affabilis*, monitum eſt Philoſophi, *& vultu, qui maximè populos demeretur, amabilis.* Gallicanum Herculem aureâ mortalium corda ſibi torque devinxiſſe fabula fuit, ſi vis veritas erit: Sis ſermone Affabilis, & ſequacia in funiculis charitatis dilectorum corda, felici

do-

doctus experientia, tua coges in obſequia. (*Schlosggo.*) Modus agendi optimus Affabilitas, (*Ariſtot.*) Moribus tuis adſit affabilitas, verbis urbanitas. Eſt autem Affabilitas, obvios ſalutare; Urbanitas comiter eos appellare. [*Iſocr.*] Legimus non ſolùm in privatis, ſed etiam in ipſis Regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profuerit. [*Ambros.*] Quid? faciles aditus: Quid? Aures patientiſſimas? Quid? Benigna reſponſa; Quid? Vultum ipſum Auguſti decoris gravitate, hilaritate permixta, venerandum quiddam & amabile renidentem quis dignè exequi poſſet? Quarum rerum miraculo ſic omnes devincicebantur, ut non tam omnes dolerent, quòd illum Tyrannum ita diu tulerant, quàm quod tali Principe tam ſerò fruerentur. (*Nazar. de Conſtantino Auguſto.*) Nihil magis Adverſariorum animos flectit, quàm placabilitatis & manſuetudinis nomen. [*Alphonſus Arag. Rex.*] Sit Rex in verbo Affabilis, munificus in beneficiis, & integræ auctoritatis, ſervet in omnibus dignitatem. Famam namque benignitatis conciliat ſermo bonus & lingua gratioſa. Amorem fideliſſimum & conſtantiſſimum, etiam à durioribus extorquent beneficia, & quem fecere, fovent & ſolidant. (*Joan. Sarisber.*) Nimia humanitas obeſt Reip. [*Diog.*] Humanitatem vulgò vocamus dexteritatem quandam benevolentiãque erga omnes promiſcuam. (*Gell.*) Deteſtor eos, qui hanc humanitatis voluptatem mihi invident; dum dicunt: Principis Majeſtatem ubique ſervandam. (*Adrian. Imp.*) Non oportet quemquam à Cæſaris colloquio triſtem diſcedere. (*Tit. Veſpaſ. Imp.*

SIMILITUD. Qui equos domant, primùm blandiuntur, ac molliſſimè tractant, ut aſſueſcant fræno: Sic populus lenitate ſubigendus. [*Plut.*] Quemadmodùm Adamas, adversùs omnia invictus, hircino ſanguine, eoque calido ac recenti maceratus malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla vi pervincas: blanditiâ emollienda ſunt. [*Erasm.*] V. COMITAS.

AFFINIS. Verwand. *Allié.*

SYN. Cognatus, agnatus, conſanguineus, propinquus, *vel*, æqualis, conſimilis. *Vel*, vicinus. *Vel*, particeps, conſors, conſcius, conſentiens. ADJU. Novus; Ornatiſſimus omni virtute, officioſuſque & amans. PHR. Affinitate ſe ſe cum ipſo devinxit. Tecum affinitatem contraxi. Tibi mecum intercesſit affinitas. Adſcivi te affinem mihi. Solidiſſimo glutino affinitas, *vel*, amicitia noſtra ferruminatur. Non eſt fucata, quæ nos conjungit affinitas. Non nos ſiderum defluvia conjunxerunt, ſed quæ honeſtatis paratur affinitas. Manere affinitatem hanc inter nos volo. * Er war mir verwand. *Il étoit mon allié.* Eum affinitate attingebam, contingebam. Affinitatis vinculo ad eum attinebam, pertinebam; ei junctus, conjunctus, devinctus, propinquus eram. * Affinitates conjungere. Affinitatem dirimere.

AFFIRMARE. Beſtändig ſagen. *Affirmer,*

SYN. Aſſerere, aſſeverare, aſtruere, annuere, comprobare. ADVERB, Facilè, temerè, nimis, valdè, verè, ſanctè, religiosè, fortiſſimè, pro certo. PHR. Aſſeveratione affirmare. Affirmare jurejurando. Affirmare ſpem. Pro comperto affirmare. Ingenuè fateri. Liberè aſſeverare. Liberiùs aſtruere. Aſſeverantiùs dicere. Toto capite annuere. Non negare, inficiari. Quaſi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. Aliquid aſſeverare firmiſſimè. Dicere aliquid pro certo. Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo. * Quoniam iis, quæ omnibus nota ſunt, fides abrogare, extremæ dementiæ eſt, & animi prorſus diſſoluti: non negabimus verum eſſe, quod objicitur.

AFFLICTIO. Trübſal. *Affliction.*

SYN. Ærumna, adverſitas, calamitas, mœror, dolor, luctus, ægritudo, miſeria, labor, infelicitas, mala, *orum.* ADJU. Interna, ſempiterna, maxima, præ-

Digitized by Google

præſens, aliena, communis, diuturna, inſignis, voluntaria, ſummo dedecore conjuncta, extrinſecùs mihi accidens. PHR. Ægritudo, *vel*, Angor animi.

SENT. Ærumna eſt Philoſophia brevis, mortis contemplationem inducens. (*Nieremberg.*) Prodeſt plerumque quod nocet: Non ſola felices reddit felicitas, ſed acerbis etiam ſuavia, utilibus noxia permiſcentur. Non ſic nobis moliuntur exitium, non ſic ruinam omnia, ut his velut gradibus non celſiùs aſſurgatur. Latent plerúmque in adverſis ſolatia, & nubes hæ ſolem tegunt: nucleus latet in putamine, in vili conchâ leguntur margaritæ, & marini fluctus naves hauriunt, ſed fundunt uniones: turbo inſtructam ad fulmina nubium perturbat aciem. (Joannes Kwiatkiewicz, *In Phœn. Rhet. Cap. 1. F. 1.*) Adverſis virtus erigitur, adverſis alitur, in equuleo proficit, in nervo roboratur, canit in fidiculis, triumphat in cataſtâ. Proſpera tibi ad votum fluunt? Retrò ſæpe refluit virtus; melius virtutem adverſa conſolidant. [*Idem.*] V. Calamitas. Dolor. Triſtitia. Patientia.

AFFLICTUS. Betrübt. *Affligè.*

SYN. Calamitoſus, ærumnoſus, miſer, triſtis, infelix, proſtratus, fractus, anxius, perculſus. ADV. Súmmè, omninò, planè, penitus, graviſſimè. PHR. Afflictus & profligatus mœrore. Æger animo. Afflicto & fracto animo. Proſtratus afflictusque. Calamitatibus & difficultatibus affectus atque afflictus. Affectus moleſtiâ. Luctu perditus. Angoribus & moleſtiis implicatus. Mœrore fractus, affectus, confectus, obrutus. Conflictatus miſeriis. Calamitate vexatus. Adverſis, miſeris rebus oppreſſus. Ad calamitatum barathrum devolutus, præcipitatus. Summâ calamitate preſſus, circumventus. * Ubi virtus eſt, ibi eſſe miſeria & ærumna non poteſt. Animus æ-

Digitized by Google

quus, optimum ærumnæ condimentum. In mœrore verſatur. Tantâ in mœſtitiâ fuit, quanta.. In luctu atque miſeriis mors ærumnarum requies, non cruciatus eſt. * Ich bin ſehr betrübt. *Je ſuis fort affligé.* In magna calamitate verſor. Duco, ago, vivo vitam valde calamitoſam. Doloribus acerrimis angor. Miſeriis premor maximis. Maximis calamitatibus crucior. Summis infortuniis affligor. Malis torqueor, vexor, perturbor, afficior, conficior, conflictor. Animi angoribus moleſtiisque implicor. Sum in luctu maximo. Jaceo in mœrore. Magnas acerbitates perfero. Vitam infelicem, miſerrimam, calamitoſiſſimam ago, duco, exigo, fero. Me miſeriæ, me ærumnæ premunt omnes. Magno animi cruciatu vitam ago. Opinione omnium majorem accepi dolorem. Ex hujus incommodis magnam animo moleſtiam cepi. Eâ videor conditione natus, nihil ut boni videam in vitâ, nihil ut mali non ſubeam. Spes omnes me reliquere. Nemo omnium, qui vivunt, me uno infelicior, infortunatior eſt. Meas miſerias nulla æquat infelicitas. Omnibus exagitor infortuniis. Infeſta, infenſa, adverſa, iniqua mihi ſunt omnia. Nulla eſt tam miſera fortuna, quam mea fortuna non ſuperet, quæ ſit cum mea fortuna conferenda, quæ non infrà meam fortunam ſit. Fatum hoc meum eſt, ut miſerrima quæque ſuſtineam. Hæc mihi naſcenti dicta lex eſt, ut amariſſimam fortunam in omni vita deguſtarem, nunquam ut ſecunda fortuna uterer, nunquam ut miſer non eſſem. Infauſto nimirum adverſoque ſidere ſum natus. Me tempeſtates flagellant: me volvunt turbines: me premit egeſtas, me inſequuntur ludibria, me corripuerunt ærumnæ: lacerant dolores: in me omnis malorum procella ſuos furores exonerat. Omni calamitatum violentia premor. Omnibus me fortuna machinis, omni me telorum genere oppugnat. Non adverſa tantum, ſed everſa penitus

eſt

eſt mea fortuna. Magnis ærumnarum procellis percuſſus æſtuo. Ærumnoſum cor meum affligitur. Ego tantis circumſeſſus periculis tantos mœrores exhauſi, ut non potuerit majores quiſpiam mortalium. In me fames, ſitis, æſtus, frigus, nuditas, paupertas, angores, ægritudines, aliæque id genus malorum cohortes aſſiduò conſpirant. Pertæſus ſum vitæ tot undiq; ærumnis atque doloribus circumcinctæ. Purior ad me aliqua voluptas & lætitia redierat, cum de novo fatum (pro dolor!) in me irruit, hoc luctuoſius, quò minùs expectatum: hoc funeſtius, quò repentinum magis & ſubitaneum: hoc crudelius, quò innocentiores infirmioresque aggreditur, obruit, excarnificat. Adeò in me unum omnis adverſæ fortunæ malignitas deſultat, omnisque tempeſtas arietat, omnis injuria debacchatur: Ut contra me unum & terra, & mare, & omne genus hominum, & cuncta vis inferorum funeſtis armata facibus conjuraſſe, & quaſi dato ſigno irruiſſe videantur. Sortis adverſæ telis expoſitus ſum. Ab ipſa prope natura, tanquam Matre crudeliſſima, abjectus & expoſitus. Videtur mihi cuncta malorum plauſtra ſors in me exoneraſſe ſolum. O quot dolores hauſi! quot acerbitates exſorbui. Ita ſum afflictus, ut nemo unquam.

AFFLIGERE. **Betrüben.** *Affliger.*

SYN. Vexare, exagitare, torquere, excruciare perturbare, perdere, peſſundare, proſternere, deprimere. ADV. Graviùs, leviùs. PHR. Mœrore conficere, moleſtiis implicare. Alicui dolorem inurere, mœrorem dare, acerbitatem afferre, moleſtiam creare, calamitatem afferre. * **Dieſe Sach bekümmert mich ſo wohl / als dich.** *Cette Affaire ne m' afflige pas moins, que vous.* Hæc res non minùs me malè habet, quàm te. * **Dein Unglück thut mir weh.** *Je ſuis affligé de vôtre malheur.* Tuam vicem doleo. * **Er hat ſich ſehr über den Todt ſeines Vatters bekümmert**

mert. *La mort de ſon Pere l' a fort affligé.* Ex, *vel*, de morte Patris, doloris plurimum hauſit, dolorem acerbiſſimum cepit, accepit, tulit. Obitum Patris tulit acerbiſſimè, ſic ut jucunditatem omnem amiſerit. Patris interitus ſummum ei attulit dolorem, mœrorem peperit, acerbitatem creavit, ægritudinem dedit.

Sich über etwas bekümmeren. *S' affliger de quelque choſe.* Propter aliquid afflictare ſe, in mœrore jacere, angori ſe dedere: in ægritudinem incidere: in mœrore verſari: mœrore ſe conficere: ægritudine affici. Ex aliquâ re affici moleſtiâ, trahere moleſtiam, angorem capere. De re aliquâ graviter afflictari. * **Bekümmert ſeyn.** *Etre affligé.* Exanimari triſtitiâ. Ægritudine affligi, debilitariſque. Animo eſſe perculſo & abjecto, afflicto, & fracto, Doloribus acerrimis angi. Miſeriis premi maximis. Maximis calamitatibus cruciari. Summis infortuniis affligi. Malis torqueri, vexari, exagitari, perturbari, affici, conflictari. Animi angoribus moleſtiisque implicari. Eſſe in luctu maximo. Magnas acerbitates perferre Vitam infelicem, miſerrimam, calamitoſiſſimam agere, ducere, exigere, ferre. * De aliquâ re angi & cruciari. Acerbè ferre mortem alicujus. Noſtris rebus domeſticis acerbiſſimè afflictor. Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. Invaletudo tua me valdè conturbat, acriter me torquet. Mors illius magno mihi dolori eſt. Id totas gentes lancinat, urbes converberat. Hoc me malè habet, pungit. Summis difficultatibus *Germaniam* univerſam bellum affecit. *Germaniam* in multas difficultates conjecit, impulit. *Germaniæ* exitioſum, *vel*, exitio, calamitati fuit. Tu tuorum omnium ſalutem afflixiſti. Tuos omnibus fortunis evertiſti, in ultimum diſcrimen, in hanc omnium deterrimam, omniumque miſerrimam conditionem adduxiſti. Tuis exitium peperiſti. Afflixit hunc calamitas.

AGER. Acker. *Champ.*

SYN. Ager. Agellus. ADJU. Communis, compaſcuus, fidelis, fertilis, fructuoſus; propinquus, & ſuburbanus; unus ex omnibus maximè frugifer & quæſtuoſus, creberrimísque oppidis ac vicis notatus atqùe diſtinctus. Colono pænitendus. * So gehackert iſt. *Champ labouré.* Arvum. Humus ſubacta. * Geſäet. *Semé.* Seges. * So ruhet. *Qu' on laiſſe repoſer.* Vervactum. Hoc Novale, *vel*, hic Novalis. Vicibus annorum requietum, agitatúmque alternis arvum. * Freyer Acker. *Champ exempt.* Immunis ager. Optimo jure ager. Liber veſtigalibus ager. * Unfrey. *Non exempt.* Ager vectigalis, penſionibus obnoxius. * Zehendbar. *Payant dixmes.* Decumanus. * So alle Jahr beſäet wird. *Qu' on ſeme toutes les années.* Ager reſtibilis. Quotannis obſeri ſolitus * Wohl gebauter Acker. *Bien cultivé.* Ager cultiſſimus, ſingulari diligentiâ cultus, præcipuo ſtudio excultus, egregiè ſubactus & perpurgatus. * Oeder Acker. *Champ inculte.* Ager incultus & derelictus, vaſtus & deſertus, ab omni cultu deſtitutus. Vacans; In quo ſolitudo & vaſtitas. * Außgemergelt. *Epuisé.* Effœtus ager. Effœtum ac debilitatum ſolum. * Mager. *Maigre.* Solum macrum, exile, effœtum, ſterile. Ager miſer ac jejunus. Solum exile & macrum. * Fetter Acker. *Fertil.* Fertilis, optimus, pinguis, ferax, frugifer, fructuoſus, fructuarius, teraciſſimus, nobiliſſimus, lætus, optimus, uberrimus maximéque fertilis, fideliter ſtercoratus. Magno fœnore reddens, quod accepit. Frugum ubertate inclytus. Ager ingentium mercedúm, ampliſſimi vectigalis, uberrimi reditûs. Ager læto vernans gramine, aratro renovatus: bonâ fide, & ſummo cum fœnore depoſitum reddens. Ager & ad frugem optimus, & ad omnem commoditatem opportunus. Qui copiam ſuam

Digitized by Google

& horreis ad neceſſitatem, & cellariis ad hilaritatem, & penuariis non ità pollicetur eminus ad ſaturitatem. Agro benè culto nihil poteſt eſſe uſu uberius, nec ſpecie ornatius. (*Cic.*)

AMPLIFIC. Quos ego campos anteà colleſque nitidiſſimos viridiſſimoſque vidiſſem, hos ita vaſtatos nunc ac deſertos videbam, ut ager ipſe cultorem deſiderare, ac lugere dominum videretur. * Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro periſtringi non poſſit? Aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo Agricolarum cultûs non elaboret? * Non ignoratis, Agros primum vepribus ac dumetis refertos, deinde manum, laboribus, & arte diligentiſſimi cultoris petpurgatos & excultos; Si rurſus ab Agricolæ cultu deſerantur & induſtriâ, ſylveſtribus herbis de integro ſepibuſque compleri: pro frugibus ſpinas, pro fructuoſis arboribus virgulta progignere. * Emerat Senex Agrum á Partiario, cum quo communem diu habuerat, colebatque jam proprium diligenter: novis quotidie conſerebat arboribus, quibus (ut interdum fit) emortuis, ne pomarium rareſceret, novellam ſobolem ſubſtituebat; aquarum corrivatione, piſcinâ, roſario, hortenſi pergulâ, oluſculis, floribus coronariis bellè diſtinxerat ornaveratque, &c.

AGRICOLA. Ackersmann. *Laboureur.*

SYN. Ruricula, Colonus, villicus, agreſtis, arator, agricultor. ADJU. Diligentiſſimus, aſſiduus, impiger, inſomnis, pervigil, hirſutus, lacertoſus, decolor, rugoſus, parvo contentus, beatus, negotioſus, peritiſſimus; amicus omnibus, ſanguinis expers; expers cædis; Sacer devotúsque diis frugum, vindemiarum, areæ, &c. Semper ſub dio verſans; nivibus aſſuetus; ligone armatus; velox cum currendum, robuſtus cum aliquid ferendum; ſtudio terum ruſticarum provectus. PHR. Homo ruſticanus, villaticus.

laticus. Rei rusticæ, *vel*, Agri colendi peritissimus. Agrorum cultor. Agricolationis opifex. Agriculturæ Operarius.

AMPLIFIC. Agricola cùm ad labores assuetus, cùm ad vocationis officia paratus sit, liber est, quietus est; nullis molestiis, nullis succumbit fortunæ sive blandientis illiciis & deliciis, sive novercantis ictibus & fluctibus, tumultibus & insultibus. * Agricolæ vita simplex, innocens, pure, ab omnibus vitiorum sordibus aliena: non occupata honorum ambitionibus, non fraudibus, non dolis quieta, tranquilla, operum patiens, parvóque assueta, variarum opum dives. Idcircò magnâ illius dulcedine captus Maro exclamat:

O Fortunatos nimiùm sua si bona nórint,
Agricolas! Quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus.

Agri fructus proferunt? Arati & seminati proferunt: arant & seminant Agricolæ. Horti olera producunt, herbas gignunt? Fideliter stercorati, diligenter irrigati producunt: stercorant, irrigant Agricolæ. Arbores fructus promunt? Benè plantatæ, benè curatæ promunt: plantant, curant Agricolæ. Agricolarum diligentia verè primo viriditatem segetum herbescentem nimis, vel immisso pecore depascit, vel falce demetit, ut plures & grandiores effundat spinas. Optanda primum est telluris semina sparsa concipientis & alentis bonitas: deinde semina tempestivè spargentium ac foventium Agricolarum scientia: postremò cultus eorundem diligentia, quæ in jactis seminibus colendis & juvandis irrigatione, fossione, noxiarum herbarum evulsione, ceterisque artis adjumentis elaboret assiduè.

AGRICULTURA. Ackerbau. *Agriculture.*

SYN. Cultura, agricolatio, rusticatio. ADJU. Bona, uber, dulcis, digna homine libero; ab omni poli-

politione elegantia abhorrens; honesta. PHR. Opus rusticum. Cultio agri, terræ. Agraria cultura. Rûris disciplina. Rei rusticæ scientia. Agricolationis ars. Rei agrestis administratio. Cura rusticationis. Colendorum agrorum studium. * Es ist löblich / sich auff den Ackerbau zu legen. *On loue fort, quand on s' addonne à l' Agriculture.* Agriculturæ vacare, operam navare; inservire Agrorum cultui: tradere se colendis Agris; Ruri opus facere; Agricolationi operam dare; Rusticationi studium dare, laudi honori, decori ducitur.

AMPLIFIC. Agricultura est omnium optima, ex quâ fructus tam varii, tot frumentorum genera, tanta rerum omnium copia, quæ ad victum hominum & cultum etiam Deorum pertinent. * Agricultura veræ voluptatis scaturigo, veræ jucunditatis fons, sinceri gaudii est sedes. Hanc Ovidius ruricolam & frugum potentem, Manilius fœcundam & spiciferam, Martianus terrarum alumnam, Baptista pius spicis cinctam, Seneca frugiferam, Pontanus triticeam, Mantuanus spicatam, Architrenius paleis armatam indigetare non dubitaverunt. * Quid quæso in universâ rerum naturâ ex omnibus hominum studiis atque actionibus ad vitam sustentandam utilius, magisque necessarium est, atque Agricultura, & hæc rusticationum exercitia? * Hæc disciplina est, quæ cæteris hominibus victum suppeditat; hæc una est, quæ reliquarum artium, quotcunque sunt, auxilio citiùs carebit sola, quàm hujus solius cæteræ omnes. Longè igitur rustica, quàm nautica ars melior est: longè Agricultura præstat militiæ: longè usura terræ, quàm pecuniæ honestior est. Non ea uvam è rubo, neque ficûm è corno, sed dulcia pruna de spino profert: sylvestres arbores fructuosas reddit: aspera poma gustatúque acerba mitigat: fructus fructibus ad majorem voluptatem adulterat; florúmque gratiam miscet.

miſcet. * Conſtare arbitor, vitam ruſticam, quam nos agreſtem vocamus, juſtitiæ, parſimoniæ, temperantiæ magiſtram, pacis alumnam eſſe; & morum potiùs, quàm opulentiæ conciliatricem eſſe. Omnium rerum ex quibus aliquid requiritur, nihil eſt agricultûrâ meliùs, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.

SENTENT. Agricolæ ſemper vivunt, ut quæſtum noſcant nullum; fructum autem eum ſolum, quem labore pepererint. (*Cic.*) Vita ruſtica maximè disjuncta eſt à cupiditate, & cum officio conjuncta. (*Idem.*) Haud ſcio Agricolatione an ulla vita beatior eſſe poſſit. Neque ſolum officio, quod hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutis; ſed & delectatione, & ſaturitate, copiâque rerum omnium, quæ ad victum hominum & cultum etiam pertinent. (*Idem.*) ipſa ratio arandi ſpe magis & jucunditate quâdam, quàm fructu atque emolumento tenetur. (*Idem.*) Meritò quivis ignoſcat ipſis (*Agrorum.*) Cultotibus, quos piget laborare ſine fructu. Si quidem Ager, qui nunquam reſpondet impendiis, ex neceſſitate deſeritur. (*Eumenius.*) Nihil eſt in rerum naturâ miſerius Agricolis. (*Simocatta.*) Cum alia ſunt in agreſti vitâ laudabilia, tum præſertim morum facilitas ac manſuetudo. Quies enim & otium rebus ruſticis pulcherrimam efficit placiditatem. (*Ælian.*) In Agricolatione non ſolùm qui ſeminat, verùm etiam qui metit, multum ſuſtinet laboris; cum ſquallore, cum pulvere, cumque multâ colluctans miſeriâ. (*Chryſoſt.*) Ager quoties longâ incuriâ ſylveſcit, & toto luxuria agreſtis ſordeſcit horrore, peritiſſimi cultoris ubique ſemper aperitur & purgatur incendio: ac ſtudio benigno cultoris ignis apponitur, ut exuſtis ſentibus reveletur prima facies campi, præſtetur Agricolæ libertas, fiat facilis via vomeri, ſit germinis ferax ſterilis diu terra: & longa ac mæſta otia Læto lætiſſima jam repenſet in fructu. (*Chryſolog.*)

SI-

SIMILITUDO. Natus Infans ſine Nutricis lacte non poteſt ali, neque ad vitæ creſcentis gradus perduci. Sic Civitas ſinè agris, & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non poteſt creſcere : nec ſinè abundantia cibi frequentiam habere, Populumque ſinè copiâ tueri. (*Vitruvius.*)

S. AGNES.

ADJU. Sancta, caſta, immaculata; innocentiſſima. PHR. Virgo tredecim annos nata, ubicunque contra omnes ab Angelo cuſtodita, illuſtrata, cæleſti cyclade ab Angelo contecta, Quam Jesus æternæ charitatis annulo ſubarrhavit. Quæ gladio transfixa, carnis ſpurcitias immaculato calle tranſivit. Quæ apud ſponſum ſuum Chriſtum lucidas ſedes accepit.

AMPLIFIC. Bone Deus ! quis ſine lacrymis videat, in mediis carnificum turmis, puriſſimam ſanctiſſimamque Virginem : Inter voraces lupos innocuum Agnum : inter ſpurciſſimos libidinis miniſtros fulgentiſſimum chriſtianæ pietatis ſolem ? Sponſi ſui Christi Coloribus erat conſpicua, tota alba, tenui byſſo aureos velârat crines : angelica facies modeſtè ridenti non abſimilis, oculi in cœlum affixi, collum marmoreum ferreo ingenti torque laceratum, brachia vincurum onuſta pondere, titubantes pedes carnificum impulſu.

AGNES. Lamm. *Agneau.*

SYN. Balans, bibens, ovis, ovicula, agnellus. ADJU. Imbecillis, laniger, mollis, tenellus, pavidus, lacteolus, ſiti æſtuans. PHR. Animal manſuetudine pleniſſimum : Paſtoris vocem audiens : ejus veſtigia legens. Agnus inter pecudes aureâ, *vel*, niveâ clarus comâ. Oves per omnem campum & montem diſperſæ. Oves ibi nitentes, & auri colore florentes incuſtodito paſtu vagantur. Quid Oves aliud offerunt, niſi

niſi ut earum villis confectis atque contextis homines veſtiantur? quæ quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſinè cultu hominum & curatione potuiſſent. Agnus videns lupum, totis contremiſcens tenellis artubus, hæret perculſus ipſo in veſtigio, nec caudam caputvè miſellus movere audet. V. Ovis.

AGNUS DEI.

PHR. Sacer cereus Agnus. Sacer ex cerâ Agnus. Agnus è ſacrâ cerâ. Cerea Agni cæleſtis imago. Agni è cerâ ritè conſecratâ ficti effigies. Sacrata in cerâ effigies Agni cæleſtis. Divinis Agnus in cereâ effigie. Sacra Agni DEI imago. Sacra ſigillaria cera divini Agni. *Vel*, Lipſanotheca, æ. Sacra Reliquarum, *vel*, Agni DEI Theca.

AGONIA. Todt-Angſt. *Agonie.*

PHR. Extremum certamen exhalantis animam. Agentis anima poſtrema lucta. Expirantis diſcrimen ultimum. * Er ligt in letzten Zügen. *Il eſt à l' Agonie.* Animam agit, exhalat, efflat. Verſatur in extrema vitæ lucta, in ſupremo Agone vitæ. In ultimum vitæ diſcrimen adductus eſt. Ad mortis anguſtias redactus eſt. Cum morte luctatur. Animis ac vita deficit. Expirat.

AMPLIFIC. Conjicite, ſi placet, triſtes oculos in thorum funebrem, unde præcipuos naſci luctus auditis. Solus ſpectari dignus eſt, qui ſpectare neminem ampliùs poteſt, in lecto depoſitus. Ætate, niſi cani fallunt aciem, pænè centenarius eſt. Pedes marmore gelidiores exiſtimo; Manus certè nivem ut colore, ſic frigore, non malè referunt; Oculi frequenter in orbem converſi turbidiores apparent. Ut extinctus eſt ille Pupillarum vigor? Ut Naſus ipſe jam longior ſenſim acumen trahit & pallorem? Ut Genarum rubor abiit? ut Labra contracta tremiſcunt? auditus non modò difficilis, ut olim; ſed prope nullus.

Ar-

Arteriæ, ſi benè illam examinaveris, tam frigidum pulſum ſenties, quàm lapidis. Unicus ad cor ſupereſt ſpiritus, & ille tam lentus, ut ſummas vix acies attingat: ac diducto jam ore eſt, ut cùm paulò violentiùs Natura deficiens ſe commoverit, extremis jam labris illum emittat. En cernite, ut repentè ad gutturis anguſtias eruperit; ut paulatim ſingultiente & luctante animo morti vicinus ſit. Age verò, nega moriturum, &c. V. MORI. MORS.

ALAUDA. Lerch. *Alouette.*

SYN. Caſſita, Galerita. ADJU. Levis, cita, præpes, loquax, blanda, pavida, garrula, matutina, galeâ inſignis, caput galeata. AMPLIFIC. Alauda, quam alio nomine Galeritam dicimus, à criſtâ, quam gerit in capite, perdici ſimilis, roſtro & pedibus, ſecundum quoſdam, rubeis, colore fuſco, neque plumis deſpicienda. Hæc in ſegetibus, in agris, non in ſylvis habitat, frumento & ſeminibus cerealibus victitat. Quamobrem in viis paſſim obvia viatoribus obverſatur, in arbore nunquam conſiſtit, ſed humi, & huc & illuc circumſpectat ſubſiſtens. Non multum evolat, & cum evolare conatur, ſtatim procumbit: ingenio eſt ad cantum docili: quamobrem ſuaviſſimè cantillat caveis incluſa. Nam mirâ alacritate pennis exertis in aere, vocis modulatione ſereno tempore, & aperto maximéque patenti cœlo plaudit tum geſtu alarum, iis expanſis, tum voce. Nam pluvio nebuloſoque cœlo vix aut unquam canit, ac neque humi, ſed inter aſcendendum aſcendit paulatim; ſubitò verò, & inſtar lapidis deſcendens cantillat. Atque maſculis in hoc genere muſicæ valde laudabilis eſt, ob multam & ſuavem modulationem, qui æſtatem primus inter aves prænuntiat, & cantu ſuo diem antelucano prædicit, pluvias & tempeſtates exhorret: cantat aſcendendo per circuitum volans, & cum deſcendit, primo quidem paulatim

latim id facit, & tandem alas contrahens in modum lapidis ſubitò decidit; quo tempore cantus edit. Avis verò hæc cicurata inter cantillandum alas movet, hoc veluti geſtu ad liberum aërem redire depoſcens: quod ſi diu capta incluſaque teneatur, aſpectu privari dicitur oculorum.

ALBUS. **Weiß.** *Blanc.*

SYN. Candidus, candidulus, albeſcens, lacteus, eburneus, niveus, canus, albulus, candeſcens, caneſcens, gypſatus. PHR. Candidior argento, nive, lilio, liguſtro, cygno, cute ceruſſatâ. Candore nives anteire. * **Weiß wie Milch und Schnee.** *Blanc comme lait, & comme neige.* In lac & nivem candidus. Lacteo niveóque albore candidus. * **Weiß von Natur.** *Blanc de nature.* Naturâ albus. Nativo albore affectus. Ingenito candore præditus. * **Weiß durch die Kunſt.** *Blanc par artifice.* Factitio albore affectus. Arte dealbatus. Albore ſuffectus adſcititio. * **Weiß gegen ſchwartz geſetzt / iſt viel ſcheinbarer.** *Le Blanc oppoſé au Noir paroit davantage.* Albor nigrori objectus, vim ſui coloris exerit tantò vehementiùs. Oppoſitum pullo album eo apparet albius. * **Die Haar weiß machen.** *Faire devenir le poil blanc.* Candidare capillos. * **Gantz weiß werden.** *Devenir tout à fait blanc.* Percandeſcere. * **Weiße Zähn.** *Dents bien blanches.* Candiduli dentes.

ALCHIMIA. **Kunſt Gold zu machen.** *Alchimie.*

SYN. Chimia, *vel*, Chemia. ADJU. Fallax, inutilis, damnoſa, ſtulta, pernicioſa. PHR. Ars Chemiæ. Ars metallicæ compoſitionis & conflaturæ; ad excernendum aurum argentumque. * **Alchimiſt.** Chimicus. Metallicæ temperationis, & arcanæ conflaturæ ſcitus artifex. Qui ſcit componere conflaréque metalla, eliciendo auro argentoque.

AMPLIFIC. Quæ auri confecturæ hoc tempore ſtudent fumoſi homines, ac devota igni capita ; quamvis auri comparandi, quam cupiunt, artem nusquam adinveniant, multa tamen eâdem operâ condiſcunt, ac ſæpe numerò mira naturæ arcana in lucem proferunt : Hodiè rationem gemmas emaculandi, aërem in nives cogendi, aquam pro oleo ad lumen uſurpandi, aliáque complura haud prorſus auro inferiora didicêre nonnulli, cùm unicè aurum quærunt. * Vobiſcum mihi res eſt Alchimiæ amantes. Verè amentes, fuliginoſæ animæ, devota igni capita, mortales ſordidi fimo, fumo, limo, luto, ſed impoſtores ſplendidi ; Qui veſtro malo malam exercetis artem. Tam diræ artis rudimenta ſi inſpexeris, dices genitam à malo Genio ; Si modum ; auri vocabis veneficam, vulnificam ; Si finem ; fucum, fumum. Artem diſce ab auctore. Is fuit crudus Tubalcain, filius Lamechi mœchi, nepos Caini. Hic ipſe propè de Tartaro, ferrum ſcrutatus eſt ferro, & anhelantes agitando folles, chalybem flagellavit chalybe, & æs crudeli cruciavit igne. Crudiores longè Tubalcainitæ Alchimiſtæ, fumoſi naturæ cruciarii ; æternum olentes ſulphur, ipſa ferri & auri viſcera eviſcerant. Miraris ? majora audies. Æruſcatores non æris ſed auri, ſpe divites, re pauperes : ſolâ naſi affluentiâ locupletes ; credulorum hominum aures ut ditent, loculos divitum, æraria principum lento igne, vendito fuco, abſumunt. O nugas futiles, quia inutiles ! Volatile ut evadat fixum & fixum ut volatile, quàm torquetur aurum lentis ignibus, & flammis flagellatus ſtridet Mercurius ! Quàm ſcrupulosè prunas excitant ! Quid inde ? Additur pulvis metallorum anima, ſubſtantia cœli ter ſancta, (O pingues nugas !) Et lapis naſcitur Philoſophicus. Animatur interim Mercurius, & alas arripit, atque ut erat in votis, fixum fit volatile ; Sed unà cum fumo omne aurum volat

lat in auras. Tale pondus magiſterio ponderis gravi additur auro : ut vel deprimatur in nihil, vel cum Mercurio volet. Quàm aptè dives ille lapis vocatur Philoſophicus, pauperi Ariſtoteli ignotus! Nimirum compactus commentis, non elementis. Quod ſi ergo quæras quid Alchimia ſit? Dicam. Alchimia eſt Enthuſiaſmus amabilis; Inſania quædam voluntaria; Ad egeſtatem & noſodochia vehiculum; Placida furia mentis; Suavis tortura animi; Charybdis auri; Denique eſt dulce humani ingenii deliramentum. Tibi, ſi ſapias, deſipiat Alchimia; Quam nè Dii quidem docuerunt Midam, ſine mulctâ.

ALEA. **Würffel.** *Dez.*

SYN. Ludus teſſerarum, *vel* Teſſera; *vel* Periculum. Teſſera lusoria. Oſſea teſſera aleatoria. ADJU. Periculoſa, damnoſa, dubia, anceps, fallax, pernox, legibus vetita. PHR. Luſorii cubi jactus. Teſſeras jacere. Mittere cubos aleatorios. Ludus, in quo temeritas & caſus, non ratio, nec conſilium valet. Infelix teſſerarum jactus. AMPL. Aleæ ludus altor otii, magiſter ignaviæ, inſtrumentum avaritiæ, fraûdis officina, rei familiaris everſio, rixæ materia, morum pernicies, labes dignitatis, angor animi & cruciatus aſſiduûs. Alea, quæ efficit, ut plerique mortales divinum cultum deſerant, humanam ſocietatem violent, oblivione juſtitiæ capiantur. Quæ omnem religionem & fidem violat, charitatem tollit, inimicitias & odia concitat, amentes & blaſphemos homines reddit, fraudulentos & rapaces efficit, rerum ſuarum neglectores, alienarum appetentiſſimos. Quæ privatas domos exhaurit, patrimonia dilapidat, homines falſos fieri cogit; ad omne flagitium, ad omnem turpitudinem impellit.

ALEATOR. **Würffel-Spieler.** *Joueur de Dez.*

SYN. Aleo, luſor, aleæ cupidus, teſſerarius. ADJU. Turpis, fugiendus, fallax. PHR. Qui feſtivâ honeſtâque, *vel*, inhoneſtâ aleâ luſitat. Quem alea

decoquit [Der auff das Würffelen gepicht iſt.] Homo nequiſſimus, qui non dubitaret vel in foro aleâ ludere, lege eâ, quâ eſt de aleâ condemnatus. Qui in vino & aleâ comeſſationes & ſcorta quærit. Qui in luſtris, popinis, aleâ, vino tempus ætatis omne conſumit; omne tempus aleæ tribuit. Qui tanto ſtudio, tantâ cura, tantâ ſolicitudine ludit, ut nec cibi, nec ſomni recordetur; Ut totas ſæpè noctes vigilet, ut lucem tenebris,& tenebras luci copulet, & tandem ab aleâ feſſus, non ſatiatus recedat. Qui tempus, quod omnium rerum pretioſiſſimum eſt, ut Theophraſtus eſt autor, in otio nefario conſumit. Qui nullam ſcelerum ſpeciem lucrandi gratiâ refugit; qui pecuniarum ſiti flagitioſam aleam proſequitur, in quâ tot deceptiones,fraudes, doli ſuboriuntur. Graviſſimè damnandi dementiæque notandi nomine, qui lucri causâ tam pernicioſum vitæ genus eſſe eligendum ſibi ſtatuunt, ut totos dies in aleâ conſumant. Inter aleatores & teſſerarios tantum differt, quantum inter fures & latrones. (*Apud Cauſſ.*) Aleatores familiarium ſuorum loculis plenâ aviditate inhiant,deteſtantur felicitatem, mœrore aluntur, paſcuntur exitio. Aleis de fortuna ſua quiſque ſtrenuè contendit.

ALEXANDER M.

ADJU. Belliger,ſtrenuus, magnanimus. PHR. Rex Macedonum; Re ac nomine magnus; Solus ſinè æmulo clarus; Inexuperabili imperio orbis auctus; Fortunâ ſua major; Sola ſua fama minor.(*Tertul.*) Darii ac Perſarum debellator. Audaciæ anteſignanus & fortunæ Tyrannus. Longè omnium excellentiſſimus Rex.Magni quidem Regis Filius,ſed magnitudine animi, bellicâ gloriâ, & amplitudine imperii patre longè major. Cujus animi magnitudini terrarum orbis videbatur anguſtus. priùs mundi Dominus, quàm vir.

AM-

Digitized by Google

AMPLIFIC. Magnus atque admirandus juvenis, si mirabile quidquam habet ambitio. * Qui plures mundos cupiit, & unicum esse cum fato conquestus est. * Qui arbitrabatur suæ gloriæ detractum, quidquid accreviſſet alienæ. * Quo nemo unquam Imperatorum fuit felicior: nemo tranquillo tempore latius imperium propagavit: Nemo regna opulentiora in potestatem redegit: Majores nemo hostium copias fudit, fugavitque: Plura denique bella nemo pari celeritate confecit. * Qui cum Oceano regni sui terminavit limites, & orientem intra Imperii sui fines solem videre potuit; Qui rerum à se gestarum tot propemodum interpretes habuit, quot milites. * Qui *non annos, sed triumphos numerabat; Se non ætate sed perennitate metiebatur.* (*De se id dicere solebat.*) Qui cùm in lucem est editus, duæ Aquilæ visæ sunt; altera in Occidentem, altera in Orientem avolare. * Qui rerum suarum scriptores, suarum laudum buccinatores multitudine plurimos, auctoritate graviſſimos, in dicendo diſertiſſimos habuit; Ptolomæum Regem Ægypti, Hecathæum, Aristobulum, Calliſthenem, Diodorum Siculum, Trogum Pompejum, Justinum, Q. Curtium, Plutarchum, aliosque innumeros. * Cujus famam, ipsa Sacra Pagina testatur (*1. Mach. 3.*) dum ait; *Siluisse in conspectu ejus universam terram, veluti ad fragorem ruentis Mundi.* * Cujus in laudibus prædicandis nimis parca ac invida fama exititit. * Qui cum inter hostium cuneos, inter jaculorum missus, inter cadentium militum strages semper illæsum & immunem se videret, adeò prospera fortuna elatus insanivit, ut se humanum, seu hominem divinum, quasi stygia susceptum de palude prædicaret. * Cujus virtùs fortuna superior fuit. (*Plutarchus.*) In quo fuit Achillis fortitudo, castimonia Agamemnonis, pietas Diomedis, magnanimitas Cyri, solertia Themistoclis, Barsidæ audacia, Philippi Patris prudentia. * Qui Bactros domuit cùm Indis, Indos

Digitized by Google

cum Perſis, Perſas cum Medis. Qui ſubegit Aſiam, qui Aſiæ adjunxit Armenicam, Armeniæ Cappadociam, Cappadociæ Syriam, Syriæ Ægyptum; Quod Lyſippus ut exprimeret, finxit ex ære Alexandrum ſupina facie in Cœlum ſuſpicientem, ſubjectis hiſce verſibus:

Æreus in Cœlum ſuſpectans, fare, quid ajat?
Juppiter, aſſerui Terram, tuq; aſſere Cœlum.

Quo Invento adeò oblectatus eſt Alexander, ut ſe ab alio fingi amplius interdixerit. * In eo tamen reperitur Xerxis arrogantia, crudelitas Neronis, impietas Ptolomæi, temeritas Annibalis, bibacitas Protarchi, Amilcaris iracundia, denique dira Tyrannorum dominatio. * Alexander, victor tot Regum & Populorum, iræ ſuccubuit; Id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate, quàm affectus; Nec ſciebat, Imperare ſibi, maximum imperium eſſe. (*Seneca.*)

Quid unquam talis ac tantus Imperator, non dicam pacis, quâ frui noluit, ſed belli tempore, quo carere non potuit; quid inquam, oculis vidit, quod non priùs mente perſpexerit? In quas Regiones arma victricia intulit, quas non ante animo peragrarit? Quæ littora, quos ſinus maris, quas cœli plagas, quod genus animantium rerumque omnium, quas hæc Univerſitas coërcet, quas non ille ſtudio inveſtigarit, ingenio comprehenderit, cognitione concluſerit? * Triumphos mens agitat, & creſcere piget abſque laurea. Alexander non ſum, niſi mihi ſupplicem in genibus Orbem pono. Promovit Parens regni terminos, ſed neſcit terminum noſtra virtus. Immenſam gloriæ ſitim patrii amnes haud reſtinguunt: Oceanus Orbem terminans quærendus eſt: is mihi pro meta gloriæ, vel ſi quid ultra Orbem excurrit. V. BELLI DUX.

AL-

ALLICERE. Beylocken. *Attirer.*

SYN. Pellicere, illicere, allectare, prolectare, titillare, invitare, inducere, excitare, trahere. PHR. **Du zieheſt die Leut an dich / du macheſt dich bey anderen beliebt.** *Vous vous attirez le Monde.* Alios ad te allicis, & attrahis; Blandis colloquiis tibi devincis; in favorem tuum, in partem tuam ſollicitas & pellicis. Habes verborum illecebroſos laqueos, quibus quosvis ineſcas. Animum Adoleſcentis non conſilio ac ratione firmatum pellexiſti iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt. Adoleſcentulos rerum imperitos in fraudem allicis. Multò majorem hominum partem ſale tuo & lepore pellexiſti. * Benevolentiam alicujus allicere, *vel* allectare. Allicere Judices ad miſericordiam. Præmiis homines ad virtutem alliciuntur. Permulcere atque allicere Auditorem. Allicere ſomnum; voluntates populi alienas. Allicere ac tenere homines. * Virtus allicit homines, ad diligendum. Allicere donis Juvenes, de ſe ingentia pollicendo. Similitudo illicit atque attrahit ad amicitiam. * Ad agrum fruendum non modò non retardat, verùm etiam invitat atque allectat ſenectus. * (*Pompejum*) in eam voluntatem adduxi, ut faceret. Captare aliquem aliquo emolumento. Ea animum Adoleſcentis pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt. Ita me ad credendum tua ducit Oratio. Elicere aliquem præmiis. Hoſtem ad pugnam elicere. Id ut facerem, orationibus inducebar tuis. Eum, qui audit, permulcere atque allicere. Trahimur omnes laudis ſtudio. Lex vim habet, quemlibet hominem ad rectè facta vocandi, & à peccatis avocandi. Cæteros accolas perlicit donis Annibal. Ineſcare Homines. Prima invitamenta naturæ. Cum novercalibus delinimentis inſtigationibusvè corrupti.

Digitized by Google

ALTARE. Altar. *Autel.*

SYN. Ara. ADJU. Sacrum, venerabile magnificum, inviolabile, marmoreum, votivum, odorum. PHR. In quo divinum Religionis Christianæ Sacrificium peragitur. In quo augustissima, Deo Eucharistia offertur, *vel* divina victima immolatur, *vel*, Sacra peraguntur. * Hoher Altar. *Grand autel.* Ara princeps, maxima, præcipua. Altare primarium.

AMPLIFIC. Surgebat inter ista gratissimum oculis spectaculum magnificus templi nostri apparatus. In eo primarium ornamentum Ara maxima; non sueta illa & stataria, sed temporaria & facta novo opere ad Parentum nostrorum Consecrationis in Sanctos novas ferias micantiori splendore agitandas. Delectavit enim sanè intuentium oculos, & coram spectata, mentes hominum, artificii simul & religionis admirabilitate complevit; cùm illud in sensum incurrens admoneres homines supra humani pectoris angustias de Ecclesiæ fide & Sanctorum felicitate cogitare. At non æquè ac res ipsa afficere potest rei aut pictura aut narratio, & qui hoc artificium vel Mentoris arte adumbratum hîc aspicient, vel legent mandatum literis; quia nec rutilum auro, nec coloribus varium, nec quàm satis est, symmetria ipsa mirificum aspicient, umbram ejus cernent aliquam, expressam ejus formam & ideam non cernent. Audeamus tamen, & vel informe ejus diagramma subjiciamus oculis, quo admoniti qui opus spectarunt, simul ipsius, simul intimi sui sensûs expressiùs recordentur; & qui non spectarunt, partim cælatum in ære, non informi certè neque inerudita Academici Mentoris manu, perspiciant intelligendo etiam altiùs, partim, si intelligendo, notiones suas cum eo non æquant, ipsius tamen imaginem informent: quam utinam ipsi latinè loquentes possimus in tanta verborum vel peregrinitate vel inopia, satis dilucidè & intelligenter efformare. Sed stilum cælatura adjuvabit,

nos

Digitized by Google

nos huic mutæ & obſcuræ, ſtylo, quoad efficere poterimus, lumen & locutionem inſeremus.

Aræ igitur maximæ forma & architectatio hæc fuit. Principio, exſtructa eſt theatri in morem, ſenis pedibus ſublimis à terrâ, materiata planities, reliquæ ſubſtructionis fundamentum. Ea ſuis gradibus munita ad aſcenſum, bellè hinc inde, niſi qua aſcenſus latè patuit, columellato podio diſterminata eſt, tum ad alios uſus, tum ad ſacri miniſterii opportunitatem ac ſpeciem. Impoſiti ſunt huic planitiei diviſi hinc & hinc quadrati duo decempedani ſtereobatæ, concameratim in oſtiola patefacti, per quæ ſacrorum miniſtri è ſacrario in templum, atque ad aram ſeſe infundebant. Atque hi ſic fronte rectâ & populo adverſa actutum ſinuoſo flexu aram verſus, procurrentéque obliquè in latus, ex rationibus Opticis, ad duodecim pedum ſpatium hoc interaneo reductu, ita deducti ac diſcapedinati juſtum pandebant æquor capiendæ & laterali aræ magnitudini, & ſuppedanei projecturæ. Incumbebant utriuſque fronti populo obverſæ jugati hinc bini minores ſtylobatæ, ſuis quatuor Corinthiis columnis inſignes; quos intimo in reductu ad ſacram altaris pictam tabulam, gemini alii ſuis ſinguli paribus columnis graves, altrinſecùs admoti reſpectabant. Suſtentabant hæc columnarum juga capitibus arduis latè oberrans commune epiſtylium, coronâ intectum affabrè, ac ſuis zophoris, partiumque & projecturis & inſtitionibus, curvaturiſque interſtinctum. Columnari coronâ iſtâ altè effultus eminebat totam obvelans arcam arcellatus fornix, inæquabili concameratione, pro eo atque in aram devergens, laxo & patente ex arcu ſenſim ſe intrò inflectebat arctiùs, demumque in tympano aræ coronario inſiſtebat. Parte ex gemina autem connixæ Helices, & fornicem & totam faſtigii molem ſuccollabant. Faſtigium ſanè non uniusmodi, ſed epiſtylii, zophori, coronæ, tympani, refractorum divaricatorumque

que capreolorum præluſtribus ornamentis nobile; duobus ſuper horum cymatia Coloſſeis Angelis decenter in latus proclinatis; coronante cuncta ad decoris culmen celsâ & comante Cæſareâ coronâ, uſque ad templi teſtudinem enitente.

Hæc enimverò quæ alta decora videri poſſunt, prima fuerunt hujus everganeæ ſtructuræ rudimenta. Variegatio & emblemata, quibus picta ſculptaque, ad religioſæ hilaritatis ſenſum elegantiarum lautitiis eſt cumulata; multorum menſium labores paucis ut exequar, hæc ferè erant. Stereolatas magno numero complebant pictæ cereo colore Angelicæ ſpecies, altæ ad auguſtam humanam formam, laudatiſſimo diſſimili corporis geſtu atque habitu. Stereobatarum autem & coronarum faſciæ pulvinique omnes, ſimæ & cymatia præſertim, echini, trochili, denticuli, apto cuique artificio feſtâ fronde, Cherubinorum, ſemitoreumatis, ovis exſtantibus, telis hamatis, palmaribus roſis, teretibus baccis & verticillis filo trajectis copulatisque, ſpectantium oculos amœniſſimè hilarabant. Elucebant in ſecundi ordinis ſtylobatis, ipſo in eorum corpore areâque mediâ, ſenis ſpectati alis, dichromate picti albo-flammei Cherubini: quos inter, toto aræ præcinctu ſeſe agebat meniana pergula, columellis, quibus omnis inſtitit, cum majoribus aræ columnis, ſimili picturæ opere, id eſt pulcherrimo Ophite certantibus. Quanquam ut ſatietati occurreretur, majores iſtæ certo tempore plumbo argentario ſunt conveſtitæ; tum è ſummo ſcapo ad imum, laureatæ quædam, ſtriatæ aliæ tumentibus intra canaliculos quaſi aureis ſcipionibus rudentibuſve; bracteato ære coronario omnium capita partim irradiante aureo fulgore, partim reſupinis volutim amaranthinis foliis tanquam criſpantibus cincinnis diſtinguente. Et diſpoſitæ autem per intercolumnia pictæ tabulæ, & toto in fornice ſplendens Beatorum gloria, di-

ci

ci vix poteſt quantam operi venuſtatem inſpergerent. Nimirum picturæ illæ eo parente natæ erant, qui inter celebres Lotharingiæ pictores & ingenii amœnitate ad excogitandum, & ad exprimendum penicilli gloriâ excellit. Quid quod propria aræ tabula, quanquam alterius, tamen ut decuit, magni & ipſa ingenii exemplar fuit? Spectabantur in eâ, tenebantque intuentium oculos conjuncti unà duo Sancti IGNATIUS & XAVERIUS, ſanctè ſuper geminâ nube pronis genibus præſens numen adorantes, prominente in æthere, aſtitibus Angelis, puero JESU, dextrâ IGNATIUM ardentibus flammulis, XAVERIUM lævâ Paradiſeis liliis floribuſque perſpergente; ſupernæ coronicis zophoro utriuſque ſenſum de ſuis cœlo terráque honoribus, quaſi ipſis cum Chriſto loquentibus ſic enunciante: *Non nobis, ſed nomini tuo.*

Succingebant ſanctorum parentum latus beati filii, dextrum Aloyſius Gonzaga; ſiniſtrum Stanislaus Koska, ambo purâ in nube genibus nixi; ambo comitati magno è Societate JESU Martyrum numero, ambo quà ſe aræ latera intimo ex ſinu paulatim in majus atque in inter columnia explicant, luculentis tabulis expreſſi; quarum illi, quæ Beatum Aloyſium liliatâ manu illuſtrabat, adſcripto hæc laudatio eſt: *Sancti florebunt ſicut Lilium*; alteri iſta; *Ut odor balſami erunt ante te.* In intercolumniis, quæ ad ſtylobatas ſecundi ordinis ex utroque aræ & planitiei latere venientibus adverſa erant, cernebantur picturæ miracula Angeli duo, liquido in aëre ſuis alis librati ac ſubnixi, Patrem æternùm, picto in gloriæ domicilio, ſupra aram intimam, umbilico tenus gloriosè extantem, piè adjectis in eum oculis, immiſſiſque plenis thure acerris, pulcherrimo ſchemate venerantes. His, unâ ex parte ſuppoſita erant Gregorii XV. nuper Pontificis Max. arma gentilitia, beneficii illius monumentum, quo, Chriſto in ipſo loquente, de Hieronicis noſtris

noſtris IGNATIO & XAVERIO, jus faſque eſſe ſanxit, coli eos pro ſanctis cultu Eccleſiæ publico; additumque beneficii & poteſtatis index hoc lemma; *Hoc numine ſancti* Parte ex alterâ eminebat Lotharenæ ſtirpis perilluſtre & antiquum ſtemma, aptè ad rem addito eloquio; *Hoc ſtemmate clari*: quo Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis HENERICI II. in Sanctis noſtris eorumque honoribus complectendis, augendâque eorum claritudine & gloria pietas ac ſtudium monſtrabatur. Jam in intimo fornice, medioque tympani æquore, inclareſcebat inter Cherubinorum myriadas corruſca in luce, fons omnis luminis, æternus Pater, diradiata ab eo per omnem concamerationem beatæ immortalitatis luce & gloriâ, colluſtratiſque ſplendoribus ſanctorum infinitis Angelicis ſpiritibus, quos toto fornice, majore, minore; ardentiore, ſuaviore æternitatis luce & candore fulgentes, omni compoſitiſſimæ ſanctitatis geſtu & habitu diſtinctos, pictor ſuarum lubentiarum & idearum felicitate uſus expreſſerat.

Ac jam adeò prætermittantur ſanè aræ ac templi ornamenta alia non pauca; diſſimuletur mutuatitia ſupellex argentea & aurea; ſileantur etiam ſi placet toto ſpectata templo, & multo jactata ſermone Phrygia & Campanica periſtromata; certè non perinde etiam æquum eſt, ut ſacris altaribus laboratas arte veſtes ſilentio obvolvam. Nempè ne ſacrarum religionum celebritas, unde maximè penderet, ibi minimè procurata videretur, tribus rei divinæ quotidie addictis templi noſtri altaribus, ſua cuique pro noſtra tenuitate curata eſt veſtis ſtragula & lauta & operoſa. Damaſceno è ſerico, præfulgenti candore, materia fuit; arte additum decus; virgata auro, tota etiam eſt latis encarpis obrizo auro picta. Hiſce encarpis ſcutulatum affabre proprium aræ principis peripetaſma, tono etiam ac lumine eſt auctum acu Phrygiâ; ſingulis ſcutulis duplici bombycino mæandro eoque tranſverſario ſubtegmine

atque

Digitized by Google

atque eminulo ad auri ſplendorem circumdatis ; opere tam argumentoſo tamque lento , ut peritus Phrygio menſes octo aſſiduus in eo fuerit. Sic ara inſtrata , Sacerdotibus ſacra ad eam facturis binæ concinnatæ veſtes , materia eadem, pictæ auro,& ſpiranti pietate Crucis in formam latè ſegmentatæ auro ordine duplici; auro & ſerico fimbriatæ.

ALTUS. Hoch. *Haut.*

SYN. Celſus , excelſus , præcelſus , ſublimis , erectus , procerus , arduus , ingens , ſummus , excitatus, in altum editus ; *vel* profundus , imus. *vel* magnus, excellens. PHR. Res viſu altiſſima. Moles nubibus propinqua ; caput inſertans nubibus ; ad cœlum,ſidera ſubvecta. Via alta & ardua. Aſſurgit montis vertex paſſibus mille. Præruptimontes. Præruptus in altitudinem locus. Præruptior collis , vel in quatuor pedes vertendus. Quinque pedes vel pedibus altus. Hoc eſt altius , quam ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. Altiſſimus à nobis cæli complexus. In altum navigare. Altè cecidit. Excelſus eſt ei , altus & humana deſpiciens animus. Altiore eſt animo. Altiſſimum flumen. Homo ſapiens & alta quadam mente præditus. Humanarum rerum alta quædam deſpectio. Altitudo fortunæ & gloriæ. Elatio atque altitudo Orationis. In capiendis incommodis animi altitudo.

B. ALOYSIUS GONZAGA , S. J.

ADJU. Angelicus , pudicus , modeſtus , candidis floribus coronandus , beneficio cæli conceptus , naturæ prodigio natus ; ſomni parciſſimus. PHR. Et Elog, Quidquid calamus preſſerit,lilia fiant : Candidis floribus coronandus eſt Aloysius Gonzaga ; bis virgo , ab Alvo , ab Aulâ. Flos innocentiæ. Societatis Jesu lilium. Marchio Caſtilionenſis. Terreſtris Angelus. Perſonatus Angelus. Lacteus Adoleſ-

leſcens Adoleſcentiæ magnes ad amorem DEI. Immaculatum per omnem vitam, absque ulla lethiferi peccati labe, innocentiſſimæ virtutis exemplar. Flagrantiſſimus juvenis. Speculum innocentiæ. Candidatus ſapientiæ. Flos ſanguinis Itali, Nondum perfectè natus, perfectè jam Sanctus. Gratiæ filius priùsquàm lucis. Qui ipſo adhuc illatebratus utero Sanctitate luſtratur, ut credas DEO eſſe natum, non mundo. Qui hauſtum ex lacte candorem pudoris adeò ſolicitè coluit, ut vel pedes nudos lecto nunquam emiſerit totos. Qui domo pedem efferebat nunquam niſi luſtralibus irrigatus aquis; nimirum ut in lilium efflореſceret virginitatis. Cui calcare ſpinas fuit volupe, quæſiviſſe in votis. Qui auream Marchionatûs coronam, aculeatum offendiculum, regios tribulos relegavit lubens ad pedes, ut calcaret. Qui coronati ſpinis JESU Societatem amplexus eſt libenter; Rex ut fieret; nam ſervire DEO regnare eſt. Virtutis non oblitus, quam cum ſcientia maritavit, innocentiſſimo conjugio, parem cum pari, virginem cum virgine. Qui nobiliſſimas Majorum ceras maturè ſapientiæ lumine accendit, ipſe in omnem virtutem & doctrinam virgineè cereus. Homo prorsùs cæleſtis, in quo humanum nihil præter corpus apparebat; corpus ſine corpore ſpiritus in carne. Qui Mundo prius exceſſit, quam pueritiâ; Qui Mundum, non quem Mundus reliquit. Qui coronatæ felicitati invidiam detraxit. exemplo ſuo docens, celſius quiddam ſuprà terræ diademata adoleſcere. Majore Orbis pila ſuperbiæ ſpiritu inflata, ſi quiſquam alius, ludere peritiſſimus, eam à ſe repellendo. Splendidis ac ſeveris inſe iris inſurgens, cùm carnem vix haberet, invenit cædendo. Quem maturum cœlo non ætas fecerat, ſed æſtas amandi; quæ fruges horreo opportunas elaborat. Qui modico tempore vixit quàm diutiſſimè. Qui flagra ac calcaria obſe-

obſequenti licet corpori ſubdidit, ut magnis ad ſanctitatem itineribus properaret ſponte currens; nulla ita innocentiæ vulnera paſſus à carne, quia vulnerata. Mortis Aloysii poſtulata interemptrix charitas excuſationem prompſit aptiſſimam, Flores in vere carpi ſolere: Aloysium (Innocentis veris Filium) in vere attigiſſe Autumnûm: Maturum fuiſſe, quia præcocem: Non mortuum eſſe, ſed decerptum, ut citò in aris floreret, inter ſacros Florum Faſciculos.

AMARE. Lieben. *Aimer.*

SYN. Adamare, redamare, diligere, complecti. ADV. Summè, vehementer, magnoperè, maximopere, maximè, etiam atque etiam, mirè, mirificè, incredibiliter, unicè, ſingulariter, cumprimis, egregiè, inſigniter, apprimè, oppidò, admodùm, effuſiſſimè, efflictim, inprimis, minimè vulgariter, non mediocriter. PHR. Diligere aliquem, ex animo, majorem in modum, mirum in modum. Aliquem amare, charumque habere; benevolentiâ complecti; Amore proſequi; Effuſis charitatis habenis, *vel* Amicitia & charitate complecti; Omnibus officiis benevolentiæ proſequi. Alicujus amore adſtringi, teneri, captum eſſe. Alicujus amore, *vel*, in aliquem amore ardere, flagrare, incendi, inflammari. Aliquem ferre in oculis; Geſtare in ſinu; Habere in deliciis; In amore & deliciis habere. Aliquem deperire, perditè amare. Aliquem amore, *vel*, alicujus amore deperire. Toto animo aliquem complecti. Tam altè amorem provexi: Ita ſe meus amor extulit, ſe ſe evexit. * Von einem hefftig geliebt werden. *Etre aimè de quelqu' un avec tendreſſe.* Alicui eſſe charum. Alicui eſſe in amore, & in deliciis; Cordi eſſe; In oculis eſſe. Alicujus eſſe delicias. * Ich liebe dich von Hertzen. *Je vous aime de tout mon cœur.* Ex animo te amo. Ex intimo ſenſu te diligo. Mihi es in amoribus; Mihi

hæres

Hæres in medullis ; Sum tui amantiſſimus, cupientiſſimus, ſtudioſiſſimus, obſervantiſſimus. Te oculis atque animo fero. Hæres mihi in animo, in corde, in ſenſibus. Singulari erga te animo ſum. Amor in te meus eſt, quantus poteſt eſſe maximus. Ego te, ut oculos meos, aut ſi quid oculis eſt charius, diligo. Te in ſinu geſto. (*Ter.*) * **Sie liebten ſich ſehr untereinander.** *Ils s'aimoint, ils s' entre-aimoint.* Amabant inter ſe vehementer. Mutuò, *vel*, Pariter amabant inter ſe. Arctiſſimò neceſſitudinis vinculo, amicitiæ nexu conjuncti, conſtricti, copulati erant. Tantus erat mutuus eorum amor, ut nihil poſſet eſſe conjunctius. * **Sich bey einem beliebt machen.** *Se faire amier de quelqu' un.* Alicujus benevolentiam ſibi comparare, ſibi demereri. Alicujus ſtudia ſibi adjungere, benevolentiam ſibi conciliare, voluntatem ad ſe allicere, adjungere ſibi animum, gratiam ſibi parere. Excitare ſui amorem in alicujus animo. * Quem certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. V. AMICITIA. AMOR.

AMBITIO. Ehrgeitz. *Ambition.*

SYN. Ambitus, vanitas, faſtus, ſuperbia, oſtentatio. ADJU. Lenis, major, miſerrima, pernicioſa, popularis, ſumma, timida. (*Cic.*) Solicita. (*Ovid.*) Demens. (*Claud.*) Parva. [*Hor.*] Scelerata. (*Bud.*) Pendula, veſana. (*Pamphil.*) Degener, livens, æſtuans, tabifica. (*Crinit.*) Infamis. (*Polit.*) Cœca. (*Mant.*) Infelix. (*Hier. Anger.*) Ventoſa. [*Sen.*] Imperioſa, maleſana, maleſuada, præpoſtera. PHR. Honorum cupiditas, contentio. Cupiditas gloriæ regnandi. Honoris certamen & gloriæ. Inanis gloriæ ſtudium. Inexplebilis ardens gloriæ ſitis. Ingenita hominibus excellentiæ cupiditas. Vaniſſima inſolentia. Gloriæ deſiderium immoderatum. Peſtis in amicitiis. Quâ nihil tetrius, nihil fœdius excogitari

tari poteſt. Perturbatrix humanarum rerum; optimi cujusque ingenii corruptrix: omnium bellorum concitatrix. Peſtilentiſſima morum corruptrix, rerum novarum indagatrix, veræ virtutis expultrix. Monſtrum humani cordis. [*Nieremberg.*] Immortalem Deum! quàm enormis Ambitio; Vix non rumpitur Scala Muſica; ita volunt omnes aſcendere. Unus: *Fà Rè*, Fac Regem; Alter: *Fà mi Rè*, Fac me Regem: Tertius: *Fa mi ſol Rè*, Fac me ſolum Regem: (*Knittel.*) Ambitio nutrix Avaritiæ. (*Claud.*) Timemus Magnatum ambitum, inquieto utique genio ſtrictum ſemper ad audacis novitatis Pericula. Procul ab omni ambitione.

AMPLIFIC. Quò magis probanda eſt, magis laudanda eorum ſententia, qui inexp'ebilem gloriæ ſitim; perpetuam audaciæ, temeritatis & confidentiæ comitem ac ſociam eſſe volunt. Sitim dico, cui temperantiæ laudem nemo tribuet, qui ambitioſorum animos ita depravatos, ita vitiorum ſordibus inquinatos noverit, nullo ut ſibi à maleficio temperent, nihil ſanum, nihil moderatum cogitent, nihil quod ſit cum modeſtiæ laude conjunctum, meditentur. * Illi cum famam duntaxat prædicationemque popularem ſibi, in omni ſtudiorum ſuorum ratione propoſuiſſent, ad eam literarum ſcientiâ ſunt abuſi. * Illi aurâ illâ populari, quam ſtudioſiſſimè captabant, cùm aſpiraret leniſſimè, ultra fortaſſe quàm vellent provecti, eò ſæpè delati ſunt, ubi amiſſis rationis gubernaculis ac judicii, ſic variis errorum fluctibus jactarentur, nullum ut capere poſſent veritatis portum & honeſtatis. * Nihil eſſe ambitione potentius, quoties præſertim animum ſublimem & erectum invaſit: Omnia labefactat; omnia pervertit, omni machinâ & tormento fortius, mentis mœnia expugnat, neque quicquam penſi præter ſemetipſam habere poteſt. Quin ut ſanguine hircino adaman-

tem emolliri ajunt, ita robuſtiſſima conſilia attactu illius collabaſcunt. * Ambitio non oppugnat animum ſed deflectit; ducit non trahit, & cum voluptate quâdam in perniciem abit; præſertim quotiescunque meretricula illa ſanctiſſimæ matronæ virtutis larvam induit, & aliena pudicitia probat ſua.

SENTENTIÆ. Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris. (*Eccl.7.*) Charitas non eſt ambitioſa. [1. *Cor.* 13.] Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. (*Gal.* 3.) Ærugo mentis eſt appetentia dignitatum, ſi in his ſuprema ſpes vitæ præſentis locetur. Reſipiſcat unusquisque furore ſæcularium dignitatum & cupiditatum, quæ mentem animumque perturbant, ut compos ſui eſſe non poſſit. (*Ambros.*) Hoc ipſo perniciosior Ambitio, quò blanda eſt conciliatricula dignitatum. Et ſæpe quos vita nulla delectat, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubruere, facit Ambitio criminoſos; & ut dominetur aliis, priùs ſervit: curvatur obſequio, ut honore donetur: & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior. (*Idem.*) O Ambitio, ambientium crux! quomodò omnes torques? omnibus places? Nil acriùs cruciat, nil moleſtiùs inquietat: nil tamen apud miſeros mortales celebrius negotiis ejus. (*Bernard.*) Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, livoris parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excœcatrix cordium, ex remediis morbos creans, ex medicina languorem generans. (*Idem.*) Complures ſe ſcelere contaminarunt imperii cupiditate. (*Cic.*) Regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil fœdius excogitari poteſt. (*Idem.*) Timida eſt ambitio & ſolicita cupiditas magiſtratûs. [*Idem.*] Relinque ambitionem: timida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum. (*Seneca.*) Nunquam improbæ ſpei quod datur

datur ſatis eſt. Omnia meruiſſe ſe exiſtimat, nec ſatis pretio æſtimatum putat. Majora enim cupimus, quo majora venerint, intentióque concitatior eſt. Ambitio ſive cupiditas in magnarum opûm congeſtu collocata, ut flammæ infinita vis acrior eſt, quò ex majore incendio emicuit. (*Idem.*) Qui ſtudet Plato eſſe doctrinâ? dormire cum beata vetula, ut Euphorion cum Alexandro potare, ut Medius: dives eſſe, ut Ismenias: virtute præcellere, ut Epaminondas: doletque, quod unus non ſit hæc omnia; perinde facit, ac ſi moleſtè ferat, quòd non ſit leo montanus, & idem melitæa catella in ſinu viduæ divitis. [*Plutarch.*] Ambitio & imperandi cupiditas omnium cauſa malorum, quæ etiam benè conſtituta evertere conatur, gravia bella non ſolùm noſtrâ memoriâ, ſed etiam antiquis temporibus invexit in res humanas. (*Iſidor.*) Singularis boni fructus eſt, ambitionis refrenatio. (*Ennod.*) Extrema tunica perturbationum ambitio dicitur, quòd reliquis perturbationibus ipſa adjutrice exutus animus, hanc poſtremam exuit, ut tandem ad ipſum bonum nudus perveniat. [*Simplicius.*] Undecunque ambitio eſt in prima linea. (*Nieremberg.*) O miſerrimam ſervitutem ambientium! Si duci affectibus propriis miſerrimum eſt, quale erit pendere alienis? (*Idem.*) Hinc aliud Ambitionis privilegium, quòd immortale vitium ſit. Illud temporum ambimus, ubi non erimus. (*Idem.*) Magnus, omninò magnus & incredibilis ad imperandum & ditionem latè propagandam impreſſus humano generi à natura rerum ipſa impetus quidam eſt: cujus incitatione præcipites per abrupta omnia ruere ſolent, quib⁹ per denſiſſima & præſentiſſima pericula aura quædam affulget vel imbecillæ ſpeculæ quoquo modo principatûs obtinendi. Qui cupiditatis ambitioſæ ſtimulus cum omnes aſſiduè pungit ubique mortales, tum eos præcipuè, qui geniti in imperio, & excepti natali

tali purpurâ, ita ſe natos ad imperandum putant, ut indignam rem exiſtiment, ſi qui præter ſe terrarum uſpiam, aut ſuis legibus homines & æquato Civitatis jure degant, aut alios regio jure & autoritate moderentur. (*Poſſin.*)

SIMILITUD. Chamæleon quoniam aurâ paſcitur, non cibo, ſemper hianti eſt ore: ita qui glorioſis & auris aluntur popularibus, ſemper aliquid captant, quod famam augeat. (*Plin.*) Pavo non explicat pennas, niſi laudatus: ita quidam putant ſe non habere, quod habent, niſi ſint, qui mirentur. [*Idem.*] Ut ova plena ſidunt, inania fluitant: ita qui veris virtutibus, aut litteris eſt præditus; minus oſtentat ſe, quàm qui ſecùs. (*Seneca.*) Ut Venti deſituri vehementiſſimè ſpirare ſolent: ita mortales cum maximè efferunt ſe ſe, tum proximi exitio ſolent eſſe. (*Idem.*)

AMBITIOSUS. **Ehrgeitzig.** *Ambitieux.*

SYN. Vanus, ſuperbus. PHR. Honoris avidus, Gloriæ appetens, Laudis immoderatè ſtudioſus. inanis gloriolæ captator, *vel* cupidus. Ventoſæ gloriæ aſſectator, conſectator. Flagrans immodico laudis ſtudio. Ardentiori gloriæ deſiderio incenſus. Qui gloriâ ducitur. Qui trahitur laudis ſtudio. Qui flagrat cupiditate gloriæ. Qui gloriam avidè appetit. Qui toto Pectore incumbit ad ambitionem. Humanæ laudis ſitientiſſimus, appetentiſſimus, oppido ſtudioſus. Diu noctuque chartis impallens, immortalitatem apud mortales venans: notus aliis, ignotus ſibi, nè poſt vitam moriatur, in vitâ præmoriens. Quem mira fames auræ popularis captat. Qui totus popularibus auris impellitur. Qui auram popularem ambit, venatur, aucupatur. Qui favorem plebejum demereri ſtudet. Vir eſt ætate, & ſuopte ingenio gloriæ famelicus. Vir gloriæ præter cæteros appetens. Qui Hominum rumuſculos aucupatur. Omnes rumorum ventos colligit, captat. Qui exiſtimatio-

mationi ſuæ ac gloriæ falſa laudis commemoratione ſervit. Qui omnia naturæ ingeniiq́ue inſtrumenta ad laudis jactationem, indoctæq́ue plebis acclamationem conſectandam convertit. Qui Vulgi admirationem affectat. Gloriæ famâ inſanus. Laudis humanæ perquàm, oppido, præter cæteros ſtudioſus. Magno laudis amore perculſus. Potentatûs cultor. Triſtis & ſupercilioſus alienarum rerum cenſor, leno ſuarum. Gloriæ cupiditate flagrans. Æſtu gloriæ percitus. Gloriæ ſtimulis agitatus. Qui aliquid cupidiſſimè ambit. Qui ad illiberales ſe blanditias dimittit, ut, &c. Qui ſapientiæ nomen aucupatur undiq́ue, & inſulsâ in omni congreſſu ſui jactantia emendicat. Qui famam duntaxat prædicationemq́ue popularem ſibi in omni ſtudiorum ſuorum ratione proponit. Qui totus popularibus auris impellitur. Qui in rumorum & concionum ventis colligendis acerrimam corporis contentionem, mentisq́ue commentationem vehementiſſimam figit. Qui clandeſtinas laudes ejaculatur. Qui altiora cogitat, & ambitioni pedem laxat, interq́ue ſpes & vota rem gerit. Qui nunc huc, nunc illuc circumcurſat, ſudat, æſtuat, aures captat ac rumuſculos. Immortalitatem apud mortales venans. Cujus mores ad nimiam ambitionem incumbunt. Haud longè remotus ab ambitione. Ambitionis plenus. Gloriæ cupidus, appetens. Inflammatus ad gloriam. Laudis humanæ eſurientiſſimus, avidiſſimus. Qui applauſum plebis ſibi comparare ſtudet. Qui in imperiorum, honorum gloriæve ſtudium incidit. Qui ingenii famam, auram popularem venatur. Qui cum votis ſuis luctatur. Qui in proſequendâ laude omnes vel corporis cruciatus, omniaq́ue mortis pericula parvi eſſe putanda exiſtimat. In quo aviditas gloriæ penitus inſedit atque inveteravit. Qui ſingulos artus ſuos fortunæ ſuæ daret regendos, quæſtu atque compendio laudis.

AMPLIFIC. Ambitioſorum animi ita depravati, ita vitiorum ſordibus inquinati ſunt, nullo ut ſibi à maleficio temperent, nihil ſanum, nihil moderatum cogitent; nihil quod ſit cum modeſtiæ laude conjunctum meditentur. * Ambitioſi mercedis loco plauſum emendicant; quem ſi fortè ſibi conſequi videantur, tùm verò beatuli per cœlum quadrigis invehuntur Jovis, grandes carminùm offas, quibus vel Cerbero ſpiritum interclúdant, iterum ac ſæpius ingeminant, &c. * O viros ſapientiæ mancipes! Vosne officinas virtutis inſtruxiſtis, & offucias quæritis inanis gloriæ? Vos mera eſtis, ut Cato dicebat, *Mortualia Gloſſaria*: & non mores & famam: non alorum vitam, ſed laudem veſtram curatis. * Quorum vaniſſima inſolentia cui tandem eſſe incognita poteſt? Videmus quotidie, & indignamur, eos, qui modeſtiam, & auguſtum ſapientiæ nomen profeſſi ſunt, cum arduis ſuperciliis, & ſevero rictu, vocisque & totius oris gravitate compoſitâ, tanquam ſibyllæ oraculorum interpretes verba ex intimo pectore elidere, lauream ſibi ob tam præclarum facinus poſtulantes.

S. AMBROSIUS.

ADJU. Nectare & ambroſiâ innutritus. PHR. Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtes ſanctus & integer. Theologicæ militiæ anteſignanus, vexillifer, primipilus. Eccleſiæ murus & turris validiſſima. Eloquentiâ præditus ſuavi, eruditâ & gravi, ab omni aſſentatione atque blandimentis alienâ. (*Auguſt.*) Qui tam ſuaves habet, tam argutas plerumque orationis delicias, ut apes, quæ infantuli cunas & os circumſederunt, adhuc in ejus labellis ſeſitare credas.

AMPLIE C. Quæ lingua usque adeò ſoluta & eloquens, quæ tam diſerta volubilisque dicendi facultas, quod orationis genus tam expolitum, perfectúmque, vel minimam laudum particulam, aut verbis exequatur,

Digitized by Google

tur, aut enumerando recenſeat, quas Ambroſius (ô Ambroſiâ dulcius nomen ! O Nectare ſuavius ingenium !) Illuſtri Sanctimoniæ famâ, ingeniiſque magnitudine ſibi comparavit ? Deficiunt me certè verba, calamusque torpet, ſtupentique ſimilis animus hæret, admiratione ſuſpenſus, quoties eximia ipſius, quæ transmiſit ad poſteros, eruditionis ornamenta pervolvens ; ſententiarum, quas cum viveret, pleno profudit ore, conſignavitque deinde litteris, varietatem atque majeſtatem, attentâ cogitatione perpendo. Attamen, omnium illa mihi ſemper eſt viſa longè præclariſſima, & ad morum informationem inprimis utilis ac perneceſſaria, quam his verborum coloribus adumbravit : *Luxuria ſeminarium & origo eſt vitiorum omnium.* * *AMBROS.* (ait Kwiat.) *Re quam nomine dulcior, mel ante habuit in ore, quàm voces : idem avorum gloriâ illuſtris, illuſtrior ſuâ, Chriſtianus eſſe cœpit, priuſquàm fieret. Ita miſeros adiit, ut felices dimitteret ; ita feliciores admonens, ut redderet infelices : in hoc timendus, quòd neminem formidaret ; ſæpe depreſſus, ut cauſam erigeret oppreſſam ; probis factus aſylum, flagellum improbis ; ara ſupplici, reo ſcopulus. Deniq; eò meliorem reliquit Urbem, quò deteriorem acceperat ; laborum nunquam avidior, quàm cùm diutius laboraſſet.*

AMBULARE. Spatziren. *Promener.*

SYN. Deambulare, inambulare, obambulare, ſpatiari, contendere, pedibus peragrare, *vel*, obire, progredi. ADV. Rectè, contentiùs, artificiosè. PHR. Ambulare & redambulare. Ambulationem *vel*, ambúlatiunculam in horto conficere. Deambulando liberiorem auram captare. Ambulatione antemeridianâ, *vel* pomeridianâ animum relaxare. Domi noſtræ ſunt ambulacra luculenta, *vel*, ambulationes luculentæ. Ambulare maria. Ambulare paſſus quingentos.

Digitized by Google

AMICITIA. Freundſchafft. *Amitié.*

SYN. Familiaritas, neceſſitudo, amor, fœdus, charitas. ADJU. Sancta, ſumma, officioſa, vetuſta; juſta veraque; jucundiſſima, inſignis, gratuita, pervetus, gratioſa, paterna, magna; vera & perfecta; vulgaris, *aut* mediocris; vetus, vera, intempeſtiva; pulcherrima & maximè naturalis; concors; inveterata, conjunctior, brevis, ſuffragatoria, firma, perpetua; adjutrix, & virtútum comes & vitiorum; non ſolùm ampla, ſed etiam jucunda; ditior & affluentior; remiſſior & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemque proclivior; pyladea; uber in ſtudiis; ambitioſa fucataque; natu. æ apta, & conveniens ad res ſecundas, *vel* adverſas. *Permultæ & perutiles; æquabiles, communes, fideles; juſtæ, leves, nimiæ, ſtabiles, ſuaviſſimæ, veræ, veteres, novæ, vulgares; non modò fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices voluptatum; fucoſæ, novæ, ſempiternæ, utiles, minùs utiles.* (*Ex Cic.*) Suavis. [*Lucret.*] Socialis. (*Apul.*) Indeclinatæ. [*Ovid.*] Dulcis. (*Pontan.*) Tenax. [*Th. Rad.*] Sincera. (*Marull.*) Chara. [*Pamph. Sax.*] Amœna. (*Quint.*) Non intermoritura; indiſſolubilis; arctiſſima.

PHRASES. Amicitiæ indelibatæ pignus. Benevolentiæ conjunctio. Jura amicitiæ à ſtudiorum commilitio honeſtè inchoata. (*Apul.*) Vinculum neceſſitudinis. Modus amicitiæ. Omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentiâ & charitate ſumma conjunctio. (*Cic.*) Firmum & penè ſolum Regnorum ac Rerumpublicarum fulcrum, ut per eam ſtent, ſinè eâ concidant. Quæ ſecundas ferè res ſplendidiores facit. Quæ ſub honeſto nomine hoſtem tegit, & inimicum intus alit, amicum foris profitetur. Quæ mergit, ubi luſit, & inter oſcula venenum jaculatur, inter arma toxicum propinat. Nullum certius eſt amicitiæ vinculum, quàm con-

Digitized by Google

conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. (*Cic.*) Nihil eſt tam aptum, tam conveniens, ad res vel ſecundas vel adverſas, quàm Amicitia. * Firmato utrinque judicio perduxiſti eos in ſolidioris amicitiæ jura. Ea maneant, dum nos manemus: nec incîdat hunc nexum ulla dies, quàm ea, quæ vitæ hoc filum incîdet. Mortuum gratâ memoriâ proſequi. * **Freundſchafft machen.** *Faire amitié avec quelqu' un.* Cum aliquo amicitiam, *neceſſitudinem* conſtituere, *contrahere*, *inire*, *jungere*. Penitùs intrare, *ſe dare*, *venire* in alicujus conſuetudinem, *amicitiam*. Applicare ſe ad amicitiam alicujus. Sibi aliquem amicitia devincire, *conjungere*. Vinculo amicitiæ (*ſocietatis*) ſe cum aliquo obſtringere. Agglutinare ſe alicui. * **Neue Freundſchafft machen.** *Tâcher de faire des novelles amitiez.* Indulgere novis amicitiis.

Wir haben gute Freundſchafft mit einander. *Nous ſommes bons amis enſemble.* Mutua eſt inter nos eaque ſumma familiaritas. Illi devinctus ſum adamantino planè vinculo. Sunt inter nos, *mihi cum eo* omnes amicitiæ neceſſitudines. Ejus in me non pauca & ſuaviſſimi ſtudii plena extant officia. Nihil eſt noſtrâ neceſſitudine, *familiaritate* conjunctius. Pervenit ad ſummum noſtra conjunctio. Utor eo, isque me valdè familiariter. Quod ſtudii genus aut officii, quæ omninò res amori noſtra deeſt? Magna mihi cum ipſo familiaritas, *ſummus uſus*, *ſumma familiaritatis conſuetudo* intercedit. Tanta eſt inter nos amicitia, quanta poteſt eſſe maxima,

Freundſchafft trennen / auffheben. *Rompre l' amitié.* Conjunctionem & jucundiſſimam vitæ ſocietatem diſſolvere, diſcindere, diſrumpere, diſſuere, dirimere, ſolvere. Amicitiam funditus evertere, tollere è vitâ, Spernere veteres amicitias. Amicitiæ vincula rumpere. Repudiare alicujus amicitias. Amicitiam alicui renuntiare. Amicitiæ terga dare. Deſe-

Digitized by Google

rere jus amicitiæ, Dimittere amicitias. Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. (*Cic.*) Jus omne conjunctionis tollere, *delere*, extinguere, diſſenſio ſolet. Remiſſione usûs elevatur amicitia. Convertit ſe illorum amicitia in graves inimicitias.

SENTENTIÆ. Amicitia in malo eſſe non poteſt. (*Auguſt.*) Amicus animæ dimidium. (*Idem.*) Amicus vitæ medicamentum. (*Idem.*) Hodie ſincera & vera Amicitia adeò pretioſa eſt, ut non obvia quæque ſed rariſſima Aurifodina ſit hujus ferax. Qui itaque vinculum & catenam Amicitiæ affectat, priùs fabricet anſulas retrogradi in alium amoris. (*Anonym.*) Solatium hujus vitæ eſt, ut habeas, cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui ſecreta tui pectoris committas; ut colloces tibi virum fidelem, qui in proſperis gratuletur tibi, in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur; facilis vox & communis: Tuus ſum totus, ſed paucioris eſt affectûs. (*Ambroſ.*) Amicitia rerum omnium eſt vinculum. (*Idem.*) Amicitia, quæ deſinere potuit, nunquam fuit vera. (*Idem*) Solem è Mundo tollunt, qui tollunt amicitiam. (*Idem.*) Vera illa amicitia eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præſentia corporum tantùm, non ſubdola & palpans adulatio, ſed DEI timor, & divinarum ſcripturarum conciliant ſtudia. (*Hieron.*) Amicitia parem facit, aut accipit. (*Idem.*) Delicata eſt amicitiâ, quæ amicorum felicitatem ſequitur. [*Idem.*] In amicis non res quæritur, ſed voluntas.. Eadem velle & eadem nolle, firma amicitia eſt (*Idem.*) Amicus verus Animæ cuſtos dicitur. (*Idem*) Amicitia nihil aliud eſt, niſi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentiâ & charitate ſumma conſenſio. (*Cic.*) Vinculum Amicitiæ nec Parcarum forfices recîdunt cum filo vitæ. (*Anonym.*) Amicitia muta non diſtinguitur ab odio. (*Nieremberg.*) Uti potentum amicitiâ, non abuti convenit. (*Syneſius.*)

Scio

Scio tunc novellam amicitiam habere dulcedinem, ſi annoſa ſervetur; & illud eſſe in affectione purius, quod noſtri examinavêre majores. (*Ennodius.*) Fides amicitiæ ſyngrapham non requirit. [*Symmach.*] Amicitia animis, non annis æſtimatur. Rudis igitur tibi eorum non videatur affectus, quorum in te cultus annoſus eſt. (*Idem.*) Nulla aſſiduitas potis eſt animum amantis explere. [*Idem.*] Amicitiæ ſinceritas pectoris magis fidem poſtulat, quàm delinimenta ſermonis. (*Idem.*) Ea eſt jucundiſſima Amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit; Nihil enim amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum. (*Cic.*) Nihil eſt aptius vitæ, nihil ad beatè vivendum accommodatius, quàm cum viris bonis, jucundis, amantibus noſtri vivere. (*Idem.*) Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt. (*Salluſt.*) Magis dandis, quàm accipiendis beneficiis Amicitiæ parantur [*Idem.*] Per maximam amicitiam maxima copia fallendi eſt. [*Idem.*]

SIMILITUD. Quemadmodum lac coagulo concreſcit: ſic Homines compinguntur, & unum fiunt Amicitiâ. [*Plut.*] Muſica Symphonia conſtat è diverſis, puta gravibus & acutis, inter ſe ratione compoſitis: At Amicitia conſtat ſimilibus. [*Idem.*] Ut Puella in pratis alium poſt alium floſculum decerpens, ſemper novis arridentibus capitur, priores negligit: Sic qui multas inſtituit Amicitias, mox ſaturatus alias quærit. [*Idem.*] Ut oculus; in quem humor aut phlegma illapſum, parum videt: Sic animi acies, quem amor inumbrat. [*Lips.*]

AMICUS. Freund. *Amy.*

SYN: Charus, Neceſſarius, Dilectus, Amicior, Amiciſſimus, Cupidus, Studioſus, Amiculus. ADJU. Verus, jucundus, amans, obſervans, prudens, antiquiſſimus, blandus, bonus, infidus, præceps, ſim-

ſimplex, communis, conſentiens, firmus & fidelis, gratiſſimus, indignus fortunâ, inſolens, magnus, mediocris, multò juſtior, dilectus & candidus, officioſiſſimus, vetus; paternus ac perneceſſarius; ſuavis & ſtudioſus; voluntarius, ſatis honeſtus; *Amici non indigni amicitiâ; partim obſcuriùs iniqui, partim non diſſimulanter irati; ſimplices minimeq; fallaces; intimi, modeſti, tenuiores & non occupati; inſidioſi, ſtulti atque improbi; perdivites, ſapientes, timidi.* [*Ex Cic.*] *Unanimes.* (*Petr.*) Jucundus (*Hor.*) PHR. Alicui amicus, intimus, conjunctus, neceſſarius. Alicujus amans, ſtudioſus, amantiſsimus. Qui aliquem habet implicatum conſuetudine & benevolentiâ. Cum aliquo familiaritate conjunctus. Amicus & verè benevolus.

Ich bin ſein ſehr guter Freund. *Je ſuis ſon tres grand amy.* Amiciſsimus, *amantiſſimus* ejus ſum. Conjunctiſsimus ſum ipſi. Ex animo mihi amicus eſt. Cum illo mihi vetus neceſsitudo intercedit. Arctiſsima mihi cum eo intercedit neceſſitudo, *quotidiana conſuetudo.* Eo ſic utor, ut nec familiarius nec libentius ullo. Ita mihi familiaris eſt, ut nihil poſſit eſſe conjunctius. Habeo ipſum in intimis. Illum amiciſsimè amplector. Totis cordium viſceribus eum amplexor. In ejus familiaritatem penitus intravi, me immerſi. Amiciſsimè & familiariſsimè cum eo verſor. Conjunctiſſimè & amantiſſimè cum illo vivo. Amicitiam meam colit officiorum crebritate, & incenſis ſtudiis. Magno mihi familiaritatis vinculo, *uſu* conjunctus & obſtrictus eſt. Summa mihi cum illo intercedit familiaritas. Eſt mihi cum illo amicitia non vulgaris. Amicior mihi nullus vivit, atque ipſe. Conjunctionis vinculo cum eo colligatus, *connexus* ſum. Ille mihi alter ego. Illum ſic amo ut fratrem. Fratris loco eum diligo. Nihil eſt mihi illo charius nec jucundius. Luce magis dilectus mihi eſt; Multus eſt mihi

uſus

uſus cum homine. Mihi ipſo nemo eſt charior, nemo amicior, nemo jucundior. Mutua quædam benevolentia jam pridem inter nos eſt. Eſt amicorum meorum candidisſimus. Vir, *vel* adoleſcens eſt mihi unicè charus. Effuſisſimè à me diligitur. Eſt mihi vitâ meâ charior. Meæ amicitiæ palmam tenet. Eſt mihi propriis oculis charior. Ejus neceſsitudine teneor. Amor meus in eum eſt ſingularis. Vix dici poteſt, quanto cum amore proſequar. Eſt animæ meæ plusquàm dimidium. Tenaci quodam amicitiæ glutino mihi eſt copulatus. Eſt irruptâ amicitiæ copulâ mihi conjunctus. Eſt mihi, ut opinor, individuus. Cum eo conjunctisſimè vivo. Cætera omnia perferre poſſum ac pati: at ſinè amico meo, deliciis meis, amoribus meis eſſe, *intueri hunc Solem* non poſſum. Arcto mihi contubernio, *amicitiâ* intimè junctus. Ejus cervicem creberrimis amplexibus attrivi; neque ab eo divelli poſſum. Is quîcum mihi affinitas, *ſocietas*, omnes denique cauſæ ac neceſſitudines intercedunt. Quem habere quid dulcius? Eum ex animo diligo. Amicus mihi nullus eſt, atque ille. Homo familiarisſimus, & mihi omnibus rebus conjunctus. Unus in toto orbe terrarum ex animo amicus. Quocum mihi ſunt, *vel* intercedunt veteres, *vel* omnes amicitiæ neceſſitudines. Hæres tu mihi unus in animo, nemoque eſt, quem magis ex intimo ſenſu, quàm te diligam.

So lang ich leb / will ich dein Freund ſeyn. *Tandis que je vivray, je ſeray vôtre ami.* Semper habebis me tibi amicum. Amor tui in me nunquam obſoleſcet. Ab amore meo nunquam ſejungêris. Haud unquam excidet mihi amor tui. Donec ulla vitæ portio his in artubus reſidebit, tu à meo amore nunquam aberis. Mihi dum vita aderit, meus in te amor ab animo meo nunquam eſt abſuturus. Eadem erit & vivendi, & amandi te meta. Donec me non deficiet anima, dum animâ ſpirabo meâ, fuero tui nominis ſtudioſisſimus.

mus. Vivum me non videbit, qui videbit tui non amantem. Viventi mihi quidem haud excidet unquam tui amor. Vivo mihi tuus amor haud unquam effluet. Per omnem vitam tibi amoris glutino adhærebo. Nulla me res ab institutâ semel & confirmata inter nos amicitia desciscere coget. Nihil me ab amore semel suscepto abstrahet. Detinebit nos irrupta copula, donec extremus dies eam ruperit. Amicitiæ nostræ vinculum nec Parcarum forfices cum filo vitæ recident. Me tibi eripiet is dies, qui amicitiam in te meam adimet. Ipse mihi subducar potius, quàm te amare destitero. Extrà me citiùs fuero, quàm amor tui intrà hoc pectus esse desinet. Vita hæc tuique amor, pari studio ad metam decurrent. Mors una meûm in te amorem Præcordiis emovebit. Quamdiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquam apud me refrixerit tui amor. Quousque manebit hujus animi corpusculique copula, tu à meo amore nullo tempore sejungêris. Spiritus ipse priùs ex hujus corpusculi domicilio demigrabit, quàm animo meo impressus tui amor deleatur. Quoad ulla vena mihi vitali corpore saliet; *quoad vitam Superi largientur*, dulce mihi fuerit te amare. Quantum mea Lachesis fatale stamen extendet, tantundem extendetur meus in te amor. Quoad corporis molem flatus vivificus sustinebit, ero tui amantissimus. Dum lucis usum indulgentia Cælitum concedet, te semper amabo, *vel*, me habebis tui amantissimum; non intermorietur apud me tam eximius tuus amor. Nulla ævi diuturnitas tui apud me amicitiam oblitterabit. Ante fatalem diem è meo animo non eliminaberis. Meum in te amorem nulla unquam ætas antiquabit. Nulla neque locorum, neque temporum injuria efficiet, quò minùs sim tui studiosus in vita. Nihil tam arduum hæc vita mihi gignere queat, ut tui amorem ex his præcordiis possit extundere. Sic

in

Digitized by Google

in me radices egit amor tui, ut nullis omninò casibus, qui quidem vivis soleant accidere, sit unquam cessaturus. Iis nimirum monimentis amori meo consecratus es, ut ea nullùm ævi spatium valeat demoliri; nisi forte mors, cui nihil rerum mortalium non cedit. Si immortalis essem, immortalis itidem foret tui apud me amor. His titulis inscriptus es cordi meo, ut eos nullâ temporis injuriâ possit unquam excidere. Nonnisi unà cum ætate amor meus in te consenescit. Ipse mihi priùs excutiar, quàm tui amor ex abditis cordis exigatur. Id unum & confirmo & præstabo, donec in mortalium numero futurus sum: Amor tui apud me singularis, à scrinio mentis meæ nunquam dimovebitur. Amorem in te meum perpetuò pariter cum ipso vitæ progressu producam. Superstiti mihi tui amorem nulla unquam dies expunxerit. Usque adeò penitùs his præcordiis meus in te amor est impressus, ut nullo unquam pacto videatur eradendus. Omnia tempore emarcescant, tui certè amor ad occasum usque vitæ apud me vigebit. Eadem me lux exanimem videbit, quæ tui conspiciet immemorem. Adeò vivam amoris tui imaginem pectori insculpsi meo, ut vix eam mors ipsa sit abolitura. Nunquam intercidet apud me amor tui. Semper experieris me tui amantem, donec vitæ particeps ero. Altiùs meo cordi, *vel*, amori insedisti, quàm ut ulla inde te res queat emoliri. Nec tota quidem Lethes aqua animum in te meum poterit labefactare. Vitam modò DEUS impertiat, ego tibi animum tui perpetuò amantissimum polliceor. Si quis mihi vitâ functo sensus erit, tam dulci amiculo utar; tantùm abest, ut vivus sim eum osurus. Iis coloribus in tabulâ pectoris depicta est mei in te amoris imago, ut eum nulla annorum series possit eluere. Non avolabit à me amor tui, nisi avolante vitâ. Clavis adamantinis amori nostro fixus es, quos nonnisi una

mors

mors fatali atque inevitabili telo ſuo valeat abrumpere. Amor, qui nos invicem innexuit, & Herculeo (uti dici ſolet) nodo copulavit, nunquam diſſolvetur. Amicitiæ noſtræ vigor nullo temporis ſpatio excutietur. Nullâ unquam negligentiæ rubigine decolorabitur amicitia noſtra. Perpetuus erit noſtræ amicitiæ candor. Noſtris è pectoribus non priùs elabetur amicitia, quàm anima. Tenacior eſt firmiorque amicitia noſtra, quàm ut vivis nobis in oblivionem venire poſſit. Non erit brevior amicitia, quàm ipſa vita. Ruant omnia elementa è vaſtâ hâc mundi machinâ, redeant in ſuum chaos; ego amore & fide conſtabo.

Wir ſeynd gute Freund miteinander. *Nous ſommes tous deux grands amis.* Uterque ſumus conjunctiſſimi. Arctiſſimis amicitiæ vinculis ambo conſtricti ſumus. Tecum ſingularis & magna mihi eſt gratia. Mihi tecum perpetua eſt amicitia. Tu egoque cum altero alter in mutuâ ſemper fuimus gratiâ. Intimâ vitæ conſuetudine permixti, in eandem felicitatem, eosdemque juravimus caſus. Nemo, fateor, unquam ſinceriùs & conſtantius amavit quemvis amicum, quàm tu me amas. Non eſt fucata. quæ nos conjungit amicitia. Sum tuæ amicitiæ cultor ut ſinceriſſimus, ità longè tenaciſſimus. Semel pro ſemper hoc tibi perſuadeas velim, tuo in me animo tam propenſo, tam candido, tam modeſto, tam ardenti amico, nihil eſſe charius quicquam, neque jucundius: nihil eſſe in me fuci: Præſtigias amicitiæ me non facere. Nulla invenies in me pictæ (quod Perſius ait) tectoria linguæ. Amor quo in te feror verus eſt, & omni ſimulationis integumento evolutus. In tuam ardeo conſuetudinem. Amicus es mihi multò omnium ſuaviſſimus. *Vide ſupra Pag.* 121.

Du biſt ein falſcher meyneidiger Freund. *Vous etes un Ami plein de fauſſetez.* Tua amicitia fucum habet

habet,& quasdam benevolentiæ præstigias. Tu speciosa quædam, & popularis benevolentiæ ostentamenta desideras. Inest tuo amori sola quædam facies strepitúsque fucatæ amicitiæ. Tu amicitiam foves assentationibus quibusdam indecoris, & optimo cuique maximè suspectis. Ita levis est apud te amicitia, ut vel levissimâ etiam quâque aúrâ fluctuet. Palam benevolentiam, occultè verò periculum intentas. Tu sub amici fronte inimicum intus alis, Tu amorem oculis, fronte, verbis loqueris; Odia pectore circumfers, quæ opportunitatem nactus, effundas in nimis credulam mentem. Benè Isidorus: *Non sunt fideles, quos munus, non gratia copulat;* Nam citò deserunt, nisi semper accipiant. Magnæ hæredis è remoto venientis lacrymæ sunt; Intus natat gaudio, oculi mœrorem mentiuntur. Idem in re dispari, in his munerum vulturibus reperies. Accipiunt tanquam perpetuæ memoriæ recondituri, & æternæ recondunt oblivioni. In falso amico comitas, urbanitas, & amica verba tanquàm lupanaria suprà castimoniam blanda, & quæ fucum & artis plurimum secum trahunt. In amico falso benignitatis picturatum videbis decorem, cujus exiguo stillicidio decus omne elues. Fuge ementiti amoris fluxus & refluxus Euripæa pectora: mergent, non devehent, depriment navigantem. Nihil enim magis infidum hoc hominum genere. Irrespirabile hoc profundum est, si semel te credideris. Sciebam, te esse hominem duplicem, & cui (sed non mente Ennii) plures linguæ,& plura corda. Dum molli linguâ, & verborum quodam saccaro publicè prodesse videris velle, privatim officiosissimè perimis.

Du bist mein Freund. *Vous êtes mon ami.* Tibi etiam atq;etiam persuadeas velim, nihil esse uno me tui amantius, nihil tibi devotius. Certè quod ad animum meum attinet, vix in toto orbe esse puto, qui de te aut

ſentiat magnificentius, aut prædicet honorificentius. Amo te plus quàm capiat humanæ mentis conjectura. Hoc unum tibi perſuadeas velim, me tui ſemper ſtudioſum fuiſſe, & qui te ardentiùs amet, eſſe neminem. Animum erga me tuum tam amantem ac propenſum amplector atque exoſculor. Tacito quodam & arcano ſenſu mentis ad te obſervandum impellor. Nihil mihi tuâ conſuetudine in vita contigit gratiùs, nihilque ſuavius. Difficile dictu erit, quantus cumulus meo in te amori acceſſerit. Tu es in amicorum meorum numero non ultimis ſubſelliis collocatus. Benevolentia tua eò mihi jucundior eſt, quòd ab eo animo eſt profecta, qui ſit humanus, facilis, candidus, ab omni labe invidentiæ alieniſſimus. Animum in me tuum tam promptum, tam propenſum, tam candidum amplector libenter, veneror & exoſculor. Es jam meo infixus cordi, & quidem trabali clavo. Ego te intimis cordium viſceribus amplexor. Te ut oculos meos, aut ſiquid oculis eſt dignius & charius, diligo. Amor in te meus tantus eſt, ut addi nihil poſſit. Te in oculis fero. Secundùm DEUM nemo te mihi charior eſt. Amor in te meus tantus eſt, quantus poteſt eſſe maximus. Nihil poſt DEUM tuâ mihi conſuetudine in vitâ ſuavius eſt. Diſpeream, ſi quid in vitâ mihi tuâ conſuetudine eſt mellitius. Hæres mihi in animo, in medullis, in intimis ſenſibus, in profundo, intimo cordis. Ut pater in filium, ita ego in te animatus, *affectus* ſum. Amore tui captus ſum. Te in deliciis habeo.

AMICA. Freundin/Liebſte. *Amie.* Amaſia. Bella, impudica, tenera, dilecta, venalis, fallax, culta, ceruſſata; lineâ, vel ſericâ tunicâ mundulè amicta, & ruſſeâ faſciolâ altiuſculè ſub ipſas papillas ſuccinctula; membra ſua leniter illubricans. (*Apul.*) Cujus amor omni nutu, & furtivâ oculorum mollitie ſatis intelligenti loquitur. V. MERETRIX.

SEN-

SENTENTIÆ. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine. (*Eccl. 6.*) Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum. (*Ibid.*) Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. (*Ibid.*) Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. (*Ibid.*) Amicus fidelis protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit theſaurum. (*Ibid.*) Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. (*Ibid.*) Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inveniunt illum. (*Ibid.*) Nè derelinquàs amicum antiquum; novus enim non erit ſimilis illi. Vinum novum, amicus novus: veteraſcet, & cum ſuavitate bibes illud. (*Eccl. 9.*) Omni tempore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur. (*Prov.* 17.) Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater. (*Prov. 18.*) Nativum in Amici veri benignitate decorem videbis, ſtabitque, licet integro laveris oceano. (*Bonarſc.*) Dulcis vita Amico ſociata, morborum omnium, dolorum omnium levamen unicum Amicus verus; quo uno amara dulceſcunt, molleſcunt aſpera, lævigantur ſcabra, proſperantur adverſa, hilareſcunt triſtia, ſiccantur lacrymæ, & mors ipſa in amati ſinu vita potius, quam mors eſt. (*Scriban.*) In vero Amico ſeverior quædam benignitas, & tanquam coſta matronalis benevolentia, maturiorque ac ſeria dictio. (*Idem.*) Quem diligas, deligas; nè ſub amicâ fronte in inimicum vultum offendas: facilis enim vox: *Totus ſum tuus*; plurimis illa in ore, pauciſſimis in effectu eſt. Tempore hoc turbido velut implexo ſyrtibus, & turbine maris obvio jactu hic unio non legitur. Securâ bolide tentandum eſt humani pectoris profundum: cujus ſi externum ſolummodò affectum experiaris,

hic amicus nondum eſt; nondum fide. Et vilia ſcruta gemmas mentiuntur. Multi ſpeciem amoris, ut vulnerent, habent, dum ſub baſiis venena propinant. Joabi larvam nondum Mundus depoſuit. Et Serena Jonathæ facies, cujus fronti inſcriptum: *Uſq; ad aras*; inter prodigia numeratur. (*Anonym.*) Non nuda vox Amicus eſt, non caſſa nux, non blandi nictus, non oculi ludii. Cernitur Amicus AMORE, ORE, RE. (*Bahus.*) Sicut nummum, ita Amicum habere oportet probatum. (*Plut.*) Fidelis Amicus hortus eſt conclusus, fons obſignatus: Hortus, è quo immarceſſibiles frúctus favoris & benevolentiæ; Fons, è quo indeſinenter ſtillantes undas reciproci amoris haurire licet. [*Auguſt.*] Sinè Amico omnis cogitatio tædium eſt, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum; ſine cujus ſolatio quid eſt vivere, niſi mori? (*Caſſiod.*) Amicus ab Amico nec morte ſeparatur. (*Ariſt.*) Dato operam, ut multi amici potiùs, quam multi boves in tuâ ſint domo. (*Epict.*) Quantum bonum eſt, ubi ſunt præparata pectora, in quæ tuto ſecrétum omne deſcendat; quorum conſcientiam minùs, quàm tuam timeas; quorum ſermo ſolicitudinem leniat; ſententia conſilium expediat; hilaritas triſtitiam diſſipet; aſpectus ipſe delectet. (*Seneca.*) Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis fuit. [*Salluſt.*] Amicos néque armis cogere, neque auro parare queas: Officio & fide pariuntur. (*Idem.*) Non exercitus, néque theſauri præſidia regni ſunt; verùm Amici. [*Idem.*]

SIMILITUD. Hirundo æſtate advolat, inſtante hyeme avolat: ità infidus Amicus rebus lætis præſto eſt; commutatâ fortunâ deſerit Amicum. (*Plin.*) Ut malum cibum nec retinere poſſis circa noxam, nec rejicere ſinè moleſtiâ: Ita malum Amicum ſi teneas, lædit; nec tamen absque inimicitia ac tumultu, veluti bilem, potes abjicere. (*Plut.*) Ut Cryſtalli fragmenta

ſarci-

Digitized by Google

ſarciri nullo modo poſſunt: ità difficillimum eſt, eos reconciliare, qui ex arctiſſimâ familiaritate in mutuum odium venerint. (*Plin.*) Ciconia tametſi demigrat, tamen reverſa ſemper eoſdem reperit nidos: Ita non oportet Amicorum, ob intermiſſam vitæ conſuetudinem oblivi ſci; ſed memoriam illorum ſemper nobiſcum circumferre. (*Idem.*) Ut aqua igni admota caleſcit: Sic noſtrum frigus ad Amici ardorem. [*Lips.*] Sicut Nautis vel eminus conſpecta Pharus lucem & ſolatium affert; Sic nobis afflictis abſentium Amicorum affectus. (*Idem.*) Sicut agricola in locum amiſſæ arboris aliam ſubſerit: ſic nos in amicis oportet. (*Idem.*)

AMOENUS LOCUS. Schönes Orth.
Bel endroit.

AMPLIFIC. Is erat locì ad quem diverterant, genius, ea gratia & pulchritudo, ut Pomona luxuriantis anni ubertatem fudiſſe, & in inſulis degere fortunatis, in omnium rerum abundantia viderentur. * Summo mane, cùm vicinum in collem abiiſſent, confectis jam aliquot ſpatiis, ad captandam lenioris auræ uſuram, delicato in ceſpite conſederunt, unde liber in planitiem erat aſpectus, cum alioqui molle ſtipadium patulis diffuſa ramis iisque viridibus arbor opacaret. Me quidem nimiopere delectabat hæc ſoli facies, quæ læta florum & colorum varietate, ut Phrygionum Attalicis periſtromatis, & belluatis Babylonicis conveſtitur. * Locus erat à domeſticorum fervore ſubmotus; non minùs grata aquarum ex arte cadentium percuſſione ſonorus, quàm garrientium inter frontes avicularum concentu facundus. Hîc [*illæ*] virentis theatri ſpatium lenta inambulatione dimetiri, laudare primùm loci amœnitatem, diſcedentia ad oculorum illuſionem ambulacra, recentioris auræ vernos anhelitus, umbræ incumbentis ſiparium, argentearum aquarum ſuſurros,

digeſtas veluti militarem in ordinem Arbores, & omnem delicatiſſimæ voluptatis apparatum admirari. * Locum irriguum ubertate fontium, purpureaque lucis amœnitate lætum cernebat, immortalibus amarantis, æternumque fulgentibus hyacinthis. Jam ſpecies ipſa lætiſſima diſcoloris amœnitatis, odorumque ſuavitas, quæ difflaretur è floribus, & variarum concentus jucundiſſimus avicularum, tum aquarum bellè cadentium admurmuratio, necnon auræ ſuſurrus involutus frondibus ad numerum adſibilantibus è ſylvâ, quantam vel animo jucunditatem affunderet, vel oblivionem induceret cæterarum curarum, nonniſi qui ſenſibus exploraritaliquando, conſequi conjecturâ poſſit? * Ubi campus ſe objicit patulus longè lateque, quantum acie poſſis attingere, ſtratus gramine & ad itineris facilitatem humili, & ad paſcui commoditatem fœcundo, omni denique re, quæ facit ad delectationis aucupium, tam aptè inſtructus à natura, ut ingredienti, egredienti, divertenti ad latera, vel frons fluat molliter, vel rivus ſtrepat ſuaviter. Accedit ad decoris magnam ſpem, quod in omnem partem extrà campi cancellos intuenti aſſurgunt monticuli arte ita conſiti, & natura tam eleganter horrentes, ut probes magis hanc naturæ negligentiam in vitis quicunce.

AMOENA REGIO. Schöne Landſchafft. *Païſage.*

AMPLIFIC. Hac in regione cernere licet, quidquid præclari cadere ſub oculos poteſt. Procul eminent montes, continenti jugo perpetui, poſtremo coronati arborum verſu ſylvæ celeberrimæ, quo proſpectus blandè coërcetur, ac jucundiſſimè definitur. At in illos montes, & in ſylvam illam oculorum acies intendi nequit, quin priùs incurrat in amnem inclytum & ſpatioſum, cujus aſpectus, eò liqui-

quidiorem creat voluptatem, quòd in hemicyclum diffusus, argentea condat cornua, [si ita loqui fas est, cùm quidpiam solutâ oratione describimus,] cornua, inquam, liquato haud absimilia argento condat, dum geminum, latéque patens interfluit pratum, quod augustam præcingit convallem, ubi pecorum greges innumeri hàc illàc dispersi pascuntur. Subjecta est convallis hæc amœnissima, clivo ad aspectum sanè speciosо, ob rerum mirabilem varietatem, quas spectantibus exhibet. Visuntur ibi siquidem voluptariæ silvulæ, ædiculæ opere rustico, pagus, dimidiâ tantùm conspicuus parte; inculti tractus, hic viridanti cespite, illîc myricis obsiti; templum insuper pusillum, aliaque id genus multa, quæ attingo. Hæc porrò terræ plaga tam latè exporrigitur, nihil ut eorum ibi requiras, quæ ad vitæ sustentationem, agricolarum excogitare potuit industria; ibidemque colorum enascitur, aliorum in alios abeuntium tam amœna diversitas, seu pratorum floseulis, seu agrorum, partim cultorum, partim incultorum specie dissimili, ut gratior nulla esse queat refectio oculorum. Pone ambulationem, unde ad omnia illa prospectus est, pomarium est atque nemus tam eximiæ pulchritudinis, ut nihil suprà. Hoc in nemore, exhedræ septenæ sunt inæquales & pervenustæ, virentibus arborum ramis inumbratæ, tantâque structæ concinnitudine, ut nihil, vel ad acuendam ingenii vim efficacius, vel ad excitandum voluptatis sensum illecebrosius fingi posse videatur.

AMOR. Lieb. *Amour.*

SYN. Benevolentia, gratia, studium, charitas, pietas, libido. ADJU. Acer nimis, verùm honestus; improvisus ac repentinus; dulcis & optatus; non ignotus, sed tamen gratus & optatus; jucundus, venustus; fraternus domesticusque; mediocris, pri-

ſtinus; humanus, princeps ad benevolentiam conciliandam; tam caſtus, tam religioſus, tam pius; inauditus; incredibilis & bonus; incredibilis & ſingularis; dulcis & optatus, perſpectusque; inſitus, veterrimus, mirificus; mutuus *erga aliquem*; mutuus *inter nos*; ſingularis in aliquem; naturalis, novus, patrius, perpetuus, præcipuus, ſævus; ſolicitus atque anxius; ſummus *erga* vel *in aliquem*; verus, fictus. *Liberi & conceſſi, libidinoſi, muliebres, pudici, ſoliciti, anxii, ardentes, mirabiles, meretricii, juſti, debiti, ſancti; alieni à ſapiente; diſpares.* (*Ex Cicer.*) Sævus. [*Ovid.*] Inſanus. (*Prop.*) Occultus. [*Id.*] Dulces. [*Mart.*] Cæcus. (*Cat.*) Igne & flamma flagrantior. (*Xenoph.*) Placidus. [*Tib.*] Improbus. (*Virg.*) Veſanus. (*Prop.*) Fervidus, inceſtus. [*Hor.*] Blandus, ſuavis. (*Lucr.*) Tener. [*Tib.*] Pharetratus. [*Ovid.*] Socialis. (*Pont.*) Ingenioſus. (*Ovid.*) Infectus. [*Auſon.*] Jucundus. (*Cat.*) Infelix. [*Tib.*] Fallax, vagus, peſtifer, medullaris, venis latens, teſtatiſſimus. (*Sen.*) Vulnificus. (*Muſæus.*) Triumphator. (*Campanus.*) Flammeus, ſervus, alatus, litigioſus, querulus, violentus; Mellitus, lepidus, beatus, mollicúlus, venuſtulusque (*Achil. Bocc.*) Surreptitius, nequitioſus, longè maximus, zelotypus, maleſuadus, pallidus, protervus, perfidioſus, imbellis, pacis amicus, indomitus, delicioſus, maleſanus, inconſultus, fugitivus, ingenioſus, in idem revolubilis: affectionum concitatione præfervidus, voluptatum opificio nobilis, conſiliorum proviſione peracutus, eventorum varietate copioſus, gratè verecundus, audax in loco, exitu felix. PHR. Ardens affectus. Maturus amantium ardor. Inflammatum temporis diuturnitate deſiderium. Pii *vel* impii amoris flamma. Studium, & ardor quidam amoris. Magnitudo & vis amoris. Arctiſſima amoris vincula. Vulnus amoris. Amor dulcis tyrannis. Charitas effuſiſſima. Inenar-

Digitized by Google

narrabilis æſtuantis charitatis vis. Crudelis mentium Procuſtes, Tyrannus Puer. Rapax illa cordis illecebra, invictus ille tyrannus animi, ille motuum concitator, & inteſtinarum perturbationum incentor, fatalis illa fax humanæ mentis, inſidioſa illa Siren, ſuavis ille tortor, blandusque Carnifex. Affectuum monarcha, ſupremusque antiſtes. (*Nieremberg.*) Amor eſt quidam ſui exitus, quædam à ſe peregrinatio, cum quodam ſpontaneo interitu. Voluntaria mors eſt, & quoddam ſinè neceſsitate fatum. Amor eſt proxeneta cordium, trapezita animorum; tabellarius cupiditatum. Aut mors eſt, aut experientia mortis. Gratum vulnus, jucundum venenum, ſuavis amaritudo, lætum martyrium, blanda mors. [*Petrarcha.*] Amor animum in ſpes vanas erigit. Ego ſuaviſsimo dolore perfuſus, ægrè ab ipſius latere veſtigia moliebar. Amore nimio laborare.

AMPLIFICAT. Tanti affectûs violentia omnia munimenta pro nihilo habet, neque ullis objectis impedimentis deſtinetur, quin quod velit, efficiat. Amor ſuas conſuetas artes continuans, de novo feriit cor ejus, reſuſcitando penes illam jam penè exoletas flammas. Furiis amoris tranſverſa rapitur. * Amor nihil eſt præter imaginationem quanquam fictitiam, hominum mentibus verſatam. Fictus ille eſt à vanis ingeniis, veneratus à turpibus deſideriis, ſervatus in memoriam libidinum ſuarum, ab hominibus otioſis, & bonarum rerum incurioſis. Celebrare amoris venenatas & mortiferas ſagittas, quid aliud eſt, quam puſillanimitatis nos convincere; quid fatuo affectui penetralia cordium incendenda velut objicimus? Amor dudum apud *eam* ſepultus, recipere amiſſas vires exorſus eſt: & velut ſomno excitatus, aut cinere evolutus, redire in lucem & reviviſcere, animæ penetralia occupans. Ubi completis igne veſano totis præcordiis immodicè bacchatus amor exæſtuabat, *Mulier* ſævienti

DEO (*Cupidini ſcil.*) ſuccubuit. Amatori huic quas flammas atque incendia, quas pectoris æthnæas deflagrationes, quæ buſta redacti jam cordis in cinerem, quos impactos animo tyrannos vultures, quas fibris inſtantes promethæas aves, quos aggeſtos in ſinu malorum theſauros, quas nocentium pœnas Poëtæ aperuiſſent? Quas ad eam literas æſtuantis animi miniſtras atque interpretes, cruore conſcriptas, lacrymis corruptas, nequitiarum blandimentorumque plenas certatim dediſſent? Iſti tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia, meis medullis acerrimum commovent incendium. Utinam intimos pectoris mei ſinus ac receſſus poſſes oculis intueri! utinam perſpiceres omnes occultiſſimos meæ voluntatis motus!

Injuriam amori fecerunt, qui finxere pennatum. Quaſi verò egeat alis. DEUS immortalis! Quid amore pernicius? Ament ſaxa & volabunt. Impingatur quodlibet onus amantis humero, ſe ſe levior efferet. Struatur in eo moles, illa erit ejus robori tanquam puerilis pilæ lapſus ad ludum. Virginis illius ſpecies perambulat animum meum, & imbuit affectu tenerrimo. Amorem princeps ille Philoſophorum Plato *magnum DEUM* appellat. Orpheus Clavicularium amorem fecit; habet claves, quibus pectus unius pandit amantis, ut ex ſe exeat: & alterius recludit, ut illuc domicilium transferat. Natura ſub votum venit; fies id, quod amaveris; amor faber tui erit; id te faciet, in quod tendet. (*Nieremberg.*) Nihil dulcius, quàm amare aut amari. (*Idem.*) Amor, quem deſiderium genuit, ſpurius eſt, ille ſolum legitimus, qui pater deſiderii ſit, filius rationis. (*Idem.*) Nullus magnus amor cum parvo ingenio eſt. Amor humor quidam & ſuccus bonitatis. Amens quidem & amans ſed prudenter amens. Fere iſtud eſt præcipuum amoris ſacramentum pro amico aut cum amico mori.

Pretium

Pretium amoris eſt mori cum amico. Fructus cum amico vivere. Amor eſt teſtamentum amantis, res ſuas jure amoris tradit. Nactus eſt amor honoris privilegium, nihil illi vertitur probro. Amor eſt efficaciſſimum pharmacum amoris; Pretium amoris; Pharus amoris: nictat ad ſe amatoria flamma, vocat, dirigit; Eſt igniarium amoris, extundit è lapide ignes. Cor ſiliceum creat ſcintillas percuſſum amore, ſi amari noſcat. Amor cum Echo eſt; ubi eſt, redditur, & pari tono reſpondet. Amor ſemper ſui famelicus ſatiatur re amatâ, ſed ſinè faſtidio. Gliſcit amor, quatenus eſt officioſior. Amor ſapientis perfectus orbis eſt, adæquatus quaduraturæ virtutum. Amor eſt hirudo & ſpongia affectuum; fugit & ebibit omnes. Cordis eſt ſicarius, latro cerebri, atque plagarius animi. Morte ipſa fortior amor eſt: mors hebetior, ſolum findit dimidium hominis. Amoris novacula ſubtilior, ſcindit integrum, diſcernit à ſemet; mors ſolum corpus furatur: Amor totùm hominem raptat; mors tantùm partem à parte ſolvit: amor integrum hominem à ſe revellit dividitque. Eò propendemus, quo defert pondus amoris, non aliter quàm bilancibus accidit. Nullum pharmacum eſt efficacius amoris, quàm amor. (*Nieremberg.*) O Amor! quàm potens es affectus; affectus reliqui ſunt corde contenti, ſed amor etiam ſedet in oculis, amor vigilat in auribus, amor latet in olfactu, amor renidet in labiis, amor diſcurrit in lingva, amor ſudat in brachiis, amor volat in pedibus, amor ſpirat in pulmonibus, amor calet in viſceribus, amor palpitat in arteriis, amor requieſcit in medullis. Unde autem tanta potentia? *Hic Rhodus, hic ſalta; hoc opus, hic labor.* Fuit aliquando de hoc Conſilium. Dixit *unus*, qui erat *Phyſicus*, cauſam eſſe calentem ſanguinem amantium. Dixit *alter*, qui erat *Aſtrologus*, cauſam eſſe influxum Aſtrorum in Horoſcopo amantium. Dixit *tertius*, qui erat *Ophthal-*

thalmicus, cauſam eſſe mixtionem Spirituum in oculis ſeſe aſpicientium, amantium. Poſt longum ſcrutinium concluſerunt omnes, cauſam non poſſe indagari; & in hoc Epiphonema proruperunt: *Amor eſt neſcio quid; natus neſcio unde; qui venit neſcio quomodò, & accedit neſcio quo pacto.* * Ut cognata *Amoris* nomini eſt *Mora*, ſic exoſa amantis animo. Torrentem Amorem dixeris; qui oppoſita indignatus repagula aggeſto aquarum pondere vires auget, & perrumpit. Ventum nominaveris; qui terrâ concluſus, immurmurat primùm, per omnem deindè ſeſe volvit revolvitque cavernam, ac demum contineri impatiens, incubantes ſibi montes ejaculatur. Nubem compellaveris; quæ ubi vaporum cumulatione intumuerit, jam ſuo ipſa ponderi impar non diſtillat in guttas, ſed uno oppida & urbes, campos & agros, regiones & Provincias nubifragio contumulat. Ignem muncupaveris; qui ſi cogatur in anguſtias, ſemetipſum violentior urget; donec perrupto tandem carcere, liberas auras nanciſcatur. Alas ſortitus libertatem amat; in libertatem natus vincula deteſtatur: Scopo intentus ad metam deproperat: impedimenta aut tranſilit, aut perfringit.* Nulla vis amore fortior etiam triplicis ferri munimenta pervadit. Ametur. Magneticum Amoris eſt robur, rigentia ferro pectora mutuos trahit in amores. Ametur. Amor Amorem ſerit: Amor Amoris eſt planta & fructus. Ametur. Incendiarius Amoris eſt Amor: quoquo pertingit, flammas invehit. A Regio ſanguine ametur: ut pretium faciat amori dignitas: A Rege ametur, ut imperandi poteſtas trahit in Virgine ſtudium obſequendi. Illuc nempe ſubditorum pronæ inclinantur voluntates, quo Regum præviis dirìguntur imperiis; quas ſi amor non flectit, metus frangit. Ametur. Amorem etiam Regium meretur longa retrò Avorum ſeries, imperat affluentium fortunarum pretioſa tempeſtas, auguſta, ac prope divina corporis ſpecies extorquet. Sed extrema licet mo-

moliaris, projecte in omnem turpitudinem Puelle, aſſurgentem certè ſupra humana omnia Viraginis animum non demolieris. Potes nefande cordium agricola amorem ſerere; ſed nec ſegetem ſpera, nec meſſem. Cùm in ſemente vitium fuit, omnis ante herbam perit agricolarum expectatio. Potes ſacrilege mentium Incendiarie flammas & ignes jacere, ſed rore cæli imbutum pectus non corripies. Ardere nequit animus, qui rore madet. Potes, inverecunde honeſtatis Propola, Regias apparare nuptias; ſed choreas alias non videbis, niſi quibus Herous *Urſulæ* vigor procul ab omni advocatus connubio, ad immaculatum Agnum exſiliet. Regius amor imbelles expugnare poteſt animos, non *Urſulam*, amari ea non poſtulat, niſi ab illo, qui ipſa eſt charitas: cui uni placuiſſe, omne eſt amphitheatrum delectâſſe. * Eſt ſcilicet ſtupendarum metamorphoſeon architectus amor, qui novit fel in mel, ſpinas in roſas, turbines in ſerenitatem, tempeſtates in quietem, funera in feſta, ſatellitium mortis in coronaria Amoris arma commutare. Non amat, cui tormenta, ſunt fel; cruciatus, ſunt ſpinæ; adverſa, ſunt turbines; crudelitas, eſt tempeſtas; tyrannis, eſt funus; cataſtæ ſunt mortes. Amor habet in tormentis mella, in cruciatibus roſas, in crudelitate quietem, in tyrannide feſtum, in cataſtis coronas. * Amor enim fons eſt amoris, qui cùm bibitur, ſitim non ſedat, ſed accendit. Amor incendium eſt amoris, quemcunque invaſerit animum, paribus flammis involvit. Amor illicium eſt amoris: per omnem ſemitam, quâ graditur, graviſſimâ violentia ſequentem trahit amatum Amor nutrimentum eſt amoris; hoc ubi excreverit, alterius accipit incrementum. Amor rete eſt amoris; hoc dum panditur, amor trahitur captivus. Amor eſca eſt amoris: hæc dum guſtatur, animus iuhamatur. Amor ſpeculum eſt amoris: quos à ſe diſperſerit radios, recipit cumulatiores. Amor Cynoſura

eſt

est amoris: hæc ubi cordis ex polo refulserit, statim alieni amoris portum recludit.

AMOR DEI. Perpetuus desiderii socius. Sapor vitæ, suavitas naturæ, quædam imago DEI. Quodcunque ametur, nisi DEUS, aut damnum, aut discrimen est. [*Nieremberg.*] Amor DEI constans & æternus est, cæteri fugaces & alati. Ubi potes pati & amare, non est de quo conqueri possis, [*Idem.*] Video amorem immensum, amorem sinè modo, amorem sinè fine; amorem, sub quo intellectus deficit, præ quo ratio caligat. * Qui velut Heliotropion, Solaris herba: cum sole circumagitur, ut ejus ortum manè spectet, & omnem per diem iter ita persequatur ad occasum, ut ad eum floris sui faciem convertat assiduè. Amor est, amor est, egreditur è corde DEI, rumpit venas, naturam premit, diluvio quodam exundat, ut piæ cogitationis sudario abstergamus, submissæ mentis velamento excipiamus. * O charitatis inæstimabilis magnitudo! O amoris incomprehensa vis ac potestas! &c. Tu *Domine*, sanctissimum Amoris tui ardorem, & flammam in nostris accende pectoribus, ut sit nobis perpetuum grati erga Te animi Thymiama, solatium in ærumnis, in periculis amuletum, Tartareæ pestis antidotum, Tuæ & nostræ mortis symbolum, sanctitatis character, pignus hæreditatis, jus adoptionis & Regni. *Vide infra V. DEUS. Sent.*

Omnia mihi dicunt, ut amem te, inquit August. Dicunt hoc stellæ, quæ tremunt, & quasi palpitant præ amore. Dicunt hoc Planetæ, qui eclipsantur, & quasi deliquium patiuntur præ amore. Dicit hoc ignis, qui ardet præ amore. Dicit hoc aër, qui spirat & suspirat præ amore. Dicunt hoc aves, quæ cantant præ amore. Dicunt hoc flores, qui rident præ amore. Dicunt hoc rivuli, qui jocantur præ amore. Dicunt hoc fontes, qui saltant præ amore. Dicit hoc nox, quæ cæca est præ

amore

amore. Dicit hoc dies, qui vigil eſt præ amore. Dicunt hoc ſphæræ, quæ ſunt amoris armillæ. Dicunt hoc tonitrua, quæ ſunt amoris lamenta: dicunt hoc fulmina, quæ ſunt amoris jacula: dicunt hoc nubes, quæ ſunt amoris faſciæ: dicunt hoc pluviæ, quæ ſunt amoris lacrymæ. Verbô, dicit, dicit hoc Cœlum & Terra. *Omnia mihi dicunt, ut amem te.* O pulchritudo *tam antiqua, & tam nova, ſerò, ſerò nimis te amavi. Va tempori illi, in quo te non amavi.* * Habet ſcilicet hoc animorum ille Magnes, ut in quem ſeſe amoris pondere inclinârit, facillimâ ad ſe pertrahat Amoris reciprocatione. Eſt enim Amor fœcunda Amoris radix, quæ progerminat in amorem. Eſt Amor Amoris ſemen, adoleſcit ubi ſeritur. Eſt Amor Amoris meſſis, qualis Satori excidit, talis rurſus in falcem cadit Meſſori. Eſt Amor Amoris fomes, qui ubi ſcintillam conceperit, adoleſcit in incendia. Eſt Amor Amoris pabulum, quod in mutuum tranſit nutrimentum. Eſt Amor Amoris Pharos: luſtrat, vocat, regit redamantem. Eſt amor amoris pretium, emitur cùm expenditur. Eſt amor apud Orpheum ſecretiſſima clavis, quâ amanti pectus aperitur; nè miremur ad immortalis Numinis viſcera penetraſſe [*Catharinam.*] Eſt amor amoris Echo: ne miremur ex *Petra* Chriſto reſpondiſſe amore.

AMOR PATRIÆ. Fateor libens, (non enim ita hominem exui aut civem) inclinationem aliquam & amorem cuique noſtrûm in Patriam eſſe. Ecquid movit vel Decios, ut pro Romanorum ſalute ſe devoverint? Amor Patriæ. Vel Horatios, ut pro eâ tanquam pro aris & focis dimicaverint? Amor Patriæ. Vel tot matronas, ut tracta de collis ſuis monilia agminatim ad bellum felicius gerendum comportaverint? Amor Patriæ.

SENTENTIÆ. Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum

cundum autem ſimile eſt huic : diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ. (*Matth.* 22.) Nil tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. (*Aug.*) Verus amor non ſentit amaritudines, ſed dulcedinem : Nam ſoror amoris dulcedo, ſicut ſoror odii eſt amaritudo. (*Idem.*) Qui amat, non laborat : omnis labor non amantibus gravis eſt. Solum amor eſt, quod nomen difficultatis erubeſcit. [*Idem.*] O ſi poſſemus excitare homines, & cum ipſis pariter excitari, ut tales eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis. (*Idem.*) Amor formæ rationis oblivio. (*Hieron.*) Tunc pleniùs in DEI dilectione proficimus, cùm in ejuſdem dilectionis gremio priùs proximi charitate lactamur. (*Greg.*) Nunquam eſt Amor DEI otioſus ; operatur enim magna ; ſi eſt : Si autem operari renuerit, non eſt. (*Idem.*) Non enim præſentior eſt ſpiritus noſter, & animat, quàm ubi amat. (*Bern.*) Magna res Amor, ſi ad ſuum recurrat principium : ſi ſuæ origini redditur : ſi refuſus ſuo fonti, ſemper ex eo ſumat, unde jugiter fluat. (*Idem.*) O jugum ſancti Amoris ! Quàm dulciter capis, gloriosè laqueas, ſuaviter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis ! O felix Amor ! Ex quo oritur ſtrenuitas morum, puritas affectionum, ſubtilitas intellectuum, deſideriorum ſanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum ſubtilitas. (*Idem.*) Amor pudorem, modum, conſilium non habet. (*Idem.*) Amor purus mercenarius non eſt. (*Idem.*) Amor ubi eſt, labor non eſt. (*Idem.*) Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis ? (*Virg.*) Omnia vincit Amor. (*Idem.*) Scilicet inſano nemo in Amore videt. (*Prop.*) Turpis Amor ſurdis auribus eſſe ſolet. (*Idem.*) Amare & ſapere, vix Deo conceditur.

tur. (*Publ. Syr.*) Quóque magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis. (*Ovid.*) Quis enim celaverit ignem; Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo? (*Idem.*) Sed tamen apparet diſſimulatus Amor. (*Idem.*) Qui non vult fieri deſidioſus, amet. [*Idem.*] Ut ameris, amabilis eſto. (*Idem.*) Amoris hoc proprium, etiam cum ſuâ noxâ benefactum velle illi, quem ames. (*Lips.*)

SIMILITUDINES. Ut Echineis, licet exiguus piſcis, navem velis citatam remoratur: Ita animum ad honeſta properantem puella quæpiam nonnunquam revocat ac retardat affixa. (*Plin.*) Non poteſt capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quomodo enim græcè loquentem intelliget, qui græcam linguam non novit? Nec latinè loquentem; qui latinus non eſt: & ita de ceteris. Sed lingua amoris ei, qui non amat, barbara erit. [*Bern.*] Amor eſt veluti ignis, lux, mel, vinum, ſol. *Lux* eſt in oratione, mentem irradians claritate virtutum. *Mel* eſt in gratiarum actione mentem dulcorans dulcedine divinorum beneficiorum. *Vinum* eſt in contemplatione, mentem inebrians ſuavi & jucundâ delectatione. *Sol* eſt in æternâ beatitudine, mentem clarificans ſereniſſimo lumine, & ſuaviſſimo calore; mentem exhilarans ineffabili gaudio, & perenni jubilatione. (*Rab.*) Induſtrium animal formica, non laborat niſi ſibi. Ita nonnulli mortales ſibi duntaxat conſulunt, & ſuum modò negotium agunt. (*Plin.*) Quemadmodum aliò migrans mutaturus domicilium, illuc omnem ſupellectilē præmittit, ubi habitaturus eſt; Ita Amantis animus alibi victurus omnia in amatum transfert. Moribúndi diſpenſant bona, legata relinquunt & univerſorum inſtituunt hæredem: Amans quoque moritur ſibi, & ſucceſſori; Amato, inquam, omnia ſua concedit. (*Nier.*)

Digitized by Google

AMPLECTI. **Umbfahen.** *Embraſſer.*

SYN. Amplexari, complecti, comprehendere, amare. ADVERB. Amiciſſimè, libenter, generatim, nequaquam ſatis, vehementer, ultrò, citrò, familiariter, hilarè, mirificè, rectè. PHR. Amplexibus excipere. Amplexu circumplicare. Sinu fovere. Corpus, *vel* collum alicujus amabili brachio incingere. Medium aliquem complecti: Se inter ſe complecti. Cupidis ulnis amplecti. Ire in amplexus alicujus. Dulci amplexu aliquem tenere. Aliquem amplexû excipere, vincire. Complexu ſtringere. Brachia alicui in collum injicere. Pectus ſuum alterius pectori committere, conſtringere, adjungere, appellere, admovere. In alicujus complexum venire, inſilire, ruere, cupidè ferri, cupidè ire. In mutuos amplexus venire, *vel*, ruere.

ANGELUS. **Engel.** *Ange.*

ADJU. Cæleſtis, infeſtans, pulcher, ſalutiger. Multâ luce circumfuſus. Inſtructus Diplomate, quod à divinâ Majeſtate accepit. Candidâ veſte refulgens. Vultu manſueto gratioſoque ſerenus. Innumero Angelorum numero ſtipatus. Naturâ immortalis. In Deum amoris ſimilitudine transfuſus. Deo proximus maximèq; conformis. Corporis expers. PHR. Genius, *vel*, Nuncius cæleſtis. Numinis adminiſter & nuncius. Divinæ omnipotentiæ executor. Electus è nobilitate cæleſti Legatus. Icti fœderis mutuæque benevolentiæ internuncius. Fortiſſimus cœli puer. Imago DEI: Manifeſtatio inviſibilis lucis: Speculum purum, lucidiſſimum, immaculatum. (*Dionys.*) ANGELI. Pennatæ mentes, Aſtrorumque Rectores. Cæleſtes Internuncii. Mentes illæ cæleſtes, beatæ, & ab omni concretione mortali ſegregatæ, *vel*, ſemotæ. Cæleſtes animæ, & ab omni admiſtione corporum remotæ. DEI extrà ſe parturientis Primogeniti, poſteritatis æquè ac avorum ignari. Primitiæ Creaturarum. Opera DEI præſantiſſi-

tissima. Astra matutina divinam potentiam, sapientiam & bonitatem laudantia. Orbium motores cælestium potentissimi, Rectoresque sapientissimi. Corporeæ omnis creaturæ dominatrices virtutes invictissimæ. Lucidæ Divinitatis scintillæ. Fulgentes radii Divinitatis. Spiritualis splendor firmamenti. Intellectuales formæ DEO plenæ. Beatarum agmina mentium, vos præsertim, quæ cæteris sublimiores, propioribus Numinis divini flammis ardetis. Non ultimum cœli decus Angeli. Immunes ab interitu spiritus, vitam producentes ævo, non tempore. Odæi cælestis perpetui fidicines. Entia perfectissima æviterna. Tubæ trisonæ Majestatis. Ora & linguæ altiloquæ Magnalium DEI. Omnipotentis nuncii, & interpretes divinæ voluntatis. Intelligentiæ nunquam satis ore & calamo laudatæ. Spiritus rerum omnium scientes, conscii divinorum secretorum, participes cælestium sacramentorum, præscii ac prænuncii futurorum, hominibus cælitus missi ad divinæ obsequium & beneplacitum Majestatis. Doctores Mundi, Sapientum Magistri, Regnorum Principes, Rerumpublicarum conservatores, Legislatorum Directores. Fortissimi milites summi Imperatoris, inclyti principes Regni cælestis, Cives Supernæ Jerusalem spectatissimi, Aulici honorificentissimi, Assessores nobilissimi Majestatis Divinæ. Alites divini. Philomelæ Paradisi. Cygni canori juxta fluenta beatæ regionis festiva carmina modulantes. Spiracula divinæ puritatis. Columnæ Cœli immobiles ac firmæ, paventes ad nutum Conditoris. Cœlestis regni primi omnium Hæredes. Filii DEI primogeniti, amici, convivæ. Solis justitiæ & Intelllgentiæ DEUM timentibus orientis præviæ auroræ. Excellentissimi Adoratores Majestatis DEI. Mirifici Præcones Deitatis. Dignissimi Spectatores Divinitatis. Immortales Cæli Principes. Fideles terrarum administri, nostræ salutis propugnatores, depulsores miseriarum, au-

ſpices felicitatis,duces,altores,pædagogi ; &,ut ſummatim dicam,amore germani , ſervi obſequio , authoritate patres. Magnæ illius mentis puriſſimæ quædam ſcintillæ , de ſempiterni luminis facibus accenſæ. Tantus & tot in ordines diviſus exercitus. Cæleſtes illæ mentes,quæ ſine corpore intentis ac defixis in Divinitatem oculis, ſimul ævo ſempiterno beatæ fruuntur,& ſinè laſſitudine ſimul cæleſtes orbes convertunt in gyrum , rebusque mortalibus præſident ad tutelam. Inter terricolas cœlicolasque vectores,hinc precum , inde donorum. Qui ultrò citroque portant hinc petitiones , inde ſuppetias. Quibus natura pura eſt,ſubtilis, ætherea : quam nulla corporis figura delineat , nulla materiæ labes infuſcat,nullus corruptionis nævus aſpergit.

Schutz-Engel. *Ange gardien.* Angelus Cuſtos. Genius cuſtos,tutelaris,tutelarius,adjutor, præſtes , defenſor, patronus , auxiliarius. Angelus cuſtodiæ noſtræ addictus. Præſes vitæ noſtræ ac tutelaris Angelus. Pædagogus hominis,inſtruens eum , ſed ſinè voce. Argum rectè vocaveris,ita vigil cuſtos eſt, Non ante deſinit eſſe noſter cuſtos, quàm educamur è cuſtodiâ. Domeſticus ſpeculator,proprius curator , intimus cognitor,aſſiduus obſervator , individuus arbiter , teſtis inſeparabilis : malorum improbator : bonorum probator ; in rebus incertis proſpector , in dubiis præmonitor,in periculoſis tutator,in egenis opitulator; qui ſolet mala averruncare , bona proſperare , humilia ſublimare,nutantia fulcire,obſcura clarare,ſecunda regere , adverſa corrigere. (*Apul.*) Non eſt minùs obſervandus à nobis Angelus,quàm ſervandi ſumus ab Angelo. Niſi enim diligenter advertas , tunc minùs illum obſervas,cùm magis eſſet obſervandus. Fruſtrà præcedit Angelus,niſi ſequaris. Niſi viam cum illo tenueris,nec te cuſtodiet in viâ,nec in locum paratum te introducet. * O Angele ! magnæ tibi curæ ſum. Te duce blandæ mihi roſæ ſunt ; felix trano maria : quia lenis

nis Zephyrus doctus nauta eſt. Tu à me arces ferrum, agis hoſtes. Tu pro me pugnas ſinè armis; vincis ſinè prælio. Tibi dulcis labor, ut quieſcam. Vivis & es, nè peream: Perire tamen timeo. O magne Cuſtos! longis te exime curis tandem: & me in beatam Æternitatem transfer.

AMPLIFIC. Vivunt expertes funeris, durant non menſi tempore, florent ſinè maturitatis defectu, vigent ſine ſenio, providentſine curâ, operantur ſine laſſitudine, amant ſine affectu, oderunt ſine paſſione, loquuntur ſine voce, vident ſine oculis, intelligunt ſine diſcurſu, perennant ſine ſui propagatione. Naturæ enim beneficio ab omni materiæ concretione ſejuncti, non alunt in ſemetipſis corruptionis vermem, quo corrodantur. Gratiæ munimento firmati, cadendi infelicitate eximuntur. Gloriæ contemplatione abſorpti, non habent, quo evariantem oculum intendant; non habent carnem, quâ catenentur; non ſanguinem, quo accendantur; non venuſtatem, quâ rapiantur; non illicium, quo vinculentur; non impetum, quo præcipitentur; Sed torrente liquidiſſimæ voluptatis inebriati, quidquid habent intellectus & luminis, voluntatis & amoris, in uno DEO feliciſſimâ neceſſitate defigunt. * Sed quæ ſupernis labuntur è ſedibus puriſſimæ mentes, neque valvarum egent reductione, ut admittantur; nec quantâvis cuſtodum manu prohibentur acceſſu. Illæ igitur obſequioſæ numinis in Mortalium Salutem Animæ, illæ gratiarum miniſtræ Mentes, illæ auxiliares è Cœlo copiæ, in commeatûs defectu Carnem Filii hominis, in impendente ab eſurie mortis periculo panem vitæ ſubminiſtrant. * Cernebantur pictis illis in tabellis Angeli, plurimâ circùm luce reſplendentes, explicatis alis, quas variæ decorabant colorum picturæ, ea corporis majeſtate, habitu tam divino, tàm auguſta lucidaque ſpecie, ut vel inde pateret ipſis intuentibus, mortalium imaginem mentes immortales ſibi induiſſe. * Angeli quan-

Digitized by Google

tam non dicam orationis,ſed & admirationis materiam ſuggerunt. Noli tales tibi fingere, quales forte apud Pictores,& Poëtas ſæpe vidiſti, puſiones formoſulos, quibus vultus admirabili fulgore circumfuſus, crines in cervicem molliter effuſi auro obryzo flaveſcunt, & lactei colli nitorem blandiſſimo favoniorum ſpiritu ventilati percurrunt. Quibus alæ ex humeris emergunt geminæ: in cæleſti textrina concinnatæ,florida viriditate,quales in pavonibus ſolet eſſet, irradiatæ aureo,croceo,puniceo, cæruleo, denique colore miti admodum temperatè variatæ, tot referunt ſpectantibus pigmenta,quot in arcu cæleſti cum voluptate miramur; tunica deinde byſſina eſt,quam ſubtilis denticulati operis limbus circumquaque excurrens magnâ veſtit cum dignitate. Tales ſi Angelos cogitas, quales tibi cum pictoribus ludens expreſſi,totam vim ignoras Angelorum. Natura illis pura eſt,ſubtilis,ætherea,quam nulla materiæ labes infuſcat,nullus corruptionis nævus aſpergit,& ut ſummatim dicam, noſtri pars melior animus eſt. Angelus nihil eſt præter animum. At quis animus? non ex eo igne delibatus,quo ſidera volant, & ſacri torquentur axes, ſed excitatiſſimæ mentis vigor, tantò expreſſius ad æternæ pulchritudinis exemplar conformatus,quantò de ejus fonte propius reſpergatur, & uberius. Hinc ille omnium ornamentorum inſignis quidam decor, & bonorum immortalis affluentia, quam in conditorem ſuum gratiſſimæ voluntatis ingenuitate refundunt. Tu ſi de beatarum mentium incredibili celeritate cogitas, finge tibi navem, per immenſa patentis æquoris ſpatia,remis velisque concitatiſſimè fluentem; finge telorum è baliſtis emiſſas grandines,finge reginam avium aquilam, toto illo plumarum remigio inſtructam,contentiſſimo corporis niſu, acerrimo cupiditatis ardore ruentem in prædas; finge iſtas,quæ à poëtis memorantur,alas fulminum,& tuum quando liberum eſt animum, & illam animi pupillam mentem

mentem, fulgure velocius per disjunctissima quædam tam brevi momento discurrentem; hanc si cum Angelorum celeritate contuleris, testudinem cum equovalentissimo comparabis. Quid dicam de illa præstantissimæ mentis intelligentia, cujus beneficio res omnes, quas non homuli ex luto, & argillâ facti, tanto cum labore addiscimus, & ægrè ratiocinando colligimus, illi nullo temporis intervallo sagacissimè pervident, & impeditos quosque difficultatum nodos explicatissimè dissolvunt? Quid de illa cognitione matutina, qua modò res DEO, tanquam in politissimi candoris speculo, vegeti coloris flore vividius accensas, modò in se jam remissas, & quasi diluto vigore minus acres contemplentur? Quid de ipsius cognitionis felici quadam constantiâ, cujus munere contingit, ut eis non minùs, ab hac intelligentia cessare liceat, quàm plantis, aut animalibus ab actûs vitalis perpetuo quodam ministerio? Siquidem intellectio beatis mentibus pro vita est. Jam si gratiam spectes, quibus ab ipsis ortus primordiis mirificè sunt nobilitati, cum rerum molitor DEUS erat in Angelis condens naturam, & largiens gratiam, vasa myrrhea dices, aut crystallina, ab ipso universitatis artifice comparata, & omnibus artis enucleata lenociniis, in quæ divinitatis rivi tantâ, & tam inusitata donorum fragrantia depluerent. Denique si gloriam consideraris, quæ gratiarum amplitudinem est consecuta, totos in DEUM videbis amoris similitudine transfusos. * Electus est è nobilitate cœlesti legatus, cum supremæ majestatis sanctissimæ Triadis mandato, gestientibus Civium supernorum ordinibus, patentibus cœlorum valvis, exultantibus & famulantibus sideribus, Angelus Gabriel in has usque terras processit. * Non hic est Cherubinus ille, qui fulmineum flammantemque gladium olim ante Paradisum distringebat. Non exterminator ille Spiritus, qui primogenitos omnes in Ægypto ferro suo demetebat. Non est Angelus ille furibundus,

dus,qui per medium Sennacherib exercitum cadaveribus cadavera cumulabat,& ſanguineos ferro rivos educebat. Non ex illis eſt unus, qui in Sodomam & Gomorrham ultrices è cœlo flammas projiciebant. Non ille etiam Angelus,qui enſe armatus ardenti,Davidi totique regno minabatur. Nolite exhorreſcere; Angelus eſt pacis. Nolite timere, legatus eſt ſalutis. Illum pax jam è cœlo remiſſa præcedit: Illum veritas è cœlo nata comitatur, & Prophetarum Vaticiniis finem imponit.

SENTENTIÆ. Qui facis Angelos tuos ſpiritus. (*Hebr. 1.*) Nonnè omnes ſunt Adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi, propter eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis. (*Ibid.*) Quoniam Angelis ſuis mandavit de te,ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. [*Pſal.* 90.] Quod Angelorum quoque Parens atque Opifex ſit DEUS,Propheta teſtatur de DEO,his verbis utens: Cujus manus univerſam cœli militiam creaverunt. (*Iſidor. Pelus.*) Angelorum claſſes ut conſervæ naturæ, ea quæ nondum præſentia ſunt,ignorant. (*Idem.*)Boni Angeli ad miniſterium humanæ ſalutis deputati ſunt, ut cuncta adminiſtrent Mundi, & regant omnia juſſu DEI. (*Idem.*) Unuſquisque Fidelis habet Angelum. Nam etiam ab initio unusquiſque vir probus habebat Angelum,ſicut dicit Jacob: *Angelus, qui paſcit me, & liberat me à juventute meâ.* Si ergo habeamus Angelos, modeſtè nos geramus, tanquam nobis adſint quidam Pædagogi. (*Chryſoſt.*) Magna dignitas fidelium Animarum,ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodia ſui Angelum deputatum,imò plures. (*Hieron.*) In quovis diverſorio,in quovis angulo reverentiam exhibe tuo Angelo: nec audeas illo præſente, quod me vidente non auderes. Adſunt igitur tibi,non modò præſentes tecum,ſed etiam pro te adſunt,ut protegant; adſunt, ut proſint. (*Bern.*) Angelus eſt ſubſtantia intellectualis,ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea,

DEO

DEO miniſtrans, gratia & non natura immortalitatem ſuscipiens: cujus ſubſtantiæ ſpeciem & terminum, ſolus qui Creator eſt, novit. (*Damaſc.*)

ANIMA. Seel. *Ame.*

SYN. Animus, vita, ſpiritus, anhelitus. ADJU. Infecta, particeps conſilii atque rationis, pura, tenuis, *æterna, nata, chariſſima.* (*Ex Cicer.*) Hominibus inſpirata velut auriga, & membrorum rectrix. (*Columella.*) Cæleſtis motrix. (*Mant.*) Ætherea. (*Mich. Angl.*) Caduca. (*Auſon.*) Egregia. (*Stat.*) Illuſtris. (*Virg.*) Immortalis. (*Lucret.*) Regendo corpori accommodata. (*Auguſt.*) Corporis compagini conjuncta. Supernæ nobilitatis particeps. PHR. Divinæ particula auræ, face rationis illuſtrata, divinæ majeſtatis effigie ſignata. Immortalitatis ſtudioſa mens. Immortalis & ſimplex & cæleſtis animus. Pars illa nobilior, quæ ſpiritum ignemque refert. Oculata in rebus alienis, cæca in ſuis: foris erudita, intus ignara, ubique extra ſe præſens, apud ſe abſens: eo ſibi ignotior, quò ſibi propior. Rector noſtri animus, aut ſomno ſolvitur, aut vino mergitur, ſomno ſepelitur. (*Apul.*) Res Anima pretioſa eſt, nec ipsâ ſe homini quidquam poteſt charius inveniri.

AMPLIF. Quantum cedit lutum gemmæ, homini pecus, mancipium Domino, mortale ſemper victuro: tantum corpori animus antecellit. Animus rector eſt corporis, cui membra obſequuntur, tanquam Regi & Imperatori, qui nec aſpici, nec comprehendi poteſt. Dux eſt & Imperator vitæ mortalium, rector humani generis, princeps facultatum, luce clarior, tempore rapidior, ſideribus velocior. * Non hîc Empedoclis ſanguinem, non Zenonis ignem, non Ariſtoxeni intentionem, non Pythagoræ numeros, non Cœli particulam agnoſco; aliquid eſt profectò, aliquid eſt ſanguine vividius, igne purius, intentione contentius, modulis numeroſius, Cœdenique ipſo majus & auguſtius. Et quid aliud eſt,

Digitized by Google

quàm vitæ ſpiraculum, quàm DEI ANIMA, uṭ aìt D. Greg. Naz. quàm ſpecies omnipotentis vili luto impreſſa, ut facies Solis in nube, radius in cryſtallo, hyacinthus in cerâ. * Animus in capite tanquam in arce poſitus ſedet, & dominatur. Nunc cupiditatum gynecæa diſpenſat, nunc acrimoniæ andronem regit, nunc deſideria, veluti volitantes prodromos emittit, nunc furiales irarum exercitus è caſtris educit, nunc ſerenâ luce circumſeptus ſuaviùs renìdet, nunc variis affectuum turbinibus totus circumſtrepit.

SENTENTIÆ. Anima, quæ peccaverit ipſa morietur. (*Ezech.* 18.) Quid enim proderit homini, ſi totum mundum lucretur, & detrimentum Animæ ſuæ faciat. (*Marc.* 8.) DEUS Pater familias eſt, & *Anima humana vinea Domini eſt*, inquit AMBROSIUS. O quàm pulchra vìnea! Ipſe divinus Paterfamilias dicit. *Ego te plantavi vineam electam, omne ſemen verum.* Nota bene: *Omne ſemen verum.* Rationalis enìm anima, eſt quædam mundi Panſpermia; quia in rationali animâ ſunt omnìa: *Anima rationalis eſt quodammodo omnia*, inquit ARISTOTELES, Panſpermia mundi, *omne ſemen verum.* O quàm pulchra, quàm pulchra vinea! Rationalis Anima repræſentat Cœlum, & omnia quatuor Elementa, inquit *Auguſtinus.*; Terram in Vegetativo, Aquã in Senſitivo, Aërem in Imaginativo, Ignem in Volitivo, Cœlum in Intellectivo. Rationalis Anima repræſentat omnes creaturas, inquit GREGORIUS; inanimata in ſuo eſſe, plantas in ſuo vivere, bruta in ſuo ſentire, Angelos in ſuo intelligere. Imò rationalis Anima repræſentat ipſum Creatorem, inquit BERNARDUS. Si DEUS pulcher eſt, Anima pulchra eſt; ſi DEUS immortalis eſt, Anima incorruptibilis eſt; ſi DEUS infinitus eſt, Anima interminata eſt; ſi DEUS providus eſt, Anima prudens eſt; ſi DEUS eſt primus motor omnium Cœlorum, Anima eſt primus motor omnium membrorum; ſi DEUS intellectu ſuo regit totam molem Macrocoſmi, Anima

ſuo

ſuo judicio gubernat totam machinam Microcoſmi. Si DEUS *enter*, *præſenter*, *potenter* ubique eſt, Anima tota in toto, & tota in qualibet parte corporis eſt. Si DEUS in natura unus, & in perſonis trinus eſt, Anima in eſſentia una, & in potentiis trina eſt. Si DEUS amat in Seraphinis, intelligit in Cherubinis, præſidet in Thronis, commendat in Angelis, operatur omnia in omnibus; Anima videt in oculis, auſcultat in auribus, oderatur in naribus, guſtat in palato, tangit in omnibus. Denique *Ego te plantavi vineam electam, omne ſemen verum.* Tu es compendium, tu Panſpermia, tu ſemen univerſale mundi. O quàm pulchra, quàm pulchra vinea, rationalis Anima! [*Knittel.*] Anima eſt ſubſtantia creata, inviſibilis, incorporea, immortalis, DEO ſimillima, imaginem habens Creatoris ſui. (*Auguſtin.*) Anima eſt eſſentia generata, eſſentia vivens, intellectualis, corporeis ſenſuum inſtrumentis vivendi, atque ea, quæ cadunt ſub ſenſus; percipiendi facultatem ac vim per ſe ſuggerens & immittens. (*Greg. Niſſ.*) Omnis Anima, aut CHRISTI Sponſa, aut Diaboli Adultera eſt. (*Aug.*) Felix Anima, quam DEI pietas reſpicit, humilitas ſubjicit, potentia reducit, obedientia conducit, perſeverantia perducit, devotio introducit, charitas unit, (*Idem.*) Eſt Cœlum ſancta anima, habens Solem intellectum, Lunam Fidem, Aſtra virtutes. (*Bern.*) Hæc eſt Animæ ſuaviſſima & ſaluberrima requies, conſcientia munda, quies ſecura. Sit beatæ Animæ culcitra, conſcientiæ puritas: capitale, tranquillitas: opertorium, ſecuritas. Ut in hoc interim ſtrato dormiat delectabiliter, & feliciter requieſcat. [*Idem.*] Quid indecentius, quàm curvum recto corpore gerere Animum? (*Idem.*) Cadit Aſinus, & invenit, qui ſe ſublevet: cadit Anima, & non eſt qui manum apponat. (*Idem.*) O Anima inſignita DEI imagine, decorata ſimilitudine, deſponſata in fide, dotata in ſpiritu, redempta ſanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis

parti-

particeps! Quid tibi cum carne, quâ haud aliud vilius ſterquilinium inveniſti? [*Idem.*] O Homo, quid miraris ſiderum altitudines,& profunditatem maris? Animi tui abyſſum intra,& mirare, ſi potes. (*Iſidor.*)

SIMILITUDINES. Ut Corpus eſt inſtrumentum Animæ: Sic Anima eſt inſtrumentum DEI. (*Plut.*) Ut avis capta,ſi diutius alatur in carcere, etiamſi dimittatur: ſtudet eò redire: Sic Animus diu verſatus in corpore,non facilè revellitur: at Puerorum Animus lubentius evolat. (*Idem.*) Ut qui in alieno habitant, multis aguntur incommodis, ſemperque de aliquâ domicilii parte queruntur: Ità Animus nunc de capite, nunc de pedibus, nunc de ſtomacho, nunc aliud de alio queritur; ſignificans, ſe eſſe non in ſuo domicilio, ſed unde brevi ſit emigrandum. (*Seneca.*) Magnam & philoſophicam Animam nihil,quod in hac vita moleſtè accidat,lædere poteſt: non inimicitiæ, non accuſationes, non calumniæ.non pericula,non inſidiæ. Nam perinde atque in excelſum quoddam montis cacumen ſe receperit,nihil ad illam ex iis, quæ de inferiore loco, de terrâ,inquam, jaciuntur, pervenire poteſt. Talis erat (Pauli) Anima: quòvis faſtigio altiorem locum prehenderat,locum Philoſophiæ ſpiritualis, veræ Philoſophiæ. (*Chryſoſt.*)

ANIMUS. Gemüth. *Ame,eſprit, courage.*

SYN. Mens,anima,audacia,ſpiritus, ratio. ADJU. Alienus,divinus,præditus virtute, varius, commutabilis,multiplex, efferatus, inclinatus, gaudens & libens; mirificus in aliquem; unus idemque ſemper; magnus & excelſus,tum etiam apertus & ſimplex; memor in benè meritos; notus atque illuſtris; perennis,ſuffuſus malevolentiâ; demiſſus,æquiſſimus, attentiſſimus, certus, conſtans,excellens,præſtans,fortiſſimus,patrius; acer & præſens, & acutus atque verſutus, gratus & non avidus; lenis ac remiſſus; ampliſſimus, calidior, ſeu potius ardentior; elatus, expers *alicujus rei;* fidens,fortis; in-

Digitized by Google

incorruptus,ſuique ſimilis ; integer caſtusque ; enervatus ; vacans corpore ; velox,humilis imbecillusque;acris & attentus ; ſtabilis,firmus ; accuſatorius ; deditus libidini ; inflatus,tumens ; æquus atque fortis ; magnus , & ad omnes caſus ferendos paratus & conſtans , moderatior,perturbatior ; afflictus atque fractus ; erectus & minimè perturbatus ; agreſtis ac durus ; alacer & erectus ; purus & integer;alienior;egregius inRemp. fortis & liber ; gratus liberalisque ; inimicus , infectus , incertus ; gloriæ cupidus ; ægritudine vacuus ; incommodorum patiens ; anxius & ſolicitus ; demiſſus; imbecillus & anilis ; à ſe ipſe diſſidens,ſecumque diſcordans; imbecillus remiſſusque ; jejunus & anguſtus; ingenuus; furore divino incitatus ; in patriæ charitate infixus;proclivis,*propenſus* ad vitia , *morbum* ; à corporis contagione ſevocatus ; turpificatus ; ſenſibus & curis vacuus ; nunquam agitatione vacuus ; virtutibus exaggeratus ; prolixus,perculſus,relaxatus,valens,irritabilis, placabilis ; per naturam omnem intentus & commeans : depreſſus ac demerſus in terram : ingeneratus à DEO : inimicus & invidus : magnus & elatus , deſpiciensque res humanas : perattentus , puſillus & ipſa malevolentia jejunus atque inanis : mutuus inter aliquos : dubiis rebus inimiciſſimus : imbecillus , nè dicam inhumanus : iratus ac perditus : hilaris & promptus ; gratus , beneficii memor : curâ & cogitatione intentus : caduca deſpectans,& ſe ipſo melior indies, & ad ſpem immortalitatis erectior. Excelſus magnusque : firmus & conſtans : hoſtilis,egregius dignusque ; effœminatiſſimus, terrore liber,humanis intentus : Non modo negligens , ſed etiam ingratus : arbitrio carens ſuo : dignus laude ; humanus ac liberalis : difficillimus , *divini & æterni* ; ſapiens fortisque ; deditiſſimus *alicui* ; certus & confirmatus ; effrænatus ; celſus & erectus , & parvi ducens omnia , quæ homini accidere poſſunt ; commotior ; caſtus purusque ; ad periculum præſens ; conſilio prudentiaque fidens ; excelſus magnificusque ; bellorum cupidus ; ap-

Digitized by Google

tus ad rem militarem; lucem ſplendoremque fugiens; docilis; ſuſpenſus & ſolicitus; ſaucius; (*Ex Cic.*) Sublimipeta. [*Bud.*] Falſis acclivis. [*Hor.*] Ad pacem inclinatior. [*Liv.*] Prævalens. Ad ſumma factus. Erat illi celſus animus, alacer, erectus, ardens, egregiè factus ad honeſtatem. Animus integer & intentus, cæleſtium capax, obſequio promptus, officii gnarus, juſtitiæ tenax, docilis, impiger, conſtans, ſui compos & Rector, humana contemnens, & quod illi primum ſemper erat, apprimè caſtus. Animo non modo patienti, ſed etiam libenti. NOTA. *Animam & Animum in hoc differre; quod Anima ſit vitæ, Animus conſilii.*

AMPLIFIC. Vitæ noſtræ dux ac rector; in quo flagrans immortalitatis ardor & cupiditas. * Simul ac ſubiit corpus ſuum generoſus ac pulcher animus, & per interiora diffuſus eſt, DEUS immortalis! Ut repentinâ luce fulgurat! Ut ſplendet! Ut micat! Ut animat! Ut accendit! Ut movet omnia! Statim omnes aptè conformat artus ad decorem; omnes componit motus ad dignitatem; omnes concinnat partes ad harmoniam; ad honeſtatis leges omnia membra perfectiſſimè dirigit. Vigorem ingenerat menti, ardorem pectori inſtillat, veneres aſpergit in ore, afflat honores oculis, illigat labiis lepores, collo decus affundit, genis pudoris flammulas, capillis venuſtatem, fronti ſpeciem, capiti majeſtatem, abſolutæ demum per univerſum corpus radios pulchritudinis floridiſſimè circumfundit.* Quantum cedit lutum gemmæ, homini pecus, mancipium Domino, mortale ſemper victuro: tantum corpori animus antecellit. * Animus ſceleratus eſt carcer ſibi. * Explicet ipſe Ariſtoteles Genius naturæ, Magiſter animæ, quid ſit Animus. Animus, inquit, eſt id, quo vivimus, ſentimus, movemur & intelligimus; Animus eſt, quo nutrimur, & ipſe non creſcit; quo augemur, & ipſe incrementa neſcit; non minor in puero, non major in viro, non fortior in juvene, non debilior in ſene. Animus eſt,

quo

Digitized by Google

quo sentimus,& ipſe ſub ſenſus non cadit: qui tangit omnia,& ipſe non tangitur; qui videt, neque ipſe videtur: qui audit,& non auditur; Animus colores diſcernit,colores decernit,coloris expers,diſtinguit qualitates,atque iis caret. *Quo movemur & intelligimus.* Animus eſt omnium Elementorum incola: Terram inhabitat, in Cœlum evolat; conſueſcit cum Angelis, pugnat cum feris; cultor ſoli,victor profundi,in aëre auceps,in Cœlo hæres. * O Si liceret mihi per te laudare Animum tuum! Exhiberem illum, non qualem habent qui ſolum habent: ſed qualem nobilis indoles reddit, & qualis ille nobilem indolem perficit; proponerem illum ornatum virtutibus,& ornantem virtutes; deſcriberem illum inſtructum ſcientiis, & ſcientias inſtruentem; oſtenderem illum generoſum,juſtum,conſtantem ſub inconſtante fortuna, & ſub inæquali ſemper æqualem.

Novimus enim,non dicam,corpus eſſe umbram, animum Solem; hunc ignem,illud fumum à veteribus nuncupatum; ſed novimus, ſi corpus eſt divinâ manu excultus hortus, animum eſſe cultorem; ſi corpus auguſtum quoddam eſt theatrum, animum eſſe actorem: ſi corpus inimitabilis humano artificio eſt pictura; animum eſſe lucem: ſi corpus eſt ſereniſſima Majeſtatis ſedes; animum eſſe Principem: ſi corpus ampliſſima eſt aula; animum eſſe Imperatorem; denique ſi corpus cœlum quoddam eſt lineamentis ſuis, veluti ſideribus interſtinctum,animum ejuſdem cœli Motricem eſſe intelligentiam. * Scio equidem, non eandem in animis eſſe ſubſtantiæ viciſſitudinem,qua corpora alternis decrementis incrementiſque variantur. Scio, animos ab omni materiæ concretione ſecretos, non ſumere ab alimentis ſtaturam: augmentum ab ætate, incrementum à tempore: neque perdere ſenectute robur, florem morbis,morte ipſa vigorem: ſed ſcio pariter, deſtitutam rerum ſimulacris Animam, tabulam veluti raſam ſub ingredientibus rerum coloribus ad eam quandoque pertigiſſe

tigiſſe ſapientiam, ut quemadmodum membra lacte, ſic animam doctrinis enutriri, non ægrè nobis perſuadeamus. * Ego enim ſic ſtatuo, animum eſſe vigorem pectoris, ſenſum corporis, artuumque motorem: qui meminit, providet, totumque hominem moderatur: cujus beneficio auguſta quædam in humanis corporibus refulgeat dignitas, eorundemque arguat porrectio, facilis contractio, clareſcens color, modus dexterrimus pariatur. Ut ſi animum argutari in oculis, vernare in fronte, florere in genis, exultare in voce, ridere in labris, ardere in corde, ſpirare in venis, in omnem membrorum Rempubl, feliciſſimo dominari imperio admiramur. * Sic enimverò decerno, Animum in corporis univerſo eſſe primum motorem, in intellectus cœlo ſolem, in frigido voluntatis palatio ignem, in oculis facem, in vultu colorem, in fronte ſerenitatem, in labris riſum, in venis vigorem, in corde calorem, in tota membrorum curia Dictatorem. Ut dum pyropos in oculis, vernam in fronte ſerenitatem, roſas in genis, viva in labris coralia, amœnitatem in vultu, dexteritatem in motu, ardorem in pectore, laborem in venis, in corde lumen, in voluntate flammas uni animo non iniqui rerum æſtimatores attribuimus; illud quoque intelligamus, &c.

SENTENTIÆ. Animus peſſimâ ignorantiâ depravatus, & tanquam liber contrariis inſcriptus anticipatusque dogmatibus, quæ nec à Socrate quidem, ſi revixiſſet, obliterari poſſent. Rector noſtri Animus, aut ſomno ſolvitur, aut vino mergitur, aut morbo ſepelitur. (*Apul.*) Animus, qui immortalis eſt, ſi à vitiis ac libidinibus terreni corporis fuerit ſeparatus, ac ſuæ originis, & ſeminis conſtantiam retinens, vim ſuæ Majeſtatis agnoverit, omnia, quæ difficilia atque ardua putantur, facilè divinæ mentis inveſtigatione conſequetur. (*Jul. Firmic.*) Nucleus donorum Animus eſt. (*Nieremberg.*) Summa corporis proſperitate Animus infortunatur. (*Idem.*) DEUS per diſpendia Corporis Animum procurat.

Digitized by Google

turat (*Idem*) Nihil rectè æstimatur, nisi ex animo. (*Idem.*) Bonus animus, & sibi conscius, summum bonum est. (*Lips.*) Alti æthereique Animi, ut ipse æther, gaudent motu. (*Idem.*) Animus momenta omnia pervadit, sideribus velocior, cogitatione velocior, temporibus velocior. (*Idem.*) Ex animo puro sive impuro, liquidum omne aut turbidum manat humanarum cogitationum. (*Idem.*) Mente nihil homini dedit DEUS ipse divinius. (*Cic.*) Humanus Animus decerptus est ex mente divinâ. (*Idem.*) Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum. (*Idem.*) Nil magnum in rebus humanis; nisi Animus magna despiciens. (*Sen.*) Dux atque Imperator vitæ mortalium Animus est. (*Salluſt.*) Animus incorruptus, æternus rector humani generis, agit; atque habet cuncta, neque ipse habetur. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut currus in præcipiti aut declivi fune retinentur, & se sistunt: Sic Animus debet, ubi quæ allubescunt, aut invitant. (*Lips.*) Flamma nec premi potest, nec quiescere: Sic Animus nativo impetu fertur ad honesta. (*Sen.*) Ut Sapiens gubernator in tranquillitate tempestatem expectat: ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus est Animus. Radii Solis etsi contingunt terram, tamen ibi sunt, unde mittuntur: Sic Sapientis Animus tametsi versatur hîc, tamen apud suam originem est. (*Idem.*) Jumenta, quorum in aspero indurata est ungula, quamlibet patiuntur viam, in palustri pascuo sagina ta citò subteruntur: Sic animus duris assuetus minùs offenditur. (*Idem.*) Sicut flamma surgit in rectum, jacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: Ita noster animus in motu est, eò mobilior & actuosior, quò vehementior fuerit. [*Idem.*] Ut si fons ipse turbidus sit, quidquid inde fluxerit, non potest esse purum; Sic animus si sit infectus malis affectibus, omnia vitiat, quæ accedunt: contra si pu-

rus & tranquillus. (*Plut.*) Ut civitas in ſeditione poteſt eſſe beata: nec in diſcordiâ dominorum domus: Sic Animus à ſe ipſo diſſidens, ſecumque diſcordans, nullam geſtare partem liquidæ voluptatis, ac liberè poteſt. (*Cic.*)

ANNIVERSARIUM. Jahr-Begängnus. *Anniverſaire.*

ADJU. Fundatum, perpetuum, ſumptuoſum, omiſſum, neglectum. PHR. Anniverſaria feralia. *orum.* Anniverſaria parentalia. *ium.* Exeuntis Anni ſacra feralia. Anniverſaria dies Parentalium. Feraliorum dies anniverſaria. * Exeuntis Anni juſta feralia demortuo reddere, ſolvere, perſolvere, celebrare. Defuncti obire Annua Parentalia.

Annona. Proviant. *Munition.*

SYN. Commeatus. Res frumentaria, aut alia res, quæ ad annum reponitur. ADJU. Cara, carior, cariſſima, commutata, durior. [*Ex Cic.*] Copioſa, commoda, arctior, larga, acris, fœcunda, laxior, PHR. Annona ſalaria. Caritas, difficultas, gravitas, incendium annonæ. Inopia rei frumentariæ. Facta durior annona. Gravi annonâ conflictari. Vilitas nec opinata conſecuta eſt annonam cariſſimam. Vilitas annonæ. Comprimere annonam. Convaleſcit annona. Ecandefacere, incendere, flagellare, attentare annonam. Inferre caritatem annonæ. Ingraveſcit annona. Levare urbis annonam. Levare populum in annonæ caritate frumento ſuppeditato. Duplas conſequebatur annonas. Ita cara eſt annona, ita gravis penuria, ea caritas, ea rerum omnium difficultas, eæ ſunt anguſtiæ, ita caræ veneunt, tanti omnia venalia pretii ſunt, tanti ſunt omnes res venalitiæ: ut incommodis multis affici, premi, laborare omnes cogantur. Ex im-

mo-

moderata penuriâ, nimiâ caritate, annonæ difficultate, exiſtunt, oriuntur, gignuntur, quæ ferri vix poſſint incommoda multa.

SENTENT. Quid ad hæc dicemus, qui frumentum emimus & vendimus, ac temporum difficultates obſervamus, ut opes nobis comparemus, & in alienis calamitatibus delicias capiamus; atque non ut Joſeph Ægyptiorum facultates, majoris diſpenſationis causâ: ſed ut iniqui & conſcelerati Popularium noſtrum opes acquiramus. Qui dicimus: Quando tranſibit menſis, & vendamus; & Sabbata, ut æraria recludamus? Qui duplicibus menſuris & ſtateris juſtitiam corrumpimus; ac plumbeam iniquitatis menſuram in nos ipſos inclinamus. (*Nazianz.*) Inexplebilem quendam ac ſævum & crudelem *Dardanarium* hoc eſt frumenti Cauponem te eſſe nonnulli ajunt: qui tempora obſerves, ac de egeſtatibus occaſionem lucrandi arripias, & de calamitatibus meſſem colligas. Quamobrem hoc tecum reputans, alios, non tam tuâ, quàm te DEI ope indigere; Fac te cognatio moveat. (*Iſidor. Pelus.*)

ANNULUS. Ring. *Anneau.*

SYN. Annellus, *vel* Anellus. ADJU. Aureus, ſignatorius, nuptialis, gemmatus, pretioſus, claro fulgore micans. PHR. Induere, inſerere, indere digitis *vel* in digitos annulum. Detrahere de digito anuulum. Annulo ſigilla imprimere in cerâ. Palla, caput, bulla, umbilicus annuli.

AMPLIFIC. Annulum, quo Smaragdus includebatur, ſibi deſumpſit, digitoque inſinuans, eum ſe cum manu ſervaturum ſpopondit, ita enim donantem meruiſſe. Ferruminatus Annulus erat, & in lapide Atlantem expreſſerant, ſuſpecto Perſeo negantem hoſpitium. V. ADAMAS.

Digitized by Google

ANNUS. Jahr. *Année.*

ADJU. Abſolutus perfectuſque; totus, egregius, fatalis, funeſtus; graviſſimus & peſtilentiſſimus; judicialis, lenior, ſaluberrimus, & maximâ rerum ad victum neceſſariarum ubertate ac copia inſignis; quadripartita tempeſtatum varietate diſtinctus; perfectiſſimus atque ornatiſſimus; magnus, memorabilis, peſtifer, ſuperior; plenus atque integer; ſalutaris, poſterior, poſtremus, proximus, recentiſſimus, ſalutaris, peſtilens, vertens; uberrimus quæſtuoſiſſimusque. *Permulti, conſequentes, continui.* (*Ex Cic.*) Labens cœlo. (*Virg.*) Recurrens. (*Hor.*) Bellicoſior. (*Liv.*) Frugibus locuples. (*Hor.*) Nitidiſſimus (*Ovid.*) Plenus. Pomifer. *Proni, pubeſcentes.* PHR. Anni ſpatium. Annuum tempus, ſpatium. Annui ſpatii curriculum. Annui temporis tractus, *vel*, curſus. Unius Anni impendium, *vel*, periodus. Venit aliquando tandem annus iſte, juſtis de cauſis vehementer à nobis quidem exoptatus; à multis verò (*Studioſis*) non exſpectatus modò, ſed etiam expetitus. Superiore, qui ſe proximè convolvit atque elapſus eſt, anno. Annus volvitur duodecim menſibus. Anni multi ſunt, cum, &c. Quintus annus agitur, *volvitur*; Quinquennium elapſum eſt, *ex quo te expecto.* Totius anni curriculo. * Schalt-Jahr. *Biſſextile.* Intercalaris annus. * Circumagit ſe annus. In Annum decimum durare. In annos ſingulos. * Das geſchicht alle Jahr. *Cela ſe fait tous les Ans.* Annuum eſt hoc fieri. * Numa Pompilius Annum in 12, Menſes, faſtos dies nefaſtosque deſcripſit. * Im Anfang des Jahrs. *Sur le commencement de l' Année.* Anno ineunte, exoriente, naſcente. Initio Anni. Sub Anni principium. * Am End des Jahrs. *Sur la fin. de l' année.* Anno exeunte, vertente, labente, ſe-

Digitized by Google

nescente, præcipitante, affecto. * Vollendtes Jahr. *An accompli.* Annus exactus, absolutus, expletus, emensus, transactus: peractus, decursus. * Alle Jahr. *Tous les Ans.* Quotannis. Quibusque Annis. Singulis Annis. Quoto quoque Anno. * Von zweyen Jahren her. *Depuis deux Ans.* Duobus abhinc Annis, *vel*, duos abhinc Annos. Ich bin 19 Jahr alt. *J'ay 19. Ans.* Decimum nonum ætatis Annum ago. Novemdecim Annos sum natus, Unde viginti annos natus sum. Undevicesimum Annum ago.

ANNUS NOVUS. Neu-Jahr. *Nouvel An.*

PHR. Anni exordium. Novi Anni auspicium. Cùm Annus se se aperit, volvi incipit. Incipientis Anni Kalendæ.

Ich wünsche dir ein glückseeliges neues Jahr. *Je vous souhaite une heureuse Annee.* Tibi felix anni auspicium animitus apprecor. Hic annus tibi faustus procedat. Vive hunc annum sanus & incolumis. Non ineuntem hunc solum, verùm peræque omnes consequentes annos, quibus spiritum ducturus es, candidos; &, ut Poëtæ loquuntur, terque quaterque felices, voluntate summa tibi opto. Precor hujus Anni ingressum faustum, Medium felix; Exitum prosperum. Opto ac precor, ut tibi annare, & perennare feliciter liceat. * Quos verò in plausus Eloquentia tibi meliùs assurgat, quàm quos princeps hic Anni mensiumque dies indicit? Novum enimverò eloquentiæ campum aperit renascentis Anni exordium, & veterem tacendi consuetudinem immutat in omina. Cæsar Solennia incipientis Anni Kal. Januarias epistolâ precatus, vertit in Sabinum.

GRATULATIO NOVI ANNI. Etiam ætatem temporumque novitas pretium sæpe adimit priori seculo, & humanos in se certatim amores transfert.

Annorum certè, ſicut florum tota penes novitatem eſt gratia ; & vivere optamus, non vixiſſe , adeoque & hic præſentia in uſu , futura in deſiderio ; quæ præteriere, ſæpè ſunt faſtidio. Hinc & Tibi tot luſtra lapſu fortunatiori effluxiſſe parum intereſt, niſi continuata proſperorum ſerie felicitas iret in annos conſequentes. Cucurbitarum illa eſt gloria, imò humor , citiſſimè inflari, ut celerrimè detumeſcant, ait ille. Sed en : *Votis aſpirant Fata ſecundis*, dum poſt occaſum jam plurium , non ſteriles boni ominis oriuntur Kalendæ, & nova Fortunæ ſcena ſeſe Tibi aperit nullo (ut ominari licet libetque) tragico actu permiſcenda. Salutares vulnerati Verbi ceremoniæ non ſolitam, certè ſolidam Tibi hodie ſpondent fauſtitatem, & Abbreviatum alioquin Verbum metas longioris ævi prorogat communis Gloriæ vitæque terminos transgreſſuro.

ANSER. Gans. *Oye.*

SYN. Anſerculus. ADJU. Plumiger. (*Plin.*) Latipes. (*Ruffus.*) Clangens, raucus, garrulus. (*Sidon.*) Gratitans. (*Th.Rad.*) Saginatus. (*Stroz.*) Stridulus. (*Pamphil.*) Aquaticus. (*Mant.*) Canorus. [*Calent.*] Palmipes, argutus. [*Mart.*] Improbus. (*Ovid.*) Ingluvioſus, clamoſus, vigil , gingriens , urbanis caulis oriundus, paluſtris, clamoſus. PHR. Magnus Tarpeiæ arcis vigilator. Auſoniæ gentis cuſtos vigilantiſſimus. A quo ſalus inexpectata Romanis profecta eſt. Anſer capitolinus, qui Junoni conſecratus, ſuo è gurguſtio in ſummo canum torpore, hominumque incuria, hoſtium inſidias detexit. Qui optatiſſimis balneis ſeſe immergit; cibum ex venatione potiùs , cum magno alimenti delectu colligit , quàm tenui â nobis farre ſuppeditato vivit ; inter hortorum flores camporumque paſcua nonnunquam exſpa-

exſpatiatur. Anſer quantus quantus eſt, totus humanis emolumentis impenditur. Plumæ culcitris ſtratisque, calami exarandis libris, carnes menſarum deliciis, ipſe adeò fimus (ſit verbo venia) ſtercorandis agris deſtinatur. Laudent alii ſuperbos pavones: ſed inutilem plumarum ſylvam circumferunt; alii candidos extollant olores: ſed idoneos parum epulis carnes alunt; alii denique generoſas aquilas: ſed nec menſis, nec ſtratis opportunas, deprædicent; mihi unus Anſer par apparet omnibus, ſingulis ſuperior. Anſer quædam eſt inter aves Pandora, in quem ſolum omnium volucrum dotes ac commoda Deos immortales ſingulari benevolentia contuliſſe exiſtimem, &c. [*Vide Maſen. Exercit. orat. Lib. 1. Diſcept. 7.*)

ANTIQUITAS. Alte Zeit. *Antiquité.*

SYN. Vetuſtas. ADJU. Incorrupta. PHR. Priſca illa & horridula ætas. Evolvite diligenter rerum antiquarum omnia monumenta.

AMPLIFIC. Moribus antiquis res ſtat Romana, affirmat Poëta; Ponderis momentique illa in nummis plurimum habet; valet in libris, in unguentis placet: locum non poſtremum aliis in rebus obtinet.

SENTENTIÆ. Habet ut in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis Antiquitas. (*Cic.*) Affert Vetuſtas omnibus in rebus longinqua obſervatione incredibilem ſcientiam. (*Idem.*) Veterrima quæque, ut ea Vina, quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuaviſſima. (*Idem.*) Maxima eſt vis Vetuſtatis, & Conſuetudinis. (*Idem.*)

S. ANTONIUS.

ADJU. Magnus, Ægyptius, Sanctus, Solitarius, PHR. Magnus Monachorum Parens. Cujus vitam

vocare poteris tentationum pugnam. ELOG. Currite, adeſte, convenæ, advenæ, cives, omnes, ſpectaturi luctam. In arenâ Ægypti congrediuntur athletæ gemini, Antonius & Dæmon. Ille unus & ſemper idem; hic nunquam idem ſemper alius. Vafer Proteus, qui forma caret, ſemper, alternat formas. Primam adornaturus pugnam verſi pellis, ſalacem, ſallacem mentitur fœminam ſcenicus Dæmon. Formam deteriorem ſibi vicariam fingere non poterat; Quid enim in fœminâ, niſi fictum? Pugnavit effœminatus Dæmon non voce, ſed formâ. Prodigium planè eſt, fuiſſe fœminam & tacuiſſe; niſi fortaſſis ſæpè forma plus loquatur cum tacet, quàm cum loquitur. Erebi hoc monſtrum præſtigioſo colore blandum, vicit pudoris aliptes, ſola Erebi memoriâ. Cadens ante pedes triumphatoris abjectus, ſuperbus pridem agoniſta turpitudinis, alter, teter, juvenem mentiens parvum, pravum, herbam victrici porrexit comæ. Qui vinceret venus militem loricatum juncis, cilicio ericium, pungentem cominus, eminus? Hactenus proluſit aggreſſor, pugnaturus poſthac pugnis, mortem Antonii, ſi poteſt, anteverſurus morte. Timet ſceleſtus & invidus, ne feris adempta eremus impleatur aſcetis, Et exhilarentur Silvæ Faunis, ſed pudicis. Novæ initium ſit luctæ. Funditur Antonius & cæditur, ſed animo non cadit; Truditur, læditur, ſed ipſe infractus; dejicitur, calcatur, ſed ipſe rectus; Quo mors intraret, vulnus apertum eſt nullum. Caret tamen motu, præterquàm linguæ, quâ unâ inſultat, & denùò claſſicum canit. Caſtra metatur ſub palmâ, bonum omen, certus victoriæ. Ducis & militis partes agit ſolus, nè gloriam dividat. Adeſt Dux Erebi mentitus agmen, non Dæmones tantùm, ſed & beſtias conſcripſit, bellum non ratus, niſi pugnarent belluæ. Irruunt ordine horrifico bajula mortis monſtra;

stra; Nocte intempestâ effundit se tempestas, & larvatum è virgultis prosiliit agmen bestiarum. Armatam Sylvam dixisses, mobilia armamentaria. Macte animo Antagonista Ditis, doctus eductus Christi è gymnade; Illis animatus armis vinces, in quibus JESUS triumphavit. Hinnitur, mugitur, rugitur, raucum ubique murmur, advolant equi mortis, supera miscentur inferis, solitudinis ipsâ tremente vastitate. At facilius movetur terra, quàm Antonius. Nudus ab armis ipse, solo fidei clypeo tectus, nec vivus nec cadaver, vix integer à recenti lumbifragio, uno emisso JESU nomine, toties hostes verberat, quoties spirat, solâ linguâ pugnans, sola lingua vincens, hostes omnes in uno, unum in omnibus fugat, & agmen recepit, qui ediderat, Erebus. Felix olim Roma, quam triumphasset felicius, si tales fuisset nacta Imperatores, qui fictas feras, acriores veris subjicerent jugo. Fugare catervam Dæmonum qui potuit, credite cætera omnia potuisse. Una supererat experientia fortitudinis, ut quando deerat penè hostis quem vinceret, frangeret seipsum oratione & jejunio, adumbratum gestasse corpus dixisses, sub umbra nemorum. Ita sine cibi ferè nutrimento vivebat. Cœlum telluris alumnus, Terram cœli donis impleverat. Fatalibus bellis confectis fato confectus & ipse, enumeraturus palmas, quas præmisit, læto vultu quasi mortem rideret, cœleste victor subiit Capitolium, veste è palmis contexta superbus. Eò ibis & tu, ubi viceris.

ANUS. Alte Frau. *Vieille femme.*

SYN. Vetula, Anicula. ADJU. Delira, excors. (*Cic.*) Vivax, sedula, tremens, frigida, curva, pia, annosa, multæ sedulitatis. (*Ovid.*) Grandæva & defecta. (*Sen.*) Marcescens. (*Th. Rad.*) Multiloqua.

[*Plaut.*] Enervata. (*Mant.*) Sedula. (*Tib.*) Edentula ac vieta, annis ac viribus defectiſſima. Fracta ſenilibus annis; gravi ſenio curvata. PHR. Mulier effœtâ, attritâ, annoſâ, canoſâ vetuſtate. Corpore imbecilla. Animo firma & robuſta. Mulier vetula ſanè & multarum nuptiarum. Præ vetuſtate ſitúque marcentibus oculis, putríque naſo, atque auribus corroſis. Cujus facies rugis fulcita, inarata. Quæ paſſu anili procedit, quæ canis gerit aſperſum caput. Anicula ſuffarcinata, brevicula, arida, exſucca, exanguis, bucculenta, recedentibus oculis, pendentibus genis, extante deorſum mento, depreſſo introrſum ore, ſuperſtante naſo neque integro, neque ſicco. Anus fœdiſſimo ſquallore inculta, lippitudinem oculorum multoties manu permulcens. Merobibula. Incurvum animal, extremum buſti cadaver, vitæ dedecus, & primum orci faſtidium. Improba Vetula, illota, impexa, horrida. Peſtis illa teterrimaque Furia, anhelans vipereum virus. Peſſima illa Lamia, noxiis animis armata. Hujus modi Anus, quæ etiam Æneæ temporibus vixiſſe potuiſſet, * **Dieſe alte heßliche Frau will jung ſcheinen.** *Cette vieille femme eſt fort laide, & neanmoins veut paroitre jeune.* Videor mihi videre capularem Hecubam in longa & attrita veſte pellicea, cum turbatis capillis in capite, & 99. rugis in fronte. Cogitate hic adeſſe Vetulam, quæ habuit 7. viros, plures quàm Samaritana. Eſt aretacta ut lignum, contracta ut pyrum, incurvata ut arcus, quærit ſolicita, ubi tumulus? in oculis eclypſata, in rugoſis genis implicata & replicata. Dentem optimum habet in vagina, pedem optimum in manu, & optimum oculum in ſacco. In cavernis ocularibus habet fluorem, in manibus tremorem, in capite ſcabiem, in pedibus tumorem, toto corpore ſtygium & ſtrigium fœtorem. In lingua fera furia, in aſpectu

ctu mera Megæra, in naribus mucoſa Empuſa, in fronte rugoſa Creuſa, in toto vultu verrucoſa Miſuſa, & in verrucis omnibus piloſa Meduſa. Et hæc Baucis, hæc Hecuba, hæc Meduſa vult rejuveneſcere. Quærit artificium canos occulendi. Studet artibus cutem vetulam renovandi. In illam artem ſtudiosè incumbit, quâ etiam arefacti jam vetuli ac vetulæ poſſint feliciſſimâ metamorphoſi juvenculi ac juvenculæ fieri. Rariſſimè enim evenire ſolet, ut Natura enervatam ſenectutem roboret, & frigentes venas accendat, & rugoſas frontes expoliat, & cana capita denigret, & gibboſa tergora complanet.

ANXIUS. **Angſthafft.** *Qui eſt en peine.*

SYN. Triſtis, ſolicitus, incertus, dubius, anceps. PHR. Angoribus implicitus, moleſtiis cinctus, mente gravi affectus, curis agitatus, jactatus.

* **Angſthafftig ſeyn.** *Eſtre en peine.* Angi, in medullis affligi: conſumi, affici mœrore, angore; curis, ſolicitudine, perturbationibus agi, jactari, diſcruciari. Anxio & ſolicito animo eſſe. In moleſtiſſimis anguſtiis eſſe, verſari. Angoribus ex omni parte confici, premi, circumdari, implicari, vexari. *

Aengſtigen/Bang machen. *Faire de la paine.* Angere, affligere, anxium & ſolicitum reddere, habere. Solicitare, agitare, frangere curis, angore. Afficere gravi ſolicitudine. Curam, ſolicitudinem, acerbitatem, angorem adferre. Tum cor meum in pectus emicare præ terrore, & eminus impleri curis anxiis (*Subintell.* cœpit.) Anxius ſecuritatis nepotum. [*Plin.*] Anxius gloriæ alterius. *Liv.* [*Regit Anxius etiam Accuſat. & Ablat. apud Liv. &c.*) V. Afflictus.

APER. **Wild Schwein.** *Sanglier.*

SYN. Sus, porcus ſilveſtris. ADJU. Erymanthius. (*Cic.*) Cruentus & indomitus. (*Claud.*) Hiſpidus. (*Sen.*) Nemorivagus. [*Catull.*] Setoſus, ſpu-

ſpumans. (*Virg.*) Hirſutus, vulnificus. (*Petrarcha.*) Meleagræus, impetuoſus. (*Mant.*) Dentatus. [*Faſtus.*] Immanſuetus. [*Bebel.*] Calydonius. [*Augurell.*) Hirtus. (*Stat.*) Sæviens. [*Crin.*] Minax, ſpumeus, ſanguineus, ſetiger, rabidus, ingluvioſus, immanis, truculentus; exerto dente formidandus. PHR. Seu pabuli, ſeu liberioris luſtri gratia, Sylvarum aut aſſiduus, aut frequentiſſimus incola; ab falcatis dentibus inſtructior.

AMPLIFIC. Video Aprum ſatis horrentem, atque igneis rubentem oculis. Ipſius in vos ſtrident dentes. Aper immanis atque inuſitatus exurgit toris calloſæ cutis obeſus, pilis inhorrentibus, corio ſquallidus, ſetis inſurgentibus ſpinæ hiſpidus, dentibus attritu ſonaci ſpumeus, oculis aſpectu minaci flammeus, impetu ſævo frementis oris totus fulmineus. Et primùm quidem canum procaciores, quæ cominùs contulerant veſtigium, genis hâc illâc jactatis conſectas interficit: dein calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, transabiit. * Hæc furva fera crudeli malignâque indole, germana præda eſt armentitiorum canum, adversùs quam ſecutores feruntur quidem ſuapte ſponte atque impetu; at non ſatis virium ipſis eſt ad devitandum imminens ab hujus belluæ agitatione exitium.

APES. Biene. *Mouſches à miel.*

SYN. Apiculæ. ADJU. Florilegæ, melliferæ, ſedulæ, Hiblææ. (*Ovid.*) Populatrices Hymetti, Sicaniæ. [*Mart.*] Mellis avidæ. (*Syl.*) Cecropiæ, (*Virg.*] Dædalæ. [*Calph.*] Ingenioſæ. [*Polit.*] Mellificæ. (*Petrarch.*) Innubæ, (*Mant.*) Studioſæ. (*Remaclus.*) Mellilegæ. (*Biderm.*) Mellitæ, operoſæ, floriſugæ, induſtriæ, pervigiles; roris officinam exercentes. Florulentæ. [*Sanctius.*] NB. Apes,

is.

is. *Vel* Apis, is. *Gen. Plur.* Apum, *vel*, Apium. PHR. Mellis opifices. Florei ruris, *vel*, horti, nemoris prædones. Nectaris artifices. Florum populatrices. Melleæ volucres. Virgineæ volucres, & flavæ veris filiæ. Bonæ ruris hoſpitæ. Plebs roſeæ Zephyritidos. Turbine dulci glomerata cohors. In hyblâ volitantes: modò teretes hederarum corymbos, modò dulces florentis tiliæ ſurculos, modò thymi odores, modò geniſtarum cacumina, modò pallentium violarum ſuaves divitias ore legulo populantes, & numeroſis rurum atque coxarum villulis implicantes. Sedulæ favorum opifices, ſuccum aëris, cœleſtemque rorem ex omni flore depaſtæ; cereas illas, ut ita dicam, urbes molientes, eáſque melle conſtipantes, non ſibi ſolùm, ſed etiam nobis. Quæ per hortos, prata, ſepes, arbores, excurrentes, flores omnes oſculatæ, dulciſſimos rores confingendis favis idoneos deguſtant ac libant. Fictrices illæ verè ſunt atque artifices admirabiles, ubi varios ſuccos, lacrymas ac liquores, non modò dulces, ſed etiam pingues ac tenaces colligunt. Apes mellificant, favos fingunt, examina condunt. * **Die Bienen mit dengeln wiederumb in denen Bienen-Korb bringen.** *Faire rentrer les Abeilles dans les ruches.* Revocare Apes tinnitu. * **Die alte Bienen jagen die Junge aus den Bienen-Körb.** *Les vieilles abeilles chaſſent les jeunes hors des ruches.* Matrices Apes novellos fœtus ex alveis exigunt, emittunt. * **Die Bienen machen Hönig in den Bienen-Körb.** *Les abeilles font miel en ruche.* Apes in alveis mellificant: mel condunt, ſtipant, conflant. * **Einen Bienen-Stock außnehmen.** *Châtrer une ruche.* Favum eximere.

AMPLIFIC. Illæ per prata, ſylvas, flores herbasque fragrantes, atque arbores luxuriantes ſeduli-tate quàm argutiſſima vagatæ, duo contrahunt inde

colli-

colliguntque rerum genera, favis confingendis neceſſaria: quorum priore tanquàm tectorio parietes interiores illinunt alvei, pro fundamento totius operis utuntur, cellasque fulciunt ac ſtabiliunt. * Apes parvo corpore, magno animo, mirâ ſolertiâ prædítæ inter alites, aculeo armatæ, ſolæ potiſſimum hominum causâ genitæ [ut Plinio placet;] favi mirabilis ad vitam uſúmque noſtrum ſunt fictrices. * Viden, ut direptrices illæ apes ac furunculæ, per efflorescentes naturæ theſauros, per nectareas plantarum divitias, per roſeas agrorum gazas, inexplebili rapacitate, velut agmine facto, turmatim volatimque ruunt, roſtellatim carpunt, hortulatim ſugunt, areolatim hauriunt, alveolatim ſternunt, ſuſpirulatim bibunt, mellificatim rapiunt, & legionatim prædas important. En, ut iterum ex alveariis raûco bombo perſonantibus, præeunte duce, ſtrictis aculeis, aliſque explicatis, eruptionem faciunt; areoláſque illas ſaluberrimis aromatibus pretioſas, ſuaveolentibus fragrantes herbulis, venuſtiſſimiſque depictas floſculis circumvólitantes; in obvios quóſque ſine lege flores feroces irruunt, violaria violant, roſæ aurum diripiunt, lilii argentum exportant, thymum ſugunt, caſiam ebibunt, ſerpyllum expilant, crocum exſorbent, tilias & hyacinthos exhauriunt. * Omnes Apicula flores delibat, ab omnibus excerpit, quod ſuum faciat. Hinc alveare ditat, hinc ceram liquoribus ſtipat, hinc favos conſtruit, hinc mella diffundit.

Quid eſt in Ape, quod ſingulare non ſapiat ingenium, divinum non redoleat artificium? Quis non miretur in parva mole, in gracili corpuſculo, in infectis membris, tenui modò fiſtulâ cohærentibus, tam ſedulam curam, tam pertinax ſtudium, tam exercitum laborem? * Sub auroram gemino unius, vel triplici bombo, tanquam buxo aliquo excitatæ provolant omnes ex alveario: Et quà ſe offerunt pu-

pubeſcentes herbarum tori, vernantes Florum pulvini, emicantium Fontium ſcatebræ, liberrimo vagantur inceſſu. Jam carpunt Floſculos ex fatiſcente paulatim caliculo erumpentes; jam pedibus egerunt herbas ſuaviſſimos odores exhalantes, jam puros latices ex perenni fontium ſcaturigine jucundiſſimè delibant; jam ſugunt cæleſtem illum rorem, frondium lanugine inſidentem, jucundâ viriditate conſpicuum, in ſubtiles orbes conglobatum, gemmas cœlo expolitas imitantem. Quòd ſi ventos & imbres augurentur, ſuis fundatæ ſarcinulis in eundem, quo egreſſæ fuerint, alveum reconduntur, quem primum amarioribus ſuccis contrà minorum vermium aviditates, quodam veluti tectorio illinunt, ceram figunt, pilarumque intergerinis à ſolo concameratis fulciunt, tandem ſuaviſſimo nectare conſtipant, &c. *Vide Mendoza Virid. L. 6. Or. 9. pag. 593. & 897.*

Apis laborioſa explicatis pinnulis diſcedit ex alveariibus Sapientiæ datura Specimen; & jam prata pervolat, jam Flores pabulatur, & conſita cerea conciniùs elaborat, contentis veluti diſparibus ac ſexangulis Fiſtulis, rectos quoque vicos, & alternos angiportus mirabiliter implicans, ut operi firmitatem & elegantiam conciliet. Deinde mel in apothecis recondit: erat quippe ſuo hoſpiti gratum animalculum, eique Feriato fructum affert perjucundum. * Apes non priùs deſerunt Florem, quàm inde viscum tenacemque liquorem abraſerint, cæleſtem item rorem ſuxerint omnem, ad ceram, mel, favosque fingendos, * At vero mellis Opifices è variis Florum quaſi doliolis varios colligunt ſuccos, eósque commiſſos uterculis, conditura mirabili atque artificio ſpiritûs ſui permutant ac digerunt: nec ſine quodam quaſi fermento, in unam ex multis induunt naturam, ſuosque jam faciunt transformando.

APO-

APOSTATA. Abtrinniger. *Apoſtat.*

ADJU. Fugitivus, inconſtans, levis, inſanabilis, perditus. PHR. Reus violatæ legis ac promiſſi. [*Ambr.*] Qui relicto Religionis habitu, ad ſpurcitias carnis & ſæculi, tanquam canis ad vomitum eſt reverſus. [*Bern.*] A ſtatu fidei, *vel* obedientiæ, *vel* Religionis temerè recedens. (*Bonav.*) Qui regulam deſerit à Patribus obſervatam. Qui viam CHRISTI & Apoſtolorum deſerit. Qui à DEO disjungitur, & Diabolo ſociatur. (*Gloſſa ord.*) Legis ſuæ ſponte transgreſſor, ejuſque violator. (*Anacl.P.*) A ſtabilitate, quam promiſerat, damnabili levitate reſiliens: de cibo ad vomitum, de cælo ad cœnum, de paradiſo ad infernum revolans. (*Pet. Bles.*) Qui turpiter ac miſerabiliter à Majorum ſuorum pietate degenerans, veram, germanam, atque ab Apoſtolicis uſque ductam temporibus Religionem deſeruit. Qui fidem illam, in qua natus eſt & educatus, in quam ſacri fontis undâ ablutus juravit, impiis calumniis appetit, dicteriis ſceleſtiſſimis proſcindit, peſtiferis documentis labefactat, impedit, conculcat. Qui cum brevi quodam & caduco quæſtu, aut obſequio, aut exiguâ potentiâ ſalutem ſuam miſer commutavit. (*Naz.*) Qui defecit ab recta fide, ab fidei norma, ab fidei decretis. Qui ab Religione avitâ deſcivit. Qui à veritate deflexit, declinavit. Qui à vera Eccleſia transfugit, diſceſſit, & ad aliam ſectam devolavit, tranſivit. Vir inutilis, qui à fidei veritate averſus, ad perfidiæ falſitatem convertitur. [*Bonav.*]

SENTÆNTIÆ. Apoſtatæ, tanquam DEI proditores, Imperaroriæ Majeſtatis ſervitio ſunt indigni. Quomodò enim fidem ergà Imperatorem ſervare poterunt inviolatam, qui adverſus DEUM Opt. Max. perfidi eſſe manifeſtò convincuntur? (*Conſtan-*

tinus

tinus Imp.) Quòd ſi quis tuum imperium pernegavit, ô Rex (*Perſarum!*) graviſſimo dignus ſit ſupplicio; quantò gravius ſupplicium meretur ille, qui omnium rerum Effectorem pernegat? (*Hormisda.*) Cùm quis reliquerit cellam, Dæmones culpat, latetque ſeipſum miſer, quòd Dæmon effectus ſit. (*Clim.*) Apoſtatæ per Apoſtaſiam fiunt infames. (*Hugo C.*) Æger curandus eſt, non necandus; nè in Apoſtaſiam vertatur. (*Hier.*] Tanta eſt gravitas hujus peccati Apoſtaſiæ, quòd vix poteſt homo ad bonum reparari. (*Gloſſa Ord.*) Quid prodeſt, quòd diſcedis, qui quocunque loco vadas, te tecum portas? (*Euſeb. Emiſſ.*) Dignè aliquis diſcedit, ſi illuc ire poſſit, ubi eum Diabolus invenire non poſſit. (*Idem.*) Nemo æſtimet, bonos de Eccleſiâ diſcedere. Triticum non rapit ventus; nec arborem ſolidâ radice fundatam procella ſubvertit. (*Cypr.*) Apoſtatare, nequam eſt, mortale eſt, cum damnatione ſemper vivere eſt. (*Aug.*)

SIMILITUDINES. Qui ex balneo calent, vehementiùs frigeſcunt; & aqua frigidior eſſe ſolet, quæ priùs caluit: Ita vehementiùs ſe ſe oderunt, qui priùs fuerunt amici; & fœderatiores ſunt, qui à piâ vitâ ad impiam ſe tranſtulerunt. (*Eraſm.*] Apoſtatæ ſunt ſimiles uxoris Loth; quæ retrò reſpexit. (*Thom. Aqu.*)

SS. APOSTOLI. ℌℌ. Apoſteln. *SS. Apôtres.*

PHR. Christi Servatoris Legati. Evangelij Christi miſſi, *vel*, deſtinati à DEO Nuncij. Evangelii Præcones. Christi diſcipuli multilingues; munere Apoſtolico præclarè functi; Virtute Spiritûs S. ornati, & ſacroſancto Numine afflati. Eccleſiæ Principes. Apoſtolicæ Curiæ Senatores. Beatiſſimi animorum incendiarii. Religionis columnæ, præcones, anteſignani. Diſciplinæ Chriſtianæ

doctores. Omnium gentium Magiſtri. Duces veritatis. Divinarum legum interpretes. Humanæ vitæ moderatores. Lumina orbis terræ. Stellæ Firmamenti. Cœli luminaria. Portæ duodecim Jeruſalem cæleſtis, gemmis fulgentes. Lapides pretioſi ſupernæ Civitatis. Colles amœni & fructuum ubertate fœcundi. Nubes univerſam terram prædicatione irrigantes. Legati CHRISTI ſumma authoritate pollentes. Paranymphi CHRISTI. Victores inferni & mundi. Intimi amici DEI. Tubæ Evangelii.

AMPLIFIC. Qui omnium hæreſeon nervos eliſerunt, & evulſo penitus errore, Chriſtianæ lucis ſplendorem per totum orbem diffuderunt. * Qui numeroſam indicæ vaſtitatis barbariem pietatidiu excordem, diſſonantium concentu linguarum egregiè cordatam fecerunt. * Quod autem aliud beneficus divini Solis ardor excitaret incendium, quàm quod homines in ſtellas accenderet, non eas, quæ noctem ac tenebras non vincerent: ſed quæ beatiſſimam lucem diémque non occidentem aperirent? Dies igitur è ſideribus nata eſt, quam diurnæ lucis autor, quem intuemur, Sol ipſe afferre non potuit. Etiam nunc meridiano in Sole altiſſima nox animos cœcaret: niſi veſtro, bona Sidera, beneficio divina terris dies illuxiſſet. Vos, ô Stellæ noſtrates, validiori, quàm cæleſtes impulſu incitatæ, orbem terrarum velociſſimo curſu illuſtrâſtis: ad quas circumvehendas non beatarum aliqua mentium, ſed ipſe præpotens DEUS omni ardore ac ſpiritu adniſus eſt. Vobis ea gloria reſervabatur, amantiſſimi Numinis optatiſſimæ faces, ut efficaci veſtro incendio, non una tantùm urbs, verùm etiam orbis terrarum univerſus, poſito vitiorum ſenio, ad primigeniæ virtutis decus juveneſceret. * Non illi animi ferociâ, ſed ſubmiſſione: non minis ac terrore, ſed lenitate & benevolentiæ ſignificatione:

non

non instructis copiis, sed à DEO imploratis auxiliis: non armis, sed animis: non feriendo, sed ferendo: non occidendo, sed moriendo dimicaverunt; quo novo & inusitato pugnæ genere quantum profecerint, opulentissima regna & imperia per homines fermè nudos victa declarant, & terrarum orbis, sub CHRISTI ditionem potestatemque subjectus; cessit inconditæ indoctorum hominum voci compta Philosophorum eloquentia: cesserunt innumerabiles copiæ prope nudæ paucitati, gladii baculis, hastæ contis, piscatoriis naviculis classes ornatissimæ cesserunt. * Audis Apostolos, fortes illas ac vehementes animas, divino quodam spiritu afflatas, per totum orbem spirare, terramque peragrantes, nunc leni flatu pestiferos libidinis ardores temperare, nunc fortiori, ac vehementiori turbine idola diruere, profana fictitiorum deorum templa subvertere: audis tubas illas terribili sonitu bellum dæmoni stygiisque agminibus indicentes, mortales ad evertendam hujus nefarii tyranni potestatem, & labefactandum imperium cohortantes. * Primi illi Ecclesiæ fundamentales lapides Apostoli, qui suos labores per immanes terrarum mariumque tractus, ad extremos deficientis Naturæ margines protulerunt. * Nam quid est (per DEUM immortalem!) quòd prima illa fidei propugnacula, & acerrimos Divini honoris vindices, DEI in terris commilitones Apostolos, hoc præ cæteris nomine veneramur? Nonne, quia doctrinâ erudierunt populos & nationes, exemplo formârunt agendorum ideas, authoritate invaserunt omnium animos, legibus definiverunt actiones, dexteritate occupârunt affectus, solertiâ demùm & indefesso labore id egerunt, ut novos mores induerent homines, veteres detestarentur; nova sacra admitterent sana, vetita exturbarentur; humanitatem induerent urbes, immanitatem exuerent; fœdera, & concordiam stabi-

lirent populi, diſcordias, & bella averſarentur? Nonne quia univerſum inter ſe terrarum orbem partiti indixerunt bella, definiverunt victorias, reportârunt ſpolia, defixerunt trophæa, & contritis dæmonum ſimulachris, falſorumque Numinum proculcatis delubris, Crucis vexilla in clariſſimâ mundi luce explicaverunt? Nonne quia per abrupta montium,& disjunctiſſima quæque regionum, igneis veluti circumlati quadrigis evolârunt, excurrerunt penè extra Solem & ſidera, per ſquallentes arenarum tractus, per toſtas vehementiſſimo Solis applauſu regiones, per rigentes æterno frigore terrarum plagas, per inſanientes procellis Oceanos illuc evaſerunt, ubi vix hominis veſtigium apparebat? • Sed quid in Apoſtolis ſanctiſſimis & Principibus Eccleſiæ vim tanti Spiritûs oſtendo, & robur infinitum iſtius temporis, cùm illius cæleſti virtute muniti totum poſtea terrarum orbem peragraverint, univerſa maria navigarint; & cmnes gentes atque nationes à Solis ortu occaſum usque in CHRISTI JESU ditionem poteſtatemque redegerint.

SENTENT. Iſti ſunt radii veri ſolis : Milites Cœli: Nuntii Regis ſummi : Feneſtræ nitidæ veri luminis: Valvæ Poli : Claves Regni : Montes excelſi : Tubæ Olympi : Præcones CHRISTI : Veri Patres: Sæculorum Judices: Labrum ablutionis animarum: Argentum divinum:Scripturæ divinæ theſaurus:Manna Domini: Pedes CHRISTI:Manus Eccleſiæ. (*Calix. P.*) Splendidiſſimi Negotiatores, portantes coram gentibus pretioſa fidei mercimonia. Circumferunt enim aromata juſtitiæ, thura divinæ venerationis, incenſum compunctionis, balſamum caſtitatis. [*Auguſt.*] SS. Apoſtoli candidiores ſunt nive, nitidiores lacte, rubicundiores pyropo, ſapphyro pulchriores. (*Hugo Vict.*) Nubes ſunt Apoſtoli, pluentes per prædicationem, protegentes per

oratio-

Digitized by Google

orationem, corruſcantes per virtutem, volantes per contemplationem. (*Id.*) Apoſtoli conſcii fuerunt ſecretorum CHRISTI. (*Chryſoſt.*) Apoſtoli erant ſoles, emittentes radios in omnes partes mundi. (*S. Mach.*) Erant Apoſtoli cenſu pauperes, ſed innocentiâ locupletes: loco humiles, ſed ſanctitate ſublimes: viles arte, ſed ſimplicitate pretioſi; obſcuri vita, ſed vitæ merito perlucentes. (*Petr. Chryſol.*)

SIMILITUD. Sicut nubes bajulant pluviam, & effundunt eam ſuper terram: Sic Apoſtoli (qui nubes dicuntur] accipiunt verba à DEO, & effundunt ſuper rationabilem terram. (*Chryſoſt.*) Stellæ orto ſole obſcurantur; Apoſtoli, Sole juſtitiæ reſplendente, ſuâ claritate luceſcunt. Stellæ in reſurrectione cadent, ſicut folia; Apoſtoli in reſurrectione rapientur in aëra nubibus. (*Idem.*)

AQUA. Waſſer. *Eau.*

SYN. Unda, latex, liquor, flumen, fons, torrens, Aquula, Neptunus. ADJU. Pluvia, ſumma, calida, gelida, intercus, alba, nigra, alumna; bellè fluens; profluens & uber; turbida & cadaveribus inquinata. *Dulces, perennes, pulchra.* (*Ex Cic.*) Luſtralis. Weyh-Waſſer. *Eau benite.* Fontana, ſtagnans, navigera, piſcifera. (*Stroz.*) Ciſternina (*Colum.*) Scaturiens (*Pallad. Rut.*) Fluvialis, querula, herboſa, ventoſa, rutila (*Pont.*) Pura, cærulea, tumida, fragilis, caduca, exigua, limoſa, rauca viridis, mollis, deſiliens, vaga, hyberna, rapida, irrigua. (*Ovid.*) Vitrea. (*Stat.*) Limpida (*Vitr.*) Perſpicua (*Pamph.*) Transcurrens, vivax, puteana. (*Plin.*) Bullans [*Calph.*] Emaculatoria. (*Bud.*) Prægelida. (*Polit.*) *Circumrigua* [*Marull.*] Fluctiſona, piſcoſa. (*Baud.*) Putealis [*Quint.*] Placida (*Tib.*) Odora (*Adr.*) Terracea (*Theod.*) Fluctivaga (*Pict.*) Arenoſa

(*Quintianus.*) Vadoſa (*Luc.*) Potui inſuavis, Piſcium pleniſſima. (*Goltz*) Gratiſſima prorſus & ſanis natabula, & ægris medicabula. (*Apul.*) Naturalis, *vel*, nativa; jugis & perennis; reſes, pigra, lutulenta; ſaxo fluens, erumpens rupe; fluviatilis, *vel*, amnica; marina, lacuſtris. (*Pom.*) Tenuiſſima, & ad aëris naturam proximè accedens: leviſſima ſimul & tenuiſſima, tum dulciſſima & maximè potabilis, ac perennis. (*Ariſtid.*)

AMPLIFIC. Sciunt viri doctiſſimi, qui omnium veterum ſcripta gnomasque excuſſerunt, à Poëtâ principe jure Aquam nominatam fuiſſe *Optabilem & jucundam*: à Clemente verò Alexandrino *Temperantiæ medicamentum.* Neque enim memoriam obturbat atque ſenſus, neque mentis luminibus officit; ſed ut eſt apud Athenæum exDioclis & Pythagoræ ſententiâ: *Videndi aciem intendit, minime caput onerat, &c.* Cœlius legit apud Pindarum, ex primis rerum initiis optimam eſſe Aquam, & apud Heſiodum rerum ſublunarium eſſe antiquiſſimam.* Neptuno inter minora vitia, minor etiam virtutis laus debetur. Multorum ſata fœcundat, multorum obruit. Negotiantium opes promovet, & vitam non rarò evertit. Piſces ſufficit non magnopere laudandos, niſi in hominum indigentiâ. Potum exhibet; Sed neceſſitatem magis, quàm voluptatem egentium explet. Lavantium corpora excipit: ſed & nonnunquam mergit. Aqua neceſſitati ſubvenit, non ſervit luxuriæ. Neptunus depravator atque ſubverſor optimi liquoris eſt. Nam uti vilem, ac nusquam non obviam aquam œnopolis ac victoribus ſuppeditat: ità facilè vaſis affunditur, vinique ſuavitatem ac gratiam corrumpit; Sed quid amurca cum nectare? cum melle abſynthium? * Aqua eſt Elementum, ad Orbis conſtitutionem neceſſarium, quo ſublato univerſam terræ molem corruere oporteat. * Quid

Aqua

Aqua ijs, qui orti ſunt. ad victum & potum magis neceſſarium? (*Simplic.*) *Vide Maſenii Exercitat. Orat. Lib. 1. Discept. 2.*

Ecce video horribile duellum. Iratus Ignis ſtringit flammeum enſem & Aquam horridè oppugnat. Furens Aqua vibrat Tridentem Neptunium, & vix non Ignem expugnat. Scilicet Ignis erat olim Deus Chaldæorum, & Aqua erat olim Dea Ægyptiorum, Clamabant Chaldæi ſuum Deum, hoc eſt, Ignem fortiſſimum eſſe: contrà clamabant Ægyptij, ſuam Deam, hoc eſt, Aquam fortiſſimam eſſe. Quid? dicebant Chaldæi. Ignis? audite vos Ægyptij! ſuſpicite incendium Phaëthontis, totum Cœlum combuſſit. Quid? dicebant Ægyptij. Aqua? audite vos Chaldæi! reſpicite univerſalem illum Cataclyſmum, totum Orbem ſubmerſit. Quid? dicebant Chaldæi. Ignis? ſtipatur voracibus flammis, obnubilatur nigerrimis fumis, armatur fulminantibus globis, inflatur æſtibus planè ſtupendis. Quid? dicebant Ægyptij. Aqua? intumeſcit in fluctus, excandeſcit in ſpumas, erigit cærula cornua, attollit ad horripilationem algoſum crinem, elevat arenoſam frontem, exporrigit glaucisſimos oculos, aſſurgit ſuper altisſima littora, & diſrumpit cum horribili impetu anguſta regni ſui confinia: Quid; dicebant Chaldæi. Ignis? diffindit glaciem, diſſolvit nivem, liquat metalla, frangit marmora, evertit turres, diſrumpit duriſima ſaxeta, amplisſima incinerat arboreta. Evehitur fumantibus & fulgurantibus rotis, evolat cum globis igneis uſque ad ipſam Lunæ regiam, & minatur ipſi aulæ Solis. Quid? dicebant Ægyptij. Aqua? Perrumpit etiam repagula ſaxea, rapit pontes, obſidet campos, eradicat nemora, abducit homines & domicilia, greges & armenta, aſſurgit ſuper urbes & mœnia, ſuper turres & palatia, ac ità confundit regnum aëris, ut ſæpe volucres volent in æquore, & ſæpe piſces natent in aëre,

aëre. Ità Chaldæi, ità Ægyptij. Poſt longam tandem diſputationem exclamârunt omnes: *Experimentum, experimentum, experimentum!* Ergo ſubitò excitarunt Chaldæi terribilem Ignem, Ægyptij verò grandiſſimam Hydriam aquâ plenam Igni Chaldæorum impoſuerunt. Notate autem aſtutiam Ægyptiorum. Erant in hydriâ circumquaque innumera foramella, quæ cera delicatiſſimè clauſerunt. Et ecce! ùt primùm cera Ignem ſenſit, ſubitò diffluxit, & Aqua cum ſummo impetu per foramella effluxit, & totum Chaldæorum ignem ad miraculum ignorantium extinxit, & totus Ægyptiorum Exercitus clamavit. Iô! victoria! victoria! noſtra Dea eſt fortiſſima. Vicit Aqua! * Dogma fidei eſt, Aquam in Baptismo vitam Animæ largiri: Dogma Medicorum eſt, Aquam in ægritudine vitam corpori ſæpe reſtituere, reſtitutamque conſervare. Quomodò enim Aqua nocebit homini, in quâ jam inde à rerum initio ſedem poſuit omnis vitæ fons & origo DEUS? In quâ jam à Mundi exordio vectabatur Cœli terræque Conditor, non Veneris conchâ, aut Neptunio Poëtarum curru; nec Thalamego puppe inaurata, purpureis velis & eburneis Ceruchis, ad inanem pompam inſigni; verùm cæleſti Theoride, adremigantibus Cherubinis, ut Domino Univerſorum. *Spiritus Domini ferebatur ſuper Aquas*, ait ſacer Codex.

AQUILA. Adler. *Aigle.*

ADIU. Argentea, pernitioſa, funeſta [*Cic.*] Præpes (*Virg.*) Ferox (*Hor.*) Altivolans [*Text.*) Sublimis, regalis (*Apul.*) Regia, Prædatrix, grata Jovi [*Ovid.*] Flammigera (*Stat.*] Fulva, bellatrix]*Claud.*] Cæſarea (*Graſſ.*) Venatrix, nubivaga (*Pont.*) PHR. Pennata Jovis ſatelles. Famula, miniſtra Jovis. Regina avium, Inter vo lucres Aquila, quæ viribus corporis, oculorum acie perſpicaci, nobilitate quâdam animi principa-

cipatum tenet. Optimi Jovis Regalis Ales illa, propansis utrinque pinnis rapax Aquila.

AMPLIFIC. Aquila, cum se nubium tenus altissimè sublimavit, evecta alis per totum istud spatium, quod pluitur & ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini, nec fulguri locus est: In ipso, ut ita dixerim, solo ætheris, & fastigio hyemis. Cùm igitur eò sese Aquila extulit, nutu Elementi lævorsum vel dextrorsum tantâ mole corporis labitur, velificatas alas quò libuit advertens modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem pinnarum eminus indefessa remigia, ac paulisper cunctabundo volatu penè eodem loco pendula circumruetur; & quærit, quorsum potissimûm in prædam supernè sese ruat, fulminis vice; de Cœlo improvisa simul campis pecora, simul montibus feras, simul Homines urbibus, uno obtutu suo eodem impetu cernens: unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet, vel agnum incurioſum, vel leporem meticulosum, vel quodcunque esui animatum, vel inanimatum Sors obtulit laniatui. (*Apul.*) Aquilam feliciſſimi auspicii volucrem fuisse nemo nescit, qui humanas historias prælibarit. Illa est, quæ Midam tenuis fortunæ hominem, ad montes aureos incredibilium divitiarum anteceſſit. Illa, quæ Ægonem natum sub paupere tecto, ad Heraclidorùm regnum fausto omine deduxit. Illa, quæ Hieronem humilis conditionis virum, ad Regiam inter Siculos dignitatem excitavit. Illa, quæ Tarquinio, nè sua quidem superbia tantum honoris culmen meditanti, Romani imperii fastigium portendit. Illa, quæ ipsum Jovem, in cujus sceptro depicta visebatur, quo facilius ad divinitatem scanderet, suis humeris fingitur subvexisse, indeque nè rueret, suis viribus conservasse. Itaque volucres aliæ ominosæ esse solent, infelices, & inauspicatæ; Aquila nonnisi felices exorsus, felicioresque exitus ominatur.

ARA-

ARANEA. Spinne. Aragnée.

SYN. Araneus, Araneola. ADJU. Inviſa Minervæ (*Virg.*) Vaga (*Mart.*] Pendula (*Polit.*) Sublimis (*Tib.*) Venenoſa, induſtria, ſtudioſa, ſubdola, artifex. PHR. Inſectorum teterrimum. Beſtiola venenoſa.

AMPLIFIC. Vide, quâ pernicitate quantaque machinatione, ex utero fila deproperet, ſtamina deducat, adnectat ſubtegmina orbe circinato indiſſolubilique nodo implicet. En aſpice, ut à Centro ſuum percurrat, pervolitetque rete agilis. Cerne, ut ab extremis in meditullium recurrat puncto temporis, & è meditullio rurſus in ditionis ſuæ fines remigret orbemque circumeat totum. Aranea currit, procurrit, circumcurrit, diu noctuque; ut incurrentem in ſua retia capiat muſcam. Fila deducit, producit, explicat, implicat, circinat: culicem ut implicet, papilionem ut illaqueet, formicam ut irretiat unam. Aſpice fila, hoc expuens ſtamen in pavimentum deſcendit; Ipſam porrò intuere per illam deſcendentem, atque reciproco meatu aſcendentem. Ecce, quadrangularis funis ab ipſo eſt angulis circumjectus, ut mali rudens; tenuis autem funiculo applicata eſt tela, quamplurimos exprimens orbes, quorum à primo ad minimum extenſi contexuntur laquei, æquè atque orbes inter ſe diſtantes, per quos, qui in perficiendo adjuvant opere diſcurrentes, remiſſa intendunt ſtamina; verùm & texendi mercedem aſſequuntur muſcas, ſi quæ talis implicentur, capientes. Quantâ arte celat pedicas ſcutulato rete graſſantes? Quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipſa per ſe tenax ratio tramæ? &c. Aranea corripit fugam: fugientem ancilla armatâ colu inſequitur, deprehendit tandem, deturbat, proterit, prætentasque confundit telas, & plurium dierum opus momento deſtruit.

AR-

ARBOR. **Baum.** *Arbre.*

SYN. Arbutum, Virgultum, Ramus, Arbuſcula. ADJU. Aurifera. (*Cic.*) Afflicta, defecta ſenio. (*Colum.*) Bifera, celebs, glandifera, peregrina, fruticoſa. (*Plin.*) Nobilis. [*Campan.*] Ardua. (*Mant.*] Ramis incurvantibus fœta. (*Aul.*) Luxurioſa (*Pamph.*) Anœna. [Lact.] Sublimis, Flexilis, frondoſa. (*Pant.*) Verna. (*Mart.*) Aprica, opaca, umbroſa. (*Ovid.*) Revirens. (*Virg.*) Ferax. (*Cato.*) Prolixa. (*Varro.*) Plantaria. *Arbuſculæ* (*Col.*) Ramoſa. (*Luci.*) Foliata. (*Apul.*) Tenera. (*Virg.*) Procera, annoſa, caduca, rediviva, fructuoſa; in lauri faciem prolixè foliata. Fructifera, *vel*, frugifera, pomifera, felix, infelix, ſterilis. Sativa. ſata, culta. Sylveſtris, agreſtis, ſylvatica, bruta. Inſita. Novella, tenera. Vetula. Patulis diffuſa ramis. Luxurians. Continenti fronde tecta. PHR. **Der Ordnung nach gepflantzte Bäum.** *Arbres plantez a la ligne.* Arbores æquis ſpatiis deſcriptæ, dimenſæ, diſtinctæ. * **Einen Baum außbutzen.** *Nettoyer.* Arborem interlucare, collucare, frondare.* **Einen Baum abhauen.** *Coupper un Arbre.* Arborem ſecuri ſternere, cædere, reſecare, truncare, amputare. * **Abgipfflen.** *Coupper la pointe.* Tondere ramos circumquaque amputatos, attondere, interradere, decacuminare. * **Die böſe Rind abthun.** *Ecorcer,* Delibrare arborem, corticem vitioſum tollere, ut eò meliùs convalescat. * **Verſetzen** *Transplanter.* Transferre ex ſeminario in arbuſtum, inſerere, transplantare. **Umgraben** Arborem inarare, circumfodere : plantas Arborum caveis circumvenire. * **Erd um den Baum legen.** Aggerare Arborem, *vel*, aggerare terram circà Arborem. * **Graben machen/ darinnen man die junge Bäume ſetzet.** Facere, *fodere* ſcrobem ; facere foveam, in quam ſurculus depangitur.

tur. * **Der Baum ſchieſſet zu viel auß.** Luxuriat Arbor. Diffuſiores & uberiores ramos producit, quàm par eſt. * **Bäum außrotten mit den Wurtzelen.** *Arracher.* Eradicare, radicitus effodere; ſtirpitùs evellere Arborem. * **Einen Baum ſcheelen.** *Pêler.* Decorticare, excorticare Arborem. * **Das Laub ſtrauffen.** * Frondare arborem. * Arbor gemmat, gemmaſcit, gemmas emittit: Folia agit, producit: Fructibus induitur: Decerpere fructum ex Arboribus: Spoliare Arbores fructu. (Librum remittere *dicitur arbor, cùm corticem ſuâ ſponte relinquit.*) Matrix, cor, medulla Arboris.

AMPLIFIC. Arbor, cujus vertex proceritate quaſi monſtroſâ cœlum attingit; & univerſam rami terram obumbrant; cujus folia pulcherrima, fructus nimius, &c. Quæ verè florens, oculos ac nares oblectat: quæ veſtita frondibus, æſtate ramorum vireſcentium umbraculis feſſos recreat: quæ maturis fructibus onerata cultores ſuos autumni tempore paſcit. * Arbores etiam, quæ pomiferâ ſobole fœcundæ, quæ earum tantum umbrâ contentæ & ſteriles, auſtrinis laxatæ flatibus, germine foliorum renitentes, clementi motu Brachiorum dulces ſtrepitus obſibilabant. * Proceras admiramur Platanos ab ſtirpe ad primos usque ramos hederâ ita conveſtitas: ut ſummæ quidem arbores ſuis frondibus, imæ verò alienis vireant. * Concedimus in proximum Xyſtum: (**Ein bedeckter Gang**) quem gradata hinc buxus & conciſa in plurimas ſpecies, inde Tarentina Thyrtus variè tonſa, aliæque preſſæ atque retentæ manu arbuſculæ belliſſimè concludebant. * Hortum Dominus novis conſerebat arboribus: quibus emortuis, nè pomarium rareſceret, novellam ſobolem ſubſtituebat. * Vere prægnantes redduntur arbores, & vim ſuam in frondes fructúsque anniverſarios diſpertiri aggrediuntur: in autumno frondes maturi-

turitate fœtuum moriuntur. * Arbores, quas in horto tam pulchrè comatas, ac quaſi ridentes aſpicimus, primò quidem flores emittunt, poſteà verò fructus, qui paulatim matureſcunt. * Ager oleâ veſtitus, aut palmis inſignitus. Inenarrabile eſt, quanto decori ſit, cùm vento impulſi palmarum ordines concrepant, & ſuaviores ſolito funduntur dactylorum odores.

ARGENTUM. Silber. *Argent.*

SYN. Argenti metallum, pecunia. ADJU. Expoſitum, grande, purum, tam præclarum, tam nobile, optimum, plenum artis, ſignatum. (*Cic.*) Purum, putum (*Gell.*) Puſtulatum (*Quod ſæpius excoctum Suet.*] Lentum (*Virg.*) Solidum [*Syll.*] Livens [*Sid.*] Clarum (*Quint.*) Nitidum (*Barthol.*) Album [*Pont.*] Splendens, pretioſum. PHR. Argentum nil aliud eſt, quàm terra in candorem paulùm excocta, quæ in metallorum feralibus officinis, nomen terræ in igne reliquit. * Müntzen. *Battre de la monnoye.* Cudere argentum. * Silberne Credentz. Argentum eſcarium.

ARGUMENTUM. Beſtättigung. *Argument.*

SYN. Ratio. ADJU. Univerſum, parvum; præclarum & nobile; multum; moleſtum & difficile, pertenue, mediocre, maximum; graviſſimum, & firmiſſimum; proprium, commune, falſum. certum, accuſatorium: *apta & parata ſingulis cauſarum generibus; multa & firma ad probandum; certiſſima, clara; clariora luce; innumerabilia; conſimilia; gravioribus expedita; exquiſita, firmiſſima, graviora, levia, leviſſima, utilia, inſita, aſſumpta, propria, ſingula, media; plurima & certiſſima.* (*Ex Cic.*) *Horrida, & confragoſa*; diſtincta ac perſpicua; perſuaſibilia; ſimplex & breve; vanum [*Quint.*] Argumenta

ta ſi quis poſtulet, divitem me ab hâc quidem copiâ videbit, proferam lectiſſima ſimul & plurima; neque ea, quæ tardis ad fidem inſinuentur auribus: ſed quæ proprijs domeſtici ſplendoris radijs oculis ſe ſe omnium ingerant; denique non ex officinis petita Rhetorum, ſed ex (*Ordinibus ampliſſimis hujus Urbis*) non è ſedecim locis hauſta, ſed ex ſexcentis, imò innumeris (*Familijs ac tectis populoſiſſimæ magnificentiſſimaq; Civitatis hujus.*) PHR. Ratio rei dubiæ faciens fidem. Probabile inventum ad faciendam fidem. Aſtringere breviter Argumenta. In Argumentum objicere. Argumento oculorum, atque conjecturâ animi ſcrutari amplitudinem ſolis. Argumentis rem aliquam exquirere. Satis magno argumento eſſe debet, quod &c.

ARISTOTELES.

ADJU. Peripateticus. (*Varro.*) Stagirites [*Idem.*] Divinus [*Pamph.*] Stagiræus. (*Mant.*) Anagnoſtes (*Plato.*) PHR. Æmulus Iſocratis. Alumnus Platonis. Philoſophus nobiliſſimus. Præſtans longè omnibus & ingenio & diligentiâ, excepto Platone. Vir ſummo ingenio & copiâ dicendi. Flumen aurum fundens. Præſtantiſſimus ſtudio atque doctrinâ. Vir ſingulari ingenio & pene divino. [*Ex Cic.*] Philoſophus Stagirita. Peripateticorum Princeps. Imperator literarum; qui contentione indefeſſa mentis, vigilijsque incredibilibus, id egit: nè plures Imperio Macedonum ſubiunxiſſe Provincias Alexander videretur: quàm ipſe velut novas Philoſophiæ Regiones ſcribendo ac meditando detegeret. Librorum, ſtudiorum, lectionis infatigabilis & inexeplebilis ſititor. Prodigioſum, omniumque, quæ ſub Cœlo continentur, capax ingenium. Vir divinus, imò Numen quoddam, & vis quædam major Sapientiæ. Qui præcepta unus omnium optimè tradidit, & ea dicendi copiâ fuit, ut eum Cicero Auro fluentem

fluvium

fluvium nominârit. Qui eloquentiæ rationem ſummo cum labore, ſummâque mentis commentatione præceptis & methodo conſtrinxit & illigavit. Salutaris Philoſophiæ Sol. Naturæ ſcriba; qui cum ſcriberet, calamum in mente tinxit. Sapientium Princeps, prodigium, grande miraculum in totâ naturâ. Acutisſimus indagator naturæ humanæ. Inambulantis ſcholæ dictator. Venator Philoſophiæ maximus. Naturæ interpres. Atlas ille philoſophiæ. Philoſophorum oculus. Humanæ ſapientiæ promicondus. Qui acie mentis rerum omnium vim naturamque vidit, quem Cicero aureum orationis flumen fundere affirmat; cui in naturali philoſophiâ primas omnium calculis deferri video, qui nè præceptori quidem ſuo Platoni, parcendum eſſe duxit, ut veritatis cauſam defenderet, ſummus omnis philoſophicæ veritatis princeps: avidus rerum naturalium ſcrutator, ſolertiſſimusque indagator, peracutus diſputator & inveſtigator veri ſolertiſſimus. Philoſophorum Hector.

AMPLIFIC. Si quis ex ſapientibus mihi commendandus fuit, hic ſanè fuit Princeps cunctarum, quæ cogitari poſſunt, veterum artium ac diſciplinarum maximarum, & cunctorum ſcriptis, & Doctorum ore celebratus Anteſignanus, & orbis gentium Academiarum omnium dux præceptorque præſtantisſimus. Qualis autem ac quantus fuerit Ariſtoteles, fama ac celebritas nominis emiſit in Orbis gentium theatra celebriora. Quæ terrarum pars, quæ privatæ ſtudiorum officinæ, quæ publica litterarum tabernacula, quæ Religioſorum cœnobia, quæ tandem Academiæ, quæ privatæ & publicæ bibliothecæ, quæ ora linguæque mortalium Ariſtotele Principe bonarum artium, & præceptore omnis generis literarum carere potuerunt; Et ſi quæ loca, ſi quis homo iis caruit, luce carere dictus eſt ſapientiæ,

&

& in abdito tenebrarum loco jacere. Quod enim genus litterarum non tenuit, & ſummâ cum præſtantiâ? An Poëſeos laudem deſideratis, cujus cúm alia opera, tum Peplum aureum, Epigrammatibus concinnis, & ingenioſis locupletarum reliquit? An Eloquentiæ, qui tot libros Eloquentiæ poſteritati commendavit, quos noſtis omnes? Qui aureum Eloquentiæ flumen, & melle ipſo dulcius Orationis genus fudiſſe dictus eſt? Cui Cicerones, Quintiliani, cui Romani, cui Græci tantum in Oratoria facultate tribuerunt, quantùm certè quidem nemini? Longus nimis eſſem præter hujusce diei inſtitutum, ſi cuncta ſtudiorum genera, multiplicem & propè innumerabilem, quibus Ariſtoteles excelluit, literarum diverſitatem vellem conſectari dicendo. Nullum tamen cogitate fuiſſe ſcientiæ ſapientiæque munus ſuæ ætatis memoriæque floi entiſſimæ, in quo non ſummâ cum laude verſatus fuerit. Deſideratis Jus Civile? Legum peritiſſimus fuit, & quod Orator de Sulpicio, nos de Ariſtotele prædicamus: non Jurisconſultus fuerit ſolùm, ſed juſtitiæ. Medicina colebatur à veteribus; eam & didicit, & percalluit optimè in eâque ſe exercuit Ariſtoteles, Alexandri rogatu diſcipuli, quos orbis terrarum tulit, Imperatorum celeberrimi, Vultis Arithmeticæ, Geometriæ, Muſicæ, Aſtrologiæ fuiſſe ſcientiſſimum? Pelagus fuit immenſum atque profundum artium & ſcientiarum omnium Ariſtoteles. O Mare immenſum & infinitum; & in quem Philoſophum DEUS Optimus ac Maximus pro bono quidem poſteà Chriſtianorum, uſu tam multo totius ſapientiæ dotes varias & innumerabiles conferre voluit! Non immeritò illud de Ariſtotele ſcriptum legimus, & andimus. in illum ea quidem, quorum particeps & capax eſſe poteſt genus humanum, (larga, quod ajunt manu) contuliſſe Deum præpotentem omnia. (*Vide De la Cerda Camp. Eloq. Vol. 1. Orat. In laud. Ariſt.*)

AR-

ARMA. Kriegswaffen. *Armes.*

SYN. Ferrum ADJU. Aliena, aptiſſima, avita, civilia, ſempiterna, domeſtica, firma, impia, juſta, nefanda, pernitioſa, ſalutaria, ſcelerata, ſervilia. (*Cic.*) Minabunda [*Crin.*) Victricia (*Brix.*) Fulgida (*Quint.*) Præfulgentia (*Laber.*) Ultricia (*Sabell.*) Truculenta, ferrea, ærea, ſanguinolenta (*Pamph.*) Hoſtica (*Fanſtus.*) Auro cælata (*Liv.*) Inviſa (*Aldus.*) Mavortia (*Codrus.*) Graſſantia, fatalia (*Calph,*) Sonantia (*Claud.*) Infeſta, potentia, cruenta, trepidantia, pugnacia, Getica, horrida, crepitantia, ſcelerata (*Ovid.*) Luctuoſa, virilia (*Hor.*) Inimica, nocitura, funeſta, furialia (*Luc.*) Gravia, radiantia [*Virg.*]

PHR. Quæ exultantem impiorum malitiam comprimunt, compeſcunt audaciam, frænant inſolentiam, contumaciam perfringunt. Inter res illas, quarum exhorreſcere vim ac potentiam homines ſolent, Arma imprimis recenſemus, Quorum fulgor oculos perſtringit, fulmen animos exhaurit, vis horrenda non rarò proſternit. Quæ munitiſſimas urbes evertunt, Regna maxima, & Provincias potentiſſimas vaſtant, ac depopulantur, Reges Orbis & Monarchas concutiunt, vinciunt, premunt. * *Armes offenſives.* Arma impugnantia, ferientia, petentia, offendentia, ictum inferentia. *Armes defenſives.* Arma regentia, tuentia propugnantia, defendentia, protegentia. * Die Waffen ergreiffen. *Prendre les armes.* Arma capere, capeſſere, ſumere. Armis decertare, decernere, rem gerere. * Die Waffen niederlegen. *Mettre bas les armes.* Arma ponere, abjicere, deponere, Ab armis diſcedere, recedere. * Die Waffen ſeynd ungleich. *Les armes ſont journalieres.* Incertus eſt præliorum exitus. Anceps eſt fortuna belli. Mars belli eſt com-

 munis,

munis, dubius, anceps, ambiguus, caſui obnoxius. Ancipites ſunt præliorum & bellc rum eventus.

SENTENTIÆ. Nihil juvant Arma, ſi milites priùs non ſint ordinati, neque eorum Animus excitatus. (*Chryſoſt.*) Non Arma viris, ſed Armis Viri robur vir ue addunt. Nam illa ſinè his nihil operis c. ciunt. At hi non ſolùm illa parare, ſed etiam ad uſum adhibere poſſunt. (*Mileſii ad Brut.*) In armis omnia ſita ſunt in bello. (*Salluſt.*)

ARS. Kunſt. *Art.*

SYN. Artificium, ratio faciendi, facultas, doctrina, ſcientia, ſtudium, diſciplina, via, exercitatio, præceptio. ADJU. Ampliſſima omnium; abſoluta & perfecta; facillima, incompta, levis, magna; nulla, aut pertenuis; obſcura, & difficilis, perfecta; magna, atque uber; plena delectationis; multiplex ſubtilisque; inaudita, divina; excellens, humilis, fidelis, iners, intima; nimium loquax, mutua; magna & glorioſa; opinabilis, major & uberior; ſolers, potiſſima, ſordida; tanta tamque fructuoſa: *Vulgares, ingenuæ, humanæ, mutæ, præclariſſimæ, ſordidiores, antiquæ, liberales, graviores, honeſtæ, leviores, vetuſtiores, uberrimæ; civiles ac forenſes; variæ & multæ; claræ, opinabiles; comites ac miniſtræ alicujus rei; non mediocres, ſed prope magnæ; præclaræ & inter ſe pares, & ejuſdem ſociæ dignitatis; propriæ, reconditæ; variæ & diverſæ; eximiæ & multæ; elegantes & ingenuæ; plurimæ; forenſes atque populares; exquiſitæ; plurimæ atque optimæ; pretioſæ* [*Ex Cicerone.*] Omnifica. (*Architren.*) Operoſa (*Stat.*) Quæſtuoſa (*Conrad.*) Doctiſona. (*Sid.*)

PHR. Ars operum inventrix. [*Pamph.*) Præceptis Regulísque conſiſtens. Ratio recta aliquorum operum

rum faciendorum, *vel* factibilium. Ars dux certior, quàm natura (*Cic.*) Quæ naturæ vim admirabilem imitatur. Quæ ſuis ornamentis exculta, ſuis inſtructa præſidiis, ſuis locupletata divitiis in humana vita plurimum poteſt: & longè latéque, ſummo imperio terrâ marique dominatur. Quæ ſuis ſapientiæ & eloquentiæ ſplendoribus illuſtrat omnes actiones humanæ vitæ; pulchritudinemque cogitationum, ſcientiæ, doctrinarum, artium, hiſtoriarum; quæ deliteſcit tum in hominum pectoribus, tum in memoriæ theſauris, aperit & effert in aures oculósque mortalium.

AMPLIFIC. Multa Arte duce bona adepti ſumus, quibus omninò nobis à Natura fuerat interdictum. Nam maris atque navigationis uſum Natura immenſo fretorum intervallo nobis intercluſerat: Ars aperuit. Immanium beſtiarum commoda ſuſtulerat, Ars reſtituit; aliarum occultaverat: Ars indicavit. Cùm multa ſint naturæ miracula, in quibus ſingularem induſtriam, & admirabilem omninò ſolertiam homines obſtupeſcunt; tum nihil eſt, quod ullâ unquam tempeſtate, aut admirabilius novitate rei, aut excellentius dexteritate Artis ſit viſum. * Artes muniunt ac ſternunt rectam ad gloriam viam: promovent ſuos ſtudioſos ad honores: locant in ampliſſimo gradu dignitatis. Hæ denique par afferunt momentum ac præſidium ad conſtituendam Civitatis Reique publicæ ſalutem. * Artes pacem dirigunt, bellum dirimunt, vitia virtutesque premunt, aut excitant, teſtes temporum, arbitræ meritorum. * Artes non armamenta ſolùm Reipubl. ſunt, ſed etiam auxilia & fulcra. Tollantur, quid niſi ſqualor & tenebræ occupant, & ferox quædam, & ut veriùs dicam, ferina vita? * Quò innatus naturæ ardor non impuliſſet, eò aurea nonnunquam Artis calcaria Sonipedem urgent. Rarò ingenerantur hominibus

mores nobiles à ſtirpe Sanguinis, ſed ab iis, quæ vitæ conſuetudine per artem ſuppeditantur. Sæpiùs quem Natura dedit plumbeum, per induſtriam abiit in Mercurium. * Ars ſolvit hæſitanti labium, agilitatem dat impedito, ſerenat oculum perſpicaci genio, in omnem formam adaptat hominem, cùm naturam reformat. * Natura multa incipit, Ars plurima perficit. Rudis maſſa eſt in telluris viſceribus, quam Ars in aurum eliquat, quod fulgeat in aulis: in ferrum, quod vincat in campis. Stirps naturâ ſylveſtris, ferarum umbris deſervit, dum perita manus meliorem ſurculum inſerit, ſpondet fructus communi bono uberrimos. * Tolle à viridario Artem, non lilia, ſed undique deformabunt lolia. Illuſtres prædeceſſorum ceræ in fumum difflùunt, niſi eas ſolidioris literaturæ, artisque fulgor accenderit. Elangueſcit temporum injuriâ ſplendor ille, quem traduce â Majoribus venâ decimus accepit nepos, niſi novam è togatæ, ſagatæque Artis connubio gloriæ ſobolem educare adlaboret. Quin & armorum ſucceſſus plus ingenij, quàm ferri acie promovetur. Achilli haſtam, Perſeo clypeum paravit Minerva, & uterque vicit. Fruſtra itaque glorioſos in cenſum cogit avos Nobilis, neque genuinum gloriæ pullum ſe probabit niſi ſanguini copioſam Minervam, quâ unicè gloriari ex merito poſſit, ſtudioſè addiderit. Scio equidem naturam multiplici ubere ſuos lactare: & feliciori longè roboris apparatu ſuos Pallas librata alumnos reficit, ità ut dubium eſſe non poſſit, magna humanæ indoli à naturâ, majora ab induſtriâ & arte provenire.

SENTENTIÆ. Artes non ornamenta ſolùm Reip. ſunt, ſed etiam auxilia & fulcra. Tollantur, quid niſi ſqualor & tenebræ occupant, & ferox quædam aut ut veriùs dicam, ferina vita. [*Lipſius.*] Artes pacem dirigunt, bellum dirimunt, vitia virtutesque pre-

premunt, aut excitant, teſtes temporum, arbitræ meritorum. (*Idem.*) Liberalium, artium conſectatio moleſtos, verboſos, intempeſtivos, ſibi placentes facit. [*Idem.*) Hodie núllus honor Artibus, à quibus verus omnis honor. (*Idem.*) Artes magnum in parandâ virtute adjumentum, vel in paratâ ornamentum. (*Idem*) Pax mater Artium. Providentia DEI per gentes ætatesque ſpargit artium flores, magnum hunc mundi hortum velut per areolas variè colit. (*Anonym.*) Quælibet Ars firmum quiddam habet, & imperterritum ſuis in rebus. (*Arrian.*) Artem maximam exiguo labore comparari poſſe ſperas? [*Idem.*[Omnis Ars moleſtiam habet cum indocto, & ipſius imperito traditur. (*Id.*) Ad ornatum attendit omnis Ars, quando & ipſæ Artes ornatûs gratiâ ſunt inventæ. (*Philoſtr.*) Ut ſatiùs facere unum aliquid inſigniter, quàm plurima mediocriter, ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter. (*Plin. Jun.*) Is demum mihi vivere, & frui animâ videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut Artis bonæ famam quærit. (*Salluſt.*) Non facilè de Artibus rectè judicat, qui Artes ignorat. (*Cypr.*) Ars & mira diſciplinæ ſcientia, eſt toto cordis adniſu addiſcenda. [*Greg.*[Nulla Ars ſine tempore diſcitur, & ſinè præceptore. Ars Artium ſola ſinè magiſtro percipitur. (*Nilus.*) Ars eſt Philoſophia vitæ, (*Cic.*) Omnis Ars imitatio eſt naturæ, (*Sen.*) Non dat Natura virtutem; Ars eſt bonum fieri. (*Idem.*) Non eſt Ars ſui Juris, cui precarium fundamentum eſt. [*Idem.*)

SIMILITUD. Arbor ſuâpte naturâ nonniſi unicum fructum gignit, inſitione eâdem diverſi, generis fructibus oneratur: Ita qui naturam ſuam ſequitur, ſemper idem eſt: qui Arte ducitur, ſui diſſimilis eſt. (*Plin.*) Ut ingentia pondera, quæ nullis hom inmu

viribus tolli possunt, machinis facilè tolluntur: Ita quod vi nequis efficere, Ratione & Arte facilè efficies. (*Erasm.*) V. SCIENTIA.

ARX. Schloß. *Chasteau.*

SYN. Propugnaculum. ADJU. Alta (*Cic.*) Optimo situ, descriptionis genere prævalida: Firmitate munimentorum, crassitie & structura mœnium, æterna mora oppositа populis (*Galliæ*) uno impetu mediocris impressionis, modicis copiis, impulsa, prostrata, facilè subacta. Non humanis manibus, sed divinis Artibus ædificata. Naturâ situque munita; Fossis munitionibusque manufactis circumsepta. Præsidio militum, tormentis machinisque ad defensionem confirmata. Re frumentaria, commeatuque generis omnis referta. Manu naturáque munitissima. Elatissimo murorum ambitu circumsepta, turribus munitissima, vallata propugnaculis, militari præsidio tutissima, fossis inaccessa; tormentorum fulminibus, nitri pulveris acervis, ferrearum glandium cumulis, cæteráque ejusmodi bellorum supellectile gravida. Hominibus inaccessa. PHR. Arx magis ad delicias olim exculta ab loci Domino, quàm ad belli adversa præmunita. In speciem magis, quàm contra vim firma. Arx loco sita opportuno; omni ità ratione ac opere munita: nulla ut arte, nullis machinis, ferro nullo, nullo ære expugnari possit.

AMPLIFIC. Hæc in rupibus posita minas hostium irridet, copias illudit; imò etiam gravibus armis, & velut fulmine quodam desuper intonat. • Erat insuper arduus & difficilis locorum situs, exsuperanda saxorum asperitas, Arx expugnanda: quæ quidem utrum plus arti deberet, quàm Naturæ, anceps erat æstimatio. Multum erat à Natura, productam esse rupem, sic usquequaque præruptam & asperam, ut omnem aditum viderentur occludere:

Sed

Sed extractos ab Arte muros, congeſtos aggeres, addita propugnacula, non parum etiam exiſtimandum. Illa rupem in nubes uſque ſuſtulerat; hæc machinas & tormenta, quibus inde fulminaret, evexerat: Illa voragines ex omni parte cavârat: hæc lubricos margines, devexásque crepidines adjunxerat, quibus qui aſcenſum tentarent, fallentibus illicò veſtigiis in ima barathra præcipitarentur. V. Obsidio. Propugnaculum.

ASCENSIO CHRISTI.

PHR. **Chriſtus iſt gen Himmel gefahren.** *JESUS CHRIST eſt montè aut Ciel.* CHRISTUS aſcendit in cœlum, ad cœlos. Chriſtus ſe in cæleſtia templa tranſtulit; à nobis ſuper aſtra in locum altiſſimum emigravit; in beatiſſimas illas ſedes ſtupentibus Angelis aſcendit: in oras feliciſſimas ſe ſe intulit.

AMPLIFIC. Specta triumphos ex hac victoria conſecutos, & videbis non quidem quadrigis albis per laureatas militum cohortes volantem, ſed lucida nube circumfuſum, penetrantem in illas æternis ſideribus illuminatas domus, ſuæ gloriæ jam diu deſtinatas. Quæ gradientis majeſtas? quæ oculorum fulgura: quis vultûs ſplendor? quæ lux ex toto corpore defluit? Mirantur illibati ſtellarum ignes, obſtupeſcit luna, Sol ipſe moderator ſiderum, fons & diſpenſator luminis, ſuas tenebras cum tanti luminis fulgore comparatas ingenuè fatetur: Cœli deinde omnes ſanctiſſimo terrore perfuſi, certatim ſibi tam ſanctum, tam auguſtum tam Divis, hominibusque ſalutare ſidus, omnibus votis deſiderant; verum majus eſt, quàm ut iſtis ſedibus detineatur longiùs; ut apparet, progreditur, & rectè involat in æterni patris ſinum: aperiuntur fores, & cœleſtis triumphator ingreditur. Quanta, quàm velox,

quam ſtupenda cœleſtium militum acies occurrit intranti ! qui vultus ? quæ lumina ? qui apparatus ? qui flores ? quæ ſuffimenta ? qui venientium hinc & inde beatarum mentium concurſus? quæ colloquia? quis amor ? quæ univerſorum lætitia ? qui Patris æterni & Filii complexus ? quam ſancta , quam ſuavis, quam fidelis conſociatio ? hoc nè Angeli quidem poſſunt dicere.

SENTENT. Aſcendit in cœlum , ad Patrem ſcilicet , fructum carnis præferens, in diſcipulis juſtitiæ ſemina derelinquens ; Dominum euntem ad Cœlos præcedit, ſed comitatur glorioſa captivitas : non ante vehiculum ducitur , ſed ipſa evehit Salvatorem. Quodam enim miniſterio dum filius Dei filium hominis ſuſtollit , ad Cœlum ipſa captivitas portatur & portat. [*Amb.*] Aſcendamus cum CHRISTO interim corde : cum dies promiſſus advenerit , ſequemur & corpore. (*Aug.*) Reſurrectio Domini ſpes noſtra eſt : Aſcenſio Domini glorificatio noſtra eſt. (*Idem.*) Nos CHRISTI Mors vivificavit , nos Reſurrectio erexit, nos Aſcenſio conſecravit. (*Idem.*) Aſcendit DEUS, Judæis inſultantibus, Dæmonibus trepidantibus, Angelis jubilantibus, Apoſtolis admirantibus. (*Bonav.*) Pulcherrimum eſt Patri ſpectaculum , Filius æternus victor. (*Clem. Alex.*) Aſcenſio Domini, Catholicæ Fidei confirmatio. [*Euſeb. Em.*] Naſcente Domino, videbatur Divinitas humiliata : aſcendente verò Domino, eſt Humanitas exaltata. [*Greg.*] Vultis CHRISTI Saltus agnoſcere ! de Cœlo venit in uterum, de utero venit in præſepe , de præſepe venit in crucem , de cruce venit in ſepulchrum , de ſepulchro rediit in cœlum. (*Idem.*) CHRISTI Aſcenſio noſtra eſt profectio : & quò præceſſit gloria capitis, eò ſpes vocatur & corporis. (*Leo. P.*] O felix & glorioſa Aſcenſio ! quâ humana natura ſuper omnes Angelos eſt exaltata ; ruina perditorum Angelorum , per numerum

merum electorum hominum, CHRISTI ſanguine ſignatorum inſtauratur. (*Thomas Kemp.*)

SIMILITUDO. Sicut Aquila humilia deſerit, alta petit, Cœlorum vicina conſcendit: Ita & Salvator humilia Inferni deſeruit, Paradiſi altiora petiit; Cœlorum faſtigia penetravit. (*Ambr.*)

ASINUS. Eſel. *Aſne.*

SYN. Aſellus, Onager. ADJU. Onerarius, clitellarius, plauſtrarius, molarius, dorſuarius (*Cato.*) Iners (*Apul.*] Mænalius. rudens (*Fauſtus.*[Inſulſus [*Mich. Angl.*] Horripilus (*Thom. Rad.*) Segnis [*Calent.*) Ignavus [*Pont.*] Turpis (*Seneca*) Auritus, lentè gradiens, pandus (*Ovid.*) Piger (*Pallad. Rut.*) Vilis (*Lud. Bigus.*) Arcadicus [*Col.*] Tardus (*Virg.*) Plagarum & penuriæ tolerantiſſimus; exiguo & qualicunque pabulo contentus; laboris & famis maximè patiens. Viæ ſpatio defectus; & ſarcinæ pondere depreſſus, ictibusque fuſtium fatigatus, atque etiam ungulis extritis jam claudus & titubans. Frondoſo baculo ſubinde caſtigatus. Ad uſus omnes quietus. Amplo & enormi ore, & ſaxeis dentibus deformis. Aſſiduo verbere domitus. Onerarius, deſes, bardus. PHR. Cui apponuntur furfures increti ac ſordidi, multoque lapide ſalebroſi. * Cui nullæ plumulæ, nec usquam pinnulæ, ſed planè pili craſſantur in ſetas, & cutis tenella duratur in corium: & in extimis pacmulis perdito numero toti digiti coguntur in ſingulas ungulas; & de ſpinæ termino grandis cauda procedit. Ei facies enormis & os prolixum, & nares hiantes, & labia pendula. Sic & aures immodicis horripilantauctibus. (*Apulejus.*) De iſto aſino ſemper pigro quidem, ſed manducone ſummo, nunc etiam mendaci fictæ debilitatis & virginalis fugæ ſequeſtro miniſtroque. [*Idem.*] Viæ ſpatio defectus & ſarcinæ pondere depreſſus, ictibusque fuſtium

fatigatus, atque etiam ungulis extritis jam claudus & titubans asinus. (*Idem.*) Alius Asinus, divinato & ante capto socii cogitatu, statim ementita lassitudine, cum rebus totis offunditur, jacensque in mortuum, non fustibus, non stimulis, ac nè caudæ quidem & auribus cruribusque undique versum elevatis tentavit exurgere. (*Idem.*) Jam dolis abjectis & fraudibus, asinum me bonæ frugi dominis exhibeo. (*Idem.*) Molæ machinariæ sub jugum datur: frondosoque baculo subinde castigatus, ut panem sibi suisque de ejus pararet corio. Nec tantùm sui sibi gratiâ Asinum fatigare contentus molitor, vicinorum etiam frumenta mercenariis discursibus ejus conterebat. Nec ei misero statuta saltem cibaria pro tantis præstantur laboribus. Namque hordeum tritum, & sub eadem mola bestiæ quassatum ambagibus; colonis proximis venditabat: mihi verò per diem laborioſæ machinæ attento, sub ipsâ vesperâ furfures apponebat. (*Idem.*) Canterium istum vænui frustra subjicimus, & vetulum, extritis ungulis debilem, & colore reformem, & in hebiti pigritiâ ferocem, nec quidquam amplius quàm ruderarium cribrum. (*Idem.*) Ad usus omnes quietus, non mordax, nec calcitro quidem; sed prorsus, ut in asini corio modestum hominem inhabitare credas. (*Idem.*) Qui non raro pondere liberatus lassitudinem, vice lavacri, pulveris volutaribus digerit. (*Idem.*) Asinus tantis tamque magnis cruribus, duris ungulis, amplo & enormi ore, & saxeis dentibus deformis. (*Idem.*) Hic est, qui sodalem convivámque possidet luctantem asinum, saltantem asinum, jocantem asinum, voces humanas intelligentem asinum, sensum nutibus exprimentem asinum. (*Idem.*) Perdocuit illum asinum mensam accumbere, suffixo cubito alluctari, & etiam salutare sublatis primoribus pedibus; quodque esset apprimè mi-

mirabile, verbis nutum commodare, ut quod vellet relato, quod nollet dejecto capite monſtrarem, ſitiensque pocillatore reſpecto, ciliis alterna connivens liberè flagitaret. (*Idem.*) Aſinum ſarcinis propriis onuſtum & prorſus exornatum armatumque militariter, miles producit ad viam: nam & galeam nitore præmicantem, & ſcutum cæteris his longius relucens, ſic etiam lanceam longiſſimo haſtili conſpicuam, quam ſcilicet non diſciplinæ tunc quidem causâ, ſed propter terrendos miſeros viatores in ſummo, atque edito ſarcinarum cumulo ad inſtar exercitûs ſedulò compoſuerat (*Idem.*]

Eſelstreiber. *Aſnier.* Agaſo * Debet egregius Agaſo manum porrigere, capiſtro ſupendere, caudâ ſublevare, certam partem tanti ponderis, quoad reſurgit animal, ſaltem detrahere, ſed nullûm quidem defeſſo fert auxilium: ſed occipiens à càpite, imò vero & ipſis auribus totam compilat beſtiam cædens fuſte grandiſſimo; donec fomenti vice ipſam plagæ ſuſcitant, (*Apul.*) Qui Aſinum non montis excelſi tantum per arduum fatigabat jugum, nec ſaxeas tantùm ſudes incurſando conterebat ungulas; verùm fuſtium quoque crebris ictibus perſæpè, dedolabat; ut uſque plagarum medullaris inſideret calor, coxaque dextræ ſemper ictus incutiens, & unum feriendo locum diſſipato corio, & ulcertis latiſſimi facto foramine, imò fovea, vel etiam feneſtra, nullus tamen deſinebat identidem vulnus ſanguine delibutum obtundere. Lignorum verò etiam tanto aſinum premebat Pondere, ut ſarcinæ molem elephanto, non aſino paratam putares. [*Idem.*)

ASSENTIRE. vel, ASSENTIRI. **Verwilligen.** *Conſentir.*

SYN. Convenire, probare, cum aliquo ſentire, blandè mentiri, applaudere, audire. ADVERB. Temerè, apertè, arroganter, certè, facilè, falsò, frequenter,

ter, imbecillius, omninò, temerè. vehementer, libenter, paulum, planè, prorsùs, rectè, valdè, (*Cic.*)

PHR. Aſſertione approbare. In ſententiam alicujus ire. Ab alicujus ſententiâ diſcedere, *vel* diſceſſionem facere. Aſſentiri alicui de re aliqua, *vel* aliquam rem. Calculum album palam pro aliquo ferre.

ASTROLOGIA. Sternſeher Kunſt. *Aſtrologie.*

PHR. Omnium artium longè præſtantiſſima. Arduæ, & cæterarum artium excellentiſſima. Deo ter opt. max. quaſi vicina. Quæ altiſſimas alterius Orbis & Cœlorum Regiones perambulat. Quæ in ſupernum illum Mundum aſcendens, cæleſtium Orbium globos, & fulgentiſſimas ſtellatæ machinæ faces contemplatur. Quæ in Orbe illo cæleſti, relicta ſublunarium corporum mole, quaſi triumphat: & eos cognoſcit orbes, quæ rerum omnium cauſæ, res omnes ſuo quodam influxu ac ſplendore producunt. Quæ nos docet, quomodò pulcherrima illa Cœli compago reciproco volumine rotundetur, lapſu intermino volutetur.

AMPLIFIC. Divina hæc ſcientia tam eſt amabilis, ut non in immeritò ſapientiſſimus olim, & ſapientiæ ipſius filius, divinus Plato, Aſtrologiæ unius causâ oculos nobis eſſe conceſſos, affirmarit, Et certè niſi ſumma hujus diſciplinæ jucunditas eſſet, non tot Reges & Imperatores maximi, eâ potiſſimum fuiſſent delectati. Non hanc coluiſſent Julius Cæſar, Adrianus Imperator, Alphonſus Rex Hiſpaniæ. Carolus V. Maximilianus II. Philippus II. Hiſpaniarum, & Indiarum Monarcha, Leopoldus I. * Aliæ Scientiæ, & Artes pleræque omnes humi reptitant, & circa terreſtria tantùm occupantur, ſola verò Aſtronomia cæleſtia inquirit: ſola altiſſimum Cœlum ſibi pervium facit, ſola erectos tollit ad ſidera vultus.

Hæc

Hæc ab rerum terrenarum contemplatu mentes noſtras evocat ad ſpectanda cæleſtia, ad curſus ſiderum penſitandos, ad ſuperas ſedes noſcitandas. Hæc facit ut homines parùm ab Diis diſtare videantur. * Quantum ipſa per ſe Aſtrologia emolumenti ac pulchritudinis in Orbem univerſum invexerit, is probè intelliget, qui tam reconditæ ſcientiæ excellentiam, paucitatemque illorum, quibus ſublimis adeò ſecretorum communicatio obtigit; qui deinde miſeram illarum gentium conditionem, ad quam Artis illius non pervenit conditio; denique inſignem populorum omnium in hoc ſtudium inclinationem ac diligentiam expenderit. Etenim cæteræ artes ac ſcientiæ, ut rerum plerumque ſunt terræ affixarum, ita humilioribus fermè animis aperiuntur: ſubtiles verò illæ atque in cœlo fixæ ſtellarum legiones ſedesque tam anguſtis dejectisque mentibus rarò patent, ſolùm paucis, quorum ignea animi vis hæc terrena aſpernatur, cæleſtemque regionem, jam nunc etiam, in corpore ſpectat, aperta eſt. * Meritò ſanè Chryſoſtomus hanc Aſtrorum obſervantiam, pompam vocat ſatanicam, mortiferum Dæmonum cibum Gaudentius. Meritò hanc Avicenna perfidam, Varro potentibus infidam, & ſperantibus fallacem nuncupavit. Meritò denique leges ſacræ profanæque Mathematicos hoſce proſcribunt, & ſeveriſſimo decreto Concilium Bracarenſe atque etiam Toletanum exclamant: *Si quis Matheſi, vel Aſtrologiæ credendum exiſtimat, Anathema eſto.* Bene ac ſapienter Ptolomæus: *Sapiens dominabitur Aſtris.* * Aſtrologia non terras, ſed altiſſimum cœlorum columen attingit, non hæc in terris abjecta langvet; ſed in ſupernum illum mundum aſcendens, cœleſtium Orbium globos, & fulgentiſſimas ſtellatæ machinæ faces contemplatur. Hæc ardua eſt, & cæterarum artium excellentiſſima; ita non in terris terrena tractat, ſed in

cœlum

cœlis cœleſtibus occupationibus detinetur. Aſtrologia Prognoſtica, Judiciaria, vulgò Planetaria, Genethliaca, Aſtromantia, Ars & divinatoria, *vel* Divinatrix; quæ cum cúm tot vanitatibus referta ſit, non tam eſt ſcientia dicenda, quàm vàniſſima & damnata deceptio. Unde meritò exploduntur Chaldæi, & alij Conjectores, tanquam nugivendi. Hæc & altisſimas alterius orbis & cœlorum regiones perambulat ac DEO Ter. Opt. Max. quaſi vicina per ſe cultores ſuos divinos & immortales conſtituere videtur.

Felicem illum, cujus animus commorans hîc in terris, incluſus corporis compagi, ſeptus his membris mortalibus & irretitus, evolat aliquando ex ipſo carcere, ſeque liber ad occultisſimas præſtantisſimarum rerum naturas contemplandas erigit; mente atque oculis illam immenſorum orbium vaſtitatem percurrit; ſigna ſideraque, ſingulas ſtellas, tum errantes, tum certis infixas locis, & earum infinita miracula intuetur: & inde Parentis omnium atque Rectoris magnitudinem & ſapientiam æſtimat. Alij voluptatibus corporum depreſſam mentem attollere nullo modo poſſunt; ille erecto vultu, ſplendorem illum Cœli aſpicit & aſtrorum. Alij conviviis atque intempeſtivis epulis; ille altisſimis domiciliis verſatur; tectisque abditus, difixisque oculis aut ſtans aût ſedens, figuris deſcriptis intentus, Mundum omnem colluſtrat. Alij per vicos, per urbes, per provincias diſcurrentes, vix minimam perexiguæ terræ partem cognoſcunt; ille elucubrans univerſumque terrarum orbem uno ferè aſpectu percurrens, remotisſimas quasque regiones explorat.

ASTROLOGUS. Sterngucker. *Aſtrologue.*

PHR. Superſtitioſus vates, impudens ariolus. Qui Cœlum hoc, dignisſimum Philoſopho ſpectaculum, intuetur

tuetur, ſolem luſtrat & lunam, in ſublimem illum, & quâcunque parte aſpicias, ſimillimum ſibi aërem, mentem & oculos immergit. Aſtrologus tot annorum experientiâ, rerumque uſu firmatus. Qui primus cœleſtium Aſtrorum ſtationes ac domicilia, qui curſum metasque obſervavit. Cui debentur ſiderum nomina: cui explorata illorum virtus tribuitur. Qui venturas aſtrorum inclinationes conſulit, atque ex iis ſæpe generalem in multos cladem auguratur. Qui neſcio qua diſciplina, quove numine oculos in futurarum rerum caliginem mittit. Qui confuſis dubiisque oraculis ſciſcitantes fruſtratur. Cujus ſtudium eſt, unam cœli vim, unos ſiderum curſus ſcrutari. Qui primus deprehendit metas ſolis: primus liquidas, veſtigiis notabiles cæleſtium facum vias, nominibus menſurisque diſtinxit, contemplatione liberâ in ſudo aëre, & nebulis non infeſto.

AMPLIFIC. Sinè illis incerto menſium dierumque calculo fluctuarent tempora, annorum metæ dubiæ, ac revolutiones confuſæ, Lunationum indiſtinctæ periodi, eclipſium ignorata tempora, cauſæ recurſusque jacerent. Quis mortalibus errantia à fixis ſidera, quis à pluvialibus ſicca, à vernis brumalia diſtingueret, ſi deeſſent Aſtrologi? Quis crederet, minimam etiam in cœlo ſtellam, quæ quidem humanum obtutum incurrit, ſua terram magnitudine, decies octiesque ſuperare: centies verò ac ſepties etiam maximas, niſi Aſtrologi deprehenderent? Quoties ab illis tempeſtatum in aëre, bellorum in terris motus prævisi? Quoties fatales hominum caſus, exitusque inexpectatos illi ex aſtris, præcoci mentis intuitu ſpectaverunt, ac veluti ſecretorum mundi participes, aliquam cum Superis communionem habuerunt? * (*Vide Maſenii exercitationes Orator. Lib. 1. Diſcept. 9. per totum. Item Barclai Argenid. Lib. 2: Cap. 11.*)

AT

ATTENDERE: Achthaben. *Prendere garde.*

SYNONYMA. Inſpicere, animadvertere, conſiderare, circumſpicere. PHRASES. Ad aliquid attendere, *vel* animum attendere, defigere. * Gib acht/ hab acht/ daß ꝛc. *Prennez garde, donnez vous de garde, que, &c.* Vide, attende diligenter. Adverte, animadverte, quàm diligenter potes. Studium adhibe, cautionem adhibe; cautione, conſilio utere; cautus providusque ſis, cautus eſto & diligens, nè quid agas, &c. * Si diligenter attendimus, hæc apta inter ſe intelligemus. Et ſi me attentiſſimis animis ſummâ cum benignitate auditis. Erigite mentes auresque veſtras, & me dicentem attendite. Sed attendite animos ad ea, quæ ſequuntur. Præbebo me tibi vicisſim attentum contra Stoicos Auditorem. Vos oro, ut attentè bonáque cum veniâ verba mea audiatis. Dare operam Sermoni. Recita, aurium operam tibi dabo. Regum aures patere debent querelis omnium. Aures non obtuſæ crimination, ſed vacuæ præbebuntur.

AVARITIA. Geiz. *Avarice.*

SYN. Aviditas, Cupiditas, Tenacitas, Sordes. ADJU. Ardens, cæca, fœda, importuna, inexplebilis, incredibilis, nimia, ſenilis, ſumma, inexpleta, profunda, cruenta, hians atque imminens, maximè vituperanda: monſtro ſimilis. [*Seneca.*) Ad injuriam usque graſſans. Tetra & inamœna. (*Chryſoſt.*] Inhærens, & penitus inſita: Ingentia lucra cum ſummâ devorans voluptate: Rabida & furens: Sibi omnia vindicans. PHR. Bonorum nimia cupiditas. Immoderata opum aviditas. Immoderatus amor habendi. Injurioſa appetitio alienorum. Animus ad congerendas opes accenſus. Gloriæ, divitiarum, ſeu quarumlibet aliarum rerum inſatiabilis & inhoneſta

inhoneſta cupiditas. (*Hugo V.*) Idolorum veneratio, infidelitatis filia, ſenectutis vates. (*Joan. Clim.*) Injuſtus pecuniæ uſus, (*Th. Aq.*) Quarumlibet rerum inſatiabilis, & inhoneſta cupido. Opinatio vehemens de pecuniâ. Immenſa illa & inexplebilis accumulandarum opum aviditas. Omnium malorum radix : Mater improbitatis, Fomes injuſtitiæ, Damni magiſtra. Quæ omnia tyrannide, fraude, cædibus complet. Cui ingenitum eſt hoc venenum, ut ſit inexplebilis: neque ullâ rerum copiâ magis, quam Belidum urnæ ſaturetur. Qua nullum vitium tetrius. Morbus, qui permanat in venas, & inhæret in viſceribus, nec inveteratus evelli poteſt. Metropolis omnis improbitatis. Caput omnium malorum. Omnium ſcelerum graviſſima, quæ omnia & humana & divina jura, cultumque vel ipſius DEI peſſumdare conſuevit: cùm nihil ſit tam ſanctum, quod non Avaritia ſoleat violare.

SENTENTIÆ. Væ ei, qui multiplicat non ſua. Usquequò & aggravat contra ſe denſum lutum? (*Abac. 2.*) Subſtantia feſtinata minuetur. (*Prov. 13.*) Avaro nihil eſt ſceleſtius. (*Eccl. 10.*) A minore quippe uſque ad majorem, omnes avaritiæ ſtudent.]*Jer. 6.*) Avari regnum DEI non poſſidebunt. [*1. Cor. 6.*) Avaritia nec nominetur in vobis. (*Eph. 5*] Quod eſt idolorum ſervitus. [*Ibid.*) Avaritia eſt funeſta peſtis, virus Eccleſiæ; mater Hypocriſis, livoris parens, criminis fomes, virtutum ærugo, tinea largitatis. Avaritia eſt improba voluntas, & omnium malorum cauſa. (*Aug.*) De qua omnia mala oriuntur, & peccatorum omnium ſpinæ producuntur. (*Idem.*) Vitium animæ perverſæ amantis aurum. (*Idem.*) Quæ modum non habet. Quæ nec capiendo expletur, ſed invitatur: hoc egenior, quò plura quæſivit. (*Ambr.*) Quæ lucro inflammatur, & non extinguitur. (*Idem.*) Quæ ſola juveneſcit, cùm cætera vitio ſeneſcente homine

mine ſeneſcant. (*Hier.*) Quæ latenter oritur in mente : ſed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. (*Greg.*) Quæ deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur. Nam more ignis, cùm ligna, quæ conſumit, acceperit, excreſcit: & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulò poſt cernitur dilatari. (*Idem.*) Divitiarum amor inſatiabilis, qui longè amplius torquet animam, quàm refrigeret uſu ſuo. (*Bern.*) Cupiditatis ſitis, quæ numquam expletur, nec ſatiatur. Quæ non ſolùm ea, quæ habet, libidine augendi cruciatur, ſed etiam amittendi metu. Quæ hominum mentes ita obſtrictas tenet, ut eas nullo tempore reſpirare permittat. Latentium indagatrix lucrorum : manifeſtæ prædæ avidiſſima vorago : neque habendo fructu felix, & cupiditate quærendi miſerrima. Avaritiæ tyrannis, quæ miſeram animam in ſervitutem redactam ſemper inexplebiles & inſatiabiles cupiditates ſuas cogit explere, quæ cùm ſemper accipit, tum nunquam impletur, veluti multiplex quædam fera, oribus innumeris inexplebili ventri cibum transmittens, cùm nulla unquam lucrandi ſatietas exiſtit, ſed id quod ſemper accipitur, materies atque incitamentum plus habendi cupiditatis fit. [*Greg. Nyſſ.*] Plura habendi cupiditas, corruptio omnium graviſſima, inducens ad idololatriam. (*Chryſoſt.*) Qua nihil fædius, nihil immundius. (*Idem.*) Avaritiæ venenum, quod omnis mali radix eſt; noſque ſenſibus omnibus adſe translatis ad idolorum cultum incitans. [*Iſidor. Pelus.*] Libido profunda, cupiditas cæca, tempeſtas inſana: Rapacitas ſinè fine, ſolicitudo ſinè requie, ad ſua nunquam perveniens vota, quia ſatiari non novit; fidem frangit, charitatem negligit, juſtitiam negat, non cognoſcit affectus, jura divina contemnit, humana verſutis argumentis excludit, orbem totum, ſi poſſit, ut rapiat. Artifex ac dulce malum, & hominibus

minibus univerſis ſemper infeſtum. [*Zeno.*] Quæ parentes negat, germanos dividit, ſeparat ſocios, amicitiam ſolvit, excludit affectum, quam qui intra ſe habuerit, erit nullius, ſuus non erit. (*Chryſolog.*) Innatum humano generi malum. Fera peſſima. (*Diog.*) Locuples inopia. Nemo pauperior eſt, quàm dives avarus. (*Nier.*) Una omnes abſorbens voluptates. (*Idem.*) In ſupplicio ſui ingenioſior, ipſa ſe mulctans ſuis votis, ipſa ſe abdicans ſuis. (*Idem.*) Peſtis humani generis. (*Lipſ.*) Sæpe Religionis mantello velata. (*Idem.*) Phthiſis avaritiæ plerosque hominum conſumens. (*Maſen.*) Pecuniæ amor ſtudiumque, omnem animi tranquillitatem mille dilaniant curis: in omne nefas præcipites nos adigens. Rabies quædam deſperata, furor effrenatus, morbus inſatiabilis, omnium animos obtinens. Furor inſanabilis. (*Chryſoſt.*) Avaritia fidem, probitatem, cæterasque artes bonas ſubvertit; proque his ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere docuit. *Salluſt.*) Avaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupivit. Ea quaſi venenis malis imbuta corpus, animumque virilem effœminat; ſemper infinita, inſatiabilis eſt; neque copia, neque inopia minuitur. (*Idem.*) Bonas artes animi & corporis avaritia præpedit. (*Idem.*] Avaritia bellua fera, immanis, intoleranda eſt; quò intendit, oppida, agros, fana, atque domos vaſtat: divina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque mœnia obſtant, quò minùs vi ſuâ penetret; famâ, pudicitiâ, liberis, patriâ, atque parentibus cunctos mortales ſpoliat. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut quidam morbo aliquo, & ſenſûs ſtupore ſuavitatem cibi non ſentiunt: ſic Avari, & facinoroſi veræ laudis guſtum non ſentiunt. (*Cic.*) Aquila avium rapaciſſima, non oppetit morbo neque ſenio, ſed fame: ita Avarus, quò magis acce-

dit ætas, hoc magis cruciatur habendi ſtudio, & minus poteſt uti partis. (*Plin.*) In argento vivo omnia natant, excepto auro; nam hoc unum ad ſe trahit: ita nil incidit animo Avari, præter lucrum: Diſciplinæ, literæ, probitas in ſummo fluitant, non deſcendunt in pectus. [*Idem.*] Ut indicæ formicæ aurum è cavernis erutum ſervant tantum, non fruuntur: ita dives avarus nec fruitur ipſe ſuis opibus, & aliis invidet illarum uſum. (*Idem.*) Hirudo eſt quòddam pediculi genus, cui non eſt exitus cibi, quòd inſatiabile ſit; ſuctu ſanguinis intumeſcens rumpitur denique: Sic Avarus copiâ ſuâ præfocatur. (*Idem.*) Avaritia comparatur morti & inferno; quia nunquam ſatiabitur, illa occidendo, & ille deglutiendo. [*Bonav.*) Monſtro ſimilis eſt avaritia: quid enim ſtultius eſt, quod dici ſolet, quàm via deficiente viaticum augere? [*Sen.*] Avaritia eſt ſimilis igni, arida pabula depaſcenti; quæ niſi finiant, non finitur. (*Zeno.*) Cor Avari eſt quaſi fovea ſine fundo: quæ quo plus recipit, plus deglutit, ut nunquam videatur impleta. [*Bonav.*) Cor Avari quaſi ſaccus pertuſus eſt; & quidquid in eo mittitur, cadit in terram, & ideò non impletur. (*Hugo C.*)

AVARUS. Geitzig. *Avare.*

SYN, Uſurarius: Fœnerator. ADJU. Parcus, ſordidus, anguſtus & exilis, parcus & reſtrictus. Admodùm pecunioſus; Auro plenus, ebrius. Congeſto pauper in auro: A Plutone excæcatus. Scrupulis, acerrimisque conſcientiæ ſtimulis exagitatus. Lucri injuſti tenax. Rerum cumulandarum avidus. Divitiis agglutinatus. Temporalibus bonis profundiſſimè immerſus. Compedes aureas indutus. Deæ Furinæ ſacer. Euclio ſordidè tenax. Chryſeros nummularius. Gryphs auro incubans, Parcus & tenax. Cupidus atque appetens. Divitiarum immodera-

deratè ſitiens, ſuprà modum cupidus. Ad divitias imflammatus. Sordidus & illiberalis. Homo præcipiti in avaritiam animo. Avaritiæ vitio laborans. Nimio, immodico, immoderato ſtudio, effrenata cupiditate incumbens ad opes. Inhians opibus. Divitias avidius appetens. Ad divitias inflammata cupiditate raptus. Auri ſitientiſſimus. Lucri avidiſſimus. Inexplebili auri aviditate & hydropiſi laborans. Retia ubique ad nummos extendens. Auri cupiditate imflammatus. Cujus ingluviem penè tartaream non Midæ, non Crœſi, non omnis Perſarum copia explere poteſt. Charybdis & Barathrum divitiarum. Qui divitiis vitiis alimenta, ſibique malorum parat irritamenta. Qui colligit pecuniarum acervos. Qui habet hamatos ungues, piceatas manus, tenaces loculos, & alienam in arcâ monetam. Cujus animus ad opes vehementer eſt alligatus. Tantalus inter aquas, qui poma fugacia captat. E cujus oculis mille lacrimas citiùs, quàm unum è Burſâ nummum expreſſeris. Qui compoſitis nummis, cumulatâque magnâ opum vi, ob aviditatem novi quotidie lucri non utitur. Lari hians vultur. Charybdis omnia abſorbens. Qui inter opes inops eſt, eget in copia: Sitit & eſurit, cùm cellæ & horrea plena ſunt; &, ut Timon ille dixit, vitam non vitalem ducit. Cui argenti & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defoſſæ ſtrues. Sordidus homo, vel potiùs portentum hominis. Citiùs ex pumice aquam, quam ex eo elicueris beneficium. Qui ſolertiſſimus eſt, & conficiendæ pecuniæ articulos novit omnes. Perpetuus pecuniolæ ſuæ cuſtos veluti ſacrorum ædituus. Homo perparcè parcus, ſordidus, rapax, hiulcus, milvinis & aquilinis unguis. Quem neque divini Numinis horror, neque exiſtimatio Populi, neque leges ullæ coërcere poſſunt; quin omni corporis ac omni contentione, per fas ac

nefas divitias accumulare ſtudeat. Qui colligit aurum, cogit argentum, conſcientiâ animum quotidiè aſſiduo & ſurdo verbere cruciante. Euclione parcior. Qui indigeſto per acervos auro, & avaris fertilium annorum curis confidit. Milo ampliter nummatus, & longè opulentus, verùm extremæ avaritiæ & ſortis infimæ infamis homo; fœnus copioſum ſub arrabone auri & argenti crebriter exercens: exiguo lare incluſus, & ærugini ſemper intentus: Avaritiâ egenus, & ad omne lucrum inexplebilis: nec Montibus auri ſatiandus. Qui ad aurum anhelat, valedicit pudori, juſtitiæ obliviſcitur, timorem omnem calcat, amicitiam relinquit.

AMPLIFIC. Avarus extinctâ omni luce, judicio atque conſilio rejecto, tanquam Deum & numen adorat aurum, illi ſuos conſecrat labores, ſuas dedicat cogitationes, ſuos offert amplexus, illi dies & noctes inſomnes ducit, pro illo vivere tantùm exoptat, ab illo petere ſalutem anhelat. * Pecuniarum ſuarum acervos mavult incluſos ſuſpendi à tergo, quàm expoſitos ad beneficentiam collocari, in hominum Angelorumq: quaſi theatro. * Senilem in illâ ætate juvenili tenacitatem induit, & hoc tantùm agit, ut pietatis obliviſcatur, famam negligat, genium ſuum defraudet, nihil Patri decrepito, nihil Matri annoſæ, nihil fratribus aut conſanguineis, nihil egenis largitatur. * Obſtipo capite & defigens lumine terram divitias reſpicit, & quæ habitant in centro terræ metalla, inexhauſtâ effodit aviditate. Qui adeò avarus: ut propter pecuniarum aviditatem nullum quæſtum turpem putet, quotidiè fraudet, decipiat, auferat, eripiat, ſocios explicet & denique turpiſſimo generi vivendi deditus, nullum dedecus, nullam infamiam vereatur; cumque ſæpe vel legerit, vel audiverit, nihil tam parvi, tam anguſti eſſe animi, quàm amare divitias, earum tam cupidus eſt, ut

etiam

etiam contrà omnia jura divina atque humana ſeipſum avaritiæ tradat. * Qui maximè divitiis inhiat, ampliſſimas poſſeſſiones, & incommemorandam pecuniam adipiſci conatur: quem cupiditatis ſiti nunquam explere poteſt: qui plura ſemper conquirit, majora ſemper appetit, plurima congerere ſtudet: in quo adeò, ut optimè ait Aquinas Poëta: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.* Quem cupiditas auri detinet; qui quantò majores opes acquirit, tantò plures quotidie concupiſcit: & quò plura poſſidet, eò magis accenditur in eo cupiditatis ſitis. Homo reſtrictus, tenax, ſordidus; qui faciliùs ſibi patiatur dentem unum ex ore excuti, quàm nummum unum ex arca moveri. Jaſones. qui palam ad Colchos & aureum vellus eunt. Jaſones & Argonautæ, qui cùm cæleſti Aſtreæ vela ſolvere, pandere carbaſa debebant: & ad auream ecce pecudum dirigunt curſum, & in totius vitioſitatis Metropolin Avaritiam deferuntur. Ut trutina in eam partem vergit, in qua plus ponderis: ſic perfidus & avarus in eam, ubi plus æris. (*Lipſ.*) Cujus exoleta ſemper veſtis, menſa tenuiſſima & ſordida, ſupellex exilis, eaque carie exeſa, aut ſiquid fortè in domo ſplendidiuſculum fuerit, ab uſu ipſo ſepoſitum. Demum domeſtici omnes ſumptus perquàm tenues atque emendicati, & minutiſſimarum rerum importuna diligentia. (*Jovian. Pontan.*)

AUDACIA. Kühnheit. *Audace.*

SYN. Confidentia, impudentia, temeritas, animus,
ADJU. Aperta, perſpicua, callida, ſingularis; digna odio majori; effrænata, ficta, gemina, horribilis; humana &toleranda; immanis, impia, incredibilis, intolerabilis; tam varia, & tam nova levior, magna, manifeſta, nimia, ſcelerata, vera; tanta & tam perſpicua; urbana. [*Cicer.*] Projecta.

Obſirmata. Præſens, valida (*Apul.*) Inſolens [*Crinit.*) Pugnax [*Sedul.*) Incauta (*Mont.*) Præceps (*Claud.*) Effrænis & projecta. PHR. Temerarium, plenum ſceleris & audaciæ facinus. Ardor juvenilis, & quædam exultantis audaciæ inconſiderata temeritas. Effrænata audacia. Temeritas inconſideratisſima. Intemperantia intolerabilis, Firma confiſio. Alta quædam animi magnitudo. Temeraria fiducia. * **Die Kühnheit der Böſen einhalten.** *Reprimer l' audace des méchans.* Audaciam Improborum frangere, reprimere, coërcere, comprimere, frænare, refrænare, domare, contundere.

SENTENT. Nihil eſt tam ſanctum, quod non aliquando violet Audacia. (*Cic.*) Succeſſus Audaciam alebat. (*Egeſipp.*) Audacia pro muro habetur. (*Salluſt.*) Quanta cujusque Animo audacia, naturâ aut moribus ineſt; tanta in bello patere ſolet. [*Idem.*]

AUDAX. Kühn. *Hardi.*

SYN. Confidens, temerarius, impudens, petulans, inſolens. PHR. Vir incredibili importunitate & audacia. Homo projectæ audaciæ, ad audendum projectus, longè audaciſſimus, confidens ſibi ſatelles & miniſter audaciæ. Confidentiùs ſe gerens in hâc vel illa re. Suæ virtuti nimium tribuens. Nemo unquam illo audacior. Audaciâ armatus, *vel*, abundans. Audacia & impudentiâ fretus. Homa audaciſſimus. Effræni audacia inſignis. Herculeâ audaciâ admirandus. Audaciâ pluſquàm Herculeâ, *vel* Herculanâ præditus. Impudenter audax. Impudentiſſimæ audaciæ nebulo. Nimio plus audax. Audax plus ſatis. Nimiâ ſolutus audaciâ. Projectus ad audendum. Cujus eminet audacia. Frater, progenies Gigantum. Vir animo præſenti. Qui naturæ vim inferre, montem navigare, Helleſpontum jungere, com-

compedes Neptuno ac vincula injicere conatur. Homo, quo audentiorem (in DEI causâ) nullum superior (*vel* hâc) ætas vidit. * Quousque tandem tua sese effrænata jactabit audacia? Quousque tua nos eludet temeritas? Comnasculavi frontem, utcunque res cadet.

AMPLIFIC. Qui sunt audaces? Ii sunt, qui periculis non terrentur, qui discrimini objiciunt caput, qui nec vulnera, nec mortem exhorrent, quos nullus timor dejicit, nullus adversæ fortunæ casus remoratur; Qui nunquam pallent, nunquam formidant, nunquam trepidant, nec diffidunt, neque desperant; qui intrepido vultu hostem aspiciunt, ejusque minas rident, ejusque tela temnunt, eique nunquam terga vertunt, sed in illum potiús imperterriti irruunt; Qui generoso incitati laudis impetu, illuc rapiuntur, ubi discrimen gravius, ubi periculum præsentius; Qui stimulati præclarâ gloriæ cupidine, si committendum prælium est, primi se in confertos hostium cuneos immittunt; si vi expugnanda munitio, scalas admovent primi, mœnia scandunt, in hostica transiliunt castra; Qui læsi, non recedunt loco; deserti non respiciunt fugam, prostrati, non concidunt animo. Tales, *Fortuna*, Dea illa tametsi cæca volucris, inconstans, anceps, dubia semper, ac varia, *juvat*: Hoc est, periculis tutos, armis invictos & malis infractos tuetur, servat, defendit, protegit, roborat, animat, urget, in hostem incitat; obices amovet, labores levat, discrimina tollit, tela repellit; eis iter ad victoriam sternit: & arcus triumphales erigit, laureasque texit coronas & immortalis gloriæ triumphos adornat. V. Bellidux. Fortis, Generosus.

AUDIRE. Anhören. *Escouter.*

SYN. Accipere, agnoscere, intelligere, *vel* obedire, morem gerere. ADVERB. Admodùm, le-

niter, alicundè, aſſiduè, amicè, attentè, peratten-tè, benignè, commodè, liquidè, vulgò, commodò; diligenter & ſæpè; palam, perlibenter; libenter, ſtudioſeque; propiùs, quàm tardiſſimè, liberiùs, meritò, nunc primùm, perſtudiosè, ſtudioſius.

PHR. Auribus accipere, *vel*, excipere aliquid. Aliquid nec tenui auditiunculâ libare. Ad aures meas hoc pervenit, accidit. Famâ & auditione accepi. Admittere aliquid auribus. Aures monitis advertere. Aures arrigere. Facili aure annuere. Aure non adversâ audire. Bibere ore. Calent aures noſtræ illius criminibus. Claudere aures veritati, ad voces doctiſſimas. Dare patefacere alicui aures. Pandere rumoribus aurem avidam. Aures patent ad diſputationem, præceptis omnium monitiſque. Pepulit fremitus aures meas. Percuſſit aures murmur. Peregrinantur aures tuæ: perfluunt aures dicta. Venit ad aures fama. Auſculta paucis. Auſcultare ad fores, ab oſtio. Purgatis, vel arrectis auribus adſtat. (*Virg.*) Contrà: Ceram auribus obdit, (*ut Ulyſſes.*) Mens peregrina eſt. Aliquid ſtudiosè auſcultare, avidis auribus excipere, auribus captare, venari, aucupari. Captare ſonitum aure admotâ. Omnes rumorum ventos colligere. Noli adulationibus aures præbere, admovere, dedere, dare. Ne pateant aures tuæ adulationibus. Nè adulationes auribus admitte, excipe, percipe. His aures tuæ vocibus circumſonant. Alicui aures vacivas præbere, dedere, adhibere, dare, accommodare. Præbere ſe attentum, auſcultare. Aliquem benè attenteque audire, auſcultare. Alicujus dictis animum attendere. * **Laſt uns ein wenig anhören/ was man von mir ſagen thut.** *Ecoutons un peu, ce qu'on dit de moy.* Subauſcultemus, ecqua de me fiat mentio. * **Höret ſeine Stimm an.** *Eſcoutez ſa voix.* Admovete aures ad ejus vocem. Ejus dicta excipite. Loquentem audite, atque

que attendite. Hæc, non dico animo ferre, verùm auribus accipere potuiſtis; Ad ejus vocem non ſolùm aures admoveamus, ſed animos adhibeamus etiam ac mentes noſtras. * **Hört nur ein Wort an.** *Ecoutez un mot.* Auſcultа paucis. Paucis ſuper hàc re meam accipe ſententiam. Hoc auribus veſtris dignum eſt. Veſtris monitis meæ aures patebunt. Æquis id auribus accipiam. * **Du höreſt nicht zu.** *Vous n' êcoutez pas.* Non audis. Non attendis. Tuæ peregrinantur aures. Nec precibus veſtris, nec querimoniis relinquam locum. Ab tuis precibus & querelis aures avertam. * **Die Tauben hören nichts.** *Les Sourds n' entendent rien.* Surdi auditionem nullam exercent, auditu fungi nequeunt, auribus uti non poſſunt. Auditu minimè pollent. Auditûs ſenſu hàud præditi ſunt, ſed deſtituti. * **Ich hab niemahlen nichts angenehmers gehört.** *Je n' ouis jamais rien de plus agreable.* Nihil unquam ad aures meas jucundius accidit. Iſtùd eſt mihi auditu perquàm jucundum. Lætor oppidò, iſtud ex te audire. Haud iſtud invitus audio. * **Man höret auff einmahl eine Stimm auß dieſem Ort herfür kommen.** *L'on ouit tout d'un coup une voix pouſſée de ce lieu.* Vox derepentè ex illo loco extitit. * **Der König hat mich nicht anhören wollen.** *Je n'ay pû étre oüi du Roy.* Quantâvis contentione, ad Regis aures non potui adire, pervenire, aſpirare, pertingere. * **Der Fürſt wird dir heut Audientz geben/wann du dich zu ihm verfügeſt.** *Le Prince vous donnera aujourduy audience, ſi vous l' allez voir.* Princeps hodiè tibi faciet ſui copiam, ſi illum adieris. * **Ein guter Redner wird allzeit angehört.** *Un bon Orateur ſe fait touiours oüir.* Egregius Orator ſemper ſibi audientiam parit, facit, præſtat. Attentionem ſibi parat. Attentum ſibi facit Auditorem. * **Ich hab nichts davon gehört.** *Je n'ay rien oüi dire de cela.* De illâ re nihil audivi, accepi. De illâ re nè

tenuis-

tenuiſſimam quidem auditionem accepi. Nihil hac re famâ & auditione accepi. * **Ich weiß nichts darvon / als von hören ſagen.** *Je ne le ſçay, que par oüir dire.* Eâ de re præter auditum nihil habeo. De illâ re, exceptâ auditione, comperti nihil habeo. **Du glaubſt alles/was dir zu Ohren kommt.** *Vous croye tout ce, que vous entendez dire.* Quaslibet leves auditiones, pro compertis habes hiſtoriis. * **Du verdammeſt mich unangehört.** *Vous me condemnez ſans m' avoir oüi.* Me indictâ causâ condemnas. * **Ich habs hören ſagen.** *Je l' ay oüi dire.* Illud venit, pervenit ad aures meas. Hoc ad aures meas ex ſermone rumor attulit. Res illa ex rumore acceſſit ad aures meas. * Perficiendum eſt, ſi quid agere aut perficere vis, ut homines te non ſolùm audiant; verùm etiam libenter ſtudioſéque audiant. Ex illa conſona atque intemperata avicularum cantitantium harmonia, aër tantâ dulcedine permulcebatur, ut audientium animi liquido quodam nectaris imbre veluti conſperſi penè colliqueſcerent. Auditores promis auribus benevolísque animis excipiunt Oratoris vocem. * Pendebat totus ab ore dicentis attentiſſimus. Non vultum, non animum avertebat; non oculos, palpebras, non labra, non manus commovebat. Vix reſpirabat, ut viveret; qui vivebat orantis ſpiritu, reficiebatur melle verborum, ſententioſæ orationis pabulo paſcebatur.

SENTENTIÆ. Oportet velut gravioribus auribus eundem ſermonem ſæpius inſonare: quò diuturnâ ſaltem vocis contentione in audientium aures tandem loquamur. (*Nazianz.*] Sed & auribus ſuæ Leges, ſuæ cautiones: ad ſanos enim ſanctosque ſermones inclinare, & patefacere eas oportet, ac per iſtos quaſi tubos ad animum bona dicta transmittere. (*Aſterius*) Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis ſermo humiliter auditur. [*Greg.*] Tutiùs auditur veritas, quàm prædicatur. [*Aug.*] Auditores benevoli alacres reddunt

dunt Prædicatores, (*Greg.*) Auris bona eſt, quæ libenter audit utilia: prudenter diſcernit audita: obedienter operatur intellecta. (*Bern.*)

SIMILITUD. Ut fruſtra clauduntur portæ civitatis, ſi una reliquatur aperta, per quam hoſtes irrumpant: ita non ſatis eſt in cæteris temperatum eſſe, ſi Auditus pateat pernicioſis ſermonibus. [*Plut.*] Non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quoad ſpectaculum; puta, ut tantùm delectemur, ſed ut meliores efficiamur. (*Idem.*) Ut non impletur vas, quod ſemper effundit, nihil accipit: ita non accipit ſapientiam, qui ſemper loquitur, nunquam auſcultat. (*Idem.*) V. AURIS.

S. AUGUSTINUS.

PHR. Præſul Hipponenſis. Trium linguarum, latinæ, græcæ & hebraicæ, artium eloquentiæ & hiſtoriarum gloria inſignis Doctor & Lumen Eccleſiæ. Qui profeſſionem ſuam tam docendo, quàm ſanctè vivendo mirè exornavit. Qui pro ſanis dogmatibus tum voce, tum ſtylo pugnavit. Qui Manichæos, Arianos, Donatiſtas, Pelagianos, cæterósque Hæreticos omnes acerrimè oppugnavit. Maximum illud Eccleſiæ luminare, in quo vis ineluctabilis contundendi hæreticos.

AMPLIFIC. Stellæ cæteráque minora Sydera deliteſcite; Sol, Dux veſter & Imperator exoritur. Abſcedite, Scriptores ethnici, profanæ Faces, tenebricoſæ Lampades, viles Nitedulæ, veſtris vos ſubluſtribus umbris involvite: Et vos, lucidiſſima doctrinæ purioris aſtra, Doctores illuſtriſſimi, decedite quoque tantiſper, honoris gratiâ; Auguſtinus adeſt, Ingeniorum Sol, Orbis Chriſtiani clariſſimum lumen, ac decus. En, jam prodit, ſplendore virtutum ac ſcientiarum, Eccleſiæ maximum Sydus: radiis, errorum caliginem diſcutit, vitiorum tenebras pellit, hæreſiumque diſſipat nubes, & mundum eruditâ lu-

ce colluſtrat univerſum; perpetuumque, quod mirêre, diem efficit, ſuumque poſt occaſum, in ſuis, etiam nunc totus refulget, ſcriptorum Pareliis, in quibus ſuam expreſſit ipſe imaginem, nullâ temporis aut oblivionis caligine obſcurandam. O ſplendidam, quam aureis characteribus depictam in iis video, Sententiam! Quid ais, Auguſtine? Quid? Radio deſcriptum unico, nobis legendum objicis? *Mali ſerviunt bonis*, inquis. * Ingenium Auguſtini nemo totum novit, quia nemo æquavit. Ingenii ſui limites Auguſtinus ipſe neſcivit, didicit Ariſtotelem ſinè Magiſtro, vix eum Ariſtoteles ſine doctore didiciſſet. Exhauſtis omnibus ſcientiis adhuc ſciendi avidus, didicit errores Manichæorum, ut haberet, quod diſceret. Laudavit eos errores, dum neſcivit, refutavit dum didicit: & non fidei diſcipulus, jam pugnavit pro fide.

AUGUSTUS IMPERATOR.

SYN. Octavianus Cæſar. PHR. Omnium Imperatorum verè decus. Quem aliquando Roma aut non natum, aut non mortuum optabat. Qui terrâ marique pacem peperit, civilia bella compoſuit, cives conſervavit, legibus urbem fundavit, opibus ornavit. Qui cum pace terrâ pariter & mari partâ, Januam clauſiſſet: pacem inter homines & DEUM factam eſſe neſciebat. Qui quòd Romam, Euripum animorum inquietabilem, belli togæque artibus, & mirandâ poſt Orbem conditum pace fundavit, *Auguſti* nomen ad Poſteros, ambitioſâ veneratione transmiſit. Qui hoſtes, ut non haberet, ferendo, quàm feriendo facere maluit. Cui DEI Filius ſtipendiarius fuit.

AVIS. Vogel *Oiſeau.*

SYN. Avicula, Hic volucer, *cris.* Hæc Volucris, is. Hæc Ales, *itis. Alites Oſcines.* ADJU. Internunciæ, minores. (*Cic.*) Vocales oſcineſque [*Theodor.*]

Ver-

Verſicolor [*Fauſtus.*] Nidigena, nubivaga (*Textor.*] Criſtata (*Pacificus.*) Cantitans (*Th. Rad.*) Rapida, altilis, mitis (*Pont.*) Pennigera [*Mirand.*] Pennipotens (*Lucret.*) Rapax [*Lactant.*] Querula (*Seneca.*) Peregrina, hoſpes, alienigena, advena; indigena, patria, perennis, apud nos perennans; cicur, manſueta; agreſtis, immanſueta; auguralis, auſpicalis, nata auſpicio, *vel*, augurio; nocturna, noctivaga. Modò circumvolitantes, modò in viridibus nemoris arbuſculis per denſa ramorum ſpatia conſidentes. PHR. Suaviſſimæ illæ Auroræ naſcentis Cythariſtriæ. Facundæ dei Apollinis deliciæ: AMPL. Huc dulces aurium titillatrices, canoræ nemorum ſirenes; pars implicata frondium amplexibus, pars explicata campis patentibus advolate, bifidum roſtrelli cornu in omnigena modulamina depectite, diſcriminate, diverberate: jam vocis ſupremum artificii fugâ conſcendite, jam in deſcenſu mœſtum ſingultum trahite, jam ſonos minutatim ſcindite, in canora puncta diſtinguite, modulorum argutias in cincinnulos conginnate, ductum celerrimè ſpiritum veluti pennis in ſublime librate; mox aut ad ima devolvite, aut retrorſum à medio curſu reprehendite, prorſum verſum antè expectatum premite, ſiſtite, revocate, circumagite velut turbinem, nè tam ore & roſtro, quàm torno vibratum rotundatumque percipiamus. Conſulite hic dulcedinis ſatietati duritate blandiſſimâ, vocem improviſâ demiſſione introrſum flectite, exultantem cantûs hilaritatem fractis identidem numeris, quaſi mœſtitiâ temperate, ſonum denique illidite, implicate, ſuſpendite, variate, producite, ſuſpiriis, trepidatione, tremulis, modulatione, concentu, plenè, graviter, acutè. * Illæ trutillant ut citharæ, fritillant ut tibiæ, minuriunt ut barbiti, pipiunt, ut ſeſe non æquiparent litui. * Quæ Muſica gratior eſſe poteſt; cum in Aviariis [*Sylvis.*] con-

contentione ortâ, gutturculo ſuo anguſto Philomela vocum diſcrimina mille, mille ſonos effert. Trutillat turdus, ſturnus piſſitat, cacabat perdix, turtur gemit, plauſitat Palumbes: Cantu complent ſuo aliæ alia. * Volucres, cum pullos ſuos volatum docent, paulatim extollunt corpus continentes alis, ut idem ipſi facere condiſcant; ubi nonnullâ eos conſuetudine vident factos audaciores, & volitare alacriùs, liberiore niſu eoſdem provocant ad altiùs evolandum. * Illic conſona atque contemperata Avicularum cantitantium Harmonia, per viridantium ramorum intervalla, amabili quâdam petulantiâ deſultantium, aër tantâ dulcedine permulcebatur, ut audientium animi liquido quodam nectaris imbre velut conſperſi, penè colliqueſcerent. V. AURORA.

AULA. Hofhaltung. *Cour.*

SYN. Regia, Curia, Baſilica, Palatium, Vita aulica. ADJU. Fallax, magnifica, prædives, pulcherrima, non uno fixa loco, auguſta, ſplendida ad omnem ornatum compoſita, regia, illuſtris. PHR. Pietatis Schola. Religionis Palæſtra. Caſtitatis domus. Arx pudicitiæ. Templum honoris. Curia virtutis. In Aulâ Cæſaris, tanquam in verâ & liberali ſcholâ tyrocinium poſuit publicæ lucis.

AMPLIFIC. Nihil aliud eſt Aula, quàm pulchra turpitudo, libertas minimè libera, ſervitus ſpecioſa, ergaſtulum depictum & ornatum. * Aula eſt Hoſpitale ſpei, nutrix odii; diverſorium invidiæ, carcer concordiæ, Academia fraudium, patria adulationum, paradiſus vitiorum, purgatorium bonitatis, limbus jucunditatis, clauſtrum ſuſpicionum. * Splendida ſervitus eſt vita aulica. Meritò vincula nuncupat Chryſoſtomus aulicorum munera. * Aula, quantumvis compoſita, in qua vana & ſplendentia multa ſint, ſed fallaciâ & fuco quodam circumlita; intror-

introrsus vacua, aut prava. * Quid ego dicam de plerisque Principum Aulis? Intuere propiùs; castitatem ab impudicitiâ dejectam non uno loco videbis: fidem à perfidiâ excluſam, miſericordiam à ſævitiâ pulſam, modeſtiam à petulantiâ calcatam, pudorem ab inverecundiâ ſuperatum, temperantiam ab intemperantiâ proſtratam, ut fidem ſervaſſe, ſimplicis ſit eſſe ingenii: miſericordiam & modeſtiam, nimiam Religionem ſapere: verecundiam & temperantiam fœmineæ frontis & oris eſſe. * Sæpe Aulæ magnæ, ſunt magna vitiorum receptacula? & ad innocentis Principis obſequia concurrunt, & ſeſe inſinuant grandia mundi propudia. Quæ etſi ſanctior Princeps proſcribat non ſemel, ſub mendace probitatis larvâ revertuntur. Aula ſancta, rarum miraculum. Baſilius Seleucus ſententiosè appellavit (*Aſſyriorum*) Curiam criminum officinam. Benè quidem & optimè. Ibi namque ſæpe fabricatur ſuperbia, cuditur avaritia, ambitio architectatur negotiationis machinas, laſcivit impudentia, prodigalitas graſſatur; eſt enim (ſi deſit principis attentior cura) delictorum pharetra, promptuarium vitii, criminum magiſterium, impietatis officina, & nugacitatis ſchola.

SENTENT. Infelix eſt, qui tum prandet ac cœnat; cum Alexandro videtur. [*Diog.*] Militatur in Curia uſque ad canos; imò & illos conſumit Curia. Vix eſt, ut quem Curia perduxit ad canos, domum redeat vel excluſus. Si migraverint, fame pereunt: quia, ut ait Sidonius, eos non tam bonus paſcit, quàm panis alienus; ſuavior enim eſt, & quiddam ab alieno innatæ dulcedinis habet. Neſcit uti ſuo, qui ſemper abuſus eſt alieno. (*Joan. Sarisber.*) Aulici ſunt Tineæ & Sorices palatii. (*Conſtantin. Imp.*) Periculoſum eſt, in curia mori: nec leviter aſcendet ad eminentiam perfectorum, qui in curialem incidit labyrinthum. [*Pet. Bles.*) Pro vaniſſimâ vanitate militant

litant hodie Curiales noſtri in labore & ærumna, in periculis magnis, in vigiliis multis, atque in aliis vitæ diſcriminibus: in quibus gloriam Martyrii merentur; ſi hæc pro CHRISTI nomine ſuſtinerent, Nunc autem ſunt Martyres ſæculi, mundi profeſſores, diſcipuli Curiæ, milites herlinini. Per multas ſiquidem tribulationes intrant juſti in regnum cœlorum: hi autem per multas tribulationes promerentur infernum. (*Cic.*)

SIMILITUD. Heliotropium cum Sole circumagi, quocunque ille ſe moverit, teſtis eſt Plinius. Ad eundem modum proceres aulicos ad Regis Principisvè ingenium, etiam contra rectam rationem propendere, quotidiana teſtis eſt experientia. [*Gruter.*] Mulus ex equo & aſinâ conflatus, nec Equus eſt, nec aſinus: ita quidam dum & Aulici eſſe volunt, & Eccleſiaſtici, neutrum ſunt. (*Eraſmus.*) Quemadmodùm Luna quò propior eſt Soli, hoc minus habet luminis: ita plus fructûs & dignitatis eſt iis, qui procul abſunt à magnis Principibus. (*Plin.*) Formicæ triticum arrodunt ea parte, quâ germinare incipit, nè ſibi reddatur inutile: ſic potentes, quò Miniſtris perpetuò utantur, premunt; nè ſi emerſerint, tædio ſervitutis relinquant Aulam. (*Idem.*)

AULICUS. Höffling. *Homme de Cour.*

ADJU. Molliculus, politulus, effœminatus. PHR. Qui ſe totum alicujus Principis obſequio mancipavit. Qui ambitionis jugum trahit, invidiæ laqueis irretitur, libidinis immerſus luto vix reſpirat. Cujus occupationes ſunt, in excelſo quæ poſita ſunt ambire: aliorum Fortunis ac felicitati invidere: voluptates deperire, & voluptatibus nunquam ſatis ſatiari. Quem nulla ambitio vexat impotenter, nulla invidia ſtimulat acerbè, nulla libido inflammat ardenter. Qui ſumptuoſæ veſtis genere, arrogantia & contemp-

tu

tu cæterorum, licentia & dicendi, & faciendi quidquid libet, ab aliis facile distingui potest. Masculo-fœmina, aut Fœmino-masculus.

AMPLIFIC. Hi captivi sunt Tantali, cruciantur honoribus, qui nunquam satiant. Circumaguntur ut Ixiones à rotâ vitreæ fortunæ, quæ dum splendet, frangitur. Habent favores nobiles, ast mobiles valde. Quem beatum aspicit Phosphorus, sæpe miserum videt Hesperus. Baculo innituntur arundineo, quos terrestrium Deorum potestas & gratia succollat. Vinculis ligata est Aulicorum libertas, quæ à Principis pendet arbitrio tota; & tamen quantus ambitus! ut quis incedat in vinculis torquem gestans in collo, colubrum in conscientia; ad unicum Principis occursum expallescit, palloris nescius: timet, qui timorem ignorat. Curas namque alunt aulæ: qui ad earundem elevatur fastigia, se quoque ad fastidia vocari sciat. Struthionis stomachum vir aulicus habeat, opus est, ut vel ferrum quodammodo digerere possit. Glutiendi enim sunt boli etiam, qui non utcunque sunt ad salivam, quos crede difficilè concoques absque motu stomachi. Aggredere singulos, vide, quid eloquuntur. Servi sunt omnes, manuum oscula loquentur, etiam pedum: & mancipia habes in singulis, ad omnia etiam calceorum paratos obsequia. Dolent, indignos se haberi, qui opem studiumque suum impendant, qui non adnumerentur primis amicis; dolent, nec eas facultates, nec gratiam esse, nec potentiam, ut merita debitaque obsequia præstent. Omnia se debere, fortunas, vitam, sanguinem: nihil posse [magni scil. mœroris causâ] ut omnia ignores, quid, aut cui credas. Tam varius pro temporum, locorum, personarum varietate sermo: tam incerta pugnantia, mutuoque se interimentia reperias: ut certius nihil credas quàm aliquid. Ut quod magnus Afer

de Pavone, dicam de Aulicâ hac nobilitate: Omni conchylio depressior, quâ colla florent: omni petaso inauratior, quâ terga fulgent: omni syrmate solutior, qua cauda jacet multicolor, discolor, nunquam ipsa, semper alia, &c. Quid? quod toties prope mutentur, quoties moventur; semper alii, nunquam ipsi.

SENTENTIÆ. Semper hospitium & receptaculum Sapientium est Aula regia. [*Heliodor.*) Quantum secretum cubiculi sit regalis, quali reverentiâ, quo tempore locus habeatur, ubi ipsa Principis requiescit potestas; quàm nulli extraneo, immundo nemini, nulli infideli pateat illuc & permittatur accessus: quàm munda, quàm casta, quàm fidelia ibidem præstolentur obsequia, imperialis Aulæ manifestis docetur Insignibus. Quis ad ipsas Palatii fores vilis, quis propinquat indignus? (*Chrysolog.*) Qui grati aptique. Aulæ esse volunt, ejurant probitatem. [*Lipsi.*] Quidquid humani generis floris est, habere Curiam decet. (*Idem.*)

SIMILITUD. Est apud Indos herba quædam præcipui odoris, referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum sit: ita habent Principum quorundam Aulæ, quod allectet: sed occultant lethale venenum, nî caveas. (*Plin.*) Mare qui intrat & navigat, fluctus expectat: qui Aulam, suos motus. (*Lipsi.*)

AURIS, Ohr. *Oreille.*

SYN. Auricula. ADJU. Æquissimæ; apertæ atque integræ; avidæ & capaces; inhumanæ & agrestes; teretes & religiosæ, jejunæ, elegantes eruditæ, hebetiores, patentissimæ; Non obtusæ criminatione, sed vacuæ. (*Cic.*) Flaccidæ [*Colum.*] Attonitæ (*Sen.*) Applicatæ. (*Varro.*) Avida (*Claud.*) Bibulæ (*Persi.*) Capaces [*Ovid.*] Vocibus ambiguis decepta

decepta (*Idem.*) Demiſſæ (*Virg.*) Mutilata (*Liv.*) Obſeratæ (*Hor.*) Culturæ patiens [*Ovid.*) Pronæ (*Claud.*) Vaporata, vapore ſeu calore halitûs perfuſa (*Pers.*) Sermonibus verberatæ. PHR. **Es hanget ihm ein Edelgeſtein an den Ohren.** *Une pierre pretienſe luy pend aux oreilles.* Niveus lapis deducit aures. * **So bald dieſes dem König zu Ohren kommen.** *Cela étant venu aux oreilles du Roy.* Hoc ubi ad aures accidit Regis. * **Die Ohren klingen mir.** *Les Oreilles me cornent.* Sonant, *vel*, tinniunt mihi aures, * **Was für eine Stimm hat ſich in meine Ohren hören laſſen?** *Quel ſon a frappè mes Oreilles?* Quæ vox, quis ſonus aures feriit: meas ad aures appulit, accidit? * **Als dieſes Geſchrey mir zu Ohren kommen.** *Ce bruit étant venu à mes oreilles.* Cùm rumor ille ad aures meas permanâſſet, perveniſſet. * **Du brichſt mir die Ohren.** *Vous me rompez les oreilles.* Mihi aures obtundis. Meas aures obtundis, offendis. Auribus faſtidium paris, tædium affers, nauſeam moves. Te meis auribus inculcas importuniùs. * **Du haſt zarte Ohren.** *Tu as des Oreilles delicates.* Aures tibi ſunt teretes, religioſæ, delicatæ, argutæ. * **Er hatte gute Ohren/ um die Art der Poeten zu unterſcheiden.** *Il avoit les Oreilles ſçavantes, pour diſtinguer les divers caracteres des Poëtes.* Tritas habebat aures notandis generibus Poëtarum. * **Ich hab die Ohren voll von dieſem Geſpräch.** *J'ayles Oreilles battuës de ces diſçours.* Sermonibus illis aures meæ circumſonant, calent, aures tritas habeo. * **Ihm werde ich ins Ohr ſagen/ daß/ ꝛc.** *Je luy diray à l'oreille, qu'il faut, &c.* In, *vel*, ad aurem illi inſuſurrabo, *vel.* dicam, oportere, &c. * **Er hat ſcharffe Ohren.** *Il a bonne Oreille.* Habet aures acutiores. Ei acuta auris, *vel*, acutus auditus eſt. * **Er hat keine gute Ohren.** *Il n'a pas bonne Oreille.* Hebetiores

aures ei ſunt. Ei auris gravior eſt, hebetior eſt. * **Mandel-Oehl heylet die verſtopffte Ohren.** *L' huile d' amande guerit la duretè d' Oreilles.* Gravitatem Auditûs diſcutit Oleum amygdalinum. * **Herzunahen/ um einem was in das Ohr zu ſagen.** *S' approcher de quelqu' un, pour luy dire quelque choſe â l' oreille.* Alicui ad aurem accedere.

AMPLIFIC. Aures ita propriæ ſunt diſcentis, ut iis vel obſurdeſcentibus, vel occluſis, voci doctoris ſapiens eſſe non poſſit : Aures animi lances ſuam quoque merentur commendationem. Auditus ſemper patet, cujus etiam ſenſu dormientes egemus, à quo cum ſonus eſt acceptus, etiam à ſomno excitamur. Fluctuoſum iter habet, nè quid intrare poſſit; ſi ſimplex & directum pateret, proviſum etiam, ut ſi qua minima beſtiola, conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco inhæreſceret: extra autem eminent,quæ appellantur aures, & regendi causâ factas, tutandi ſenſus, & nè adjectæ voces laberentur, atque errarent, priuſquàm ſenſus ab his pulſus eſſet. Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus. Quocirca & in fidibus, teſtudine reſonatur, aut cornu, & ex tortuoſis locis, & incluſis redduntur ampliores. Aurium item eſt artificioſum quoddam & admirabile judicium,quo judicatur,in vocis, & in tibiarum ac nervorum cantibus, varietas ſonorum intervalla, diſtinctio, & vocis genera permulta,canorum, fuſcum, lene, aſperum, grave, acutum, flexibile, durum, quæ hominum ſolummodò auribus judicantur. * Trahuntur auribus homines, quòd hæ tum verba recipiant : tum voci & linguæ reſpondeant,ac deſerviant.

Digitized by Google

AURORA. Morgenröth. *Aurore.*

SYN. Diluculum. ADJU. Humida, roſcida, clari prænuncia Solis. [*Cic.*) Aurea. (*Virg.*) Solis prævia. (*Idem.*) Roſea. (*Ovid.*) Pudoricolor.(*Nav.*) Lucifera. (*Mart.*) Candida. (*Tibull.*) Unigena (*Catull.*) Pulchra. (*Mant.*) Clara, rubicunda, tarda, vigil, redux, formoſa. PHR. Bonitas Auroræ pexis capillis,& radiante vultu ſupra terras manè conſurgentis. Ad primam auroræ evigilantis majeſtatem terra lætatur. Auroram ab Hora aurea dicunt. Aurora oceano ſuperior aſſurgit. Aurora diei noctisque Diribitrix, quæ docta per Horizontem auri lineâ, lucem à tenebris, luminoſum ab obſcuro, terras à cœlo dividit, ac ſecernit. Aurora Flos lucis, qui flores hortis, floribus colores, coloribus vitam, campis arbores, arboribus frondes, frondibus virorem, cœlo lucem, terræ gratiam reponit. Aurora primus evigilantis ſolis riſus, Orientis Flora, ſerenitas Cœli, blandioris auræ parens, lucis bajula, luminis puerpera, Solis paludamentum. Aurora innocentiſſimum pariter ac ſinceriſſimum ſpeculum, & quo vivaciſſima ſolis imago ac tota radiorum majeſtas eluceſcit.

AMPLIFIC. Dicite Auroram cum Ovidio purpuream, cum Mantuano pulchram, cum Seneca fulgentem, cum Virgilio primam, cum aliis diem gemmeum, annumque aureum afferentem. * Aurorâ ſurgente totus Orbis in gaudium diffunditur. Aviculæ, ſuaviſſimæ illæ Auroræ naſcentis Cythariſtriæ, ad primum ejus adventum percuſſis nictibus, ſtatim & ad ramos frondeſque roſtella acuunt: & verecundo cantûs præludio diem tanquam ſibi ſacrum initiant, Aurorâ Avium excitatrice ſalvere juſſa. Suaveolentes illæ Hortorum ſtellulæ Flores, virides inter foliorum faſciolas, Aurorâ adventante conniven-

tia

tia capitula ſuſtollunt: & diducto decenter labello, quaſi Auroram ſalutaturi, eidem ſuaviter arrident; Verbo ad hanc Aſtrorum Dominam pro modulo ſuo conſalutandam, tanquam per Nomenclatorem citata feſtinant omnia. * Fingunt Poëtæ Auroræ lac rorem eſſe. Audite Marium Bettinum: *Nitidum flavæ lac Matutæ, cùm luteolas papillas, tenero florum inſerit ori, odorati pupuli, Coloratis cum labellis, Roſeæ circum ubera matris nutriuntur.* * Cum nuper concitato curioſæ voluntatis affectu perculſus, orientem intueri Auroram deſiderarem, montem conſcendi; atque inde ſurgentem tremulis primò radiis, velut arcum in ſole pulcherrimum, tum aureum quaſi circulum, non ſinè incredibili geſtientis animi lætitiâ conſpexi.

AURUM. Gold. *Or.*

ADJU. Melius, præclarum, coronarium, cælatum (Von erhabener Arbeit/) fuſile, gemmatum, crinibus implexum, veſtibus intextum; lentum (daß ſich gern biegen läſt/) obrizum, philippæum; ſubæratum (darinnen Kupffer iſt/) veſtibus illitum, factum, infectum, ad pernitiem vitæ repertum, Canalitium, Dalmaticum, Peruanum, fulgurans, Lydum, exitiale, purum putumque, excoctum, obtuſum, uſtulatum, puſtulatum, ad obryſam excoctum, fuſum, impolitum, rude, informe, expers operis, raſile, politum, lævatum, elaboratum, opereconſilatum, collectaneum, *vel*, redivivum (Gearbeites und wiederum zerſchmoltzenes Gold/) ductile, ductitium, malleatum, bractearium, bracteolis tenuatum, in folia ductum, tenuatum in bracteas, ductum in bracteolas, foliatum, tenui ductitium folio, ſubtili tenuatum bracteolâ, regulare, in laminas tenuatum, molitum, pilis tuſum, pulveratum, pigmentarium, dilutum, maceratum, aurum illitûs ſuperfi-

perficiarii, in fila tractum, in ſtamina ductum, tenuatum, deductum, tractile, textile, ſerico inumbratum, vaſarium, *vel*, vaſcularium, ſignatum, impreſſum monetali ſigno. PHR. Metallum omnium præſtantiſſimum. Acervus, pondus, fulgor auri. Splendens quædam terra, & nitidius paulò lutum. (*Apul.*) **Gold wiegen.** *Peſer l'or.* Appendere aurum. * **Ein mit Gold übergezogenes Kleid.** *Un habit tout bordé d'or.* Rigens auro veſtis. * **Erhoben Arbeit machen.** Effingere in auro. * Conſumere aurum in ludos. Eruere aurum terrâ. Fluit ignibus aurum.

AMPLIFIC. Nihil auro potentius, nihil honeſtius, nihil utilius, nihil in omni vitâ jucundius; qui reſpirare, vivere, ac omninò eſſe ſine auro non poſſumus. Nihil eſt in hoc ambitu rerum omnium, quod potentiâ certet cum auro. * Auri cupiditas amando lædit, nudat ditando. * Auri & argenti theſauri non tam nummorum ſunt, quàm curarum cumuli, divitiarum nomine vel hoc nomine indigni. Rideremus Cæſarum ſolia, niſi auro ſuo Cæſares ſuos complecterentur; vileſcerent apud nos diademata, niſi auream in nos lucem ab excelſis illis verticibus reverberarent; omninò ſceptra non timeremus, niſi illis aurum adderet authoritatem, Omnia aurum illuſtrat, omnia aurum amare facit, omnia aurum ſerenat. * Aurum perſequuntur ſagacitate Mercatores; Auro laborant opifices, famulantur ſervi, milites arma ferunt, remis ac velis maria nautæ ſolicitant; pulpita ingenti voce allatrant ſapientes. Aurum miſericordiam Judicibus infundit, diligentiam Advocatis & induſtriam acuit, pedibus nuntiorum alas addit. * Aurum eſt, quod miſerorum hominum ſanguine gladios & arma cætera cruentat; Aurum eſt, quod agros depopulatur & vaſtat: Aurum eſt, quod civium ædibus, templis Deorum, oppidis civitati-

bus flammas ſubijcit, & evertit; Aurum eſt, quod capulares exactâ ætate ſenes trahit in ſervitutem. Quid eſt Aurum? Materia laboris in acquirendo, occaſio doloris in retinendo, feneſtra timoris in perdendo; Aurum eſt virtutum enervatio; ducit ad ignaviam, allicit ad luxuriam. Aurum eſt felix amentia; ita poſſidentem infatuat, ut curet, quaſi eſſet proprium: ita eum non juvat, quaſi eſſet alienum. Aurum eſt oneroſa felicitas: tuo ex corde multa prolicit ſuſpiria. Aurum eſt calamitatis viaticum; plus gignit invidiæ, quàm benevolentiæ · plus parturit odii, quàm præſidii. Aurum eſt quietis perturbatio: cogit vigilare. Aurum eſt ſervus proditor: præcipitat Dominum. Aurum eſt malus Dominus: malè excipit ſervum. Aurum denique vanitas eſt: ut amnis areſcit, ut tonitru evaneſcit. * Aurum Reges coronare atque ambire ſolet; ſive quod metallorum princeps, plebeja capita faſtidiens, principis verticis jure ſuo ambitioſum eſt; Sive quod regios mores, ut illuſtriſſimi atque clariſſimi ſint, aureos eſſe oportere ſignificat; Sive tandem, quod ipſa quoque Regum opulenta libertas vinculis eſt obnoxia, ſed aureis.

Auri præſtigias decepta mortalitas non videt: propterea quod aurum in capite, atque adeò in oculis fert. * Dii boni: ut aſpicientium in ſe oculos reflectit? ut admirantium animos exhaurit, ut Majeſtatem rebus addit, & quandam conciliat venerationem. * Ille, ille radians ab auro fulgor divinitatem quandam judicat præſentem, & dùm oculos illuſtri lumine perſtringit, animos evocat, atque erigit in DEUM. * Quod ejectum ſapientes excipiunt, apud illos habitat ſecurè, per illud ipſi volitant, pomposè in eo ſupercilia ponunt, & nè nugas agere ac evolvere videantur, ſapientiam auro vendunt. *Aurum, quo Jupiter thronum ſuum, ſceptrum &

coro-

coronam induxit; Sol capillos & currum adornavit, virgam auream Mercurius efformavit; Tela aurea fecit amor; Pallas ipſa, quæ contemnere ſolet opes, auro tamen ſuæ Gorgonis umbonem ornavit, ac tandem totum cœlum auro ſuo terræ parens illuſtravit.* Hominum animos evincit, corda ſubjicit, mentes frenat & regit. Ita quos expugnare ferrum non poteſt, aurum expugnat: Qui nullo frangi cruciatu poſſunt: auro flectuntur; quorum fides nullis armis concutitur, eorum animus auro quaſſatur: Nihil eſt in hoc ambitu rerum omnium; quod potentiâ certet cum auro: Quid ſi nihil quoque, quod cum eodem certes honeſtate? * Tu es Aurum, quod omnia vincis, & exſuperas? tu rebus omnibus honeſtatem addis, & ſplendorem; per te fruimur voluptatibus, & ſine te nulla omninò eſt vita noſtra: Tu inhabitas cœlos, & aurea facis Divorum palatia. Tu Jovis ſolium, ac ſceptrum, Solis currum ac radios, Junonis coronam, Cupidinis ſagittas, Apollinis arcum exornas. Tu Divorum reliquias aſſervas; pretioſa quæque complecteris. Tu totum es in votis hominum; & qui te tolleret è mundo, ſuſtuliſſe Solem è cœlo videretur. * Verè Aurum eſt, quod miſerorum hominum ſanguine, gladios & arma cætera cruentat: Aurum eſt, quod agros depopulatur, & vaſtat; aurum eſt, quod Civium ædibus, templis Deorum, Oppidis, & Civitatibus flammas ſubjicit & vertit: aurum eſt, quod capulares exactâ ætate ſenes trahit in ſervitutem; matronas & virgines libidini parere cogit; infantes & pueros ab amplexu matrum abducit.

Aurum arctiſſimum illud naturæ vinculum diſſolvit: alienat à patre filium, ab filio patrem, in viſceribus & animis fratrum fraternum amorem extinguit; conſangvinitatem eripit, & in ſe ipſos armat propinquos. Quod eſſe majus ſcelus, quæ peſtis deteſtabilior,

lior, quæ labes contagione pernicioſior eſſe poteſt? Illud eſt, quod falſos inter ſe amicos conjungit, & ad flagitia nefandiſſima coire multos facit: illud eſt, quod in pudendam caſtitatis ſuæ proſtitutionem virgines adducit; & viris viam aperit ad libidinem. Propter ipſum nemora & ſylvas fures infeſtant, & omnium vitæ inſidiántur, propter ipſum tot homicidia in ſylvis, in agris in domibus, in urbibus committuntur; propter ipſum fides violatur, religio mutatur, ſalus venditur. * Ut ſeſe vel in modulo tantùm aureo jactitat puer; & in ſertis, & redimiculis; in cingulis etiam aliquo auro veſtitis exultant adultiores: ut ſibi matronæ nobiles applaudunt, cùm vel monile vel auream catenam, vel annulos aureos offerre poſſent in lucem.

O Aurum, quàm ingens generis humani bonum es! Sine te culina friget, per te verò lautè epulamur; ſine te ſordeſcimus nobis, per te verò magnificè veſtimur; Cum te non habemus, ſupplices advolvimur genibus aliorum; at te cùm poſſidemus, lacrymas aliorum læti videmus; Cum loculos noſtros deſeruiſti; deſerunt nos ſimul amici; Sed te cum recepto turgeſcunt, ſtipamur undique & ſalutamur. Te perſequuntur ſagaces mari mercatores, tibi laborant opifices, tibi famulantur ſervi, tibi milites arma ferunt, tibi remis ac velis maria nautæ ſolicitant, tibi pulpita ingenti voce allatrant ſapientes, tibi cuſtodias agunt & ſolliciti ſunt avari, tu miſericordiam judicibus infundis; tu diligentiam advocatis, & induſtriam acuis; tu pedibus nunciorum alas addis. Quid omnia dico? tu omnia facis, & es omnia.

Aurum nihil aliud eſt, niſi malorum omnium materies ſimul & merces. Terra utique jam olim in rerum primordiis, prævidens ejus mala, illud intra ſe recepit, & nè effoderetur, toto corpore incubuit. *

Aurum

Aurum eſt materia laboris, occaſio doloris, feneſtra timoris, laboris in acquirendo, doloris in retinendo, timoris in perdendo. Aurum eſt enervatio virtutum, nam ducit ad ignaviam, & allicit ad luxuriam: Eſt felix amentia: ita poſſidentem infatuat, ut curet quaſi eſſet proprium, ità eum non juvat, quaſi eſſet alienum. Eſt oneroſa felicitas; facit, ut ſæpe defleas, ut ſæpe profundum ſuſpirium ducas. Eſt calamitatis viaticum: plus gignit invidiæ, quam benevolentiæ; plus parturit odii, quàm præſidii. Eſt quietis perturbatio: cogit vigilare. Eſt ſervus proditor; præcipitat dominum. Eſt malus dominus, malè excipit Servum. Denique vanitas eſt; ut amnis areſcit, ut tonitru evaneſcit. * Fortiſſimum metallorum aurum eſt, vix ignibus tentandum; minus ſanè ferro, quod fornacibus fluit, cùm aurum medios ſtet inter ignes.

SENTENTIÆ. Ob eam cauſam CHRISTI amor in nobis inbecillior eſt, quia Auri amor valentior extitit; atque omnis potentia in crudeli hoc atque tyrannico inexplebili amore conſumitur. *(Iſid. Pelus.)* Aurum naturâ grave, gravius fit avaritiâ nimis. Hinc eſt, quod plus habentem deprimit, quàm ferentem: & vehementiùs aggravat corda, quàm corpora. Naſcitur in terrâ profundâ, ſectatur ipſa montium fundamenta, perque ima venarum cæcis diſcurrit anfractibus, & dum ſuam ſemper repetit ad naturam, cæleſtes animos ad inferna deponit, obſcurat ſenſus ſemper, alta mentium ſemper in terrena demergit. Aurum erogare bonum, reponere malum, contemnere validum, fugere perſecurum. Quod ſicut vincere virtutis eſt, ita felicitatis eſt evaſiſſe. Auri furor ardentius humano fervet in pectore, quam caminus totus igneſcit incendiis: & acrius homines diſſolvit in terrâ, quàm ſolvitur in calore flammarum. Crudelitatis dominus, ſævus hoſtis amando lædit, nudat vitando,

tando, ipſum etiam captivat aſpectum, fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, adimit innocentiam, docet furtum, ſuadet fraudes, imperat latrocinium. Et quid plura? Hoc eſt, quod Apoſtolus dixit, Radix omnium malorum eſt Avaritia. (*Chryſolog.*) Aurum pallet, quia plurimos ſibi inſidiantes habet. (*Dion.*] Nec Titanes majora bella indixere cœlo, quàm aurum, terræ etiam filius, & credo primogenitus Titanum. (*Nierenberg.*) Aurum nunquam habuit dominum ſtultum; hæc felicitas eſſet hujus ſtercoris pretioſi, niſi compenſaretur pari infelicitate, quod nonniſi ſtultis dominetur: ſtultus auarus eſt auri; aurum dominatur illi. Hic velut famulus, & ſatelles vigilat ad cuſtodiam Regis ſui. [*Idem.*) Cuſtodit aurum magnum ſacramentum fortunæ, & myſterium periculorum, ac perfidiæ ſuperſtitione Eleuſina. Solus ſapiens, ſi quas habuerit divitias, Dominus illarum erit. Aurum ſapientum eſt, inſipientes ſunt auri. (*Idem.*) Fit æſtimabile Mortalibus nihil, niſi illuſtret vibrans Caligines aurum. (*Idem.*] Auri cupiditas Materia perfidiæ eſt. (*Ambr.*) Non aliter ſatiatur cor hominis auro, quàm corpus hominis aurâ. [*Ant. Pad.*) Aurum eſt, quod ærumna perquirit, quod avaritia cupit, quod ſolicitudo cuſtodit. Aurum eſt materia laborum, periculoſa res poſſidentium. Aurum eſt enervatio virtutum; Aurum malus Dominus, proditor, ſervus. Aurum eſt, quod nemo tutum habet, niſi qui ſemper abſcondit: Aurum eſt, quod in perniciem do nini fulget. [*Aug.*] Sub uno igne Aurum rutilat, palea fumat. (*Idem.*) Quid eſt aurum, niſi terra rubra? id eſt parvi ponderis, & nullius valoris. (*Bonav.*) Non intelligit miſer, ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, Auro ſe alligatum teneri: & poſſideri magis, quam poſſidere divitias. (*Cypr.*) Argento

to & Auro appetitur veritas; expugnatur integritas, juſtitia vincitur, innocentia proditur, pietas fidesque violatur (*Euſeb. Em.*) Auro parietes, Auro laquearia, Auro fulgent capita columnarum; & nudus atque eſuriens ante fores noſtras CHRISTUS in paupere moritur. [*Hier.*) Nos ſuffarcinati Auro CHRISTUM ſequimur. (*Idem.*) Nudus & levis ad cœlum evola: nè alas virtutum Auri deprimant pondera. (*Idem.*) Crimen eſt, caput poſt Chriſmatis ſanctificationem, aut Auro, aut Gemmis comi. (*Idem.*) Aurum homines eſſe homines non ſinit: ſed in belluas & dæmones mutat. (*Chryſ.*) Non aureis vaſis eget DEUS, ſed aureis Animabus. (*Idem.*) Quid boni habet Aurum? Incantatio quædam eſt, & præſtigium. (*Idem.*) Acutiora ſunt Auri tela, quàm ferri. (*Pet. Dam.*) Sordet Chriſticolis rutilantis fulva Monetæ effigies. (*Prud.*) V. AVARITIA. DIVITIÆ.

AUSTRIACA DOMUS.

AMPLIFICATIO. Quantùm (DEUS immortalis!) una Domus Imperio decus arrogavit! quæ bella non ſuſcepit, vel ad extirpandos erronicæ ſuperſtitionis errores, vel ad atterenda hæreticæ pravitatis molimina, vel ad protegendum à barbarorum incurſibus Imperium, vel ad tollenda latrociniorum pericula, vel ad ſuffocanda improbitatis ſemina, vel ad reparandam ſolii majeſtatem, vel ad vindicandam Magiſtratibus auctoritatem, vel ad comparandam legibus reverentiam, vel ad inducendam pacis tranquillitatem, vel ad fulciendam morum ruinam, vel ad fundandam religionis ſecuritatem? Quæ armorum incendia in Reipublicæ interitum graſſantia non extinxit? Quod hoſtium robur non perfregit? Quos exercitus non attrivit; Quam pervicaciam non domuit? Quam audaciam non repreſſit? Quam violen-

lentiam non ſtitit ? Quam tyrannidem non ſuſtulit ? Quam crudelitatem non calcavit ? Quæ æraria non exhauſit, vel exſtruendis Catholicæ Religionis monumentis, vel diruendis perfidiæ propugnaculis, vel amplificandæ gloriæ DEI, vel minuendo Inferorum dominatui, vel dilatandis Imperii finibus, vel coërcendis exterorum cupiditatibus, vel ſeminandis in univerſam Germaniam beneficiis vel colligendis exterorum æquè ac domeſticorum affectibus? Quæ regna non cumulavit opibus ? Quas Provincias non coërcuit legibus ? Quas Curias non inſtruxit conſilio? Quos Magiſtratus non formavit documentis ? Quæ tribunalia non erexit æquitate ? Quæ templa non adornavit Religione ? Quos ludos non illuſtravit ſcientiis ? Quem campum non implevit victoriis ? Quem Oceanum non enavigavit famâ ? Quem Olympum non tranſcendit gloriâ ? Quam ſemitam non dilatavit virtutibus ? Quam mundi partem non nobilitavit exemplis ? Nihil usquam fuit gloriâ ſublime, famâ venerandum, virtute excellens, magnanimitate interritum, conſtantiâ infractum, robore ſingulare, fortitudine victorioſum, facilitate manſuetum, conſilio grave, prudentiâ maturum, beneficentiâ amabile, affabilitate gratum, lenitate innocuum, religione integrum, pietate ſanctum, juſtitiâ incorruptum, felicitate ſecundum, magnificentiâ auguſtum, majeſtate excelſum, potentiâ glorioſum; quod vel per auguſti ſanguinis privilegium ab Avis ad Nepotes nunquam interciſo fluxu derivatum, vel per bella ſecundis auſpiciis geſta, vel per fœdera adamantinâ fide ſtabilita, vel per Regum totâ Europâ diſperſorum affinitates felicibus Hymenæis initas, in unius Sereniſſimæ Domûs ornamenta non confluxerit.

AUSTRIÆ Domus, domus eſt Solis; huic ut Sol occidit nunquam, ita nec AUSTRIÆ Domus occidit unquam. Nam in DEO fundavit eandem RU-

DOL-

Digitized by Google

DOLPHUS, qui Sol eſt ſub nube panis. * Sit felix AUSTRIA, cujus felicitas terminum neſciet; furat licet orcus, rumpantur æmuli; ſtabit inconcuſſa, quæ tam ſtabili nititur fundamento. Ad aſtra Alaudæ tendent, altiusque enitentur, Auſtriacarum virtutum encomia deprædicaturæ. Siquidem Cœlo ipſo auſpice, LEOPOLDO directore, vivit & triumphat: plus pietate, quàm armis hoſtes ejus terrentur, dum eandem ſub protectione & tutelâ tam fidi Ducis militare arbitrantur.

AUTOR. **Uhrheber/ Anfänger.** *Autheur.*

SYN. Suaſor, impulſor, hortator, machinator, architectus, adjutor, monitor, conſiliarius, præfectus; Doctor & Magiſter; Caput, princeps, duxque (*Poteſt etiam de Fœminâ dici*, Hæc Autor, *juxta F. Pomey.*) ADJU. Amiciſſimus atque ſapientiſſimus; tam caſtus, tam religioſus, tam ſanctus; domeſticus, gravis, conſtans; præſtans virtute, religione, æquitate; egregius; præclarus, idoneus, locuples, luculentus; recentior, religioſiſſimus, ſummus. *Eruditiſſimi, expertes humanitatis, certi, idonei.* (*ExCic.*) Validiſſimus (*Tac.*] Sordidus (*Hor.*) *Celeberrimi, evidentiſſimi* (*Plin.*] *Claſſici* (*Gell.*) *Dubii* [*Ovid.*] *Eminentiſſimi* (*Quintil.*) bonus, certus, idoneus, certiſſimus. Gravis utilisque, tum ad mentem optimarum rerum cognitione imbuendam, tum ad vitam moresque informandos: tum inprimis ad linguæ latinæ cultum, artiumque humanitatis doctrinam percipiendam.

PHR. **GOtt iſt kein Urſach dieſes Ubels.** *DIEU n'eſt pas l' Auteur de ce mal.* Hujus mali DEUS effector non eſt, cauſa non eſt. * **Eines Laſters Urheber.** *L' Autheur d'une mêchanceté.* Sceleris architectus, autor, molitor. * **Du biſt ein Urheber dieſer Rebellion.** *Vous étes l' auteur de ces troubles.* Harum

turbarum ſtimulator, & concitator es, incentor es. * **Du biſt ein Urheber dieſes Anſchlags.** *Vous êtes l' auteur de ce deſſein.* Illud à tuo capite manavit conſilium. * **Nach meinem Rath/ oder Befehl.** *Suivant mon conſeil, ou mes ordres.* Me Autore. * **Ich rathe dir/ daß/ ꝛc.** *Je vous conſeille, de, &c.* Autor tibi ſum, ut, &c. Vel Autor ſum ad, vel, de hoc. * **Wie** Clitomachus **geſagt hat.** *Comme a dit Clitomachus.* Autore Clitomacho. * **Der dieſes geſchrieben/ oder gethan/ verantworte es.** *Que L' Auteur en reſponde.* Fides appellet Authorem. (*Plin.*) **Er iſt ein berühmter** Author. *C' eſt un Auteur Fameux.* Autor hic poſſidet gloriam famamque ſempiternam, profectione quâdam eruditionis ſarâ:

AUTORITAS. **Gewalt/ Vermögen/ Anſehen.**

SYN. Pondus, momentum, teſtimonium, exiſtimatio, vis, fides, amplitudo. ADJU. Imminuta, æterna, ſumma, cenſoria, permagna; apex ſenectutis, clara & ſtabilis; digna mutatione; honeſta & digna verecundiâ, & cultu & honore; clariſſima, contraria, conſularis, divina, inaudita, domeſtica, gravis, rata, excellens, illuſtrior, immortalis, legitima, perdita, levior, magna & imprimis gravis, mediocris, publica, minima, naturalis, patria, perpetua, pontificalis, priſtina, Senatoria, ſumma, tenuis. Summæ, privatæ. (*ExCic.*) Projecta. **Schlecht Anſehen.** (*Tac.*) Adulta, **Groß-Anſehen.** Fluxa (*Idem.*) Languida, fundatiſſima. PHR. **Ein Mann von Anſehen.** *Un Homme d' autorité.* Vir authoritate gravis. Vir magnâ auctoritate. Homo ſpectatiſſimus. Vir, in quo ſumma auctoritas eſt & amplitudo. Auctoritate valere, florere, pollere. Multum tibi in alios auctoritatis attribuis, arrogas, vindicas, uſurpas, ſuſcipis. Hebeſcit acies auctoritatis tuæ. Parum autoritatis habere. Nullâ

alie

autoritate valere. Homo tenui autoritate. Autoritatem & fidem rebus adjungere. Detrahere autoritatem alicui. Induere autoritatem. Intercessum est autoritati. (Man hat sich darzwischen gelegt. *] Das Ansehen eines andern vermindern. *Fletrir l' autorité de quelqu'un.* Alicujus Autoritatem levare, elevare, extenuare, infirmare, debilitare. De alicujus Autoritate derogare, imminuere aliquid. * Ejus Autoritas concidit, cecidit, nulla est. * Du nimmst dir einer grossen Authorität an über andere. *Vous prenez beaucoup d' autorité sur les autres.* Plurimum tibi in alios arrogas. Multum tibi in alios autoritatis attribuis, vindicas, usurpas, suscipis.

AMPLIFIC. Quis Cato vultu severior? Quis Phocion oratione gravior? Quis Numa in omni actione religiosior? hujus enim in aspectu tanta dignitas inest, in sermone tanta majestas, in incessu atque omni gestu tanta veneratio, ut ipsam quodammodò autoritatem præ se ferre videatur.

SENTENT. Humana Authoritas plerumque fallit. (*Aug.*) Authoritas fidem flagitat, & Rationi præparat hominem. [*Idem.*) Docentis Authoritas fidem rationi conciliat, attentioresque discipulos reddit. (*Basil.*] Authoritati Matris Ecclesiæ non reluctari, summus honos est & gloria. (*Bern.*) Non est certa Authoritas ejus, qui potest fallere, & falli. (*Bonav.*) Authoritas præbet fulcimentum fidei, & fides assentit authoritati. (*Idem.*] Quid in temerario Præceptorore authoritas imperandi est, nisi gladius in manu furiosi? (*Franc. Assis.*) Canonum manet incolumis atque intemerata semper authoritas. (*Greg. M.*) Maritalis Authoritatis umbra tutamen uxoris est. (*Hier,*] Nonnulli negatâ fronte, demisso supercilio, verbisque trutinatis, authoritatem sibi doctorum vendicant. [*Idem.*] Doctoralis Authoritas frequenter inflat eà præditos. (*Idem.*)

AUTUMNUS. Herbſt. *Automne.*

ADJU. Adultus (*Tacit.*] Ineunte, adulto, exeunte Autumno. Dives. (*Stat.*] Gravis (*Hor.*) Pomifer, vinifer, frugifer, calore & frigore mixtus. PHR. Gravidis abundat uvis. Maturos fructus colligit. Eſt morbis obnoxius.

AMPLIFIC. Autumnus refertus vindemiæ labris ſpumat, hortorum opes plenis calathis offert, omnia ſuis cultoribus matura exhibet: nova ſemina, ſpes ſequentis anni, ſulcis mandare colonos jubet. * Cum in hortis illam ſuaviſſimam plantam defrondeſcere, hanc gratioſiſſimam herbam occidere, iſtum purpurantiſſimum fragantiſſimumque florem Solis ictu percuſſum deſubitò conflacceſſere, arbores ramis calveſcere, frondes & folia ſtringi, cæſariatam Telluris viriditatem intermori conſpicimus.

AUXILIARI. Helffen. *Aider.*

SYN. Juvare, adjuvare, ſublevare aliquem. Alicui opitulari, adeſſe, ſubvenire, ſuccurrere. PHR. Opem ferre. Auxilium præbere. Præſto eſſe. Præſentem eſſe. Auxilio eſſe. Subſidio venire. Minimè deeſſe. Venire, *vel*, ferre ſuppetias. Dare operam. Porrigere atquè tendere opem. Commodare operam Opem & auxilium alicui afferre. In meis miſeriis divinum aliquod Auxilium & numen oſtendite. Accerſere auxilia. Collocare Auxilia in mediam aciem. Auxilium in perniciem convertere. Levare aliquem auxilio. Mutuam ſibi opem, operam, *vel* operas dare, præſtare, navare, ferre. Egenos ſuis opibus ſuſtentare, facultatibus ſublevare. Laborantem urbem ſubſidiis & annonâ juvare, ſublevare, confirmare.

AMPLIFIC. Spem ejus abjectam erexit, deſiderium penè extinctum rurſus inflammavit, inflictas miſe-

miſerias, tanquam plagas quasdam ſanavit. (*Princeps Carolo.*] laboranti ſubvenit: eumque quorundam iniquitate & injuriâ oppreſſum, non in priſtinam modò dignitatem reſtituit: ſed multis eum ornamentis affecit, firmisque præſidiis muniit. * Chriſtus & laboranti ſubmittit animos; & dicenti, verba: & facienti, vires, & hortanti, nervos: & objurganti aculeos. * Meminiſſe potes, quoties dicteriis impetitum, illuſionibus afflictum, ac omninò calumniis oppreſſum ſubjectâ auxiliari dexterâ elevaverim. Quoties per iniqui Martis furores oppugnatum proprii capitis objectu defenderim. Quoties ferro & flammis ejectum ſuis ſedibus non ſinè honoris fœnore reſtituerim.

Vides, in quam calamitatem tua felicitas fuerit devoluta? Et jacuiſſet porro conclamata, niſi me autore (*Ferdinandus*) tuis incrementis tam ſolicitè ſtuduiſſet. Mihi & illi debes, quod è ruderibus extractus jam in Palatinis ædibus hoſpiteris. Nihil his addo. Tu ipſe jam decerne, an ego tibi, an tu mihi quàm plurimùm debeas. Id ſi non vides, non jam uno oculo lippus, ſed utroque cœcus es. * Vos, qui tot è gentium ac nationum mentibus teterrimam noctem depuliſtis, flectite in me iſtos oculos, à nemine unquam adverſos: oculos, inquam, ſpei meæ jubar, ſpicula charitatis: Ex iſtis geminis radiorum fontibus decutite rorantes in me ſcintillarum imbres, vos qui cæteris profusâ largitate flammeos torrentes propinatis. Veſtram opem imploro, egenti parate, concedite flagitanti.

AUXILIUM. Hülff. *Aide.*

SYN. Præſidium, ſubſidium, adjumentum, opis, adminiculum, ſuppetiæ, adjutorium. ADJU. Præſens, adventitium, firmum, nefarium, mediocre. *Bona, fideliſſima & graviſſima; imbecilla, voluntaria;*

via; *magna & varia*; *multa, noviſſima.* (*Cic.*) Argentarium. (*Plaut.*) Emortuum (*Idem.*) Invalidum. (*Tacit.*) Validius, valentiſſimum (*Celſ.*) Vitale, (*Lucret.*) Mutuum (*Quint.*] *Accita* (*Tac.*) PHR. **Ich werde mich mit der Hülffe GOttes beſſern.** *Je m'amanderay, DIEU aidant.* Emendabo vitam, DEO favente, juvante, benè propitio: obſecundante Numine, DEO dante, DEO benè juvante. **Einen um Hülff anruffen.** *Demander aide à quelqu'un.* Ab aliquo opem petere, anxilium implorare, adjumentum quærere. Alicujus fidem implorare, auxilium expoſcere. Aliquem appellare, implorare atque obteſtari. Ad aliquem, *vel*, ad opem alicujus confugere, profugere, ſe vertere, ſe convertere. Adire aliquem, ad petendam opem.

SENTENTIÆ. Non victis, neque infauſtè agentibus, ſed vincentibus, & Fortunâ ſecundâ utentibus omnes ubique volunt ferre ſuppetias. (*Dio Prus.*] Nullus ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam negat. (*Lactant.*) tunc amor ſocialis efficitur, cum in communi protrahitur. [*Bern.*) Oleum pietatis, & miſerationis Unguentum: quantò copioſius in fraternas neceſſitates effunditur, tantò donis potioribus augmentatur. (*Caſſiod.*) Amicis ita prodeſſe debemus, ut nobis non noceamus. (*Idem.*) Adjuvare imbecillem, charitatis eſt: adjuvare velle potentem, elationis. [*Greg.*) Impudens poſtulatio, tempore neceſſitatis & anguſtiæ ab eo quærere auxilium, quem in proſperitate contempſeris. (*Hier.*] Illis favemus ſæpiùs, à quibus referendæ gratiæ vicem ſperamus. (*Amb.*) Nihil tam ſecundùm naturam eſt, quâm juvare conſortem naturæ. (*Idem.*] Nihil ſic probat animum, quàm onera amici portare. [*Aug.*] Juſtum conſilium eſt, ut qui ſe à potentiori vult adjuvari, adjuvet & inferiorem, ſi eſt ipſe potentior. (*Idem.*) Alteri vivas oportet, ſi tibi vis vivere. [*Sen.*) Lento adjutorio opus

opus eſt contra mala continua & fœcunda; non ut deſinant, ſed ut nè vincant. (*Idem.*) Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit. [*Solon.*) Habet in adverſis auxilia, qui in proſperis commodat. (*Idem.*) Homines hominum causâ generati ſunt, ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſint. (*Cic.*) Fructus ingenii, & virtutis, & omnisque præſtantiæ tunc maximus capitur, cùm in proximum quemque confertur. [*Idem.*] Omnis hominum fortitudo ſinè DEI virtute, imbecilla reputatur, & nihili. (*Hier.*) Conſilium hominis ſine divino auxilio infirmum eſt, & inefficax. (*Hugo V.*] Nemo tribulato libentiùs ſuccurrit, quàm qui tribulationum caſus expertus eſt. (*Aug.*] Qui ſuccurrere perituro poteſt; ſi non ſuccurrat, reus mortis ejus erit. (*V. Beda.*] Oportet dilatum auxilium venire validiùs, & ſubvenire perfectiùs. (*Bern.*) Cadit Aſina, & eſt, qui ſublevet eam: perit Anima, & nemo eſt, qui reputet. (*Id.*] O humana miſeria! O lacrymabilis defectus amoris! Cadit elephas, & eſt qui auxilium ferat: capitur paſſer, & eſt qui ſucurrat: porcus vociferatur, & invenitur, qui adjuvat; Sed ſi cadit homo, non eſt qui adjuvat, nec qui in auxilium vadit. (*Bonav.*] Quamdiu vento navigas ſecundo, manum naufrago præbe: quandiu rectè vales, & dives es, afflicto ſuccurre. [*Naz.*)

SIMILITUDO. In tempeſtate qui confugiunt ſub arborem, ſerenitate factâ ramos illius vellunt fugientes. Sic in rebus afflictis utimur præſidio quorundam, quos eosdem per invidiam affligimus in rebus proſperis. (*Plut.*)

B.

BACCHANALIA, *orum*, vel, *ium*. Faſtnacht. *Carnaval.*

SYN. Dionyſia; Bacchi Sacra; Lupercalia; PHR. Dies antecinerales. Hilariorum dies. Genialium epularum feriæ. Saturnaliorum cætuum ludicræ feriæ. Geniales appetentis Quadragenarii Jejunii dies. Bacchanales feriæ, quibus non feriatur, ſed otioſæ laſciviæ, ut mos eſt, operatur licentia. * Optati dies illi, quos Minervæ curioſioris homines Geniales nuncupant. Quibus bacchatur effrænata hominum impunitaque licentia. Quibus proni homines in laſciviam & luxuriam impunè debacchantur. Illud anni tempus, quo proni eſſe in licentiam, & fluere in luxum homines ſolent. Bacchi feriæ, ubi mundus totus, ſepoſitis tantisper ſeriis, ad joca & ſales, ad ludos & ſpectacula, ad epulas & convivia effunditur. * **Faſtnacht halten.** *Faire Carnaval.* Hilaria celebrare. Geniales agere ferias. Totum hilaritati ſe dare per Bacchanalium ſolemnes dies. * **Cato hat die Faſtnacht abgeſtellt.** *Caton a aboli le Carnaval.* Cato invaleſcentem, & ſuperſtitione corrobotatam, impunitate confirmatam, turpiſſimam Bacchanaliorum licentiam perculit, compreſſit, & pudore omnium invidiaque obruit. * **Man muß die Faſtnacht zu Venedig ſehen.** *Il faut voir le Carnaval de Veniſe.* Venetiis geniales ante magnum Jejunium dies pompâ ſuâ peregrinos invitant.

AMPLIFIC. Illi dies Bacchanalium illuxerunt, quibus cùm peccare libertas non poſſit, inſolenti reſplendent apparatu menſæ, omnia tumultu grato permiſcentur, gula triumphat, venter exultat, culinæ laborant, penuaria vacuantur, cænacula replentur,

tur, domus frequentantur, plateæ reſonant, urbes confunduntur, ſcholæ tacent. Nihil cum libris, ſed cum cibis: nihil cum intellectu, ſed cum potu negotiandum; & dùm venter hoc tempore totius anni fructum examinat, diebus iſtis æſtatis meſſis, & Autumni fructus in hanc usquè metam delati, velut graviſſimum naturæ vectigal intra ventrem reconduntur. Itanè ergo Orgiophantæ fædiſſimi, ventris inertis mancipia, Idololatræ facti ſunt Chriſtiani? Itanè Chriſtianorum venter eſt DEUS, & ipſis belluis facti deteriores, liberi hominis naturam violant, & rationis præſtantiam communi cum brutis commercio confundit? * Quo tempore jejunium olim Chriſtus ſuſcepit, tu Chriſtiane, te ingurgitando laborabis? quo Chriſtus famebat, tu plenus ructabis? Quo Chriſtus ad profundendum ſanguinem properabat, tu comeſſationibus intempeſtivis diffluës? Quid ſi adeſſet? non abeſt tamen: Quid ſi videret? videt tamen, qua voce Chriſtianos corrigeret, nunquid hâc!? * MASCARADES. Larvatorum Ludicra Saltatio. Perſonarum Saltantium ludicrum. Perſonato vultu ſaltatorium ludum agere. Perſonatum ſaltare ac ludere. Perſonata ludrica oblectamenta propriè ſunt per geniales Bacchanaliorum dies, ab larvatis uſurpari ſolita. * Die ſequenti variis coloribus induſiati, & deformiter quisque formati, facie cœnoſo pigmento delita, & oculis obunctis graphicè prodeunt; mitellis & erocotis & carbaſinis & bombicinis injecti: Quidam tunicas albas in modum lanciorum, quoquò versùm fluente purpurâ depictas cingulo ſubligati, pedes luteis induti calceis (*Apul.*]

BACCHUS. Gott des Weins.

SYN. Liber, *eri*, ADJU. Euchius, Bromius, Nyſius. [*Ex Cic.*) Genialis, jucundus, jocoſus, hilaris, feſtivus, inſanus, rubicundus, titubans,

mœonius, intonſus, PHR. Dirces alumnus. Proles Semeleïa. Pater Lenæus. Deus Ogygius, Thebanus, Pater Lyæus. Vini repertor. Vitis inventor. Crinali florens hederâ. Incraſſatus, inpinguatus, dilatatus, totus caro.

AMPLIFIC. Quid eſt Bacchus ? Caput ejus non quidem aurum optimum, ſed tamen cuprum optimum, & facies ejus integra cuprifodina. Naſus ejus diſtinctus rubinis, & genæ ejus ſicut duo tumentes pulvilli in lectulo Salomonis. Quid Bacchus ? Oculi ejus ſicut mare rubrum, os ejus ſicut ſpumæ in ſtagno Genezaret, ubi Chriſtus ſubmerſit porcos, & guttur ejus ſuaviſſimum, ſicut lacunæ in Gomorrâ. Quid Bacchus ? Collum ejus ſicut Quercus Baſan, & manus ejus Roboam, qui dixit ad Iſraël : Digitus meus minimus groſſior eſt dorſo Patris mei. Quid Bacchus ? Femora, & crura ejus ſicut duæ columnæ Samſonis in templo Dagon, & pedes ejus ſicut duæ baſes columnarum ante templum in Jeruſalem. Quid Bacchus ? Venter ejus ſicut Promontorium in Ophir, tam ſubtilis, tam gracilis, ſicut mons Hermon. Certè hìc citius tranſibit Camelus per foramen acûs. Verbo, debeo dicere de Baccho, quod dicit Moyſes de Iſraële Bacchi cultore. *Deut. 32. Incraſſatus eſt dilectus, impinguatus, dilatatus.* Pulchrè Tertullianus ſuper illud Pauli *Philipp. 3. Quorum Deus venter eſt. Deus tibi venter eſt, Aqualiculus altare; Sacerdos cocus; Spiritus ſanctus, nidor; condimenta, chariſmata; ructus, Prophetia vetus. Apud te charitas fervet in cacabis, fides calet in culinis, ſpes jacet in fereulis, ſed major horum charitas; quia appendix gulæ luxuria eſt.* Audite gloſſam ſuper Hypotypoſim Poëticam. Bacchus vocatur *Jacchus*, & *Bromius â ſtrepitu & clamore*; quia Apoſtoli Bacchi, quando ſunt muſto pleni, ſemper concionantur, & in omnem terram exit ſonus eorum. Bene quidam:

Bi-

Bibones ſunt anſeres, qui plerumque roſtrum habent rubrum, & ſicut anſeres in ſtramine avenaceo ſemper ſtrepunt, & ſemper gingriunt, & ſemper tetrinniunt, & ſemper murmurant, & ſemper garriunt, & ſemper clamant, & ſemper jubilant, & ſemper cachinnantur, & ſemper tumultuantur, & ſemper gloriantur. Tunc alii ſunt magni Theologi, & diſputant, & Biblia derivari à Bibere putant. Tunc alii ſunt magni Scanderbegi; militant, & Turcam in Helleſponto aggrediuntur, & triumphatores Conſtantinopolim ingrediuntur. Tunc alii ſunt magni Sejani, dant Cæſaribus Conſilia, & aperiunt myſteria, & Sibyllino ebrii Enthuſiaſmo prognoſticant & propheţant. Quid eſt Bacchus? Bacchus eſt Deus, cujus Sacerdotes, & Sacrificuli ſunt Fœminæ Mænades, & non Viri. Male dicunt, qui Venerem in æſtuanti mari natam eſſe ex ſpumâ dicunt. Venus non eſt nata in Mari, ſed in Mero. *Venter mero æſtuans, citò deſſumat in libidines*, inquit Hieronymus. V. EBRIETAS.

BALNEUM. Bad. *Bain.*

SYN, Thermæ. ADJU. Calidum, tepidum, jucundum, mulcens, ſalutiferum, amœnum, optatum, frigens, ſalubre, publicum. * Sich baden. *Se baigner.* Lavare ſe, *vel* balneo uti. * In das Waſſer tauchen. *Plonger dans l' eau.* Mergere, demergere, aquâ perfundere. * Badſtub. *Baignoir.* Balnearium, Balneum, Balineum, piſcina balnearia. Balnea, *vel* Balinea, orum. Balneæ, *vel* Balineæ, arum. Balneolum, Balneola, orum. Balneolæ, arum. Thermæ. Calidum balneum. Lavacrum frigidarium, calidarium & tepidarium. * Bad-Zuber. *Cuve à ſe baigner.* Solium balnearium. Labrum balneare. * Bader. *Baigneur.* Balneator. * Das Baden war gemein bey den Alten. *La coutume de ſe baig-*

baigner, étoit tresfrequente ches les anciens. Apud veteres longè frequentissimus fuit balnearum usus. Lavandi consuetudo erat creberrima. Se devestiebant, nudatique & flammæ largissimæ vapore recreati, calidâque perfusi, & oleo peruncti collapsas restaurabant vires.

AMPLIFIC. Intravimus balneum,& sudore calefacti momento temporis ad frigidam eximus. * Quid quæ promiscuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curiosis, pudori & pudicitiæ corpora dicata prostituunt, &c. Sordidat lavatio ista, non abluit: nec emundat membra,sed maculat.

SENTENTIÆ. Spectaculum de lavacro facis: theatro sunt fœdiora, quò convenis; verecundia illic omnis exuitur, simul cum amictu vestis, honor corporis ac pudor ponitur: denotanda & contrectanda virginitas revelatur, &c. Sic flos Virginum extinguitur, honor continentiæ ac pudor cæditur, gloria omnis ac dignitas profanatur. (*Cyprian.*) Balnei frequentes usus vires adimunt, naturalemque roboris vehementiam relaxant, sæpe autem dissolvunt, ut quis animo linquatur efficiunt, (*Clemens. Alex.*) Veteres Balnea ANTHROPOGRAPHIA, hoc est fullonicas hominum officinas vocârunt; quoniam citiùs, quàm par erat, pannosa corpora efficiunt, & ante tempus cogunt abstergendo consenescere, dum non secus ac in ferro calore caro mollificatur. (*Idem.*)

BAPTISMUS. Tauff. *Bapteſme.*

SYN. Baptisma, *atis.* PHR. Sacri fontis intinctio, Salutare, vitale, sacrum lavacrum. Lustratio Pueri christiano ritu primùm initiati. * Divina lavatio,mystica ablutio, sacrum lustricum. [*Rhemos.*] ad salubrem initiationem Baptismi, omnes conveniunt. Scribit Berzeus 20. Maurocum millia in procinctu stetisse, ut quo die Rex sacrum fontem iniret,

iniret, ipsi eodem lustrarentur? & eorum complures jam sibi & lubricos Patres,& nomina legisse,quibus vellent vocari.

AMPLIFIC. Quos mihi fontes ex toto illo historiæ naturalis apparatu, quam aquarum salubritatem, quæ salientium venarum miracula iuvenies, cum Baptismo comparanda? Quo Dæmonum vires, tanquam in humido serpentes deficiunt, quo tota inferorum machinatio refringitur, quo eluto corpore induit animus sanctitatem. De quo certè & reliquis Ecclesiæ mysteriis multa hic meditatur animus, sed ad singularem ordinis majestatem mea festinat oratio. * Baptismus splendor est animarum, vitæ in melius mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis nostræ adjumentum; Baptismus carnis est abjectio, Spiritus assectatio, verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluvium, lucis communicatio,tenebrarum oppressio. Baptismus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, cœlestis regni clavis, vitæ commutatio, servitutis depulsio, vinculorum solutio, compositionis in meliorem statum conversio. Quid plura commemorare attinet? Baptismus omnium Dei beneficiorum præclarissimum, & præstantissimum. Ut enim quædam sancta sanctorum vocantur, & cantica canticorum, quòd scilicet latiùs pateant,ac plura complectantur,præcipuamque dignitatem habeant: eodem modo Baptismus quoque illuminatio dicitur, quòd omnes alias illuminationes sanctitate superet. (*Naz.*)

SENTENT. Qui crediderit,& baptizatus fuerit, salvus erit. (*Marc. 16.*) Una fides, unum Baptisma. (*Ephes.* 4.) Baptismus, est quasi diluvium, quo peccata omnia diluuntur. [*Amb.*] *B.* est janua omnium sacramentorum, ante quod nullum suscipi potest, vel debet. (*Antonin.*) *B.* est captivorum redemptio

de-

debitorum remiſſio, mors peccati, regeneratio animæ, indumentum lucidum, ſigillum CHRISTI, vehiculum ad cœlum, regni largitor, adoptionis donum. [*Baſil.*] B. eſt vitæ ſpiritualis principium, & ſigillum, & cuſtodia, & illuminatio mentis. (*Bonav.*) B. eſt ſacramentum fidei, confirmatio ſpei, euchariſtia charitatis. (*Idem.*) B. eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata per verbum DEI. (*Hugo. V.*) B. eſt aſcenſus, quo de originali culpâ, & filiatione diaboli in adoptionem filiorum DEI aſcenditur. [*Hugo C.*] B. eſt animæ ſpiritualis regeneratio, quâ configuramur morti CHRISTI, in remedium originalis criminis adhibita. (*Th. Aq.*) B. Eſt Sacramentum, quo ſpiritualiter renaſcimur, & in filios DEI adoptamur. (*Catech. Rom.*) In Baptiſmate quaſi ſpecialiter crucifigeris CHRISTO (*Ambr.*) Qui poſt baptiſmum inquinamus vitam, baptizemus in lacrymis conſcientiam. (*Idem.*) Baptiſma cœleſte myſterium eſt. (*Aug.*) Baptizatus eſt quis? navis eſt inſtaurata, ſubuncta, velificata, miſſa in mare: indiget gubernaculo, quousque ad portum deſideratum perveniat. (*Idem.*) Non omnes, qui tenent Baptiſmum, tenent Eccleſiam. (*Idem.*) Sola Eccleſia catholica habet Baptiſmum ad ſalutem. [*Iſidor. Hiſp.*) B. Fons & origo omnium gloriarum eſt. (*Idem.*) Qui gaudes Baptiſmi perceptione vive in novi hominis ſanctitate. (*Proſp.*) In Baptiſmo Rex, Sacerdos, propheta efficimur. [*Chryſoſt.*]

SIMILITUD, Natura viperarum talis eſt, ut cùm momorderint hominem, ſtatim currant ad aquam; ſi autem aquam non invenerint, moriuntur. Sic peccata mortifera committentes Judæi, currebant ad Baptiſmum. (*Chryſoſt.*) Sicut aurum & argentum refundens, purum & novum facis denuò: ita etiam Spiritus S. in Baptiſmo tanquam in fornace eam refundens, & peccato conſumens, efficit, ut quovis auro puro purius fulgeat. (*Idem.*) Quem-

adm-

admodum purum argentum, ad ſolis radios ſitum, ipſum quoque radios emittit; non ob ſuam duntaxat naturam, ſed etiam ob ſolarem fulgorem: Eodem modo anima defæcata, atque argento ſplendidior effecta, Spiritûs gloriâ (in Baptiſmo) radium ſuſcipit, ac viciſſim remittit. Simul enim atque baptizamur, etiam ſupra ſolem anima reſplendeſcit, à ſpiritu perpurgata. (*Idem.*) Is qui lavacrum accepit regenerationis, eſt ſimilis novo militi, qui nuper fuit relatus in numerum militum; nondum autem quidquam egit præclarum, aut forti milite dignum. [*Greg. Nyſſ.*)

BAPTIZARE. Tauffen. *Baptizer.*

PHR. Infantem aquis Baptiſmi luſtrare, ſacris expiare laticibus, ſalutaribus aquis imbuere, ſacro perfundere lavacro, aquâ ſalutis abluere, ſacro latice tingere, ſalutari baptiſmate conſecrare, ſalutis aquâ reſpergere, aquâ piaculari abluere, genitali fonte purgare, initiare luſtralibus aquis, ſacro Baptiſmo inaugurare, Religionis chriſtianæ ſacris initiare, aquâ luſtrali tingere, ſancte ablutionis ſacramento initiare, ſacri fontis undâ abluere, ſalutari lavacro expiare, aquâ vitali abluere, aquis ſalutaribus tingere. * Getaufft. *Baptiſé.* Sacro Baptiſmate expiatus, ſacrâ aſpergine intinctus. Sacro rore tinctus. Sacroſancto æternæ ſalutis fonte ablutus. Fonte Chriſtiano lotus. * Sich tauffen laſſen. *Se faire baptizer.* Ad Baptiſmum & CHRISTI fidem accedere. Per ſacram luſtrationem adjungere ſe Chriſtianis. Devincire ſe Chriſtianæ Religioni per Baptiſmum. Dare ſe initiandum luſtralibus aquis. * Rex ſe numeroſiſſimâ ſpectantium turbâ ad ſacroſanctum balneum admovet; eodemque balneo cæteri Proceres immerguntur, gratulante cœlo maximum Chriſtianæ rei emolumentum. * Tauffſtein

Ba-

Baptiſtere. Baptiſterium. Fontes luſtrales. Regenerationis ſacrarium. Fontes luſtrici, ſacræ luſtrationis fontes. Sacra luſtralium initiorum piſcina. Salutare lavacrum. * **Tauff-Zettel.** *Baptiſtere.* Scriptum autoritatem fidemque præferens, quo die quis, quove loco baptiſmo ſit inauguratus. Teſtimonium baptismale. * **Kind heben.** *Lever un enfant ſur les fonds de Batême.* Infantem è S. fronte ſuſcipere, ad ſacrum lavacrum afferre. Agere ſponſorem, teſtem Baptiſmi: Patrem myſticum, luſtricum, Propatrem, ſuſceptorem, initiationis arbitrum, fidejuſſorem, promatrem. * **Petter oder God.** *Filleul.* Profilius, *vel* Profilia ex Baptiſmate. Luſtralis, vel luſtricus filius. Luſtrali adoptione, *vel* Baptiſmi agnatione filius, *vel* filia. Baptiſmi ſacramento adrogatus filius, *vel* filia.

BARBA. Bart. *Barbe.*

SYN. Barbula. ADJU. Impexa, hiſpida, ſapiens, ſenilis, promiſſa, rutila, hirquina, prolixa, hirſuta, incipiens, ſpiſſa, nivea, veneranda; Genis inſerpens, Genas exornans, tegens, pingens, malis increſcens. Rara barba & tenuis. Hæc horridior, & in ſenilem effigiem cana: fuſca alia, in primæ virilitatis ſpecimen culta. Aſcititia, ſingulari arte concinnata, prope ad pubem usque porrecta, Criſpa, tenuium capillorum. In conum atronſa, & modicè alata. Severi pectoris indicium. PHR. Barba boni ponderis, & philoſophicæ denſitatis. Barba eſt authoritatis inſigne, de mento pendulum: vexillum reconditioris prudentiæ: nativum oris humani diadema de crine textile: è genarum molli ſolo progerminans ſapientiæ laurea: Sertum floreum vernantis ætatis: Maturorum fructuum index, quos virilis producit authoritas * Propexam ad pectus barbam manu mulcere. * **Der einen Bart hat.**

Qui

Qui a une Barbe. Barbatus, Barbatulus, Barbâ præditus. Homo eſt barbâ majore: promiſsâ *vel* prolixâ barbâ. Barbam ingentem, longam, demiſſam gerit. Benè barbatus. *Barbâ* affatim inſtructus, luculenter munitus, prolixè ornatus. Promiſsâ ſpiſsâque barbâ conſpicuus. * **Der keinen Bart hat.** *Qui n' a point de barbe.* Imberbis, inveſtis, barbæ expers, barbæ exſors. Barbatulus juvenis. Qui imbarbeſcit. Cui nunc primùm florea lanugo genas opacat. Qui primulæ barbæ lanuginem induit. Cui primoræ barbæ lanuginoſus villus obducit mentum ac genas. Qui primam mento barbam inducit. * **Den Bart wachſen laſſen.** *Laiſſer croitre le barbe.* Barbam alere, paſcere, nutrire, promittere. * **Den Bart abſcheren.** *Faire la barbe.* Tondere, attondere, detondere alicujus Barbam. Barbam ſibi abradere. Barbam ponere. * **Er hat einen grauen Bart.** *Il a la barbe griſe.* Ei barba incanuit. * **Iſt weiß von Kälte.** *Eſt blanche de gelée.* Canet Barba gelu. * **Der ein dick Haar und groſſen Bart hat.** *Qui a une groſſe cheveleure, & une grande barbe.* Capillatior, barbâque majore. * **Bart ſtrelen.** *Péigner.* Prominentem barbam depectere. * **Balbierer.** *Barbier.* Tonſor. Barbitonſor. * **Balbierſtub.** *Bautique de Barbier.* Tonſtrina. Tonſoria taberna.

AMPLIFIC. Prolixior aliis barba in pectus fluit, neſcio, annon tota in barbam delapſa prudentia ſit, adeò auguſtè ſpargitur. Et venerationem aliquam fatebor promittere barbam, veterum Urbis Senatorum exemplo. Luxuriantes has barbarum ſegetes, meſſibus maturas, & novaculis meritò dixeris, niſi falcibus magis egere putes, aut ſecuribus, in tam densâ ſylvâ & ſegete. * Felices barbas, tot modis ſtudiisque cultas! Beati ſi tantum venerationis, temporis ſudorumque in DEUM OPT. MAX. con-

Digitized by Google

feramus, quantum in has barbas. * O ubi Chriſtiano nomine digna Chriſtiana facta? Qui tot frictiones, pectinationes, protruſiones, criſpationes, flexiones, figulationes videat, non arbitretur, totam horum Chriſtianorum ſalutem in barbâ eſſe? Miſera ſalus, quæ non ultra barbam protenditur? Infortunata fatuaque prudentia, quam ſola barba nutrit, ſola novit, ut meritò è Satyra aliquis exclamet: O nimis barbatam prudentiam, nimis prudentem barbationem, nimis tenuibus circumſcriptam terminis prudentiam, unâ barbâ arctatam! quàm metuo, nè ſi quis pectionem & forcipes admoveat, prudentes capras videat, prudentes inveniat. * Miramur mulieres in crinali acu, magis viros in barbali pectine, nam & frequentiùs ſic inerrant barbæ, quàm illæ vertici; adeò ut vix momentum quibusdam liberum à barbâ; defatigatur hæc manibus, delaſſatque manus. O nimis eruditos digitos! quot modis ludunt in re modica? mille ſi videas barbas, mille videas formas. O nimiùm doctos figulibarbos! plura jam diſcrimina barbarum à forcipe, novacula, manibus, quàm frontis, & oris ſunt. * Plus nunc in barba, quàm in capillis; tunditur forcipe; novacula, pectine, ſpeculo, calamiſtris, manibus, balneis, odoratis ungventis. Hinc labrum ſuperius ſilveſcit, huic horteſcit & colitur, illi ſub naribus ludunt capilli erecti, utrique protenſi, remiſſi, criſpi, neglecti, in ſe reflexi & retorti, ſubſternuntque naribus tanquam rorem ſitientia, inde os & labra integunt; quaſi non ſatis ſit ſemel bibiſſe, bibitur à barba. Prominet hæc aliis, vel in latum ſparſa, vel in acumen coacta, vel in orbem tonſa; bifurcata aliis, aliis ut in ligonem acta, ad cutem non paucis deraſa, ut radant etiam, quidquid ubique in vultu capillorum eſt, credas nolle videri viros; ita in veſte illis mentum, inveſtes genæ, fœminâ dignæ. * Nec contenti gntem

ſuam

ſuam imitari, per omnium gentium barbas, ut in una gentes nunc videas omnes. Barbatum ô nimis ſeculum! quam vereor, nè tota ſeculi noſtri ſapientia defluat in barbas, ingenium omne, mens tota.

Nicander Spartanus percontanti, quarè Lacedæmonii barbam alerent? Quoniam, ait, hic ornatus cùm ſit homini omnium pulcherrimus ac proprius, nullo omninò conſtat impendio. * Lacon quidam ſenex interrogatus, cur barbam geſtaret ſylvoſam ac promiſſam? Inquit: Intuens canos pilos nihil commitam illis indignum. * De barbâ ſeſquipedali cauſam rogatus Diogenes, hanc ſe ferre aſſerebat, ut ſe virum eſſe meminiſſet. * Barbam Iſidorus ſic dictam aſſerit, quòd virorum ſit propria, ex quibus generoſiſſimos quosque Barones, tanquàm Barbones, maximè viros à barba appellatos exiſtiment. * Rectè Diogenes ad deraſi menti hominem: nunquid accuſas naturam, quæ te virum, non mulierem fecit? Militibus illa quidem nullum in manus gladium dedit, barbam dedit, ut oris majeſtate, brachiorumque robore, non reperto flagitiosè ferro adverſarium invaderent; ſeu perverſa multorum bellandi ratio, omnia in exitium mortalium, non ad defenſionem juſtam comparavit, poſtquam arte magis, quàm robore pugnari cœptum eſt. At verò omnem protinus naturam exuere, ac nativum barbæ deſiderium abjicere, multis perquàm eſt difficile, juvenibus præſertim illis, quibus tardior lanugo ſterili mento adoleſcit. Quoties illi, manè atque etiam interdiu ſpeculum conſulunt! quoties ſubnaſcentes ore pilos explorant, demulcentque injectis manibus! quàm ſolicitè curant, nè vel exorbitent juſto ordine, vel aberrante forfice pereant! quis illam, cæteroquin vagæ indolis hominibus, curam ſubjicit, præterquam naturæ rationiſque humanæ ingenium, quæ facilè rudibus pilorum & nondum barbam expertis ſuggerit,

quantum hâc in re autoritatis ac reverentiæ collocatum ſit; quàm viro conveniat illud ſui generis inſigne, quo à deteriori ſexu diſtinctus in familiâ dominium, in Repub. dignitatem, in militiâ imperium occupare poſſit. Quot eſſe mortales creditis, qui Eunuchis fœminiſque in genis perſimiles, vel pauxillos in mento pilos graviſſimo ære redimerent, qui ſolius barbæ damno viles, honoris atque exiſtimationis ſuæ ingens detrimentum patiuntur. Quis enim efœminatos illos mortales unquam armis, aut militiæ idoneos cenſuit? quis viris in prælio oppoſuit, aut in caſtris præfecit? ſanè ipſa illos natura, ſolius barbæ detracto præſidio, colo magis, quàm haſtæ aptos judicavit, clypeoque nullo dignos, niſi illo priùs ornamento decoros, quo natura Græcum hominem Epicratem donavit, qui à barbâ prolixiore Scutifer eſt appellatus. Quòd, opinor, ſolius illum barbæ majeſtate tantum adverſus hoſtem valiturum exiſtimarent, quantum imberbis ſcuto latus pectusque obarmatus. Equidem Dionyſium Siciliæ Tyrannum cæterà reprehendendum, in hoc laudo facinore; non tantùm, quo ſibi barbam vivis carbonibus ſuſtulit: Verum etiam, quo eâdem Æſculapium, prægrandi ex auro, ornatum barbâ, nudavit: ſubjiciens minime decere, filium tam profuſè barbatum eſſe, qui patrem majorem ſe Apollinem haberet imberbem. Videlicet noluit ſapientiſſimi Patris ſtultum videri filium. Cujus utinam facti non deeſſent æmulatores egregii, qui ſordidam illam purgarent pilorum luxuriem pulveris, nivium, pruinæque receptaculum, ventorum incurrentium ludibrium, furfurum, nequid dicam gravius, turpem officinam: fœdam in menſis offarum ſcyphorumque, quibus innatant, illuviem: manum, per myſtaces purgandos erigendoſque oberrantium laborem perpetuum, quæ incommoda univerſa, cum forfex una paucis ictibus

poſſit

poſſit amputare, quid eſt, cur moremur, & inutilem domi militiæque ſylvam ad noſtri opprobrium nominis circumferamus. Age hoc potius, O Judex æquiſſime, nè pulcherrima illa ſupremi Numinis imago, quæ in aperto nudoque hominis vultu potiſſimum eminet; nè illuſtre illud genarum decus, atque oris humani ſublime ſpecimen, nè illa honeſtatis ac verecundiæ ſedes, illud ſuaviſſimæ venuſtatis domicilium, illud erectæ mentis fortitudiniſque ſimulacrum, ſapientiæ denique emicantis ſpecios, tam indignâ pilorum nube, ſordidiſque naturæ purgamentis inficiatur.*Adverſus barbaros, inſtinctu neſcio quo, reverentiam adhibemus; docti videlicet à naturâ, nihil aliud eſſe pilos hujusmodi, præter erumpentes Fibras judicii, mentisque Radices in mento jactas; aut promicantes extra cutem, Solis animati Radios, qui lucet in cerebri Cœlo.

BASILISCUS. Baſiliſck. *Baſilic ſerpent.*

SYN. Regulus. ADJU. Libycus, venenoſus, criſtatus, lethalis, mortifer. PHR. Serpentum princeps. Aſpectu vulnerans. Oculis vibrantibus horrens. In Solitudinibus Africæ habitans. Candidâ in capite maculâ, velut quodam diademate inſignis. Reliquos ſerpentes ſibilo fugans, ut ſolus in terris regnare videatur. Duodecim non amplius digitis longus. Non ſerpens, ſed erectus incedens. Afflatu ſuo frutices, & herbas necans. Viſu homines perimens.

DESCRIPT. Suus eſt quoque, virulentas inter Naturæ projectiones certus Dynaſta, nè deſit aliquis inter principes Baſiliſcus, cui nocendi ſingularis facultas dignitatem pepererit. Repit hic ſerpens, ſed extremâ duntaxat caudâ, vibrato cætera corpuſculo, & animis inſolentioribus molem breviſſimam ſuſtinentibus, tractim ſubſultans, ut rapi potiùs, quàm incedere lethifera Majeſtas videatur. Si vulgi ſuffra-

gia poſtulaveris, gignetur ex Galli gallinacei portentoſo quidem ovo regium hoc monſtri genus: lucemque ubi uſurpabit oculis, eam inficiet. Si meam ſententiam deſideraveris, rejiciam ejus Reptilis funeſtam tyrannidem ad Barbaros, originem ad exuſtas Libyæ plagas, ubi ſolo importuno, & aſperius incumbente fœcundata ulva, quiddam indignante naturâ, ipſi quoque ſoli exoſum parturit, dum exiliat minimè amplior cubito futurus partus, ſenſimque matureſcens, congenitum virus in oculos præſertim refundit, ſuo livore quidquid circumſpectat, conficientes. Exuritur fatali ejus contactu gramen, & virorem virus excoquit, nè deſint truculenti Regis fœda veſtigia, & dignitas cauſticâ notâ inuratur. Dicitur in marmoris quoque duritiam venenum conjurare, ut quæ corpora ſuo ſucco non vivunt, alieno moriantur. Ad hæc transfuſa per infeſtam pupillam peſte, vicinum in aërem graſſatur, & à quo vitam inſperatam trahit, lethali autâ imbutum corrumpit. Ardent perenni bile oculi excandeſcentes, & fatalibus flammis accenſi mortem certam deſignato cum obtutu ſpiculo præferunt, ut eſſe in ejus Animantis oculis ſit pernicioſiſſimum. Ingens in brevi animante deſiderium trucidandi greges: ibi quot ſpectacula, tot mortes obverſantur & exanimata omnia; quosque offendit, enecat. Egregia nimirum dominandi libido, ubi regnatur per funera: & qui Baſiliſcus ab viventibus contemnitur, inter emortuos imperat. Scilicet in hanc tyrannidem eum excitavit natura, quæ vibrato ſupernè vertici criſtatum diadema impoſuit, nè deeſſet ſua flagitiis corona, & inter conſceleratas animantes faſtigium.

S. BASILIUS.

PHR. Cognomento Magnus. Inter Patres eloquentiſſimus. Cæſareæ in Cappadociâ Epiſcopus. Amicus

Amicus ſingularis Nazianzeni. Præſtantiſſimum lumen, quod DEUS in Eccleſiarum orientalium candelabro ſtatuerat, & in iisdem propugnator doctrinæ de divinitate CHRISTI, Oppugnator & expugnator Arrianorum impietatis & blaſphemiæ in filium DEI conſtantiſſimus & feliciſſimus.

DESCRIPT. Corpore erat procero, recto habitûs inceſſu; ſiccus, & minimè carnoſus, coloratus ac ſubniger facie, vultuque pallore temperato: naſo decenter magno, ſuperciliis rotundis, contractâ fronte, ut meditanti videretur ſimilis, vultu aliquantulùm caperato: genis oblongis, cavis temporibus, modicè tonſus barbâ decenter promiſsâ, caniſque aſperſâ.

AMPLIFICATION: Quis Baſilio ſanctior, & eloquentior, cujus vim dicendi admiratus ſummus, qui tunc inter Ethnicos ferebatur eloquentiæ magiſter Libanius, eam non immeritò anteponit omnibus. * Accipite ſapientiſſimam illius Baſilii graviſſimamque ſententiam, qui ob inſignem omnium ingenuarum artium ſcientiam, vel ingeniis ſingulare lumen *Magnus* eſt ab ipſis Græcis Athenis nominatus; accipite, inquàm, ſanctiſſimi doctiſſimique viri ex iis, qui ita philoſophantur ſententiam, atque eam ſic animis veſtris infigite, ut nunquam excidat: ſic imprimite, ut nullâ unquam oblivione deleatur. * Si qua unquam tuba fuit, vel futura eſt, in aërem quàm longiſſimè penetrans, aut vox DEI totum orbem comprehendens, aut univerſæ terræ motus, novo quodam & mirando modo exortus, hæc omnia vocem illius ac mentem fuiſſe, tantùm omnes à tergo relinquentem, atque infra ſe collocantem, quantum nos brutorum naturam ſuperamus. Quis ſeipſum magis Spiritui purgavit, atque ita ſe comparavit, ut dignus eſſet, qui oracula divina exploraret? Quis majore ſcientiæ luce colluſtratus eſt, atque in profunda

funda Spiritus proſpexit, ac cum DEO, quæ DEI ſunt, exquiſivit? Quis porro Sermonem habuit animi ſenſu melius exprimentem, ita ut neutrâ parte, ut plerique, claudicaret, nempe vel mente ſermone deſtitutâ, vel ſermone mentem haud æquo gradu ſequente; verùm parem in utrâque re laudem obtineret, parque ipſi ſibi, haud dubiè eſſet, ac verè integer & perfectus. Ac quidem ſcriptum hoc Spiritui Sancto tribuit; quod omnia ſcrutetur, etiam profunda DEI, non ut ignorans, ſed ut ex eorum contemplatione ſummam voluptatem capiens. Baſilius autem omnia, quæ Spiritûs ſunt, perſcrutatus eſt. (*Nazian.*) Arrianis ſe ſe oppoſuit, & conticeſcentibus aliis, ipſe ſolus penè orthodoxam fidem liberè confeſſus eſt, ut pro ſcintillâ extinctæ propemodum fidei per univerſum Orientem habitus ſit. Orator fuit omni laude cumulatus, ex cujus pectore tanquam ex ſacro fonte quodam emanavit oratio ſuavis, ſana, ſimplex, dilucida & gravis, omnibus inſtitutis, atque ornamentis oratoriis affluens, ut cunctis Eloquentiæ ſtudioſis commendatiſſima eſſe debeat. Doctrinam profeſſus eſt ſanctam, puram & orthodoxam, quàm non vivâ ſolùm voce tradidit, ſed ſtylo etiam ab Arrianis, Eunomio, & Pneumatomachis defendit, tùm vitæ etiam ſanctimoniâ ornavit. Frugalitatem amavit, contentus pane & ſale, ac ficubus recentibus, cum aquæ potu, ac ſimplici tunicâ.

BELLIDUX. Kriegs-Führer. *General d'Armée.*

SYN. Imperator, Polemarchus. ADJU. Egregius, ſtrenuus, illuſtris abſolutiſſimus, expugnatu difficilis, belli gerendi peritiſſimus, abundans bellicis laudibus, bellis invictus, in armis verſatiſſimus, promptiſſimus, impavidus, ſummus, deſes, imbel-

imbellis & effœminatus, nullis literis emaſculatus, ſingulari virtute immortalis, ſæculis omnibus admirandus, populis omnibus formidandus, unus Romanâ Aquilâ dignus triumphis omnibus ſublimior, belli gerendi peritiſſimus, in armis exercitatiſſimus, impiger, *vel* acer, *vel* ſtrenuus militiæ. PHR. Summo cum imperio exercitui præpoſitus, *vel*, præfectus. Præſes exercitûs. Dux plurimarum palmarum nobiliſſimus & fortiſſimus. Qui bello adminiſtrando ſupremâ cum poteſtate præeſt. Auguſtum anathema belli. Pulcherrimum ſimulacrum Martis. BARBARARUM gentium terror. BELLI fulmen. Exemplar officii, viventibus juxta mortuisque propoſitum. Cujus erecto vertice, tanquàm Atlante ſublimius Regnum ſtetit. MURUS, propugnaculum publicæ libertatis, omni virtute, quæ Lotharenum decet animum, exaggeratum. Qui & ipſe tela tractare, procedere ante ſigna, verſari mediâ in mole pugnæ ſciat. Primus ipſe BELLATOR, multis fortibus factis, & gloria militari illuſtris. Manu ſtrenuus, & BELLATOR bonus, militarisque diſciplinæ admodum peritus. Vir acer, egregiusque dux, & tuendi regendique exercitûs peritus: nec ipſe inglorius militiæ. Qui non ità timidus, ut nec militum clamorem prima in acie, neque tympanorum ſonitum audire poſſit. Claritudine generis, nominis amplitudine, celebritate famæ, virtutis exiſtimatione, ſummam apud cives, ſummam apud Principes gratiam conſecutus. Qui ad laudem bellicæ doctrinæ, & ingenii gloriam adjecit. Perfectam belligerandi rationem tenens. Qui animum induxit, ſub pellibus eſſe: terroribus bellorum vires corporis animique deterere: ærumnoſam ætatem aſpero vitæ cultu duriter exigere ſub armis: de corpore, de capite quotidie dimicare; quò ſuo periculo ſuis civibus optata pax, & tranquilla libertas cum honeſtate contingeret. Mars

quidam Bellique DEUS, virtutis hæres, fortunæ domitor. Qui multa bella confecit, multos hoſtes proſtravit, multas hoſtium urbes occupavit. Longè omnes belli gloriâ, virtute ſuperans. Bellis invictus. Operum militarium expers. Mars alter. Multis fortibus factis, & gloriâ militari illuſtris. Et prælio ſtrenuus & bonus conſilio. Impiger manu, exercitus militiâ. Strenuus militiæ, bello.

AMPLIFIC. Quod nobis declamationes, Imperatoris hujus belli virtutes illæ victrices, prorſus Heroicæ, conficient; Conſilium in rebus dubiis, animus in periculis, fortitudo in acie, providentia in caſtris, perpetua vigilia ſapientiæ, alacritas intenta in omnes occaſiones, aſperarum omnium patientia. * Quid deinde de (N.) quantus erit, & quàm copioſus dicendi locus? Quibus verbis, & orationis ornamentis ille pulvis, ille ſudor campi, illa circumventi & deſerti victoria, illa ſpolia penè opima, illa paterni nominis tot trophæis recentibus impoſita memoria deſcribentur? * Qui princeps in periculo; princeps in labore fuit, qui inſtruxit aciem; qui ſuâ cohortatione, ſuo exemplo, ſuo conſilio, cæteraque omni egregii ducis providentiâ; id conſecutus eſt, noſtri ut milites tam ſtrenuos ſe præberent, quàm [*Barbari.*] magnâ ſuâ clade ſenſerunt. * Quis ardentior illo fuit? Quis animoſior labantem unquam aciem erexit? Quis fortior ullius imperii, mediis in odiis conſurgentium undique Provinciarum, fundamenta jecit? * Magnum eſt & arduum munus Imperatoris, utpote cujus eſt pro ſanctiſſimâ Religione nullum unquam diſcrimen reformidare, pro ſociis atque aris inſultantium hoſtium impetus ſuſtinere, medias inter acies invicto ſemper erectóque animo ſtare, arbitrum ignaviæ omnium ac virtutis eſſe, turbatas acies reſtituere, fugientibus obſiſtere, voce & manu ſingulis adeſſe, con-

Digitized by Go

consilio universis prodesse, hostem denique profligare, evertere, subjugare. Omnibus ardore concitatis, nemo tamen aut vires Poliarchi, aut animum æquabat. * Ut olim Hercules, quod finxerunt Poëtæ, perdomandis monstris ac tyrannis toto orbe terrarum; consulebat securitati sæculorum: & Romani veteres eripiendis Achæorum populis è servitute illorum liberati; Magnus denique Pompejus subactarum gentium titulos patriæ retulit: sic pius Imperator, extinctor hæresium, religionis assertor, Romani non minùs pectoris, quàm generis, in divinæ solùm spem gloriæ, & sanctissimi amplificationem nominis bellum omne militabat; Hoc ille in Galliis duabus, recuperatâ unâ, pacatâ alterâ. * Heros ille invictissimis atque optimus; sic enim appellare jure videor virum, qui belli gloriâ ac virtute omnes omnium ætatum æquavit, nostri autem sæculi Imperatores sine ulla controversiâ superavit. * Tu Princeps spem nominis factorum magnitudine vicisti. Tu tuarum splendore virtutum, tui claritatem generis auxisti. Tu parvâ manu innumerabiles hostium copias profligasti. Tu non minùs consilio, quàm gladio rem gerens, furentes adversariorum impetus retardasti, conatus cohibuisti, audaciam compressisti. Tu potentissimas & maximas eorum urbes arcesque munitissimas, aut tuâ allectas humanitate, ut vi edomitas ad deditionem compulisti, ad catholici obedientiam Regis Romanique Pontificis autoritatem redire coëgisti. Tu audaciam ferrumque impiorum tuâ prudentiâ ac virtute retudisti: illorum Duces ad te supplices captiosè venire prospexisti; Per te factum est, ut quæ judicabantur fieri non posse, facta esse, quæque audiebamus in veterum historiis, aut majora voco, minora præ iis, quæ abs te perfecta, cernamus. * Soleo sæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus; omnes nostrorum

rum Imperatorum, omnes exterarum gentium potentiſſimorumque populorum, omnes clariſſimorum Regum res geſtas cum tuis, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate Regionum, nec celeritate conficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri: nec verò diſjunctiſſimas terras citiùs cujuſdam paſſibus potuiſſe peragrari, quàm tuis non dicam curſibus, ſed victoriis illuſtratæ ſunt. Quæ quidem ego niſi tam magna eſſe fatear, ut ea vix cujusdam mens aut cogitatio capere poſſit, amens ſim.

Toti par orbi terrarum juvando, Imperatoria Ignatii virtus non capitur anguſto pectoris unius imperio. * O ſortem infelicem! Militibus alto ſilentio per caſtra ad ſomnum compoſitis, in regio tabernaculo, vigili mente, curas imperatorias tumultuari! Quietem ſervis conceſſam ſibi domino eripere; prius ſibi, quàm adverſario bellum indicere; acrius ſecum, quàm cum illo confligere; moleſtiis ac timore in eum injecto ſeipſum conficere; ad hoſtis ſudorem nauſeare, ejus ſitire ſanguinem: vel potiùs malæ ſæpe numero ductis rationibus, illius ſudorem ſuo cruore mercari. At verò ſi quando inſidiante naturâ furtivè ſeſe ſomnus infuderit, circumcurſare animo campos, volitare per agmina, rapi in conſertos dimicantium cuneos, animare ſuos, terrere contrarios, bacchari, furere, ruere, cædere. Vah! quid ni Alexander vigil in acie ſtraviſſet exercitus, qui dormiens in ſtertente tentorio, ſpiritu legiones difflabat. * Qui ſcientiâ inſtructus ædificandarum, muniendarumque arcium; inſtruendorum agminum, locis opportunis caſtra metandi; foſſarum, fluviorumque latitudinem, turrium altitudinem eminùs oculo metiendi. * Qui pro Honorio Imperatore ducens exercitum ex omnium propè gentium permiſtione; tum nationum etiam barbararum colluvione conflatum, eum ita pru-

denter

denter tantâque disciplina militari regebat, ut in itinere nè racemus quidem uvæ de vineâ à prætereuntibus militibus decerperetur. * Qui sæpè vel urbes obsessas ad deditionem coëgerunt; vel milites iniquo loco & tempore dimicare cupientes compresserunt; vel aut metu deterritos, aut laboribus fessos, aut desidiâ languentes vehementiùs, quàm cantu buccinarum ad præliandum incitarunt. * Vitiosorum, improborumque Ducum effusio in deliciis, avaritia in stipendiis, superbia in contumeliis, crudelitas in suorum cædibus, perfidia in pactionibus; impietas in rebus sacris violandis.

Sit in armis Imperator, ducat exercitus, copias explicet, sit fulmen in acie, frænet populos, nutu regat, flectat imperio, sternat legiones, bacchetur in cædibus, vincat, triumphet, exultet, orbem terrarum habeat augustum victoriis, exiguum virtuti, brevem animo, indignum majestate: errant profectò vehementer, qui tantum decus, tam magnificos honores, tam sublimem gloriam, exulante à castris sapientiâ, profugâ virtute, relegatâ rerum omnium scientiâ, aut sperare debere, aut consequi se posse suspicantur. * Age ergò nunc animata Bellonæ turba! agite Heroës invictissimi! & lugenti jam jam toti Reip. christianæ, quæ inermis furore sortis sinistræ undiquè stricta jacet, renovato spiritu, novis ausibus succurrite. Si post mortem defuerint homines, qui encomia pestra deprædicent, surgent mœnia, quæ prostravistis: erigent se turres, quas dejecistis; in laudes immortalis gloriæ vestræ animabuntur Adversariorum cineres, quos armatâ manu exanimastis. Io triumphate! *In eodem in acie prodeunte patuit, quantum in acie potuit galeata Majestas. * Hæc bellorum extrema essent aliis, sed tibi rudimenta. Sæcula tot alios defeciissent, quod tibi erant satis ad victoriam dies. Tam aliis erat incredibile, tantam belli

su-

ſuſtinere molem; quàm tibi facile, tantam delere ruinam. Quidquid humanas exceſſit vires, tuas nondum aſſequitur. Nondum bello humana vis effecit, quod virtutis tuæ exiſtimatio ſinè bello. At nec tam celer eſt ſtylus noſter, quàm tuus gladius, quo paucis annis tot ſæculorum hiſtoriam dediſti: nec Libelli anguſtiæ concludere poſſunt eam gloriam, quæ vix Cœlo capi poſſe videatur. *Cujus officium eſt, maturis conſiliis de bello toto deliberare, aciem ordinare, vitare inſidias hoſtium, hoſtibus ſtruere, milites animare, Urbes & Arces obſidere, vinctos ab hoſte liberare, patriam atque omnes, omniumque fortunas propugnare. *Nemo tantum diſtricto valuit enſe, quantum Tu in vaginâ recondito; poſuiſti militiæ rudimenta victorias. Veteranum ſi de peritiâ æſtimem, nunquam Tu tiro; antequàm bella diſceres, docebas. Cum nullas adhuc haberes à famâ ſuppetias, ſolâ virtute pugnaſti: Menſem omnem Martium efficiens, Januarium ipſum ſervire bello coëgiſti. At verò monte non deterius, quàm campo uſus, docuiſti virtutem ducem, non locorum Fortunam bella decernere. Nuliibi tamen majores ſenſiſti anguſtias, quàm ubi veniam locus non caperet: ſemel proinde ſeverus, nè ſemper eſſe cogereris, paucorum exitio cæteros monuiſti, ut Te hoſpitem mallent, quàm hoſtem. * Alterum Te hæc ætas ſuſpicit Alexandrum, nè Macedonia ſuo deinceps inſolentiſſimè inrumeſcat, cum & Poloniam non impar exornet Principum Heroumque fæcunditas. Macedonem illum quanta gloriæ ſitis, quanta provehendi nominis ac victoriarum inceſſit cupiditas! is non novit, qui nec Alexandri nomen noverit. Parum illi fuerat Macedoniam à Philippo, & Græciam recepiſſe, parum totam Perſidem, imò totum domuiſſe Orientem, etiam quos Democritus ſomniabat, infinitos illi Mundos ſubigere promptum fuit. Tanta eſt vel generoſæ in-

do-

dolis, vel arrogantiæ vis, ſi quando alicujus animum pulſavit. Sed taceat Alexandrum Curtius, taceat Macedonia; Major tu mihi etiam Alexandro; qui non tantùm tot hoſtiles cuneos profligaveris (quod & Alexander feciſſe memoratur) ſed inſuper teipſum nôris vincere, quod neſciit Alexander.

IMPERATOR IGNAVUS. Ducis hujus invictiſſimi magnitudinem animi, incredibilemque generoſitatem demiramini. Videte, quantum finitimis populis terroris injecerit; quâ fortitudine inierit prælium, quantâ felicitate debellârit. Audierat per exploratores, hoſtem celeritate uſum, aliquot loca, improviſo adventu cepiſſe, jamque oppugnari regni munitiſſimum oppidum. Ad eum repellendum, colligit totum robur imperii: quis ei victoriam non deſpondeat? Conſcribit numeroſum exercitum: quis non pertimeſcat? Vim tormentorum maximam rotat: quid formidoloſius? Copias explicat, buccinæ concrepant, tympanorum ac bombardarum horrifico ſtrepitu omnia latè loca perſonant: quis obſidionem ſolvendam non crederet? Denique magnis itineribus contendit ad illud oppidum cum univerſo exercitu. Quid deinde ſequitur? Ubi in conſpectùm venit, viditque è ſtationibus ſuis erumpentes armatorum globos, accingentium ſe ad certamen, illico receptui cani imperat, ipſe admiſſis equo calcaribus, primus omnium arripit fugam. O præclarum Imperatorem, non tantùm cum Scipionibus & Alexandris conferendum, ſed etiam, ſi ſuperis placet, anteponendum. V. AUDAX FORTIS. GENEROSUS. HEROS.

BELLUM. Krieg. *Guerre.*

SYN. Mars, tempus belli, duellum, contentio, certamen, arma, expeditio, res militaris. ADJU. Acerbum diuturnumque; calamitoſum; acerbum in-

inteſtinumque; horrificum ac nefarium; dubium, neceſſarium, periculoſiſſimum maximumque; terribilem miſerúmque; acerbum & calamitoſiſſimum; acerrimum & maximum, graviſſimum; acre & magnum; crudele & exitioſum; crudeliſſimum & maximum; infinitum, longum, juſtum, internecinum, æternum; calamitoſum civibus, & exitiabile; non injuſtum quidem, ſed tum pium & neceſſarium; diuturnum, peſtiferum, inexpiabile, formidoloſiſſimum; nefarium & crudele, grave & vehemens, tam luctuoſum; horribile ac nefarium; injuſtum impiúmque; triſte & turbulentum; inteſtinum ac domeſticum; tantum, tam inſidioſum; inutile; magnum & neceſſarium; maritimum; ſacrilegum impiúmque; ſceleratiſſimum periculoſiſſimumque; maximum difficillimúmque; ſæviſſimum prope omnium, miſerum fataléque; magnitudine periculoſum; ſervile; tam diuturnum, tam longè latéque diſperſum; latè diſperſum diffuſúmque; novum, occultum, ſociale; teterrimum periculoſiſſimúmque; hoſtile; tam crudele, tam nefarium. *Maxima & periculoſiſſima; externa, domeſtica, ſuperiora, peſtifera, vetera, plurima, inutilia, continua, parva &c.* Latiſſimè ſparſum, in multâ varietate latè diffuſum. [*Ex Cic.*] Actum ac penè confectum. Domeſticum, triſte ac turbulentum, mortiferum.

PHR. Bellum omnium, quæ poſt natos homines geſta ſunt, odio immaniſſimum, re maximum, eventu periculoſiſſimum. Ratio & uſus belli. Ordo, vel uſus rei militaris. Aſſiduitas bellorum. Fortitudo & virtus rei militaris. Gravitas, vis, fluctus, metus, terror, apparatus belli. Flamma civilis diſcordiæ, vel potius belli. Cujus cùm innatum habeant ardorem, in eo quoque apparere generoſiores, ſuperare fortiores, triumphare excellentiores deſiderans. In quo vertuntur Christi templa in ſtabu-

la,

la, altaria in præſepia, Gymnaſia & Scholæ in Gynæcea & fœdæ libidinis propudia, omnia Sacra in profana omnia. Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Noſtra certamina communis mars belli decernet. Bellum crudele & exitioſum ſuſcipitur. Difficillima ſunt Reip. tempora. Summa bellorum difficultas noſtris imminet temporibus. Sævit toto Mars impius orbe. Difficultate bellorum afflictamur, Ubivis terrarum tubæ & lituí audiuntur, perſonant. Totus orbis graviſſimis bellorum tempeſtatibus agitatur. Illa regio ardet, flagrat, premitur, vexatur, opprimitur bello. Tentare fortunam belli. Res armis tentare. Bellum ex bello ſerere. Res ad arma ſpectat. Ad belli cogitationem ſe conferre. Civium ſtrepens undique ſonitus belli aures noſtras ferit. Tam tumultuoſus, tam vehemens furor turbulentiſſimi belli. Simul atque aliquis motus novus bellicum canere cœpit: tumultum decerni, juſtitium edici, ſaga ſumi dico oportere, delectum habere. Proficisci ad bellum Bellum diligentiſſimè comparare. Bellum capeſſere. concire. Bellum ſubitò exarſit. Ad ea oppida circum latum Bellum. Bellum ancipiti Marte geſtum. Quod belli caſus ferunt, marsque communis. Varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit. Cum Gallis tumultuatum magis quam belligeratum. Bellum attenuare, atque imminuere, tollere ac ſepelire, dividere atque diſpergere; conficere, extinguere, opprimere, in alium locum detrudere, reſtinguere. Cum ira belli deferbuiſſet.

Einen bekriegen. *Faire la guerre â quelqu'un.* Alicui bellum facere, indicere, moliri, inferre. In aliquem bellum gerere, arma ferre. Aliquem bello perſequi, armis inſectari. Cum aliquo bellare, belligerare, bello contendere, Armis certare. Æquo & aperto marte cum aliquo certare. Belli jura ſervare in aliquem. Perpetuâ hoſtium clade debellatum eſt:

Proditione, non juſtis armis. **Den Krieg endigen.** *Mettre fin à la guerre.* Miſero fataliqûe bello perfungi. Ab armis conquieſcere. Bellum conficere, comprimere, reſtinguere, delere, abſolvere tollere atque ſepelire, reprimere, opprimere, profligare, terminare, Belli extrema delere. Belli reliquias auferre, conficere! Bello finem imponere, ſtatuere. Ab armis diſcedere, recedere.

AMPLIFICATION. Quid ſuſpicentur homines, loquantur, quid nocturnis diurnisque conſiliis, quid privatis publicisque colloquiis, quid ſcriptis ſermonibusque meditentur, moliantur, agant. Una res in ſenſu, in famâ, in celebritate verſatur Bellum. Bellum omnium mentes, omnium linguas, omnium ſenſus, ſolicitudines, ſtudia occupat. Quæ urbs, quæ ora, quæ terra, quod mare, quæ Provincia (*Germaniæ*;) Germaniæ dico, quæ Europæ Regio, quæ Reſp. quod Regnum, non aut infert, aut propulſat vim: non aut aliena rapit, aut tuetur ſua: non totis viribus atque opibus de ſtatu, de ſalute, de libertate dimicat? * Pulſa religio, jura neglecta: infidæ euntibus viæ: domus vicique paſſim rapinis, furore, incendio afflicti: ſola denique caſtra in ſquallentibus campis fulgentia.

Excutiet veternum ac torporem omnem apparatus ipſe hic rerum, ac motus temporum; tot exercituum tanti delectus, tot expeditionum, obſidionum ſpes arrectæ, machinarum moles ac minæ, oppugnationum ac conflictuum fragor, tormentorum curulium boatus horribiles, complorationibus urbium mixti, Heſperiæ denique undiqne ingruens ſonitus ruinæ dormitare utique prohibebunt. * Quis enim neſcit, belli tempore non leges aut inſtituta, ſed cupiditates valentiorum dominari. Non illo tempore commeatus liber, non facile commercium, non certa ſpes anni; &, ut graviora commemorem, non charo-

charorum, non neceſſariorum ſalus, non parentum ſanguis & caput, non pudicitia conjugum & liberorum, non cæremoniarum ſanctitas, Religioque Sacrorum, à vi, cupiditate, crudelitate, libidine, contumeliâ, ſacrilegio, vel hoſtium vel ſeditioſorum ſatis tuta ſunt. Profectò maximus vitæ fructus eſt ſecuritas, quâ ſublatâ, valetudo, nec opes & quæcunq; homines vitâ æſtimanda, nec morte redimenda cenſent, jucunditatis habent nihil. Fingite quamlibet magnam facultatem belli, tamen vaſtabuntur agri, incendentur vici, fient incurſiones, infeſta erunt itinera: cædes per agros in ſuburbanis, in pomeriis fient. * Exhauſtum ærarium, abacta pecora, proculcatas ſegetes, incenſos vicos & villas, deſertos agros, everſa mœnia, compilatas domos, direpta templa, fractam laboribus juventutem, tot adoleſcentium mores licentiâ depravatos, tot virgines indignè conſtupratas, tot orbos ſenes, tot viduas matronas, oppreſſas præterea leges, extinctas artes, corruptam diſciplinam, obliteratam religionem, confuſa divina humanaque omnia, tibi uni accepta referemus, ſi Belli auctor fueris.

Diripiebatur urbs inſulæ caput, in quam regni opes atque arma confluxerant, deliciarum ſedes, & quondam hoſpitium gratiarum; voluptaria ac beata hominum natio, immani truculentiſſimorum hoſtium furore ac rabie cædebatur: fluebat per fora ac vias cadaveribus oppletas interfectorum ſanguis, non ætati, non generi parcebatur: Et quod ſine commiſeratione dici nequit; aræ paſſim ac templa cœlitumque imagines indignis ſane modis polluebantur: matronæ nobiles puellæque ac ſacræ Deo virgines è gynecæis ac penetralibus ad omnium barbarorum libidinem fœdiſſimè rapiebantur: Civium fortunæ, templorum ſupellex, captivorum corpora, ſacra profanaque omnia rapinâ, cæde, ludibrio, diſtrahebantur, con-

culcabantur, violabantur.* In bello nulla clementia, nullus trucidandi finis, nisi quem defatigatio affert. Nec canities senum ad genua suppliciter abjectorum, nec pusiones ad materna pendentes ubera quemquam vel paululum retardant. Nullus Dei timor, nulla reverentia, quando illi quoque aras miserorum sanguine respergere non dubitant. * Bellum pulcherrimas generat coronas; hoc uno titulo, dignum nomine suo est, Cæterò quin sese terrificum formosâ obtegit vocabuli larvâ. * Quis tam firmo & tàm ferreo pectore, qui diutius ferendis iis malis sit? Jactàmur jam tot annos bellorum civilium æstu: & in undoso mari non uno vento agitamur turbarum seditionumque. Otium mihi cordi & quies; tubæ interpellant, & strepitus armorum: Horti & rura; miles & sicarius compellit in urbem. (*Lips.*) Belgica tua nunc premitur non unâ clade, & circumplexa eam undique hujus belli flamma: Vides passim agros vastari, deripi, oppida incendi, everti: homines capi, cædi: matronas pollui, virgines imminui, & quæ alia comitari amant bella. (*Idem.*) Quid mirum, si Saturnius ille pater falcem immittit in luxuriantem hunc agrum; & superflua aliquot millia demetit bello; [*Idem.*) Validæ in Germaniâ disfidii civilis scintillæ nuper fuerunt, quæ iterum exardescunt, & nisi fallor in exitialem magis flammam. (*Idem.*] Quid studia nostra & Musæ? Ibunt ad fasces & purpuram; id est, jacebunt aut peribunt inter civiles strepitus aut splendores? (*Idem.*) Vidimus prope oculis per hosce duos annos, & videmus totam Galliam in armis, non usitato, non humano more tumultuantem; quàm multa oppida obsessa sunt! quàm multa verò capta & direpta! quot viri præstantes, ereptis bonis è civitatibus quisque suis præcipites ejecti, quàm indignæ Sacerdotum & Monachorum factæ cædes! quæ strages editæ! à quibus

bus templis antiquis, religioſis, ornatis, & refertis, impias & inceſtas manus illæ beſtiæ continuerunt! modò læti nuncii, modò triſtes adferuntur, recreamur, angimur, ſperamus, timemus, quæ ſi tam variè abſentium animos afficiunt, quid illis accidere putamus, qui ſingula mala præſentes & acerbiſſima patriæ funera in tuentur. * Recordamini, quas res avaritia in rapinis, libido in flagitiis, in violandis religionibus impietas, crudelitas in civium cædibus & direptionibus urbium, in tectorum incendiis; in vaſtationibus agrorum efficere potuerit, eas res vos omnes proximis annis ſuſtinuiſſe; quæ profectò mala dictu gravia, perpeſſu difficilia, cum noſtros, qui longè aberamus, & ea ſerò neque integrè audiebamus, animos vehementiùs commoverent, exiſtimare poſſumus, qualia vobis viſa ſint, qui ea præſentes non vidiſtis modò, quod ipſum per ſe ad acerbitatem doloris erat ſatis, verum ſenſiſtis etiam & pertuliſtis. * In quibus ſuſpecta virtus, Ducibus auctoritas nulla, militi verecundia nulla, obſequia nulla, imperia nulla, ac in contrarium verſa omnia. * Bella, quibus urbes diripiuntur omnium opulentiſſimæ, effuſi per vias milites, ut, in quem incidunt, ſine ullo ſexûs, ætatis, ordinis diſcrimine obvios contrucidant, undique gladiorum fulgor perſtringit oculos, undique armorum ſonitus, undique cadentium tectorum fragor auditur, puerorum ejulatibus, mulierum lamentis, morientium gemitibus, militum clamoribus, privata publicaque omnia circumſonant, ipſæque urbes penè dimotæ & convulſæ ſedibus ſuis ſuorum civium in cæde & ſanguine natant. * O bellum non bellum! eſt quidem pulcher baltheus gemmis diſtinctus; eſt quidem pulcher Clypeus auro fulgidus; eſt quidem pulchra coruſcans haſta; eſt quidem pulchra Martis galea plumis ſuperba; ſunt quidem pulchri equi phalerati; ſunt quidem pulchra

ſuſpenſa trophæa. Sed oheu! quæ vulnera? quæ cædes? quæ funera? ô bellum non bellum! Mars oculos habet ſanguineos, trucem vultum, caput ferreum, pectus loricatum, à tergo, à fronte, à latere peſtes variæ. Ejus comites ſunt Furiæ Acherontis & Noctis filiæ, diræ Diræ quaſi Deorum iræ. O bellum non bellum! Bellum eſt mare procelloſum, ſanguine tumidum. Ibi natant trunca corpora, ibi natant reſecta capita, ibi natant reciſa brachia. O crudelis Bellona! ô Cœlum turbulentum! Arma coruſcant, haſtæ fulgurant, tubæ ſonant, bombardæ grandinant, machinæ fulminant. O Bellum non bellum! bellum eſt triſte Subſtantivum, quod omnem ſubſtantiam peſſumdat.

SENTENTIÆ. Quando egreſſus fueris adversùs hoſtes tuos in pugnam: cuſtodies te ab omni re malâ. [*Deut. 32.*] Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus, & currus, & majorem, quàm tui exercitûs multitudinem; non timebis eos, quia Dominus DEUS tuus tecum eſt. [*Deut. 30.*) Varius eventus eſt belli; & nunc hunc, nunc illum conſumit gladius. [*2. Reg. 11.*) Cum Diſpoſitione initur bellum: & erit ſalus, ubi multa conſilia ſunt. [*Prov. 24.*) Qui præſumit de viribus ſuis, antequàm pugnet, proſternitur. (*Aug.*) Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implicitus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur. (*Idem.*) Donabit certanti victoriam; qui certandi dedit audaciam. Non ergò nos hoſtium turba, nonbellantium forma, non quaſi fulgens vitrea terreat armatura. (*Idem.*] Non quæritur pax, ut bellum exerceatur; ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. Eſto ergò bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. (*Idem.*) Suscipienda bella ſunt, ut in pace ſinè injuriâ vivatur. (*Cic.*)

Digitized by Google

(*Cic.*) Incertus est exitus & anceps fortuna belli. (*Idem.*) Armorum exitus semper incerti, & timendi. (*Idem.*] Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. (*Idem.*) Diu apparandum & bellum ut vincas celeriùs: quia longa belli præparatio celerem facit victoriam. (*Sen.*) Parva sunt arma foris, si non est consilium domi. (*Idem.*) O varia atque incerta bellorum alea! quæ sicut jactu quodam, ita casu quodam potiùs, quàm virtute plerumque inopinatis ludit eventibus, sufficiens novos exitus. Namque & hîc jactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarum telorumque plurium, lapidum quoque, quibus sæpe victor sternitur alieno vulnere, & cùm aliena spolia rapit, ipse despoliatur. [*Egesipp.*) Omnium bellorum pecunia causa est, quam ob victum & cultum corpòris adsciscere cogimur. (*Simpl.*] Nihil est tam capax malignitatum sermonumque, quam bellum. (*Quint.*) Bellum enim magnus anfractus Juris, & periculum totius justitiæ est. (*Nier.*) Militia sola Orbem temperat; nec regna solùm dat aut adimit, sed ipsam vitam. Nulla Respubl. aut status sinè eâ floruit, nulla perennavit. [*Lipsi.*) Ferus Mars non animata solùm vitâ devolvit, sed etiam evertit, quidquid stetit. (*Idem.*) Sinè disciplinâ militiæ, non dicam bonitas aut felicitas non constat; sed vix nomen. (*Idem.*) Virtus militaris tutela, imò augmentum est Imperii & Reipubl. (*Idem.*) Per bella civilia non spirant Musarum venti. (*Idem.*) Mars & Bellona ubique in pretio magis, quàm Phœbus aut Musæ. (*Idem.*) Sapientes pacis causâ bellum gerunt; laborum spe otii sustentant. [*Sallust.*] Omne Bellum sumitur facilè, cæterùm ægerrimè desinit: non in ejusdem potestate initium ejus & finis est. Incipere cuivis, etiam ignavo licet; deponere, cùm victores velint. (*Idem.*)

SIMILITUD. Quemadmodùm certantibus ventis mare concutitur: Sic Regibus sibi adversantibus Po-

Digitized by Google

pulus Regni vexatur. [*Aug.*] Ut graviùs ægrotant ii, qui cum levari morbo videntur, in eum de integro inciderunt: Sic vehementiùs nos laboramus, qui profligato bello, ac pænè ſublato, renovatum bellum gerere conamur. (*Cic.*) Dracones exſugentes ſanguinem Elephantorum, occidunt eos; & ipſi viciſſim inebriati opprimuntur, ac commoriuntur: Ità ſæpenumerò in bello Pars utraque & perimit, & perit; damnum dat & accipit. (*Plin.*) Ut in admirandis operibus, ſed inutilibus, major eſt laus Artificis, cujus arte res confecta eſt; quàm Regis, cujus impendio: Ita belli gloria maxima ex parte penes militem eſt conductitium, quorum induſtriâ agitur res: minima pars ad Reges redit, qui alienâ etiam pecuniâ militem conducunt. (*Eras.*) Ut pueri, cùm nuces ſparguntur, currunt & rixantur: ita iſti, qui oppida ut arces capiunt, diripiunt alieno malo, & ſuo nullo bono. (*Lips.*) Ut in aëre, ſic in terra ſuæ ſunt bellorum tempeſtates; & dejiciuntur iſtâ grandine, atque atteruntur hominum aliquot ſtirpes, (*Idem.*] V. MILES.

S. BENEDICTUS.

PHR. Magnum Occidentis Sidus, & Monaſticæ Diſciplinæ Sol. Qui cum Romæ ſtudiis vacans videret multos inani ſcientiâ tumidos, ruere præcipites in gravia vitia, ſapienter indoctus eſſe maluit, quàm impiè doctus.

ELOG. Magna rerum metamorphoſis; Orbi dum imperat Juſtinianus Auguſtus, aut Sol ortus fuit in Occidente, vel enatum eſt primæ magnitudinis Sidus, in Signo Virginis, quod non occidit prius, quàm magnus occideret Benedictus. Quanta ævi illius confuſio! In Academiis naſcebantur virtutis ſpurii, ſcientiæ partus degenerabant in monſtra, & qui credebantur doctrina gravidi, inflatos ſolum fuiſſe, oſten-

dit

dit ſecutus aër & fumus. Benedictus, benè dictus, philoſophaturus ſine pallio, novis intentus ſtudiis, Lycæum erigit in eremo; Ubi pro prima ſapientiæ lectione didicit, Doctore Deo, virtutum omnium Encyclopædiam, ſcire, neſciri; ſilere; ſileri. Annis tribus latuit in antro, uni notus Romano, ſoli Deo. Sic ſtudent, qui audiunt verba vitæ: ſic ſilent, qui annos æternos habent in mente. Qui diu latuerat, egreditur ſpecu; aliud quia neſciebat præter Chriſtum, admirationem parit, & admiratores. Novo Alipti faces admovit Cupido; ardores expertus Benedictus, cecidit inter ſpinas, & ſuo extinxit flammas ſanguine. Non poterat urere ignis diu, qui lacerato corpore tot habebat vaporaria. Hoc mirum: Jactum ſemen in vepres adverſo more efflorescere. Sanctiores mores per occidentem ut deveheret, novam profitetur philoſophiam, auctor novus; quam Pythagorâ taciturnior, Sublacenſi didicit in ſpecu, annis cum vita paribus abſolvendam. Peripateticus non eſt; non enim didicit ſapientiam ambulando. Omnis novitatis oſor, mordicus inhæret ſententiis Chriſti. Literatura omnis de JESU eſt; Plena definitur Philoſophia, illum diligere. Illos vivere perſuadet, qui vitam non habent. Inter diſcipulos habuit dyſcolos, de ſecta Libertinorum, qui cum pietatem non haberent cælatam in mente, iram celarent in corde; Quæ quia diu ſtagnaverat, ad odium uſque computruit. Magiſtro temperantiæ, cœnaculum abſtinentiâ dum dedicat, dilutum veneno potum apponunt Familiari perditis dolo uſi, ſat occultum crediderunt crimen, ſi celaſſent. Quaſi vero duos ſolùm ille habuiſſet oculos, qui vel fictum agnovit Totilam. Nobilem ſalutiferæ Crucis gemmam admovet vaſi, & diſtractum abiens in fragmenta, abortum fecit mortis. Vah! qui emollivit lapides, non potuit homines. Condiderat cœnobia in rupibus, ut viciniora eſſent Cælo.

lo. Sed quæ cum deeſſent, recurrit per preces ad fontem vitæ. Dein pondere demiſſionis rupem arietat, ardore fidei eliquat, atque ex ſilicum venis educit aquas. Nulla ſit caballini fontis fabula, non enim in pede, ſed cacumine montis eduxit fontes. Antiqui renovavit prodigium ſilicis, uſus non virgâ, ſed voce. Eliſæo non impar, Manubrio demerſum aquis ferrum evocavit; Dæmon fingere doctus & mentiri, materiam fingendi mutavit, ſervando artem, finxit incendium Poëta incendiarius. Videbantur ardere omnia, ardebat nihil, flamma non erat, ſed in flammam mutabatur, hoſpes flammarum: Qui è cœlo cadens, ubi ſtare non potuit, incendit quacunque incedit. Neque ſuo incendio egit aliud impoſtor, quàm quod figmento ignis illuſtraretur coquina. Totilam, Italiæ fulmen, ad ſuos abjectum pedes vidit. Quid mirum; qui vel Tyrannum Erebi edomuit? Quàm oculatus eſſe debuit Benedictus, qui mortem diebus ſex prævidit ante! Tumulum parare jubet, Lectum quietis. Cœnâ dein Domini ſumptâ ad ſomnum ſe componens, die qua ipſe DEUS, obdormivit.

BENEFICIUM. **Gutthat.** *Bienfait.*

SYN. Benefactum; Merita, *orum*; officium, promeritum, gratia, munus, beneficentia, benignitas, benevolentia, liberalitas. ADJU. Æternum, ampliſſimum, contumelioſum, divinum immortaleque, excellens atque divinum, inſigne & ſingulare, permagnum, præclarum *in Remp.* ſingulare ergà aliquem; *clariſſima & maxima*, *complurima*, *fructuoſa* alicui, *immortalia*, *innumerabilia*, *vulgaria*, *vera falſa*, *magna & divina*, *mutua & grata.* (*Cic.*) Beneficentia exporrecta & illuſtris, non obſcura, perſpectiſſima, propenſa; tam expoſita, tam obvia; quæ ut fontes ſponte dimanat & irrigat.

PHR.

Digitized by Google

PHR. **Gutthat erweiſen.** *Faire du bien.* Aliquem beneficiis ornare, afficere, obſtringere, obligare, complecti, ſibi demereri, ſibi devincire, augere omnibus officiis. Benevolentiam ſuam navare in aliquem. Alicui benefacere, benignè facere, gratificari. Beneficium tribuere, commodare, dare. Aliquem augere & ornare. Apud aliquem beneficium collocare. Benè de aliquo mereri. * **Die Gutthaten ſeynd bey ihm wohl angelegt.** *Les biens qu' on luy fait, ſont bien employez.* Benè apud illum beneficia collocantur, ponuntur. * **Er iſt mein Gutthäter.** *Il eſt mon Bienfacteur.* Eſt meus Benefactor munificentiſſimus. Ei ſum obſtrictus. Ei debeo plurimùm. Ergà me beneficus eſt & liberalis. Benè de me meritus eſt. In me unum omnia agminatim conglomeravit officia. Multis me officiis cumulavit nullis à me ſtudiis laceſſitus. Magnis ac multis beneficiis me ſibi obſtrinxit, obligavit. Multis me beneficiis affecit, ornavit, complexus eſt. Beneficentiâ ac liberalitate ſuâ me ſibi devinxit. Ejus beneficentiam ac liberalitatem ſæpe ſum expertus. Multa in me beneficia contulit. Inſignia ſanè & ſingularia ſunt, quæ in me beneficia contulit. Magna ſunt ejus ergà me merita. Ei ero obſtrictus memoriâ beneficii ſempiternâ. Obligavit me ſibi ſummo beneficio in perpetuum. * **Wann du mir dieſe Gutthat erweiſeſt / werd ich dir darfür ſonders verbunden ſeyn.** *Si vous faites cela, je vous ſeray fort obligé.* Id ſi feceris, magnam à me inibis gratiam. Non vulgari beneficio me tibi devinctum, obſtrictum, conſtrictum, obligatum profitebor. Illud inter maxima beneficia referam. Hoc ego ſummi beneficii loco ponam, numerabo. Habebo illud pro beneficio ſingulari. Ita credam tuliſſe me gratiam tantam, quanta poteſt eſſe maxima. * **Ich hab ihm ſo viel Gutthaten erwieſen/ als mir möglich war.** *Je l' ay obligé, autant que i' ay pû.* Con-

tul

tuli quæ in illum officia, beneficia, merita potui. Quantùm in me fuit, complexus illum ſum. Benè meritus de illo ſum, quam potui ſtudioſiſſimè. Nullum officii genus, aut ſtudii omiſi, prætermiſi. Nullam omninò rem, quæ vel ad utilitatem illius, vel ad laudem ſpectaret, infectam reliqui. Omnia, quæ quidem præſtare mihi licuit, profecta in illum ſunt. Meam in illum benevolentiam & voluntatem, quandocunque res tulit, probavi, oſtendi, declaravi, patefeci. Magna accepit à me beneficia. Magnis à me affectus eſt beneficiis.

AMPLIFIC. Quantum & illud Beneficium eſt, quàm ipſo genere magnum? quàm numero varium? quàm ſpecie præclarum? quàm commemoratione jucundum? quàm experientia formidoloſum? * Qui benigniſſimo vultu, oculis, fronte, verbis occurrit venientibus, & in aliorum ſe conſuetudinem immittit. Obliviſcitur aliquis ſui? ille ſecum habitat, & audiſſe & vidiſſe ſimulat, aut riſu ſe vindicat & contemptu, & in mitiorem partem interpretatur. Nam ſi ſilicem ſilice, ferrum ferro incuſſeris, quid expectes præter ignem? objice lapidi pulvillum, etiam ignibus, & ſuffocabis: ita dura mollibus perimes, durioribus accendis. * Solum beneficio ſe affici credebat, cùm in alios contuliſſet; ideo ſpargebat beneficia: quibus fœneratrix virtus ſe redderet commendabili fraude ditiorem. * At hæc iniqua conditio eſt, ut ſis Beneficus: velle me ingratum eſſe; velle exercere pulcherrimam virtutem, & nolle exerceri à me, velle Gratias apud te liberales eſſe, apud me ſteriles; & tamen idcirco plures ſunt Charites, ut dum una loquitur, altera reſpondeat; & dum duæ Beneficia conferunt, tertia grates rependat: Tu Charites omnes vis eſſe tuas, & nullas eſſe meas. Fallor, hæc vera Beneficentiæ Natura eſt, dare, ut des: dare gratis: dare ut alter accipiat, non ut referat; dare ut vin-

vincas alterum, non ut alter te vincat. Dare beneficium, non inſtar pilæ, ut redeat; nec quaſi ſementem, ut tibi creſcat: ſed ita dare alteri, ut non des tibi: dare ut liberale munus, non ut avarum fœnus. * Incredibile dictu eſt, quam liberalis & fuerit in ſocios charitas, vel cum incommodo ſuo; quàm alienæ ſemper, nunquam verò commoditati ſuæ obvius animus: quàm ſolers ſtudium gratificandi ſingulis; quàm honorifica ratio agendi omnibus: tam rogari neſcius, quàm negare; quos charitate ſuâ proſequebatur, illos ipſos charitatem latere ſuam volebat. Quarè nullo Beneficentiæ ſtrepitu, nullo paratu Beneficii, unâ contentus voluptate benefaciendi, clanculum occupabat omnium vota, preces antevertebat. In egenos autem afflictæque Fortunæ viros tam profuſa benignitas, ut ipſemet ſtipem in manus, in ſinum, intra veſtem, ubi tutò latere Beneficium poſſet, ultrò ingeret Mendicabulis. Plebeiosque fortunæque tenuioris homines eximio quodam ſtudio complectebatur. Eorum domos multò quàm ædes locupletiorum adibat libentiùs, benè de ſingulis merendi captabat omnes articulos. Agros cum viſitaſſet de die, nocte poſtmodum reviſurus indefeſſâ charitate ſurgebat. Illos denique in omnibus juvandi ardor indefeſſus & Spiritus inquies tam diu viguit, quam diu geſſit illorum curam. * Facilè colliguntur amores, ubi ſparguntur beneficia. Vix ſubeunt oculos, jam pectus ſtringunt; vix manus tangunt, jam corda ligant. Magnetes ſunt, qui *Arcanis notis* omnes accipientis affectus & cogitationes, diſcurſus & appetitus nectunt in catenam. Dicam compendio: Si amor eſt ignis; beneficium eſt ſtatus, quo excitatur. Si amor eſt ſagitta; beneficium eſt nervus, quo impellitur. Si amor eſt volucris; beneficium eſt ala, quâ incitatur. Si amor eſt lyra; beneficium eſt plectrum, quo ſanat. Si amor eſt horologium; beneficium eſt pondus, quod movet

vet. ſi amor eſt miles ; beneficium eſt tuba , quâ evocatur. * Commodis ſuis hoc uno ſtuduit ; quòd conſuleret alienis : aliorum ſecundam fortunam, ſuam ratus felicitatem. Si influebat in ſinum opulentia, & tenebatur captiva : quia uſque ad cor apertiſſimus erat. Manus gelatas ſortitum credidiſſes ; adeò nihil , quod à fortunâ accipiebat, ſtringebat. Oceanum dixiſſes, in quem devolvuntur flumina, ut evolvantur. Hoc tamen Oceano liberaliorem agnoſce; quòd iſte nunquam ſe totum immittat in fluvios ; *Leopoldus* per liberalitatis manum ampliſſimos ſuos cenſus etiam ad teruncii defectum redegerit.

SENTENT. Beneficium malè collocatum,in ſentes & tribulos efloreſcit. (*Buſſieres.*) Non eſt fallax Benevolentiæ index Beneficentia ; neque unquam obſervabili veſtigio caret ſuſpicio amoris, ubi facultas adſit, ſemper ſe in munera profundentis. (*Anonym.*) Nullum eſt tam magnum beneficium, quod non vilificare malignitas poſſit: nullum tam anguſtum, quod non bonus interpres extendat. (*Sen.*) Pulchrum ſanè prædicandum Beneficium, nullâ dilatione ſuſpenſum , nullis precibus redemptum , nullis meritis comparatum ; gratius eſt enim donum, quod venit ante preces. (*Idem.*) Fabius Verrucoſus Beneficium ab homine duro aſpere datum , panem lapidoſum vocabat, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit , etſi acerbum. (*Idem.*] Una Beneficentia, quæ moram non admittit. Sanè gratia promptitudine & celeritate conduplicatur. Nam quod mœſto animo defertur,ingratum eſt,miniméque præclarum. (*Naz.*] Dii rapidè pereuntium Beneficiorum ſemper ultores. [*Quintil.*] In remunerandis Beneficiis jejunia eſt verborum viciſſitudo. (*Symmach.*) Honeſta Beneficia apud memores non pereunt. (*Idem.*) Beneficium eſt benevola actio, tribuens captansque gaudium, tribuendo id quod agit. [*Aug.*] In Beneficio confe-

ren-

rendo plus animus, quàm ſenſus operatur: magis præponderat benevolentia, quàm poſſibilitas reddendi muneris. (*Idem.*) Beneficium dici non poteſt, quod nullâ utilitate ſentitur. [*Caſſiod.*) Officiorum aſſiduitate hoſtes conciliandi ſunt. (*Chryſoſt.*) Benefacere homini, eſt beneficium magnum apud DEUM deponere. (*Idem.*) Idem benefactum loco, in quo ponas, nimium intereſt. (*Salluſt.*) Qui beneficium ad animum pertinens tibi præſtat, veluti Miniſtrum poſt DEUM honora. (*Nilus.*] Benefacta benefactis aliis pertegito, nè perpluant. (*Plin.*) Itaque non quid fiat, aut quid detur, refert; ſed quâ mente: quia beneficium non in eo, quod fit aut datur, conſiſtit! ſed in ipſo danris, aut facientis animo. (*Sen.*) Gratiſſima ſunt beneficia parata, facilè occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundiâ, (*Idem.*) Non eſt beneficium, niſi quod ratione datur; quoniam ratio omnis honeſti comes eſt. [*Idem.*) Tranſpicitur bonitas per beneficentiam. (*Nier.*) Maximum hoc beneficium, beneficia poſſe conferre. (*Idem.*) Penſum enim DEI & munus beneficentia eſt. (*Idem.*] Satis dedit impotens, ſi dedit votum; nimis, ſi conatum. (*Idem.*) Sunt beneficia amatoria veneficia. (*Idem.*) Hilare, candens, ſimplex, innocens commercium beneficii oportet eſſe. (*Idem.*) Beneficia capit plura qui ſcit reddere. (*Idem.*) Eadem Principis, quæ ſolis dos eſto: Omnibus benefacere. Fluvium ſe potiùs, quàm puteum exhibeat Monarcha. Et ſanè longè gratior accipitur aqua, quæ ſpontaneâ liberalitate in publicam decurrit utilitatem, ſemper dare parata; quam quæ trochleis eget ac ſitulis, priusquâm ſudore longo è profundo extrahatur. Beneficentia moras neſcit; vox non mea, ſed Maximiliani I. Cæſ. Auſtr. eſt. Illa itaque gratiſſima ſunt beneficia, ubi mora nulla fuit, niſi forſan in accipientis verecundiâ. (*Anon.*) Culpare non potes aliquid malum

aut

aut acerbum in eo & ab eo, qui bonitas & benignitas totus. (*Lips.*)

SIMILITUDO. Ut fluvius in multos diductus rivos fluit tenuis ac langvidus: Sic benevolentia in multos distracta languescit & evanescit. [*Plut.*] Quomodo mundi officium est, circumagere rerum ordinem; Quomodò Solis, loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc salutaria nobis facere sine præmio: Ita boni viri officium est inter alia, & beneficium dare. (*Sen.*) Ficus non floret, cùm habeat fructus dulcissimos: Ita quidam benefaciunt, nihil pollicitantes. (*Plin.*)

S. BERNARDUS.

SYN. Abbas claravallensis. Ille mellis fluvius. Cui tam concinnus, tam floridus, tam uber & elegans stylus; quem tamen in Scholis nunquam didicit.

AMPLIFIC. Huc adeste, ingeniosæ librorum Apiculæ. Huc convolate, eruditi, mellis Artifices studiosissimi, qui curiositatis ac diligentiæ subnixi pennis, florulentos scientiarum hortos circumvolitantes, singulas descriptorum voluminum areolas, perlustratis animo, atque odoramini, huc adeste. Ad amœnissimos Scriptoris planè mellei (Bernardus is est, bene nôstis.] vos hodie pulvillos invito, innumeris perspersos suaveolentibus herbulis, floribusque pulcherrimis suavissimè picturatos. En flosculum vobis hunc unum inspiciendum atque olfaciendum offero; ut de cetera divini hujus horti magnificentiâ capiatis specimen. At, quem flosculum offero? Sententia hæc est, qua nihil arbitror, vel subtilius, vel sapientiùs dici potuisse. *Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat.*

BIBLIA. Bibel. *Bible.*

PHR. Divinæ, *vel*, sacræ literæ. Divinus liber. Sacra Biblia. Sacræ Paginæ. Codices Sacri. Sacrum divi-

Digitized by Google

divinæ legis volumen. Verbum DEI. Sacra Scriptura. Sacroſancta ſcriptura. Doctrina divinitus, *vel*, cælitus patefacta. Litteræ divinitus inſpiratæ. Oracula divina, *vel*, divinitus edita. Puriſſimus divinarum, litterarum fons. Divinæ illæ litteræ, veri roboris, veræ virtutis & conſtantiæ ſolidæ effectrices. Rerum divinarum fulcrum & crepido, cui firmiter inſiſtit pietatis ſimulachrum: In quâ expreſſæ viæ perveniendi ad ſalutem. E quibus vera ſolatia petuntur omnium malorum, Quæ mentiri neſcit, neſcit fallere.

AMPL. O Sacræ litteræ, ſalutis meæ conſules, utinam jam diu hujusmodi cogitationes in mentis meæ ſenatum (ſiquis unquam fuit) ac templum veſtra convocâſſet authoritas! Illas profectò neque armorum ſtrepitus diſpuliſſet, neque deliciarum blandimenta flexiſſent. * Peccaſſem fateor, ſi purum hunc & myſticum Religionis noſtræ liquorem corrupiſſem veteri atque olenti fæce. * Atque hanc cum DEO familiaritatem è Divinis Scripturarum eloquiis didiciſſe Leopoldum non vanè, ſuſpicor: in quæ illæ ita intendebat, ut non facilè divinarum rerum lectione, aut contemplatione vacuum fuerit invenire. Sunt enim illa vel ad diſcendam virtutem palæſtra, vel ad expugnanda vitia armamentaria. Nulla ibi legitur virtus, quæ non commendetur; nullum vitium, quod non vituperetur; nulla honeſtas, quæ non accedat; nulla turpitudo, quæ non avertat; nulla interior gratia, quæ non amorem ingerat; nullum animæ venenum, quod non odium pariat; nulla bonorum præmia, quæ non alliciant; nullus malorum exitus, qui non deterreat; nulla Heroum facinora, quæ non excitent æmulationem; nulla reproborum hiſtoria, quæ non ſuſciret deteſtationem. Legebat laudum hiſtorias, ſed actus exprimebat; pervolvebat faſtos, ſed faſtis interim digna exhibebat; ſcrutabatur virtutes, ſed nullam ex integro alienam patiebatur. Ut ſuam dignè ſuſtine-

ſtineret perſonam, omnium, quos legebat, Heroum mores induebat. Siquis ergo divina oracula absque fabulâ Solem nuncupavit aliquando, dicat Speculum Leopoldum, qui totum Solem in compendio hauriebat. Si quis Oceanum illa dixit, Inſtitorem nuncupet Leopoldum, qui ampliſſimâ per illum onerariâ decurrit. Si quis illa aureum fluvium vocavit, auri piſcatorem appellet Leopoldum, qui ſuam in illis animam deauravit. Si quis ea Fontem appellavit, Cervum vocet Leopoldum, qui ſitibundus ad illorum ſolatia provolavit. Si quis ea Campum nominavit, Meſſorem indigitet Leopoldum, qui non ſine laude, in omnem alienam meſſem ſuam falcem mittebat. Si quis Hortum ea exiſtimavit, aut Pomarium, Depopulatorem concipiat Leopoldum, qui fructus & flores decerpſit in odorem honeſtiſſimæ vitæ. Atque hoc ille tantùm ex Sole concepit, ex Oceano duxit, ex fluvio derivavit, ex fonte bibit, ex campo meſſuit, ex horto collegit divitiarum; ut ob impenſum illud ſtudium, quo divina pertractabat, meritò fuerit Leopoldus Pius appellatus.

SENTENTIÆ. Titubabit fides, ſi divinarum Scripturarum vacillat authoritas. (*Aug.*) Major eſt Scripturæ Authoritas, quàm omnis humani ingenii capacitas. (*Idem.*) Sanctarum Scripturarum authoritatibus colla ſubdenda ſunt; ut ad intellectum per fidem quisque perveniat. (*Idem.*) Authoritas ſcripturæ fundatiſſima eſt. (*Idem.*) Authoritas S. Scripturæ excedit omnem certitudinem rationis. (*Bonav.*) Sacræ Scripturæ Authoritas ſuperior eſt omni ratione. (*Thom. Aq.*) Non valet quidquam ſinè divinâ, mortalis hominis Authoritas. (*Juſtin. M.*) Omne, quod loquitur Prædicator, ad divinæ Authoritatis fundamentum revocet, atque in eo ædificium locutionis ſuæ firmet. (*Greg. M.*)

Digitized by Google

BIBLIOTHECA. **Bibliothec.** *Bibliothéque.*

SYN. Librarum. ADJU. Egregio loci ornatu ſplendidiſſima, nullo pretio æſtimabilis, nullo ſumptu parabilis. Bibliotheca nobiliſſima, libris magnâ diligentiâ pretioque conquiſitis inſtructiſſima. PHR. **Eine Bibliothec auffrichten.** *Faire une Bibliotheque.* Bibliothecam maximâ impensâ, libris multis, variis, optimis refertiſſimam, locupletiſſimam, & ornatiſſimam conficere. * Nè vendatur hæc Biblioiheca, nè inſtar Penthei diſcerpatur. * **Er hat eine ſchöne Bibliothec.** *Il a une belle Bibliothéque.* Literatorum hominum ſtudioſiſſimus eſt, & undique congeſtis libris, copioſiſſimas Bibliothecas refertit: Habet ſelectos Authores & omni ſtudio ad colligendos libros, inſtaurandas Bibliothecas incumbit. * Hæc ædes muſarum, & Apollinis miraculum. Hæc eruditionis ſedes, hoc ſapientiæ domicilium, hoc litterarum ſecuriſſimum ſacrarium, hoc denique magnorum animorum & quaſi capitolium æternitatis.

AMPLIFIC. Academiam ſinè neceſſariâ iſtâ eruditionis ſupellectile plenam & perfectam eſſe non poſſe omnes fatentur. * Hanc equidem neque cum Alexandrina Ptolomæi Philadelphi, neque cum Attali Regis pergamenâ, neque cum Athenienſi publicâ comparabo: Sed dico, videri mihi vel Alexandrinam Episcopi Alexandri, vel Ravennatem Caſſiodori, vel Græcam Beſſarionis Cardinalis æmulari. * Superior fuit Aula, Muſis & Pædiæ conſecrata, vel potiùs divinæ menti, humanæ ſapientiæ, & cognitionis effectrici, latè patens & ornata, magnifico inſtrumento, lautâ & elegante ſupellectili, quæ oculos incredibili ſuo ſplendore perſtrinxit. Delectus erat ei rei locus, quo nullos potuit eſſe ſplendidior: nam utrinque perforatus optimis ſpecularibus diem excipie-

bat, jucundiſſimo aſpectu in hortos & in agros, quo feſſa mens diuturno ſtudio & contentione mirificè recreabatur. Circum plutei excurrebant colore vario, loculamentis peropportunis inſignes, ad volumina tot & tanta comprehendenda, quæ frontibus aureis ſtelliferi cœli globos igneos æmulabantur, &c. Tum hanc veſtram Bibliothecam, ut Conſtantini illam quondam in Oriente, meritiſſimò licet Amorum hortum, & amœniſſimum Gratiarum lucem appellare: ità nos primo aſpectu humaniſſimâ quâdam voluptate gratiâque delectat. Ptolomæi Bibliotheca cedrinos habuiſſe dicitur forulos, Palatina verò aureos. Hæc undique pretio & venuſtate aurea eſt: & non tam cedro, quàm tuo & tuorum ingenio immortalis æternaque futura. Ulpiæ Trajani memini, quam Romani propter ſingularem excellentiam obſtupeſcebant, (magnâ enim linteorum librorum copiâ affluebat:) ſed illi ipſi cum his voluminibus comparati thecæ quædam nominari tuorum jure poſſe viderentur, &c. Quid ego hic dicam non habeo, niſi quod Symmachus de ſpecioſiſſimâ villâ Tyburis ad Filium ſuum olim ſcribebat: Frequentare has ſedes Orchomenias (dixerim Deas, atque eas ſedulò adniſas, ut te conciliarent ædibus ſuis dominum. V. CHARTA.

BIBERE. Trincken. *Boire.*

SYN. Potare, epotare, perpotare, adbibere, ebibere, ſubbibere. ADV. Jucundè, jucundiùs, largiùs, liberaliter, plurimùm. PHR. poculum exhaurire, potionem ſorbere, potum ſumere, potione uti, exſiccare pocula. Vino copioſiore uti. Immoderato potu uti. Ingurgitare ſe poculis. Pergræcari libenter. Fortem & conſtantem operam dare largioribus compotationibus. Strenuum eſſe potatorem. Nobilem eſſe vini helluonem. Liberaliter hauriendis

riendis capacioribus poculis os proluere. Pervigili Baccho noctem ducere. Hilarare convivia multo Baccho. Generoſo Baccho madeant pocula. Totos dies perpotat. Meracius vinum ſumere, adhibere. Dilutiùs potare. Pluſculum hauſit, quàm ſat fuit. Largiùs indulſit poculis & genio. Invitavit ſe in cœna pluſculum. Eſt cibi quidem minimi, ſed largioris potûs. Obſtupefactum habet animum immoderato potu, atque paſtu. Ex vino vacillat. * **Einem zubringen.** *Boire à la ſantè de quelqu'un.* Alicui propinare. Poculis aliquem invitare. Propinando præſentibus, abſenti cuipiam benè precari. Principi fauſta precantes convivæ, mutuis certârunt propinationibus. V. Ebrius.

BLANDIRI. **Liebkoſen.** *Careſſer.*

SYN. Adblandiri, ſubblandire, eblandire, adulari, lenocinari. PHR. Puero blandiri. Blanditiis puerum demulcere, delinire. Ergà puerum blanditias adhibere. Deliniendo infanti blanditias addere. Aliquem blandimentis appetere. Blandè alicui palpari. Aliquem palpare. Hilari vultûs ſermonisque ſignificatione, propenſam ergà aliquem teſtificari voluntatem. Vultu & verbis, comiter ac benevolè quempiam accipere, excipere. Oris ac ſermonis urbanâ comitate, liberaliter & amico animo quempiam proſequi. Perquàm liberaliter aliquem adhibere. Aliquem blandioribus alloquiis proſequi. Subpalpari alicui. Aliquem palpo percutere. Exora, blandire, expalpa. Alludiabo illi. Nunc mihi blandidicus es. Aliquem blandiſſimè adpellare. Blandè appellando ſermone delinere.

BLANDITIÆ. **Liebs-Bezeugung.** *Careſſes.*

SYN. Blandimenta, illecebræ, lenocinia, blandiloquentia. ADJU. Molles, fictæ, doloſæ, argu-

tæ, mellitæ, ſubdolæ, perfidæ, occultæ, inſidioſæ, PHR. Verba aures mulcentia. Blanda hilarisque allocutio, benevolentiæ index. Amicitiæ officioſa, & cum alacritate ſignificatio. Blanditia nota levitatis.

SENTENTIÆ. Præter comitatem magnoperè opus eſt blanditia: quæ etiamſi vitioſa eſt ac turpis in cæterâ vitâ; tamen in petitione Candidato eſt neceſſaria. (*Cic.*) Nè blanditiæ longiores corrumpant veritatem. (*Symmach.*) Habet ſuum venenum blanditia. (*Plaut.*] V. ADULATIO.

BLASPHEMIA. **Gottslästerung.** *Blaſpheme.*

ADJU. Horrenda, execranda, diabolica, inaudita, irremiſſibilis. PHR. Dictum Numini contumelioſum. Verbum in res divinas petulans & injurium. Verbum impium, in divinam Majeſtatem dictum. Verbum violandæ divinæ Majeſtati ſacrilegum. Contumelioſa verborum impietas. * **Gottslästeren.** *Blaſphemer.* Sacrilegis dictis violare Numen. Dictis maledicis DEI Majeſtatem minuere. DEUM & Divina verbis ſacrilegis lædere. Impias in DEUM voces jactare, ſacrilegas, voces evomere. Sceleſto ore contumelias in DEUM effundere. * *Blaſphemus* Verbis in Numen impius. Impio ore in DEUM Sacrilegus. In DEUM & Divina contumelioſus verbis, & injurius. Divini Numinis obtrectator.

AMPLIFIC. Arius ridebat Apoſtolos, duces Chriſtianæ militiæ, illudebat Evangeliſtarum monumentis, in ipſum Chriſtum furens atque amens invehebatur. * Omnia tam divini, quàm humani juris repagula perrumpit, atque adeò tam eſt perruptâ audaciâ, ut DEUM ipſum inceſto ore violare, maledicóque dente infectari conetur. * Eum centum Sacramentorum myriadibus, & imploratis omnium inferorum Diabolis, & ſceleratiſſimis convitiis ad duellum nominatim

natim evocat, ac unà cum ſuâ colluvie ex impuris faucibus tam impia, tam obſcœna, tam nefanda, tam profliganda evomit, ut mirum non eſſet, ſi terra dehiſceret, & hunc Belialis catulum, crudum, nec coctum, nec ſalitum devoraret.

SENTENTIÆ. Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur. (*Levit.* 24.) Qui blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum.] *Marc.* 3.) Vir multùm jurans replebitur multâ iniquitate; & non diſcedet à domo illius plaga. (*Eccle.* 23.] Blaſphemia mors eſt. (*Anſel.*) Blaſphemia eſt, cum quâdam probroſâ irreligioſitate convitioſorum jaculata in alium maledictio. (*Hugo V.*) Non minùs peccant, qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cœlis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris. [*Aug.* [Flagellatus eſt CHRISTUS flagellis Judæorum: Flagellatur blaſphemiis falſorum Chriſtianorum. (*Aug.*] Nihil horribilius Blaſphemiâ: omne quippe peccatum Blaſphemiæ comparatum levius eſt. (*Hier.*] Nihil pejus, nihil infelicius, nihil ſceleſtius, nec quidquam magis impium adversùs DEUM, quàm Blaſphemia. (*Chryſoſt.*] Blaſphemiarum furorem non punire, magnum civitati malum parit. (*Idem.*) Si quempiam in bivio aut foro DEUM blaſphemantem audieris, accede, increpa; & ſi verbera infligere oportet, nè recuſes: ipſius faciem alapâ percute, contere os ipſius; percuſſione manum tuam ſanctifica. Et ſi ulli accuſaverint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: & ſi pœnas Judex pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemavit. (*Idem.*)

BOMBYX. **Seydenwurm.** *Ver â ſoye.*

SYN. Vermis indicus, Eruca bombycia, Bombylius, , Necydalus, Bombyx papilio. ADJU. Ingenioſus, induſtrius, opifex. PHR. Qui aliquot heb-

domadis, albæ mori frondeâ fartus ſaginâ; idoneaque ad lanificium inſtructus materiâ, edere deinceps deſinit, ramulumque ſibi objectum inſcendit, ubi ovatâ figurâ membranaceum effingat folliculum, circumque eum bombycia ſtamina ordiatur, factusBombylius. Is qui vulgò Bombycius Cocon dicitur, membranaceus eſt, ovi figurâ, folliculus, ſive utriculus, quem perpetui ſtaminis, involucro ambit Bombylus. Poſt exhauſtam lanificii materiam, ejusdem folliculi cavo ſe abdit, occlusâ omni ad exitum viâ: pauloque poſt factus Necydalus, hoc eſt cornutus & alatus Papilio, niſi maturè præfocatus fuerit, perfossâ membranâ, conſciſſoque ſtamine ſibi exitum molitur. * Cujus vellere prætexta texitur, Regumque trabea, & ſumptuoſius matronarum nobilium mundus. Illo decorantur aulæ Principum, adornantur thalami, templa nitent, aræ relucent.

AMPLIFIC. Bombyx ex Erucarum genere vermiculus, corpore tenerrimus, è ſemine genitus Papilionis, ab Indiâ non multis ab hinc ſæculis advectus; qui mori foliis benè paſtus & auctus in arbores apud Seras (quos hâc ætate viri docti Sinas nominant) atque in aliis calidioribus regionibus, apud nos vero ſub tectis in defractos ex arboribus ramulos aſcendit: ibique araneorum more per os evomens ex alvo diſtenta paſtu & quaſi nendo filum ducens tenuiſſimum ac firmiſſimum aurei coloris, artificioſiſſimè pauculis diebus ſibi texit & conſtruit, ædiculamnè an ſepulchrum, an nidum? ovo formâ ſimilem & magnitudine quóque parem, ubi paſcuntur uberius. Opere perfecto ſe in hoc molli, pretioſo, volubilique nido involvit atque includit; ubi vel moritur, ut inde poſt aliquod menſes alis inſtructus, in papilionem mutatus, redivivus egrediatur Phœnicis æmulus, imago futuræ mortalium anaſtaſis è Doctorum ſanctiſſimorum Baſilii, Ambroſii, Theodoretique conſenſu: vel ſi non

mori-

moritur in eodem cubili ſomno conſopitur, ut ſeminibus gravidatus evolet inde fœcundior.

BOMBARDA. **Büchs / oder Stück.** *Fuſil. ou Canon.*

SYN. Catapulta, Baliſta. ADJU. Bellica, ænea, martia. PHR. Igniaria fiſtula. Poſteriorum ſæculorum Bombardæ, tonitruorum, fulgurum ac fulminum ſimul imitatrices horribiles. * Nondum apparuerunt gentibus iis novæ ſubtilitatis & operis admirabilis Baliſtæ, ob longum in tubum & æqualiter teretem ex ære fuſili figuratæ, quæ non funibus aut nervis intentæ ſingula mittunt ſpicula, ſed incognitâ priſcis ratione, ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos cum incremento multiplici rapiendos, recto primum nitrati ac ſulphurei pulveris modulo temperatæ, inſertos dein ore patente ferreos, *vel* plumbeos ex arte globos, & alia obturamenta, fulminum inſtar, flammis eluctantibus cum horrendo fragore contorquent. V. TORMENTUM BELLICUM.

BONUS. **Gut.** *Bon.*

SYN. Probus, perbonus, præſtabilis, frugi, integer, juſtus. PHR. Amans æqui. Æqui cultor. Vitio carens. Recti cuſtos. Expers doli. Homo ſingulari bonitate præditus. Inſigni probitate vir. Naturæ bonitate præſtans. Humanitate ac religione præcellens, Antiquæ probitatis homo. Ita moderatus, ut præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat. Vir bonus & ſapiens, & legibus parens, & civilis officii non ignarus. Cùm eſſet ille vir exemplum innocentiæ: cumque illo nemo neque integrior eſſet in civitate, neque ſanctior. Qui ſe integros caſtosque ſervaſſent, quibusque fuiſſet minima cum corporibus contagio. Quo genere hominum nullum quondam incorruptius fuit. Proba & antiqui moris

fœmina. Eum conſtabat virum eſſe firmè bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ: multaque & illuſtria exempla probitatis, ſinceritatiſque ejus expromebantur. Bonis artibus gratus in vulgus. Nec tamen ulla ſunt tam blanda pabula, quorum gratia non exoleſcat uſu continuo. Perbonæ frugi homo.

SENTENTIÆ. Vir bonus eſt, qui prodeſt, quibus poteſt: nocet autem nemini. (*Cic.*) Homo frugi omnia rectè facit. (*Idem.*) Non eſt res ulla tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & ſplendorem & nomen amittas. [*Idem.*] Ut quisque eſt vir optimus, ità difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur. (*Idem.*) Omnes boni beati. [*Idem.*] Nemo eſt omnino negligendus, in quo aliqua virtutis ſignificatio appareat. (*Idem.*) Bona nemini eſt hora, ſi non alicui ſit mala. (*Sen.*) Non eſt bonitas, peſſimis eſſe meliorem. (*Idem.*) Bonus vir ſine DEO nemo eſt. [*Idem.*] In unoquoque virorum bonorum habitat DEUS. [*Idem.*] Poſſe bonum eſſe, & non eſſe, ob vicinam ſaltem malitiæ, tam non bonum eſt. [*Nier.*] Bonitas ſemen, & fructus amoris ex illâ germinat. (*Idem.*) Naturam Magnetis lapidis habet, res omnium blandiſſima bonitas; trahit ad ſe, clamat, vociferatur, cordibus ad ſe revocat. (*Idem.*) Bonitas res conſpicua, & pura eſt, & omni ex parte integra: res rotunda, cujus titulus deeſt, ſi aliquid boni deſit. (*Idem.*) Satis eſt ad magnitudinem titulus bonitatis. (*Idem.*) Pacifica res & ſocialis eſt bonitas. [*Idem.*] Bonus eſt, qui omnes cupiſcit optimos. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut radii Solis in ſordes & caligantia loca conjecti illuſtrant; non inquinantur: ſic boni inter feros ſquallentesque animos reſplendent; nihilominus vera virtutis ſuæ laude. (*Lipſ.*) Ut Phœnix noniſi quingenteſimo anno naſcitur: Ita inſignium

nium virorum rarus est proventus. (*Sen.*) Ut scarabei ac vultures offenduntur unguentis : & scytha juravit, se malle equum hinnientem audire, quàm cytharœdum canentem : Ità non omnibus placent optima. (*Plut.*] V. Pius. Probus.

S. BRUNO.

PHR. Ordinis Carthusiensis eximius Patriarcha.

ELOG. Prô quàm percellit mortuus, declamans de judicio! Dicentem ferali ex pheretro, (par erat argumento cathedra) unum audivit Doctorem Bruno, & perculsus horrore aufugit Parisiis, inter Carthusiæ latebras se sepelivit. Silentii Pythagorâ studiosior, tertium supra quinquennium silens, solitudinis suæ contubernio felix, minimè solus, cum esset solus. In summâ sanctarum cogitationum frequentiâ, fecit fidem Anagrammati: Beatitudinem solam esse Solitudinem beatam. Cave humile quid sentias de Carthusiâ, Numinis illa regia est; Thronum in ea figere visus est DEUS, solitudinis amicus, loquacitatis inimicus. Sed & stellas illuxisse illustres pares Planetis septem; In hoc dissimiles, quod fuerint fixæ; Vidit Episcopus Hugo, cui danda fides, nam sidera noverat antequam vidisset lumen. Latebat Asceta Bruno & latere volebat, colonus sui unius, quò melius efflorescceret in sylvis; ut nè sagacissimæ naris fama eundem odoraretur. Sed frustra etiam in antris latent, quos tegit virtus: Nam obscurè non vivit, qui sanctè vivit. Ex umbris evocatur ad lumen, ex eremo ad aulam. Res mira! Monitorem Germanum è sylvis evocat Pontifex; eum ni dederit eremus, qui Principem Principi describat, aula non habet, quò nonnisi per rimas penetrat veritas. In aulis adulantur qui sperant, tacent qui timent. Oblatas Rhegii Infulas rejecit laudabiliter, pedum Pontificium rejecit, nè vel latum pedem discederet a DEO, nimirum prodesse

deſſe omnibus, præeſſe volebat nulli. Extra quietem poſitus, ſuſpirabat ad quietem; quam dedit ultima Calabriæ Turris, in quâ ſe celavit, ut uni notus eſſet Cœlo. Sed ſanctitatis veſtigia ſubodorata eſt canis. Fruſtra lates O Bruno! latratu canis detegeris. Inventus à Rogerio Inclyto Comite flexus genu, manibus plicatis, ut decet virum orationis: Cui vel in Eremi latebris detexit hoſtiles dolos. Cùm Cœlitum vitam tranſtuliſſet in eremum, dignus fuit ille, qui transferretur in Cœlum. Aſſueſce arduis quisquis cœlùm ambis, Agni Cœna jejunis eſt poſita. Laborant Carthuſiani in ligno & è ligno; ut cruces faciant leviores; imò ligni opportunitate uſi, extruunt ſibi domos æternas. Et tu unam ſi voles, eò convola.

C.

CADAVER. Todter-Cörper. *Cadavre.*

SYN. Mortuum corpus. ADJU. Incruentum. ſemiuſtulatum, informe, abjectum. ‖ (*Cic.*) Exangue, transfoſſum, flebile, pallidum, cruentum. PHR. Vulturibus opimum pabulum. Inhumatum cadaver inglorium, calonum pedibus calcatum. Alitibus beſtiisque obviam ferens pabulum. Si videres oculis, non corpus integrum, ſanum, ac vivum diceres, ſed vel grandi macie torridum, vel tabe confectum; vel cadaver carne ſpoliatum, quod ſtamine duntaxat oſſium continetur. * Cineres ſemivivorum corporum, ferina naufragia. (Apulejus.) * Vident jacere ſemeſa hominum corpora, ſuisque viſceribus nudatis oſſibus cuncta candere. * Mortuum palliidumque caput in roſtris viſebatur, ubi quondam Senatus Princeps, Rex fori, Conſul Rem-

Rempubl. privatus Consules, Reges, multorum civium capita servaverat: hiabat indecorè mutum illud os, unde tanquam ex officinâ tot tela deprompserat, atque in improbos cives intorserat eloquentia; cruoris rivus è linguâ, Fulviæ stilis perfossa, crudelitateque muliebri lacerata manans, rostra forumque fœdabat, unde toties verborum flumina, vel ad innocentum defensionem, vel ad laudem proborum eruperunt. Tacet os persuasionis tabernaculum; friget lingua sedes leporis; silet vox musarum sonus, quæ populi Romani aures, animos, pectora jucundè pariter & vehementer ferientes aculeis hilarabant, & voluptate persuadebant.

Abstulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.

CADERE. Fallen. *Tomber.*

SYN. Concidere, labi, delabi, prolabi, collabi, decidere, corruere, præcipitare. ADJU. Aliter, altè, aptè, aptissimè, jucundè, meliùs *verba in syllabas longiores*, numerosè *clausulas*, omninò, meliùs, optimè *in pedem*, præclarè, per se, *similiter verba*, bellè, concinniùs, commodiùs, decorè, numerosè, similiter, fortiter, fortuitò, leviùs, graviter, jam pridem, malè, meliùs, venustè, nominatim *ignominiam*, pariter cum Repub. *laudem*, percommodè, peropportunè, præclare, privatim, publicè, secus, teterrimè. (*Cic.*)

PHR. Auff das Angesicht fallen. *Tomber en devant.* Pronum collabi, corruere, In faciem concidere, prolabi. Ruere in præceps. * Hinter sich fallen. *Tomber à la renverse.* Supinum cadere. In occiput concidere. * In die länge fallen. *Tomber de son long.* Pronum corruere. * Auff die Seyten. *A côté.* In latus corruere. * Stantem ex æquo loco

loco prolabi. Plano inſiſtentem ſolo concidere. Hæſi perculſus, propiusque nihil eſt factum, quàm ut corruerim exanimis. Sed forte ita libraverat corpus, ut ſe pedibus exciperet. Tandem feſſa delabitur ſolo. * In ſtomachum primò cibus illabitur. * Ingens muri tractus impellente nullo labem fecit, ac ſponte in foſſam ſubjectam corruit. * Cadere altè non poteſt Nanus humi conſiſtens. * Fluvius è ſublimi rupe præcipitans. * Cadunt mihi dentes. * Illum labentem, ac prope cadentem retine, ſuſtine. Præcipitantem à lapſu contine. Suſtinere ſe à lapſu. * Viæ lubricæ, quibus Adoleſcentia inſiſtere, aut ingredi ſinè caſu aliquo, aut prolapſione vix poſſit. * Repente imber torrentis more effectus eſt. * Saxum in ejus crura incidit. * **Dieſes Hauß iſt bauſällig.** *Cette maiſon va tomber.* Domus hæc ruinam minatur, eſt ruinæ proxima, labat, labaſcit: prona in ruinam eſt, proclivis eſt in ruinam, præcipitat.

SENTENTIÆ. Non Cadere grave eſt; ſed poſt lapſum non reſurgere, ſatanicum eſt, pernicioſum eſt. (*Chryſoſt.*) A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. (*Bern.*) Peccantis fuit corruere; ſed miſerentis DEI eſt, eruere. [*Gloſſ. Ord.*] Plerumque alterius caſus, alterius ſolet eſſe cautela. (*Greg.*) Carnale eſt, cadere: ſed diabolicum jacere. (*Hier.*) Nimium præceps eſt, qui tranſire contendit, ubi conſpexerit, alium cecidiſſe. (*Laur. Juſt.*) Qui nunquam cadit, ſolus DEUS eſt: quare ergò rides de lapſu alterius? Qui ſtas, videas, nè cadas. (*Th. Kemp.*) Multi ceciderunt, ut altiùs ſurgerent, & in majus. [*Sen.*]

CÆDES. Todtſchlag. *Meurtre.*

SYN. Occiſio, occidio, homicidium, internecio.
ADJU. Clara & recens, crudeliſſima, cruentata, indigniſſima, infinita, jucunda, magna, maxima, *maxi-*

maximæ & indigniſſimæ, miſera, crudelis, nefaria. nocturna, quotidiana, plurima, propinqua. (*Cic.*) PHR. Cædem facere, perpetrare. Aliquem trucidare, nefariè occidere, ſceleratè interficere.

AMPLIFIC. Cui nos ſcenæ fata ſervatis? Quò diutius pertinacem animam trahitis? Duri oculi! qui hæc videre poſſunt: immites animi! qui velle poſſunt vitam tot funeribus ſuperſtitem, niſi fortè eò videntur ſibi felices, quòd jam miſeriores eſſe non poſſunt. Quocunque oculos circumferimus, ubique occurſant funera. Urbs tota vacua civibus, plena cadaveribus, mortuorum ſepulchrum eſt, & ferale quoddam buſtum: è quo excitatæ favillæ ſolem ipſum mœſtitiâ confundunt. Hunc patriæ communem tumulum ſoli nunc incolunt macilenti ſenes, inſtar larvarum: cinerulentâ canitie, ſciſsâ veſte, ſquallore & lacrymis obruti, nudis prope filiorum mortuorum oſſibus incubant. V. OCCIDERE.

CÆSAR.

ADJU. Indomitus, invictus, romanus, magnanimus, ſuperbus. PHR. Dux latius. De ſanguine natus Juli. Dux, Imperator romanus, quo præſtantior haberi nemo poſſit. Qui exercitibus præfuit eximiâ cum laude. Ductor copiarum nemini ſecundus. Qui copias duxit admirabilirerum bellicarum ſcientiâ. Qui geſſit bella ſuo ductu, eâ virtute ac vigiliantiâ, non modo ut ſuperiorem, ſed nec omninò parem quemquam habuerit. Cæſar præter multas, quibus floruit virtutes, quibus enituit, quæ in illo viguerunt eâ fuit humanitate, ejus humanitatis, ut nihil ſupra poſſet. Cæſar proprio quodam naturæ munere factus ad liberalitatem videbatur. Laus Liberalitatis uni maximè Cæſari debetur. Cæſar Pompejum, cum exercitum ipſe haberet multis partibus inferiorem, pugnâ tamen fregit, prælio ſuperavit, acie devi-

devicit, fudit fugavitque, copias ejus profligavit, in fugam conjecit.

AMPLIFIC. Cæſaris imperio non Alpium vallum, contra aſcenſum transgreſſionemque Gallorum non Rheni foſſam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſſimis gentibus objicio & oppono: perfecit ille, ut ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent, non naturæ præſidio, ſed victoriâ ſuâ, rebusque geſtis Italiam munitam haberemus. (*Cic.*) Cæſar vir magnus fuit atque haud ſcio, an bellatorum omnium poſt homines natos maximus: at idem, ut nobilitatis ſuæ decus amplificaret, ut gradum viamque ſibi faceret ad maximas opes, ad ampliſſimos honores: imò ut imperium ſibi in ſuâ civitate architectaretur & conſtitueret, non Aſiaticas gentes, quas molles & effæminatas probè noviſſet, ſed Europæas nationes, quæ maximum in re militari uſum haberent, armis ſibi laceſſendas, ſibi ad virtutis certamen provocandas putavit. * Etſi non ſatis judicatu proclivè plerique putent, pluſnè linguâ Cæſar valuerit, quàm manu; ſtylone fuerit, quàm pilo, ſcriptis quàm factis, commentariis, quàm victoriis, dicendi quàm bellandi arte præſtantior: in eâ ego tamen opinione ſum, ut exiſtimem, illum militare decus obſcuraſſe ſcribendi gloriâ: victoriasque viciſſe ſuas, dicendi laude; ingeniique pernicitate, non modò aſſecutum eſſe, magnitudinem animi, bellicamque fortitudinem ac felicitatem, verùm etiam longè multúmpue ſuperaſſe. Præterquàm enim, quòd eximias laudes bello partas, innumérabilésque triumphos, Commentariorum, quos edidit, divino beneficio, edacitati temporis ſubduxit, æternitatique commendavit. Quis neget, egregia, quæ armatus geſſit facinora, populorum dedecoràſſe infinitâ clade; palmas quas meſſuit, miſerorum rigâſſe ſanguine; captarum direptione urbium ac provinciarum, ſuam amplificâſſe dignitatem; & per aliena dam-

damna, ſtragesque publicas, quaſi per gradus, ſupremum conſcendiſſe gloriæ thronum, & orbem ſubegiſſe univerſum? At verò, Ingenii victoriæ quas retulit, Eloquentiæ triumphi, quas egit; Eruditionis trophæa, quæ conſecravit; non modò nemini perniciem, ſed ſummam etiam utilitatem poſteris, futuris ætatibus admirationem, ipſique Cæſari immortalem nominis famam, illibatúmque decus peperêre. Æſtimate, quæ de illo dixi, dicique poſſunt; unius hujus conſideratione ſententiæ; & ex ungue, quod ajunt, *Leonem* cognoſcite. Nihil, inquit, Imperator faciat libentiùs, quàm ſupplicibus ignoſcere.

CALAMITAS. Trübſal. *Calamitè.*

SYN. Miſeria, acerbitas, infortunium, ſtrages, ærumna, pernicies; adverſa, incommoda fortuna, incommodæ res, offenſio, afflictio. ADJU. Civilis, communis, diſſimilis, magna, fatalis, honeſtiſſima, indigniſſima, publica, inproviſa, major, ſumma, *impendentes*, incredibilis & ſingularis, tanta, tota, *incredibiles*, juſtiſſima, *ſingulares*, inveterata, præſens, maxima, neceſſaria, nova, privata, ſingularis, *veteres*. (*Cic.*) PHR. Miſerrimus temporum ſtatus, Miſera, iniqua, improba, perdita, triſtia, infauſta tempora. Adverſa, dura, iniqua, infelix temporum ratio, conditio. Temporum pravitas atque improbitas. Omnium rerum perturbatio. Malorum colluvies. Graves & frequentes calamitates ligantur perpetuâ quâdam catena nexæ, laborum omnium & malorum confluges. Mala & multa, & magna. Magna & turbulenta tempeſtas in undoſo hoc mari tumultuatur; & malorum montes. Plauti verbo utor, vitæ atque ſaluti noſtræ imminent. Qualescunque irruentes calamitatum procellæ & ſtantes tribulationum, peſtis, famis & belli venti.

Allerhand Elend leyden. *Souffrir toute ſorte de calamitez.* Omnibus vexari calamitatibus. Malis perturbari. Ærumnis angi. Infortuniis cruciari, miſeriis torqueri, affligi, affici, opprimi, conflictari. In miſerrimum ſtatum dejici. In ultimum diſcrimen adduci. In deterrimam omnium conditionem deturbari.

AMPLIFIC. Calamitates, quæ efficiunt, ut carbones igniti refrigerium exiſtant, perſecutiones exercitium, infirmitas medicina; Per eas moleſtiæ fiunt deliciæ, infamia honor, tormenta voluptates; ab iis habent cruces, ut ſint coronæ: exilia peregrinationes: mortes triumphi. Nimirum ſicut ex amariſſimo thymo apes duleisſima mella colligunt, ita juſti, ex tribulationum amaritudine gloriæ æternæ & abſconditi theſauri ſuavitatem deripiunt.

Quid ergò nunc illas publicas & omnium Chriſtianorum ærumnas atque calamitates perſequar, quas illa niſi minueret, molliret, relevaret, averteret, quid putatis in hoc tam depravato & exulcerato ſæculo, cum rebus humanis ageretur, quæ plagæ ſceleribus noſtris debitæ volitarent, quæ peſtes graſſarentur, quæ fames viſcera miſerorum ac inteſtina corroderent, quæcruces hanc impuram & flagitioſam carnem affligerent, quæ bella monarchiam noſtram averterent, qui turbines ædificia noſtra quaterent, quæ intemperies aëris elementa nobis ipſa confunderent, terræque fructus & mortalium alimenta diſperderent? cur iſta non occidunt? Sicut olera aquis, ſic ſulphure, gladio, inedia, terræ motibus, ruinis nefariæ gentes exciſæ, vaſtatæ, diſſipatæ perierunt.

Perpetuæ calamitates ſunt, nunquam omninò reſpirant mortalia, & ſine ullis, ut dicitur feriis, multiplicium formas ſuſtinent diſcriminum. (*Arnob.*)

Videsne quantum tibi periculum velitatur Fortuna eminus? ac ſi longè firmiter præcaves, mox cominus congredietur. (*Apul.*)

Sem-

Semper imbres nubibus lacrymarum in me diluviant, & mœrorum mare procelloſiſſimis fluctibus irruit, & menſes per omnes calamitatum hyemes, atque glacies incumbit, & vitis atque oliva domus meæ, Prophetæ verbis, foliis & armis viduantur. * Luctus ex luctu, lacrymæ ex lacrymis, mœror ex mœrore unâ continuatâ ſerie, ſine ullâ reſpiratione excipiunt. Quid agam miſerrimus? luctum, vinco, mœrorem excutio, lacrymas ſiſto, ſarcinulas colligo, portum ſpecto, & qui ſexagenarius amplius non ſum, ſed ultra, quocunque horæ momento jubeor, paratiſſimus exeo. * Sub exceſſum Neronis Italiæ cladibus afflicta, hauſtæ aut obrutæ urbes, Campania incendiis vaſtata, Capitolium civium manibus everſum; ſacerdotia & conſulatus tanquam ſpolia reportata, plenum exiliis mare, infecti cædibus ſcopuli, nullus in urbibus, nullus in agris ſecurus à ſcelere; atque à ſupplicio locus. * Ecquid in vicinis regionibus videmus, ecquid intelligimus? Intelligimus Eccleſiæ ærumnas, videmus Reipubl. calamitates: ita quidem, ut quò magis quæramus, quod inveniamus, eò minus inveniamus, quod dicamus. Quærimus Eccleſiæ gloriam, miſeriam invenimus: quærimus Reipub. lætitiam, dolorem invenimus: quærimus communis Patriæ Germaniæ vitam & florem, invenimus mortem & interitum. Deum immortalem! quod quærimus, non poſſumus absque luctu & ejulatu dicere. * Mala quibus vel cœlum contriſtatur, Sol & Luna nigreſcunt, omnia elementa ſtupent! Mala quibus terra contremiſcit, maria commoventur, ſolitudines trepidant! Mala, quibus divina humanáque omnia evertuntur! Mala quibus ecquod retrò ævum per Germaniam, ſi rectè examinamus, unâ ſingulis tam calamitoſum fuit, quàm hoc noſtrum eſt, aut quod erit; ſi tamen aliquod futurum eſt. * Ut amnium omnium confluxus

in Oceanum; ſic cladium hodiè videtur in Germaniam. Heu! quomodò cecidiſti flos ille terrarum? Sol gentium? Hominum officina? Priſcô? quid priſcô dico? proximo ſuperiori ævo. * Illa ipſa provida mens, quæ cœlum hoc quotidiè volvit, revolvit; Solem ducit, reducit; fruges promit, recondit: caſus iſtos & viciſſitudines omnes rerum peperit, quas miraris aut indignaris. Grata tu tantum & nobis commoda ſubmitti cœlitùs putas? imô triſtia etiam & incommoda, nec quidquam in hâc grandi machinâ geritur, turbatur, miſcetur (peccatum excipio) cujus non cauſa & origo à primâ illâ causâ. * Omnium rerum diſpenſatores in cœlo, ait rectè Pindarus: & aurea quædam veluti catena demiſſa ſupernè eſt, (ut per fabulam Homerus velat) ad quam omnia hæc infera alligata. Quod ibi labes terræ oppida aliquot abſorpſit, à providentia eſt; quod alibi peſtis multa millia hominum demeſſuit, ab iſtâ; quod cædes, bellum, tyrannis, ab eâdem iſtâ. Divinitus, divinitus immiſſæ omnes iſtæ clades: ideoque benè & ſapienter Euripidi clades à DEO invectæ dictæ. (*Lipſ.*) Utilia ſunt, quæ patimur, publica mala: & cum interno noſtro fructu commodisque conjuncta: Mala autem? imò bona veriùs, ſi remoto hoc opinionum velo, oculos ad ortum eorum referes, adque finem; quorum ille à bono, hic in bonum. Origo certè harum cladium à Deo non ab ipſo bono ſummo ſolùm; ſed bonorum omnium auctore, capite, fonte. A quo non magis eſt, ut malum aliquod emanet, quàm ut malus ſit ipſe. Benefica tantum & ſalutaris illa vis, quæ lædere æquè ſpernit ac lædi? & cui una ſummaque potentia eſt, prodeſſe; itaque etiam priſci illi tenebriones, cum ſuperum illud numen mente conciperent, rectè à juvando dixêre Jovem. An tu exaſperari eum cenſes? (*Idem.*) Perſeverat autem in æternitatem in benignitate

nitate ſuâ illa mens, & iſta ipſa aſpera quæ ſuggerit aut ingerit, velut medicamenta ſunt, ſenſu triſtia, re ſalubria eventu. (*Idem.*) Origine igitur clades bonæ: ajo etiam fine, quia ad bonum directæ ſemper & ſalutem. Occurris mihi tacitus, ſcio; & quomodo, inquies: Nonne bella hæc, & cædes clarè ſcopum habent nocendi lædendique? Habent, fateor, ſi homines ſpectas; non habent, ſi Deum. (*Idem.*) Quare miremur reconditam hanc ſapientiæ vim, non rimemur: & ſciamus clades omnes exitu bonas eſſe, etiamſi cœca hæc mens non videat, aut tarda eò non pertingat. Latent enim ſemper nos veri earum fines, ad quos tamen, nobis ignaris, pervenient: non aliter quàm fluvii quidam, qui erepti oculis & ſub terram reconditi, feruntur nihilomnius ad ſuum mare. * Fatum prohdolor! in me irruit, hoc luctuoſius, quò minus expectatum, hoc funeſtius, quò repentinum magis & ſubitaneum; hoc crudelius, quò innocentiores, infirmioresque aggreditur, obruit, excarnificat. Adeò in me unum omnis adverſæ fortunæ malignitas deſultat, omnisque tempeſtas arietat, omnis injuria debacchatur. * Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius eſt injuria. Acerbum eſt ab aliquo circumveniri: acerbius à propinquo: calamtioſum eſt bonis everti; calamitoſius cum dedecore: funeſtum eſt à forti atque honeſto viro jugulari; funeſtius ab eo, cujus vox præconis quæſtu proſtitit: indignum eſt à pari vinci, aut à ſuperiore; indignius ab inferiore atque humiliore: luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis; luctuoſius inimico: horribile eſt cauſam capitis dicere, horribilius priori loco dicere. * Cui nos ſcenæ fata ſervatis? quò diutius pertinacem animam trahitis? Duri oculi! qui hæc videre poſſunt: immites animi! qui velle poſſunt vitam tot funeribus ſuperſtitem; niſi fortè eò videntur ſibi felices, quod jam miſerio-

res esse non possunt. Quocunque oculos circumferimus, ubique occûrsant funera. Urbs tota vacuæ civibus, plena cadaveribus mortuorum sepulchrum est, & ferale quoddam bustum, è quo excitatæ favillæ solem ipsum mœstitiâ confundunt. Hunc patriæ communem tumulum soli nunc incolunt macilenti senes, instar larvarum, cinerulentâ canitie, scissâ veste, squallore & lacrymis obruti, nudis prope filiorum mortuorum ossibus incubant. * Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset, eas omnes se se hoc uno Consule pertulisse dicunt. * Nescio quo pacto alienæ calamitatis me semper teneat commiseratio; quotiescunque enim amici mei quid detrimenti capiunt, aut fortunæ flagellis vapulant & confodiuntur, eorum jactura non minùs animum meum everberat, quàm si ipse naufragium facerem, aut meis quoquè rebus pessimè viderem consultum. * Calamitatum consuetudine sensus amittitur. Malorum usus mihi sensum ademit. Leviora videntur, quæ diu sustinui mala. Occalluit jam animus diuturno malorum usu. Callum obduxit animo meo diuturna calamitatum consuetudo, sic ut minimè sentiat, ut sensu prorsus vacet.

SENTENTIÆ. Nunquam acrior acies mentis, quàm cum calamitate velut cote acuitur. Doctrina DEI calamitas est. Tristis mensura calamitatum solet esse magna & diuturna felicitas, (*Nier.*] Calamitatum Fasti nominibus Principum notantur. (*Strad.*) Latent plerumque in adversis solatia, & nubes hæ solem tegunt. Nucleus latet in putamine, rosæ sub spinis, sub cortice lignum, in vili conchâ leguntur margaritæ, in montium venis aurum tegitur, in Thersite viget illustris animus, marini fluctus naves hauriunt, sed iidem fundunt uniones. (*Anon.*) Nec quidquam enim potiùs obstetricatur gloriæ, quàm

quàm adverſitas: nec *Jobum* ad fortunam ſempiternæ beatitatis provexit malacia, ſed tempeſtas. Quantò periculoſiùs agglomerantur perſecutionum diluvia, tantó altiùs provehunt animæ navigium. (*Schrött.*) V. AFFLICTIO.

CALCEUS. Schuh. *Soulier.*

SYN. Calceamentum, Cothurnus; Calceolus, Sandalium. ADJU. Habilis & aptus ad pedem, virilis, fœmineus, utilis, laceratus. PHR. Schuhe anthun. *Chauſſer ſes ſouliers.* Calceos induere, in pedes inducere, ſibi inducere, *vel* induere. * Schuh von einfacher Sohl. *Soulier à ſimple ſemelle.* Simplicis ſoleæ calceus. Unius ſoli calceamentum. Simplarius calceus. * Schuh mit hohem Abſatz. *Soulier à talon relevé.* Ponticulo ſubſtratus, *vel*, Podiolo ſubſtructus calceus. * Schuh von Cartowan. *Soulier de marroquin.* Hircinus, *vel*, caprinus Calceus. Hircinæ alutæ calceus. Schuh-flicken. *Raccommoder ſes Souliers.* Calceos ſuere. Calceamenta pictaciis conſuere.

AMPLIFIC. Quid de calceis dicam? ô quales cothurnos vincunt ſcenicos; eriguntur in poſteriore parte, & tenui orbiculo terram calcant, ita pudet pigetque integro calcare pede; ungue vix toto non rarò calcant: & aſſurgit cuique calcaneus pro voto metiendæ ſtaturæ, ita ſe lubet & alios fallere. Variè deinde ſecantur, quò facilius aquam hauriant, effundant hauſtam: diſplicent nimirum integri, & quò citiùs terantur, ſecare placet; faſtidio integritas eſt, & ad novos parantur. Mirum ſi non gemmas cum Poppæâ calcamus: nam argentum vile nunc fœminarum calceis eſt, aurum expectamus. Auritos deinde ubi calceos videris, nihil vides, niſi innectantur aures mendaci roſâ, quæ quò latiùs ſe diffundit, hoc gratior eſt.

Digitized by Google

CALIX. **Kelch.** *Calice.*

SYN. Crater, patera, ſcyphus, poculum. ADJU. Fœcundus, gemmatus, avratus, aureus, argenteus, cryſtallinus, fumans, ſpumans, cælatus. PHR. **Meß-Kelch.** *Calice Sacrè.* Sacer calix. Sacrum vas vino in ara conſecrando. Faciendo Chriſti cruori ſacra patera. Divino ſanguini per ſacra libando poculum. * **Der Kelch iſt denen / ſo nicht Prieſter ſeynd / verbotten.** *L' uſage du calice n' eſt point permis a ceux, qui ne ſont pas Prêtres.* Nemini non Sacerdoti uſus ſacri calicis indulgetur. Nulli profano adhibetur ex lege Chriſti calix atque ſanguis. Sacerdotio non initiatis interdicitur divini ſanguinis potio. Ex Eccleſiæ ſanctionibus arcentur profani homines ſacro Chriſti poculo. * **Indem der Prieſter den Kelch auffheben thut / bettet man das Blut Chriſti an.** *Lors que le Prêtre leve le calice, l'on adore le ſang de J. C.* Sublato in Sacerdotis verticem calici adhibetur divini cultûs adoratio. Cultu divino CHRISTI adoratur cruor, cum Calicem in caput Sacerdos extulerit: cùm excitatum ab ara in ſublime attollit calicem Sacerdos. (*Vide Miſſa.*)

CALUMNIA. **Verleumdung.** *Calomnie.*

SYN. Injuria, convicium, probrum, opprobrium, maledictum, detractio. ADJU, Iniqua, ſumma, malevolentiſſima, noxia, injurioſa, pudenda, ruſtica, aſpera, fœda, inaudita, acerbiſſima, tacita, acerrima, nimis callida, frigida, jejuna, impudens, maxima. PHR. Falſa & iniqua criminatio. Malevola ficti criminis offenſio. Injuſta vexatio, & fraudulenta interpretatio. Miniſtra Prætorum avaritiæ. Calumniarum ſubitus & magnus ignis. Commentitiæ culpæ maleficioſa objectio. Malevolentia intentatum alicui fictum crimen. Obtrectatio malevolentiſſima. Rumuſculi

li malevolorum. Malevolentiæ plena Oratio. Improba ars malevolorum. Iniqua & infensa quorundam hominum opera.

AMPLIFIC. Calumniarum ferax ævum. Calumnia,& nimis callida & malitiosa Juris interpretatio. (*Cic.*) Nullius tam improba & effera in calumniando nequitia existit, quæ vel minimo motu digna sit: Cùm omnis calumnia fœtulentæ similis sit cloacæ, quæ quò plus mota, plus fœtida est. * Multos Calumnia è luce publica ad ignobiles latebras redactos, quasi viva cadavera sepelivit. Præmitto Hippolytum, nullis non vatibus, nullis non theatris decantatum; Myrtilum Hippodamiæ calumniis circumventum, & à Pelope in mare præcipitatum; Crispum, Coriolanum, Volscorum mucronibus, quos Tullii Aufidii calumniatrix lingua exacuerat, discerptum; Annibalem, qui nullo suo merito Antiochi Regis aulâ expulsus, vitam finivit inglorius; Scipionem Africanum, qui in Literninensi pago delitescens, hoc Epitaphio injurias suas, quoad licuit, ultus est: *Ingrata Patria! Nè ossa quidem habebis mea.* Alexandrum illum Magnum, in tot amicorum cædes quid nisi Calumnia impulit? Tiberios, Caligulas, Nerones, & tot portenta Tyrannorum, quid nisi Calumnia peperit? Aspides lethale venenum silentio dispuentes, pænè citiùs perimunt viatorem, quàm se læsum sentiat. Ita Maledicentiæ virus est malum inevitabile. Quî enim vites telum, quod non vides? Tempestatem nobis nubes denuntiant, incendium fumus, hostem explorator; sed à Calumniatore subita est,ac improvisa pernicies.

SENTENTIÆ. Non facias calumniam proximo tuo. [*Levit. 19.*) Non tradas me calumniantibus me. (*Psal. 118.*) Recede procul à calumniâ.[*Isai. 54.*) Calumnia in omnem ætatem, sexum, ordinem debacchatur, calamitas publica, & phaëton quidam,

ut ſic dicam orbis terræ. [*Lips.*] Quis ullo ſæculo non proximus aliquando ſterit huic igni? quem non ambuſſit hæc flamma? quæ ſubiti fere fulminis more validiſſimum opprimit, cæteris metum incutit, paremque paſſo triſtitiam facit, pati potuiſſe & poſſe. Et imitatur Calumnia fulmen, quod improvidum & imparatum ante perimit, quàm periculum denunciet: quodque firmiſſima ferè impedit, viliſſima & humi ſerpentia negligit: quod non contentum vulnere, ipſa medullat oſſa: & quidquid erat ſanguinis boni, improbo æſtu ſuo decoquit. (*Idem.*) Orbem terræ Calumnia inundavit; hæret & habitat in peſſimæ hujus naturæ medullis; nec jam inter culpas cenſetur, ſed mores. (*Idem.*] Architecti Calumniæ præcipui & quaſi parentes ſunt Mendacium & Invidia: Curioſitas autem nutrix. [*Idem.*] Quidquid fraudium, oppreſſionum, ſcelerum uſquam aut unquam in aulis fuit, id manavit à Calumniâ. [*Idem.*] Prima ſcintilla & fomes Calumniæ odium eſt: nec unquam aut vacabit, aut lubebit in alienas res inquirere, quem ſuæ diſtinebunt. (*Idem.*) Nihil quidquam tam probè, aut providè dici poteſt, quod non vellicare malignitas poſſit. (*Idem.*) Princeps], qui Calumniatores non caſtigat, irritat. [*Idem.*) Calumnia in occaſione apud audientes valet, tempore infirmatur. [*Idem.*) Aut vera Calumniator pandit, aut falſa contorquet; ſi vera, cur pudet audire, quod feciſſe amavimus; Si falſa, cur non delectet conſcientiæ innocentia? Ille ſolùm, qui mentitur, læditur, licet non putet; alter ſolùm, quia putat. (*Nier.*) Improbi malignique ex eo, quòd alios calumniis inceſſunt, vitiis ſuis opem ferre moliuntur. (*Naz.*) Improborum linguis occurrendum eſt, quæ ſimpliciſſimis quibuſque celerrimè calumniam ſtruunt. (*Idem.*] Cujus vita inimicorum ac ſycophantarum libidini eſt expoſita, nonne ille in vitâ ipsâ caret vitâ? (*Lyſias.*)

Re-

Regium eſt, cum rectè facias, malè audire. (*Antiſt.*) Ad calumniandum comparare ſe, & muliebre, & inſcitum eſſe exiſtimo. (*Philoſtrat.*)

SIMILITUD. Ut Scopulus aſſilientes undas ſine motu ullo ſuo frangit: Sic nos Convitiatores ſinè acerbitate ullâ, aut irâ. (*Lips.*) Ut tela quædam in Cœlum emiſſa, ire eò videntur, non tamen eunt: Sic malitioſorum Calumniæ bonos non tangunt. (*Idem.*) Ut ignis paleam exurit, aurum verò nitidius reddit: Sic Calumniæ vanum aut vacuum abſumunt, verâ virtute gravem illuſtrant. (*Idem.*) Ut convallium ille ſonus, quem Echo dicimus, pro unâ voce acceptâ, duos tresque reddit: Sic Calumniator geminat viſa & audita. (*Idem.*) Quod Medici de cucurbitis dicunt, quas corpori affigunt, nonniſi pravum eas vitioſumque ſanguinem educere: veriùs de Calumniatore ego, qui attrahit ad ſe nonniſi mala. (*Idem.*) Sicut Araneæ caſſes & filamenta mirâ arte è ſuo corpore gignunt: Sic Calumniator, fraudium argutos laqueos ſuopte ingenio gignit. (*Idem.*) Ut fulminis ſubtilis illa vis omnia pervadit: Sic Calumnia quamvis ſepoſita & clauſa perurit. (*Idem.*) Tempeſtatem nobis nubes denuntiant, incendium fumus, hoſtem explorator: at ſubita & improviſa pernicies eſt à Calumniante. (*Idem.*) Ut Scorpium, ſi manu teneas, ludere pauliſper videtur; mox ferit te obliquâ caudâ: tale, imò amplius in Calumniatore eſt; à quo cum lædi nihil timeas, jam læſit. (*Idem.*) Ut in via, ſi canis aut equus luto me aſpergat, non excandeſco ſtatim, & viciſſim in illum regero: ſed potiùs me purgo: Ita cum Calumniatoribus faciendum; & pro caniculis aut equulis habendi, qui non judicio, ſed impetu & proterviâ cædunt. (*Idem.*) V. CONVICIUM. INJURIA.

Digitized by Google

CALUMNIARI. Verleumbden. *Calomnier.*

SYN. Conviciari, detrahere, obtrectare. PHR. Quempiam invidiosè calumniari, ludificari, fictis criminationibus infestare. Alicui calumniam intendere, excogitare, comminiſci. Injustâ accusatione alienæ famæ notam inurere. Aliquem traducere, rodere, carpere, vellicare, clanculum mordere. Alicui indignè obtrectari. Aliquem carpere dente maledico, lacerare contumeliis. Ita loqui de aliquo, ut acerbiùs aut inhonestius non possit. Aspergere alicui labeculam, infamiam. Lacessere alicujus famam. Splendorem vitæ alicujus maculis aspergere. Sinistros rumores de aliquo spargere, effutire, evomere. Alicujus industriam extenuare. In perpetuam infamiam aliquem adducere, infamiâ notare, infamiæ tradere. Tectè, & colore quodam tangere. Percutere, quod dicitur, manu rectâ. Aliquem equis & quadrigis incurrere. In aliquem procaciter ac scelestè incurrere. Ad hunc tuo dente sauciandum hæretico se officio adstringi compellique existimavit. Si falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum jecerint.

CALUMNIATOR. Verleumbder. *Calomniateur.*

SYN. Obtrectator, detractor, sycophanta, conviciator. ADJU. Egens, improbus, maledictus. PHR. Communis obtrectator. Invidus vituperator. Tetrum, impurum animal. Alienæ industriæ contemptor, nimium iniquus æstimator. Emissarius subornatus. Qui omnem judicii laudem in vituperandis aliis positam putat. Superciliosè cæci, & cæcè supercilioſi Carptores, quorum nec maledicentiæ olent Diogenem, nec rationes spirant Ciceronem. Qui omnia aliorum consilia atque instituta reprehendunt: ita se demum sibi aliquam Judicis famam con-

confecturos esse confidunt. Qui clam odium apud alios variis, iis denique putidè confictis delationibus alicui conflarunt. Aspides sunt, & venenum suum inspirant fallente quodam & sapiente morsu. Angues & viperæ, Ophyogenes, Psylli, nati venena tantùm exsugere.

AMPLIFIC. Ex Scholâ nescio quâ homunciones, eâ vultûs vestisque conformatione, ut Socraticos putares: eâ oris pectorisque acerbitate, ut Cynicos jurares; qui omnes ut obscuros acerbissimâ oratione perstringunt, & nullâ nè levi quidem eruditione tinctos asperrimè exagitant. * In omni colluvione scelerum ac flagitiorum execrabilis Furcifer, ausus est in Virum sanctissimum tam tetra, tam abominanda convicia jaculari, ut nihil impurius ex Averni faucibus tota furiarum cohors exhalare possit, * Non tantum mendaciis, calumniis, maledictis homines integerrimos ita incessunt, ut licet omnia non magis certa, quàm Tantalum apud inferos perpetuâ fame torqueri, cùm Diis oppositurit filium Penelopen comedendum, tamen à suspicacibus animis habeantur Sibyllæ dictis veriora, cortinâ Phœbi certiora * Exsurgit in adversarium: quem si provida densaque linguæ grandine, tanquam saxeo imbre, obruere antè non potest, quàm periculum sensérit, flexuosâ calumniarum fraude circumretit, aut scorpionum more cum vultu luserit, de posthumo corporis verberat; eò acrius, quò incautius, ut vulnus simul & virus, quàm figit, effundat, quod properat in viscera. * Ut ex arbore cæsâ, vel de cœlo tactâ, mediâque in viâ jacente, viator quivis impunè ac liberè frondes vellit, defringit ramulos, ligna cædit, quia nemo vetat: sic invidorum hæc manus sibi liberum putabat de proscripti, cæsi, prostrati famâ quidquid vellet, detrahere; de eloquentiâ cultum, structuram, ornamenta revellere. Sed eos sua fefellit opinio; non ar-

arbor fuit, ſed æneum ſimulacrum, quod jacet etiam nunc in libris orationibusque ſcriptis integrum ; quod majus apparet & grandius, quàm cum ſtaret in baſi; cujus magnitudinem metiuntur, artem obſervant, artificis ingenium intelligunt proſtrati melius, quàm erecti, prudentes & æqui judices eloquentiæ : præſertim cum objectorum criminum levitatem ſpectante coronâ ſapientum omnium, expendunt, exterunt, redigunt in nihilum. * Alii quidem tum imperiti, tum audaces homines, non tàm oratores, quàm declamatores è ludo, cauſidici, proclamatores ac rabulæ de foro extiterunt ; qui vel inſano amore ſui cæcati, vel in radio Solis hallucinati non cernentes veritatem, vel etiam odio ſtimulati cum Cicerone propalam inimicitias exercentes, illi ſeipſos arrogantiâ intolerandâ prætulerunt. * Homo ad maledicendum æquè proclivis, atque adversùs commendationem probationemque rectè factorum implacabilis, quod erat cautionis & prudentiæ, metum ; quod beneficentiæ & amoris, invidiam interpretatus eſt.

Doleo, ſive indignor, eſſe nebulones, qui convitientur & obſtrepant viro, quem non lædant invulnerabiles deorum filii. Maluit ſplendorem ejus inobſcurare vituperando, quàm ſuperatus confiteri : eum namque velut inertis cujuſdam ſtupiditatis reum non tam liberè, quàm illiberaliter accuſavit. * Dum excuſare videris Oratorem, graviſſimè criminaris ; Dolo, non telo plagam ejus nomini famæque ſempiternam impreſſiſti, tibique ipſi pugnantia loquens, dedecus improbi Calumniatoris inuſſiſti. * Calumniator iſte, quem videris, non eſt homo, ſed lamia omni diritate teterrima : ſine fronte, ſine oculis, ſine conſcientiâ : monſtrum planè horribile, cui ſoli prominent dentes turpi rubigine infecti, cui feralis pallor, cui deformis facies, cui nudata cornibus oſſium com-

pages

pages reſtat. Draconis alicujus peſtilentem ſceleton aut exſiccatum cadaver diceres. Quid tum? dignam hanc ferali effigie vocem, aut potius ſibilum emittit, per forum medium ſerpit dentibus aduncis, aſpectu rabido, huc & illuc circumſpectans, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus efflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, linguâ conſpergere poſſit; hinc licentiùs ſupergreſſus, fluminis modo fortunis ſeſe complurium repentinus infundit, fertur per ſtrages multiplices ac ruinas, vinculis corpora ingenuorum affligens: & quosdam obterens manicis, crimina ſcilicet multa conſarcinando, à veritate longè diſcreta, ut eſt in complicandis negotiis artifex dirus, inde & catena inditum eſt cognomen. * Cum minutis illis meis calumniatoribus nihil equidem altercor. Latrant me, taceo & jaceo: & ut ille ex Albaniâ canis, vindico me ab iſtis ſolo contemptu. Diogenes olim Cynicus, cum irriſui eſſet turpis, & ingereret quiſpiam; Non vides ut hi te rident? Ego verò non rideor, inquit, magnanimâ & pulchrâ voce, quam imitor & laceſſentes pungentesque iſtos non ſentiri à me clamo, non cerni, dignos eos non habeo, non dicam quos remordeam, ſed in quos reſtringam ſemel iſtos dentes. * Architecti Calumniæ præcipui, & quaſi parentes ſunt Mendacium & Invidia, Curioſitas autem nutrix. * Prima ſcintilla & ſomes calumniæ otium eſt; nec unquam aut vacabit, aut lubebit in alienas res inquirere, quem ſuæ diſtinebunt. [*Lips.*] Calumniæ ac maledicta ſine ullo veri falſivè diſcrimine avidè accipiuntur, avidè communicantur. [*Strada.*] V; CONVICIATOR.

CALVUS. Kahl-Kopff. *Chauve.*

SYN. Præclavus, recalvus, recalvaſter, glabrio.
PHR. Calvitio laborans, calvitium *vel* calvitiem patiens.

tiens. Qui crine posito inter suos glaber conspectus est. In cujus capite nè pilus quidem invenitur. Raso calvoque capite.

AMPLIFIC. Quis quæso illorum, qui vel rasi ad cutem, vel naturæ beneficio calvitiem adepti sunt, tam dignitatem, quàm commoda, satis gravi oratione assequetur, quâ & contradicentium error queat expugnari, & infringi pertinacia? Non immeritò Synesius graviſſimus inter Græcorum Patres laudator Calvorum calvitiem in homine cum lunari inter astra globo contulit. Nam ille quidem in Cœlo quantò est plenior, tantò illustriorem orbem conficit. Calvities in humano capite quantò major, tantò magis conspicuum verticem, cæterisque mortalibus venerandum reddit. Sed quid si ad Superos ab hominibus hujus rei arbitrium transferamus, ut quandoquidem æterni Numinis voluntate, alii quidem capillati, alii calvi depilesque aut certè rasi homines vivunt, eorum judicio constet; utrum horum conditionem magis approbent, suoque favore prosequantur? errare enim hi minimum suâ definitione poterunt. Age, non detrectabo. Dubitandum non est, quin hunc Divi maximè probent corporis habitum formamque capillorum, quem suis ipsi in Sacris; suis in Sacerdotibus templisque sibi devotis eligunt; nisi fortè existimandum sit, illos hoc amare, quod turpissimum vilissimumque sit, respuere, quod est honestissimum optimumque. At Sacratiores quosque hominum, vel Deorum olim aris, vel vero etiam Numini hodiedum servientium, radi, aut totò capite, aut certè in supremâ præcipuâque ejus parte, longâ temporum experientiâ cognovimus; ut qui Superis gratissimus sit cultus ambigere non liceat. Ægyptiorum tanta erat de capillis toto capite submovendis cura, aut ne quid Mystis sordium inter sacrificandum adhæresceret, ter uno die raderentur. Et hæc sacrorum

rum hominum à recremento capillorum purgatio ad omnes penè gentes emanavit, perſuaſas quandam in iſtâ pilorum ſilvâ turpitudinem, in glabritie religionem cum puritate ſociari. Defluxitque ad Chriſtianos vetus ille raſuræ mos, qui etiamnum in Eccleſiâ (quamvis inter quosdam Eccleſiaſticos neglectius) conſervatur, ut barba Clericorum comæque raderentur. Quod ſub Trajano Imperatore ut perpetuum inviolatumque eſſet, ſummus Eccleſiæ Pontifex Anacletus lege ſanxit. Quin religioſi homines, ut arctius ſeſe Deo ſanctiusque obſtringerent; ad cutem usque toto vertice raſi; gratiſſimam Deo hoſtiam, nudum caput conſecrarunt; niſi quòd veſtigia plerique dominicæ coronæ, tanquam ſentes temporibus affixos, retinerent; non ad decus aliquod, ſed patientis Chriſti opprobrium perpetuâ recordatione memorandum. Nè verò quisquam alteri hæc cauſæ, quàm inviſæ Superis capillorum turpitudini facilè tribuat, ipſis etiam virginibus (quas crinibus ſpoliari deforme exiſtimes) hæc pilorum meſſis ſubeunda eſt, neque aliâ ad ſacrum Deo habitum lege adeunt, quàm ut hanc expurgationem ſubeant, depilesque religioſis agminibus ſocientur. Audiat hæc, ſpectetque mollis aliquis è grege Capillatorum Acerſecomes: expendat, quis Dei Divorumque ſenſus de comis ſit, quas ſi ab aris ſuis, ſi à templis, à religioſis cœtibus, eoque, qui ſibi maximè gratus eſt, populo remotas velit; quid æſtimationis, quid honeſtatis, autoritatis deniq; quid afferre poſſunt; quàm cum laudabili vita, cum ſapientia, cum omni virtute conjunctionem habere? An ſuperi nos fallent? An quod turpiſſimum in cultu, quod vitioſiſſimum in moribus eſt, eligenti mundo & vanitati quod pulcherrimum, quodque ſapientiſſimum eſt relinquent? Næ hi nimium, non à Deo tantùm ac veritate, ſed ratione ipsâ deflectunt; quicunque leviculis quibusdam argumentis, Capilla-

torum patrocinium ſuſcipiunt. Rebellionem gravissimam in Romano imperio, contrà Lothatium Imperatorem, à Friderico & Conrado Alſatiæ Ducibus excitatam accepimus! quam ſi ab immodicâ capillorum curâ ſuperbiâque ex his recrementis ſtolidè alitâ extitiſſe dicam, nihil rectè judicantibus aberraſſe videbor, Deus hujus meæ ſententiæ approbator accedat. Ducebat Imperator ille comatorum ingentem, contra hos Duces, exercitum; in quo ut quisque nobilitate major, ita capillatior eſſe conſpiciebatur. Vibrare in cirros cincinnosque comas, & quod natura ſæpe negaſſet, calamiſtro crinem intorquere; frontemque, tanquam ſtigmate dignam, inurere, pectine diſſolutos in ordinem formamque pilos revocare, odoratos aſpergere pulveres: hic militaris in caſtris labor: pluſque nonnullis tribunorum curæ de ſtatione capillorum rectè ordinandâ, quàm pedeſtrium equeſtriumque copiarum erat, pilosque aliquantò ſtudioſius, quàm pila curabant. Et hæc magis quidem in oculis Cælitum (quos latere non poterant) quàm hominum gerebantur. Stultæ mortaliúm & inanes nimium curæ! riſiſſe hanc atque etiam irriſiſſe vanitatem Superos credibile eſt. Eventu res conſtat, contractis toto cœlo nubibus, tenebrisque magnâ tempeſtate coortis, (quæ enim in lucifugas, & ſub capillis toto capite abditos tenebriones, pœna dignior?) primo quidem micare cœlum, deinde horrenda ſpargi tonitrua, ac demum in caſtra Cæſaris, quæ Spiram, ſuperioris Rheni urbem, obſidione cinxerant, tantâ vi ingenioque Divûm fulmina vibrari; ut quotquot capillatorum eſſent hominum, comam cincinnoſque igne cæleſti flagrantes amitterent. Nihil hic ædium receſſus, nihil pileorum objecta fulmini vela, nihil cæteræ ad defenſionem artes profuerant; quos antè longis ſuperbos comis, cincinnis comptos, cirris diffluentes, unguentiſque delibutos viderant;

hi

hi ſe modò, aliosque nigricantibus aduſtos crinium ſtipulis, ac velut ex buſto ferali ereptos, cæleſti raſos fulmine, tetroque odore perfuſos, & mirabantur & horrebant. Nemo erat, qui non indignantem Dei manum agnoſceret, qui non prædicaret tam ſuavem Dei in vindictâ manſuetudinem, quàm juſtam capillatorum in errore correctionem; cùm læſi præter comas, & inſtrumenta ſuperbiæ nihil amiſiſſent. Profuit hæc animadverſio, illis quidem ad emendationem, nobis etiam ad exemplum, omnibus ad dignam averſionem de grege illo comatorum concipiendam. * Utinam quidem (*Vitoldus*) illo nobis habitu oris cultuque adeſſet, quo poſtquam crine poſito inter ſuos glaber conſpectus eſt, eminebat: aut certè graviori jam ætate Dux calvaſter inter capillatos aulicos apparuit. Staret hinc eleganter comata juventus, tanquam ſuis exculta floribus foliisque circumfluentibus arbos, inde velut aridus ſuisque ſpoliatus frondibus, truncus, aut aduſtus Borealibus ventis ſtipes: illa cincinnis per humeros cervicemque molliter oberrantibus: hic inveſti & nudo, velut ad ictum lictoris, collo. Illa inter decora capillorum vela, tanquam pomum inter folia maturum, gratisque aſperſum coloribus, emicat; hic ut marcescens uva ſuis viduata comis ſoli exponitur: illa nativo crinium orisque cultu, varietate grata, colores habitumque miſcet, ac temperat, ſuum decus fronti, ſuum malis, ſuum ipſis comis relinquit, mutuoque concurſu ſuaviſſimam pulchritudinis harmoniam, velut muſico quodam concentu inſtituit; hic ſordidam aurium officinam omnium aperit oculis, frons penè totus, ſi occurras, mala propemodum unica, ſi accedas à latere; ſine varietate, ſine cultu., ſine decore, tonſæ magis ovi, aut mortuali calvariæ, quàm humano capiti ſimilis, Et hunc nobis hominem adverſarius tanquam regno dignum, pulchritudine ſpectabilem,

autoritate gravem, dignitate excellentem audet proponere? cui si talem formâ atque indole Superi sponsam largiantur, malit, nisi fallor, cum Apolline cælebs, quàm cum Jove maritus haberi. Dicamus rem ipsam [quid enim Misocomi argumenta moramur aranearum telis leviora) tantùm abest, ut inter ornamenta ingenuo viro digna censeri possit abrasio, multoque magis calvities; ut nihil viri graves ac honorati sibi propemodum in vitâ turpius duxerint. (*Vide Masenii Exercit. Orat. Lib. 1. Discept. 3.*]

CAMELUS. Camelthier. *Chameau.*

ADJU. Hirtus, deformis, prægrandis, onerarius, hirsutus, arabicus, bactrianus, unum *vel* duo in dorso tubera ferens.

AMPLIFIC. Præclarum, mite, domesticum est Camelorum genus, hominibus ad circumvehenda onera perquàm familiare. Corpus illi supra cæterorum animantium speciem procerum,& punctis interstincto tergore maculosum,caput cæteroquin amplum paulatim ad verticem gracilescit; ex eo geminæ cornuum species emergunt; supra verò tempora secundùm aures, duo molliter consurgunt apices, in ore lacteus prominet numerosâ serie dentium nitor,oculi jucundissimâ luminis face scintillant: terga lata, & insigni colliculo protuberantia, crurum non æqualis mensura, postici enim pedes anterioribus minores, ex quo nonnihil claudicare videtur. Cauda talis est, qualis cervis aut damis esset, summis à tergo nigrantibus villis hirsuta. Ad summum tali est ingenio, ut onera quàm maxima dorso ferat, & longam viam cursu continuo devoret: quòd si quando consistat, non vult flagris & verberibus adigi, sed suavi modulatione demulceri: hâc itineris labores mitigat, & veluti novis animis ac viribus revirescit.

Digitized by Google

CAMPANA. Glock. *Cloche.*

SYN. Tintinnabulum, æs campanum, campanula. ADJU. Exilis, ſonora, prægrandis, maxima, ſonans, clangens, reſonans, ſonora, reſona, rauca. PHR. Die Glock läutet. *La Cloche ſonne.* Canit æs campanum. Campana pulſatur, auditur, reſonat. Datur templorum ex turribus ære ſacro ſignum, ad exſolvendas DEO laudes. * Todten-Geläut. *Son de Cloches pour les morts.* Campanarum leſſus, nænia, funeſtus cantus. Æris campani mortuaria, *orum.* * Ein ſchönes und annehmliches Geläut *Carillon.* Argutus & numeroſus tintinnabulorum crepitus. Æris campani creber, modulatusque ſonitus. Campanarum argutis, harmonicisque modis concitatior pulſus. Numerosè frequentatus crepantibus modulis, campanarum tinnitus. Incitatis frequentamentis feſto numero editus campanarum cantus. * Feſto carmine publicæ gratulationis, numerosè canunt æra campana. Æris campani feſto numeroſóque cantu celebratur gratulatio publica. In ſignum hilaritatis & feſtivitatis publicæ, argutè & numerosè tintinnabula cientur, quatiuntur. Tintinnabulis argutè concitis, modulatè concrepatur. Modulatum feſtumque carmen campanis canitur. Æs campanum vehementiùs argutiusque ad numeros quatetur.

CAMPUS. *Champ.* Feld.

SYN. Ager, ſaltus, planities. ADJU. Deformis, obſitus, fænicularius, ingens immenſusque, tantus tamque immenſus, latior, magnus: *optimi, atque uberes, patientes,* ſanctus, martius. (*Ex Cic.*) PHR. Campus tot picturis variegatus, tot relucentibus oculis purpurans. Planities ipſa campusque interior melle florum ſuaveolentium, herbarumque viridium generibus conſitus.

CANIS. Hund. *Chien.*

SYN. Moloſſus, Catellus, Catulus. ADJU. *Acres, arguti, quamplurimi, tam eminentes tamque jejuni, nocturni, plures & majores, publici, optimates, domeſtici*, providus, clarus, *ſagaces*, venaticus. [*Ex Cic.*] Fidelis, pervigil, cuſtos, ſedulus, attentus, venaticus, audax, conſectarius, *vel* ſectorius; ſtationalis, *vel* ſtatarius, *vel* ſtationarius, *vel* ſtativus, villaticus, pecuarius, *vel* paſtoritius, laniarius, *vel* lanionius; aucuparius, *vel* aucupatorius: melitæus, auribus truncatus. PHR. Villoſæ prædæ Canis indagator, veſtigator. Canis excubitor. Plumatilis prædæ ſectator. Canum incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas. Servemus atque alamus domi canes, ætate ac viribus minores, quibus domuum noſtrarum atriis villisque, juxta portarum aditus alligentur: ita hîc coacti vigilias nocturno diurnoque labore peragent, nobisque de perpetuo ad valvas cuſtode proſpectum erit. * Auceps canis deprehenſæ accubat avi, dum confixæ à Domino involet, & mordicus prehenſam afferat. * Canum fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam ad inveſtigandum ſagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos? (*Cic.*) Allatrantem Catulum inceſſentemque quietus deſpicit, nedum repellit major canis: tanquàm ſi temeritatem rideret imbellis adverſarii, tacitus præterit; non dignatus dejicere in illum oculos: aut immotus hæret in veſtigio, vim negligens refutare ſibi intentatam, & conatus inutiles ſpernens. * Indeſinenter latrant Catelli: contra decumanæ notæ canes, qui virium præſtant robore, raros admodum latratus edunt, deque improviſo faciunt impetum, & opinione celeriùs rem gerunt dentibus.

AMPLI-

AMPLIFIC. Commendatur canis fidelitate, quâ ſervis præeat; vigilantiâ, quâ ſtationariis antecellat; extollitur prudentiâ, quod aſperrimus ſit erga peregrinos, blandiſſimus erga inquilinos, obedientiâ, quod ad varia officia aſſuefieri in adjumentum, ad omnis generis ludicra adhiberi poſſit in delectamentum; ſed commendatur catachreſticè, extollitur poeticè. Fideles canes ſint, obedientes canes ſint? decerpſerunt Actæonem ſuum Dominum. Vigilantes canes ſint, prudentes canes ſint? de adventu Gallorum non præmonuerunt Romanum Capitolium. * Inglorium animal ſub cœli cortinâ canis eſt: qui enim ſaniores illum tanquam obſcœnum non negligunt? Illuſtri beneficio indignum animal in hâc terræ pilâ canis eſt, oſſa ipſi ſufficiunt. * Damnatum animal canis eſt, damnatum ad quævis ſervitia: ſua quærit; vide ut præ foribus exulet, lares cuſtodiat, nocte dieque hominis ædituum agat: audiunt vel furem vel beſtiam, vel peregrinum adeſſe, indeſinente ſuâ vociferatione indicet; adeoque ſi feras inveſtigare debet, ut ſagax ſit; ſi conſequi, vegetus; ſi mordere & invadere audax, omnia victûs ſui causâ. * Canes rabidos, & immanes, & quibusvis lupis & urſis ſæviores; quos ad tutelæ præſidia curiosè fuerant alumnati, jubilationibus ſolitis & cujuscemodi vocibus nobis inhortantur: qui, præter genuinam ferocitatem, tumultu ſuorum exaſperati contra nos ſunt; & undique laterum circumfuſi paſſim inſiliunt, & ſine ullo delectu jumenta ſimul & homines lacerant: diuque graſſati, plerosque proſternunt. Cerneres non tam herculis memorandum quàm miſerandum etiam ſpectaculum, canes copioſos ardentibus animis alios fugientes arripere, alios ſtantibus inhærere, quosdam jacentes inſcendere, & per omnem noſtrum commeatum morſibus ambulare. * Canes paſtoricios, villaticos, feros

atque immanes, adſuetos abjecta per agros eſitare cadavera, prætereà etiam tranſeuntium viatorum paſſivis morſibus annulatos laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit. Quo ſimul ſigno ſolito paſtorum incenſi atque inflammati ſunt, furiosâ rabie conciti, & latratibus etiam abſonis horribiles, eunt in homines: eosque variis aggreſſi vulneribus, diſtrahunt ac lacerant, nec fugientibus ſaltem compeſcunt, ſed eò magis irritatiores ſequuntur. * Canes venaticos, auritos illos & horricomos ad comprimendam beſtiam cohortantur. * Canes utrumque ſecus Deæ latera muniunt, qui canes & ipſi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora ſæviunt; & ſic unde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapideis exire, &, in quo ſummum ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit, ſublatis canibus in pectus arduis, pedes imi reſiſtunt, currunt priores. * Videbam canes & modo magnos, & numero multos, & urſis ac leonibus ad pugnandum idoneos, in me convocatos exaſperari. * Alterum canem in urbe, atque intra domeſticos parietes ſub coco magiſtro juſſit Lycurgus educari, quem in culinâ patinis ollisque lambendis, rodendis oſſibus aſſuefactum, analectis, offâ, rancidâ carne bene paſtum, poſt menſes paucos pinguem reddidit atque edacem. * Canem eductum ex urbe, ruri tradidit Lycurgus inſtituendum homini venatori, qui parvulum ad cervinam pellem latrare cogebat, in cuniculos, ac lepuſculos voce, cornu, minis irritabat, câque ratione provocabat ad venationem: paulò grandiorem perducebat cum aliis venaticis canibus in ſylvas venatum feras; & eodem, quo cocus alterum, tempore, modico cibo contentum, gracilem, celerem, optimumque effecit venatorem. * Advolat illicò ſilveſter ad leporem; inſequitur fugientem, comprehendit, ſuffocat. * Canis

nis generoſus ad lepores, damas, cervos, dormiens; minores feras, apros, urſos contemnens; majores tantùm belluas, leones, elephantos aggrediebatur, fatigabat, occidebat. * Jam apud frondoſum tumulum ramorumque denſis tegminibus umbroſum, proſpectu veſtigatorum obſeptis campis, canes venationis indagini generoſæ, mandato cubili reſidentes, invadere beſtias immittuntur: ſtatimque ſolertis diſciplinæ memores, partitæ totos præcingunt auditus: tacitâque prius ſervatâ muſſitatione, ſigno ſibi repentino reddito, latratibus fervidis diſſonisque miſcent omnia. * Canem ſi abſolutum modo videre deſideras, talis eſt. Corpus illi procerum, & validum, caput amplum, læve, bene oculatum, lumina miti fulgore cærulea in oculis ardeſcunt: os oblongum, & pulchrâ dentium pectinatim coëuntium ſerie bene ſerratum, aures modicæ delicatâ obducuntur cute, cervix protenſa, robuſta pectora, ampli latique armi, obliquæ coſtarum ſeries, craticulatimque diſtinctæ, lumbi modicâ carne ſufferti, nec præpingues ſunt, nec macilenti, crurum rectæ, & mollibus internodiis prolixæ tibiæ. Anteriores pedes poſticis breviores, cauda gracilis, & promiſſa ad talos uſque deſinit. * Alius procerior in ſpeciem collis aſſurgit, facie quidem depreſſâ, ſimis naribus, horribilibus interciliis, quæ cæſius oculorum fulgor violentus irradiat, tota facies hiſpida veluti ſenticetis fruticatur, lati porriguntur humeri, corpus valentiſſimum, ad vim inferendam promptius, quàm ad currendum; ſunt enim ejus vires firmæ, acer impetus, terribilis ferocia atque animus infeſta rabie ſemper armatus. * Catello, quid blandius? ſeu, dum ſecum ipſe ſolus in area palæſtrâ luſitat, aut Feli contribuli ſuæ à tergo inſidias ſtruens, ex improviſo facit impetum, rixasque benevolas movet, bellumque gerit bellum; ſive cùm venienti Heræ, ſaltuatim ad-

blandiens, modò veſtis admordens tenero dente limbum, modò latrato querulo ſubiratus immurmurans, caudulâ pedes verberat, ac nunc aſſultat reſultatque, agitque ſe, verſatque circum, quaſi caſtrum obſidione cingeret, donec Hera, Catuli blandimento victa, deditionem faciens, gremio laſſum ſuſcipit, facitque ſui per otium ſuaviandæ copiam.

CANERE. **Singen.** *Chanter.*

SYN. Cantare, ſuccinere, præcinere, accinere, ſonare, modulari. ADJU. Abſurdè, diligenter, flebiliter, præclarè, modulatè. PHR. Cantus edere. * **Schön ſingen.** *Chanter agreablement.* Ad harmoniam canere. Aures ſuaviſſimo cantu permulcere. Titillare audientium animos, delicatæ lenocinio vocis. Emodulatione blandiſſimâ per aures ſuffurari animum ipſum. * **Heßlich Singen.** *Chanter deſagreablement.* Inſulsè canere. Abſurdè cantare. Voce abſonâ aures offendere, inconditâ modulatione aures lædere. * **Es ſeynd wenig / ſo wohl ſingen können.** *Il y a peu de gens, qui ſcachent bien chanter.* Pauci rectè canere nôrunt; rectè canendi artem callent; canendi modos probè tenent; ritè cantus modulosque moderantur. Moderari, *vel*, efferre vocem pauci ſciunt; dum canunt: atque componere eâ ratione, ut aures nihil offendat, ut nihil aures reſpuant, rejiciant, improbent. Paucis contingit, eum in canendo tenere modum, ut in eorum modulatione, nihil prorſus agnoſcas abſonum, inconcinnum, inconditum. Pauci ad modos numerosque artis vocem accommodant. * **Mit eintzlicher Stimm ſingen.** *Chanter de la voix ſeule.* Aſsâ voce canere. Nudâ voce concinere. Aſſæ vocis cantum adhibere. * **Singen / und zugleich auff Inſtrumenten ſpielen.** *Chanter & jouer enſemble d' un inſtrument.* Voce fidibusque canere. Canere ſimul ac

pſal-

pſallere. * Den Choral ſingen. *Chanter en plein chant.* Simp ices modos , *vel*, planis ſimplicibusque modis, *vel*, nudâ & planâ modulatione cauere. * Muſicaliſch ſingen. *Chanter en muſique.* Muſicis modis, *vel*, compoſitâ modulatione, *vel*, muſicè modulatum carmen canere. * Das Te DEUM Laudamus ſingen. *Chanter le Te DEUM.* Facere gratulationem ad omnia templa. (*Cic.*) Epinicia DEO concinere. Solemne pro victoriâ canticum concinere. * Veterum Heroum palmas ad tibiam canere, cantare, decantare; cantu celebrare, proſequi, prædicare; ad canticum proſequi. * Im Singen Coloriren. *Faire des roulades en Chantant.* Ductum celerrimè ſpiritum librare, veluti pennis, atque in ſublimè promittere; mox aut ad ima devolvere, aut circumagere veluti turbinem ac verſare; ut non ore, ſed torno vibratum rotundatumque credideris. * Vocis inter canendum celerrima vibratio. Vocis uno ſpiritu ductæ varia & crebra inflexio.

CANTUS. Geſang. *Chant.*

SYN. Symphonia, Muſica, Concentus. ADJU. Dulcior, *lugubres*, *modici*, nauticus, obſcurior, quotidianus, *remiſſiores*, ſiniſter. [*Cic.*) SYN. vocis inflexio. Delicatæ voces, multâ arte compoſitæ, & in harmoniam redactæ, mille inventionibus novis variatæ, & contemperationibus in ordinem æquabilem deductæ. Muſica, quæ modulis ac flexionibus vocum ad amores impudicos, & laſciviam incitantibus inſtructa eſt. Artificioſa & perfecta Muſicæ ſcientia. Inioſa modulatio. Gratus auribus ſonus. Cantandi ratio mollis, effœminata; corruptrix morum.

AMPLIFIC. Excitat cantus cum voluptate quâdam animum, & flagrans ad ejus, quod carmine celebratur, deſiderium: affectiones & concupiſcentias carnis ſedat: cogitationes malas inimicorum, quos cer-

nere

nere non eſt, ſuggeſtione oborientes amolitur: mentem ad fructificationem divinorum honorum rigat: pietatis decertatores generoſos & fortes per conſtantiam in rebus adverſis efficit: omnium rerum, quæ in vita triſtes & luctuoſæ accidunt, piis affert medicinam. [*S. Juſtinus M.*] Nunc in longum trahitur continuato ſpiritu, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, modò falſis voculis mollitur; modò certis & ſeveris intenditur; ſæpè deorſum à ſummâ vel ſaltu, vel per ſingulos, vel per aliquod gradus præcipitatur; ſæpè ſurſum ab imâ ſimiliter attollitur. Quid cum intorto ſpiritu copulatur, promittitur revocato; infuſcatur ex inopinato? Quid cum diutius vox extenſa perdurat, cum deſinit antequam ſatiet, cum puncto temporis evolat? Gravis interdum emittitur, acuta, inflexa: tum plena & exilis; crebra & rara; vibrans aliquando & lenta; incitata & tarda: diffuſa nonnunquam & contracta; attenuata & inflata; ſumma, media, ima. * Cur Muſica deceat amorem: ea ſcilicet, quæ cum re ſubjecta laſciviæ plena, ſonis ac vocibus eſt ad impudicitiam provocandam, molliendosque animos in voluptates inflexa. * Addo melliſſimos etiam ſymphoniacorum cantus, dulcesque omnis generis fidium modulos, veteris quondam ſcenæ, & conviviorum delicias à ſapientiſſimis auctoribus in Eccleſias invectos eſſe, quæ nemo reprehendit, niſi qui religioni & ſanctimoniæ bellum indixerunt. Deo enim hæc fiunt, cujus tam venerandum eſt numen, quàm certa divinitas * In Muſicis [nè longiùs à Muſis abeamus) in cantu vocum atque nervorum, faſtidit hæc ætas noſtra, quem tamen ſuperior quæſivit, concentum ſtabilem & gravem, plenumque authoritatis: modulos neſcio quos amamus, & frequentamenta, quibus concidatur minutim cantus, fractusque diſſiliat, ac plena illa & ſonora vocum vis & poteſtas enervetur. Revocati, promiſſique

missique ex insperato numeri, colluſi duriùs soni, ſuſpenſa illicò vox, & ubi minimè exſpectes, amputata, artis hodie medulla ſunt, plauſúmque multitudinis conſequuntur. V. Musica.

CANONICATUS.

SYN. Beneficium, Præbenda. ADJU. Pinguis, dives, insignis, exilis, pauper. PHR. Canonici dignitas. Canonici annuum vectigal, annuus reditus. Annona ſacra, quam Præbendam vocant. * Canonicus. * Annonæ jus nactus. Annonario jure præditus. Annonæ jure fruens inter Canonicos. * Der zwo Prebenden hat. *Qui a deux Prebendes.* Dupliciarius Canonicus. Duplicis annonæ Canonicus.

AMPLIFIC. Formidandum id etiam Cœlitibus, quod tentas aggredi. Velim non lucra hîc tantum cogites, ſed & diſpendia: imò ſi lucra tantummodo ſpectes, quæ coacerves, quæſtus hic eſt, non religio. Malè (etſi ſæpe) curritur ad aras, auro ſtimulum admovente. Odit Ara Numinis Seraphinos, ſolius avaritiæ pennis inſtructos: nec alio igne æſtuantes, niſi quem opum cupiditas, & auri ſacra fames accendit. Curare animos beneficia (ut vocant) curata jubent, non marſupia aut horrea. Suffecerit tibi tuum Patrimonium. Ego beneficio beatus eſſe nolim, quo tanti emam plurium meique interitum. At nec ſubſidia Tibi præſto, quibus animos juves; proinde certum hinc eorum exitium, & Tibi gravior ira Numinis. Non ſic inſtructus es, ut alios jam ſacris inſtruas; ſed munus id non rudes exigit. Malè illi navi, quam rudis gubernator; malè exercitui, quem Dux rei bellicæ ignarus regit, præerit. Ergo ſi ſapis, non priùs ad id muneris aſpira, quàm opportunis ad id præſidiis inſtruare. SENT. Eheu! pro modica præbenda longa via curritur: at pro regno cœlorum vix pes è terra levatur. (*Thom. Kemp.*)

CAPIL-

reddit imaginem gratiorem? quid? cum frequenti ſobole ſpiſſus cumulat verticem, vel prolixâ ſerie porrectus dorſa permanat? Tanta denique eſt capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veſte, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit videri. (*Apul.*) Uberes crines, leniter emiſſos, cervice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos in ſummum verticem nodos adſtrinxerat. (*Idem.*) Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixere, vides quàm non ſit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, ſtupeo tomento aſſimilis, & inæqualiter hirtus, & globoſus & congeſtus: prorſus inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi. [*Idem.*] Jam primum crines uberrimi prolixique & ſenſim intorti per divina colla paſſim diſperſi. * Vide capitis aurati genialem cæſariem ambroſiâ temulentam, pererrantes crinium globos decorè impeditos, alios antependulos, alios retropendulos, quorum ſplendore nimio fulgurante, jam & ipſum lumen lucernæ vacillabat. (*Apul.*) Quàm decorè æmulatur regalem nitorem coma, non impexa, non hiſpida, non intonſa: quàm fucatum Gynecæi figmentum non infecit, ſed ingenuum naturæ ornamentum præſentiſſimo illapſu coloravit. *Quàm ſuavis & gratus eſt vertex capitis! quàm reverenda in ſenibus! quàm verenda in Sacerdotibus! quàm terribilis in bellatoribus! quàm decora in adoleſcentibus! quàm compta in muliebribus! quàm dulcis in pueris! * Capillos à fronte tingunt, à tergo fingunt, promittunt lævâ, ſuſpendunt dexterâ; criſpant, tricant, pectunt, inflectunt: innectunt, cogunt in globum, ſpargunt in radios, quadrant in ſuggeſtum. Aggeruntur nempe in altum Capillorum

pyramides, emortuæ Sapientiæ Mauſolæa. * Elegãnti juvenis cultu, cujus mirabile in comis artificium, æthiopico penè gyro cincinnos confuderat. * Stabat *Roſalia* ante ſpeculum illuſionis magiſtrum, & ad naturalem addebat fictam pulchritudinem. Erat plena fraudibus. Adulatrice manu videbatur capillos mulcere, & tortura vexabat: videbatur blandiri, & in cippum contorquebat: reſolutis crinalibus libertatem dabat, & quaſi ſubitò pœnitens religabat, & quodammodò reos crines, quot vinculis ligatos, tot catenis vinculatos ad tribunal ducebat. Capillus circulariter tortus, quaſi imploraret miſericordiam, etiam centum annulos digitis offerebat.

CAPUT. Haupt. *Teſte.*

SYN. Vertex, cervix, collum. ADJU. Adverſum, clarum, obſtipum, ſummum, magnum, laudabile, parvum, præclarum, translaticium, *inter ſe contraria, teterrima & ſpurciſſima.* [*Cic.*] Venerabile, canum, venerandum, intonſum, illuſtre, coronatum. PHR. Principale membrum corporis. Omnium functionum cum animi, tum corporis diſceptator. Animi domicilium, ſalutaris ſapientiæ ſacratium, divinarum cogitationum comitium. Principium nervorum, & origo ſpirituum illorum, ſine quibus nec cernere oculi, nec audire aures, nec manus moveri queunt. In quo omnium ſenſuum collocata eſt ſedes, & Pallas è Jovis nata cerebro dicitur. Officina Sapientiæ.

AMPLIFIC. Datus eſt Menti Reginæ pro arce caput, in celſiſſimo tutiſſimoque loco ſitum; in quo voluntas pro Palatio & prætorio: Conſcientia eſt à ſecretis: Memoria ſanctius ærarium, ſupellectilis cella, totiusque theſauri cuſtodia: facultates reliquæ Animi ſunt adminiſtræ, ſenſus interiores Cubicularii, laterumque ſtipatores. * Hominem ob naturæ majeſta-

jeſtatem miraculum miraculorum, animal adorandum & venerandum à ſapientiſſimis Ægyptiorum Sacerdotibus appellatum fuiſſe conſtat. Majeſtatis porro imaginem licet ubique habeat expreſſam; lucent tamen in capite plures divinitatis illius, principatus animæ radii. Quid ſine capite eſt homo? jacet me hercule, jacet ſine honore, ſine nomine, quaſi truncus iners & ignobilis: Sola Principum capita, auro, ære, marmore ſculpta in pretio ſunt: per caput jurabant veteres, capitis nutu pacta confirmabant, caput ubique pleniſſimum majeſtatis: ad illud ipſum ſolius cerebri gratiâ conſtrictum eſt, cujus domicilium, & propugnaculum à Principe Medicorum, appellatur. * Caput ſucci plenum & majeſtatis: in quo maturata ſenectutis inſignia, quàm citiſſimè canescentem honeſtant, & veluti candidatam in juventute cæſariem.

CARCER. Kercker. *Priſon.*

SYN. Ergaſtulum, cuſtodia, vincula. ACJU. Squallidus, tenebroſus, teter, anguſtus, profundus, abſtruſus, diuturnus, horribilis, inamœnus, dirus, crudelis. PHR. Carcer vindex nefariorum ſcelerum. Nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum undique, nihil tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt. Homo carceribus & ergaſtulis clauſus, vinculis & compedibus impeditus, catenis onuſtus. Ut generoſas feras cavea domat & frangit: ſic altas mentes urbicus ille carcer. (*Lipſ.*) In den Kercker werffen. *Empriſonner.* Quempiam in vincula ducere, perducere, conjicere. In carcerem detrudere, contrudere, pellere, compellere, mittere, rapere, trahere, includere, duci jubere. In cuſtodiam dare, tradere, carceri addicere, mancipare, dedere. In ergaſtulum compingere. Vinculis & cuſtodiâ coërcere. Æternis tenebris vinculisque man-

mandatus, *vel*, adjudicatus eſt. * Aliquem è cuſtodiâ eripere. Vinculis eximere, vel levare. * Suæ cuſtodiæ permiſſus. Juſſus ſe domo continere. Juſſus habere ædes pro cuſtodiâ. * Cuſtodia ſatisdato miſſa è carcere: datis vadibus emiſſa è carcere.

SENTENTIÆ. Carcer malorum deſideriorum diſciplina eſt. [*Bonav.*] Mundus carcer eſt captivorum, Infernis damnatorum. (*Hugo V.*) Quid carcere pejus, quid crudelius, quid ferocius: Attamen Chriſtiano nihil dulcius illo. (*Chryſoſt.*] Vinctum eſſe propter CHRISTUM illuſtrius eſt, quàm ſive Apoſtolum, ſive Doctorem, ſive Evangeliſtam eſſe. (*Idem.*] Sanctis ipſis regiis illuſtrior eſt carcer, ipſo etiam cœlo. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Quemadmodùm margarita, etiamſi in cœno obruatur, nihilomnius nativam pulchritudinem retinet: Sic virtus quocunque etiam projeceris, ſive in ſervitute, ſive in carcere. (*Chryſoſt.*)

CARDINALIS.

PHR. Pater purpuratus. Purpuratus Eccleſiæ Princeps. * Er iſt ein Cardinal worden. *Il a eu le Chapeau de Cardinal.* In numerum Patrum purpuratorum adſcriptus, adlectus, adſcitus, relatus eſt. Sacro cœtui Eminentiſſimorum Præſulum aggregatus eſt. Cardinalis à ſummo Pontifice factus, electus, creatus eſt. Dignitatem in Eccleſiâ à ſuprem⁂ primam obtinuit. Delatus ei fuit ſacræ Purpuræ honos: *vel*, Eminentiſſima Eccleſiæ dignitas: *vel*, Cardinalatus. Inter purpuratos Romanæ Patres adſcitus eſt, nè ſuus deeſſet Mercurio galerus.

CARMEN. Vers. *Vers.*

SYN. Verſus, metrum, poëma. ADJU. Abſurdum, aptius, præclarum, molliſſimum, longiuſculum,

lum, neceſſarium, totum, triſte. *(Cic.)* Impoltum, inconcinnum, inelegans, inſulſum, malè tornatum, ex aliis commendicatum, hominum moribus ſuaviter efformandis aptiſſimum; Attico ſale pleniſſimum, omni ſale ac lepore conditum; dulce, nobile, operoſum, feſtivum, exile, abjectum, humile, lepidum, ingenioſum, ſublime. PHR. Argumentum carmine tractatum. Deformia & fœda carminum portenta. Rarus ingenii poëcici fœtus. Delirantis animæ figmentum. * **Vers machen.** *Faire des Vers.* Carmina condere, pangere, ſcribere, facere. Verſus fundere, profundere, effundere, copiosè fundere. Verſus moliri, emoliri, eniti, parturire, ægrè parere. Quidpiam verſibus ſcribere, numeris perſequi, verſibus exprimere.

AMPLIFIC. Sola carmina & orationes, quæ aliorum res geſtas, præclaraque facinora complectuntur, propè ad immortalitatem, & religionem] conſecrare homines ſolent. * Tyrtæi carmina, in quibus erant conſcripta belli conſilia, damnorum ſolatia, incitamenta virtutum, ut eorum inflatu atque inſtinctu milites è veſtigio non fortem tantum, ſed gaudentem etiam ac libentem animum afferrent ad mortem pro patriâ, ſi opus eſſet, appetendum. * Opus fœtum, ſimileque ſcriptori: delectatio ad genium plebis hauſta de fæce: artis gloria extra operis titulum rara, aut omninò nulla. Contra verò apud illos Poëtas inimica morum diſciplinæ tam multa ſuſpecta certè pleraque, nihil non anceps, intuta omnia. * Elegiam conſcripſit elegantibus, Dii boni! & quaſi papavere ac ſeſemo ſparſit verſibus. * Tanta ejus verſuum ſuavitas eſt, ut, quemadmodum Comicus ille ait, nil niſi mulſa loqui videantur, tanta eruditio eſt, ut nonniſi Phœbo dictante credamus exceptos. * Verſus immortalitate omnium temporum digniſſimi, qui & à verbis ejusmodi ſunt, ut in üs vernaculus

ille & ſine fuco ac cincinnis nativus color, hominem eruditum mirificè delectet: & à rebus ita ſalubres, ut adoleſcentium aures circumſonare ejusmodi vocibus multò potius ſit, quàm ſexcentûm Philoſophorum præceptis.

SENTENTIÆ. Dæmonum cibus eſt carmina Poëtarum, [*intellige, obſcœna.*) Hæc ſuâ omnes ſuavitate delectant; & dum aures verſibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna devinciunt. (*Hier.*] Scyllæos canes, ac mortifera carmina Sirenarum ſurdâ aure pertranſeas. (*Idem.*] Prohibetur Chriſtianis figmenta legere Poëtarum; quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant ad incentiva libidinum. (*Hugo V.*] Metrum diu infrequentatum duriùs texitur. (*Sidon.*) Si Poëma loquens pictura eſt; pictura tacitum Poëma debet eſſe, [*Cic.*) Caſtum eſſe decet pium Poëtam. (*Plin.*) Carmini parva eſt gratia, niſi eloquentia ſit ſumma. (*Idem.*] Poëtarum furor fabulis humanos errores alit. (*Sen.*] Carminibus maximè feriuntur animi. [*Idem.*) V. POETA.

CARNIFEX. Scharffrichter. *Bourreau.*

SYN. Tortor, lictor. ADJU. Crudeliſſimus. (*Cic.*) PHR. A pulvere rediens, totus non minùs in ſanguine, quàm ſudore natus. Qui truci vultu, oculis inflammatis, mente barbarâ, dentibus exertes, manibus cruentis ſpirantem adhuc hominem aliquem jugulat, confodit, dilaniat. Immaniſſimus ipſe barbarus, quâvis truculentâ beſtiâ ferocior, humanitatis omni ſenſu exutus, caput à cervicibus abſtulit.

S. CAROLUS BORROMÆUS.

PHR. Cardinalis & Archiepiſcopus Mediolanenſis ſanctiſſimus. Maximus ac præcellenti ſanctitate conſpicuus Cardinalis. Lectiſſimus Pontifex.

AM-

AMPLIFIC. Neque verò conſtantiam cum unâ duntaxat virtute certando CAROLUS locupletavit: ſed agminatim integram etiam virtutum aciem ſecum ipſe cogebat, centuriabat, in exercitationis arenam continenter educebat. Hinc in illo candicantia lilia caſtitatis, illinc coccineas roſas charitatis; hinc cæruleas temperantiæ violas, illinc pullæ pœnitentiæ vaccinia, inde vernantes patientiæ hyacinthos turmatim incedentes vidiſſes. *Candicarunt in eo lilia caſtitatis, cùm perditas mulierculas ad temerandam pudicitiam immiſſas, indignabundus è cubiculo exturbavit: at longè major Conſtantiæ ſtrenuitas eſt, mortis præſentiſſimæ telum contempſiſſe, quàm turpis Veneris illecebras repudiaſſe. Purpurarunt in eo roſæ charitatis, cum vendito uritano principatu quadraginta nummûm aureorum millia, integrum ſcil. illius pretium uno die in pauperes erogavit. Sed liberalitas longè regalior eſt, vitam conſtanter profundere, quàm aurum. Alebat ille pœnitentiæ Vaccinia, cum horrenti cilicio corpuſculum fodicabat, cum echinatis globulis, ferreisque flagris tergus dilacerabat. At quantò generoſior conſtantia eſt uno ictu præcordia ipſa transfodienda præbere, quàm extimam cutem onerare verberibus? Vernabant in eo patientiæ hyacynthi, cum graſſante lue ſexcentas egenorum exſorbebat moleſtias, cum tot vitæ ſpernebat diſcrimina, cum ſuis ipſe manibus jam tabe confectos rite ſacroſanctis muniebat myſteriis. At quanto omni peſte excuſſius tubo globus nocentior eſt? quanto difficilior conſtantiæ provincia, ſuſtinere impetum globi, quàm periculum peſtis? Floruerunt in eo violæ temperantiæ, cum jam frequentibus ſe ſe macerabat jejuniis, cùm palatum tam ſeverè fraudabat, cum deliciis ſibi omnibus tam inclementer interdicebat. *Quamobrem ô Eccleſiæ Catholicæ decus, Mediolanenſium gloria; Italiæ columen, purpuræ fulgor, Pontificum idea,

cœli ornamentum, terrarum deliciæ, compendium ſanctitatis, te colimus, amamus, & utcunque poſſumus, laudare conamur. Singularia ſunt tua merita, benignitas magna, prompta facilitas: excipiant, obſecro, merita cultum, amori faveat benignitas, facilitas pareat audaciæ. In hoc cultu, amore, & laudatione (agnoſco & fateor) meum eſt, quod minimè potui; tuum eſt, quod maximè volui.

CAROLUS MAGNUS.

AMPLIFIC. Chriſtianæ rei reſtaurator potentiſſimus, Saracenæ Gentis terror indomitus. Qui Religionem ut fundum aridum coluit, auxit amplificavitque. Qui toto orbe auguſtiſſima de ſuo Templa fundavit. Qui cunctis hominibus ſuperior, ſoli ſe CHRISTO inferiorem præbuit; quem ſuſpexit ut cliens, amavit ut filius; ditavit ut pater, defendit ut ſervus.

CAROLUS QUINTUS.

AMPLIFIC. Imperator maximus; optimusque Princeps. Qui Solem inter ſceptra ſua naſci atque occidere vidit, Pontumque utrumque ſubditum habuit, Terram vectigalem. Cœlum propitiabile. *Præcipuè laudandus homo, quod ſine decoro, hoc etiam fecit nobile, quòd periit*; & ultimum vitæ Camptérem CHRISTI ſervitio mancipavit. * CAROLUS ſolo nomine Quintus, virtute primus, cujus ſuſceptos pro DEO & Religione labores, relatas pro Populo, & Auſtriaci nominis immortalitate victorias novit Orbis, quem imperiis rexit, nomine implevit, felicitate beavit, gloriâ illuſtravit, famâ ſuſpendit, victoriis peragravit, triumphis compoſuit. Pyrrhus in Peloponeſo, in Africâ Annibal, Scipio in Hiſpaniâ, in Pannoniâ Trajanus, Marcellus in Siciliâ, in Germaniâ Conſtantinus, in Italiâ Cæſar, ubique CAROLUS.

Quo

Quo verò illud in locò felicitatis imperatoriæ collocabo ? quòd eodem tempore Gallum in Italiâ armorum metu continuerit, Turcarum in Auſtriâ ferociam fregerit, Peloponeſum ingenti claſſe contra hoſtes, Auria duce, victor cinxerit ? quòd neque turbulenta maria ipſius ſeſe objicere ſucceſſibus, nec venti atque impendentes procellæ curſum victoriarum retardare potuerint? Quòd nemo inimicorum Carolum non formidaverit, nemo amicorum non amaverit ? Quòd unum hominem Germania Hiſpaniaque coluerit, Gallia Africaque horruerit, Aſia Angliaque ſuſpexerit, Italia inter ſpem metumque venerata ſit, Antipodes etiam, atque orbis objecti incolæ reveriti fuerint. Quòd Carolus non tantum ſuâ; ſed & ducum ſuorum felicitate (quæ res paucis admodum Imperatoribus, obtigit) fortunatiſſimus fuerit. Stent illæ ad extrema oceani oſtia Herculis columnæ, ſuo titulo ſuperbæ, nec jam ampliùs veræ, Non plus ultrà: adjecit Carolus orbi noſtro, detraxit titulo, ac Plus ultrà oſtendit. Herculeos illos gloriæ terminos proſecutus eſt, & nullam hactenus fortunam, ac virtutem fuiſſe docuit, quam non majori ipſe virtute ac felicitate ſuperaret. Hic ego mihi; non mortalis alicujus incertisque caſibus obnoxii hominis, ſed divini propemodum; atque ſupra omnem fortunæ vim impetumque conſtituti, facta proſequi videor. Quæ ſi imitatione quisquam, aut ſolâ etiam votorum audaciâ velit contingere, hunc ego arroganter inſanire, atque humanæ conditionis, lubricæque in vitâ ſortis, parum eſſe memorem dicerem. Admirentur ſanè & laudent ſuum Macedones Alexandrum; ſuum jactent Romani Cæſarem; ſuum Afri Hannibalem deprædicent : illorum extollant in caſtris milites, in pugnâ victoriam, in regnis populisque ſubjugandis felicitatem; nemo tamen omnium eſt, qui ad Caroli fortunam aſpirare poſſit. *

Sed quid agimus, qui inter Caroli Imperatoris noſtri laudem atque encomia ita verſamur, ac ſi præſentem illam, humanæque etiamnum conditionis participem intueremur; Verum, ô fallaces hominum ſpes! ô vitæ noſtræ felicitatem miſeram, fortitudinem imbecillam, labilem conſtantiam! Illud imperii noſtri decus, bellorum fulmen, pacis ornamentum, Eccleſiæ columen, religionis tutela, propugnaculum veritatis, miſerorum aſylum: illud lumen Germaniæ, ſidus Hiſpaniæ, præſidium Italiæ, Sol ille Europæ univerſæ, ſuis modò tenebris obſcuratur, & intra unius monumenti ac Sarcophagi anguſtias tantus Imperator clauditur. Quem ante orbis univerſus non caperet, ad cœlos etiam, quô victoriis & exercitu non poterat, armorum ſuorum gloriâ ac nominis virtutisque æternitate penetravit. Illa, ! prô dolor! nùnc manus torpet indigno mortis frigore, quæ tela in hoſtem vibrare, gladium ſtringere & Chriſtianæ Reip. ſalutem circumferre viſa eſt. Illi caligine offuſi excœcantur oculi, qui amicis honori, inimicis erant formidini. Illa lingua obmutuit, quæ ſuis ad virtutem, hortamenta ſubjicere, adverſariis ad terrorem intorquere ſolebat verborum fulmina. Illud Martium pectus magnanimitatis ac conſtantiæ domicilium, putredine ſolutum diffluit, & nihil ex tanto nobis Principe amplius ſupereſt Carolo atque imperio dignum. Illa majeſtas ad humilitatem, gloria ad contemptum, ad faſtidium ſubſedit. Ipſa cum Carolo Europa non in luctu ac ſqualore tantùm, ſed & morte aliquâ, ac rerum jucundiſſimarum interitu verſatur. Lugent populi ac nationes fortiſſimum ac laudatiſſimum ſibi ereptum Principem, divites bonorum ſuorum defenſorem, pauperes liberalem, ſontes manſuetum, inſontes humanum; hoſtes clementem, amici fidelem, omnes æquum ac ſapientem. Ipſæ adeò Principum cæterorum aulæ, ac Divorum

Baſi-

Basilicæ suis ornamentis spoliatæ, tristi habitu vultuque magnificentiam tanti Imperatoris desiderare videntur.

CARTHUSIA. **Carthaus.** *Chartreuse.*

ADJU. Sancta, innocens, candida. PHR. Princeps, primarium Carthusianæ familiæ monasterium. Carthusiana solitudo. AMPLIFIC. Carthusia terris altior, umbra terrarum erat. Illuc Hugo Episcopus ire septem stellas vidit. Tot ivere deinceps, ut Cœlum effecerint. Nec malè Carthusiam appelles stellarum Patriam. Audi quid illic agatur, & Cœlum esse credes: Silentium, Psalterium, Jejunium. Silentium illic linguarum est, & aurium: Nemo loquitur, nisi sibi, nemo alium audit, nisi seipsum: Nulla ibi Echo verba repetit, quæ nemo dicit. Alloquuntur tamen DEUM homines taciturni, nec violat silentium hoc colloquium. Media Hominum vita Psalterium est, nec tristibus esse licet, qui semper canunt. Prælibant immortalitatem ante mortem, vivunt vitam olim futuram: id agere incipiunt, quod sunt semper acturi, & visuri olim DEUM, penè jam vident. Assueti Cœlo deliciis cibo vix egent. Apollum instar devolant ad brevem escam & revolant, nè carnem ament, odisse tenentur ex voto. V. S. Bruno.

CASTITAS. **Keuschheit.** *Chastetè.*

SYN. Castimonia, puritas, integritas, virginitas, pudicitia. ADJU. Angelica, summa, illibata, incontaminata, rara, gratiosissima, singularis, victrix, cælestis, divina, mira, verecunda, intacta, sancta. PHR. Pudoris illibati candor purissimus. Castus animus & purus. Pura atque integra mens. Animus omni admistione corporis liberatus. Castimonia corporis. Expers contagionis integritas. [*Amb.*) Virtus origine cælestis. (*Bonav.*) Virtus, per

per quam concupiſcentiam caſtigamus, quodam rationis moderamine. (*Th. Aq.*) Munditia corporis, cum integritate mentis. (*Hugo. V.*) Repreſſio venereorum & concupiſcentiæ, ſine impugnatione atque labore. (*Dion. Carth.*).

AMPLIFIC. *Caſtitatem, Virtutum pulcherrimam, adeoque amabiliſſimam, Locis illis communibus breviſſimè ſic evinco.* Caſtitas, virtutum Nitor, vitæ Decus, Lux honeſtatis, cœleſtis elegantiæ Fons, puriorisque formæ formoſa Frons, amorem veſtrum, Adoleſcentes, ac venerationem efflagitat. Quid enim dignius amore veſtro? Oculorum aciem in ejus oculos advertite; quid ſplendidius? frontem ſuſpicite; quid ſerenius? videte genas, quid ſuavius; cernite ſinum; quid pudicum magis? Caput, collum, brachia, manus, totius demùm corporis ſpeciem, habitumque intuemini? quid, oro, ſpecioſius cadere ſub aſpectum poteſt? Vel ipſum Caſtitatis nomen, quod dico, prædicat; cùm enim caſtiget illa, coërceat, emendetque proclivitates vitiorum partes inſuper corporis ſingulas; ad juſtum ſi exæquat modum, nulla ut forma abſolutior, nulla ſpecies caſtigatior eſſe queat, pulchritudine Caſtitatis. Ergo, qui hanc ambitis laudem caſtimoniæ, caſtam agite vitam, caſtè vos ubique gerite, nihil niſi caſtum, niſi pudicum verſet animus, lingua proferat, manus moliatur.

Magna quidem ſpecies Virtutis ac dignitas eſt; eximium hominis decus & gloria: At illius ſpeciei nitor, dignitatisque claritas, & illius gloriæ ſplendor, annon eſt Caſtitas? Certè, ut cæteros vincit flores candore & decore Lilium; ut Stellas fulgore obſcurat ſuo, Luna: ſic pulchritudine videtur Caſtitas cæteris virtutibus anteire. Utque nihil eſt cœno voluptatum turpius ac contemptius; ita iſto Virtutum cœlo, nihil auguſtius exiſtit atque præſtantius. In

hoc

hoc Cœlo ceu in Throno ſuo ſedet, Virgo Deus, caſtiſſimarum Procreator mentium; quæ tametſi terrenis corporibus copulatæ, ab omni tamen contagione ſenſuum remotæ labis prorſus expertes ſunt, quo puriorem in ſe, perfectioremque Divini Numinis imaginem repræſentent. Et verò repræſentat, Æternæ Mentis ſupremam potentiam caſta mens, ut cæteras ſileam ejus laudes; cum quod Deus ſemel effecit, nunquam non facit Caſtitas, illæſum præſtans animum, non tantùm corpus, medios inter ignes impuræ fornacis, furentibus exæſtuantis libidinum flammis. Iis nempè flammis, quas obſcœna Cupiditas excitat, fovet, alit, incendit, ut quantum ab hoc vitio detrimenti manat, ac turpitudinis, tantùm ab hâc virtute in nos commodorum & honeſtatis, profluere fateamur. Quid ni verò id gloriosè fateremur, in ejus gratiam? quam comitantur virtutes innumeræ, antecedit nulla; quam exquiſitiſſimæ gratiarum dotes exornant, quam pretioſiſſima animi bona, & ornamenta conſequuntur, & in cujus unius ſinum, munera ſimul omnia confluunt, quæ ſingulas ſeorſim illuſtrant. Teſtis eſt Regina Virginum, cui Caſtimoniæ decor incomparabilis, tantum gratiæ, tantum majeſtatis aſperſit, ipſum ut Opificem ſuum, & Effectorem mundi DEUM, traduxerit in ſui amorem & admirationem, puriſſimoque ſinu concluſerit. Incomparabilem dixi, decôrem Caſtitatis; nam, quod cum illâ comparem, nihil occurrit uſquam: Imò, plurimæ ſeſe mihi virtutes offerunt, quas ei componam; ita eſt. Sed nullam ex iis unquam reperio, quæ pulchritudinis laude, Caſtimoniæ, virtutum amabiliſſimæ, non concedat.

SENTENTIÆ. Felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. (*Sap. 3.*) Scivi, quoniam non poſſum eſſe continens, niſi DEUS det.

(*Sap.*

(*Sap.8.*) Te ipſum caſtum cuſtodi. (*1.Tit.5.*) Fructus ſpiritûs eſt, charitas, continentia. (*Gal.5.*) Caſtitas eſt virtus ſub jugo rationis impetum libidinis refrænans. (*Aug.*) Caſtitas eſt, per edomitas vitiorum furias munda & honeſta totius corporis habitudo. [*Idem.*] Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. (*Idem.*) Audeo dicere ſuperbis continentibus: Expedit cadere, ut in eo ipſo, in quo ſe extollunt, humilientur. (*Aug.*) Inter omnia certamina Chriſtianorum, duriora ſunt prælia Caſtitatis; nam ibi continua pugna, & rarior victoria. (*Idem.*) Pudicitia vi nec in carne, nec in animo violari poteſt. (*Idem.*) Caſtitas eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, ſolamen mœrentium, augmentum pulchritudinis, decus religionis ſanctæ, minoratio criminum, multiplicatio meritorum DEI amica, Angelorum cognata, Patriarcharum vita, Prophetarum corona, Apoſtolorum cingulum, Martyrum auxilium, confeſſorum vehiculum, Virginum ſpeculum, Viduarum refugium, cunctorum bonorum gaudium & ſolamen. (*Idem.*) Pudicitia eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, ſolamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium DEI Amica. (*Cyp.*) Major eſt virtus, ac ſublimior gratia, internam libidinem carnis extinguere, quàm nequitias Dæmonum extrinſecus irruentes jugo Domini, ac virtutis altiſſimæ potentiâ ſubjugare. (*Beda.*) Fere in mundi calamitatibus Caſtitas fuit quaſi ſolatium DEI, & compenſatio illius damni. Ruinam Angelorum providit excellenter reſtaurare ex virginibus & caſtis, & per virgines, & caſtos, matrem, & Præcurſorem Virgines; Seligens diſcipulos & Eccleſiæ Principes, & excellentiores, Sanctos, plerosque

que Virgines etiam. (*Nier.*) Caſtitas ſedem & baſin in pudore habet. (*Lips.*) Caſtitatis proprium eſt, alta & ſeria cogitare. [*Idem.*] Inverecunda Pothipharis uxor, procaciùs perſequitur verecundum Joſephum: Sed hic domino, quàm dominæ obſequentior fugit. (*Theſ.*) Proh ſancte pudor! quid uſque ſecurum? Falſum eſt, à fucis tutam eſſe roſam. Latebant inter virgulta amaſii duo, angues in herbâ. O pudicitia! ut ſervantem ſervas! (*Idem de Sns.*) Differunt quidem inter ſe homo pudicus & Angelus; Sed felicitate, non virtute. Sed etſi illius caſtitas felicior, hujus tamen fortior eſſe cognoſcitur, (*Bern.*)

SIMILITUD. Ut egregius pictor vultum ſpecioſum effingit: ſic Pudicitia celſius conſurgentem vitam exornat. (*Lips.*) Ut Athletis olim munimenta quædam aurium apponi mos erat, ad vitandos ictus: Sic firmum aurium velamentum Caſtitas contra amatoria vulnera. (*Idem.*)

CASTUS. Keuſch. *Chaſte.*

SYN. Integer, purus, incorrûptus, modeſtus, illibatus, pudicus, cælebs. PHR. Pudicæ ſanctitatis miles. A libidinis labe immunis. Homo virginali verecundiâ. Vitam ab omni mulierum commercio alienam ducens. Solicitus virtutis altiſſimæ amator. Qui à puero venereas repreſſit, & contudit titillationes. Qui à fœminæ congreſſu perpetuò abſtinuit. quæ nullis procorum blandimentis, nullis pollicitationibus adduci potuit, ut caſtitatem corrumperet. Adoleſcens præclarâ caſtimoniæ laude ornatus, exornatus, præditus, conſpicuus. Caſtitatis cultor eximius. Quo nihil caſtius, nihil purius eſt. Qui vel minimam impudicitiæ, imò ipſam libidinis umbram ac nomen perhorreſcit. Cujus vita ſplendet nitore caſtimoniæ, pudicitiæ dignitate, omnis prorſus labis expers

expers. Castissimam agens vitam. Cujus animus nihil nisi castum, nisi pudicum versat, lingua profert, manus molitur.

AMPLIFIC. Lectissimum hunc Adolescentem, non ingenita huic ætati levitas, à suscepto vitæ consilio revocavit; non improborum sodalium blanditiæ, ad voluptates; non locorum in quibus degit, amœnitas, ad delectationem; non majorum nobilitas, ad ambitionem; non corporis, ingeniique præstantia, ad arrogantiam; non aliorum impuritas ad libidinem; non amicorum convictus, ad compotationes intempestivas; non denique summa rerum omnium affluentia, ad aliquod probrum, infamiamque detraxit. * Qui semper conjugii propriiq; thalami legem inviolatam tenuit, ut ne suspicionem incontinentiæ ullam malis etiam & obtrectatoribus relinquat, ut inquam, de ipso mentiri fama vereatur. Laudetur Alexander Magnus; etenim meruit: quem ad violandas Darii devicti filias, nec libido, nec insolentia victoriæ pertraxit. Miraculum dixerim in hoc nomine. Conservet immortalitati Scipionem continentia: omnem enim laudem evicit, qui victam Celtiberorum Principis sponsam, nè quid oculis de castitate ejus delibasse videretur, ad aspectum non admisit. Extollantur quicunque alii, quorum vitam aut famam nunquam potuit luxuria labefactare, sed ita tamen extollantur; ut hujus decus eximium, sit hujus laus prima, hujus in honore tanto principatus. * Quænam, obsecro, vestros animos, *Auditores*, pervadit cogitatio? qui sensus est animorum vestrorum? Annon videre vos putatis Davidem aliquem, qui non Goliath, sed Gigantem tamen formidandum castitatis hostem, non fundâ sed virginali audaciâ constantiáque posternat. * Qui, quas alii libidinis occasiones ultrò quærunt, superare glorioſum arbitratur, qui non sequendam cupiditatem, sed refrænandam putat: qui non Neronibus,

nibus, Caligulis, & cæteris imperii monſtris, ſub quorum libidine gemuit pudicitia, ſimilem eſſe te voluiſti, ſed ſuperiorem, ut quod illi ſummâ cum infamiâ ſectati fuerunt, tu ſummâ cum gloriâ vitares. * O egregium virginitatis & pudicitiæ propugnatorem! nihil ad tot iſtas concuſſiones pectore vacillans, nihil ad iſtos meretricios ictus labans, immobilis, invictus victor. * Qui abſoluto certamine partâque victoriâ, caſtitatis occulto cingulo ſuccinctus, ut hoc ſibi ſit fortitudinis argumentum, victoriæ merces, immortalitatis inſigne. * Qui ſervavit mentem tàm caſtam, ut in illam nulla unquam titillans carnis cogitatio irrepſerit: aures tam terſas, ut in illas nulla unquam ex obſcœno ſermone libata voluptas influxerit: oculos tàm puros, ut in illos nulla unquam incurrerit vana ſpes; denique vitam omnem omni parte integrâ, ut nulla labecula aſperſa aut credatur aut prodatur.

No fabulas turpes atque inanes pueris nutrices enarrent; neve quidquam obſcœni vel in verbis audiant, vel in factis videant, vel in picturis intueantur, unde turpitudine flagitiosâ poſſit animus juvenilis inquinari. * Ego verò ajo, ita virginalis lilii candorem aculeatum eſſe, ut verecundâ ſpecie ſtatim oculos feriat, animos percellat, abſterreat manus. O nobis in ſummâ bonorum omnium caritate ſalutaris frugis opportunè fertilem virginitatem! * Cujus virginale corpuſculum, nec oculorum conjectu contingi ſe ſine ulcericibus lacrymis patiebatur. * Quis orationis color illum non violâ tinctum, ſed ipſo cæleſti coloratum amore divinæ amantis pallorem expingat? In corpore modis omnibus excruciato, quicquid fœdæ voluptatis ſenſum illicere poſſit, occidebat. Quid illo continentius? quid caſtius? quid purius; ſed de illius pudicitiâ verba facere audeam? Vereor nè illibati floris candorem vel ſolo ſpiritu infuſcem: tanto ſiquidem ſtudio in omni vitâ, quam

ſibi

ſibi horridam hyemem eſſe voluit, virgineis nivibus excubias agit, vel ad ver æternæ felicitatis cœleſti adſpirante favonio, animam ex intacto corpore victricem liber efflaverit; cumque illius cura eſſet fabuloſo dracone hortorum Heſperiadum cuſtode vigilantior, nullum ſuberat periculum, nè tartareus Hercules è multo amœniore caſtitatis pratulo, aſperrimis præſertim munimentis obſito, fructum ullum poſſet evellere. * Quis ad impuram voluptatem conſenſus ejus eſſe potuit, dum omni prorſus illius ſenſu ira caruerit, ac ſi beatarum mentium inſtar, ab hujus eſſet mortalitatis contagione ſejunctus. * Qui ſocietatem carnis ejecit, illecebras voluptatum fugit, voluptatem omnem, tanquam aliquam decoris labem oppreſſit, atque ab indulgentiâ ſenſûs, ab obſequio corporis, ab iræ dominatu, cupiditatisque receſſit. * Apage, crudelis mentium Procuſtes, Tyranne puer: plebeios animos immunitatis tuæ ſagittis metam ſtatue. Non ſauciatur Cytherâ cuſpide, quem caſtus amor ſibi in vulnera præparavit. Achilles eſt, quem alienæ non tangunt ſagittæ, nedum poſſunt vulnerare. V. VIRGO.

CATECHIZARE. Chriſtliche Lehr halten. *Catechizer.*

PHR. Aliquem fidei capitibns rudem erudire, docere, inſtituere. Chriſtianæ legis tyronem neceſſariis fidei capitibus informare, initiare. Alicui, *vel*, in alicujus animum Chriſtianæ legis initia inſtillare. Alicui divinæ legis elementa explicare, enucleare: prima fidei chriſtianæ præcepta tradere. Aliquem chriſtianæ legis myſteriis imbuere. In alicujus animo divinæ fidei elementa conſignare, informare, conſerere. Imbecillam ætatem, rudemque plebeculam Chriſtianis moribus ac præceptis informare. Adoleſcentes vitale doctrinæ Chriſtianæ ubere lactare.

CATE-

Digitized by Google

CATECHISMUS. Christliche Lehr.

Catechisme.

SYN. Catechesis. PHR. Elementorum fidei traditio. Præceptorum divinæ legis explicatio. Fidei eruditio, institutio, instructio, informatio. Doctrina catechetica.

AMPLIFIC. Rudis, tenera, ac mollis ætas in utramque flexibilis est partem. Nimirum aqua in areolâ digitum sequitur præcedentem. Annon Regius ille omnium disciplinarum Professor Salomon, ætatem puerilem ad veram sapientiam informavit, cùm ingeminaret: Si quis est parvulus, veniat ad me? Sed Catechistam multò excellentiorem egit Rex Regum, omnisque fons sapientiæ Christus, cum & ille diceret: Sinite parvulos venire ad me. Sidera illa Ecclesiæ, Magistros se, & Nutrices parvulis spondebant, gestabant humeris, balbutientia senes verba formabant. Prodigia doctrinæ omnimodæ, Pantenus, Origenes, Clemens Alex. Et Heraclas Catechistarum nomine gloriabantur. Eruditissimus Academiæ Parisinæ Cancellarius Gerson, non verecundabatur esse humilis ad rudes, & parvulos, quando (ut ipse ajebat) Christus, qui est Deus, usque ad castissimos puerorum amplexus brachia mansuetus inclinat. Carolus Borromæus (quantus Præsul!) Alpes non tam nivibus albentes, quàm ignorantiæ tenebris nigrescentes sæpe reptando superavit, ut rudem doceret Plebem. Fr. Xaverius, magnus Indiarum Apostolus, rudes Pueros tintinnabulo convocatos ubivis locorum erudiebat, & per hos magna patravit miracula; & quod summum fuit, innumeras per eosdem animas convertit. Societas JESU hoc munus percupidè ambit, dum Collegiorum Rectores, imò ipsi Præpositi Generales, ex ipso Societatis Instituto, ad hoc per dies 40. obligantur. Aurea Ger-

ſonis ſententia eſt: *Neſcio, ſi quicquam majus eſſe poteſt, quàm Parvulorum animas quaſi plantare, aut rigare, partem non indignam HORTI Eccleſiaſtici.* Suffragatur ei Pius V. qui Doctrinam Chriſtianam *Opus Sanctiſſimum*; Eidemque ſuſcribit Paulus V. qui Catecheſin *Opus Saluberrimum* indigitant; idemque ſentit Concilium Tridentinum. Egrediamur ergò in agrum, commoremur in villis. In agrum, ait Ambroſius, habentem non ſolùm florum gratiam, ſed etiam triticum, & hordeum. Non urbani tantùm flores ſponſo, ſponſæque placent: Sed etiam nigra vaccinia, & ſerpentes humi violæ. Non ſimus Jaſones, tantùm Ovem aurei velleris requirentes, & cæteras contemnentes. Lana, quâ tectæ ſunt oviculæ noſtræ purpurea eſt, ſanguine Agni illius DEI, qui tollit peccata mundi, tincta. Chriſtiani Chriſtum, teſte Paulo, induti ſunt. Nullus igitur nobis ſit vilis, pro quo Agnus DEI immolatus eſt. Fiſtula illa cæleſtis divini verbi (ut eum vocat Bernardus) Norbertus, Ordinis candidi Inſtitutor, & Archiep. Magdenb. tenui, ſed clariſonâ Chriſtianæ Doctrinæ cicutâ ſylveſtres animos laudem Creatoris docuit reſonare; neque eum puduit humiles habitare caſas, & ſordida rura. Habitat Deus quoque ſylvas. Et ſæpe magis arbuſta, humilesque myricæ, quàm arces Palladiæ juvant.

CATO.

SYN. M. Porcius, Cenſorius. ADJU. Gravis, invictus, ſeverus, conſummatus, tetricus, pugnax, eruditus. PHR. Magiſter morum, probitatis exemplar, virtutum Romanarum lumen.

AMPLIFIC. Qui propter ſeveritatem, gravitatem, virtutesque egregias alias, & hoſtibus & civibus formidine ſuis fuit: at interim; [ſi modo fides Hiſtoricis adhibenda] ad ebrietatem usque poculis indulſit.

sit. * Canities illa veneranda, ille vultus, in quo sæculi calamitatem, tanquam literis quibusdam ac ductibus conscriptam atque consignatam viderunt, ex illius barbâ sectæ dignitatem æstimarunt, cujus lingua victorem pariter ac victum damnaverat, in cujus pectus ipsa honestas, tanquam in delubrum quoddam ac sacrarium, confugerat, in quo gravitas, justitia, severitas, sedem ac domicilium posuerunt; ille vir, à quo semper inferior fortunâ recesserat voluptas; aut nihil unquam extorserat.

CAVERE. **Bürgen setzen.** *Donner caution.*

PHR. Prædem dare. Sponsorem dare. Præde, *vel*, Sponsore Creditori cavere. Cavere per satisdationem. Idoneum Fidejussorem dare. Propter incertum cautionem interponere. Creditori satis dare. Datis Prædibus rem Creditoris tutam facere, tutiorem præstare. Alicui, *vel*, Alicujus sponsorem esse, Prædem fieri. * **In Criminal Sachen.** *En matiere criminelle.* Vadem dare. Sponsoribus datis, sui sistendi vadimonium promittere, Vindicem dare, qui suâ fide in vadimonio nos futuros recipiat; qui spondeat, vadimonium nos obituros. * **Bürgschafft nehmen in bürgerlichen Sachen.** *Prendre caution en matiere civile.* Satis accipere. Prædes accipere. Sponsoribus sibi cavere. Prædibus accipiendis rem suam tutam præstare. * **In Criminal Sachen.** *En matiere criminelle.* Accipere vadem, *vel*, vindicem sistendi reum in jure. * **Ich werde das Geld nicht erlegen / du habest mir dann einen Bürgen gegeben.** *Je ne payeray point, que vous ne m' ayez donnè caution.* Non solvam, nisi à te cavero. Caveri autem per satisdationem oportet. Pro eo quod à nobis petit ita cavemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fidejussoribus. * Cautio, sponsio, fidejussio, satisdatio. Assiduus

præs, *dis*, idoneus ſponſor, adpromiſſor, fidejuſſor.

CAUPONA. Wirthshauß. *Cabaret.*

SYN. Taberna, popina, hoſpitium, gurguſtium. ADJU. Infamis, aperta, communis, patens, inſignis, ſordida. PHR. In tabernam meritoriam divertit. In ejus hoſpitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer. Ubi quidem parvo diverſorio refecti, poſtero die amplioris fortunæ domum quæſivimus. * Ein Wirth. *Un Cabaretier.* Caupo; Cauponariam exercens; Cauponem agens. * Der ſtets im Wirthshauß ſitzen thut: *Qui hante les Cabarets.* Popino; in cauponis aſſiduus; Caponarum affectator.

AMPLIFIC. Alicubi Cauponæ videntur factæ eſſe Juventutis nidi, vitiorum receptacula criminumque omnium ſentinæ; quo leves, vagi, otioſi, blaſphemi, adulteri, voluptuariique confluunt; ibique noctes etiam integras terunt.

CAUSA. Urſprung/ oder Urſach/ &c. *Cauſe.*

SYN. Caput, origo, fons, radix, principium, occaſio, ratio, nomen. ADJU, Abſoluta & perfecta, adjuvans & ſocia *efficiendi*, non verecunda; nec probabilis, nec ſatis idonea; æquiſſima, principalis; propior, & cum exitu junctior; antiquior & pulchrior, & magis à naturâ perfecta; certa definitaque; tenuis & inops, nec ſcriptione magnopere digna; paratior, præcipua; *multæ & maximæ! aptæ, & aliæ ex aliis neceſſitate nexæ; graviſſimæ & pleniſſimæ.* (*Cic.*] Prægnans. PHR. Minime levia rationum momenta. Momenta rationum. * Urſach geben. *Donner ſujet.* Dare, præbere anſam: patefacere feneſtram: miniſtrare occaſionem, aperire viam. * Du biſt ein Urſach dieſes Ubels. *Tu es la cauſe, ou l' autheur de*

de ce malheur. Tu horum malorum cauſa, ut fons & origo: tu princeps, fabricator, author & adjutor, inventor & artifex, architectus & machinator ſcelerum. Tu eorum dux atque princeps, coriphæus, tuba. Tu hæc mala peperiſti, excitâſti: à te hæc fluxerunt, horum culpam tu ſuſtines, tibi hæc acceptâ referimus.

CELEBRIS. **Berühmt.** *Celebre.*

SYN. Laudabilis, celeberrimus, præclarus, honorificus. PHR. Qui celebratur, frequentatur & colitur. Nominis celebritate clarus. Cujus memorabilis & divina Virtus lucem adfert Reipubl. Clara res eſt, totâ Siciliâ celeberrima atque notiſſima. Res clara atque omnium ſermone celebrata. Vir illuſtri laude celebratus. In maximâ celebritate, atque in oculis Hominum vivere. Ex doctrinâ nobilis & clarus. Clarus & honoratus vir. Neque eos in laude poſitos videmus. Bellicis laudibus abundat. Vir omni laude cumulatus. Notus famâ. Famâ proximo prælio celebris. Carminibus inclytus. Maximè enituit. Quidam magnum nomen in Oratoribus habuêre. Qui maximæ dignationis apud Pop. Rom. fuerunt. Cujus ſplendorem generis & illuſtre nomen majorum annales loquuntur, neque quisquam eſt, qui divinas ejus virtutes ignorat. * Qui ab his literarum fontibus ac elementis ad exiſtimationem hominum, & famam pervenerunt, Regibusque gratiſſimi rhedam nunc pro pulpito conſcendunt. * Cujus immenſus animus atque infinitus; orientis & occidentis terminos intra ſe complectitur. * Qui famæ atque exiſtimationis ſuæ limites extendit, aut ſi jam quo creſcat laus non habet, incomparabili virtutis ſuæ & eruditionis recordatione fruitur cæleſtemque illum animum ſuum vitæ præteritâ contemplatione paſcit. * Vir, qui honeſtiſſimas quasque viven-

di rationes ab ineunte ætate ſuſcepit, & ad hoc usque tempus perducit, & apud omnes mortales æternam ſummæ virtutis ſuæ laudem eſt conſecutus. * Vir qui non modo majoribus ſuis, qui & honoribus & rerum geſtarum gloriâ maximè floruerunt, ſimilis; ſed etiam eorum memoriæ laudibusque lucem affert. V. ELOQVENS. VIRTUOSUS, &c.

CELER, [*hæc celeris, hoc celere.*) **Geſchwind.** *Vite.*

ADJU. Velox, Citus, Concitatus. PHR. Gradu aut curſu celer, pernix, citus, concitus. Curſu pernicisſimus. Pedum pernicitate præditus. Curſu præditus. Curſu præſtans. * **Es iſt unmöglich geſchwinder zu ſchreiben / als er.** *Il n'eſt pas poſſible, d'écrire plus vite qu'il fait.* Ejus ad ſcriptionem manu nihil agitur celerius, agilius, citius, ocyus, velocius. * **Er geht etwas geſchwinder fort.** *Il va un peu plus vite.* Celeriuſculè vadit. * **Es mach einer geſchwind die Thür auff.** *Ouvréz vite la porte quelqu'un.* Aperite aliquis actutum oſtium. * **Geſchwind fortgehen.** *Aller vite.* Contento curſu aliquem locum petere. Contentiùs ambulare. Citato gradu incedere. Conſueto gradu celeriùs procedere. * **Geſchwind darvon lauffen.** *Déloger plus vite que le pas.* Celeri fugâ ſe proripere. * **Wo geheſt du ſo geſchwind hin?** *Ou allez vous ſi vite?* Quò te agis tam properè? Quò tantâ feſtinatione properas? Quorſum tantam in inceſſu celeritatem adhibes? Quò te agis tam celeri concitatoque gradu? Cur ſuſcipis tantas celeritates? Quid hæc tanta feſtinatio & celeritas ſibi vult? * **Ihr ſeyd mit groſſer Geſchwindigkeit in allhieſige Gegend kommen.** *Vous étés venus fort vite dans ces quartiers cy.* Divinus quidam impetus fuit, quo repentè in hæc loca ab utroque Solis adverſo fine veniſtis; ipſos quos præmiſera-

ferati nuntios reliquiſtis? ipſam, quæ vos conata eſt prævenire, famam prævertiſtis: ut absque pauciſſimis, qui vobis comites hærere potuerunt, cæteri homines fortaſſe crediderunt (ita dignum eſt majeſtate veſtrâ) diurna vobis & nocturna curricula utraque Mundi lumina commodâſſe. Sed verum loquamur, veſtra vobis pietas volucres dedit curſus. Etenim cum nihil ſit animo velocius, vos quorum ignea immortalesque mentes minimè ſentiunt corporis moras; pervecti eſtis ad nos mutui deſiderii celeritate. * **Die Geſchwindigkeit iſt den Auffrührern ſehr gut / allwo das Werck vor den Rath erfordert wird.** *La viteſſe eſt fort neceſſaire dans les ſeditions: où les actions doivent étre préferées aux conſeils.* Feſtinatione nihil tutius in diſcordiis civilibus, ubi facto magis, quàm conſulto opus.

CELERITAS. *Syn.* Velocitas, pernicitas. *Adju.* Admirabilis, ignea, maxima, diſpares, & inter ſe diſſimiles, divina *ingenii*, expedita & profluens, quodammodò prompta & parata, gratior, incredibilis, ingens, major, mirabilis, *nimia*, princeps dicendi. (*Cic.*) V. FESTINARE.

CERA. **Wachs.** *Cire.*

ADJU. Flava, liquida, odorata, flavens, dulcis, virginea, punica, candida, mollis, tenuis, tenella; Tractanti manu mollificata: Sole remolleſcens: ab arbitrium formata. * **Etwas mit Wachs überſtreichen.** *Cirer quelque choſe.* Aliquid cerare, incerare, cerâ illinere, *vel*, inducere. * **Arbeiter in Wachs.** *Cirier.* Cerarius fictor. *vel*, opifex. Operum è cerâ artifex, **Roth Wachs.** *Cire rouge.* Miniata cerula, *vel* cereæ miniatulæ. * Cera candidiſſima fit, poſt inſolationem, etiamnum recocta.

CEREBRUM. **Hirn.** *Cervelle.*

SYN. Cerebellum. ADJU. Molle, calidum, ingenioſum, doctum, tenerum, calens. * **Er hat kein Hirn im Kopff.** *Iln' a point de cervelle.* Leviſſimi ingenii homo eſt. Vix benè ſui compos eſt. Mentis pravitate laborat. Vacillat ejus animus. Homo eſt ſtolidè vehemens & præceps. Caput habet, at ſine cerebro. Cerebrum non habet. Ei vacuum eſt cerebro caput.

AMPLIFIC. Eſt hoc viſcerum excelſiſſimum; proximumque cœlo. Hanc habent Senſus arcem munitiſſimam; hîc culmen, hîc vigor, hîc mentis eſt regnum: eſt cerebrum non modo ſenſuum ſedes & motuum artifex, membrorum vaſtiſſimas moles, & muſculorum prætumida corpora nervorom fibris, quaſi funiculis, non ſine admiratione trahens, ſed & ſapientiæ eſt domicilium, memoriæ, judicii, cogitationum, quibus opifici Deo humanum genus redditur ſimillimum. Quod in Mundo eſt Cœlum, in homine eſt Cerebrum: Illud Intelligentiarum, hoc Rationis eſt domicilium.

CERTITUDO. **Gewißheit.** *Certitude.*

ADJU. Maxima, evidens, palpabilis. PHR. Res non dubia, non incerta, comperta, aperta, manifeſta, nota, exploratata, minimè dubia, rata, nihil habens dubitationis: In quâ nulla dubitatio eſſe poteſt. Quæ manu tenetur, *vel*, in manibus habetur, in præſentiâ atque ante oculos. Non magis certum habeo Solem illum lucere, quàm ipſum verè ſcripſiſſe, &c. Ego paratus ſum pignus in omnes fortunas meas dare, Plautum ſcripſiſſe. Hoc niſi certum, nolo mihi poſthac quidquam duarum rerum quidquam creduat, ut ait ille. Quæ germana Plauti verba eſſe, nè Carneades quidem ille dubitaverit, qui dubitare in omnibus ſolet. Non ſum per-

pertinax, eripi tamen mihi difficulter poteſt, quin &c. Tam clarè & certè ipſum, ut ſi quid hâc parte errem, non recuſem, quin fides averſa à me in omne ævum.

CHARTA. **Papier.** *Papier.*

SYN. Papyrus. *f.* Chartula, Membrana. ADJU. Levis, tenuis, docta, bibula, pura, peſſima. PHR. Chartæ plagula. Charta transmittens litteras, *vel* atramentum. * **Buch-Papier.** *Main de papier.* Chartæ ſcapus. **Rieß-Papier.** *Rame de papier.* Chartarum ſcapi viceni. Chartæ ſtrues viginti ſcaporum. * **Uneben Papier.** *Papier rude & inégal.* Charta aſpera, ſcabra & pilis parviſſimis plena, quæ pennam remoratur, nè inoffensè decurrat. * **Dünn Papier.** *Papier délier.* Tenuis, tenuiſſima ac ſubtiliſſima Papyrus: plana, candida, firma, ad epiſtolas accommodata. * **Dies Papier ſchlägt durch.** *L'ancre perce ce Papier.* Hæc Charta perfluit, transmittit atramentum. * **Groß Papier.** *Grand Papier.* Auguſta, regalis, claudiana, regia, amplo folio. * **Pack-Papier.** *Papier gris, pour empacqueter des Marchandiſes.* Emporetica, bibula, quæ transmittit literas, perfluida: mercibus involvendis idonea, involucris chartarum & mercium uſum præbens. **Das Papier neben herum abſchneiden.** *Couper ou ronger le bort du Papier.* Demarginare, reſecare extremas papyri oras aliquantulùm forfice.

AMPLIFIC. En primâ fronte libri ſe ſe offerunt, patent Bibliothecæ; litteræ primum, nec immeritò, ſibi arrogant locum. Quid enim illis utilius? quid neceſſarium magis? quid etiam illuſtrius? Viſnè tu diſciplinis omnibus imbui, atque à peritiſſimis artium Magiſtris ac Doctoribus, qui lapſis retro ſæculis floruere? Habes magnificâ in domo valde amplum

conclave, in quo vivunt mortui. Ingredere, nec larvas metue. Ita illic vivunt, ut neque corpore, neque animâ, neque umbrâ; ſed ingenio duntaxat præſentes adſint. Placetne Grammatica? Varronem, primæ illius ac aureæ Scientiarum ætatis virum illuc conveni. Fors antiquitatem nimiò plus revereris? Juniorem adi Priſcianum, ultimorum ſæculorum homines tibi magis arrident? At ecce Vallam Sipontinum, Alvarum, &c. Doctior es, Grammatici non placent; es Rhetor, & Oratoriam aucuparis; accede ad hunc, quem vides pluteum: illic gemini Eloquentiæ Principes, Demoſthenes ac Tullius inter cæteros, ut inter geniſtas quercus eminent. *Sed te Parnaſſi per ſacra cacumina Phœbi, Raptat amor?* Degunt in eâ parte Maro, Naſo, Papinius, Claudianus, innumeri demùm, atque omnium ætatum Poëtæ. Hos inter ſeligere quem libuerit: integrum tibi eſt; ita tamen; ut nè Maronis majeſtatem ullius unquam blanditiis poſtponas. Diutius in iſtis tempus tero. Matura tua ætas has pridem reliquit Disciplinas? Vis juris conſultos? Hiſtoricos? Medicos? Mathematicos? Philoſophos? Et his voluendis adoleſcentiam triviſti. Scio rebus ſacris addictus es; in his, utpote ſolidioribus, animus tuus acquieſcit? Rem acu tetigi. Viden Armaria illa cedrina ad dextram, quæ tam ingentia, tantoque numero volumina tibi exhibent; Authorum nomina characteribus aureis tergo inſcripta ſunt, lege. Habes in ſuperiori ordine Theologiæ omnis fontem ſacra Biblia, tum eorum interpretes, antiquos æquè ac novos. Deſcende, Auguſtinum, cæterosque ſanctos Patres cum Conciliis reperies. Rurſus oculos deorſum flecte. Occurret Magiſter, quem Doctores mox conſequentur, Angelicus, ſubtilis irrefragabilis, & alii ſexcenti. Nam præclarum eſt iſtud, poſſe ſine miraculo, aut magicâ evocatione mortuos affari, penè

nè ut vivos, cum iis agere, ab iis edoceri? Et id chartæ tamen debent mortales.

CHIRURGUS. Bærbierer. *Chirurgien.*

ADJU. Expertus, excellentissimus, peritissimus. PHR. Vulnerarius medicus. Excellens in chirurgiâ. Manuariæ medicinæ peritus. Qui corruptas ac vitiatas corporis partes, aliis omnibus frustrà tentatis, urit postremò aut secat; nè earum contagio cæteris obsit, cùm jam in lenioribus remediis nulla spes esset.

CHRISTIANUS. Christ. *Chrêtien.*

PHR. Qui CHRISTUM (quantum homini possibile est) imitari nititur verbis & operibus. (*Clim.*) Qui moribus CHRISTO coæquatur.

AMPLIFIC. Quibus Christi jugum diadema est, virga sceptrum, jussa favores, servitium dominatio, & nutus anima, cumque edictum omne cœleste, esurienti obedientiæ segne videatur, eorum amor supremi Regum Regis desiderium occupat, & manus antevertit imperium. * Nihil sumus aliud Christiani, nisi Magistro summi Regis ac Principis veneratores? nihil, si consideres, aliud invenies in istâ religione versari. Hæc totius summa est actionis: hic propositus terminus divinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more prosternimur, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc justa, & honesta & auditu ejus condigna deposcimus. (*Arnob.*)

SENTENTIÆ. Christianus est vera domus Christi & rationalis, per bona opera, & recta dogmata constructa. (*Athan.*) Societas Christi, esca est Christiani. (*Amb.*) Christianus est nomen pietatis, justitiæ, charitatis, castitatis, humilitatis, patientiæ. [*Aug.*] Sub nomine Christiano tam multæ hæreticorum extiterunt falsitates. (*Idem.*) Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imi-

ta-

ratur. (*Idem.*) Quomodò gloriaris, te esse Christianum, si nomen habes, & factum non habes? [*Idem.*] Nihil prodest, verbis proferre fidem, & factis deserere veritatem. [*Idem.*) Tota vita Christiani hominis Crux est atque Martyrium. (*Bonav,*) Est gehennalis pœna Paganorum infinitò minor, quàm malorum Christianorum. (*Euseb. Cæsar.*) Fiunt, non nascuntur Christiani. [*Hier.*] Multi Christiani sunt nomine, Pagani tamen conversione. (*Hugo V.*) Christianus mihi nomen est, Catholicus verò cognomen. (*Pacian.*) Quid est aliud modò pænè omnis cœtus Christianorum, quàm sentina vitiorum? (*Salvian.*) Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam; & divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione recidere. (*Leo.*)

SIMILITUD. Sicut magnam arborem virere, & fructum non reddere, nihil prodest: Sic nihil prodest Christianum dici, & christiana opera non habere. (*Aug.*) Quadrati lapidis similis debet esse Christianus: in omni tentatione suâ Christianus non cadit: etsi impellitur, etsi quà vertitur, non cadit: nam quadratum lapidem quacunque verteris, stat. (*Idem.*)

CHRISTUS.

SYN JESUS, Redemptor, Verbum, Salvator. ADJU. Omnipotens, æternus, pacificus, benignus, patiens, vindex, adorandus, munificus, triumphans. PHR. Prædator suavissimus cordium. Temporum artifex. Liberator noster, quem omnes agnoscunt ut optimæ vitæ formam cœlo delapsam, probitatis normam, virtutis idæam, & exemplar sanctitatis & innocentiæ. In quo, per quem, & à quo sunt omnia. Deus ille sublimis, Deus radice ab intimâ, Deus ab regno cœlorum sospitator missus. Qui nos perditè sceleſtos amantissimè dilexit, Assertor humanæ libertatis, sanctitatis magister, abso-

ſolutæ perfectionis præceptor, fons perennis virtutum omnium. Salvator Mundi, liberator hominum, uberrimus vitæ perpetuò duraturæ fons, veriſſimus ignis cæleſtis Prometheus, ſinè quo vita conſtare poteſt nulla. Cujus nomen auditum fugat noxios ſpiritus, imponit ſilentium vatibus, haruſpices inconſultos reddit, arrogantium Magorum fruſtrari facit actiones. (*Arnob.*) Qui ab erroribus nos magnis inſinuatâ veritate traduxit: qui velut cœcos paſſim, ac ſinè ullo Rectore gradientes, ab deruptis, ab deviis locis planioribus reddidit, (*Idem.*)

AMPLIFIC. O pulcherrime ad intuendum! amabiliſſime ad contemplandum! delectabiliſſimè ad amandum! vulneta corda noſtra tuæ pulchritudinis amore. * Deus ipſe, quo nihil fingi majus, aut excogitari excellentius poteſt, ſui quodammodo immemor, memor noſtri, noſtræ ſalutis cupidus, prodigus ſuæ, extremam ſibi propemodum neceſſitatem ultrò impoſuit; nè, illi, ſi rei cauſam intelligant, oppreſſi miraculi magnitudine exclament, omnem ab eo ſuperari admirabilitatem, qnòd ad incredibilem efferri admirationem arbitrentur. * Qui poſt antiquatas leges & exauctoratas ſuperſtitiones, cultum in Spiritu, templum conſtituit in mente. * Filius Davidis, ante tamen Dominus; filius hominis ante tamen Creator; filius Abrahæ, ante tamen promiſſor ejus ſimul & promiſſus. * Mens Patris, æterna ſapientia, ratio perfecta, rerum omnium procreator, qui in terris ea, quæ ad hominum ſalutem pertinent, maximè procurat. * Heros bellicoſiſſimus ac fortiſſimus, qui DEI patris furorem ſua integritate in favorem convertit, qui Dæmonem & jugum abduxit, tot elapſorum lacrymas & ærumnas ſæculorum ſedavit, qui reparatæ ſalutis fortunatiſſimum initium dedit.

Qui multa præclara & admiranda divinitatis ſuæ indicia dedit, dum innumerabiles & varios morbos depelleret, dum alios Dæmonibus oppreſſos liberaret, alios jam vitâ functos à mortuis excitaret; ſurdis auditum, mutis locutionem, ægrotis integram valetudinem redderet, nullo unquam pharmaco, nullis herbis, nullâ arte medicâ uſus eſt, ſermone tantùm aut tactu morborum omne genus profligaret. * In illo lapide angulari; qui ſummis ima convertit, qui fuit utraque unum in illâ petrâ, ad quam beati ſunt, qui allidunt parvulos ſuos: ex quâ fluit mel, quo ſaturatur populus DEI; ex quâ perpetuò erumpunt aquæ ſalientes in vitam æternam. * Chriſtus, cujus tanta eſt in defendendo potentia, quanta in deprecando gratia, ut nullam penitus apud patrem ſuum, quem pro mortalibus interpellat, repulſam patiatur. Chriſtus, quia ſemper omnes ſuas oves dilexit, ac diligit, præ omnibus etiam tenerrimè ovium ſuarum calamitatibus miſeretur: Chriſtus, quia puriſſimè cuſtodivit innocentiam, idcircò diligentiſſimè peccatorum ſordibus inquinatos repurgari cupit: Chriſtus, quia totius domicilium & vaſculum ſanctitatis fuit; propterea curat avidiſſimè, ut fideles, ad ipſum confugientes, pulcherrimarum virtutum acceſſionibus augeantur, cœleſtibus theſauris locupletentur, uberrimis gratiæ donis fœcundentur. * Qui eſt ſplendor patris, cum quo reliquæ venuſtatum ſtellæ comparatæ inſtar ſcintillæ, aut potius nil habent, ſit quemadmodum Adamas naturâ ipſe ſuâ pellucidus nulloque nævulo inſperſus, omnem è regione poſitam lucem claritate ſuâ obruit, ſic Chriſtus omnem artis vim & venerem ita abſorbet; ut quantum ars lucis affert reliquis rebus, tantum huic luci caliginis inducat Chriſtus.

Chriſtus humili eſt cedrus, animi altitudinem injicit; patienti eſt cypreſſus, ſubmittit virium magnitudi-

tudinem; ſimplici eſt roſa plantata, inſtillat prudentiæ odorem; dolenti eſt platanus, ſubminiſtrat lætitiæ rivulum; victo eſt palma, porrigit triumphi inſigne. Vulnerato eſt oliva; ſanitatis inſtillat oleum, mortuo eſt balſamum aromatizans, vitæ reſtituit uſuram. * Qui igni vim adurendi aliquid ſuppeditat, vitâ functos effractis mortis repagulis ad hanc lucem communemque Spiritum hauriendum revocat: Dæmones in fugam conjicit; ſurdis auditum, cæcis viſum, mutis loquelam, ægris ſanitatem naturâ obſtupescente, ſolâ voce aut nutu duntaxat, aut attactu reſtituit; alia denique, quæ cùm à ſolo cœli ac terræ monarchâ produci poſſint, tum omnium ſapientum acumen, atque adeo rationis humanæ vim omnem effugiunt, & concitatam ſiſtunt admirationem. * Chriſtus, qui pulſis omnium errorum tenebris, nobis ipſam veritatem aperuit, & qui morte ſuâ, quam pro totius humani generis ſalute libentiſſimo animo ſubivit, ad cœleſtem vitam iter patefecit. * Qui ſæpiſſimè ex hominibus viliſſimis Eccleſiæ Antiſtites & Reipubl. ſuæ Principes, ex publicanis Apoſtolos; ex incantatoribus & magis martyres glorioſiſſimos, ex idololatris Eccleſiæ Doctores, luminaque fulgentiſſima producendo declaravit.

At quis vir? æterni Patris æternus Filius, Angelorum deliciæ, Beatorum lumen, Princeps pacis, humanæ ſalutis parens, aſſertor noſtræ libertatis, mundi reſtitutor, in quo nè minimus quidem unguiculus fuit, qui non ſpiraret Divinitatem. Siquidem frons majeſtate plena, quod illi cum cælo perpetuum erat, loquebatur commercium. Ita gravis ut terreret, ita amabilis, ut illiceret; terreret quidem improbos, humiles verò, atque abjectos erigeret. Tanta autem inter vitæ acerbitates ſerenitate renidebat, ut non dulciùs micarent ſtellæ, non ſereniùs fulgeret lacteus circulus, non placidiùs ſpirarent Eteſiæ. Naſus leni,

&

& modico tractu diffusus, non rugosus, non asper, non aduncus, cœlestem beati pectoris spirabat prudentiam. Oculos infra superciliorum arcum blandientes, nitidos soles dixisses; cum increparent fulgura, cum perrumperent animos fulmina. In labiis omnes gratiæ sessitabant, omnis affluebat lepos; hinc lactis, hinc mellis flumina; hinc nectaris rivi, hinc jugis cælestis sapientiæ torrens, exundabant. Tota ejus vita clarissimarum virtutum fulgur fuit, oratio tonitruum; unus fuit cujus vocem, & imperium febris ardores, aquæ intercutes, & veternosæ, fœdæ vertiligines, corporisque omnes cruciatus fugiebant; cujus tactu vis sanguinis profluenter ebullientis repentè consistebat, cujus objurgationem immersi miserorum visceribus dæmones perhorrescebant. Unus fuit, qui claudos currere præcipiebat, & jam emicabant; porrigere mancos manus, & jam molles articulorum commissuras explicabant; captos membris assurgere, & repentè lectulos deportabant, alienis paulo ante cervicibus delatos; cœcos videre, & jam oculis cœlum diemque cernebant, qui sine oculis fuerant procreati; unus fuit, ad cujus castigationem insana se coërcebant maria, procellarum turbines tempestatesque sidebant; qui furentis elementi terga levissimis passibus impunè calcabat, unde ipsis stupentibus, & se ad conditoris famulatum abjiciente naturâ. Unus, qui numerosissimam quinque millium hominum turbam se per saxa, & solitudines affectantem, quinque panibus saturavit; & nè præstigiæ incredulis viderentur, sex sportarum sinus reliquiarum fragmentis implevit. Unus, qui vectes inferorum, mortisq; repagula potentissimâ voce refregit, & post tertium diem rediviva cadavera expollinctorum fasciis expedivit. Unus, qui mentis humanæ latebras, abditosque recessus permearet: & quid quisque animo volveret, quid consilii agitaret, discussis simulationis

inte-

integumentis explicatisſimè videret. Unus, qui cum unam vocem funderet, à diverſis populis, & diſſonâ oratione loquentibus intelligebatur. Unus denique potens ubique opere & ſermone, pauper in noſtris, dives in ſuis.

SENTENTIÆ. Formidinem peccati quid magis commendare potuit, quàm ita pro alieno affligi innocentisſimum DEI Filium, & Dominum Majeſtatis? (*Nier.*) Chriſtus per ſanguinem ſuum voluit nos redimere, & Conſanguineus noſter fieri. [*Idem.*) Chriſtus eſt ſolatium divinæ miſericordiæ, & opulentia clementiæ DEI. (*Idem.*) Dic mihi, ſi certi fuiſſemus, ut modo ſumus de gaudiis cœleſtibus, pedibusque foret opus peruenire ad illa, nec aliud requireretur ad conſequendum, niſi ſcire viam omnino ignoratam, & aliquis illam annunciaret nobis, quis eſſet, qui non ſe accingeret ad iter, quantumvis ſalebroſum, & difficile eſſet; præcipuè ſi ille, qui demonſtraret ſemitam, vellet comitari nos, & præcedere? Cur igitur Chriſto non credimus; & eum ſequimur? Annè putamus, erraturos nos ſapientiâ DEI duce? Annè putamus perituros, præeunte Saluatore? Minimè. Securam nobis viam monſtrauit Chriſtus, & præceſſit ipſe; tam certa eſt, ut etiamſi moriamur in illâ, ipſum periculum, & interitus ſit certior ſemita. (*Idem.*] Chriſtus fuit Sol ſplendens in ſuâ nativitate, calens in ſuâ prædicatione, ardens in miraculorum operatione, tepeſcens in ſuâ paſſione. [*Ant. Pad.*] Tu es via, veritas, & vita. Via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio. [*Bern.*) Vita Chriſti vivendi regula eſt. (*Idem.*] Origo fontium & fluminum mare eſt; virtutum & ſcientiarum Dominus *Jeſus Chriſtus.* [*Idem.*) *Chriſtus* ipſe eſt, quo nullus major, nullus melior; quo nullus pulchrior, nullus dulcior, nullus charior. (*Clim.*) Certè nimis eſt avarus, cui non ſufficit

Christus (*Idem.*] Cuncta spernit, cuncta despicit, omnia sibi vilescunt, cui solus *Christus* dulcescit. (*Idem.*) Ipse salus sine languore, vita sine morte, gaudium sine mœrore, decus sine fuscatione, dulcedo sinè amaritudine. (*Idem.*) Cui sapit *Christus*, amarus est illi mundus: quia gustato spiritu *Christi*, desipit omnis caro. (*Bonav.*) Totus est nobis *Christus* charitatis illecebra, & incitamentum amoris. (*Gilb, Angl.*) *Christus* est virtutum flos, corona Angelorum, fertum electorum. (*Gloss. Int.*) *Christus* est caput, nos corpus: ipse fundamentum, nos ædificium: ipse vitis: nos palmites: ipse sponsus, nos sponsa: ipse pastor, nos oves: ipse via, nos viatores. (*Chrysost.*)

S. CHRYSOSTOMUS.

SYN. Joannes. ADJU. Eloquens, sanctus, pius, patiens, zelosûs, magnanimus. PHR. Archipræsul Constantinopolitanus. Orator aureus. Os aureum. Suada ac medulla sacræ eloquentiæ; qui ut amnis quidam summo è monte provolutus, ore immenso decurrit.

AMPLIFIC. Quis hoc dixit? Quis? Orator ille sanctus, qui unus omnia diffusa per omnes oratores ornamenta complexus est. Quis id asseruit? Antistes ille sacer, nullo decorandus convenientiori nomine, quàm si ex omnium sæculorum, ingeniorumque virtutibus collecta perfectio nominetur. Quis hoc affirmavit? Eloquentissimus illo Præsul, in quo omnes Rhetorum colores, omnes ingeniorum divitiæ, omnes elegantiarum deliciæ, ad certamen usque luxuriant. Quis id protulit? Os illud magnum, sapiens, beatum, nectare & ambrosiâ diffluens; proprium dicam nomen, ipsum Os Aureum, vel ut clarius, etsi Græcè loquar, ipse Chrysostomus hoc dixit, & bene longâ oratione comprobavit. * Quibus

bus ſtudiis conſecutus eſt, ut propter doctrinæ magnitudinem Theologi cognomento cohoneſtaretur: & ob eloquentiæ numeris omnibus abſolutæ perfectionem, univerſa Conſtantinopolitana civitas admirata copiam, ſuavitate capta, ſplendore hilarata; ab ejus concionantis ore, quaſi vi magnetis tracta, retenta, ſtupefacta penderet. * Quid Chryſoſtomus, quo nomine appellari poteſt? Neſcio, niſi theatrum quoddam divinæ eloquentiæ dicam, in quo Deus abundè videri voluit, quod poſſet vitæ ſanctitas, cum vi dicendi conjuncta? Hujus ſuavitatem Antiocheni admirati ſunt, majeſtatem Byzantini ſuſpexerunt, vim Princeps & Auguſta timuerunt, omnis ſæculorum coluit, & colit memoria. * Totus erat in vigiliis, totus in orationibus, totus in maximarum rerum commentatione; hunc illa lux, illa ſapientia, ille ardor concionum, illæ lacrymæ, quas ubertim hominum flagitia deplorans, effundebat. * Tantâ fuit vitæ puritate, ut ex quo baptiſmum accepit, nunquam omninò jurarit, aut aliquem jurare compulerit, aut mentitus ſit, aût cuipiam maledixerit, aut ſcurrilia loquutus fuerit, aut jocos admiſcuerit.

DESCRIPT. Erat Sanctus ille habitu corporis & formâ tali. Corporis ſpecie & ſtatûrâ parvâ. Caput grande humeri ſuſtentabant. Tenuiſſimus ipſe ac macie ſummâ confectus, naribus paulò latioribus, palliditſſimâ facie, in candorem tamen declinante: cavis luminibus, atque introrſum recedentibus, pupillis grandiuſculis. Unde factum eſt, ut gratum quid & amabile ſpectantibus radiando evibrarent; quamvis cæteris corporis & oris lineamentis mœſtum quid præſe ferret. Amplâ & rugoſâ fronte: preſſis ob maciem genis: rarâ, brevi, & caneſcente barbâ.

CICERO.

SYN. Marcus Tullius. ADJU. Diſertus, facundiſſimus, divinus, doctus, eloquentiſſimus, roma-

nus, mellitus, excellens, flexanimus, verboſus, inſignis, ſolers. PHR. Romani eloquii author. Parens eloquentiæ. Exundans ille eloquentiæ fons. Perpetuus Orationis dictator. Quaſi Deus Oratorum. Flos illibatus populi, ſuadæque medulla. In quem Natura omnes vires effudit. Anima eloquentiæ. Romanæ gloria linguæ. Supremus fori Rex. Oratorum conſulum maximus. Triumphator animorum invictiſſimus. Splendidiſſimus curiæ ſol. Rhetoricæ decus, & ornamentum. Alumnus, aut parens potiùs eloquentiæ, latinæque facundiæ fons. Romani imperii gloria: Eloquentiæ miraculum, prudentiæ prodigium, omnis ævi ad omnem eruditionem exemplum: quem non hominem in terris egiſſe; ſed ipſam inter homines animatam eloquentiam fuiſſe puto. Cujus parem eloquentiam nec ſuperior ætas ulla ſuſpicari potuit, nec poſterior æmulari. Unus ex latinis omnibus non Orator modò, verùm etiam Philoſophus multò maximus. Qui non voce evaneſcente dixit, ſed ſtylo ad immortalem poſteritatis memoriam ſcripſit. Orator haud hercle ignobilis. Eloquentiam, elegantiam, atque jucunditatem in dicendo egregiè exprimens. Primipilus Romani eloquii. Quirites elegantiſſimus. In Cujus ore puriſſima reſidet latinæ linguæ proprietas. Orator eloquii ſuavitate clarus. Latinæ linguæ delicium. Romano ſplendore ſuum venuſtans eloquium. Ex cujus ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri Oratoriæ diſciplinæ Heroës fortiſſimi prodierunt. Cui eſt Eloquentia, & inſignis oratio, acuminis & ſolertiæ plena. Cujus orationi ineſt ornatus cum ſummâ perſpicuitate. Qui eſt executus, quæ penſiculatè atque enucleatè ſcripta ſunt. Qui tanto nunc ardore ab univerſis Schol rum alumnis legitur, traditur, tenetur, ut dictu propè ſit incredibile. Cujus unius tam paſſim in pub'icis auditoriis nomen per-

ſtrepit. Copiæ inventor ac princeps à Cæſare dictus. Qui omnem ſuam operam atque curam ad Philoſophiam contulit. Urbis conſervator, ac parens. Lingua Romanæ Curiæ: Aureum Os Eloquentiæ: Vox Latii: Sonus mundi: Echo Univerſi. Romani princeps fori. Diſertiſſimus Romuli Nepotum. Cujus ingenium, ut ait vir ingenioſiſſimus, ſolùm habuit Populus Romanus, imperio ſuo par. Longè omnium qui ſcripſerunt, aut locuti ſunt copiâ dicendi, & gravitate princeps. Siren illa è Latio, Suadæ Antiſtes. Romani fori Mercurius; à quo, ut Homerus canit, ab Oceano fluminum lapſus, atque omnium fontium originem peti, & in alias deinde Regiones camposque diſpergi: ſic omnis dicendi vis & varietas & laus omnis juſtæ eloquentiæ artificioſæque manavit.

AMPLIFIC. Cùm perditiſſimorum hominum nefarios conatus repreſſit in conſulatu, audaciamque refutavit, M. T. Ciceronis ſumma vigilantia, & divina dicendi vis; Senatûs auctoritatem debilitatam ac propè oppreſſam erexit, Patriciorum ordinem amplisſimum amiſſo ſplendori reddidit, Equites Romanos aſſeruit in libertatem, Plebem vindicavit ab ſervitute crudeliſſimâ, ignem ab Ædibus prohibuit, ſacrilegia & rapinas arcuit ab Aris & Templis; à Mœnibus ruinam avertit, tyrannidem repulit â Curiâ, vim à Fœminis, ferrum à Viris, calamitatem propulſavit ab omnibus, peſte præſentiſſimâ Italiam liberavit, Remp. denique univerſam jam præcipitantem, & in certum ruentem exitium, invicto robore ſuſtinuit, mirabili ſolertiâ excitavit, & in priſtinum ſummæ dignitatis gradum reſtituit. * Qui eloquentiâ ſuâ, nefaria Catiliniæ arma de manibus excuſſit: violentos Clodii furores compreſſit; armatas Antonii cohortes urbe ejecit. * Vir verè bonus Romanæque Reipublicæ amans Cicero: honeſtatis,

juſtitiæ, liberalitatis defenſor fuit acerrimus. * Patriæ pater, tertius urbis conditor; Imperii & Romani nominis decus eximium, Cicero, vir omnium virorum maximus, præſtantiſſimus, ſapientiſſimus.* In quo uno perfecta atque abſoluta prorſus dicendi ratio: qui divinâ ingenii felicitate, quidquid in omnibus autoribus eſt admirabile, ingenioſum, eximium, in ſuis id operibus totum effinxit. In hoc uno vis Demoſthenis, copia Platonis, jucunditas Iſocratis univerſa continetur: quis enim hoc in probando ſubtilior? in delectando temperatior? in flectendo vehementior? Quis cùm opus eſt, ſubmiſſum illud & humile, conſuetudinem imitans, dicendi genus melius & acutius exſequitur? Quis inſigne, & florens orationis pictum & expolitum genus illud, in quo omnes, verborum, omnes ſententiarum intelligantur lepores, quod quaſi ſtellæ quædam translata verba atque immutata, plurimum illuſtrant, dulcius tractat, aut ſuavius? Quis in illo ſublimi dicendi genere ſplendidior? gravior? copioſior? ornatior? * Cujus laus eſt omnium ſermone ita celebrata; ut qui in ejus ornamentis multam orationem poſuerit, videatur vel detrahere judicio auditorum non parùm, vel ſuo ingenio arrogare multum. * Qui præripuit & Latinis, qui ſecuti ſunt, imitandi ſpem: & Græcis, qui præibant, oſtentandi gloriam. * Tullianum ingenium Virgiliano Divinius. Nam Cicero capaciore quâdam animi comprehenſione quamplurimas ſimul artes ita complexus eſt, ut ad intimum cujusque deſcenderet, videretque quid ultimum. Neque facultates ingenuas ſolùm de facie novit, ut plerique: ſed ad pectus, ad medullam, ad cor usque diſciplinarum omnium intelligentiâ penetravit. Uſque adeò natura tenuem illi ac ſubtilem aciem elimavit ingenii, &c.

SI-

SIMILITUDO. Ut Opalus expoſitus Soli multarum gemmarum colores oſtentat oculis aſpectu jucundiſſimo, Smaragdi viriditatem, Amethyſti purpuram, ignem Carbunculi, ſulphuris ardentis flammam, incredibili miſturâ fulgentes: ita legenti Ciceronem, vel ad ingenii boni lumen, vel ad interpretis diligentis facem, omniumque qui vixerunt ante ipſum, virtutes elucent, oculos feriunt, atque in admirationem ſimul rapiunt, voluptatemque traducunt. [*Nigr.*) V. Doctus. Eloquens. orator. *Et ſuprá Pag. 59.*

CIVITAS. Statt. *Ville.*

SYN. Urbs, oppidum, emporium. ADJU. Adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, prædarum ac ſautorum receptrix, amica, illuſtris, ampla & nobilis; improba, tam potens, tam libera; immanis & barbara, opportuniſſima, amiciſſima & fideliſſima, gravis, honeſta, incolumis, invictiſſima, miſera atque inanis, ſocia factorum atque flagitiorum, fœderata, honeſtiſſima, maxima & locupletiſſima; ſplendidiſſima, beata & honeſta, commendatior, conjunctiſſima atque amiciſſima, florentiſſima conſilio & armis; bella, benè morata, pacata tranquillaque, fidelior, aut copiis locupletior, aut auctoritate gravior; nobiliſſima, *ornatæ atq; honeſtæ*, perparva & tenuis, nobiliſſima quondam & nunc doctiſſima, egentiſſima, orba, perdita, firma & valens, florens, fœderata, locuples, ornata; graviſſima, & maledicentiſſima; moderatiſſima, libera & in aliquem officioſa, benè conſtituta, occupatiſſima; opulentiſſima & beatiſſima; princeps omnium rerum. (*Ex Cic.*) PHR. Civium multitudo unum in locum congregata. Munitione ac ſitu opportunum bello oppidum. Ad res bellicas firma idoneaque urbs. Manu defendendo bello validum oppidum. Venalium

lium commercio florens oppidum, Urbs nundinariis commodis clara & nobilis. Communitas perfecta. (*Th. Aq.*) Habitatio multitudinis hominum, communibus decretis utentium, quæ ſub eâdem lege ſunt. (*Plato.*) Ordinata concordia civium. (*Aug.*) Multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiæ. (*Idem.*)

AMPLIFIC. Civitas omnium copioſisſima: non frugum abundantiâ, non agrorum ubertate, non magnitudine paſtionis cuiquam eſt inferior. Civitas, quæ floret ingeniorum acumine, nobilitatis ſplendore, animorum in rebus gerendis ſagacitate, domi militiæque claritate. Civitas, quæ tantâ eſt artificum cujusque modi præſtantiâ ac induſtriâ, ut nulla civitas unquam poſt homines natos excellentiores habuerit. * Societas hominum eſt atque amicitia in urbibus incluſa, quam Civitatem appellamus, cujus viribus conjunctis opera illa fiunt ingentia, quæ nos tutantur à feris, defendunt ab hoſtibus, muniunt contra elementorum injurias; mœnia, foſſæ, turres, caſtella, moles, navigia, pontes, ædificia, tecta & quæ ſingulis non faceremus, efficimus univerſi. * Quæ conſiliis, quàm mœnibus munitiores futuræ, conſulturos æquè homines atque convicturos è ſolitudinum divortio ad ſocietatem vitæ convocarint. * In amœniſsimam civitatem deſcendenti ex vicinis montibus ædificiorum cultus, & camporum pulchritudo, aliam quietem perſuaſit. Flumen ſatis capaci alveo planitiem, quæ inter montes extenditur, percurrit: & humore æquabilitatem camporum, colliumque radices ſubeunte liberalis gleba rerum omnium culturam admittit: ſummi montium vertices lætiſſimis ſylvis æſtatis voluptatem, & hyemis ſubſidium alunt; vites deinde atque horti [illegible] ſerie ad planitiem extenduntur, quæ in pas[illegible] innumerabiles vicos penè

in

in civitatis majestatem conjungit. Circa urbem hinc feliciſſimum olus, hinc aperta ambulantibus ſpatia viſuntur, præcipuè, quà fluvius exceptum convallibus montium calorem leniſſimo tempore perfundit. Urbs ad utramque ripam poſita, ſatis operoſo jungitur ponte, habetque non ſuperbæ molis domos, ſed lapidibus optimis, & elegantiſſimâ arte tectas.

Inveteravit in Civitatum omnium faſtis, ac ab Originum ultimarum arceſſita capite fiducia eſt protectionis benevolentiæque divinæ: ut ſe Miletus Apollini, Tyrus Herculi, Gortina Jovi, Thebæ Dionyſio, Athenæ Palladi, Carthago Junoni, Tarentum Neptuno, Marti Roma, urbes aliæ ſuis quæque Indigetibus commendatas eſſe ac charas arbitrentur. * O te felicioribus auſpiciis, quàm Babylonem; lætioribus, quàm Ecbatana; efficacioribus, quàm aut Alexandriam, aut Conſtantinopolim. (*Toloſam.*) conditam! Cujus in omni laudis, ac felicitatis genere flos inſignis non Junoni te litâſſe propter ſalubritatem Cœli, ut Crotonem quondam: non Cereri, ut Catanam; aut Syracuſas, ob fertilitatem copiamque frugum: non denique aut Religione, ut Delum placuiſſe, Phœbo: aut profeſſione cultuque doctrinarum Minervæ curam ut Athenas meruiſſe probet; Sed potiùs laudum harum ſimul in Hominum collecta gratia declaret, uni ſummo omnipotenti Numini charam eſſe Te: Qui & Junone meliùs temperare aërem, & Cerere benigniùs fortunare meſſes, & Minervâ faciliùs inſpirare humanis animis rerum pulcherrimarum notitias queat.

SENTENTIÆ. Niſi dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam, (*Pſal.* 126.) Nihil prodeſt muros civitatis munire propugnaculis, & DEUM provocare peccatis. (*Amb.*) Nihil tam inimicum eſt civitati, quàm injuſtitia. [*Aug.*] Qualis rector eſt civitatis, tales inhabitantes. (*Beda.*)

Civitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque incolarum multitudo; Sed inhabitantium virtus. (*Chryſoſt.*] Caput & ſumma bonorum civitatis, eſt inhabitantium bonitas. (*Idem.*) Civitas mulieri formoſæ,& liberæ, & modeſtæ ſimilis eſſe debet. [*Idem.*] Conſtare ſine pauperibus Civitas non poteſt; quia pauperes civitatibus, velut tutelaria quædam Numina ſunt. (*Idem.*) Cùm ſaltantes in civitate videris, potantes, blaſphemantes, jurantes, pejerantes, mentientes; tunc his utere verbis: *Væ tibi civitas!* (*Idem.*) Civitatis cuſtodes ſunt Religioſi. (*Plato.*) Unum eſt inexpugnabile munimentum civitatis: Amor Civium. (*Sen.*)

CLAMARE. Schreyen. *Crier.*

SYN. Vociferari, conclamare, perſonare, inclamare, clamitare, ſucclamare. PHR. Clamorem tollere, edere, profundere, facere. Uti vociferatione: Vocem efferre, attollere, intendere, jactare. Clamores efficere. Quàm maximâ vociferatione uti. Plusquàm ſtentoreos clamores tollere. Vehementius clamare. Immodice vociferari. Clamoribus debacchari. Clamoribus omnia complere. In clamores effundi. * Vitam ſibi acerbam putat hæc mulier, niſi totos dies perpetuis detonet clamoribus, plenis faucibus clamet in domeſticorum quempiam, immodicis in familiam clamoribus perſtrepat, inſanis clamoribus familiam obtundat, & obruat. * Repente magnis clamoribus intolerabilem cruciatum teſtari ſum coactus. Quantum potero, voce contendam. Dico igitur, & quàm poſſum maximâ voce dico. V. VOCIFERARI.

CLAMOR. Geſchrey. *Crierie.*

SYN. Vociferatio. ADJU. Acutiſſimus, cæleſtis, concionalis, *gladiatorii*, incredibilis, infeſtus

ſtus atque inimicus populi, magnus, major, inconditus & turbulentus. (*Ex Cic.*) Immodicus, inſanus. PHR. Contentio ſumma. Irato fremitu ita militarem viam implet, ut circumſtantis ſylvæ confraga tumultu formidabili exſonarent.

SENTENT. Clamat Cor noſtrum, non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concentuque virtutum. (*Amb.*) Clamoſitas, & verborum aſperitas locutionem plurimùm deturpat. (*Bonav.*) Animarum verba, ſunt ipſa deſideria: magnum deſiderium eſt, magnus clamor. (*Greg.*) Auribus occulti judicis, non tam ſtrepitus vocis, quàm clamor inſonat cordis. (*Petr. Dam.*) Quid turpius Philoſophiâ captante clamores? (*Sen.*)

Non vox, ſed Votum; non muſica Cordula; ſed Cor:
Non Clamor, ſed Amor clamat in Aure DEI. (*Hugo.*)

CLEMENTIA. Mildigkeit. *Clemence.*

SYN. Lenitas (*animi.*) benignitas, humanitas, miſericordia, placabilitas, manſuetudo, bonitas. (*Ex Cic.*) ADJU. Invincibilis, ſumma, facilis, regia. PHR. Moderatio animadvertendi. Homini omnium virtutum convenientiſima, quia humaniſſima. Virtutum regiarum princeps. Imperiorum luna, mitis & mollis illa Diva, quæ lenit, quæ temperat: noxios erigit, falſos eripit, & ſervatum it eos ipſos, qui ſe perdunt. Clementia admirabilis, atque omnium laude, prædicatione, literis monumentisque decoranda. Clementia ineffabilis; benignitas, nullis verbis, nullâ hominis oratione exprimenda.

AMPLIFIC. Nihil eſt tam populare, quàm bonitas. Nulla de virtutibus plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordiâ eſt: homines enim ad Deos nullâ re propiùs accedunt, quàm ſalutem homi-

nibus

nibus dando; nihil habet nec fortuna majus, quàm ut possis: nec natura melius, quàm ut velis conservare quàm plurimos. (*Cic.*) * Ac longe faciliùs trahuntur clementiæ vinculo subditi volentes, quam fatali tyrannidis catenâ nolentes. Aculeum in Rege non patitur apum Respub. non hominum curia, inhumanum imperium. Frequentior nutus ad clementiam non mutat thronum, qui solo furore nutat Moderatus animus ad vindictam, dignum moderatorem exhibet, ut supplicem à suppliciis deterreat, extendit regalem manum, sed olivâ pacis, & clementiæ munitam. Nulla gratiosior publici scena est, quàm si clementiæ theatrum conscendat Princeps: inde evenit, ut severus animus, junctus bonitati boni Principis non tam serenum in suis videat prologum, verùm etiam ab iisdem laudum suarum encomiis coronandum Epilogum, exspectat. * Habet hoc regia illa virtus, quòd præclarissimos quosque atque ad summa natos dulci quâdam illecebrâ ad sui non minùs amorem, quàm admirationem pertrahat. * Hæc est virtus Cœlorum, tonare nec lædere, ulciscì posse & parcere, lædi injuriis Hominum, & benefacere: Sic agunt Planetæ & sidera, ludunt radiis, & ulciscuntur se beneficiis. Altior est planetis & stellis hæc virtus. Non alia est natura DEI, quàm Clementia & Benignitas. Dum conderet DEUS universitatem rerum, partitus labores sex diebus, requievit septimâ die, quia invenit, cui parceret. Nemo est coronâ dignus, qui nescit parcere; ille coronâ dignus, qui ignoscere mavult, quàm punire. Volant Subditi pleno agmine sub laurum, ut expertes vivant fulminum.

Illo saturantur *Austriaci* cruore, non quem fulmineus per vulnera, cædesque gladius evocavit; sed quem pudor ingenuus per vultus & ora diffudit. Non facit Regem calcatus populus, præcipitio proximus

ximus eſt, qui per aliena capita graditur; dum lubricum nimis greſſum in aliena ponit libertate: Rebellare docet Regna, qui ſemper terret, extortus enim timor & gravia reddit imperia, & inviſa. In Ducis formam, in idæam Principum reſpicite Duces, Principesque, quibus ad Majeſtatis ſolium, vel ſtemmatis ſuffragia, & populorum vota gradus inſtraverunt. Ducale frænum gemino tractavit loro, amoris ac timoris. Nè inviſa redderet timor imperia, amor faciebat amica; nè deſpecta blando nimiùm redderentur amore, moderatus timor cogebat ſuſpicere. Sic amabat populus, ut timeret, ſic timebat, ut amaret *Leopoldum*. Sic medium eſt tenendum, ut nec æquitas clementiæ, nec clementia quidquam deroget æquitati: Sit rigidus amor Principis, & amicus rigor. Equidem timeri decet imperantem, ſed amari eſt neceſſe; ut invitos aut cœlo rebelles timor ſubjuget, amor flectat obſequentes. * Purpura non alio murice, quàm amore ſubditorum irrubuit. Secures ſiquando vibrare debuit *Leopoldus*, Amor Reipublicæ extorſit, non ira; ita enim ſcelerum pœnas animi temperabat clementia, ut quoties in reos tonaret Juſtitia, toties etiam Patronam Judici, & Sereniſſimo Patrem Principi conjungeret. Amorem nunquam exuit, etiam ubi ferrum induit; quia nec hoſtibus ſuis hoſtis eſſe poterat Princeps *Amabilis Leopoldus*. * Sicut Sol citra domeſticæ lucis diſpendium etiam diſſita, citra magnitudinis præjudicium etiam minima irradiat; ita tu, N. gratiæ radios ad nos uſque reflectendo, nihil de nativo ſplendore & magnitudine imminues: imò Solem illum divinum æmulaberis, qui poſteaquam exultavit ut Gigas ad currendam viam, ad parvulos nihilominùs reſpexit: *Sinite*, inquiens, *parvulos venire ad me*.

SENT. Clementia princeps licet ſatellitii divinarum virtutum, quæ promineat omnibus, quæ ulteriùs pro-

ten-

tur, latenter tamen ex ea erumpit juſtitia, interdum & antecedit; cum jam Miſericordia laſſa replicatis ſceleribus, induratis vitiis deinceps exorſa eſt ſævire ineluctabili ſeveritate, & recenti ac recreatâ irâ. (*Nier.*] Nulla acerbior juſtitiæ vis, quàm quæ clementiæ inſeritur, & alita eſt benignitatis ſucco, & per dulces clementiæ fibras. Major omnium ſeveritas, quæ de benignitatis ſtipite pullulat. (*Idem.*) David prædicabilem parcendi magis inimico animus reddidit, quàm intentio vindicandi. Sic perfecti Sæculorum Reges ac Domini, ſupplicantibus indulgere cæleſti arte didicerunt. Supernæ namque dominationis inſtar poſſidet, qui imperium ſuum pietate ſublimat. (*Ennod.*) Nulla de virtutibus ſic ſolet ſapientiam parere, ut Clementia. Gloria ſenum Clementia. (*Anonym.*]

COECUS. Blind. *Aveugle.*

PHR. Captus oculis. Orbus oculis. Captus luminibus, *vel*, lumine. Oculorum expers. Luminum exſors. Privatus oculis. Qui oculis minimè uti poteſt. Qui ſinè viſu eſt. Qui rerum ſpecies minimè poteſt inſpicere, intueri, cernere, oculis luſtrare. Qui ſenſu oculorum caret. Qui oculos, aſpectum, lumina amiſit, vel perdidit. Oculorum lumine carens. Luminibus viduatus. Vir notæ cæcitatis. Viſu orbatus. Luminis expers. Talpâ, Liberide, Thireſiâ cæcior. Cimmeriis in tenebris agit. * Er iſt von jugend auff blind. *Il eſt aveugle depuis ſa naiſſance.* Eſt naturâ cæcus. Cæcus fuit à puero. Cæcitatem ab utero matris attulit. * In unſeren Sachen ſeynd wir ordinari blind. *Nous ſommes pour l'ordinaire aveugeles en nos propres affaires.* In rebus noſtris plerumque cæcutimus. * Blindheit. *Aveuglement.* Cæcitas, odioſa, miſera. * Blinderweiß. *Aveuglement.* Temerè, Inconſultè, cæ-

Cœco impetu. Imprudenter ferri ad aliquid. Inexploratò, inexploratè, inexploratâ re, non periclitato antè negotio, Andabatarum more, cœcum in morem aliquid agere.

COELUM. Himmel. *Ciel.*

SYN. Aſtra, Cœli, *orum.* ADJU. Altum, ſtellatum, nubilum, placidum, ſummum. PHR. Cœlum empyreum. Complexus Cœli coërcens omnia. Perpetui curſus converſionesque Cœlorum. Cœli indefeſsâ vertigine, per ſtatas motuum periodos verſantes. Cœlum motione quâdam concitatiſſimè contortum, laboreque ſempiterno agitatum. Cœlum ſerenum ſine caligine, dies mitis ſine auſteritate. Cœlorum rotatilium ambitus. Cœlum eſt Corpus purum, & primum, naturâ ſimpliciſſimum, eſſentiâ ſubtiliſſimum, incorruptibilitate ſolidiſſimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphanietate perſpicuum, materiâ puriſſimum, figurâ ſphæricum, ſitu locali ſupremum. [*Bonav.*) Cœlum eſt viſibilium & inviſibilium creaturarum complexio. [*Damaſc.*) Cœlum eſt corpus ſimpliciſſimum: indiviſibile, & inalterabile. (*Ariſt.*)

AMPLIFIC. Eſt jam in amœniſsimo illo & florentiſsimo triumphantis horto, ubi pro Sole Deus eſt; pro tempore æternitas; pro quatuor vicisſitudine tempeſtatum, ver perpetuum. * Univerſa hæc ac rotunda naturæ machina, quam cœli circulus terreno auro longè præſtantior, ac nullâ unquam injuriâ corrumpendus, ambit; in quo æterna illa Sapientia, incredibili artificio, tot ſtellarum ac ſiderum ignes, tanquam micantes gemmas inſculpſit; illam Zodiaci lineam duodecim diſtinctam ſignis, per quam non aliter, quàm per annularia quædam horologia, ſplendente Sole, momenta rerum, & temporum diſcrimina, horas, hebdomadas, menſes, annos, cognoſcimus,

ſcimus, mirabiliter elaboravit. * Auguſtiſſimum illud beatiſſimæ illius civitatis templum, in quod purus atque integer animus mixtione corporis & ſordium liberatus evolabit. * Olympus ille, lux ſemper clariſſima, nunquam tenebræ: Quies placidiſſima, quam nulla perturbat violenta tempeſtas, nullus ventorum furor exagitat. *) Miramur tantam, tam ſpecioſam molem, tot lucentium ſignorum, veluti picturis vermiculatam, tot facibus colluſtratam, atque tot miraculis refertam. * Cœlum vide, quàm latè tenditur, quàm rapidè volvitur, vel quod in noctem aſtris diſtinguitur, vel quod in diem ſole luſtratur. * Obſtupuimus, cum volubilem illam Cœlorum machinam, libri in morem complicatam ex Iſaiæ oraculis accepimus; cujus quod ſphæræ, tot ſolia; quot motus, tot lineæ; quot ſtellæ, tot verba; quot radii, tot Elementa. * Cœlum aliud non eſt, quàm locus æviternæ beatitudini deſtinatus: ubi multus Epheborum DEI, & in varios ordines diſtinctus eſt exercitus: ubi immenſa luminis affulget majeſtas: quod roſea Solis filia, eademque & mater Aurora matutinâ purpurâ depingit. Cœlum eſt Summa liquidiſſimorum gaudiorum; locus DEI claritate & gloriâ illuſtris. * At verò quid in immortali alterâ fiet? cum develato proſcenii vitæ hujus ſipario, remotoque tabernaculi corporis quaſi velo, in theatro æternæ gloriæ, omnis beatitudinis ſuæ unicam cauſam & originem Deum, facie ad faciem contuebuntur, eruntque ſicut Angeli Dei, in corporibus quidem, ſed quæ pati neſcia erunt velut Spiritus, quæ lucida erunt ut ſole pervia cryſtallus; agilia fulminis inſtar, cogitationumque mentis noſtræ, ſole denique ipſo clariora: atque hæc denique omnia in congregatione Sanctorum, illo inquam infinitæ multitudinis tam amabili jucundoque conſortio, Bea-

to-

torum, qui in theatro omnis jucunditatis aliud non agunt, quàm ut Deo tantùm vivant, Deo insatiabiliter satientur, ejusque beatissimo aspectu, & amore præ gaudio absorpti, ei tantùm, laudando & amando inhæresçunt & colliquescunt.

SENTENT. Suspice cœlum, & intuere, & contemplare æthera, quòd altior te sit. (*Job. 35*] Peto Nate, ut aspicias Cœlum. [2. *Mach. 6.*] Suspiciamus in Cœlum, quando se nulla interponit nubes & clara est omnis ejus corona. Deinde ad pulchritudinem aspectûs ejus considerandum aliquantulum temporis perdurantes, intelligamus, quoniam & solum habebimus, non quidem tale, quale nunc est, sed tantò melius effectum, quantò luteis tectis aureum est melius, (*Chrysost.*) Quàm speciosa erit cœlestis Hierusalem, si sic fulget Roma terrestris? Si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis præstabitur Sanctis diligentibus veritatem? (*Fulg.*) Cœlum vera homini germanaque patria est, ad quam adspiremus; ut cum Anaxagorâ ex animo possimus dicere fatuo huic vulgo quærenti: *Nihil tibi curæ patria est?* Mihi verò illa patria; & digitum mentemque in æthera intendamus. [*Lipsi.*] Quis non dicam linguâ efferat, sed mente felicitatem capiat., ubi regnum est Divinitas, & lex charitas, & modus Æternitas? Ubi vita nonnisi gaudium; & sensus omnis in DEO defixus, in consortium felicitatis ejus transit. [*Idem.*] Cœlum serenitatis locus est, & Paradisus voluptatum. (*Hugo V.*) Errare à Cœlo periculosum est; non videre Cœlum, miserum est; semel excidisse à Cœlo, æternum est. (*Robert.*] Nihil hoc regno magnificentius, nihil glorioſius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil illâ bonitate sincerius, nihil illâ abundantiâ copioſius. (*Aug.*) Surgunt indocti, & Cœlum rapiunt; & nos cum doctrinis ne-

ſtris ſine corde, eccę ubi volutamur in carne & ſanguine. (*Idem.*) Affectanti cæleſtia, terrena non ſapiunt. (*Bern.*) Regnum Cœlorum venale eſt; non quærit DEUS, niſi Amorem, ſine quo dari non debet; da ergò Amorem, & accipe Cœlum; Ama, & habe. [*Anſel.*] Animus protectus à DEO, Cœlum ipſum ſemper appetit. [*Cic.*]

SIMILITUDO. Ut Athletæ in ſtadio oculos ad metam & bravium intendunt: Sic noſtra mens debet ad Cœlum, & æternam illam palmam. (*Lipſ.*)

COENARE. **Zu Nacht eſſen.** *Souper.*

ADV. Bellè, frugaliter, honeſtè, libenter, malè, nequiter, gravè, rectè, turpiter, meliùs. [*Ex Cicerone.*) PHR. Cœnam ſumere. * **Er hat mich zum Nachteſſen eingeladen.** *Il m' a invite à Soupè.* Ad cœnam mihi condixit, me invitavit. Ei ad cœnam promiſi. Surgunt, abeunt in Cœnationem; tum ſubitò cum pollubro & malluvio famulus, lavant, accumbunt, propitiato imprimis Jove Xenio: ſed vero, ſed opulentiſſimo rerum omnium largitore DEO.

COENOBIUM. **Cloſter.** *Convent.*

SYN. Monaſterium, Aſceterium. ADJU. Sanctum; religioſum, inſigne, antiquum, diſciplinæ religioſæ amans. PHR. Religioſæ familiæ domus. Cœtus religioſus. Virginum collegium, caſtiſſimis legibus ſeptum, [*Agnetis.*] conſilio inſtitutum, ejusdem moribus temperatum. Aſylum pudoris. Sanctimoniæ cæleſte perfugium. Gynecæum ſacrum, lectiſſimarum Virginum numero, nobilitate, virtute frequentiſſimum; Virginum frequentiâ, virtutum exemplis floreus.

COGITARE. **Gedencken.** *Penſer.*

SYN. Meditari, commentari, contemplari, putare, reputare. PHR. Mente contrectari, mente complecti, cogitatione complecti, animo agitare, mente

mente agitare, ſecum quærere, exiſtimare, in animo habere, ſibi in animo eſſe, cogitationem alicujus rei habere, omnem ſuam curam defigere in aliquâ re, animo & cogitatione comprehendere, in aliquâ re cogitationem ponere. Omnem curam, cogitationemque configere, memoriam ſuam ad aliquam rem excitare, ratione animoque luſtrare, ante oculos ſuos proponere, ſpeciem alicujus rei cogitatione percipere, mente & cogitatione verſari, cogitationem alicujus rei capere, cogitationem ſuſcipere. (*Ex Cic.*) Meditari ſecum. Defigere & intendere animum, cogitationem, in aliquam rem. Secretâ æſtimatione penſare. De his rebus rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis. Hæc ego reputo, & dies & noctes cogito. Nemo temerè incerta caſuum reputat, quem Fortuna nunquam decepit. Complexus ſum cogitatione te abſentem. Multa animo & cogitatione; multa etiam legendo percurriſſe. Ejus verbi literæ cogitatione ſunt perquirendæ. Is viſus eſt mihi toto animo, de ſe ac de ſuis commodis cogitare. Sed velim conſideres, quid faciendum putes. Quæ cogitatione digna ſunt, ſummo otio ipſe ſecum conſideret & contempletur. Animo contemplare, quod oculis non potes. Nos qui hæc arte aliquâ velimus expendere. Remotis cæteris dicitur ſecum ipſe multa agitaviſſe. In eas imagines mentem intentam infixamque noſtram intelligentiam capere, quid ſit Deus. Introſpicere penitus in omnes Reip. partes. Quæ tibi cogitatio ſuberat, cùm &c. Quia id complecti non poteſt, animo ſaltem & cogitatione delibat. Animo recolere. Aliquid apud animum ſuum ſedulâ cogitatione pervolvere. Multum cum animo volvere ſolitus. Age, nunc refer animum ſic ad veritatem & conſidera. Quantò in pectore hanc rem magis voluto. Id altè inſinuavit, atque, ut ſic dicam, illatebravit in animum. * Ali-

quid cogitare, reputare, commentari, meditari, verſare animo, agitare animo, tractare animo, volvere animo, cogitatione complecti, animo & cogitatione percurrere, cogitatione depingere, cogitatione perquirere. Cogitationem habere alicujus rei. cogitationem ſuſcipere de aliquâ re. * **Ich gedencke ſtets an dich.** *Je penſe inceſſament à vous.* Nunquam de te non cogito. Nullum à me tempus prætermittitur, de te tuiſque rebus cogitandi. Nunquam mihi ex animo effluis, excidis, diſcedis. Excubo animo, tuâ, tuarumque rerum causâ. In te tuisque rebus animus perpetuò eſt. Meæ curæ omnes in te ſunt. Meæ cogitationes, in te tuiſque rebus conſumuntur omnes, ad te referuntur. Toto animo de tuis commodis ornamentisque cogito. Tuam utilitatem aſſiduè ſpecto. In id unus incumbo, ut tuæ ſerviam utilitati. Hæret animo meo de tuis commodis aſſidua cogitatio. Omnis mihi de te tuiſque rebus cogitatio eſt. Meas curas & cogitationes ad tuum commodum omnes contuli, In tuâ utilitate fixi & locavi. Hoc unum mea ſpectat induſtria, tuis ut commodis ſerviam. Verſor in hoc ſtudio totus; Hâc in re cura atque mens mea tota verſatur; Aliud nihil in animo habeo; Mihi nihil aliud eſt in animo, quàm ut te ornem omni officiorum genere. * **Wann ich daran gedacht hätte.** *Si j'en euſſe eu la penſée:* Si in eam cogitationem veniſſem. Si in hujus rei cogitationem incidiſſem. Si illa cogitatio inſediſſet animo. Si in eâ cogitatione verſatus eſſem. * **Seine Gedancken eröffnen.** *Expliquer ſes penſées.* Cogitationes animi, ſua ſenſa, animi ſenſus, mentis cogitationes, mentis cogitata, verbis explicare, declarare, exprimere, eloqui, exequi. * **Laſt uns ſolche Gedancken auß dem Sinn ſchlagen.** *Quittons cette penſée.* Animum ab hac cogitatione abſtrahamus, abducamus, avocemus. Divertamus cogitationem ab illâ

illâ re. Dimittamus hujus rei cogitationem. * **Er redt und gedenckt nichts/ als darvon.** In eo mentem, orationemque defiget. Cogitationem in eâ re, *vel*, in eam rem figit ac locat. * **Ihr wollet doch an dieſe Ding gedencken.** *Je vous prie, de penſer à ces choſes*, De his rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis. * **Es hat mir dieſes ſolche Gedancken gegeben.** *Cela m' a fait penſer.* Id me in hanc cogitationem deduxit, adduxit, * **Gedenck wohl daran.** *Penſez y bien.* Id etiam atque etiam cogita. Illud toto pectore cogita. Illud attentiùs conſidera, accuratiùs meditare, accuratè perpende, intento animo intuere, ſtudiosè cogita, mente animóque conſidera. In illud intende ac defige animum. * **Ich thue nichts/ das ich nicht zuvor wohl überlegt.** *Je nê fais rien, qu'apres y avoir bien pensè.* Nihil facere ſoleo, non diu conſideratum, & multò ante meditatum. Omnia conſideratè facio. Conſultò & meditatò, *vel*, cogitatò ago omnia. Nihil non accuratè, cogitatéque facio. * **Dieſes verdient wohl/ daß man daran gedencke.** *La choſe merite bien, qu'on y penſe.* Magni conſilii hæc res eſt. Accuratæ commentationis res eſt. Res iſta deliberationem habet. * **Ich habe lang daran gedacht.** *J'ay pensè long temps à cela.* Illud diu multumque mecum reputavi. Id diu animo agitavi, volvi. * **Er gedenckt nicht/ dieſes zu thun.** *Il ne penſe pas à faire cela.* Hujus rei faciendæ conſilium abjecit, cogitationem depoſuit. * **Du gedenckſt wenig an dem/ was dein Ampt betreffen thut.** *Vous ne penſez point à ce qui eſt de vôtre devoir.* Officii nulla te cura capit, nulla ſolicitudo tenet. Tui muneris nullam planè curam geris. Quæ tuarum ſunt partium omninò nec curas, nec cogitas.

COGITATIO. **Gedanck.** *Penſée.*

SYN. Cogitatum, *vel*, cogitatus, mens, ſententia, conſideratio, penſitatio, commentatio.

ADJU. Diuturna, acerrima atque attentiſſima, deformis, multò difficilior multòque obſcurior, digniſſima *virtutis*, inanis, melior, quieta, tacita, reliqua, ſumma, *acerba*, *molliſſimæ*, *liberæ*, *intimæ*; *multæ & graves*, *poſteriores*, *ſapientiores*, *priſtinæ*, *quotidianæ*, *malæ* conſcientiæ atque animi. (*Ex Cic.*) Accurata, profunda, ſtulta, mordax & anxia, *accuratæ & meditatæ*, *crudeles*, *evanidæ*. PHR. Agitatio mentis, animi motus, animi ſenſus, ſenſus intimus, *vel*, reconditus, ſermo intimus; mentis cogitata conſilia; animi ſenſa. Inſignita & intelligentiæ impreſſa confirmatio. Ipſa rei conceptio. Cogitationes commentationesque animi in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores. Circa quælibet animi occupati. [*Aug.*) Improvidus animi reſpectus, ad evagationem pronus. (*Rich. V.*) Sermo, quem Anima ipſa apud ſeipſam cogitando perſequitur, de iis rebus, quas conſiderat. (*Plato.*)

AMPLIFIC. Cogitatio, quæ nobilitate celeritateque mirabili, ſi velit, uno temporis puncto maria transmittit, terras pervagatur, pervolat aërem, luſtrat cœlum, urbes peragrat, ſummis, mediis, imis ſeſe inſinuat. * Quæ diffuſis cogitationibus ab oriente in occidentem vagatur, proficiſcentes amicos ſequitur, peregrinantibus inhæret, copulatur abſentibus, alloquitur diſtantes, viâ functos ad colloquium excitat. * In his ego cogitationibus die noctèque verſor. Hæc medullas etiam eliquant, & carnes conficiunt, nec me audacem eſſe ſinunt; ac ſublatâ facie incedere. Hæ animum meum dijiciunt, & mentem contrahunt, & linguæ vinculum injiciunt, faciuntque, ut non de præfecturâ, nec de corrigendis & gubernandis aliis cogitem, id quod exuberantis cujusdam facultatis eſt, ſed quomodo ipſe venientem iram effugere, atque è vitii rubigine nonnihil me ipſum abradere queam.

SEN-

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Cogitationes Juſtorum judicia: conſilia Imperiorum fraudulenta: (*Prov. 12.*) Cogitatum tuum habe in præceptis DEI. (*Eccli. 6.*) Cogitatus ſenſati in omni tempore, vel metu non depravabitur. (*Eccli. 22.*) Abominatio Domini cogitationes malæ. (*Prov. 15.*) Perverſæ cogitationes ſeparant à DEO. (*Sap. 1.*) De corde enim exeunt cogitationes malæ. (*Matth. 15.*) Cogitationes noſtræ non ſunt in poteſtate noſtrâ. (*Aug.*) Quidquid pudet dicere, pudet & cogitare. (*Hier.*) In illâ tantùm cogitatione peccatum, quæ ſuggeſtioni conſenſum mentis dedit: quæ malum ſuum blandè fovet: quæ in factum geſtit erumpere. (*Idem.*) Immundæ cogitationes tela ſunt Diaboli. (*Chryſoſt.*) Quocunque tempore non cogitaveris DEUM, puta tempus illud amiſiſſe. [*Cæſar.*] Cor temperans cogitationum portus eſt. (*Arnob.*) Domus DEI cogitatio Sapientis: quòd DEUS tanquàm in Regiâ in eâ ambulet. (*Philo.*) Ad utramque fortunæ manum adornemur, & cuique operi præmittamus exploratores cogitatus. (*Nier.*) Interdum prurigine quâdam dolendi infortunia mente repetimus, & velut ſcabie incitati refricamus damna noſtra, ut nos diu exedant. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut qui ex claro ſole redierunt in umbram, his caligant oculi: Ita qui à Divinorum contemplatione ad humana recidunt. (*Sen.*] Prophyrius Serpens Venenum habet; ſed quoniam edentulus, ſibi habet: Ita quidam malè cogitant: ſed quòd deſit facultas nemini nocent. (*Eraſm.*] Sicut Molendinum, ſi arena imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat: Sic cor cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat & fatigat. (*Bern.*] Sicut nubes Solem abſcondit: Ita cogitationes malæ obtenebrant & perimunt mentem. (*Jo. Clim.*)

COGNITIO. **Erkantnuß.** *Connoiſſance.*

SYN. Agnitio, intelligentia, inſpectio, notio, ſcientia. ADJU. Divina, facilis, infinita, ſatis magna, ſubtilior, vulgaris, facilior, magna ac difficilis, neceſſaria, ſumma *rerum civilium*, magna atque ardua, manca quodammodo atque inchoata *naturæ*, ſolivaga atque jejuna, perfacilis, *uſitatæ perceptæque*, utilis. (*Ex Cic.*)

SENTENTIÆ. Miſeri homines, quibus cognita vileſcunt, & novitatibus gaudent, libentiùs diſcunt, quàm nôrunt: cùm cognitio ſit finis dicendi. (*Aug.*) Sicut gratus eſt, qui cognoſcenda enubilat: ſic oneroſus eſt, qui cognita inculcat. *Idem.*) DEUM nôſſe, vivere eſt, (*Idem.*) Ubi certior ac facilior notio, ibi deciſio tutior, expeditiorque eſſe poteſt. (*Bern.*) Quantò nobilior eſt cognitio, tantò pejor eſt error. (*Bonav.*) Quod oculus eſt in corpore, hoc eſt in mente cognitio. (*Clem. Alex.*) Cognitio eſt via ad amorem. [*Dion. Carth.*] Nihil prodeſt cognitio, niſi & actio ſubſequatur. (*Lact. Firm.*) Vis à DEO cognoſci? Fac hominibus quàm maximè ſis ignotus. (*Evagr.*) Cognitio DEI generat charitatis ardorem. (*Hugo V.*) Agnitio DEI, humanæ naturæ virtutis eſt ſchola. (*Chryſoſt.*) DEI ignoratio, animæ caligo, ac mors eſt. (*Damaſc.*) Magna eſt perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. (*Bonav.*)

COGNOSCERE. **Erkennen.** *Connoitre.*

SYN. Percipere, attendere, diſcere, noſcere, perſpicere, intelligere, cernere, videre. ADV. Acriter, diligenter, haud ſanè, præclarè, prudenter, non verè, penitus, perſpicuè, pulchrè; rectè. [*Ex Cic.*) PHR. Habere perſpectum, cognitum. Alicujus rei notionem habere, notionem in animo imprimere, cogitationem capere. Aliquid intelligentiâ & ratione

ne

ne comprehendere, tenere: Animo & cogitatione comprehendere. * Er hat mir dieſes zu erkennen geben. *Is m'a fait connoitre cela.* Me adduxit in cognitionem illius rei. Dedit mihi illius rei cognitionem. Mihi illud ſignificavit, declaravit, aperuit. *Je connois aſſez les embûches que me dreſſent mes ennemis.* Inimicorum inſidias cognoſco, perſpicio, intelligo, ſentio, prævideo, provideo, cerno, odôror, odôro. Inſidiæ, quas inimici mei mihi parant, non me latent, fugiunt, fallunt: Non mihi ſunt obſcuræ, ignotæ; Clàm me non ſunt. Quos mihi laqueos inimici mei tendant, video, novi, didici, comperi, detexi. Quæ inimici mei adverſùm me moliuntur, mihi patent, liquent, aperta ſunt, explorata, comperta, certa, nota, clara, manifeſta, perſpicua, apprimè, cognita. *Je vous connois parfaitement.* Planè teneo animum tuum. Prorſùs calleo tua conſilia. Tui omninò mihi ſenſus patent. Penitùs, perfectè, uſquequaque mihi pates. Te intùs, & in cute novi. Tuum morem, ingenium, voluntatem, mentem, ſtudia, rationes, conſuetudinem, cumulatè, ſatis, affatim, exactè, ad amuſſim, undequaque, ex omnibus partibus, ex omni parte, explorata, comperta, cognita, perſpecta, pexcepta, certa, nota habeo. *Je voudrois, que vous pûſſiez connoiſtre mon cœur, & l'affection que je vous porte.* Vellem, quæ ſit in te animi mei propenſio, poſſes inſpicire, intueri, contueri. Cuperem ſenſus tibi patere intimos animi mei. Vellem quomodo animatus, affectus erga te ſim, oculis cernere tibi liceret. Nihil mihi eſſet optatiùs, quàm, ut eas mentis meæ partes, quæ oculos latent, ab oculis remotæ ſunt, oculis minimè patent, poſſes introſpicere, perluſtrare, diſpicere, dignoſcere. Nihil mihi ſuaviùs accedere poſſet, quàm ut in penitiores animi mei receſſus, oculorum aciem dirigeres. Utinam te non lateret, fu-

geret, præteriret, qui sit meus erga te animus : Cognitum haberes, ac perspectum animum meum : Qui sit meus sensus probè nosses, præclarè intelligeres. *Je connois pas vos lettres que vous m'aymez.* Tuis literis, Ex tuis literis, me à te amari intelligo, sentio, conjicio, judico. Quantùm ex tuis literis percipere, colligere, animadvertere, conjectur& consequi, signis comprehendere possum; quantum cogitatione, animo, mente, animis, mentibus comprehendere possum, comprehendere licet, diligis me. V. COMPLECTI.

COLUMBA. Taube. *Pigeon.*

SYN. Columbus, Palumbes. ADJU. Mansueta, cicur, plumipes, pennipes, imbellis, pavida, vagabunda. PHR. Ales candidissima, quæ campos florum varietate distinctos, & loca odoris suavitate perfusa sæpissimè quærit. Columbæ hilariotibus incessibus picta colla torquentes.

DESCRIPT. Candida, collo colorata Ales, quam simplicitati dicatam, & quòd summa culmina petere sit solita, Columbam dictam voluit Antiquitas: instar illi minimo minùs quàm cornicularum, non enim niger ille vel lividus, vel cineri subæmulus, aut sparsus erat; sed color illi lacteus ac niveus, nisi quòd collum color diversus imbueret. Enim verò cùm super cerviculam ejus recidisset reverberatus Dædali solis radius, omnem Parrhasii penicillum, & Apelleæ artis industriam superavit. Pictissimæ enim iridis circulo velut aureâ torque, pari fulgoris circumamictu, luminis ingenio cinxit & coronavit. Neque tam variegatus est aut psittacus in pennâ, aut pavus in caudâ, aut phasianus in alâ, aut apus in Hyblâ, quàm perstrictum illud columbæ collum in Phœbi flammâ: circa quod, adverso Sole, mille coloribus ludere voluit solers Natura. Jam caput cristis & plumeo apice

ce honeſtabatur. Formoſum frontis ſuggeſtum geminis oculorum ſtellis intercurrentibus roſeum terminabat roſtellum, in pedibus mineis quini digituli, in digitulis totidem falculæ unguium, ſed innoxiæ. numerabantur. Cætera omnia erant intactæ nivi ſimillima. * Vidiſti aliquando columbæ cervicem, radiis ſolis expoſitam, quàm multis modis colores variet, puniceum, cæruleum, igneum, & carbunculi ſpeciem, pallidum item & rubicundum, & alios omnigenos, quorum nè vocabula quidem memorare fit facile.

COMA. Haar. *Cheveux.*

SYN. Capillus. ADJU. Calamiſtrata, intonſa, madida. (*Ex Cic.*) PHR. Incedebat Comâ (præcipuè in *Francorum* morem) ambitioſè defluente ad humeros, cirris æquali fimbriâ circinatis, & redolenti unguento madentibus. *Vide* Capilli.

COMEDERE. Eſſen. *Manger.*

SYN. Edere, eſitare, obſonare, manducare, mandére, veſci, paſci. PHR. Famem epulis levare, ſolari, ſedare, comprimere, exſaturare. Cibum ſumere, capere, adhibere, capeſſere. Edere appetenter. Cibo famem depellere, famem explere, ſedare. Oblatis dapibus affatim ſe ſaginare. Eſurienter exhibitas eſcas appetere. Fauces diutinâ fame ſaucias & araneantes valenter exercere. [*Apul.*] In ventrem cibum abſcondere. * Die Juden eſſen kein Schweinen-Fleiſch. *Les Juifs ne mangent point de chair de pourceau.* Judæi ſuillâ carne non veſcuntur; Cibis, *vel*, ad cibum, porcinam non adhibent: Suillæ carnis eſcâ non utuntur. Judæis, ſuilla caro in cibo non eſt. * Er hat all ſein Gut durch die Gurgel gejagt. *Il a mangé tout ſon bién en debauches.* Per luxuriam, *vel*, Ganeis & compotationibus, rem ſuam

am omnem, *vel*, fortunas omnes, opesque ſuas dilapidavit, abligurivit, conſumpſit, effudit, profudit, decoxit, prodegit, abſumpſit, diſſipavit, confecit, exhauſit. * **Der zu viel eſſen thut.** *Qui mange trop, qui ſe creve de manger.* Qui ſe cibis ingurgitat. Qui in cibum ſe ad ſatietatem immergit. Qui cibo immodico ſe obruit, ſe ingurgitat, alvum degravat, abdomen diſtercit & diſtendit. Qui eſcarum immoderatione ſaburrâ ſe onerat, obruit. Qui nimio cibo ventrem diſtendit. * **Wir haben zu Hauß ſo wol zu Eſſen/als er.** *Nous avons auſſy bien de quoij diſner chez nous, que chez luy.* Tam nobis eſt domi quod edamus, quam illi. * **Ich hab eine groſſe Wurſt zum Früh-Stück geſſen.** *Nous avons mangè un gros boudin pour nôtre dejeuner.* Edimus craſſiſſimum botellum in jentaculo. Jentavimus botellum admodùm craſſum. * **Ich bin mit ſchlechter Speis zu frieden.** *Je me contente de viandes communes.* Affero ventrem quotidiani mei frugalis, philoſophici victûs, *vel*, parabili victu contentum: eſcas exquiſitas non appetentem. Victus meus haud commeat ſcrupoſam viam: difficili, latebroſâ, ſalebroſâ viâ non quæritur, impendio magno non paratur, non lautus, & pretioſus eſt. Sum cibi vulgaris, minimi.

AMPLIFIC. Quid ſtolidius, quàm turpiſimæ corporis parti ſervire? Illi avium miracula, maris prodigia, æſtivas nives, hybernas roſas parate: & odoramentis etiam ab ultimâ Arabiâ aut India accerſitis, cibum farcire; luxuriæ nimirum, & libidini provocandæ, non fami & ſiti pellendæ.

COMES. **Geſell.** *Compagnn.*

SYN. Aſſectator, aſſecla, ſocius. ADJU. Charus atque jucundus, *Extremi*, idoneus, importuniſſimus, mercenarius, mirificus, non moleſtus, *nequiſſimi*, *veteres*, *recentes*. (*Ex Cicerone.*) PHR. **Ich werd jederzeit**

derzeit bey dir seyn. *Je seray toujours vôtre Compagnon.* Assiduum, perpetuum, usque dum volueris, quoad volueris, comitem me habebis, me tibi comitem præbebo; hærebo tibi usque, affixus ero, dum tua voluntas feret. Nunquam à te, nunquam à tuo latere, nisi te volente, lubente, concedente, permittente discedam. Nulla me res, nisi tua voluntas, avellet abs te, amovebit, sejunget, disjunget, abjunget.

COMITATUS. Gesellschafft. *Compagnie.*

SYN. Comitum multitudo, clientela, cætus, numerus, chorus, caterva. ADJU. Familiaris, improbissimus, flagitiosissimusque, turpissimus, magnus, maximus, maximus ornatissimusque, muliebris & delicatus ancillarum puerorumque, multus, magnusque, optimus beatissimusque, pulcherrimus, regius, tantus. [*Ex Cicerone.*]

COMETA.

SYN. Cometes, ADJU. Ater, tristis, dirus minax, fatalis, crinitus, infelix, horrendus, ignitus, rubescens, flammeus, infaustus, pestifer, siniſter, feralis, lethalis, lugubris, prænuncius, exitiosus *vel* exitialis. PHR. Stella crinita, non sine magno portento apparens. Ostentum illud Cæli monstrumque. Ferale Cometæ augurium. Magni exitii nuncius. Crinis minax Cometæ. Stella caudata, dirum mortalibus omen, & inauspicatissimus vates. Terrificum magna ex parte sidus.

AMPLIFIC. Formidolosi Cometarum aspectus animos nescio quo metu quaque exspectatione malorum vulnerant ac prosternunt. * Ad quem ex improviso prodeuntem in aëre spectandum homines accurrunt, & obstupefacti sæpius intuentur: tametsi nesciant, unde extiterit, quo pabulo alatur, qua vi moveatur, quid mortalibus portendat. * Flammeus Cometes

hor-

horribili ſpecie in decimum usque diem continenter apparuit. * Cometam nos per hos dies vidimus immanem, dirum, & facie haud ſæpè uſitatâ. Quid portendat, quæris; Chaldæus ego non ſum, nec Cæli ſigna cognovi. Quid, aut quibus minetur, novit ille prudens futuri arbiter: ego communiter, non referre eum aureum ſæculum. * In Cœlo Cometes formidoloſus atque horribilis, & magnitudine comæ, & multitudine cincinnorum, & ardenti diuturnitate apparuit, convertens in ſe omnium oculos, cum admiratione concuſſit, ut aſſolet, pavore mortalium pectora, quòd maximarum calamitatum vulgò putetur eſſe prænuncius: atque exitus expectatione, ut uno verbo dicam, orbem perterruerit universum. * Cometa fauſtiſſimus Cœli nuncius, qui nuper in ſummo ſiderum theatro tanquàm è ſcenâ proluſit, lætiſſimâque ſpectaculum dedit in fabulâ, neſcio, an alio potiſſimùm argumento vim illam ſuam fatalem, ac magnorum operum molitricem oſtendat: quàm quia non hominum corpora, ut putant; ſed erudita commovit atque afflavit ingenia. * Quid, rogo, ſit infauſtum nobis & ominoſum, quod in ſupremo Aſtrorum Senatu, tanquam inter Optimates ac Principes luminum, terreſtre ſidus, interpres infirmarum rerum, & veluti plebeculæ Tribunus aſſideat? Verùm ſit illa peſtilens exhalatio, ſit virulenta, ſit noxia, dum intra mundi venas ac viſcera continetur: at dum crebrò terræ veluti laborantis anhelitu reſpirata jam redditur, evaditque ac purgatur in aërem; annon ſentina malorum illa penitus exhauritur, peſtiſque latens & inteſtina diſſolvitur? * Cur enim mihi non liceat cum Auguſtino, ſapientiſſimæ ſanctitatis viro, Cometam nuncupare Linguam Cœli; quòd ut olim cum remotiſſimis Orientis nationibus Regibusque, exerto veluti ſidere, collocutum, immenſam terrarum felicitatem, belli adversùm DEUM impie ſuſcepti geſtique finem, pulcherrimæ cum

eo

eo Pacis exordium, & [quod omnium caput fuit) natum inter homines, non hominum modò, ſed Superum Regem fauſtiſſimè nunciavit. (*Vide Guiniſium Allocut. 6.*)

COMITAS. **Freundlichkeit.** *Affabilitè.*

SYN. Facilitas, Affabilitas, Humanitas. Bonitas, benignitas, placabilitas, manſuetudo. ADJU. Jucunda, ſingularis, multa, ſumma. (*Ex Cicerone.*) Duriuſcula, (*Jonin.*) PHR. Suavitas morum, Mores ſuaviſſimi. Plena illa propenſiſſimæ voluntatis humanitas. * **Auß allen Tugenden iſt keine / die dem Menſchen anſtändiger iſt / als die Freundlichkeit.** *De toutes les vertus il n'y en a point, qui convienent mieux à l' homme, que l' Humanitè.* Ex omnibus virtutibus nulla eſt, quæ hominem magis deceat, quæ magis in hominem conveniat, cadat, ad hominem pertineat, homini propria ſit, quàm humanitas. Ut Heſperus inter ſidera, ſic inter virtutes præcipuè fulget humanitas. Tum omnes virtutes, tum una imprimis homini colenda humanitas eſt. Ita decent hominem virtutes omnes, ut primum locum vendicet humanitas. Ita colendæ, expetendæ, diligendæ ſunt virtutes omnes, ut præter cæteras amplectenda ſit humanitas. Quærendæ ſunt virtutes, ſed inprimis humanitati danda opera eſt. Inter omnes virtutes una maximè lucet, eminet, excellit humanitas.

AMPLIFIC. Ut comitatem ac beneficentiam tuam Muſæ noſtræ leviter adumbrarent, ipſas viatrices Gratias beneficiorum olim Deas opportunè repererunt votis ſuis, & virtutibus tuis pares. Hæ ſiquidem dignitatis majeſtate ſublimem, ita comitate morum facilem unicuique reddunt, ut & animos rapias omnium, quacunque tranſis, & ad tui nominis patrocinium ingenia bonorum, & bonas artes potiſſimùm invites. Quidni igitur humaniores Muſæ gratiarum tuarum

manu

manu ductæ accedant; Tu illas, quâ humanitate mentis invitas, hilaritate frontis excipe: & quas majestate terres, tuere comitate. * Morosi mores non pariunt amores, Comitas parit. Velit amare, qui vult amari: velit amari, qui vult tutò imperare. Amor ut gluten animorum, sic regnorum. V. AFFABILITAS. HUMANITAS.

COMMENDARE. Anbefehlen. *Recommander.*

SYN. Fidei alicujus committere, in alicujus fide ac religione deponere, concredere, reponere, collocare, alicujus virtuti, fidei, felicitati, concedere, tradere. *Vel* laudare, probare. ADV. Benè, communiter legatos, diligentissimè, etiam atque etiam, magnoperè, mediocriter, penitus; præcipuè, religiosè & sine ambitione; separatim, diligentiùs, studiosè, studiosiùs, quàm diligentissimè, unicè, dignè, ac meremur, diligenter, gravissimè, intimè, potissimum *adolescentiam*, præclarè *his rebus*, quàm diligentissimè, quàm celerrimè *monumentis*, valde. (*Ex Cic.*) PHR. Ich befehle dir diesen Mann / so viel ich immer kan. *Je vous recommande cét Homme, le plus affectueusement, que je puis.* Sic tibi hunc hominem commendo, ut majori curâ, studio, sollicitudine animi, commendare non possim. Sic tibi eum commendo, ut neque majore studio quemquam, ne justioribus de causis commendare possim. Vehementer mihi gratum erit, si eum humanitate tuâ, quæ est singularis, comprehenderis. Gratissimum mihi erit, si huic commendationi meæ tantùm tribueris, quantùm cui tribuisti plurimùm; id est, si eum quàm maximè quibuscunque rebus, honestè ac pro tuâ dignitate poteris, juveris atque ornaveris. Velim, eum quàm liberalissimè complectare. Velim, eum omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare. Velim tibi persuadeas, nihil me majori

jori ſtudio à te petere, nihil te mihi gratius facere poſſe, quàm ſi omnibus tuis opibus eum juveris. Ita à te peto, ut magis ex animo petere non poſſim, ut omne genus liberalitatis, quod ab humanitate tuâ proficiſci poterit, non modò re, ſed etiam verbis, vultu denique exprimas. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione, mihi quàm maximas, quàm primùm, & quàm ſæpiſſimè gratias agat. Si me tanti facis, quanti & ipſe exiſtimat, & ego ſentio, cures quàm primùm intelligat, hanc meam commendationem, tantùm illi utilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperaverit, nec ego dubitarim. Peto à te majorem in modum, ut ei omnibus in rebus, quantùm tua dignitas, fideſque patietur, commodes. Cures, ut intelligat, hanc meam commendationem non vulgarem fuiſſe; *vel*, maximo ſibi apud te adjumento fuiſſe; *vel*, nullam rem ſibi majori uſui & ornamento, quàm meam commendationem eſſe potuiſſe. Commendo tibi eum non vulgaritet, ſed ita prorsùs, ut quos diligentiſſimè, valdeque ex animo ſoleo. Genere commendationis mirifico, eoque planè, quod ſit ex intimâ arte, intimoque ex animo depromptum, uſum me putato. Quanti apud te ſum, tantùm valere apud te commendationem meam, effice ut intelligam. Cum tibi hunc hominem commendo, eâ commendatione commendo, quæ poteſt eſſe diligentiſſima. [*Ex Cic.*] * Ich befehle dir alle meine Sachen. *Je vous recommande toutes mes affaires.* Omnem tibi rem atque cauſam meam committo atque trado, ut graviſſimè diligentiſſiméque poſſum, ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res tua. * Commendatio ſitientibus animis expectata.

COMOEDIA, vel TRAGOEDIA.

SYN. Fabula; Scena. ADJU. Antiqua, vetus, elegans, triſtis, hilaris, movens, flebilis, accom-

modata, optimè ſcripta, plena ſceleratorum exemplis; auditu obſcæna, viſu turpis, cogitatione inhoneſta. PHR. Ars Comicorum, Comicum, vel Tragicum Poëma. **Eine Comedi ſpielen.** *Exhibere une Comedie.* Comœdiam *vel* Tragœdiam dare, edere, exhibere, repræſentare. Actor tragicus, Comœdus. Interdum Comœdiæ cothurnum, & Tragœdiæ ſoccum induimus.

AMPLIFIC. Sub meridiem, quia multi, quos diſſitis ex locis fama exciverat, reditum ad ſuos adornabant, data primò in ſcenam eſt Tragicocomœdia Latina, Triumphus Eccleſiæ IGNATIO conuerſo, temperata diludiis, quibus rerum geſtarum è S. FRANCISCO XAVERIO primaria virtus aliqua, aut præcellens miraculum in ſcenam inducebatur. Theatri facies compoſita venuſtè ad rei argumentum diſtinguebatur ad ſingula ſex pedum interualla pilis inteſtino opere affabrè factis, procurrente per earum capita communi eodem opere eleganti corona, ſubterlinente & hanc & illas ſublitione ſtanneâ, illuminantibus laccâ aliisque vividioribus pigmentis, prout architecturæ ſua opera his deliciis perfundi & concinnari patitur. Tabulæ laudatiſſimo penicillo pictæ intercolumnia occuparant. Actores & cultu ac varietate veſtium, & actionis imprimis dignitate, ſe ſcenamque omnem ſpectatoribus commendarunt. * Imitationis, quæ in his actionibus cernitur, atque exprimitur, illecebra certatim pertrahit; ſine laſſitudine detinet; ac ſine ſatietate ſpectatores in theatris oblectat. * Comœdiæ ſales, ac joca non aliò, quàm in hominum utilitatem ſpectant, ut deriſa palàm vitia, ludibrioque in ſcenis habita proniùs evitentur. Quod ſi fures interdum ſervi, damnoſivè ganeones, aut impudici adoleſcentes admittuntur, idipſum ſpectatoribus lucro vertitur; dum perparcè fit, & non ſine vitiorum ſuggillatione tranſigitur. * In illis ludis,

dis, improborum nidis, vitioſorum receptaculis, corruptorum juventutis domiciliis; ſicariorum, ganeonum contaminatiſſimorumque ſodalium peſtifera conſuetudine adoleſcentes fœdantur: tum eorundem ſuaſu, ductuque abdere ſe diſcunt, vel in aleatorum gurguſtiis, ubi pecuniam omnem, quam habent, & quam non habent, miſerabiliter profundunt, & rixâ, jurgio, fraude ſibi parant inimicos; vel in ganeis, ac popinis vitiorum, ſcelerumque omnium, ac luxuriæ potiſſimùm officinis, ubi ſpurciſſimis helluationibus, ſtagitiisque conficiuntur.

COMOEDUS.

SYN. Hiſtrio. PHR. Actor Comœdiæ optimus, induſtrius. Summus Actor. Malus Actor. Peſſimus, inexercitatus Hiſtrio. Qui factitat Artem Scenicam victûs causâ. qui coquis & laniis riſum excitat, diſtorquet ora, inſulſa dicta proloquitur: & horum causâ viles mercedulas à plebe exigit. Roſcius Comœdus, ut omnium peritiſſimus, ita & notiſſimus: qui geſtus & pronunciationis exercitatione eò venit præſtantiæ, ut ſi quempiam in ſua arte velimus dicere, eum vocemus veluti Roſcium in ſcenâ.

AMPLIFIC. Scenici Actores, qui fictis in rebus pronunciatione lacrymas, iram, ſolicitudinem ſpectatoribus afferunt, & optimis Poëtarum tantum adjiciunt gratiæ, ut nos magis illa eadem in ſcenis audita; quàm in libris lecta delectent; & viliſſimis etiam fabulis quibusdam impetrent aures, attentionem, applauſum. * Quī, quod fœdè ſemel admiſſum eſt olim, nè illâ inpoſterum antiquetur aut exoleſcat ætate efficiunt; iſtorum vitio nunquam ævi ſenio delicta moriuntur: quæque debuerant ſcelera ſæculorum oblivione ſepeliri: eruuntur ſubindè in lucem, atque admonetur omnis ætas, admitti poſſe, quod aliquando factum eſt: atque inde naſcitur, ut exem-

pla fiant, quæ jam esse facinora destiterunt. V. HISTRIO.

COMPLIMENTA.

PHR. Officiosa verba. Officiosæ verborum blanditiæ. Verborum lautitiæ ex Urbanitatis lege adhibitæ. Deliciæ verborum ex officii ratione usurpatæ. Adhibitum in salutationibus & congressibus Humanitatis & Urbanitatis officium. Officiosa officii functio, perfunctio, præstatio. Ab liberali comitate adhibitum officium. Ex officiosâ urbanitate usurpatum officium. Interposita urbani officii comitas, * **Die Complimenten seynd mir nicht angenehm.** *Les Complimens ne me plaisent point.* Apud me supervacanea sunt, fucata sunt verborum officia. Urbanitates aulicæ, officiosæ verborum blanditiæ mihi non arrident. Iste verborum fucus, officiosæ istæ verborum circutiones mihi non placent. Blanda hæc, compta, composita, aulica, translatitia verba respuo. * **Complimenten machen.** *Faire des Complimens.* In adeundis salutandisque hominibus, exquisitiores verborum lautitias aucupari. * **Einem ein Compliment machen.** *Complimenter quelqu'un.* Aliquem ex urbanitatis officio, verbis humanissimis elegantissimisque salutare, *vel*, compellare. Officiosis aliquem verbis alloqui. Quempiam verbis honorificis urbanissimisque prosequi. * **Last uns alle diese Complimenten hindan setzen.** *Laissons là tous ces complimens.* Has urbanitatis delicias omittamus. Missas faciamus hujusmodi officiorum argutias. * **Er hat dem Hertzog auß Lothringen wegen seiner Heyrath ein Compliment gemacht.** *Il complimenta le Duc de Lorraine sur son mariage.* Ornatissimis honorificentissimisque verbis Nuptias LEOPOLDO Duci Lotharingiæ gratulatus est. * **Er macht der Complimenten zuviel.** *Il fait trop de Complimens.* Urbanitatis in sermone familiari usurpari solitæ putidus affectator.

AM-

Digitized by Google

AMPLIFIC. Non amant illi has elegantias, aut veriùs ſupervacaneas honoris ſuſpecti bracteas. Nec ego inſuevi deliciis iſtis. Aularum & vanitatis mancipia, quæ politicâ hâc larvâ mores ſuos obvelant, ſic honorificè geſticulari gaudent. * Deinde cùm utriusque manum arripuiſſet, vi penè modeſtiæ causâ repugnantes præ ſe in aulam compulit. * Invitabat eos, ut præirent, quà lati gradus pandebantur; illi autem, ut ratio honeſtatis poſcebat, refugiebant quàm maximè. Urgebat tamen [*Honoratus*] penè uſus præconio ex antiquâ formulâ, *Iſtam viam dico, inite viam.* Tum nè eſſet contentione moleſtior, anteivit.

CONCIO. Predig. *Sermon.*

SYN. Conventus, *vel* multitudo hominum, corona, concilium, ſcena: *vel*, Sermo, oratio, Conciuncula. ADJU. Accurata, gravis, univerſa, acerbiſſima, celeberrima & graviſſima, improba, præclara, domeſtica, externa, inſaniſſima, turbulenta, vehemens, funebris, furioſiſſima, temeraria, horribilis, infinita, legitima, lenta, ſeditioſa, vehemens & gravis; non jucunda *miſeris*, inanis *improbis*, *beatis* non grata, *bonis* non gravis, moleſta, tumultuoſa, orta ab Optimatibus, peſtifera, ſanctiſſima, vera, non conducta, ſapiens, timidiſſima, vehemens. (*Cic.*) PHR. De divinis rebus, *vel*, de Chriſtianâ re concio, ad populum oratio, Pia, ſacra concio. Sacra Oratio. Divini verbi præconium. Sacrorum myſteriorum interpretatio ac præconiũ.

AMPLIFIC. Galli & Itali torrentem diſertæ rapidæque dictionis potiùs amant, quàm lenta illa ſtillicidia exanguis, languidæ & ſemimortuæ declamationis: * In quâ phaleratum ſtylum non invenies: cum veritas & doctrina Evangelica per ſimplicia magis, quàm compoſita verba clareſcat. V. S. PAULUS, ORATIO, &c.

CONCIONARI. Predigen. *Preſcher.*

PHR. Concionem habere. Divini verbi præconem agere. Divinæ Legis explicare pro concione myſteria. Ad pietatem, ad vitæ Chriſtianæ decus pro ſacro ſuggeſto adhortari populum. De rebus divinis ad populum dicere. Munus Concionatoris Chriſtiani perfunctoriè obire. * **Wir predigen allein das Evangelium.** * *Nous ne preſchons que l' Evangelie.* Nihil aliud, quàm Evangelicam doctrinam tradimus, proponimus populo. Sola Chriſti dogmata explicamus ad concionem. * **Er hat in ſeiner Predig wider die Trunckenheit ſcharff gepredigt.** *Il a fort invectivè dans ſon ſermon contre l' yurognerie.* Ebrietatem pro concione vehementer exagitavit.

CONCIONATOR. Prediger. *Predicàteur.*

SYN. Prædicator, Orator, Eccleſiaſtes. ADJU. Evangelicus, ſacer, zeloſus, pius, doctus, diſertus, facundus, egregius. PHR. Præco ſacer. Verbi divini Præco. Divinorum myſteriorum Præco. Divinæ Legis interpres ac nuncius. Omnibus omnia factus. * **Dieſer Prediger hat allzeit ein ſchönes** Auditorium. *Ce Predicateur a toujours un bel Auditoire.* Concionantem hunc vir um ſemper frequens nobilisque conſeſſus celebrat. Ad eum audiendum magna hominum illuſtrium magnitudo confluere ſolet. Celebratur ejus Auditorium ingenti confluentium hominum frequentiâ. Illum dicentem celeberrima audientium corona ſemper commendat. * **Er hat gar wenig Zuhörer.** *Il a fort peu d' Auditeurs.* Mira eſt, dum concionatur, auditorum infrequentia. Valde infrequens eſt auditorum cœtus. Eſt quædam in Auditorio ſolitudo. Auditorium penè vacuum eſt; Auditoribus diſtituitur. Auditores numerare facile eſt. * **Ein groſſes** Auditorium. *Un grand*

Digitized by Google

grand Auditoire. Frequentisſimus Auditorum cœtus. Celeberrima audientium corona.

AMPLIFIC. In ſacris pulpitis Orator eloquens olei inſtar inſinuat ſe auribus, pervadit animos, delinit affectus: delinita voluntas trahit ſeipſam, dum trahitur ab eo; poſſet nolle trahi ſi vellet, & trahitur, quia vult; ut tamen trahi velit, invitatur ab eo & pænè trahitur; victa voluntas ab eo, & victrix ſui ſequitur nutus ſuos & illius; eadem domina ſui, eadem ſubdita, & ille dum ſuaviter attrahit & fortiter vincit, adjuvat dominium voluntatis, & penè eſt affectuum dominus. Audivit eum (*Roma*) loquentem mellea, & Ambroſium credidit: pronuntiantem gravia, & Leonem putavit: intonantem fortia, & arbitrata eſt, Paulum alterum loqui; audivit eum Auditor idem ſine tædio, pluribus annis ſine faſtidio; & ipſe idem vetus & novus, tam nova ſemper modo dixit, ut dum audiebatur idem, penè alter ſit creditus. Nec minus eloquens eſt ſtylo quàm verbo. Sic ſcriberet Iſocrates, ſi Chriſtianus eſſet: ſic Demoſthenes, ſi eſſet Catholicus: Ita Tullius, ſi argumenta mutaret. Redivivos facit magnos Autores, repræſentat antiquam eloquentiam, & addit novam. Atque ut Ambroſius Iſocratem, Chryſoſtomus Demoſthenem, Hieronymus emendat Ciceronem: ſic (*N.*) emendat profanam eloquentiam, & facit Chriſtianam. * Ecce innumerabiles in Orbe toto Evangelicos Prædicatores, qui jam intonant ferale Taratantara cum tubâ Hieronymi; jam accendunt Martem adversùm ſcelera, ut Chryſoſtomi; jam ſonum acuunt ad documentum, ut Auguſtini; jam clangorem dulcorant ad ſolatium, ut Ambroſii.

CONCIONATOR MALUS. Totius Artificii in dicendo inſolens & ignarus. Qui cùm cœpit dicere, vel à coronâ deſeritur, vel ſi qui adſunt, capita conferunt, ſuaviſſimè in ſinu garriunt, tempus fallunt

Digitized by Google

dum ille Fabulator tympanum quatit ſuum, & bombo eodem circumſonat.

CONCIONATOR BONUS. Qui ſuas conciones interpretationesque non ex ſui cerebri commento, non ex ſordidis gentilium Philoſophorum lacunis: ſed ex limpidiſſimis Iſraëlis fontibus: ſed ex conformibus Patrum ſcriptis derivat, & depromit. Omnes fidei articulos luculenter exponit: omnium ordinum, ætatum, conditionum homines docet, monet graviter, caſtigat liberè, omnes efficaciter contra omnis generis tentationes & calamitates conſolatur. * Qui, cum in ampliſſimâ urbe, maximo ac refertiſſimo templo, celeberrimis concionibus ad populum perorat, miratur aliquando, unde attentio tanta naſcatur, ut omnes in ſe dicentem aures, mentem, oculos converſos habeant; unde ſilentium tam magnum, ut nec vox, nec oſcitatio, nec ſuſurrus, nec reſpiratio exaudiatur: unde patientia tam inſignis, tamdiu vel ſedendi, vel ſtandi ſine defatigationis ſenſu proveniat. * Ad quem tanti fiebant concurſus, ut extra templa, in foris, in campis orare cogeretur; tantâ hominum celebritate, ut aliquando ad octoginta millia concio pervenerit. * Quibus ſtudiis conſecutus eſt, ut propter doctrinæ magnitudinem Theologi cognomento cohoneſtaretur: & ob eloquentiæ numeris omnibus abſolutæ perfectionem univerſa Conſtantinopolitana civitas admirata copiam, ſuavitate capta, ſplendore hilarata, ab ejus concionantis ore, quaſi vi magnetis tracta, retenta, ſtupefacta penderet. * Multiplex illa linguarum ſuppellex cœleſtem decuit Oratorem; quod una cœleſti facundiæ lingua ſatis eſſe non poſſet. * [N.] cœleſtibus micans linguis, quo tonitru, quo fulgure, quo fulmine fœcundam ſcelerum omnium vaſtiſſimo in Oriente ſuperſtitionem abſterruiſſe, perſtrinxiſſe, profligâſſe dicatur. * Non ſimus plerisque ſimiles, qui veri-

tatis

tatis doctrinam adulterant, ac vinum aquæ miſcent, hoc eſt, doctrinam cor hominis exhilarantem cum vili & vulgari, humique ſerpente & evanidâ fruſtraque & temere fluente (ut ipſi ex hac cauponandi ratione obiter aliquid elucrentur) aliosque alio modo cum iis, qui ad ipſos accedunt, verba faciunt, omnibusque aſſentantur, ventriloqui ſanè quidam & vaniloqui, voluptatibus ſuis ſervientes, verbis è terrâ prolatis & in terram peſſum euntibus, ut maximam apud vulgus gloriam, & nominis celebritatem conſequantur. (*S. Greg. Naz.*]

CONCIONATOR CULTUS. Primùm ſunt leniſſimis moribus præditi, ingenio miti, & tractabili, naturâ comes, & facundi, erga omnes quantum poſſunt benefici, in communi hominum conſuetudine faciles, prudentes, & diſerti, vultu ipſo ſemper ad ſerenitatem compoſito tranquilli, & qui verè philtrum habeant tantò potentius, quanto ferit dulcius. Ii cùm naturâ propter ſummam ingenii tranquillitatem & manſuetiores litteras ſint optimè compoſiti, poſtquam ad tam felix & liberale ſolum naturæ decor acceſſit, evadunt eloquentes, non quidem ex eorum genere, qui frangant pulpita, & multo ſudore veſtes impluant, ſed qui leniſſimo tractu ſemper æquabiles fluunt. Dicant igitur rationibus bonis, ſpecioſis, & quæ ſecum illecebræ aculeos habent, non multa ſolent aggerere, non inconcinnè diſparia coagmentare, non cohærentia ineptè dividere: ſed ut in delectu rerum ſunt ſplendidi, ita in diſpoſitione prudentes: Verbis porrò ſunt admodum terſi, mites, candidi, & ſine redundantia copioſi, dulcibus quoque figuris mirificè temperati, periodorum anfractu non vaſti, ſed modica concluſione leues, ſpiritu, voce, vultu, oculis, geſtu denique moderati, & multum amabiles, & ſi rem attentius conſideres, videbis in eorum oratione caſtas quasdam Veneres,

& gratias non quidem violenter arceſſitas, ſed quæ naturæ propenſionem conſequuntur, crebrius efflorescere. Itaque ad argumenta notabilia, panegyricasque orationes aptiſſimi ſunt, ad inſectationes vitiorum, controverſias, quæſtiones, congreſſus & pugnas, ubi gravius anhelare oporteat, non ita inſtituti, irascuntur tamen nonnunquam. Nam ut apes, etſi multum mellis habeant, ſuum tamen in melle, & in floribus retinent aculeum; ſed cùm naturâ ſint perquam benigni, ſi quid durius dicant, aut ſtomachentur acrius, non ſunt iis præſertim, qui homines norunt ita terribiles, imò videntur ad tempus perſonam aſſumpſiſſe, quæ non poteſt eſſe diuturna. Longè ſunt feliciores in affectibus ſuavitatis, nam ſi quid amanter dicendum, ſi quid manſuetè conquerendum, ſi quid mitius deplorandum, in hoc regnant, & mentem ſuaviſſime feriunt. Præterea nacti ſunt ut plurimum magnam rerum opulentiam, & quaſi ex auro atque argento ſuppellectilem oratoriam, quo fit, ut orationem egregiis ſententiis, attollant, venuſtent ſimilibus, hiſtoriarum ſuavitate, perfundant. Ad ſummum, ut eos tibi uno aſpectu ſubjiciam, mihi videntur amœniſſimo flumini, puta Pæneo, qui inter Oſſam & Olympum decurrens, collibus dextra lævaque molliter curvis per apparatiſſimas agrorum delicias mollibus flexibus oberrans labitur. Sic illi puriſſimo tractu orationis per opulentas eloquentiæ gemmas effluunt, & Auditores ſuos incredibili quâdam Suadâ rapiunt.

CONCIONATOR DOCTUS. Non eſt mihi mens, doctos illos Concionatores carpere, qui ſuave quoddam doctrinæ temperamentum cum pietate, prudentia, gravitate condiunt, Viros omni honore præſtantes; ſed fingo mihi, quod animo liberum eſt doctos aliquot, ſine juſta prudentia & pietate ad concionandi munus accedere, qui ſe ingenii & eruditionis

nis profluvio permittant. Tales fermè erunt, qui à puero bonis literis instructi, omnium scientiarum curricula sint emensi, & tantam undique rerum opulentiam congesserunt, ut vix se capiant: itaque quod didicerunt, ex magnâ fœcundi pectoris abundantiâ pleniùs eructant. Loquuntur sæpiùs Latinè, Græcè, Hebraicè, nonnunquam Arabicè, & Syriacè, variisque idiomatibus concionem intingunt, in historiis sunt apprimè versati, & Chronologiam accuratissime discutiunt.

CONCIONATOR POPULARIS. Ingenio illustri, facili, copioso, ad omnes motus flexibili, lautum habet Scientiæ instrumentum. * Prudentes omninò sunt, & morum, & studiorum, affectuum, consuetudinumque hominum peritissimi; & acri utplurimum phantasiâ, quæ rerum imagines tantò servat tenaciùs, quantò exceperit feliciùs. * Dicunt argumentis non tam speciosis, quàm fructuosis; magnum habent rerum delectum, dispositionem aptam & concinnam, dictionem felici quodam profluvio æquabiliter fusam, non grandem & cothurnatam, sed neque humilem, aut strigosam, aut attritam. Proœmiantur aptè, narrant dilucidè, præliantur acriter, movent etiam potentiùs.

CONCIONATOR VANUS. *Cancionator* potiùs, quàm *Concionator es.* Tua enim Concio est Cantio: tam molliter incantare conaris Auditores. Hic est ille Concionator, qui solummodo plausum captavit, qui fumum aucupatus est, qui verborum flosculos quæsivit, qui orationem calamistravit, qui jocos & facetias protulit, qui ingenium & memoriam ostentavit, qui vanis conceptibus studuit: qui semper concepit, nunquam peperit; aut si aliquando aliquid spirituale protulit, dixit, & non fecit; verbo, qui floruit, & non fructificavit.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆDICATORES ſunt QUADRUPLICES. Aliqui concionantur SECUNDUM JOANNEM. JOANNES habet AQUILAM. Volant illi cum Aquila, & evolant conceptus eorum altisſimi, nec conceptùs ſinè ſubſequo ſunt partu & fructu. JOANNES eſt idem, quod gratia. Quidquid prædicant; habet gratiam: in tota concione ſunt meræ gratiæ, molliculæ, ſuaviculæ, floridulæ, nitidulæ, formoſulæ, vernulæ, toti Vernulei. In voce blanditur Terpſichore, in periodis floret Euphroſyne: in acutis inciſis non tam pungit, quàm titillat aures Thalia; vix ullum comma, ſed merum punctum, & deliciosè vulnerans punctura. JOANNES eſt *dilectus Diſcipulus.* Tota concio eſt amor, & amabilis cordium rapina. Verbô producunt Flores cum Hortenſio, apiculas cum Iſæo, Sirenulas cum Theophraſto, luſciniolas cum Piſiſtrato. Denique linguam habent, qualem ſponſa (*Cant. 4.*) *Favus diſtillans labia tua, mel & lac ſub linguâ tua, Ibid.* (*v. 12.*)

Aliqui concionantur *ſecundum Lucam. Lucas* habet *Bovem.* Gradiuntur illi cum bobus viâ vaccarum, ùt ajunt, hoc eſt, viâ communi, & gradiuntur lentè in ſimplicitate. Prædicant nudam Veritatem ſinè amiculo; ſinè involucro, ſinè ſtibio, ſinè fuco, ſinè calamiſtro, ſinè torno. Verbis utuntur trivialibus, &, ut dicere ſolemus, culinaribus. Eſt tamen & hæc culina ad popularem guſtum & palatum. Nec multùm ſe movent, nec multùm ſudant, ſed demiſſis humiliter oculis, inflexo leniter capite, quieto ferè corpore, proponunt ſimpliciter *exteriùs & interiùs totam Bibliam*, ùt loquitur Thomas Kempenſis. Verbô hi poſſunt dicere cum Paulo: *Gloria noſtra hæc eſt - - quôd in ſimplicitate & ſinceritate, & non ſapientiâ carnali converſati ſumus,* (*2. Cor. 1. v. 12.*]

Aliqui concionantur *ſecundùm Marcum. Marcus* habet *Leonem.* Stant illi cum Marco velut ardentes

Leo-

Leones in pulpito: aſpectu feri, oculis ignei, ore flammivomi, linguâ tremendi. Fremunt, rugiunt, minantur, vociferantur. Semper Mors, ſemper Judicium, ſemper Diabolus, ſemper infernus: ſemper acetum, nunquam oleum: ſemper aloë, ſemper Rhabarbarum; nunquam ſaccharum, nunquam ſolatium. Semper fulmina, ſemper tonitrua; nunquam malacia. *Marcus* latinè idem, quod *malleus*; unde *Marcellus* ſeu *Martellus* idem, quod *malleolus*, ùt in Etymologiis habet Iſidorus. Sûnt illi ſemper *Marci*, hoc eſt peccatorum graves *mallei*: tundunt, contundunt, pertundunt, & vix non mactant Auditores. Credunt idem faciendum peccatoribus, quod peccatores Chriſto: *Supra dorſum meum fabricaverunt.* (*Pſal.128.*) Denique ſunt, ſicut ille terribilis Angelus, (*Apoc. 10.*) qui poſuit unum pedem ſuper mare, & alterum ſuper terram, & *clamavit voce magnâ, quemadmodum cùm Leo rugit, & cùm clamâſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua.* (*ibid.v.2.3.4.*)

Aliqui concionantur *ſecundùm Matthæum. Matthæus* habet *faciem hominis.* Homo vehementer variat: nunc timet, nunc audet, nunc luget, nunc gaudet, nunc amat, odit, nunc annuit, nunc renuit. Prædicant illi nimirum affectibus varii, nec chordâ ſemper oberrant eâdem. Jam in iram ferociſcunt, mox ad ſûavitatem miteſcunt. Jam in odium igneſcunt, mox in amorem langueſcunt. Jam in mœrores tenebreſcunt, mox in gaudia luculeſcunt. Jam in timores gelaſcunt, mox in audaciam tumeſcunt. Verbô, flent cum flentibus, corrident ridentibus, ſunt ſicut Paulus (*Ep. ad Corinth.C. 9.*) *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* (*ibid.v. 22.*)

Audivi permultos Concionatores in Germaniâ, qui quibusdam ſententiolis parùm ſelectis, & hiſtoriolis ut plurimum apocryphis contenti, ſine ordine, diviſione, ſine ullâ Arte Rhetoricâ, omnia ſine diſcrimine,

mine, vana vagáque, ſed & perſæpe nimis ſiccâ lentaque declamatione ſusque deque permiſcentes, rudem populum miſere informabant. Alios audire licuit in Gallia, qui in aliud extremum delapſi, Orationem enormi planè & ventosâ loquacitate deſpumantem, mirâ ac innatâ genti volubilitate linguæ anhelantes profundebant? & ſiquam è ſacris libris ſententiam proferrent, id anxii & quaſi delibantes tantùm faciebant; quaſi timerent, ne quid ex crebriore Scripturæ, aut Patrum citatione, ampullata illa Eloquentia nævum aliquem acciperet. Italos Concionatores pervolvi, ſed qui jam arctiori viâ incedentes, in totius ambitûs ſtylo, in verborum apparatu, in omni ſtructurâ ac formâ dicendi, evibratas ſententias ac periodos, dicta punctim aculeata, inæqualium morſiunculas numerorum, ſenſiculos minutos, eruditiones ab Ethnicis Scriptoribus utplurimùm emendicatas nimis frequentes, imbricatim [ut ſic loquar] contexunt; cùm interim dignam illam Sacræ Suadæ ſpeciem, ac nativæ orationis mollitudinem, præ iſtis argutiarum præſtigiis facilè negligant Hiſpani more gentis graviori ſtylo ſuas Orationes adornant; ſed cùm ille ſtylus aliquo modo repat, neque ad vehementem animorum motum, in Concionibus valdè requiſitum multùm aſſurgat: Commentarios potiùs in Scripturam ſacram, aut Homilias conficere mihi viſi ſunt, quàm Conciones. Hæc & alia apud me penſiculatiùs recogitans, judicavi, è re concionatoriâ plurimùm fore, ſi quod in quolibet pulchrum & excellens, ad Concionem numeris omnibus abſolvendam reperiretur: id ad uſum meum & amicorum ſolicitè congererem; Apicularum more, quæ roſis aurum diripiunt, Liliis argentum exportant, thymum fugunt, crocum exſorbent, caſiam ebibunt: & hæc omnia libamina in unum ſaporem confundunt. Sic Germani ſuppeditant modum Concionem exquiſitis ſententiis, velut

lut fulgidis ſideribus, aut floſculis benè olentibus exornandi: Galli verò grandiloquam illam facundiam, mirum ordinem & partitionem Orationis, argumentandi modos planè ſingulares ſubminiſtrant; Itali, gratam illam concinnitatem & metaphorarum leporem, ad gratiam conciliandam, Auditoresq; oblectandos; Hiſpani denique accuratam librorum ſacrorum interpretationem. Quas dotes omnes qui aſſequi poſſet, non immeritò exemplum vocis Apoſtolicæ, Imago Chryſoſtomi, Pauli Echo, divini Spiritûs Interpres, Fons Oraculorum, Victor perfidiæ, Expugnator contumaciæ, Virtutis Artifex, verbo, *PERFECTUS CONCIONATOR* dicendus eſſet. Quidam enim exiſtimant, nihil faciliùs eſſe, quàm Concionari; ideò nullâ præparatione prævîâ Exedras conſcendunt, & per horas integras, quidquid in buccam venerit, clamosè deblaterant, Hiſtrionibus ſanè, quàm ſacris Oratoribus ſimiliores. Quaſi verò concionari nihil aliud ſit, niſi aut globulos fingere baliſtarios, qui unico formarum compreſſu illicò rotundantur; aut Vitriariam factitare, quæ vitrum unico ſpiritu varios in habitus transfigurat; aut Ranunculos gignere, qui per æſtatem ad craſſioris cujusque ſtillicidii caſum animati repentè ſubſiliunt. Quod ſi ità eſſet, quivis è trivio Garrulus in Oratorum numerum cenſeri vellet. *Quis eſt*, ait D. Gregorius Naz. *qui veritatis propugnatorem, unius dieculi ſpacio, velut è luto ſtatuam fingat*? Sæpe miratus ſum, neque hactenus ſatis capere potui, damnabilem illam, dicamnè propudioſam facilitatem Superiorum quorundam, in impertiendâ paſſim cuilibet Concionatorculo trium dierum facultate, edendi Conciones ſuas, (ſi tamen Conciones dicendæ ſunt:) Ubi ſiquidem nulla prorſùs relucet eloquentia, nulla eruditio, nullus ordo: ſed potiùs ubi, (ut ipſis Jobi verbis utar,) ſempiternus horror, & error inhabitat. Quid, amabo,

dicerent Galli, Hiſpani, Itali, atque aliæ exteræ Nationes omnes, ſi aliquot ex Concionatoribus illis Germanis, qui hactenus Typographias tam infructuosè turpiterque fatigârunt, imò prophanârunt: quid dicerent, inquam, ſi hos in linguam ſuam traductos Alemannicos Rabulas lectitarent? Si hos Teutonicos Anſeres ſuo vulgari idiomate perſtrepere audirent? Vereor apprimè, nè tam ineptas quisquillas, ad vana Theriacopolarum Hiſtrionumque Theatra mox relegaturi, ipſique fortaſſis Vulcano immolaturi forent.

At vos, Oratores vaniſſimi, qui profluente verborum volubilitate, inanique circumductione ſententiarum affectatis artificioſæ orationis delicias; qui eloquenti lenocinio, & illecebroſâ loquacitate, titillatis aures imperitas, aliudque nihil aucupamini, præter auram popularem, & famæ rumuſculos, amàbò dicite? qui motus animorum, quæ converſiones, quæ immutationes voluntatum, quæ præclara facinora, quæ virtutum miracula, præclaras illas, quas habuiſtis, Conciones, ſolent ſubſequi? Meditatas orationes, ad amuſſim exactas, & ad unguem politas affertis domo: Inſcenditis deinde pulpita, pronunciatis, inculcatis, vocem intenditis, obtunditis clamoribus aures, ingenti vociferatione templa completis. At quo fructu operæ? Vobis enim exardeſcentibus, Auditor friget; vobis perſtrepentibus, oſcitat; intonantibus obdormiſcit; ac tum demùm movetur, cùm poſtquam peroraſtis, abit, & ſolutâ concione, domum diſcedit. Quid ita? quia orationi veſtræ mores non conſentiunt, quia, quod ſermone ſtatuitis, actione revellitis; quia, quod ſuadetis argumento, prævaricante vitâ refutatis. Nempe non opimatur terra tonitruis, ſed aquis; non fulguribus læticantur arva, ſed imbribus, non ſonanti grandine, ſitientes rigantur agri, ſed leniter ſtillante pluviâ:

Sic

Sic, non verborum ſtrepitu, non fulguribus ingenii, ſonantibusque ſententiis, provocantur Animi, ad fundendas virtutum fruges, ſed factis egregiis, ſed exemplis. Vide, quo Milites ardore irruant in hoſtem, quo furore irrumpant in obſeſſam urbem, per everſa mœnia: Cenſes, tympanorum ſonitu, clangoribusque buccinarum, illos incendi ad pugnandum? hallucinaris: Putas, hoſtium conviciis, commilitonum clamoribus, præfectorum cohortationibus inflammari? erras. Ipſe eſt, ipſe unus Imperator eſt, qui ſublimis in equo, exertum tenens manu gladium, præit agmina, & manuum magis agitatione, quàm linguæ, hortatur, ut ſequantur; quis enim Ducem non ſequeretur præeuntem?

In eo haud probo vana illa oblectamenta, nitidioris compoſitionis apparatum, & ſonantium lenocinia verborum, quibus in pœnam effœminatus illuditur potiùs quàm imbuitur Mundus, juxta illud Origenis ſalutberrimum proloquium: *Effœminatæ quidem ſunt eorum Magiſtrorum animæ & voluntates, qui ſemper ſonantia, ſemper canora componunt: & (ut quod verum eſt dicam) nihil virile, nihil forte, nihil Deo dignum*; qui nimirum Verbi Dei Præconem minus decent, decoreque ipſo ſuo non mediocriter deturpant, atque abominabilis cenſurâ ſuperbiæ, ambitionis Vanitatisque apud Cordatorum tribunalia perſtringunt, virtutem divini verbi enervant & adulterant, & famelicos plerumque Aûditores, veluti ex Comœdiâ reduces, vento propriæ laudis perflatos dimittunt inanes. * Tractat materias ſalutiferas & in hunc finem ſelectas, quæ non modo audientiam, ſed vel legentium mirificè recreare animos, excitare dormientes, corroborare ſtantes, & in viâ Dei ambulantes ritè promovere poſſint. * Probatiſſimasque illas, ad Populum Exhortationes eſſe, quibus ſacer Eccleſiaſtes. non tam

ſuis, quàm divinarum ſcripturarum, ſanctorum Patrum, atque Orthodoxorum Doctorum verbis ac ſententiis, non ad aures ſed ad cor loquitur, nemo niſi excors vel auribus pruriens, cui plus inanium verborum ſtrepitus, aut vani elegantioris linguæ floſculi, quàm ſalutares melioris doctrinæ fructus arrident, inficiari poterit.

SENTENTIÆ. Prædica verbum: inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientiâ & doctrinâ. (*2. Tim. 4.*] Qui ad veræ Prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt, ut omne quod loquitur, ad divinæ authoritatis fundamentum revocet; atque in eo fundamentum ſuæ locutionis firmet. (*Greg. M.*) Huic, qui ſapienter debet dicere, quod non poteſt eloquenter, verba Scripturæ tenere maxime neceſſarium eſt. Quantò enim pauperiorem ſe videt in ſuis, tantò oportet eum ditiorem eſſe in iſtis; ut quod dixerit ſuis verbis, prodet ex illis; & qui propriis verbis minor erat, magnorum teſtimonio quodammodò creſcat. Probando enim delectat, qui minùs poteſt delectare dicendo. (*Aug.*] Eum, qui docere aggreditur, facere oportet, atque ita loqui. Qui autem non facit, eum nè verba quidem facere convenit. (*Iſidor.*) Orationum congeriem habes, quibus aures quidem oblectantur, animus autem minimè alitur. At tibi vivo ſermone opus eſt: quo qui caret, nihil aliud eſt, quàm cymbalum tinniens. Quòcirca ſi eum inſuper acceperis, canorum ac ſuave organum eris, DEOque hominibus que concinnum. (*Idem.*]

SIMILITUD. Lepidè ac jucundè in Eccleſia doces: aut utinam potiùs utiliter. Similis enim es cuidam in altum lapides jactanti, ac ruinæ ſuæ rectitudinem procuranti, eamque in ſeipſum provocanti. (*Iſidor. Pel.*) Quemadmodùm nobilis arbor, cum fructibus gravis eſt, ac foliis abundat, agricolam oblectat, & ſpectato-

ctatores voluptate afficit, ac prætereuntes recreat & reficit: eodem modo is quoque, qui in Doctoris ſolio collocatus eſt, & ſermone atque doctrinâ fulget, tum DEUM oblectat, tum hominibus utilitatem affert. (*Idem.*) Concionator Evangelicus ea, quæ dicit, opere exequatur. Aliàs erit velut Horologium aberrans; quod horas quidem benè monſtrat, ſed pulſu diſſidet & aberrat. (*Anon.*)

CONCORDIA. **Einhelligkeit.** *Concorde, Union.*

SYN. Unio, Conſensus, Conſenſio, Conſpiratio. ADJU. Communis, gratiſſima, incredibilis, magna, priſtina, ſingularis. PHR. Animorum mutua conſenſio. Voluntatum mutuus conſenſus, mutua conſpiratio. In eadem ſtudia conſpirantium plurimorum conſenſio. Multorum unam in voluntatem conſpiratio. Multorum amica & ſociabilis concordia. * **Sie leben ſehr einig mit einander.** *Ils vivent dans une parfaite union.* Inter ſe juncti, copulatique; Magnâ voluntatum conjunctione copulati; Singulari animorum concordiâ; Amoris & concordiæ vinculo inter ſe colligati, adſtricti, devincti; Amicâ, ſociabilique voluntatum conſenſione conjuncti, unâ vivunt. Concordiſſimè, *vel*, Concordiſſimis animis unâ vivunt. Concordiâ conjunctiſſimi ſunt.* **Uneinige Perſohnen vergleichen.** *Mettre l'unione entre des perſonnes divisées & dis-unies.* Diſſidentes, concordiâ inter ſe colligare, componere. Inter diſcordes conſenſionem conciliare, contrahere, conſtituere, inducere. Concordiam inter diſſidentes concordiæ nexu copulare, conjungere, devincire, adſtringere.* **Die Einigkeit zertrennen.** *Rompre l' union.* Concordiam disjungere. Animorum conjunctionem diſſolvere, dirimere, labefactare.

AMPLIFIC. Concordiâ, voluntatum conſenſione, conjunctione virium nihil eſt tam humile, quod non

assurgat in immensum: At discordiâ, dissensione, jurgiis, distractione voluntatum ac virium, familias clarissimas extingui, Respubl. florentissimas interire, imperia firmissima labefactari penitusque concidere in propatulo est. Quò magis enim virtus unita est, eò fortior est, faciliusque resistit fortunæ ac malevolorum injuriis; Cùm autem disjuncta est ac segregata, existit inbecillior, adeóque nullo fere labore frangitur. Quamdiu propugnaculi saxa firmiter inter se cohærent, tamdiu est inexpugnabile. At simul ac parietes facére labem incipiunt, expugnationi proximum est. Conjunctæ guttæ in rivos fluminaque coëunt, separatæ modico tepore siccantur. Conglobati pulvisculi assurgunt in excelsos montes, dispersi verò cedunt ventorum ludibriis. Lapis è Scyro Insulâ, inquit Plinius, fluctuat integer, comminutus autem subsidit: Sic Res dicordiâ pessumeunt, Concordiâ sustinentur, vel ut olim è tripode Micipsa Rex Numidarum edixit: Concordiâ parvæ res crescunt, Discordiâ Maximæ dilabuntur. * Optima est res concordia; Optima res, animorum consensu inter se civitates, & populos, & familias, & singulos homines jungi, legem videlicet ordinemque naturæ sequentes, quæ omnia distinxit simul atque constrinxit, ac totam hanc rerum molem, mundum unum, ex pluribus rebus effecit. (*Nazianz.*) TRINITATI nihil æquè proprium est, ac naturæ unitas & concordia. (*Idem.*] Illa est fundamentum ac radix otii, bonorum civilium seminarium, quietis publicæ leges, & almæ pacis nutrix. (*Nazarius.*) V. PAX.

CONFIRMARE. Bestättigen. *Confirmer.*

SYN. Affirmare, asseverare, corroborare, stabilire, firmum reddere, probare, comprobare. ADV. Benè, planè, fidenter, liquidò, magnopere, molestiùs, præclarè, temerè. (*Ex Cicerone.*) PHR. Quod

Quod dicitur, validiſſimis rationibus confirmare, ſtabilire, firmare, roborare. Solidè ſtatuere. Firmiter fundare. Validè conſtituere. Egregiè ſtabilire. Firmiſſimè aſſeverare. * Sie ſind in ihrer Meinung beſtätiget worden. *Ils ſe ſont bien confirmé dans leur deſſein.* In ſuſcepto conſilio animum obfirmarunt. * Den Standt ſeiner Famili beſtättigen. *Affermir l' état de ſa famille.* Rem familiarem, Rei ſuæ familiaris ſtatum firmis fundamentis adſtruere. * Pro certo polliceor hoc atque confirmo.

CONFITERI. Beichten. *Se confeſſer.*

SYN. Profiteri, agnoſcere. ADV. Apertè, ingemuè, impunè, liberè, neceſſariò, palam, planè, verè, tandem, timidè, dolenter. PHR. Fateri *vel* confiteri peccatum, *vel*, de peccato. Sacerdoti peccata ſua exponere, explicare, aperire, retegere, patefacere, enuntiare. Per pœnitentiæ Sacramentum animi maculas detergere, diluere, delere. Repetitâ anteactæ vitæ memoriâ peccata ritè confiteri. Anxium animum confeſſione ſerenare Pœnitentiæ ſacramento animi noxas expiare. Confeſſionis Sacramento animum perpurgare. Sacrum Confeſſionis myſterium obire. Animi ſordes Confeſſione abſtergere, eluere, abolere. Peccatorum maculas Sacramento Confeſſionis expiare. Salutari peccatorum confeſſione perpurgari. Vitæ noxas confeſſione delere. Per Confeſſionis Sacramentum exonerare conſcientiam. Confeſſione ritè faciendâ conſcientiæ onus ponere, *vel* deponere. Peccata penſiculatè recognita & ubere gemitu deplorata, ſacrâ Exomologeſi detegere. Mentem eluere confeſſione. Quamvis vixerit, ut mori non timeret, voluit tamen expiationis beneficium accipere, & abluere id nævorum, quod ſupereſſet in JESU CHRISTI ſanguine.

Beicht. *Confeſſion.* Confeſſio, Exhomologeſis ſacra, Confeſſionis Sacramentum. Confeſsio piacularis, *vel,* piacula. Chriſtiani ritûs ſacra confeſsio. Conſcientiæ per ſacram confeſſionem perpurgatio. Sincera peccatorum absque velamine coram Sacerdote legitimo manifeſtatio. (*Alb. M.*) Per quam morbus latens, ſpe veniæ aperitur. (*Antonin.*) Conſcientiæ Mundificatio. (*Bonav.*) Confeſsio eſt coram Sacerdote legitima peccatorum declaratio. (*Thom. Aq.*)

General-Beicht. *Confeſſion generale.* Totius anteactæ vitæ Confeſſio. Peccatorum per totam vitam admiſſorum Confeſsio. Totius vitæ noxas confeſsione ſacrâ expiare. De totâ vitâ ritè confiteri. Admiſſas à puero culpas confeſsione ſacrâ expiare, delere, obliterare, expungere. **Beicht hören.** *Oüir les Confeſſions.* Confitentibus aurem dare, commodare, præbere. Pœnitentium confeſsiones excipere. Pro ſacro tribunali ſontibus ſui ipſorum accuſatoribus noxas condonare. Cognoſcendi & remittendi peccata jus exercere. Judicem ſedere in pœnitentes reos. Aures præbere conſcientiæ onus ponentibus. **Beicht-ſtuhl.** *Confeſſional.* Confeſſarii ſacrum tribunal, ſedes, *vel,* ſella. **Beicht-Vatter.** *Confeſſeur.* Confeſſarius; Adminiſter ſacræ pœnitentiæ. Exceptor ſacræ Confeſsionis.

SENTENTIÆ. Non confundaris confiteri. [*Eccli.* 4.] Ante mortem confiteri. (*Eccli.* 17.) Confitentes peccata ſua. (*Marc.* 1.) Si confiteamur peccata noſtra; fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. (*1. Joan. 1.*] Confeſsio ſanat, Confeſsio juſtificat, Confeſsio peccati veniam donat; omnis ſpes in Confeſsione conſiſtit, in Confeſsione locus miſericordiæ eſt. (*Iſidor.*) Confeſsio eſt porta, per quam intrant Animæ ad Paradiſum. [*Alb. M.*] Omnia in Confeſsione lavantur, conſcientia mundatur, amaritudo tollitur, tranquillitas

litas redit', ſpes reviviſcit, animus hilareſcit. (*Rich. Vict.*) Confeſſionem & decorem induiſti. *Pſal.* 103.) Ama Confeſſionem, & habebis decorem, quia ubi confeſſio, ibi decor & pulchritudo: (*Bern.*) Confeſſio eſt ſalus Animarum, diſſipatrix vitiorum, reſtauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum. Quid plura? Obſtruit os Inferni, & portas aperit Paradiſi. (*Aug.*) O ſtulte! cur erubeſcis homini dicere, quod non erubuiſti in conſpectu DEI facere? Melius eſt coram uno aliquantulum ruboris tolerare, quàm in die judicii coram tot millibus hominum gravi repulsâ denotatum erubeſcere. (*Idem:*) Revela uni pudenda tua, nè revelentur Univerſo. (*Thom. Villan.*]

CONJECTURA. **Muthmaſſung.** *Conjecture.*

SYN. Opinio, ſuſpicio, divinatio, proviſio, auguratio, conjectio, exiſtimatio, ſignum, ſenſus. ADJU. Bona, certa, credibilis, probabilis, difficilis, domeſtica, facilis, vera, infinita, levis, multa, perſpicua, verior. (*Ex Cic.*) **Man kan nichts darauß abnehmen.** *On ne peut former aucune conjecture jur ces choſes.* Hæc extra conjecturam ſunt; minimè à conjecturâ pendent. De his nihil certò poteſt colligi: nulla conjectura fieri poteſt; conjector eſſe nemo poteſt; divinatio eſt. * **Etwas muthmaſſen.** *Diviner par conjecture.* Aliquid conjecturâ augurari, aſſequi, colligere, deprehendere. Aliquid conjicere, conjectare, opinione augurari, proſequi, proſpicere, intelligere. Ad aliquid conjecturâ rapi.

CONSCIENTIA. **Gewiſſen.** *Conſcience.*

ADJU. Comes, communis, jucundiſſima *benè actæ vitæ*, præclara, ſcelerata, recta, ſtabilis, ſupplicio digna. (*Ex Cic.*) PHR. Animi quædam ratio, vis & lex, à quâ & de rectè factis, & ſecus admonemur. Animi vel mentis conſcientia. Conſcientia eſt quaſi

cordis ſcientia. (*Hugo. V.*) Eſt animi habitus agendorum, & non agendorum. (*Bonav.*) Lex intellectûs noſtri. [*Idem.*) Rationale Judicatorum. (*Idem.*) Rationis judicium in veritatis lumine propalatum atque diſcuſſum. [*Laur. Juſt.*)Sui ipſius ſcientia,vel de bono præſumens, vel de malo diffidens. (*Petr. Cell.*) Quoddam mentis dictamen. (*Th. Aq.*) * Tortor animus quatit flagellum occultum. Perfundere animum alicujus religione. Animos nudare. * **Sich auff ſein Gewiſſen verlaſſend.** *Appuyè ſur le témoignage de ſa conſcience.* Fretus conſcientiâ. Nixus mentis conſcientiâ. * **Das Gewiſſen druckt mich nicht.** *Ma conſcience ne me reproche rien.* Præclara conſcientiâ ſuſtentor. Conſcientia rectæ mentis, *vel*, optimæ mentis recreor, ac reficior. Conſcius mihi ſum, nihil à me commiſſum. Officii mei conſcientiâ fruor. Conſcientiæ fide non commoveor. Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm hominum ſermo. (*Cic.*) **Ein gutes Gewiſſen.** *Bonne Conſcience.* Mens benè conſcia. Mens ſibi conſcia recti. In omni vitâ ſuâ quemque à rectâ conſcientiâ tranſverſum unguem non oportet diſcedere. (*Cic.*) Ab rationis præſcripto transverſum unguem non oportet aberrare. Conſcientia benè actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt. (*Cic.*) Vir probus, optimæ, probatæ, ſinceræ fidei homo, æqui ac recti amans. In omnibus ſincerâ fide, ex rectæ conſcientiæ, *vel*, ex æquî ac recti legibus agit: nullâ in re à ſincerâ fide, ab æqui ac recti legibus diſcedit. * **Böſes Gewiſſen.** *Mauvaiſe Conſcience.* Prava conſcientia: Severus monitor. Tortor eſt: urit enim, cædit, lancinat & gravius, quia ſine morte. Mens delictorum conſcia. Flagitii conſcius animus. Violati Numinis, aut perperam culti triſtis cogitatio & morſus, quæ animum quotidie aſſiduo & ſurdo verbere cruciat. Conſcientiæ vermiculus, qui remorſu ac velli-

vellicatione animum lancinat convellitque, & perpetrati facinoris ſubinde commonet. Graviſſimus mentis æſtus & carnificina. Occultum in pectore flagellum. Conſcientiæ angor, ſtimulus, ſolicitudo. Mentis cruciatus. Homo perfidus, impius, perverſus, improbus, nefarius, ſceleſtus, ſceleratus; qui religione non tangitur, qui nihil probi, nihil ſinceri præfert animo, in quo nullum nec recti, nec æqui ſtudium, neque ſenſus eſt. * **Dein Gewiſſen truckt dich.** *La conſcience te remord.* Conſcientiâ peccati cruciaris. Conſcientiâ morderis. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. Conſcientiæ angore cruciaris. Quocumque aſpexiſti, ut furiæ, ſic tibi tuæ occurrunt injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Conſcientiæ ſtimulis concitaris. Obſtrepente conſcientiâ ſcelerum, quieſcere non potes. Te furiæ agitant, exanimant, inſectantur. Pœnam tuis flagitiis debitam ſemper ante oculos verſari putas. Furiæ facinorum vindices te agitant angore conſcientiæ & fraudis cruciatu. Solicitudines te exedunt, conficiunt. Quocunque aſpexeris, ut Furiæ, ſic tibi tuæ occurrent injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt, ſcelera commiſſa percellunt tuam conſcientiam.

AMPLIFIC. Acturus de Conſcientiâ unum quæro: Quid ſit Conſcientia? Conſcientia, inquiunt aliqui, domus eſt perpetuis obſeſſa tenebris, nec tamen obſcura; nullus in eâ ſol lucet, nec tamen in eâ aliquid latet; nullæ in eâ feneſtræ, per quas aſpiciat, & tamen omnia ſpectat; nullæ fores per quas hoſpitibus pateat, & tamen ſemper eſt plena; conſcientia domus eſt obſcura & ſplendida, clauſa & obvia, vacua & plena: quia dum aliis hoſpitibus caret, implet ſeipſam, & turbam facit, etiam dum eſt ſola. Conſcientia, ajunt alii, eſt Labyrinthus mille mæandris intertextus, & tamen hoſpiti ſuo tutus; domus eſt geſtatilis, quia eam quisque inſtar Limacis ge-

rit:eſt patria ſequax , quia eam peregrinus quisque circumvehit : ita tamen eſt patria homini ſi bonus eſt, ut eidem ſit exilium,ſi eſt malus. O rem prodigio ſimilem ! vir improbus apud ſe ipſum habitat à ſe ipſo exul: idem præſens ſibi,idem abſens à ſe: idem excutere nititur conſcientiam,quia ſecum gerit; idem fugit ſe ipſum quaſi inimicum,nec tamen ſe deſerit, quia ſecum fugit : idem liber & captivus ; idem civis & peregrinus ; idem hoſtis & amicus : quia Conſcientiam gerit hoſtem crimini , & amicam virtuti. Conſcientia, inquit Baſilius,eſt naturale tribunal animæ ; in eo tribunali Conſcientia accuſatrix , & teſtis ; Judex & vindex damnat ſeipſam ſi nocens eſt , abſolvit ſi innocens eſt ; mirabile tribunal,quod una perſona conſtituit.

Deguſtemus mente internam pacem , individuam bonæ vitæ pediſſequam , ſuaviſſimamque tranquillitatem, quam intimis animis Deo ſincerè mancipati , in conſcientia ſua perſentiſcunt,qua lacrymæ eorum dulceſcunt , & ſanctificantur , triſtitia in jucunditatem convertitur,labores emoliuntur , temperantur amaritudines , quæ nihil eſt aliud quàm torrens voluptatis , feſtivitas perpetua , theatrum lætitiæ ; per hanc quaſi in continuo , & delicatiſſimis apparatibus omnigenis inſtructo convivio deliciantur , in feſtivis jucundiſſimisque ludis exultant ; in ſuaviſſima concentuum muſicorum , inſtrumentorumque omnis generis harmoniâ tripudiant , in deliciis non deficientibus colliqueſcunt , & inexplicabili lætitiâ voluptateque triumphant. * Nonne ſentimus omnes in intimis animi receſſibus , neſcio quem monitorem , à maleficio revocantem , cum paratur fraus ; neſcio quem ſtimulum pungentem,mordentem canem , mucronem vulnerantem , cum peccamus , aut in re aliquâ delinquimus. * Monet nos atque impellit ad bonum ; revocat ab improbitate, deterret à malefactis ;

accu-

Digitized by Google

accuſat reos; convincit teſtimonio, plorare cogit; judicat ſummo jure, damnat juſtiſſimè, cruciatu pœnam exigit hoc rationis vicariæ Dei judicium, quod conſcientiam dicimus. * Habent furias ſuas tyranni, & ſi oculis eorum immaniſſimi tortores non obſervantur, certè in animo ſunt, & ſuam ibi carnificinam exercent: timore undique obſidentur, curâ & ſolicitudine oppugnantur, Conſcientiæ ſceleratæ inſanis tumultibus tanquam arietibus ſubvertuntur. Vident cœlum, ſed unde imminentis vindictæ fulmen exhorreſcunt: Calcant terram, ſed quam, nè ſub pedibus aliquando dehiſcat, timent; hominibus imperant, ſed quos omnes tanquam hoſtes ſuſpectos habent; geſtant diadema; ſed in quo mille verticem ſpinæ transfigunt; veſtiuntur purpurâ, ſed quæ exteriùs mollis & ſplendicans, interius aculeatis plenus ſtimulis animam dilaniet. * Homo, qui tortus & laniatus miſerâ conſcientiâ, graviſſimâ diffidentiâ perculſus, & tartareis quibuſdam furiis exagitatus, acerbiſſimè vexatus, nec ſperare audens: nec deſperare potens. * Nolite putare, quemadmodùm in fabulis ſæpenumero videtis, eos, qui aliquid impiè, ſcelerateque commiſerint; agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexat; ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ: quæ dies noctesque parentum pœnas à conſceleratiſſimis filiis repetant. (*Cic.*) * Scelera animum graviſſimè fatigant, & mille modis cruciant: nec liberas concedunt noctes, nec placidos dies; ut in ipſo etiam ſomno mentem delaſſent, & in varias curarum partes incertam dubiamque trahant, ſemper anxiam, nuſquam ſecuram.

SENTENTIÆ. Secura mens quaſi juge convivium. (*Prov.17.*) Semper præſumit ſæva perturbata

Con-

Conſcientia. (*Sap. 17.*) Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium Conſcientiæ noſtræ. [*2. Cor. 1.*] Atrocius morte malum eſt vitam conſcire malam. Nullum ita moleſtat damnum, quàm Conſcientia damnans. Impatientia culpæ eſt amuletum Conſcientiæ. Nobiſcum contenti ſimus, ampliſſimo conſcientiæ theatro. Nulla eſt urbs optimè gubernata ſinè curâ ſupplicíorum; nec conſcientia ordinata erit ſinè tribunali & gladio, ubi tot ſunt facinoroſi affectus. Omnis pœna vilis eſt, ubi pura eſt comes Conſcientia. Namque ſicut malè ſibi conſcio nullum extrinſecum eſt fomentum, æquè & benè conſcio nec tormentum. Nemo Tyrannorum fuit, qui alicui non indulſerit, nemo quem aliquis non evaſerit, nemo quem ſatelles nunquam fefellerit: Conſcientiæ ſolùm ſeveritatem nec venia, nec fuga, nec fraus illudit. (*Nieremberg.*) Bonus animus, & ſibi conſcius, ſummum bonum eſt. (*Lips.*) Hic quam dico prorſus cuſtos, ſingularis præfectus, domeſticus ſpeculator, proprius curator, intimus cognitor, aſſiduus obſervator, individuus arbiter, inſeparabilis teſtis, malorum improbator, bonorum probator; ſi rite animadvertatur, ſedulò cognoſcatur, religiosè colatur; ita ut à Socrate induſtria & innocentia cultûs eſt in rebus incertis proſpector, dubiis præmonitor, periculoſis tutator, egenis, opitulator. Qui tibi queat tum in ſomnis, tum in ſignis, tum etiam fortaſſe coram cum uſus poſtulat, mala averruncare, bona proſperare, humilia ſublimare, nutantia fulcire, obſcura claritate, ſecunda regere, adverſa corrigere. [*Plato.*) Conſcientia eſt codex, in quo quotidiana peccata conſcribuntur, (*Chryſoſt.*) Nulla pœna major eſt malâ Conſcientiâ; omnium ſiquidem delictorum noſtrorum ipſa eſt teſtis, ipſa judex, ipſa tortor, ipſa carcer; ipſa accuſat, ipſa judicat, ipſa punit, ipſa condemnat. (*Bern.*)

SI-

Digitized by Google

SIMILITUD. Quemadmodùm ulcus vel vulnus cicatricem relinquit in corpore, doloris indicium: Sic conſcientia malefacti notas peccati in animo relinquit. [*Plut.*] Ut Nepentes herba, ab Homero prædicata, addita poculis, omnem convivii triſtitiam diſcutit. Ità bona mens inſita nobis, omnem vitæ ſolicitudinem abolet. (*Plin.*) Ut Hiſtriones, qui Regum Principumque perſonam agunt, veſte, geſtu, ſermone ſimiles, introrſum nihil eorum habent: Sic iſte apparebit, qui Conſcientiam non habet. [*Lips.*)

CONSENSUS. Verwilligung. *Conſentement.*

SYN. Conſenſio, conſpiratio, aſſenſus. ADJU. Graviſſimus, incredibilis, privatus, magnus, major, *miri*, optimus, præclarus *Judicum*, publicus, ſingularis, ſummus. (*Ex Cic.*) Amicus, optatus. PHR. Approbantis judicii aſſenſio. Voluntatis rem amplectentis aſſenſio. Expreſſa voluntatis aſſenſio vi pellicientis illecebræ. * Mit Verwilligung des Magiſtrats. *Du conſentement du Magiſtrat.* Bonâ Magiſtratûs veniâ. Ex facultate, *vel* conſenſu *Magiſtratûs.* * Mit einhelliger Bewilligung. *D'un commun conſentement.* Omnium judicio, approbatione, ſententiâ. Conſenſione omnium. Communi conſenſu. Cunctis approbantibus, conſentientibus, annuentibus. Nemine diſſentiente.

CONSENTIRE. Bewilligen. *Conſentir.*

SYN. Probare, comprobare, aſſentire, *vel*, aſſentiri, acquieſcere, annuere, conſpirare, conjurare. ADV. Rectè, valdè, vehementer, undique. [*Ex Cic.*) PHR. Alicui de re aliquâ aſſentiri. Accedere ad alterius judicium. Concedere in alterius ſententiam aliquâ in re, *vel*, de re. * In böſe Rath verwilligen. *Conſentir aux mauvais conſeils.*

Prava

Prava ſuadentibus aſſentiri & obſequi. Deſcendere in prava ſuadentium opinionem, atque eorum conſilium exequi. Conſentaneum eſſe. In ſententiâ alicujus manere. Alicui rei conſenſum dare. Ratum aliquid habere. Pro rato habere. Ad alicujus conditiones accedere. Cum aliquo ſtare. Judicio vel opinione alicujus ſtare. In eâdem voluntate vel opinione eſſe. Stare à mendacio contra veritatem. Fateor me inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim. Næ iſte haud mecum ſentit. De amicitiâ omnes ad unum ſentiunt. Omnes Ordines Civitatis unà ſentiunt. Omnes de Reip. ſalute unâ & mente & voce conſentiunt. Ejus judicia opinioneſque concordant. Ii de re unâ ſolùm diſſident, de cæteris mirificè congruunt. Nè nos inter nos congruere ſentiant. Conſpirare nobiſcum: conſentire cum bonis. Mihi cum illo convenit. In (*Hortenſii.*) ſententiam multis partibus plures ituros. Cum in hanc ſententiam pedibus omnes iſſent. Cum Cæſare Lentulus facit. Pro ſententia Juliani facit, quod, &c. Non aliter enim voluntati ejus ſubſcribendum erit. Et ideò itum eſt in hoc, ut: Idéo ad hujuſmodi ſententiam decurſum eſt. Et ego illi acquieſco. Ille nobis ſuffragatur. * Viam ſapientum veſtigiis conſignatam & meis pedibus tero; non deflecto de curriculo Majorum in docendo; non devius aberro. * Qui aliquando tandem poſt longam concertationem dant manus: & in noſtram veniunt, non tam pedibus, quàm approbatione ſententiam. * Uno animo, unâ ſententiâ; una voluntate conſpirant. * Eorum tam firma, & conſtans eſt, & ſemper fuit opinionum voluntatumque ſocietas: tanta dictorum factorumque conſenſio, ut cum undique turbulentiſſimis diſcrepantium errorum fluctibus & procellis exagitata fuerit, & etiam nunc exagitetur, nullâ vi tamen queat, nullo improbitatis turbine diſſolvi.

Digitized by Google

CONSERVARE. **Bewahren.** *Conſerver.*

SYN. Cuſtodire, tueri, retinere, ſervare, aſſervare, tutari, fovere, tenere, reſervare. ADV. Benignè, comiter, conſtanter, diligenter, providè, ſedulò. (*Ex Cic.*) PHR. **Seine Geſundheit bewahren.** *Conſerver ſa ſantè.* Conſervare vires ſuas. Valetudini parcere, *vel*, ſibi. Tueri valetudinem. Præſtare ſe incolumem. Valetudini conſulere. * **Seine Authorität erhalten.** *Conſerver ſon authoritè.* Dignitatem ſuam obtinere. Tueri authoritatem. * **Ich hab mein Vatterland in währenden Kriegsläufften erhalten.** *J' ay conſervè ma patrie durant les guerres.* Inter bellorum tumultus patriam meam conſervavi, à mœnibus ruinam averti, ignem ab ædibus prohibui, ſacrilegia & rapinas arcui ab aris & templis; vim à fœminis, ferrum à viris, calamitatem propulſavi ab omnibus, peſte præſentiſſimâ Rempublicam liberavi, agros & villas à vaſtatione defendi. * **Blumen vor der Kält bewahren.** *Conſerver des fleurs contre le froid.* Flores ab frigore defendere, tueri, tutari.

CONSIDERARE. **Betrachten.** *Conſiderer.*

SYN. Reputare, cogitare, commentari, animadvertere, circumſpicere, conſpicere, ſpectare, exiſtimare, contemplari, intueri, attendere, expendere, ponderare. ADV. Breviter, communiter, expeditiùs *rationem ac viam artis*, faciliùs, ſimpliciter, coram, diligenter, diligentiùs, otiosè, diligentiſſimè, diu, diutiùs, etiam atque etiam, optimè, magnoperè, ſeparatim, ſimpliciter, vehementiùs, mediocriter, multùm, valdè, verè. (*Ex Cic.*)

PHR. Aliquid attentiùs conſiderare, verſare in animo, agitare animo, meditari accuratiùs, ſtudiosè cogitare apud ſe. Ante oculos ponere, *vel*, propo-

ne-

nere: cogitare, & penitus perſpicere: Penſiculatiùs expendere. Accuratâ mentis indagine aliquid conſiderare. Ratione animoque luſtrare: animo & cogitatione complecti: animum ad aliquam rem referre: mente conſpicere, animo intueri, contemplari, expiſcari: diligenter perpendere, ponderare, æquiſſimâ judicii lance attentiùs examinare, momentoque ſuo ponderare; intento animo intueri; mente animoque conſiderare, animo volvere, ſecum perpendere. Ad aliquid animum intendere, cogitationes convertere. Rerum naturam ſtudiosè intueri. Ante oculos meos hoc perpetuò volitat. Contemplari ſingula otiosè & conſideratè. Attentè picturam intueri. Rebus omnibus pertentatis atque perſpectis: ratione atque animo perluſtratis. Mentis complicatâ notione ſingulas ejus partes ſingulatim perluſtro. Aliquid ad lapidem lydium redigere. Collata inter ſe ex animi quadam lance perpendere, & complicatam mentis ſuæ rationem ad punctum duntaxat temporis evolvere. Omnes ingenii ætatisque nervos eò convertere. * Beatos illos, qui ita affecti animo, ut nuſquam ſuaviùs, nuſquam ſtudioſiùs, quàm in harum rerum conſideratione conquieſcant. * Je mehr ich die Unbeſtändigkeit des Glücks betrachte. *Plus je conſidere avec attention l' inconſtance de la fortune.* Quò diligentiùs, ſtudioſiùs, accuratiùs attendo, cogito, animadverto, meditor, mente animoque conſidero, in animo volvo, mecum ipſe perpendo fortunæ varietatem, levitatem, inſtabilitatem, inconſtantiam. Quò magis ad fortunæ varietatem, ad varios rerum eventus, ad varios incertosque caſus ſpecto, intueor, animum intendo, meas cogitationes converto.

Digitized by Google

CONSILIARIUS. Rathgeber. *Conſeiller.*

SYN. Conſultor. ADJU. Præclarus, doctus; prudens, incorruptus. PHR. A conſiliis. Conſiliarius non imperitiſſimus, fidelis & benevolus. Rerum geſtarum magnitudine, & honorum, atque vitæ dignitate illuſtris. Qui in conſiliis rerum maximarum, & adminiſtratione totius Reip. præclariſſimè verſatus eſt. Cui Princeps res ſuas arcanas, & ad imperii adminiſtrationem pertinentes aſſiduè communicat. * Qui ſuadet Principi, quod oportet, quod ratio, quod æquitas, quod ſperata æternitas poſtulat; etſi Principum perpauci extra ſe nata admittant conſilia. * Hanc ex animo quidem meo Sententiam conducibilem protuli, ſed vos veſtrorum eſtis conſiliorum rerumque Domini. * Quibus olim & nunc hæc cura, ut ſalutarium monitorum face prælucerent imperanti. * Sunt apud vos, qui conſilii ſui copiam aſſiduè faciunt, ſed utinam conſilii fidi ſemper & recti!

AMPLIFIC. Qui Principem juvat, conſilia ſuggerit profutura; ſed ita ut docere videatur, nè monere, nè ſupra Principem ſapere videatur, neque ut à ſe inventa, ſed ab aliorum calamo aut ore accepta. * Qui conſilia ſua ad DEI honorem, Principis gloriam, patriæ libertatem & commodum dirigit: ſententiam fortiter non obnoxiè dicit: nequitiam compeſcit, aut tollit: probitatem continet & ſiſtit. * Qui medetur conſilio ac prudentiâ ſuâ communibus totius Provinciæ malis, & eum ſe difficilimis temporibus præſtat, ut non veriùs ſalus Principis, quàm Regni nominari meritiſſimè poſſit. * Qui in conventibus mutus ſemper & elinguis, capitis, oculorûmque nutu in collegarum it ſententiam. * Quis veſtrum cum civem talem in conſilio videt, toto capite annuentem, & obmuteſcentem perpetuò, non metuit

filiis ſuis ac nepotibus ; nè quando ſe mortuo ſimiles hiſce capitibus elinguibus in eodem ſubſellio conſideant, & in ſenectute infantiſimi inter diſertiſimos in tanto conſortio digito monſtrentur ad ludibrium. * Ille omnium Cogitationum, atque intimorum conſiliorum Principis conſcius ac nuncius : ita ut in aulâ, in urbe, &c. Mens & lingua Principis dicatur. * Præſto erant, à quibus reſponſa peteres, qualia nec Delphicus Apollo, nec Conſus ipſe depromere potuiſſet.

CONSILIUM. **Rath.** *Conſeil, Avis.*

SYN, Deliberatio, cogitatio, animadverſio, ratio, cogitatum, conſultatio, ſententia. ADJU. Bonum, præclarum, ſingulare, præſtans, idoneum, fidele, ſalutare, ſalubre, ſummâ laude dignum, felix, neceſſarium, perutile, cautum, rectum, acceptum, expetitum, honeſtum, conſideratum, ſtultum, demens, amentiſimum, præpoſterum, malum, perditum, turbulentum, pernicioſum, præmaturum, puerile, perditiſimum, ſceleratiſimum, diſſolutum, triſte, obſcurum, clandeſtinum, intimum, infirmum, imbecille, languidius,, in fortunâ poſitum, periculoſum, audax, præceps, feſtinatum, præcipitatum, difficile, inſperatum, anceps, ſenatorium, vetus, novum, non repentinum, inane, abſurdum, eventis ponderatum, acceleratum.

PHR. Conſilium eſt aliquid faciendi aut non faciendi verè excogitata ratio. (*Cic.*) Deliberata Sententia. (*Hugo C.*) Examinandarum gubernandarumque cauſarum ſubtilis animi proſpectus. (*Hugo V.*] Inquiſitio rationis ante judicium de eligendis. [*Th. Aq.*] **Ich will nichts thun ohn deinen Rath.** *Je ne veus rien faire ſans vôtre conſeil.* Decrevi nihil ut facerem ſine tuo conſilio; ſtatui, conſtitui, certum conſilium cœpi, captum conſilium eſt deliberatum, conſtitutum eſt, planè animum

mum induxi, nihil ut facerem, niſi te approbante, de conſilio tuo, niſi tuo conſilio uterer, niterer, tuo ſuaſu, hortatu, ductu, inſtinctu; cum tu conſuleres; ſuaderes, te ſuaſore, ſuadente, hortante, conſulente, te exiſtente conſultore, authore, auſpice, impulſore, duce; abs te perſuaſus, permotus, adductus. * **Eines andern Rath folgen.** *Suivre le conſeil d' autruy.* Non tuum judicium, ſed aliena conſilia mihi ſequi videris; video te aufferri, abduci aliorum conſiliis, alienis conſiliis regi, intelligo, ſentio, non te tuo duci, ſed alieno abduci conſilio, non ipſe te in conſilium adhibes, non ipſe te audis, tibi pares, morem geris, obtemperas, obſequeris, aſſentiris, ſed alieno uteris conſilio, aliena te conſilia regunt; ab alienis conſiliis voluntas tua pendet, non ipſe tibi dux es, verùm alios ſequeris, alienis aliorum conſiliis obtemperas, alterius conſilio niteris. * **Diß iſt ein guter Rath.** *Ce conſeil eſt tres-bon.* Sapienter conſultum eſt. Conſilium hoc nititur firmiſſimis rationibus. Qui ſic ſentit, non errat, non offendit, non labitur. Conſilium hoc à ratione non diſcedit, recedit, procul abeſt. Congruit conſilium cum ratione. Conſilium hoc ratio confirmat. A conſilio ratio non diſſentit. * **Ich werd allzeit deinem Rath folgen.** *Je ſuivray toujours vôtre conſeil.* Semper tua conſilia ſequar. Tuo conſilio utar, ducar, regar, Tuo judicio ſtabo. Te conſiliario utar. Suadenti tibi non adversabor. Tuo conſilio aſſentiar.

Seine Freunde umb Rath fragen. *Demander conſeil à ſes amis.* Amicos consulere, in conſilium adhibere, Amicos audire conſilii causâ. Amicos de ſuâ ſententia interrogare. Amicorum conſilium exquirere. Ab amicis conſilium petere. Ad conſilium amicorum confugere. * Sapientis eſt in ancipiti rerum ſtatu, in rebus incertis: dubiis, ambiguis, obscuris, aliqua in difficultate conſtitutis, in controverſiâ poſitis, ami-

eos consulere, in consilium adhibere, ad amicos, ad amicorum arbitrium referre, amicorum judiciis stare, ad amicorum consilium confugere, eorum consilio uti, sententiam exquirere, adire ad omnes consilii causâ, petere consilium ab amicis, velle cognoscere quid amicis videatur, quid amici sentiant, quid habeant opinionis, quid probent, judicent, faciendum existiment; velle cognoscere, quid sit amicorum sensus, quæ sententia ad sapientem spectat; in rebus dubiis amicos de suâ sententiâ interrogare. * **Ich weiß mir nicht zu rathen.** *Je ne scay, quel conseil prendre.* Quid consilii capiam, utram in partem me dem, nescio, Explicare consilium non possum. Suspensus & incertus pendeo. Nullius sum consilii. Difficilis est hæc deliberatio. Lubricus est ad deliberandum locus. Impedita hîc est deliberandi ratio. Expedire me nequeo. Inops consilii sum. Distrahor in deliberando. * Fecit hoc, me in consilium non adhibito, me inconsulto, me inscio. * Eam inivi rationem consiliario, & auctore. (*Cæsare.*) * Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. * **Guten Rath geben gemeiniglich die Alten.** *Les Anciens donnent communément de bons conseils.* Senes ut plurimum alicui sanum consilium dant, afferunt, impertiuntur: Aliquem salutari consilio juvant; Sapienter ferè consulunt, non facilè peccant, errant, labuntur, offendunt in consilio: Senum consilia non sæpè inutilia sunt, inania, stulta, absurda; rarò labitur senilis ætas in consiliis, sapienter se consulit! optimis ac firmissimis rationibus ferè semper nititur senilis opinio, sententia: optimam partem eligunt senes, quorum grandior est ætas, qui longius ætate processerunt, is eorum solet esse sensus, qui à ratione non discedat; recedat, procul absit, qui cum ratione congruat, quem ratio confirmet, à qua ratio non dissentiat.

Das

Das rath ich dir. *Je vous conseille cela.* Auctor id tibi sum. Hoc tibi consilii do. Mei consilii hoc est. *Mea* est hæc opinio, ut id agas. Tibi suadeo: te hortor, ut id facias. Ita sentio, ita mihi videtur, ut, &c. Si me audies, mea tibi sententia si probatur, hoc facies. Me auctore, meo consilio, de meâ sententiâ ita te geres. Si meum consilium habet aliquid apud te ponderis: Si alicujus est apud te momenti, hoc ages, hoc suscipies, Hæc mea est sententia, opinio, meus hic est sensus, meum hoc est judicium, ita sentio, mihi videtur, placet, probatur, tua tibi laus cordi est, consilio non deesse, juvare, consilium præbere, suggerere, communicare, afferre: consilii sui copiam facere. * **Was rathest du mir?** *Que me conseillez vous?* Quid mihi suades? Quid mihi auctor es? Quid consilii mihi das? Qui tuus est sensus, quæ opinio, quæ sententia, quod judicium? Quid tibi videtur? Quid censes? Quid judicas? Quid mihi faciendum existimas. * Si meum consilium valet aliquid apud te, hoc facies, ages, aggredieris, suscipies.

AMPLIFIC. O Judicia Authorum omni exceptione majorum, omni encomio superiorum, non veneranda solùm, sed & penè adoranda! * Consilium, cujus modum vel inusit Ratio tanquàm ex terrâ homini, vel insculpsit DEUS tanquàm ex Cœlis Christiano. * Parum valent arma foris, nisi sit Consilium domi. Qui benè belleque consulendo nocet hostibus, melior est, quàm qui vi aut armis eos aggreditur. Imbelle Sceptrum est, pro quo non vigil excubat oculus, qui ita videat præsentia, ut & disita perscrutetur. Polyphemum Ulysses timuit oculatum: cæcum levi negotio prostraturus. Vis consilii expers pondere ruit suo, ut canit Horat. Sæpenumero quæ furor Martis non potuit, librata Pallas efficit. Siquidem robur deficere potest; consilium

verò ipso etiam usu augetur : ac longè securiùs bellum capite, quàm dextra suscipitur. Hinc non miror amplius Timotheum Cononis filium, non eum Ducem Athenienſibus exoptantem, qui culcitras exercitui deportaret, verùm qui veluti Argus Panoptes à fronte pariter, atque à tergo esset oculatus. Enim verò quemadmodùm Cytharam malè sumit is, qui artis illius imperitus: ita non benè præsidet aliis, qui solus prudentiæ, & consilii lumine est privatus. Binos humeros, binos oculos, pedesque provida mater natura concesit homini ; unicum nihilominus Reipub. oculum indulsit, Consilium : cujus beneficio deplorandis casibus subtrahitur corpus civile, nè in profundam voraginem ruat status publicus. Sinister belli eventus à prudenti potest reparari consilio: præcipitis econtrâ error in charybdi quærit remedium. Unum Nestorem consultum, & ingeniosum, ad victoriam pluris fecit Agamemnon, quàm decem Achilles fortissimos. * Consilia omnia, præsertim bellica, tam diu tuta, quam diu tecta. Multum in bello refert, ut Consilii Actor sit, qui Auctor fuerit. Hostium Consilia nisi aureâ clave non reserantur. Humana Consilia eò sæpe pejora, quò meliora. Consilium raro constat sensu. * Persuadent, Regnum in præcipiti pendere, certoque ruiturum, nisi quantocyus in saniora consilia filum verteret.

SENTENTIÆ. Consilium Sapientis sicut fons vitæ permanet. (*Eccli. 21.*] Cor boni consilii statue tecum. (*Eccli. 31.*) Fili, sinè consilio nihil facias : & post factum non pœnitebit. (*Eccli. 32,*) Consilium omne à DEO est, à quocunque proficiscatur. [*Aug.* Dare stulto consilium, charitatis est ; dare sapienti, ostentationis : dare verò tempore perversitatis, sapientiæ. (*Greg.*) Necesse est, ut præstantior sit, â quo consilium petitur, quàm ille sit. qui petit. (*Ambros.*) In rebus magnis memoriáque dignis Consilia primum, de-

deinde acta, posteà eventus spectantur. (*Cic.*) Tunc Consilia salutaria advoca, cùm tibi alludit vitæ prosperitas : tunc te velut in lubrico retinebis, nec tibi dabis impetus liberiores, sed circumspicies, quò eundum sit, & quousque. (*Sen.*) Maximè sunt contraria consilio festinatio & ira, velox consilium sequitur pœnitentia. (*Idem.*) Deliberandum est diu, quidquid statuendum est semel. (*Idem.*) Comperi, omnia regna, civitates, nationes usque eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. (*Sallust.*)

SIMILITUD. Sunt qui propiùs admota non cernunt : quæ longius absunt vident : Ita nonnulli plus sapiunt in rebus alienis, quàm in his, quæ ad se pertinent. [*Plut.*] Ut perillus, qui Phalaridi taurum donavit æreum, suo periit invento : Sic aliquoties malum consilium in caput Autoris redundat. (*Plin.*) Ut Apion Homerum ab Inferis evocatum nihil aliud interrogavit, quàm quibus parentibus genitus esset ? Sic quidam gravissimorum virorum consilio convocato, de meris nugis consulunt. (*Erasm.*)

CONSOLARI, Tröſten. *Conſoler.*

SYN, Solari. ADV. Amicissimè, comiter, vehementer. PHR. Dolorem levare. Mœrorum minuere. Desiderium lenire. Consolationem adhibere. Alicui perfugium & solatium præbere. Aliquem confirmare, consolatione permulcere, consolatione sustentare. Dolorem, luctum, fletum abstergere, (*Ex Cic.*) Alicui consolationem afferre, præbere, parere. Afflictum à mœrore animum erigere, jacentem excitare, languentem confirmare. Afflictum alicujus animum reficere, recreare ; levare, vindicare à dolore, abducere à curâ, avocare a molestiâ, abstrahere à mœrore, liberare solicitudine, levare ægritudine. Alicui dolorem allevare, abstergere,

tollere. Laboranti animo medicinam adhibere. Malè affecto animo mederi. Verbis lenibus, & amore commiſerationeque plenis levare mœrorem. * **Dieſer Gedanck wird dich über die Maſſen tröſten.** * *Cette penſée vous conſolera grandement.* Hæc te non mediocriter cogitatio confirmabit, conſolabiturque: levabit tuum luctum, leniet dolorem tuum, ægritudinem mitigabit. * **Dieſes tröſtet mich.** *Cela me conſole.* Hoc mihi ſolatio eſt. Hac re ego ſuſtentor, Accedit hoc ad animum meum ſuſtentandum. Non leve ſolatium ex hac re capio. Hoc mihi pono conſolationis loco. Hoc ſanabit vulnus doloris mei. conſolatur me recordatio meorum laborum, quòd memoriâ teneam, quibus olim quantisque adverſæ fortunæ fluctibus agitatus ſim.

Du tröſteſt mich ſonderlich. *Tu me conſole particulierement.* Tua tàm amica conſolatio non mediocri mihi fuit beneficio. Rebus meis tàm afflictis mederi potes. Tu non ſolùm verbis dolorem lenire meum, ſed animum meum conſolando ſublevare ſoles. Vulnus animi mei ſemper mitigas, tantum abeſt, ut exulceres. Tu tempeſtivâ conſolatione, veluti valido quodam pharmaco animi mei ægritudinem expuliſti. Te conſolatore mihi magnoperè eſt opus. Dolori meo mederi ſtudes. Quam me acerbus animi dolor totum poſſideret, tempeſtivus affuiſti conſolator. Quum graviſſimo animi morbo tenerer, magnis me affeciſti ſolatiis. Tu ad conſolandum non parùm idoneus, quoties animo angor, me validiſſimè confirmas. Ægritudini, quâ animus meus afflictabatur, præſentisſimum adhibuiſti medicamentum. Multum annixus es, ut meum poſſes lenire dolorem. Nihil æquè dolorem levabit, quàm tua peramica conſolatio. Tu me tam amicè conſolari ſoles, quàm mater filium. A te perſæpè in luctu meo amantisſimè confirmatus fui. Tua conſolatione nunquam non fui

ſuble-

Digitized by Google

ſublevatus. Quoties acerbum quoddam animi vulnus accepi, aſſuiſti in tempore conſolator. In rebus meis adverſis nulla unquam fuit præſentior conſolatio, quàm abs te quæ proficiſcebatur. Non inanibus fomentis meum leniviſti mœrorem. Quoties acerbi quidpiam mihi accidit, optima mihi conſolatrix adfuit cœleſtis & Evangelica Philoſophia.

Nichts kan mich tröſten. *Il n' rien, qui me puiſſe conſoler.* Affectum dolore animum meum ſanare nulla ratio valet. Nullam admittit conſolationem dolor, quo opprimor. Nullâ conſolatione leniri, permulceri poteſt. Afflictum à mœrore animum erigere, levare, recreare, reficere, ſanare, jacentem excitare, languentem confirmare, nulla conſolatio, nulla ratio poteſt. Laboranti, *vel*, peſſimè affecto animo mederi, medicinam afferre, remedium invenire nulla ratio valet. Ita dolore obruor, ut emergere nullâ ratione poſſim. Ita malis obruor, prorſus ut reſpirare non liceat. Reſpuit jam animus, quaſi deſperatâ ſalute, omnem medicinam, omnia conſiliorum genera. Inſitus, *vel*, infixus in animo dolor ita penitus eſt, ut evelli nullâ ratione poſſit, ut nulla rationum poſſit eſſe tanta, quæ illum valeat evellere, educere, extrahere. Fruſtra in me conſolando opera ponitur. Ipſe me ad eam hilaritatem, jucunditatem, ad priſtinam animi æquitatem, quam dolor ademit, revocare, & ad eum ſtatum, unde me dolor dejecit, deturbavit, depulit, detruſit, non poſſum. Quis meo virtutem dolore ereptam reſtituere poſſit? Quis homo, dicerem, niſi eſſet impium, quis DEUS animo ea ſanare vulnera, iis mederi vulneribus, quæ mihi fortuna intulit, impoſuit, inflixit?

AMPLIFIC. DEUS mœrorem diuturnum gravi ſolatio compenſabit; malorum potentiſſimus depulſor, poſt nubila Phœbum, poſt tempeſtates & grandinem ſerenitatem reducet, præteritos dolores novis lætitiis

exæquabit,mœrorem gaudio commutabit. * Fractos atque delibatos metu, propter inusitatam periculi magnitudinem, longiùs in dies serpentem confirmavit, indormientesque mœrore profundissimo excitavit.

CONSOLATIO. Trost. *Consolation.*

SYN. Solatium, levamen, levamentum, levatio, medicina, confirmatio. ADJU. Annua, longior, firmissima & usitata, grata, gratissima, magna, modica, pervulgata, gravior, levis, domestica, maxima, misera, inopina, mitis, necessaria, optima, vera, major, mediocris, multa, *propriæ*, stulta, tenuis, *vel*, vulgaris. (*Ex Cic.*) PHR. Confirmatio animi fracti. Medicina vulneris. Redundans omni suavitate solatium. * Consolationum multæ viæ. Labores mei nonnullam habent consolationem.

AMPLIFIC. Ex ore illius conditè atque consideratè sermo funditur, & in ægri aures illabitur; efficitur consolatio dolentis: alleviatio mœroris, & ægritudinis medicina. * Consolationes tantâ curâ, tam diligenti stylo, tot artis præceptionibus, tam multis eloquentiæ solidæ ornamentis elucubratas, excultas, expolitasque videmus; quid putatis; eos vel fecisse, cum linguâ, non calamo: vivâ voce: non graphio dolore sauciis medebantur?

SENTENTIÆ. Consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. (*Jerem. 31.*) DEUS totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ. (*1. Cor. 1.*) Si paupertas angit, si luctus mœstificat, si dolor corporis inquietat, si ulla calamitas vexat; adsunt boni homines, qui non solùm gaudere cum gaudentibus, sed flere cum flentibus nôrunt: leniuntur aspera, relevantur gravia; & superantur adversa. (*Aug.*) Consolationum multæ sunt viæ; sed illa rectissima: impetret ratio, quod dies impetratura est. (*Cic.*)

SI-

SIMILITUD. Ut unguentum non ſolum delectat olfactum, verùm etiam remedio eſt adversùs malè olentia : Sic in malis bonorum memoria conſolatur. (*Plut.*) Ut medici vetant admoveri remedia, cùm morbus in acceſſu eſt, ac ſævit ; ſed cùm ſe remittit : Ita ad primos illos iræ aut doloris motus non eſt adhibenda conſolatio, vel admonitio : ſed ubi tempore cœperunt eſſe leviores. (*Sen.*)

CONSORTIUM. Gemeinſchafft/ Geſellſchafft. *Compagnie.*

SYN. Conſuetudo, ſocietas, converſatio. ADJU. Bonum, pravum, peſſimum. PHR. **Ich hab einen ſonderbahren Wohlgefallen in meines Bruders Geſellſchafft.** *Je me plais extremement en la compagnie de mon frere.* Libentiſſimè utor Fratris mei conſuetudine. Ejus conſuetudo voluptatem mihi parit maximam. Nuſquam ſum libentiùs, quam ibi, ubi eſt Frater. * **Sich in böſe Geſellſchafft begeben.** *Frequenter les mauvaiſes compagnies.* In conſuetudinem improborum ſe dare, ſe immergere. Jungere conſuetudinem & familiaritatem cum improbis. Uti conſuetudine malorum hominum. Conjungere ſe cum ſceleratis hominibus. Se ſocium adjungere ad homines perditos; illos ſequi; cum illis coire ; comitem ſe illis præbere. Inire, *vel*, coire ſocietatem cum improbis. * **Er hat meinen Cameraden verführt.** *Il a ſeduit mon Camerade.* Suarum corruptelarum illecebris meum irretivit Socium. Integros Commilitonis mei mores ſua corrupit pernicie. Corruptela ſuorum morum eum inquinavit atque infecit; ſuâ prorsum perdidit & labefactavit nequitiâ. * Malus ipſe fies, ſi malis convixeris. * **Ich will die böſe Geſellſchafft meiden.** *Je veux fuir les mauvaiſes compagnies.* Volo nefarios cœtus effugere; improborum conſortium deſerere ; demigrare ab illorum conſue-

ſuetudine ; ab illorum ſocietate recedere ; illorum conſuetudinem exhorrere ; illorum commercium perhorreſcere ; me abſtrahere à malis hominibus.

AMPLIFIC. Pravum ſodalitium, præſentaneam ingeniorum peſtem fugite. Nam ab homine homini quotidianum periculum. Sumuntur, inquit Philoſophus, à converſantibus mores : & ut quædam corporis vitia in contactos tranſiliunt ; ita animus mala ſua proximis tradit. * Non ſodalium improborum blanda ſuaſio ; corruptorumque juventutis importuna invitatio, vel injecto metu longioris laboris, vel propoſitâ ſpe majoris delectationis quempiam veſtrum nunc ſtantem, corrumpat tandem, flectat, deturbet, & in otium turpe fœdumque præcipitet. Hi ſunt proni ad voluptates, proclives ad delectationes, ſuavitatum amatores. * Quid te admoves huic igni ? ſecede, propiùs accedis & ambureris ? Quid ignem damnas ? te damna. Si te removeris, nihil eſt quod metuas flammas : ſin propius acceſſeris, temeritatem tuam accuſa. * Cavebit puer ab improborum conſuetudine. Unum enim vitii gravioris exemplum in omnem ætatem nocitura infundit, nec memoria illius niſi cum morte ponitur, ut ſemel vidiſſe, audiſſe æternum ſit ; quemadmodum ſemel hauſiſſe venena, ſemper eſt. Quid ? quòd una non rarò indecora lectio etiam canos comitetur, unusque inverecundior proſpectus Davidis in Berſabeâ dare conſueverit, ac licet in eâ ætate ignorata plurimum ſcelera, ubi ad alteram acceſſerit ſceleribus maturam, obverſatur innoxia olim, nunc nocitura ſpecies animo, & quæ aliquando ignara, conſcia fit criminum, ſolâ præteritorum memoriâ recrudeſcente.

SIMILITUD. Ut flumina per ſe dulcia, cum in mare venerint, ſaleſcunt : Sic homines haud mali, ex agris in urbem redacti, tactu inquinantur, & mixtione (*Lips.*) Pacatiſſima intuere flumina, quæ lenti-

titudine suâ cursum oculis eripiunt; incumbunt venti, exsurgunt fluctus & mansuetum illud elementum, quod ovium instar ignorare motus videbatur, in leoninas exasperatur iras. Eadem de animo, ad innocentiam & virtutem nato, cogita, si pravo malignoque contubernio adjunxeris, imbibit malignitatem. (*Scriban.*)

CONSPICILIA. Brillen. *Lunetes.*

SYN. Conspicilla, *orum*: Speculare. ADJU. Manuaria, simpla, pellucida, tubulata, *vel*, canaliculata, fistularia, crystallina, pretiosa, obscura. PHR. Brillen auffsetzen. *Metre des lunetes.* Conspicilla induere, inducere, adhibere, sibi aptare. * Gemina illa sidera oculorum caligare incipiunt, & ad vitrea auxilia devolvor. * Oculi jam fessi tenebrant ad adscititium lumen? Rem tibi dico; Ego ille olim Lynceus, aut ut fabulam omittam, visu serpens defeci, & pro ætheris illis oculis ad vitreos confugi, *Cœcutit, & nisi vitrea auxilia sublevent, vix leget.

CONSPIRARE. Zusammen schwören. *Conjurer.*

SYN. Conjurare *in aliquem.* PHR. Conjurationem, *vel*, Conspirationem conflare adversus aliquem, *vel*, in alicujus necem. Alicui exitium moliri, pestem machinari, perniciem struere. Redintegrare Conspirationem. Cum Tyranno illo consociarunt Consilia pestis suæ. Socium & adjutorem esse conjurationis.

CONSPIRATIO.

SYN. Consensus, Conjuratio. ADJU. Pernicioſissima, incredibilis, magna, sceleratissima, tanta. PHR. Scelerata machinatio in Patriam. Flagitiosa Conspiratio. In alicujus perniciem conspiratio. Impetus conjurationis. Pericula & insidiæ Conjurationis.

nis. Autor, princeps, dux Conjurationis. Erumpit, palam volitat jam Conſpiratio. Cognita jam & conſtricta tenetur Conjuratio: Patet Conſpiratio. Retundere tela conjurationis. Vocari in ſuſpicionem Conjurationis. Extrà Conjurationem eſſe.

AMPLIFIC. Non ſe privatis parietibus continet mali vis. Inita occulta primum, mox etiam aperta adverſus DEUM, adverſus Regem & Reginam, adversus omnes rectè ſentientes ſcelerata conſilia.

CONSTANS. Beſtändig. *Conſtant.*

SYN. Firmus, ſtabilis, gravis, præſens, perpetuus, conveniens, robuſtus, æquabilis, moderatus. (*Ex Cic.*) PHR. Singulari conſtantia præditus: In ſumpto vitæ genere firmiter hærens. Qui animo eſt infracto. Qui animi firmitudinem obtinet. Cujus animus tot tantisque malis frangi, debilitarique non poteſt. Qui de ſtatu naturæ dimoveri nullo adverſo caſu poteſt. Qui inter ſerenos & nubilos ſoles eundem vultum præ ſe fert, & inſtar Heliotropii ad ſuum ſemper reſpicit Phœbum. Qui nulla vi tempeſtatum, & concurſu calamitatum labefactari convellique poteſt. Qui perſtat in gradu ſemper, interritus periculis, infractus malis, invictus adverſis, calamitatibus inexpugnabilis. Qui inconcuſſam tot inter adverſa retinet firmitatem animi. * Er iſt ein beſtändiger Mann. *C' eſt un homme doué d' une grande conſtance.* Homo gravis eſt, conſtans, magnâ præditus gravitate atque conſtantiâ. Animo conſtanti eſt, firmo, ſtabili, immutabili, gravi, minimè levi. Animo minimè fluctuat, vacillat, titubat, claudicat, labitur. Nihil in eo levitatis eſt aut inconſtantiæ. Nihil leve committit. Nihil inane cogitat. Nunquam deſcendit àſeipso. Nullam in illo infirmitatem animi, nullam conſilii mutationem deprehendi. Tuetur conſtantiam in recta ſententia. * In ſei-

nem

nem Vorhaben beſtändig ſeyn. *Eſtre conſtant dans ſa reſolution.* In ſententia perſtare, perſiſtere, perſeverare. In propoſito ſuſceptoque conſilio permanere. Scientiam retinere, tueri, ſervare. Nunquam diſcedere à ſeipſo. Conſtantiam tueri. Propoſiti ſui eſſe tenacem. Firmitatem animi tenere. Conſtantiam adhibere. Firmitudinem animi adhibere.

Er iſt in ſeinem Glauben beſtändig. *Il eſt conſtant dans ſa Religion.* Maximâ conſervandæ Religionis conſtantiâ clarus. Conſtantiæ & fidei plenæ documentum dat. Spiritûs ſancti ductu veritatem doctrinæ cœleſtis non cognovit ſolùm, ſed animo etiam infracto atque conſtanti profeſſus eſt. Non tantùm liberè Religionem profeſſus eſt, ſed eam etiam magno animi ardore atque conſtantiâ defendit. Qui divinis literis innutriti ſunt, non debent incolumitatis ſuæ causâ, ullam ſyllabam ſanctæ Scripturæ prodere, aut in diſcrimen adducere. Pro Religione tantâ conſtantiâ propugnavit, ut omnes ei adverſantes partim exilio, partim morte vindicare conatus. Conſtanter & intrepidè veritatem confeſſus eſt.

AMPLIFIC. Qui in omnibus ſuis rebus obeundis admirabilem conſtantiam, & incredibilem quandam æquabilitatem immutabili prorſus æternitate tueri ſolent. * Quam recens natus ſanctitatis lucem à DEO ſortitus erat, retinuit & conſervavit in vitâ; qualis pueritia, talis adoleſcentia, qualis juventûs, talis ſenectus ipſius fuit; duntaxat radii illi virtutis eximiæ in orbem univerſum poſtea ſunt diffuſi, qui anguſtiis paternæ domûs, natalisque provinciæ limitibus nequaquam continebantur. * Qui in rebus adverſis eſt patientiſſimus, nullis periculis, nullis calamitatibus animo cadit; ſed alacri ſemper animo, & imperturbato, quidquid accidit, moderatè fert, nullis deliciis, nullis voluptatibus delinitus, ſed alacriter vitia repellit, & Sirenum voces, ac Circes pocula de-

deſpicit. * Inſidiis non territus, minis non mutatus, carcere non fractus, contumeliis major & excelſior, tanquam quædam Marpeſia cautes, ventos, ictus, procellas, & fluctus riſit, contempſit, ſuperavit. * Quem non voluptatum illecebræ, non dolorum faces, non divitiarum ſplendor, non obſcura & contempta paupertas, non honorum ſitis, non ignominiæ metus, non vitæ cupiditas, non mortis terror convellere, ac labefactare poteſt. * Quem neque rei difficultates à ſuſcepto conſilio deterruerunt, neque vitæ ſuavitas ab inſtituto curſu avocavit; neque otii priſtini deſiderium ab incredibili celeritate retardavit. * Altus contra omnem caſum & erectus, uno tenore æquabilis. * Ut fluvii quidam per media maria tranſire dicuntur, & ſervare ſuam undam: Sic tu per tumultus, ut ſalſedinem nullam trahas ex hoc mœrorum pelagô. Jacebis? conſtantia te tollet; vacillabis? ſuſtinebit; ad lacum properabis vel ad laqueum? ſolabitur & reducet à limine mortis. (*Lips.*) Quem neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit unquam de ſuo curſu, aut ſpe, aut metu dimovere. * *Legatus* animi ſit excelſi, quem non arma, non minæ, non tormenta terreant; qui nullis adverſis frangatur, nullis cedat; cuique per dura & aſpera, tanquam per amicas exercitationes creſcat animus; & cui mens ſemper inter ardua major. * Qui non modò blandimenta vitiorum ridet, ſed à cœptâ virtute nullâ plagarum atrocitate dimoveri poteſt. * Quem inde propoſita ſceleris præmia, regium decus, Veneris lenocinia, opum affluentia; hinc fœdi carceres, armati ſcorpionibus lictores, ardentes rogi, aliaque ſuppliciorum inſtrumenta deturbare à rectâ mentis virtutisque orbitâ nequeunt. * Quis ſibi tunc, ô Virgo, ſenſus, quis animus fuit? cum inter illas Tyranni furias, Carnificum lanienas, extremamque barbariem infracta perſiſteres?

Age

Age ergo Fortuna, congredere cum Carolo, intende vires, para laqueos, instrue machinas, acue tela, irrumpe, tona, fulmina, aërem verberas; tuos ridet ignes laureatum Caput invictissimi Principis, tuas vires comprimet, artes dissuet, laqueos abrumpet, declinabit tela, machinas dissolvet manus fortissima. Oppone ardua? superabit. Avia; pervadet. Aspera? complanabit. Perfringe omnia, reparabit. Dejice? eriget, perdet, restituet. Imò imò pudeat te descendere in arenam cum eo, qui toties tibi palmam extorsit è manibus. Ita est Carole, invidit Divinæ fortitudini tuæ superba illa rerum humanarum Domina: Sed frustra. Debeant illi suas lauros Alexandri, Philippi, Epaminondæ, Scyllæ, Pyrrhi, Timoleontes; injectas in cassas victorias Timothei, direptas unâ luce civitates septuaginta Æmiliani, sex & viginti coronas, Armillas centum supra octoginta, erepta trigesies hosti spolia, hastas duodeviginti, phaleras quindecim, torques octo, Sicinii Dentati; dormierint in ejus sinu Servii: in tentorio Viti quieverint, in pulvinari caput reclinarint Demetrii, ejus cervicibus incubuerint Juliani; esto blandâ manu deduxerit Octavios, collocarit in apice rotæ Trajanos, Galbas pro foribus expectarit, militaverit sub signis Romanorum, alumnis suis pacarit maria, his tempestates, his ad nutum elementa subdiderit, aliis diruras in tabellis urbes, captivos Reges, hostes suo natantes in sanguine, montes aureos obtulerit, Tecum pugnavit Carole ut cum hoste; quod ingens fuit & ejus timores, & tuæ fortitudinis argumentum: sed experta est vindicem: percussit illa te severiùs, sed nacta est adamantem; provocavit ad luctam, sed inconsulta vocavit ad palmam; enixa est tibi suffurari lauros, has fulmineo gladio defendisti. Totum est tuum, quidquid es. Coactis undecunque

nubibus, coronæ tuæ lucem aut extinguere, aut flantibus ab occidente ventis eam excutere, contendit è capite; ſed quemadmodùm Corona celeſte ſydus ſtat lucida inter turbines, & ſuo fixa in cœlo dum aër tumultuatur, ſic tuæ ſerenitas, ſtipatis tot circumquáque nebulis perturbari nulla-tenus potuit. Altiſſimam cœli regionem non infeſtant procellæ. Imò & inde ſplendorem traxit, ubi fatalibus tenebris involvenda videbatur. Coronatur mare, unde turbatur. Curvantur in triumphalem arcum nubes, quæ ruinam portendebant; ambitioſa miſerarum artifex, huic tuo diademati ſpinam inſeruit, has mutavit in gemmas patientia; earum ſenſiſti aculeum, ſed volens, ſed eo vultu, quo purpuram. Student Principes Lothareni exprimere in ſe Chriſtum Heroum Principem, in ſcuto Gentilitio gerunt Cruces purpurati ſuo ſanguine Imperatoris inſignia, ſpinas olim auro prætulit Bullonius. Excitavit circa te tempeſtates, ex quibus ſine metu ſemper, & ſicut emerſiſti. Non mergitur fluctibus projecta in altum rupes, ſed abluitur. Euriſtheo & Junone crudelior mille te laboribus exercuit; Exhauſiſti omnes Hercule Semideo fortior, Par Deo, qui ſuâ fultus æternitate videt omnia perpetuo motu circumagi immotus loco, qui inverſo elementorum ordine, turbatis naturæ legibus, diſtractâ contrarias in partes orbis univerſi machinâ par conſtat, ſibi ipſi lex, ſuæ ipſe centrum quietis. Sub ictu mallei non deteritur, adamas politur vulneribus, non fatiſcit palma ſub onere; ſed inclinata validiùs reſurgit; Spartana eſt vera fortitudo, nutritur Ærumnis nobilis Amazon. In te conjecit telorum grandinem; ſupra omnem teli jactum rua te virtus evexerat; non poteſt à Xerxe Sol telis confodi. Exteris bellis urbes tuas impetiit, nunquam turbavit animum domeſticis, cum foris omnia ſusque deque verterentur, tecum eras pacificus tui Rex & ſubditus, niſi forte

quòd

quòd te ipſo in dies ſuperior evadebas. Armatos in te concitavit exercitus; vidiſti, ſuſtinuiſti, repuliſti. * Minatus es fulmina; ſed ſterile tonitru fuit. In Laureatos Auſtriadûm vertices nihil potuit, qui vel ipſum Fulmen norunt fulminare. Nubes quam coactæ in aërem ſagittæ condenſarûnt, Cœlo quidem diem potuit eripere; ſed non animis ſerenitatem. Ignis quem laribus & templis ſacrilego furòre minabaris, fumo quidem latè diffuſos involvere campos valebat; nihil tamen fumi Auſtriacæ virtuti illinere. * Stetit ergò ubi collabuntur fortiſſimi, inter aulæ pericula, ad orbis cœlique ſtuporem inconcuſſus *Leopoldus*: ſtetit in auguſto parentis ſolio ſervo ſubmiſſior; inter medios libidinis æſtus Joſepho fortior, inter aulæ Syrenes Ulyſſe conſtantior; continentior in luxu Pythagorâ, in auro Iro pauperior. Audivit canoros applaudentium odarum ſtrepitus, ſed contempſit: cùm emineret omnibus, deſpexit neminem; cùm laudaretur, non audivit; cùm blanditiis mulceretur, non ſenſit; virtutis ſplendorem omnem indûtus, latendi ſemper ſtudio agebatur; videri ab omnibus dignus, videri erubeſcebat. Acceſſit ad moderanda Auſtriæ gubernacula turbulentiſſimo tempore, ut labantem unus, ſed conſtantiſſimus Atlas, fulciret Olympum. Et ruiſſet fortaſsis concutiente totas in circuitu regiones Martis furore, niſi in eos humeros incidiſſet, qui æque ſcirent, ac valerent inſtantem ruinam prohibere.

CONSTANTIA. **Beſtändigkeit.** *Conſtance.*

SYN. Firmitas, ſtabilitas, gravitas, æqualitas, perſeverantia. ADJU. Admirabilis, incredibilis, immutabilis, innumerabilis, conveniens & conjuncta, diuturna *animi*, humana, ſumma, magna, perpetua, placida conſtansque, placida & quieta, ſingularis, fixa & fundata, candida Dillaiva. (*Ex Cic.*)

PHR. Animi firmitas, *vel*, robur, Firmum consilium. Status constans, & perpetua ratio vitæ, *vel* perpetuitas. Tranquillitatis internæ portus. Constantia, & propositi boni consummatio.

AMPLIFIC. Constantia est rectum & immotum animi robur, non elati externis aut fortuitis, non depressi. * Lenitas & Constantia maximè illustria sydera sunt in choro virtutum. * Constantiæ vera mater Patientia & demissio animi. Constantia Virtutum Coryphea. * Miranda animi constantia, quam nullus aries labefactet insultantis verberantisque fortunæ, nulla tempestas communium temporum evertat. Constantiæ beneficio posthuma suæ libertatis privilegia etiam vinctus animus præguſtat. * Qui publicum subit, non uni caput discrimini objicit, metam se fortunæ statuit; cui nè succumbat animus, cor arcem induat,, in quâ generositas agat dictaturam, & nec machinis violari, nec ullo hostium robore superari se sinat. Pro vallo sit innata humano cordi profunditas, muros judicii tenacitas cingat, propugnaculorum vices magnanimitas obeat, vigilias teneat ratio, pro stratagemate ingenium serviet, & quem hic metuet? Nemo vincitur adversis, nisi prostratæ virtutis homo. Flammas eructet invidia, tu festivos tibi ignes excita; cuniculos struat vafrities, ejus tumulos esse crede; si sanguinem eliciat crudelitas, eo nomen Æternitatis Fastis inscribe; si vulnera furor intentet characteres gloriæ, eosque non mutos, sed maximè vocales lege, sicque ipsa inimicæ sortis victoria tibi lauream comparabit. Scilicet sæpe amara radix dulces fructus germinat. Aquilones serenant polum. Discrimina, quæ tu pateris, te virum probant. Inimici te impetunt, sta: proscindendo se ipsum atterit vomer rusticus, dum interea læsa tellus fruges parit, & in laureas adolescit. Lacessunt æmuli, contemne: se ipsum torquet arcus, fatigat, seque deprimendo sagit-

gittam impulsu elevat. Adamantes, quot insertos coronæ Princeps numerat, totidem infigat pectori, ut casibus omnibus superior, fortis incudem superet, & malleos fabris exarmet. Malè contra reget onerariam, nisi adversis pariter, & prosperis argonauta ventis noverit remigare. Mala molliter accepta, mollia fiunt, & prout excipis, sinistrâ, vel dextrâ, ita tuum immutantur ad arbitrium. Etiam ex aridissimâ thymo nôrunt mel conficere, qui apes sunt. Firmiùs pedem figet, quem turbo aliquando tentavit: qui semper securus fuit, pericula cavere nescit: nescit timere, qui timenda expertus est nunquam. Torpescunt, quæ sine motu quiescunt aquæ, salubriores vivunt, quæ saxis identidem illiduntur, sumuntque à verbere vitam. Augetur flamma, dum premitur: & virtus adversa perpessa nitidiùs micat. Pretiosa maris pericula unionibus addunt pretium. Illa plùs diligimus, quæ majori cum discrimine obtinemus. Facilè parta facilè contemnuntur, desiderata dulcescunt.* Ut Columna, quæ recta stat, imposito magis pondere firmatur: Sic altas rectasque mentes oportet non cedere oneri, sed obniti. * Non ut pulvis aut paleæ ab omni vento, sic nos rapi à perturbatione debemus: sed hanc coërcere, & animum pondere illo Rationis & Sapientiæ stabilire. V. FORTITUDO. PATIENTIA, &c.

CONSUETUDO.

SYN. Mos, Assuetudo; institutio, usus, *vel*, vita communis, ritus, habitus, institutum. Convictus, ADJU. Accusatoria, vetus, indocta, non satis avida, diuturna, elegans, lasciva, bona, interior & splendidior *loquendi*, vitiosa & corrupta, pura & incorrupta, unctior splendidiorque, civilis, communis, pristina, propria, consularis aut senatoria, indigna, *valdè indignæ philosophiâ*, dissoluta, domestica,

ſtica, familiaris, jucunda, jucundiſſima cum aliquo & ſumma, quotidiana : Immanis ac barbara, incondita *antiquorum*, jucundiſſima, judicialis *fori*, libera *peccandi*, non contemnenda, magna, mala & impia, mala ac moleſta, mirifica, popularis & forenſis *dicendi*, ſenatoria, vulgaris. militaris, multa & jucunda, notiſſima, regia, nova *judiciorum*, perdiuturna, ſuperior, periculoſa *ſentiendi* & publica, perpetua, quotidiana, vitioſa, uſitata, obſoleta, praviſſima, hominibus inſita, à majoribus relicta, æquitati conſentanea. (*Ex Cic.*) PHR. Altera natura. Artifex ſuavitatis. Magiſtra non contemnenda doloris ferendi. Jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit Lex. (*Iſid. Hiſp.*) Quæ tempore confirmata eſt; & ad naturam ſimilitudine quàm proximè accedit. (*Greg. Thau.*) **Es iſt der Brauch.** *C' eſt la coûtume.* Mos hic omnium eſt. Conſuetudo eſt. Inſtitutum eſt. Moris eſt, conſuetudinis, inſtituti. Mos obtinuit, invaluit, increbuit. Conſuetudo ſuſcepit, inveteravit. In more poſitum eſt. Uſu venit, fit, accidit. Communi in uſu, atque hominum more verſatur. Mos communis ita fert. Ita fert omnium conſuetudo. Nemo non itâ conſuevit. Illud in conſuetudinem venit. Omnibus hoc eſt à naturâ tributum, inſitum. Ità naturâ comparatum eſt. Uſu, more comparatum eſt. Habent hoc omnes à naturâ. Ita facti, ita inſtituti naturâ omnes ſumus, lut, &c. * **Es iſt ein alter Brauch.** *C' eſt vieille coûtume.* Vetus hic mos eſt, vetuſtus, antiquus, priſcus, longævus, obſoletus : Jam diu inſtitutus : Inſtitutus primis, vetuſtis temporibus; Remotiſſimus à noſtrâ memoriâ; Ultimæ, antiquæ memoriæ, ætatis. Conſuetudo ſuscepit· Mos Majorum fuit. Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque Majorum. Majorum uſus poſitum. Erat in patriis moribus. * **Du treibeſt Narren-Poſſen**

nach

nach deiner Gewohnheit. *Tu badines selon tu coûtume.* Nugaris, ut tua consuetudo fert: Ut tuæ consuetudinis est, More tuo. Pro tuâ consuetudine. Pro more tuo. Solenne illud tuum servas, ut nugeris. Antiquam obtines consuetudinem, ut ineptire pergas. Institutum tenes tuum, ut nugas agas, Es idem nugator, qui soles, *vel*, qui consuevisti. * Die Gewohnheit zu schwören verliehren. *Perdere la coutume de jurer.* A jurandi consuetudine discedere, recedere. A juramentis desuescere, desitefieri. * Ich will ihn schon von dieser Gewohnheit abbringen. *Je luy feray perdre cette coûtume.* Illum ab hâc consuetudine revocabo, avocabo, divellam, abducam, abstraham. Illi hanc consuetudinem detraham, eripiam. Illum à mendacio desuefaciam. * Das gewöhnliche Recht. *Droit coûtumier.* Jus usuarium. Jus usu contractum, usione natum, moribus inductum, consuetudine statutum.

AMPLIFIC. Magna vis est consuetudinis, quæ non facilè, cùm inhæserit, extirpari potest; sed quasi in naturam abit, itaque fit, ut juventus nostra postquam adoleverit, nè si voluerit quidem, has infantiæ delicias prorsus exuere possit. Quem à parentibus filii, parentes ab avis, avi à proavis, proavi ab atavis morem acceperunt. Tantam vim habet Consuetudo perversa, ubi paulò altius in hominum animis insederit. * Tam molestam Præceptoribus, tam cum Philosophorum optimorum doctrinâ pugnantem, tam à rectâ ratione alienam; tam à Christianâ modestiâ abhorrentem consuetudinem, indignam nobilitate vestrâ, indignam moribus,, indignam ingenio, nè in Gymnasia nostra introducatis, rogo vos atque obtestor per ingenuitatem vestram.

SENTENTIÆ. Consuetudo laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem. (*Cic.*) Corruptelâ malæ consuetudinis igniculi extinguuntur à natura da-

ti. (*Idem.*) O conſuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis & audacibus. (*Idem.*) Deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant vitia, mores ſunt. (*Sen.*) Non ratione imponitur, ſed conſuetudine abducimur. (*Idem.*) Educatio & diſciplina mores facit: & id ſapit unusquisque, quod didicit. (*Idem.*) Graviſſimum eſt imperium conſuetudinis. [*Idem.*] Nihil tam firmum eſt in rebus humanis, quàm veteris conſuetudinis tyrannis, [*Chryſoſt.*] Conſuetudo eſt altera natura. (*Idem.*] Ut callus tempore factus adimit ſenſum: ita diuturna mala conſuetudo facit, ut leviùs feramus. (*Plin.*) Conſuetudo res valida eſt, & ad rectitudinem rationis ac ſermonis probanda. (*Greg. Nyſſ.*) Magna conſuetudinis vis, quæ rebus etiam difficilioribus ſolet voluptatem quandam aſpergere. (*Idem.*) Multum in bonis & malis valet conſuetudinis vis: Neque admoneri opus eſt, ſed animo quoque alibi occupato, ipsâ conſuetudine veluti quodam animato Magiſtro impellente, manus ſponte formant ad ſalutaris impreſſionem ſigni. (*Chryſoſt.*) Magna vis eſt conſuetudinis veteratæ. (*Arrian.*) Eligenda eſt optimæ vitæ ratio, quam conſuetudo reddit ſuaviſſimam. (*Ludov. Pal. Com.*) Natura commiſſura ſupplementumque conſuetudo eſt. (*Nier.*) Secunda natura conſuetudo prima. Illa artificialis Natura, aut iſta conſuetudo naturalis. (*Idem.*)

CONSUL. Burgermeiſter. *Conſul.*

ADJU. Popularis, ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis, cautus in periculis, non timidus in contentionibus, certiſſimus, fortiſſimus & inimicus, cincinnatus, gravis & fortis, horridus & ferus, clariſſimus, imperioſus, impius nefariusque, modeſtus legumque metuens, cupidiſſimus otii, ſtudioſiſſimus bonorum, acerrimus contra ſeditionem, inimiciſſimus alicui, graviſſimus & clariſſimus, integer, di-

Digitized by Google

diligentiſſimus, vehemens; vigilans, diligens, fortis, conſtansque, honorificus, improbus, iners, lenior, præclariſſimus, vehementiſſimus & fortiſſimus, ſenior in regendâ Republicâ, moderatiſſimus & conſtantiſſimus, nobiliſſimus & fortiſſimus, ſalutaris & diligens, optimus & præſtantisſimus, paludatus; ſapientisſimus poſt hominum memoriam, teterrimus atque turpisſimus, moderatisſimus, imperioſus, vehemens, ſceleratisſimus, nequisſimus, effœminatisſimus. (*Ex Cic.*)

PHR. Vir conſularis. Tutor annuus Reipublicæ. Publici conſilii princeps. Politicus Magiſtratus. Politicæ rei Præfectus. Qui conſulatum gerit; qui conſulatu fungitur. Qui ad conſularis dignitatis faſtigium provectus eſt. Summum in Urbe decus. Qui conſularem adeptus eſt celſitudinem. Cui curia curæ eſt. Penes quem faſtigia [vel potius faſtidia] urbanarum rerum exiſtunt. Urbis fræna tenens, urbis ſortitus habenas. Quem penes eſt Urbisque ſalus legũque poteſtas.

Consulatus. ADJU. Antiquus, bimeſtris, clarisſimus atque optimus, divinus, fatalis, paratisſimus alicui, ſalutaris, pernicioſus, vituperabilis, urbanus. (*Ex Cic.*] PHR. Antiquisſima poteſtas in Republicâ.

AMPLIFIC. Quorum patrocinio univerſa civitas conſervatur; non publicarum tantum rerum; communiumque fortunarum, quod eorum proprium eſſe videtur, curam ſibi ſuſcipere ſatis eſſe judicant, ſed mores noſtros etiam rectè informare, vitam honeſtè inſtituere, mentes à pravis erroribus ad ſanctisſimæ religionis cultum revocare ſtudent. * Quid id, quod ad vitæ tranquillitatem & imperii perpetuitatem accommodatum, ſummopere curant, & effrænatas improborum hominum cupiditates ſanctisſimarum legum fræno coërcent, benefactis juſta præmia,

Digitized by Google

malefactis meritas pœnas conſtituunt, & ita homines ſub imperio continent, ut omnia fugienda turpitudinis,& honeſtatis adipiſcendæ causâ ſibi facienda eſſe ſtudeant. * Conſul plenus majeſtate, gravitate, plenus conſtantiâ, in ſenatu de communi bono foris ac domi, de cuſtodiâ urbis, de legibus obſervandis ſolicitus. * Columen patriæ, curiæ lumen, aſylum pauperum, Eccleſiæ præſidium,ſcholæ literarumque omnium fautor, tutor, parens. * Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna majeſtas conſulis: Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non recipit levitas iſta, non egeſtas animi, non infirmitas ingenii ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum, tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram.

CONTEMNERE. **Verachten.** *Meſpriſer.*

SYN. Deſpicere, ſpernere, aſpernari, negligere, abjicere, rejicere. ADV. Apertè, conſtanter, omninò, ſeveriſſimè, magnoperè, mirificè, penitus,planè, præclarè *res humanas*, rectè *pecuniam*, valde,vehementer, viciſſim. (*Ex Cic.*) PHR. Aliquem deſpicatui, *vel*, oſtentui habere: inane ac leve exiſtimare: pro nihilo putare: faſtidiosè dedignari: contemptim habere: nihili pendere: flocci non facere: habere in extremis, *vel*, in poſtremis: in minimis ponere: nullius pretii ducere: in nullo pretio habere: nihili æſtimare: infra ſe ducere: minimùm curare.Seſe aliis inſolentiſſimè anteferre. * **Die Reichthummen werden von den Weiſen verachtet.** *Les Richeſſes ſont meprisées des Sages.* A Sapientibus Divitiæ contemnuntur, rejiciuntur, reſpuuntur. Apud Sapientes poſtremum locum Divitiæ obtinent; nullo ſunt loco, poſtremæ ſunt conditionis, minimi ſunt ponderis, nullius ſunt momenti. Poſtremæ omnium rerum homini ſapienti ſunt opes. * Deſpi-

ſpicientia rerum humanarum adhibenda eſt. * **Ein verächtlicher Mann.** *Un Homme méprisé.* Homo abjectus, contemptus, deſpectus ab omnibus, inglorius & ignobilis, deſpicatiſſimus & contemptiſſimus, deſpectus atque abjectus: qui nullo loco, nullo in honore eſt: qui nullus eſt: qui prorſus jacet: qui inops eſt ab omni prorſus exiſtimatione: qui nullum apud homines locum obtinet. Qui ludibrio & deſpectui eſt. Qui inter arenas jacet ac nænias ſine gloriâ, & pruinoſis pannis ſordet absque gratiâ. * Non plus curanda hæc eſſe arbitror, quàm culicem elephantus, muſcam teſtudo reformidare conſuevit. E fundo ornatiſſimo dejectus, ignominiis omnibus appetitus. Illo nihil prope erat abjectius, nihil humilius, nihil deſpicabilius. Quibuscunque antea radiis virtutum effulſerat, eorum omnium per carceris interpoſitionem ſubiit Ecclipſin. Et quantò obſcuriore depreſſioreque tenebatur in angulo, tantò deſpicabilior reputabatur.

AMPLIFIC. Adeò delicato nobiliſimarum faſtidio literarum plerique laborant; ut illæ jam ad cognitionem per difficiles, ad ſermonem inſuaves, ad uſum penè inutiles exiſtimentur. * Sic iſti artem præſtantiſſimam intelligentiæ ac rationis acumine, hoc eſt, principe dominantis animi parte tum ſpoliant, contemptam videlicet abjectamque infra infimam quamque diſciplinam irridentium probris ac ſalibus exponunt.

SENTENTIÆ. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium. (*Prov. 22.*) Homo aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur. [*Eccli. 23.*] Non ſunt contemnenda quaſi parva, ſinè quibus magna conſtare non poſſunt. [*Hier.*] Contemne divitias, & eris locuples: contemne gloriam, & eris glorioſus: contemne ſupplicia inimicorum, & tunc eos ſuperabis: contemne remiſſionem & quietem

ctem, & tunc eam recipies. (*Chryſoſt.*) Si beatus vis eſſe, cogita hoc: primùm contemnere, & ab aliis contemni. (*Sen.*) Facilè contemnit omnia, qui ad contemptum ſui venit. Vis ergo habere omnia, contemne omnia. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Bucephalus Alexandri M. equus, cum nudus eſſet, equiſonem in tergum admittebat: ornatus regiis phaleris, neminem ferebat, niſi Regem ipſum; in reliquos omnes ferociebat: Ita quidam tenues quemvis ferunt: divites acti deſpiciunt vulgares. [*Plin.*]

CONTENTUS. Zufrieden. *Content.*

PHR. Contentus ſum rerum mearum ſtatu. Sufficit, ſatis eſt, abundè eſt quod habeo. Meâ ſorte contentus vivo. Acquieſco fortunæ meæ, rebus meis acquieſco, conquieſco. Majora non appeto. Continet ſe intra hos fines animus meus; Non ſe longiùs effert; Non ſe tollit altius; Non excurrit; Non prolabitur. Vivo, duco, traduco, ago vitam quietam, tranquillam, facilem, ab omni curâ vacuam, ab omni Moleſtiâ remotam, ſejunctam, ſegregatam, disjunctam. Tranquillè, quietè, otiosè prorsùs ago, vivo. Habeo expeditum vitæ curſum. Summa eſt rerum mearum tranquillitas; ſumma animi mei quies. Tranquillo, quieto, ab omni curâ, vacuo, ſoluto, libero animo ſum. Omni vaco perturbatione. Sum ſine moleſtiâ, curâ, ſollicitudine. Sum omnis expers curæ. Procul abſum à moleſtia. Nullis angor curis. Nullâ vexor ſollicitudine. Incredibili animus meus tranquillitate fruitur; Nullâ curâ animus meus fluctuat, jactatur, agitatur, commovetur. Nullis angor curis. Nullâ vexor ſollicitudine. Incredibili animus meus tranquillitate fruitur. Quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat.

CON-

CONVALESCERE. **Wiederum geſund werden.** *Se mieux porter.*

SYN. Sanari, conſaneſcere. ADV. Commodiſſimè, impunè *ad pernicieim*, tardiùs *ex morbo.* (*Ex Cic.*) PHR. Valentiorem fieri: ex morbo evadere; è gravi morbo recreari, *vel*, creſcere. * **Es wird mit dieſem Krancken beſſer.** *Ce malade commence à ſe mieux porter.* Meliùs huic ægroto fieri cœpit Melior eſt, *vel*, fit. Ex invaletudine ſe reficit. Meliuſculus eſt ægrotus. Meliusculus eſſe cœpit. Ei meliusculè eſt. Ei meliùs fit. Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe gaudeo. A moleſtiſſimo morbo revalui, imò revixi. Nunc cum DEO favente revalui, & Gallum debeo Æſculapio tuo. In ipſo fari limine ſtabamus: vivo tamen clementis DEI judicio palam. Meliuſculus ſum, & virium aliquid a ſpirituum recepi. Laxat me, & velut commeatum liberiorem dat valetudo. Aſſurrexi ex morbo. Ex longinquitate graviſſimi morbi ſum recreatus. Ex incommodâ valetudine emerſi. Quàm commodiſſimè convalui. Gravitate valetudinis jam pauculum videor levari. *Fac bellus revertare. V. ÆGER.

CONVERTERE. **Bekehren.** *Convertir.*

PHR. Da operam, ut eos de illâ pravitate animi deducas. Revocare aliquem à turpi conſilio. Lex vim habet à peccatis avocandi. * Turcam ad Chriſti fidem convertere, *vel*, in ſuos uſus convertere, adducere, traducere, ad CHRISTUM adjungere. Hominem pravis opinionibus addictum, Catholicæ Religioni reſtituere, ad Catholicam Religionem reducere, revocare. Aliquem ab rerum omnium licentiâ, ad honeſtam vitæ rationem traducere. Hominem ad DEI cultum à vitæ pravitate convertere. Avocare, abducere aliquem à turpi vitâ ad emendationem.

nem. Ad bonam frugem redire, ſe recipere. Ab improbâ peccandi conſuetudine ſe revocare. Emergere è cœno vitiorum. * **Es haben ſich viel Uncatholiſche bekehrt.** *Pluſiers Heretiques ſe ſont convertis.* Multi Hæretici abjurârunt hæreſin; veram CHRISTI fidem amplexi ſunt; ad Catholicam Eccleſiam redîêre; ab errorum caligine, ad veræ ſinceræque fidei lumen venêre; poſitâ contumaciâ, ſalutari ac ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo cervices ſuas ſubjecêre, ſubdidêre, ſubmisêre. * **Dieſer Heyd wird ſich bekehren.** *Ce Payen ſe convertira.* Ethnicus iſte, ejurato falſorum Numinum cultu, Chriſto nomen dabit, ad CHRISTUM ſé ſe adjunget, CHRISTI fidem amplectetur; à profanis ſuperſtitionibus ad Chriſtiana ſacra tranſibit.

Die Heyden und Barbaren werden durch die Prieſter bekehret. *Les Prêtres convertiſſent les Payens & les Barbares par leurs predications, & converſations.* Sacerdotum linguâ lambuntur Ethnicorum & Barbarorum vulnera & ſanantur. Hâc ipsâ limâ deteritur morum aſperitas & feritas abraditur immanitatis. Voce barbaries inveterata de pectoribus animisque deletur. Sermone privato, domeſticis in colloquiis, oratione publicâ in concionibus; catenâ perſuaſionis in utroque molliuntur, manſueſcunt, & in Religionem Chriſtianam, in Europæorum ſocietatem, in oppida & civitates includuntur.

Indien **iſt von dem H.** Franciſco Xaverio **bekehret worden.** *Les Indes ont été converties par S. Fr. Xavier.* Ab Aquilone in Auſtrum Linguæ figurâ longiſſimè India porrigitur, quæ ingenioſo Xaverii labore ac ſudore culta, nativarum cultori ſuo linguarum copiam erudito cum fœnore protulit ac rependit: ut ſimul diſſimiles admirabili compendio in Chriſtianâ religione erudirentur. * Immenſo abſciſſa intervallo extrema rerum India, ad quam vehemens hic ſonitus adeò

ce-

celeriter penetravit: ut ſonorum affulgentis Numinis illapſum tam verè ſenſerit, quàm olim falsò matutini ſolis vicinos ortus ſtrepitumque luciferi currûs exaudiri diceretur.

Der H. Apoſtel Paulus hat die Heyden faſt überall bekehrt. *S. Paul a converti les Payens preſque partout.* Apoſtolus gentes efferatas emolliit, ignaras erudiit, perpolivit incultas, purgavit mortalium animos, ſuperſtitiones ſuſtulit, expulit tenebras, immani ſervitute liberavit, humanitatem intulit, attulit doctrinam, inſeruit religionem, jura & leges edocuit, aperuit iter ad cœlum. Ex quo nullus ferè fuit angulus terræ ita cœcus & abditus, nullus receſſus in oceano Inſulæ ità abſtruſus, quem non ex importunæ tenebris ac fluctibus vitæ in claro admodum & in tranquillo locârit.

Er hat ſich von dem Heydenthum zu dem Chriſtlichen Glauben bekehrt. *De Payen il s' eſt fait Chrêtien.* Repudiato falſorum Numinum cultu CHRISTUM verum DEUM agnovit, & traditam ab eo doctrinam ſuſcepit. **Er iſt wiederum Catholiſch worden.** *Il eſt retourné au giron de l' Egliſe.* Hæreticorum diu fluctibus conquaſſatus, tandem tamen in Eccleſiæ ſinum veluti in portum ſe recepit. **Der H.** Xaverius **hat viel Heyden bekehrt.** *S. Fr. Xavier a converti beaucoup de Payens.* S. Fr. Xaverius plurimos Ethnicos, impio falſorum Deorum cultui deditos, & à Chriſtianâ Religione abhorrentes, repudiatâ ſuperſtitione, CHRISTO initiari coëgit.

GOTT hat mehr Ehr von der Bekehrung eines Sünders als von Erſchaffnng der Welt. *Dieu à plus de glorie de la converſion d' un pecher, que de la creation de l' Univers.* Jucundius honorificentiusque eſt omnipotenti majeſtati, aberrantem ac perditum hominem aliquem ſalvare, (convertere,) quàm univerſæ naturæ molem ex nihilo creare; hominis pec-

catoris tenebras divinâ luce illuſtrare, quàm cœlum tot illis pulcherrimis ac flammantibus ſideribus adornare. * Converſio, divinæ potentiæ ac benignitatis tantum opus eſt; verum etiam tale, in quo aſſiduè laborare ter opt. max. DEUS concupiſcit, ex quo ſummam haurit oblectationem, in quo victoriæ ſuæ trophæum erigere, auguſtiſſimique triumphi honorem collocare non deſiſtit. * Ita vincuntur peccatores omnes à DEO, ut ſeſe liberaliter ſubmittant: ità immutantur, ut vitam ante actam relinquant: ità in triumphum à DEO ducuntur, ut cum DEO ſimul ipſi triumphent.

SENTENTIÆ. Niſi converſi fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum. (*Matth. 18.*) Nihil DEO & Angelis gratius Animæ converſione. (*Amb.*) Cor ad DEUM converſum, eſt mortale templum, eccleſia myſtica. [*Hugo. V.*] Juſto judicio DEI fit, ut quia cum poteſt homo, converti non vult, fortè converti non poſſit. (*Innoc. III.*) Optimus eſt portus pœnitentiæ, mutatio conſilii. (*Cic.*) Pars magna pietatis eſt, velle fieri bonum. (*Sen.*) Converſio dilata difficilior eſt, accelerata facilior. Diabolus enim quantò diutiùs poſſedit, tantò difficiliùs dimittit. (*Antonin.*) Quam diu, quam diu, cras & cras? Quare non modò, quarè non hâc hora finis turpitudinis meæ? (*Aug.*) Diſſoluta & paralytica cogitatio eſt de craſtina cogitare converſione, & hodiernam negligere. [*Idem.*] Nè expectes, ut bonus fias; ſed jam fieri incipias. (*Naz.*)

CONVICIARI. Läſteren. *Mesdire.*

SYN. Calumniari, obtrectare, detrahere. PHR. Omnibus aliquem contumeliis onerare. Maledicè contumelioſèque de aliquo dicere. Alicui contumelioſiſſimè maledicere. Clamore convitioque aliquem ja-

jactare, lacerare, conſcindere. Contumeliam probris onerare. Aliquem convicio verberare : Omnibus probris onerare. Infandas calumnias in aliquem edere. Contumeliam alicui imponere. Abſenti malè loqui. Alicui contumelias dicere, facere.

Ich achte deine Läſter-Wort wenig. *Tes Calomnies ne me mettent guer es en peine.* Ad majores contumelias jam occallui, minùs igitur ad hæc levia commoveor. Ita mea cutis ad hos occalluit morſus, ut tàm leves verborum ictus non admittat. Hiſce tuis convitiis haud aliter commoveor, quàm ſi me aſellus calce feriret. Ad has contumelias, nè pilo magis quidem commoveor. Quod ſcribis de perdito quodam nebulone, qui paſſim mihi detrahit, vis audire quid ſentiam? Omnia ejus convicia ſurdis bibam auribus; patiar etiam, ſi meis oppedat naribus. Aliorum de me opinionem, atque id genus alia, quæ externa ſunt, negligo prorſus & rejicio. Rumores plebejos ad diem curo, ut viatores hoſpicium. Aliorum de me cogitationem non extimesco. Quid de me opinentur mortales, ſusque deque foro. Non verterim manum. Nihil meâ refert, utroque verſùm hoc dicas. Tantum abeſt, ut tuis offendar conviciis, ut etiam gratias agam. Omnem tuam mortificationem edentulam non timeo. Tuas obtrectationes virulentas, omnino ridiculas, ne pili quidem facio, Fumos inanes tuos contemno, nimiamque iſtam inſolentiam retundam. Si me ſtipitem, ſi lapidem, ſi belluam, ſi peponem, ſi bliteum, ſi quidvis aliud facias, non admodùm commovebor, non admodùm refragabor. Facili animo feram, quidquid convicii in me ſparſeris. Sum quidem in me ipſum multarum injuriarum paulò negligentior.

Du läſtereſt mich. *Tu me calomnies.* Evaginatâ me proſequeris linguâ. Effuſiſſimis me invadis habenis. Evaginatâ linguâ meam petis famam. Per-

ſonam meam laceras. Propudioſo me afficis dedecore. De me aſperè & acerbè non ſolùm quacunque occaſione, ſed etiam contumelioſiſſimè ſoles loqui. Scio meipſum à te tertio quoque verbo, contumelioſiſſimè appellari? Me mordicùs laceſſis. A te adverſus nos ſermo habetur, nosque criminoſiſſimè inſectaris. Me mordicùs arripis. Si me vivere doles, falſiſſimis iſtiusmodi ſepelias rumoribus. Non deſinis paſſim in meam debacchari famam, nullâ unquam quamlibet levi laceſſitus injuriâ. Tuæ conviciatrices epiſtolæ ad me usque penetrarunt. Novas excitaſti tragœdias, neque quidquam aperto Marte geſtum eſt: technis cuniculis omnia, ac ſtrophis acta ſunt. Omnia inimicis imples rumoribus, nec tuæ conſulis famæ. Invectivarum ſagitas in omnes vibras. Stolidiſſimè egregias excitaſti tragœdias. Me degravas invidiâ. Me immerentem lethali linguæ veneno ſine fine confodis. Commodis maceras alienis. In me omnes pectoris æſtus effundis. In me animi tui motus effundis. Abundè in me detonatum eſt conviciis.

AMPLIFIC. Meritò Demetrius ille Philoſophus inſignis, intempeſtivos oblatrantum nebulonum morſus, crepitibus ventris planè cenſebat aſſimilandos. *Quid refert*, ajebat, *ſurſumnè an deorſum vergant? Quotidianum tuum ſuſtinebo convicium.*

CONVITIATOR. Läſterer. *Mesdiſant.*

SYN. Obtrectator. ADJU. Maledicus, procax, turpis, petulans. PHR. Morbo maledicentiæ bis cœcus. In aliquem contumelioſus. Qui in alicujus mores impuriſſimum os ſolvit. Qui nihil non cavillatur. Qui dente theonino arrodit omnes. Qui ferocius atque immaniùs oblatrat, quàm credi poſſit. Qui alienam nunquam non lacerat famam. Qui ſceleratiſſimum quodque infamiæ genus inſontibus impingit.

Digitized by Google

pingit. Qui bonorum virorum nomina ſuæ linguæ virulentiâ contaminat. Cui tanta eſt lædendi libido, ut inſontes juxta ac ſontes calumnietur. Qui mendaci atque venenatâ ſuâ linguâ falſisque accuſationibus innocentes nominis famâ atque exiſtimatione præclarâ privat. Qui hoc propoſitum habet, ut glorioſis inimicitiis inclareſcat, & per ruinam alienæ exiſtimationis ad famam graſſetur. Qui in omni colluvione ſcelerum ac flagitiorum execrabilis auſus eſt in eum tam tetra, tam abominanda convicia jaculari, ut nihil impurius ex averni faucibus tota furiarum cohors exhalare poſsit. Natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. Qui Orationis ac Convicii Machinis quaſi admotis innocentes ac immeritos impetit, atque ita impetit, ut omnia aut acriori convicio figat maledicus, aut luculentiori vulnere concidat impius, aut acutiori ſtimulo pungat injurius, aut truculentiori cavillo mordeat furioſus. Qui alios probris conſcindit, & objurgationum aculeis meritiſſimos cruentat. Qui alium contumelioſè adhibet, ignominioſè accipit, contumeliis vexat, lacerat, proſcindit. V. CALUMNIATOR.

CONVICIUM. Läſterung. *Contumelie.*

SYN. Maledictum, probrum, contumelia, ignominia, injuria, maledictio. ADJU. Grande, grave, juſtiſsimum, honeſtiſſimumque, *levia atque inepta*, *nugatoria*, magnum, turpeque, ignominioſum, maximum, quotidianum, tacitum, infandum, manifeſtum, extremum ac miſerrimum, gravisſimum, inſigne ac novum, ſummum, nefarium, pertinax, palmare, *plurima.* (*Ex Cic.*) PHR. Maledictum jurgii petulantis. Contumelioſa injuria. Verbi aut facti contumelia. Orationis acerbitas & iracundia. Voces contumelioſæ, temerè ab accuſatore, nullo auctore, emiſſæ. Obſcœna turpisque dictu

ctu contumelia. Turpis verborum infamatio. (*Hugo C.*) Maledicto nihil latius disſipatur.

SENTENTIÆ. Convicia quis facilè tolerat, cum in ſecreto mentis ad mala perpetranda recurrit. (*Greg.*) Malam conſcientiam haud ſanat laudantis præconium, nec convulnerat convitiantis opprobrium. (*Aug.*) Nihil ſævius, nihil violentius amaris aſperisque ſermonibus: quorum vulnera tantò difficiliùs curantur, quantò faciliùs proferuntur. (*Val.*) Æquo animo audienda ſunt imperitorum convitia: & ad honeſta vadenti contemnendus eſt ipſe contemptus. (*Sen.*) Habet quendam aculeum contumelia: quem pati prudentes ac viri boni difficillimè poſſent. (*Cic.*) Multi cum aliis maledicunt ſibi ipſis convitium faciunt. (*Sen.*) Non poteſt generoſus animus contumeliam pati. (*Idem.*) Si meritò objurgaverit te aliquis, ſcito, quia profuit: Si immeritò; ſcito quia prodeſſe voluit. (*Idem.*) Nulla contumelia eſt, niſi feceris tibi, niſi putaveris. (*Nier.*) Aut judicium contumelia eſt, aut mendacium: Si judicium, ad eruditionem patientis eſt: ſi mendacium, ad pudorem dicentis: adiice, aut in ancipiti eſt, & dubium, & tunc ad interpretationem bonam. (*Idem.*)

SIMILITUD. Jaculum ſi in ſolidum aliquid inciderit, nonnunquam in mittentem retorquetur: Ita convicium in fortem & conſtantem virum tortum, recidit in convicium facientem. (*Plut.*) Ut ſi vel inimicus oſtendat lutum adhærens veſti, non rejicis in illum, ſed abſtergis: Ita ſi quis oſtendat maculam vitæ, non regerendum eſt convicium, ſed abſtergenda labes. [*Idem.*] Qui conviciatur, eſt ſicut canis macelli, qui ſemper os portat ſanguinolentum. (*Bonav.*)

CONVIVIUM. Baſtmahl. *Feſtin.*

SYN. Epulum, Sympoſium, Epulæ. ADJU. Delicatum, *flagitioſa, muliebria*, præclarum, gladiatori-

torium, *impura*, pudicum, ſobrium, tempeſtivum, gratum, jucundum & gratum, *honeſta*, *nocturna*, *intempeſtiva*, maximum, mirificum, moderatum, turpe, *modica*, publicum, *tempeſtiva*. (*Ex Cic.*) PHR. Accubatio epularis amicorum. Cœna convivalis. Convivale prandium. * **Ein ſtattliches Gaſtmahl.** *Un feſtin magnifique.* Convivium lautiſſimum. Epulum magnificentiſſimum. Convivium argento, veſte, omni apparatu ornatuque viſendum. Epulæ profuſæ, conquiſitiſſimæ. Cœna pontificia, pontificialis, adjicialis, dapalis, pollucibilis. * Non modò non eſt parcum, ſed elegans convivium. In apparatu epularum nihil hic receſſit à magnificentiâ. Convivium magnificè ac ſplendidè ornatum. Opiparè paratum convivium. Lautæ, lautiores; ſolemnes epulæ. Menſæ conquiſitisſimis epulis extructæ. Convivium, perdicibus, phaſianis, coturnicibus, pavis, lepuſculis, ferinâ, tantisque aliis omne genus deliciis & eſculentis ſuperfluens, ut hujus reſpectu memorabilem Cleopatræ cœnam ſorbere dixiſſes. Convivium nimiùm apparatum. Cibus vehementer opiparus ac ſuavis. Cœna opipara, variisque inſtructa ferculis. Ut dicam ex animi mei ſententiâ quod ſentio, neque Saliares dapes, neque Pontificum cœnas, non Siciliæ luxum, aut Perſicos apparatus, huic menſæ prætulerim. Convivium magnificè & ſplendidè ornare, opiparè inſtituere. Menſam cibis exquiſitisſimis adornare, conquiſitisſimis epulis inſtruere. Convivium ſumptuoſum ac magnificum, exquiſitisſimis ſtructum ferculis, in quo ciborum affluentia & nitor ex æquo certant. In quo Convivæ contenti animo benevolo conveniunt, ut non tam *Ventrem*, quam *Mentem* paſcant. * Mensâ poſitâ omne genus eduliorum ſolidorum, & illibata fercula juſſit apponi.

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. (*Prov.* 23.) Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. [*Luc.* 6.] Convivia externa & popularia devita. (*Epict.*) In conviviis ſuo quisque arbitratu vel abſtinet appoſitis, vel fruitur. (*Idem.*) Conviviorum devitandæ ſunt celebritates: teritur enim officiis pudor, audacia emicat, riſus ſubrepit, modeſtia ſolvitur. (*Ambroſ.*) Refert Auguſtinus, documentum ſibi ab Ambroſio traditum, ut vitaret convivia, quibus terminus temperantiæ exceditur. [*Antonin.*] Convivia ſumptuoſa, damnum ſine honore conferunt. (*Bern.*) Sæpe Convivium ebrietatis eſt theatrum. (*Clem. Al.*) Convivia peragi ſinè culpâ vix poſſunt. (*Greg.*) Facilè contemnitur Clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium, ire non recuſat. (*Hier.*) Laudent te eſurientium viſcera; non ructantium opulenta convivia. (*Idem.*)

COR. Hertz. *Cœur.*

SYN. Pectus, corculum, præcordia. ADJU. Calens, molle, vegetum, acerbum, disſimile, exiguum, exile, victum. (*Ex Cic.*) PHR. Pars in Animante princeps. Vitæ fons. Venarum fons ſanguinisque, qui per omnes corporis partes copiosè per alveos ſuos dimanat. (*Plato.* Fons caloris & principium ſanguinis, & principium omnium motuum, rerum delectabilium, & offenſibiliu m. (*Ant. Pad.*) Sed nihil hoc Cordis vaſculo amabilius, quo tanta rerum continetur immenſitas. Cor præſtantioris animæ ſedes, vitæ domicilium, fons ſanguinis, & quaſi perpetuus caloris focus, quo vigente omnia vigent, intereunte marceſcunt, atque dilabuntur. **Dieſes thut mir weh in meinem Hertzen.** *Cela me fait mal au cœur.* Ex eâ re ſummo animi dolore afficior; acerbiſſimum ca-

capio dolorem. Illud me vehementer excruciat. Id effodit animum meum. * **Das Hertz bewegt ſich ſtets.** *Le cœur bat inceſſament.* Perpetuo Cor micat in pectore. Micantis Cordis perpetua ſentitur in pectore motio. Continuò Cor palpitat. * **Haſtu dann ein ſo hartes Hertz / daß es weder durch Mitleiden / noch durch Bitten kan erweichet werden?** *Avez vous donc le Cœur ſi dur & ſi inexorable, qu'il ne puiſſe étre ny amolly par la compaſſion, ny fléchy par la priere?* Adeò ne ingenio eſſe te duro atque inexorabili, ut neque miſericordiâ, neque precibus molliri queat? * **Auß gutem Hertzen.** *De bon Cœur.* Ex animo. Pleno ſtudii animo. Ex intimo animi ſenſu. Studioſisſimè. Libenti animo. Propenſo animo. Propenſisſimâ voluntate. Magno ſtudio. Summâ voluntate. Egregiâ animi alacritate. * **Mit freudigem und wohlbedachtem Hertzen.** *De gayeté de cœur.* Exultantis animi quâdam veluti laſciviâ. Quaſi prurientis animi procaciore quodam impetu. * **Er weiß das Innerſte meines Hertzens.** *Il connoit le font de mon cœur.* Intimos animi mei receſſus introſpicit. Cognitum habet ac perſpectum animum meum. Penitiores animi mei receſſus ei patent. Conſiliorum meorum omnium arbiter eſt, & arcanorum ſocius & particeps. * **Das Hertz ſagt mir / es werde einig Unglück erfolgen.** *Le cœur me diſoit, qu'il arriveroit quelque mal.* Præſagiebat animus, *vel*, animo præſagiebam, præſentiebam, eventurum aliquid infortunii. Aliquâ permotus animi divinatione, calamitatem aliquam pertimeſcebam. * **Sein Hertz eröffnen.** *Décharger ſon cœur.* Ægritudinis levandæ causâ, aperire alicui animum ſuum. Doloris leniendi gratiâ, latentem animo ſenſum alicui detegere. Apud aliquem virus acerbitatis ſuæ evomere. Conceptum acerbitatis virus in alicujus ſinum evomere.

AMPLIFIC. Cor Dux in homine, veluti arce ali-

quâ firmâ pectore munitur: caſtra ſua non in extremâ, ſed mediâ corporis parte habet: Legatis ipſis pulmonibus utitur, qui externi aëris inſpiratione cordis calorem mitigant. * Vitæ fontem, caloris nativi ſedem, vitalis ignis foculum appellare libet, fornacula quædam eſt, ubi ſanguis à jecore transfuſus nativo igne recoquitur ac perficitur; & partim per venas, ad alenda membra transmittitur; partim in tenuiſſimum ſpiritum commutatus, per arteriarum ductus in totum corpus diffunditur, ad ea mirabiliter præſtanda, quæ non eſt hujus loci definire.

SENTENTIÆ. Sicut Cor eſt ſpeculum DEI, arca DEI, ager DEI, ita & caminus DEI. (*Bonav.*) Theſauri virtutum in arcâ cordis claudendi ſunt cerâ humilitatis. (*Idem.*) Mare eſt cor noſtrum, furore turbidum, rixis amarum, elatione tumidum. (*Gloſſ. Ord.*) Aurem cordis tribulatio aperit, quam ſæpe hujus mundi proſperitas claudit. (*Greg.*) Anchora cordis eſt pondus timoris. (*Hier.*) Cor homanum toti mundo non ſufficit. (*Hugo V.*) Cor ad DEUM converſum eſt morale templum, Eccleſia myſtica. (*Idem.*) Parvum eſt Cor, ſed magna capit: vix ad unius milvi refectionem ſufficere poteſt, & totus Mundus ei non ſufficit. (*Hugo V.*) Humano quid incomprehenſibilius corde? quemadmodùm latebris fovetur innumeris, ita & latitudinem infinitam inhabitat. (*Laur. Juſt.*) Sit cordis tui habitaculum mundum, ornatum, dilatatum & clauſum. Mundum ſit à ſordibus polluti amoris, ornatum virtutum floribus, charitate dilatatum, prudentique clauſum cuſtodiâ. (*Idem.*) Cor inſtabile, & à bonis cogitationibus vacuum, nidus eſt Diaboli. (*Th. Kemp.*) Templum ſanctum eſt DEO, Mens pii: & altare eſt optimum ei Cor mundum & ſinè peccato. [*Sixt. Phil.*] Eſto janitor Cordis tui, nè intret peregrinus. [*Anon.*] Cordis duritiam imber compunctionis emollit.

lit. (*Greg.*)Duritia cordis pacis ſtudio caſtigata moleſcit. [*Val.*)

CORONA. Eron. *Couronne.*

SYN. Diadema,Corolla. ADJU. Aurea, civica, laurea, multiplex, maxima, *longæ*, publica, ſubita. (*Ex Cic.*) PHR. Inſigne regni, *vel*,regium Corona aurea magni ponderis, admirabili opere perfecta, multis ingeniis pretii gemmis unionibusque relucens. * Corona multiformis, variis floribus ſublimem deſtringens verticem. * Corona & aureis filis ſericoque fulgens, quæ pulcherrimâ texturæ induſtriâ aliquantulum eminebat. * Corona omnibus illis pretioſis oneribus regiorum munerum, gemmatis Agalmatis gravium luculentior. * Corona aurea laureâ triumphalique nobilior, quæ eſt ſimul tum argentum periculoſæ pugnæ, tum fortitudinis ſingularis inſigne, tùm nobiliſſimæ merita merces debitaque victoriæ. * Corona aurea terra fulva eſt,pœnali ergaſtulorum labore eruta, ut multùm maris pomis,ac exemptitiis è piſcium cerebro lapidoſitatibus prægravata. * In aliis non rarò præter aurum nihil in vertice coruſcat, ſed tua hiç mentis immenſæ capacitas coronatur, nec majores coronato Capiti radios affundimus,quàm diffundas. Coronæ aliis coronis gloriæ ac honoris ſunt; tibi primordia, non quod tibi ſatis gloriæ non fuerit ante coronam, ſed quod ingloriosè geſtis nullam, ignarus termini, coronidem patiare. Nec impreſſum capiti pondus aureum ita mentem opprimit, ut hæc in rem boni publici non ſubvolet. Et pondera nempe morum imprimunt, niſi quod Baſilicum id regalis coronæ pondus,quantum nos infra te deprimit, tantum te ſupra vulgi Procerumque capita attollit, adeoque unus inter omnes non ſecus eminere indicio Coronæ comprobaris, ac aurum inter metalla. Expal-

leſcit hoc aurum inter metalla. Expalleſcit hoc aurum, ſe, fæcundum conſilii caput unicâ exornare glebâ, unde ſerenius ipſa eluceſcit.

SENTENTIÆ. Ubi multæ ſunt Coronæ, ibi multa ſunt certamina. [*Amb.*] Quantò erit acrior impetus belli, tantò denſior Corona. (*Aug.*) Moleſta eſt lucta, ſed fructuoſa: quia ſi habet pœnam, habebit & Coronam. (*Bern.*) Præliemur viriliter, ut à DEO coronemur perenniter. (*Bonav.*) O Corona, magis nobilis quàm felix! quàm ſi quis verè cognoſcat, quàm multis curis, multisque periculis & miſeriis plena ſit, nec humi quidem jacentem tollere vellet. (*Val. Max.*)

CORPUS. Leib. *Corps.*

SYN. Corpusculum, membra, artus. ADJU. Adverſum, ardens, clarum, grave, ingens, medium, obliquum, obſcurum, pennatum, plumatum, rutilum, ſemiferum, ſuperum, varium, validum, ægrum, ſanctiſſimum, ſanum, alienum, *aſpera, & levia, & hamata, & uncinata*; caducum & infirmum, extremum, humanum, infinita & individua, caſtum, immane, *diuturna*, figuratum, *levia, rotunda, terrena concretaque, viva*, unum, debile & infirmum, effectum fragile, *humana, immortalia, infirma*, inſipiens, firmum, gravidum, *individua*, vitioſum, illuſtre, immortale, ſempiternum, mutabile, ſquammoſum, *ſolida*, imperfectum ac rude, reliquum, impudiciſſimum, impurum ac infandum, *mortalia*, incultum & horridum, inviolatum, maternum, modicum, mortale, muliebre, pennigerum, & non armigerum, planum & æquabile, totum, vacillans. [*Ex Cic.*) Animæ moleſtum, innoxium.

PHR. Membrorum mira compages. Corporis noſtri compago. Vas aut receptaculum animi. Inſtru-

Digitized by Google

ſtrumentum quoddam animæ, & tanquam veſtis, & ſtola Animæ. (*Cyrill. Hier.*) Ductus ſtatusque corporis ad dignitatem non arte compoſitus, ſed ſuâ ſponte concinnus. * Ex oſſibus illis fundata ſunt Corpora, & nervorum colligatione devincta. Corpus etſi per ſe immobile & extenſum, tamen vitam motumque ab animâ ſumit.

AMPLIFIC. Corporis figura ingenio noſtro habilis atque apta : cumque beſtias prono corpore ad paſtum, & reliquas corporis voluptates abjeciſſet, homines tanquam ſpectatores tantæ fabricæ ad cæli & aſtrorum conſpectum DEUS excitavit, ut illud ipſum domicilium erecti contueantur, quo illis eſt omnis hujus vitæ curſus dirigendus. * Corpus humanum animi tabernaculum, imaginis divinæ templum, tanto naturæ artificio fabricatum, expolitum, exornatum, ut Ariſtoteles, Cicero, Galenus cæterique Philoſophi ac Medici; ut Baſilius, Ambroſius, Nyſſenus, Theodorus, atque alii Theologi omnes in ipſius conſideratione propemodùm obſtupeſcant: & Galenus inprimis in religioſiſſimas exclamationes, divinæque ſapientiæ laudes erumpens, identidem appellare non dubitet divinum corpus noſtrum, quod animo divinitatis principi non eſſe poſſit accommodatius: non veretur affirmare, tantam eſſe DEI ſummi artificis ſapientiam in collocatione pedis in corpore, quanta eſt in poſitione Solis in mundo: nec minoris artis atque admirabilitatis eſſe fabricationem oculi in capite, quàm ſolis ejuſdem ſtellarum principis in cœlo. * Datus eſt menti Reginæ pro regno Mundus; pro imperio rerum Univerſitas; pro regiâ domicilium corporis pulcherrimè deſcriptum in fani ſpeciem, artificio mirabili, non auro, gemmis, ebore, marmore, ſed oſſibus, nervis, carne, venis, ſenſibus, pretioſioribus rebus ædificatum, in quo perſecando Philoſophi obſtupeſcunt, in contemplando Theo-

Theologi ſtupefacti mirantur: pro arce caput in celſiſſimo tutiſſimoque loco ſitum, in quo voluntas ceu palatio & prætorio; conſcientia eſt à ſecretis, Memoria ſanctius ærarium, ſupellectilis cella, totiusque theſauri cuſtodia; facultates reliquæ animi, ſunt adminiſtræ; ſenſus interiores, cubicularii, laterumque ſtipatores.

SENTENTIÆ. Corpus ſocius eſt animæ minimè clemens, valde injuſtus. (*Nier.*) Non aliud ſolidum & conſtans corporis voluptati hæret, niſi ægritudo animi, dolor, pœnitentia: hæ ſunt delectationis Sirenes, voluptatis nuclei. (*Idem.*) Illa anima beſtia eſt, quæ corpus ſuum non tractat ut beſtiam. [*Idem.*] Tardi ingenii ſignum eſt, in rebus corporis immorari. (*Epict.*) Quid natus ſim ſcio: imbecillum corpus, fragile ad omnem contumeliam projectum, morbi pabulum, mortis victima. (*Lips.*)

SIMILITUD. Sicut fictile vas nihil eſt aliud, quàm coctum lutum; ita & corpus noſtrum nihil eſt aliud, quàm lutum animæ calore ſolidatum; hujuſmodi denique ſi ſæpius decidat, defluit atque conteritur. (*Chryſoſt.*) Verè ſapienterque plerique Philoſophorum Corporis humani fabricam, cum hîc ampliſſimâ ornatiſſimâque mundi ſtructurâ comparârunt: ajunt enim, nihil univerſo rerum ambitu contineri, qui cœli terræque terminis definitur, quod in hâc hominis molitione pulcherrimâ non contraxerit concluſeritque Natura. [*Guinis.*] Utque palam pro foribus ædium principum virorum affixa videmus inſignia, quæ viatorem, loci rudem ac peregrinum, domini luculenter admoneant; ſic in extimâ Corporis facilè, & quaſi veſtibulo mentis, inciſæ viſuntur imagines quædam illuſtres, ſignaque quodammodò coronata dominantis ingenii. [*Idem.*]

Digitized by Google

CORRIGERE. Beſſeren. *Corriger.*

SYN. Emendare, increpare, ſanare, reſtituere, purgare. PHR. In aliquem animadvertere. Alicui correctionem adhibere. Depravata reſtituere, meliorare. Errorem innatum, vel conſuetudine introductum, fræno rationis inhibere. (*Hugo V.*) * Sich beſſeren. *Se corriger.* Animum ad meliora conſilia appellere; ad frugem meliorem ſe ſe corrigere; ad frugem animum applicare; convertere animum à vitæ pravitate; animum à peccato revocare; ad meliora ſe recipere; in viam rectam redire. Perditis in adoleſcentia moribus multi ſunt, qui reſipiſcentes honeſtè vitam inſtituunt: meliorem adepti mentem honeſtioris vitæ exitium ordiuntur; laudabiliorem vitam exordiuntur: Suos mores conformant.

AMPLIFIC. Me poſthac, DEO favente, ut antea peccantem, nec cœlum ſpectabit, nequa terra ſuſtinebit. Stat hæc altè defixa in corde ſententia: Salve ô vitæ dies, ô meæ primum ver renaſcentis ætatis! ô diſcuſſa tandem mentis caligine conſpicua noviſſima ſidera! ô deterſa vaniſſimis imaginibus memoriæ jaculatrices cœleſtium pulchritudinum amicabiles inſidiæ! ô meliorem ardorem beatæ Vulcaniæ, languor amabilis! ô caſtiſſimi amores, animorum robuſta deliquia, obſcœnis cupidinibus jugulatis, de me jam libero dôminatu triumphantes. * Conſcientia convicti, ſi qui ſunt non neſcii malefactorum, erubeſcunt: tum rubore ſalubri perfuſos vis tanta pœnitendi compungit ac ſauciat, ut mutata ratione vitæ, moribusque correctis ad meliorem vitam frugemque revertantur. * Qui, quemadmodùm Circe herbis & cantibus ſuis homines ſtatim convertebat in feras: ita ipſis ſuis ſermonibus ex feris homines faciunt, ideſt, homines ferarum ſimillimos ad virtutem à vitio, ad rationem à furore, à feritate ad humanitatem revocant. * Qui diſſipatos homines unum in locum con-

congregârunt, eosque ex feritate illâ, quâ utebantur, ad juſtitiam atque manſuetudinem traduxerunt.

SENTENTIÆ. Contra medicinam purgationis obſurdeſcere non debemus. (*Aug.*) Cujuscunque hominis pravitas, quantò periculoſior & tortuoſior eſt, tantò inſtantiùs & operoſiùs corrigenda eſt. (*Idem.*) Corrige te primum, qui corrector es aliorum. (*Beda.*) Qui verbis lenibus poteſt corrigi, non debet increpatione exaſperari. [*Idem.*] Multi ſunt, qui alios curare nituntur, ipſi ulceribus ſcatent. (*Naz.*) Quem objurgatio non correxit, emendet pudor. [*Hier.*] Erravimus juvenes, emendemus ſenes. (*Idem.*) Felix eſt, qui vapulat, ubi amoris eſt plaga. (*Idem.*] Optimus, & ad ſanæ mentis inſtitutum moderatiſſimus uſus, redarguendi ratio, & omnium purgationum maxima atque primaria, ut qui errat, redargutione purus evadat. (*Cic.*) Qui corrumpimur rebus proſperis, corrigimur adverſis. (*Salvian.*) E vitio alterius, ſapiens emendat ſuum. (*Sen.*)

SIMILITUDO. Cum Aſinus cecidiſſe videtur, omnes manum porrigere, & pariter erigere ſtudent; Fratrum verò pereuntium cura habetur nulla (*Chryſoſt.*) Sicut nitrum aſperſum aceto crepitat, Ita Cor perverſum aquâ ſapientiæ ſalutaris aſperſum, i. e. quantumcunque ſuavi correctione tactum, ebullit iraſcendo, & crepitat murmurando. (*Hugo C.*]

CORRUMPERE. Beſtechen. *Corrompre.*

SYN. Tentare, depravare. PHR. Aliquem ſubornare, corrumpere largitione, de fide deducere. Alicujus fidem pecuniâ, aut aliâ ratione labefactare, pertringere, inflectere. Den Richter beſtechen. *Corrompre le juge.* Moliri corruptelam Judicii. Corruptelarum illecebris ſolicitare. Judicum fidem, muneribus attentare, tentare, oppugnare, aggredi. Pretio animos

mos Judicum ſolicitare. Judicium pecuniâ tentare. Judices pretio corrumpere, delinire; Judicum fidem pretio labefactare. **Er läſt ſich leichtlich beſtechen.** *Il ſe laiſſe aiſement corrompre.* Pretio addictam fidem habet. Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſe ac fortunas ſuas venales habeat. * Corruptis, contaminatisque Judiciis. Empto conſtupratoque judicio.

CREDERE. Glauben. *Croire.*

PHR. Alicujus dictis credere, fidem habere, fidem addere, fidem adjungere, fidem tribuere. * **Man muß geſcheiden Leuthen glauben.** *Il faut croire les perſonnes ſages.* Æquum eſt, nos experris & ſapientibus credere, dicto audientes eſſe, auſcultare, obſequi, obtemperare; viros experientiâ & ſapientiâ inſignes audire. * **Wann man mir geglaubt hätte, ſo ſolteſt du nun in keinen Sorgen ſtehen.** *Si l'on m'eut crû, vous ne ſeriez pas en peine.* Si mihi recta ſuadenti creditum, obtemperatum, auſcultatum, obſecutum eſſet, jam minimè laborares. Si me audire voluiſſes, nihil jam metueres. * **Glaub veſtiglich.** *Croyez pour aſſeuré.* Sic habeto, velim ſic habeas, pro certo habeas, planè credas, tibi perſuadeas, prorſus animum inducas, cum animo tuo conſtituas, pro explorato, pro certo, pro comperto, oraculi loco habeas, minimè dubitanter credas, perſuaſum atque fixum in animo tuo ſit; ita credas prorſus, ut dubitatio tibi nulla relinquatur, ſuperſit, reliqua ſit, induc in animum, credas mihi itidem ut oraculo; hoc mihi ita credas, ut editum ex oraculo putes. * **Ich kan dieſes faſt nicht glauben.** *Je ne puis presque croire cela.* Vix animum ad hoc queo inducere. Audivi quidem hoc: ſed nunquam adductus ſum, ut crederem. Credo potius inſtabilibus ventis, & navis in mari ſulcantis veſtigiis, & noctis fraudulentis ſom-

niis,quàm hoc credere volo. Hoc credibile fore non arbitror. Credibile eſt, quòd ſine ullo teſte auditoris opinione firmatur. Alicui fidem derogare, abrogare. Non facies fidem. Fidem non invenies, non obtinebis. Non audieris. Difficile erit iſtud ad credendum,*vel*,ad fidem.Illud, *vel*, de illâ re tibi non credo.*Mihi perſuaſiſſimum eſt.*Glaube nicht alſo leichtlich.*Ne croyez pas ſi legerement*. Propelle illam tuæ ſalutis novercam, facillimam crudelitatem. Te usque ad mendacia hæc leviora (in quibus os præcidi, non oculi erui ſolent) credulum præſtas. Nè quid temerè credas Sycophantis de me. Hoc modo tuam velim exoratam Reverentiam, nè quid temerè credat Nicolai Maſtigibus. Cave, nè cui temerè credas. Noli nebulonibus iſtis quidquam iſtiusmodi credere. Nè tàm facilè credas,vel laudatoribus iſtis, vel obtrectatoribus. Epicharmion illud teneto, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temerè credere. Commune munimentum, bonum ac ſalutare omnibus, dixit eſſe Demoſthenes, non facilè credere. Credulitas error eſt magis, quàm culpa, & quidem in optimi cujuſque mentem facilè irrepit.

CREARE. Erſchaffen. *Créer.*

SYN. Procreare, gignere. PHR. Aliquid ex nihilo condere. Primâ naſcentis Naturæ origine,dicentis voce,vaſta hæc rerum extitit Univerſitas.

AMPLIFICAT. Videre illum in Damaſceno campo poſt fundatam terram, libratos cœlos, diffuſum aëra,non jam ſolenni illo diſſyllabo, Fiat, ad quod cætera rerum univerſitas exſtitit, ſed totius Trinitatis impendio, auxiliaribus veluti petitis operis in unius ſtructuram hominis laborantem. Dixit, Fiat: & momento coierunt in orbem Cœli, radiârunt in lucem geminæ Solis Lunæque faces, effulſerunt in gemmas Stellæ, undavit aër, librata eſt ter-

ra,

Digitized by Google

ra; intumuit mare, fluctuârunt lacus, fleverunt fontes, iverunt fluvii, volârunt aves, vixerunt animalia, ſteterunt arbores, viruerunt rami, floruérunt campi, natura omnis venuſtiſsimam in ſcenam digeſta exiliit in theatrum. Unus ut homo, viva cæterarum rerum epitome, univerſi compendium, perfectiorum naturarum epilogus ſuo ex nihilo in animam viventem excitetur, etiam Perſonæ cæteræ in laboris partem evocantur.

CRIMEN. Laſter. *Crime.*

SYN. Criminatio, infamia, ſcelus, flagitium, noxa, maleficium, peccatum, delictum. ADJU. Atrociſsimum, certum, commentitium, fictum, capitale, incredibile, perſpicuum, *certa*, *certiſſima*, *graviſsima*, *majora*, novum, *pauca*, tantum ac tam manifeſtum, verum, levius, *notiora*, commune; ingens, *multa*, decumanum, domeſticum ac vernaculum, falſum, grave ac vehemens, maximum, parvum, ſolutum, *fœdiſsima*, *falſa*, grave, *permulta*, gravisſimum, inane, *maxima plurimaqne*, *reliqua*, *inaudita*, integrum, invidioſum, *levia*, *magna*, *obſoleta*, *quotidiana*, totum, *infinita*, iniquum, ſuſpicioſum, invidioſisſimum & maximum, magnum, genere ipſo majus, probroſum, vinarium, nefarium, novum & ante hunc diem inauditum; obſcurum. (*Ex Cic.*) PHR. Facinus impium, deteſtandum, peſſimum. Scelera tam inſignita. Crimen alicui nequiter affrictum; gentibus omnibus, omnibusque ſæculis execrandum. Summum nefas, eò furioſius, quò conſideratius, juſtitiâ in injuſtitiam tantam adactâ. * **Du begeheſt ein groſſes Laſter.** *Vous commettez un grand crime.* Committis, admittis, in te admittis grave crimen, gravem culpam, noxam capitalem, infeſtum ac immane ſcelus, deteſtabile facinus, flagitium, maleficium ſuſcipis, edis, concipis, perficis, patras,

perpetras, fubis. Sceleratè agis. Iniquiſſimè facis. Graviſſimè peccas. Piaculum committis. Maximo te ſcelere adſtringis, obſtringis, inquinas, contaminas, polluis, inficis, devincis, commaculas. In gravem culpam prolaberis, incidis, incurris. In omni ſcelerum, flagitiorumque genere volutaris. Nullum ſcelus abeſt ab illo ſcelere. In uno illo ſcelere, quod admittit, omnia inſunt ſcelera.

SENTENTIÆ. Domus nulla tam felix, in quâ non aliquod flagitium extiterit. [*Aug.*] Prima libertas eſt, carere criminibus. [*Idem.*] Crimen criminis confeſſione aboletur. [*Caſ. Arel.*] Qui ſemel à recto limite veri itineris averſi ſunt, per præceps & abruptum criminum ſuorum rapiuntur. [*Cypr.*] Evidentia patrati ſceleris non indiget clamore acculatoris. (*Gloſſ. Int.*) Commiſſum Crimen dulce eſt ad momentum, ſed vertitur protinus in exitium. [*Chryſoſt.*] Nihil eſt, quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus. (*Cic.*) Maximum ſcelerum ſupplicium in ipſis eſt. (*Sen.*) V. PECCATUM.

CRUDELIS. Grauſam. *Cruel.*

SYN. Durus, inhumanus, ferreus, ferus, teter, immanis, exorabilis, immitis, importunus, immanſuetus, ſævus, barbarus, truculentus, ferox, trux. PHR. Omnis humanitatis expers. Naturâ aſper. Singulari immanitate & crudelitate præditus. Prædo barbarus atque immanis. Omni duritate atque immanitate teterrimus. Immemor humanitatis. Remotus ab omni humanitate. Barbarâ immanitate efferatus. Anhelans ex intimo pectore crudelitatem. Derelictus ab humanitate. Immaniſſimus ipſe Barbarus, quâvis truculentâ beſtiâ ferocior. Oreſte impotentior. * Sich grauſam gegen einen erzeigen. *Etre cruel envers quelqu'un.* Aliquem crudeliter adhibere. In aliquem exercere, *vel*, adhibere crudelita-

litatem. Inaliquem ſævire, *vel*, eſſe crudelem. Sævitiam adversùs aliquem exercere. Crudeliter agere cum aliquo. * **Du biſt viel grauſamer als die wilde deſte Thier.** *Vous êtes plus cruel, que les bêtes les plus farouches.* Cum immaniſſimis feris crudelitate certas, crudelitate comparandus es. Feras immaniſſimas crudelitate vincis. Senſum omnem humanitatis amiſiſti. Omnem humanitatem exuiſti. Tua iſta crudelitas brutarum animantium ferocitatem non modò adæquat, verum etiam ſuperat. Ea eſt morum tuorum non aſperitas ſolùm, ſed feritas, quam nè immaniſſimæ quidem ferarum omnium attingere poſſint. * Nemo unquam atrociùs ſe efferavit in nocentes. Cujus pectus furoribus expletum cogitatio ſaluberrima nullo potuit perfodere affectu. Qui omni exutâ humanitate ſævitiam imbibit.

AMPLIFIC. Cujus oratio barbarum aliquid ſonat; intuere vultum, eadem in oculis & fronte leges; quæ in verbis: aſpectus torvus, dejectæ genæ, os præfractum ac tumidnm, frons depreſſior, totus denique vultus minitabundus. * Plerique ſe incuria (bellæ) diſciplinæ, ita omnibus erroribus ac piacularibus depravârunt, ſceleribus imbuerunt, & propè exeſâ manſuetudine generis ſui immanè efferarunt; ut poſſit videri nullum animal in terris homine poſtremius. * Cujus oratio decumanos imitatur fluctus à rupibus repercuſſos, & tempeſtates Aquilonibus excitatas, fluminaque è ſaxeis montibus præcipiti curſu ſaltuque delabentia. * Obſurduerunt his precibus aures Tyranni, miſerabili ſpectaculo truces oculi claudebantur, pectus obduruerat ad dolorem: Ferreus evaſerat, omnem humanitatem exuerat, animum belluarum feritas occupârat. V. DURUS. INHUMANUS.

CRUDELITAS. **Grauſamkeit.** *Cruauté.*

SYN. Sævitia, barbaries, immanitas, feritas, acerbitas, diritas, atrocitas, importunitas. ADJU. Arrogans, domeſtica, gravior atque crudelior, immanis & fera, importuna *in aliquem*, inaudita, regia, incredibilis, inimica, inſatiabilis, teterrima, multò melior, ſumma, nefaria, ſingularis. (*Ex Cic.*) PHR. Palmarium immanitatis commentum. Acerbitas morum, immanitasque naturæ. Atrocitas animi in exigendis pœnis. (*Sen.*) Inclinatio animi ad aſperiora. (*Idem.*) Ad eam carnificinam, quam ſupremum vitæ actum fore ſperaverant, addidêre Parergon inauditæ crudelitatis. * Tum quæ efferatorum hominum ſævitia in vivo corpore ſe fatigaverat, in exangue convertit. * Huccinè progredi potuit humana Crudelitas, ut, &c.

AMPLIFIC. Lugebat infelix maritus, ejulabat uxor; cùm interea ſæviret impius ſatelles, tonaret ore, fulminaret manu. Alius ex liberis maternos ſinus, alius patris amplexus & brachia requirebat; hic latebras indagabat: ille fugâ ſaluti conſulere conabatur. Quid famulorum, qui capti ſunt, referam dolores? Quid deſideria; cùm ſe ab amantiſſimis Dominis in crudeliſſimam viderent abripi ſervitutem? Quæ comploratio? Qui gemitus? Qui conatus amicorum irriti? Addo vicinorum querelas, &c.

SENTENTIÆ. O crudelitas humana! ô corda dura, tigridis lacte nutrita! Unde vobis tanta crudelitas? (*Bonav.*) Qui crudelitate paſcitur, beſtialis iracundiæ, & cruenti furoris dominio ſubjugatur. (*Euſeb. Em.*) Crudelitas Tyrannorum, gloria eſt Chriſtianorum. [*Tertull.*) Devita Crudelitatem, & miniſtram Crudelitatis iram. [*Sen.*) Laſſa Crudelitas non eſt vocanda clementia. (*Idem.*)

Digitized by Google

CRUX. Creutz. *Croix.*

SYN. Patibulum. ADJU. Sancta, luctuosa, salutifera, veneranda, celeberrima, pretiosa, ardenti animo concupita, triumphalis. PHR. Crucis lignum, infamis truncus, trabs funesta. Vexillum Crucis. Arbor Crucis. * Einen Creutzigen. *Mettre quelqu'un en Croix.* Aliquem Cruci affigere, suffigere. In Crucem tollere, agere. Cruce affigere. *Das Creutz machen. *Faire le signe de la Croix.* Signo S. Crucis se munire, se insignire Christiano more. Signum Crucis Christiano ritu ducere, exprimere, formare, figurare, effingere. Mit der Hand. *Avec la main.* Ducta in Crucem manu

SENTENTIÆ. Crux est clavis Cœli, Vestis arcæ, navis maris, arbor Danielis, palma fructuum, ferculum Salomonis, baculus Jacob, speculum imitationis. (*Bmav.*) Crux non solùm terræ, sed & cœli fulcrum & fulgor. [*Isidor. Peluſiota.*) Crux est totius beatitudinis causa, discordiæ amputatio, pacis firmamentum, bonorum omnium copiosa largitio; salutis indicium, Sol justitiæ, Spes Christianorum, resurrectio mortuorum, cœcorum dux, desperatorum via, claudorum baculus, consolatio pauperum, frœnum divitum, eversio superborum, triumphus adversus Dæmonas, adolescentum pædagogus, navigantium gubernatrix, periclitantium portus, obsessorum murus, portus orphanorum, tutrix viduarum, libertas servorum. Regum magnificentia, Philosophia Imperatorum, Ecclesiæ fundamentum: orbis terræ tutela: Cornu Ecclesiæ: Christianorum gladius: Sanctimoniæ documentum: Summa bonorum omnium. (*Chryſoſt.*) Crux domini armatura vestra invicta contra Satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypens tela maligni repellens: gladius iniquitatem & angelicas insidias perversæ po-

teſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. Hæc eſt ſalus animæ fœdarumque concupiſcentiarum ſalubre antidotum. (*Idem.*) Hîc Apoſtolo teſte, jam conſummata ſunt omnia, hîc interfectæ inimicitiæ, hîc deletum chirographum, hîc expoliati pincipatus & poteſtates, hîc pacificata, quæ in cœlis, & quæ in terris; hîc denique pretium redemptionis animæ noſtræ Patri copioſisſimè perſolutum. (*Aquaviva.*) Lignum Crucis hoſtium quidem ſpirituum nequitiæ mors eſt: animarum verò noſtrarum baculus, tuta ſedes & vita, in quâ conquieſcunt. (*Macarius.*) Crux ægrotorum eſt medicina, leproſorum purgatio, paralyticorum erectio. (*Ephræm.*) Lumen CHRISTI Crux eſt, per quam orbem illuminavit. (*Ven. Beda.*) Arbor immortalitatis, & planta incorruptionis. (*S. Pantaleon.*) Gloriatio gloriationum eſt Crux. (*Cyrill. Jeroſol.*) Signum victoriæ, quo redempti ſumus. (*Petrus. Dam.*) Cruce Chriſti vexilla militum inſignita ſunt: & Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas Patibuli ſalutaris pictura condecorat. (*Hier.*) Celeberrimam CHRISTI Crucem meritò liceat appellare, non ſolùm terræ, ſed & cœli fulcrum & fulgorem. Nam Creaturam omnem ſuſtentavit; ſupra mundanis quidem gaudium, terreſtribus autem libertatem concilians, & diſſidentia invicem ſibi connectens. (*Iſid. Pel.*) Quid dulcius, quid ſuavius vel cogitari, vel dici poteſt, quàm SS. Crucis myſterium; per quam non ſolùm ab Inferis revocari, ſed etiam in cœlos elevari meruimus? (*Aug.*) O beata Crux! te Patriarcharum fides, te vaticinia Prophetarum, te Judex Apoſtolorum Senatus, te Martyrum victor exercitus, omniumque Sanctorum agmina venerantur, prædicant & honorant. (*Petr. Dam.*) O Crux puriori vitro, rutilantior auro; quæ tanquam vernantibus gemmis & margaritis, membris ornata es Salvatoris. O Crux Lunâ micantior, Sole ſplendidior;

quæ

quæ præ divini magnitudine luminis, ſtellarum jubar & omnia Cœli aſtra præcedis! Tu ſola inter omnia ligna ſylvarum electa es ad humanæ redemptionis officium: Tu pondus illud ſuſtinere meruiſti, cujus virtute Cœlum volvitur, terra ſuſpenditur, & univerſa mundi machina nunquam caſura libratur: Te Tartara metuunt, Angeli venerantur, & omnis rerum creatura miratur: O verè nobilis arbor, quæ de terreno quidem ceſpite orta procedis, & ſuper aſtra Cœli felices ramos expandis, Olim fructus tuus gehennæ erat obnoxius; nunc cedros germinas paradiſo, & vivi ex te lapides prodeunt, cujus ſupernæ Jeruſalem ædificia conſtruuntur. Tu ſalus mundi perditi, tu lux in tenebris conſtituti, tu medicina languentium, tu convaleſcentium, virtus, tu periclitantibus portus, tu evadentibus de fauce mortis aufugium. In te mors cruenta dum accidit, occiditur: autor & ipſe mortis extinguitur, vita hominibus perdita reparatur. (*Idem.*) Crux arbor eſt ſpecioſiſſima: cedro altior, palmâ latior, cypreſſo odoratior, balſamo nobilior, vite fœcundior, olivâ pinguior; ficu dulcior, buxo viridior, quercu fortior, rosâ pulchrior, liliis candidior. [*Th. Kemp.*]

CRYSTALLIUS, vel CRYSTALLUM.

ADJU. Nativa, genuina, germana, pura, pellucida, fragilis. PHR. Cryſtallina glacies. Cryſtalli ſplendor. Cryſtallus Soli maritata. Cryſtallini orbes, *vel.* orbiculi. Orbiculatæ Cryſtalli plagulæ.

AMPLIFIC. Potes præter specularem hunc terræ ſinum, illius præcordia & animum veſtigare. Nè dubites de naturæ benevolentiâ, quam per hoc inſigne præſtantiſſimumque beneficium illuſtrem eſſe voluit; & elaboravit conſpicuum munus in Alpium viſceribus obſcuriſſimis, ſuamque famam in Cryſtal-

lo ut conſuleret, procul à luce atque hominibus conſciis ſpeculum ſuum ſepoſuit: illa quoque ſolitudine illuſtris, ac ſine ſpectatore pulcherrima, eduxit ab ipſis penè umbris hanc gratiam perſpicax hominum ſolicitudo; ut in glacie voluptas nataret, & frigidâ in laminâ cupidines accenderentur. Nimirum expurgato in ſpeculi æquore, veluti opportunis omnem intempeſtatem balneis, formæ excoluntur; ſuique ipſius ſpectatrix mollicies infirmam & lubricam cryſtalli dilaudationem audit oditque ad libidinem. Non adeò fragilis ſit illius nitor, quam obſtinatæ frigorum noſtrorum glacie congenitam naturæ ſubinde ad voluptatem ſummittit. Pendet illa per hexagonas Pyramides ab rupium confragoſo ſinu, fluxarum nivium durisſimo partu ſoboleſcens; ut ames tum amœnum aſperrimorum montium rigorem, pretioſa ſedilia in ſpeculatores oculos exhorreſcentem; videas translucere, ac perpetuâ cuſpide vibratum ſpeculum, jucundè militans, acieque ſuâ luminum aciem demulcens. Ac neſcias, quali manu diverſisſimi obelisci omnes in ſenos angulos paribus intervallis diviſos, ab pronâ baſi ad ipſam usque cuſpidem emineant. Quid quòd revulſa per carioſam injuriam Cryſtallus, & ab tenaci rupe deficiens, ubi caſu in fruſta diſſilit, ſingula hexagonas in ſtellulas clarisſimo interitu ſolvuntur: Faceret profectò rei tam exiguæ uſus portentum, niſi obſtaret miraculo frequentia, & familiare prodigium naturæ, ubi apud nos efformavit, neſcias, utrum nobilitarit Provinciam; cui nè quid eſſet ſingulare, ipſa rerum ſingularium vulgaris copia efficit.

CULPA. Schuld/ Fehler. *Faute.*

SYN. Cauſa, meritum, crimen, reprehenſio, noxa, vitium, erratum, error, lapſus. ADJU. Aliena, inimicitior, magna, major, maxima, minor,

nor, ſumma, tolerabilior, paterna, perpetua, præterita, ſimilis, turpis, varia. (*Ex Cic.*) PHR. Transgreſſio voluntaria legis obligantis. [*Gers.*] Voluntaria inordinatio, *vel* privatio boni. [*Th. Aq.*] Multa in [*Plantinum*,] quæ nunquam ab eo ficta ſunt, conferuntur. Aut omnes extra culpam eſſe, aut uni attribuendam eſſe culpam. Ejus rei culpam in multitudinem conjecerunt. Culpam omnem in me impingito.

SENTENTIÆ. Qui carnem gerit, culpæ obnoxius eſt. (*Amb.*) Culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnam, pœna perducit ad mortem. [*Idem.*] Nulla eſt tam grandis culpa, quæ pœnitendo non habeat veniam. (*Aug.*) Qui culpæ nullius ſibi conſcius eſt, etſi in ſubditorum claſſe cenſeat, regibus omnibus regalior præſtantiorque eſt. (*Chryſoſt.*) Infelix culpa, in quâ locum qualiſcunque non invenit excuſatio. (*Zeno.*) Præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. (*Cic.*)

CURARE. Sorgen. *Avoir ſoin.*

SYN. Laborare, elaborare, ſtudere, procurare, accurare, deſervire, providere, conſulere. ADV. Maximè, ſtudioſè, ſtudioſiſſimè, diligentiſſimè, non mediocriter, PHR. Redeuntibus ſubinde curis angi. Producere ſolicitudinem. Ich werde für dieſe Sach Sorg tragen. *J'auray ſoint, je prendray ſoint de cette choſe.* Illius rei curam geram, curam habebo, ſumam, aſſumam, ſuſcipiam. Illud curabo, illud erit mihi curæ. Incumbam in hujus rei curam. Ad illud incumbam omni cogitatione curâque; Curam atque operam conferam; curam & laborem adhibebo. Curæ mihi erit de illa re. Huic rei dabo operam. Rem hanc mihi curæ habebo. In illa re omnem meam curam & cogitationem figam & locabo.

Hâc in re, cura atque mens mea tota verſabitur. Hinc rei operam dabo, dicabo, navabo, præſtabo, tribuam.

Ich werde mich ſonders angelegen ſeyn laſſen / das alles fertig ſey. *J' auray grand ſoin, que tous ſoit preſt.* Omni induſtriâ, omni ſtudio, omnibus viribus contendam, laborabo, conabor, ut omnia parata ſint, incumbam toto pectore, ſtudiosè diligenterque curabo; Omni curâ & cogitatione incumbam; Conferam huc omnes meas vires, mea ſtudia, curam, induſtriam, operam; Elaborabo quàm potero maximè; Dabo operam, quàm potero diligenter; Studio contendam, quàm licet maximo, ut omnia ſint parata. * **Du ſorgeſt nicht vor deine Geſundheit.** *Vous n' avez point de ſoin de vôtre ſanté.* Saluti tuæ non conſulis, non prospicis. Non reſpicis ſalutem tuam. De tuendâ valetudine nihil laboras, curas, cogitas, ſolicitus es; Curam nullam ſuſcipis; Nulla te cura ſolicitat, tenet, exercet. * **Du ſorgeſt für nichts anders / als für Reichthum zu erwerben.** *Tu n' as point d' autre ſoin, que d' acquerir des richeſſes.* In re familiari augenda totus es. In divitias totus incumbis. Nihil tibi potius eſt, quàm ut copioſus ſis. Tua plane ſingularis cogitatio eſt, ut divitias tibi compares. Tuum omne ſtudium in quærendis opibus conſumis, locas, conſtituis. Eò tantùm ſpectas, Unum agis, Tuum conſilium illud eſt, Eò tuum ſtudium confers, dirigis, ut opibus abundes. * **Ich bekümmere mich nicht mehr umb die Sach.** *J' abandonne le ſoin de cette affaire.* Hujus rei curam depono, abjicio. Animum ab illâ re ſevoco. * **Ich ſorge um nichts.** *Je n' ay ſoin d' aucune choſe.* Ab omnium rerum curatione & adminiſtratione vaco. Solutus ſum, & omni curâ vacuus, liber, liberatus. **Laß dir dein Ampt angelegen ſeyn.** *Ayez ſoin de vôtre Office.* Munus tuum cura, accura, procura. Muneris tui curam

ram gere. Muneri tuo curam impende, adhibe. Da operam muneri tuo. **Dieſer Mann führt dieſe Sach.** *Cet homme a ſoin, a le gouvernement, l' intendence de cette affaire.* Vir ille huic negotio præeſt, præſidet, præfectus eſt: hoc negotium procurat. * Meliùs accurantur, quæ conſilio adminiſtrantur. * Ego penſum meum lepidè accurabo. Penſum meum, quod datum eſt, confeci. * **Er iſt von ſeinen Sorgen entlediget.** *Il eſt delivrè de ſes ſoins.* E mediis curarum undis emerſit. Ex his negotiorum turbis ſe extricavit. Ex his negotiis ſeſe expedivit. Ex mediis negotiorum labyrinthis exiit. Se exolvit tantis negotiorum tumultibus. E tantis occupationibus ſeſe excuſſit. Seſe ex his negotiorum fluctibus emolitus eſt. Ab his curis jam diſceſſit. Eſt liberatus levatus, liber, ſolutus curis. A tantis negotiis ſe ipſum vindicavit, aſſeruit, abſolvit. Ex his calamitatibus enatavit.

Ich frage nicht viel darnach. *Je ne m'en ſouey guere.* Nihil meâ refert. Parvi meâ intereſt. Non magni meâ refert. Non admodum meâ intereſt. Nihil laboro. Equidem haud magno in diſcrimine pono. Hoc & illud juxta pono. Manum non verterim. Susque deque fero. Susque deque habeo. Hoc eſt apud me citra diſcrimen. Citra delectum eſt apud me.

Ich hab viel Sorg und Bekümmernüß. *J' ay beaucoup de ſoins.* Diſcruciant animum curæ. Multâ afficior anxietate. Hæc res innumeris curis meum vehementer angit animum. Ærumnabili curarum robore diſcrucior. Me mea cura coquit, verſatque in pectore fixa, Ægraque mens variis ſollicitudinibus. Multis ſum implicitus curis. Diverſis diſtringor negotiis. Variis diſtrahor curis. Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc & illuc rapitur. Multitudine negotiorum prohibitus ſum hoc facere.

Sum

Sum curis ingentibus æger, intricatus, impeditus, illigatus, illaqueatus, obvinctus, diſpunctus, obſeptus, oneratus curis, oppreſſus, oppletus. Negotiorum fluctibus obrutus. Tot me impediunt curæ, meumque animum diversè trahunt. Ita altè diſtringor occupatione, ut neque interſpirandi ſit locus. Diverſæ vocitant animum in contraria curæ.

Du ſorgeſt fur das Jenige / ſo dich nicht angehet.
Tu te mes en peine des choſes, qui ne te touchent de rien.
Rerum alienarum ſatagere ſoles. Quod tua non intereſt, id non deſinis percunctari. Si quod minùs tuâ intereſt, id te magis angit. Ea curas, quæ nihil quidquam ad te attinent. Tantumnè tibi eſt otii à re tua; aliena ut cures? Omnes tuas curas cogitationesque in aliena confers. De alienis video tibi curæ eſſe. Aliena curam tibi majorem afferre ſentio. Curam in re ponis aliena. Diligentiam in rem adhibes vel confers alienam. Quæ nihil ad te pertinere intelligo, diligentiſſimè ſtudioſiſſiméque omnia curas. Noctes atque dies nihil aliud agis, nihil curas, niſi ut aliena rectè fiant. Curas mandata aliena. Curas negotia aliena.

CURA. **Sorg/Fleiß.** *Soin.*

SYN. Diligentia, ſtudium, cogitatio, meditatio, angor, ſolicitudo, moleſtia. ADJU. Acris, vetus, anceps, gravis, antiquiſſima, gratiſſima, *anxiferæ*, ſagax, *plurimæ*, aſſidua & perpetua *ſalutis*, ad ſalutem publicam pertinens, gravior, maxima, minor, difficilis, digniſſima *virtutis*, divina, domeſtica & maxima, incredibilis, honeſta, major, majuſcula, magna, *maximæ graviſſimæque*, non mediocris, *miſerrimæ*, *optimæ*, parva aut nova, acerba, reliqua, ſempiterna, ſimplex, ſumma. (*Ex Cic.*) PHR. Cura recurſans, animum diſcrucians. Anxiæ curæ, & mordaces ſolicitudines. Vigil, oneroſa, ac ſolicita cuſtodia animarum. (*Antonin.*)

AM-

AMPLIFIC. Cum terram omnem & mare circulatus fueris, cum diu multumque erraveris: nullo angores mari ablues, obrues nullâ terrâ. Nimirum sequentur te, & post peditem equitemque sedebit, ut cum Poëta loquar, alia cura.

SENTENTIÆ. Nihil est, quod non arte curâque, si non potest vinci, mitigetur. (*Plin. Sec.*) Cura homini Crux ac lethale venenum est. (*Naz.*) Animus anxius sæpe necessaria præponit affectui. (*Ennod.*) Mœrores & solicitudines cum præter modum animam distrahunt, suo robore illam privant. (*Chrysost.*) Ex imparibus rebus divitum & pauperum fiunt curæ pares. (*Nier.*) Animus distentus per multa, multis laceretur curis necesse est. (*Ant. Pad.*) Difficilis est cura rerum alienarum. (*Cic.*)

SIMILITUD. Invite quidquid per amputationem admittitur materiæ, id fructibus additur: ita qui reciderit curas supervacaneas rerum sordidarum, plus valebit in rebus seriis & gravibus; aut quo minus est verborum, hoc graviores sententiæ. (*Erasm.*) Est quasi vas vacuum, cui cura deest animarum (*Beda.*) Sicut à fronte rivus, ità à morum suavitate cura pauperum fluit. (*Chrysost.*]

CURIOSITAS. Fürwitz. *Curiosite.*

ADJU. Periculosa, turpis, propudiosa, vitanda, utilis, supervacanea, importuna, sancta, studiosa solicita. PHR. Curiosa rerum reconditarum indagatio. Vana sciendi cupiditas. Nimia diligentia. Studium perscrutandi ea, quæ scire nulla est utilitas. (*Ansel.*) Appetitus & studium inordinatum circa cogitationem rerum. (*Antonin.*) Nihil aliud est, quàm intellectûs humani libidinosa prostitutio, passim quamlibet veritatem amplexantis, & cum ea fornicantis, vel ut veriùs dicam, adulterantis. (*Hugo. C.*) Vitium, quo qui inclinatur apponere studium ve-

vehemens ad res ſuperfluas & minùs utiles, utilioribùs prætermiſſis. (*Gerſon.*) Fames pervalida, & boliſinus inſatiabilis veritatum, (*Hugo C.*)

SENTENTIÆ. Vaga mens! quid per hanc curioſam curam tibi vis? Tangere cæleſtes illos ignes? Liqueſces. Scandere in Providentiæ arcem? Cades. (*Lips.*) Arcana hæc, & ſi ſapimus, propiùs non tangemus ſacrum illum ignem, cujus ſcintillas & ſtricturas quasdam videre homines fortaſſe poſſumus, non poſſumus ipſum. (*Idem.*) Curioſitas cor ſeducit. (*Bonav.*) Magnum malum eſt curioſitas. (*Hugo. V.*)

CURIOSUS. Fürwitzig. *Curieux.*

PHR. Nimiùm in quærendo diligens. Curioſus in re aliquâ. Rerum occultarum indagator curioſus. Alicujus rei ſtudioſus, cupidus, ſolicitus. malorum alienorum obſervator curioſiſſimus, & taxator acerrimus. Naſutus. Qui novarum rerum ſpectaculis inhiat: patrio ſolò aberrat: ignotas terras oberrat: peregrina maria ratibus inarat: plus viæ, quàm vitæ habet.

AMPLIFIC. Non curioſior in Principum conſiliis indagator ſis; nec ſcire velis, quod ipſi ſcire nolunt. Noxia non rarò curioſitas hæc non uni fuit; & plurima principum ignoraſſe meliùs ſæpè, quàm ſciviſſe fuit. Philippides à Lyſimacho Rege rogatus, quarum rerum conſcius eſſe vellet; reſpondiſſe fertur: Omnium, quæ tibi Rex placent, præterquàm ſecretorum tuorum. Prudenter! fieri enim conſuevit, ut non uni tantum ſua Principes committant: quæ ſi vulgata fuerint, in omnes ſuſpicio cadit, ac in innocentiſſimum ſæpè. Nec ullâ plerumque hæc nota deleri ſpongiâ poteſt; nimis enim altè Principum pectoribus hæc ſeu facilitas, ſeu levitas, ſeu infidelitas ſedet. * Aliorum periculis moniti terram malimus lege-

legere, nec altè penetremus nos in hoc mare. Euclides olim interroganti multa de Diis, percommodè respondit: Cætera quidem nescio, quòd odere curiosos. Idem de fato censè: quod aspici non inspici; credi, non cognosci potest. Biantis opinor illud esse: de Diis hoc tantùm dic esse.

Vaga mens! quid per hanc curiosam curam tibi vis? tangere cœlestes illos ignes? liquesces: Scandere in providentiæ arcem? cades. * Curiositas nihil est aliud, quàm intellectûs humani libidinosa prostitutio, passim quamlibet veritatem amplexantis, & cum eâ fornicantis, vel, ut veriùs dicam, adulterantis. (*Hugo C.*) Si servus à Patrefamilias, subditus à Principe rationes exigat, ille contumeliam putet, hic rebellionem: tibi plus animi adversus Deum est: apage te perversa curiositas. * Arcana hæc, & si sapimus, propiùs non tangemus sacrum illum ignem, cujus scintillas & stricturas quasdam videre homines fortasse possumus, non possumus ipsum.

SENTENTIÆ. E^A de re, quæ te non molestat, nè certaveris, & in pluribus ejus non eris curiosus. [*Eccle. 3.*] Qui investigator malorum est, opprimetur ab eis. (*Prov. 11.*) Curiosum genus hominum, ad cognoscendum vitam alienam: desidiosum, ad corrigendum suam. [*Aug.*] Compescat se humana temeritas, & id quod non est, non quærat: nè illud quod est, non inveniat. (*Idem.*) Multò faciliùs invenit Siderum Conditorem humilis pietas, quàm Siderum Ordinem superba curiositas. (*Idem.*) Odi ego curiosulos, qui etiam in divina penetrant, i. e. gygantæo periculo in cœlum scandunt. (*Lips.*) Euclides Philosophus rogatus à quodam: Quales essent dii, quâque re potissimum gauderent? Cætera quidem ignoro, inquit: At Curiosos illis odio esse, certò scio. (*Max.*) Cùm aliis malis nescio quomodò humanam naturam subit morbus

bus ſupervacaneæ indagationis, & importunæ curioſitatis. [*Chryſoſt.*] Nihil minùs convenit Fœminæ; quàm aliorum facta curiosè diſquirere: neque mulieri ſolùm, ſed etiam viro. Quippe impudicitiæ ſingularis potiſſimum id argumentum eſt. [*Idem.*] Curioſitas rerum efficit, non peritum. [*Zeno.*] Quid curiosè quæris inveſtigare, quod tibi non impedit ſcire, nec cognoſcere datur? Imperatoris terreni non licet tibi ſcire conſilia, & vis ſcire divina? Non licet tibi curioſiùs inveſtigare, quæ in terris gerunt, & curioſiùs requiris, quid ſuprà cælum agatur? (*Amb.*) Inquirenti curioſiùs Afro, quid ante mundi creationem feciſſet DEUS? Reſpondit D. Auguſtinus: *Curioſis parabat infernum*: Profanam audaciam gravi dicto compeſcens.

SIMILITUD. Ut Papiliones & minuta quædam animalcula veſpere lucernæ lumen identidem circumvolitant donec amburantur: ſic vaga mens per curioſam curam laſcivit circa arcanam myſteriorum flammam. (*Lips.*) Ut ii qui in Solem acriùs defigunt oculos, eos amittunt: ſic mentis omne lumen, qui eam intendunt in arcana Dei. (*Idem.*) Ut quidam neglectis pulchris picturis, prodigioſas ac monſtroſas mirantur imagines: ut trioculos, cynocephalos, &c. Sic curioſi malis alienis magis delectantur, quàm honeſtis. (*Plut.*)

CURRERE. Lauffen. *Courir.*

SYN. Feſtinare, properare, volare, advolare, fugere. ADV. Subſultim, curſim, rurſum, prorſum; ſurſum, deorſum; PHR. Rapido curſu ferri, tolli, rapi, contendere. Curſu pedum ventos prævertere. Ultrò citroque curſare, curſitare. Stadium currere. * Die Poſt lauffen. *Courir la poſte.* Veredis iter agere. * Curſando totum hunc diem contrivi. Illuc appropera contento curſu. Quò te hinc

hinc proripis? Quo curſum corripis? Equo concitato, admiſſo, emiſſo, ferri. Calcaribus ſubditis, effuſo curſu ire. Rota hæc incitatiſſimè fertur. Omnium domos concurſare. Curſim impetum facere. Pergere ad aliud curſim. Curſu in prælium ire. Curſu effuſo in hoſtem ire, ferri. Ingens die uno curſu ſpacium emetiri. Quantâ pertinaciâ turba negabat, tanto impetu, compoſitos in orbem lacertos rotabam; & per diſſectum inæqualitate itineris agmen immittebam robuſtiſſimum corpus.

CURSUS. Lauff. *Cours.*

SYN. Curriculum, lapſus, itet, navigatio. ADJU. Admirabilis *orationis*, forenſis, inuſitatus *verborum*, *æquales æternique*, *ætherii*, *celeres & certi*, *certi & conſtantes*, *diſpares aſtrorum*, *immutabiles*, magnus, *ordinati*, *perennes ac perpetui*, *rati & immutabiles*, *varii*, æquus, æternus *gloriæ*, maximus, brevis & ſempiternus, *annui*, apertus *ad laudem*, aſſiduus, celerior *ætatis*, *certi*, infectus, legitimus, certus, concitatior, invidioſus, incitatior, contentus, *contrarii*, decorus, facilior *ad gloriam*, *maritimi*, non ignotus, *immoderatus*, incertus, ſecundus, incredibilis, interior, lunaris. atque infimus, *ſempiterni*, maritimus, popularis, medius, *montivagi atque ſylveſtres*, otioſus vitæ, perfacilis, rectus, reliquus, ſimillimus totius vitæ, ſuſpectus honorum, *tanti*, *vagantes*. (*Ex Cic.*) Sinè offenſa ſecundus.

Q. CURTIUS.

AMPLIFIC. Terenti mihi, ac ſæpenumerò legenti Q. Curtii commentarios, deambulare videor in Horto quodam ornatiſſimo, inter pictas areolarum amœnitates, pervenuſtis diſtinctas floſculis, quorum odoribus, invitari me undecunque ſentio, jucundiſſimèque compelli, ut illum legam potiùs; ut iſtum,

aliumque priùs decerpam; cumque mihi ſeſe carpendos ſinguli certatim offerant, nullus occurrit tamen, quem poſthabeam, quem cæteris anteferam; ita proprio colorum decôre, aliis alii præfulgent, ſingulique ſingulos vincunt venuſtate formæ, præcipuâque odorum fragrantiâ. Haud abſimili ratione, Hiſtoriam dum lego Curtii, voluptate quaſi laborat animus, mirâ ſententiarum varietate blandè pellectus, quibus pulcherrimè collucet tota, venuſtiſſimèque diſtinguitur. Una eſt tamen præ cunctis arridens, quam modò, paulò curioſiùs ceu Florem eximium, placet olfacere, attentiusque contemplari. Proh! quàm ſuavem exhalabit odorem, ubi explicata fuerint verborum folia, quibus efformatur! Nihil, inquit, tam altum natura conſtituit, quò Virtus non poſſit eniti. * Hujus alter mentis & conſummati ingenii eſt; Eloquentia grandis ſimul & brevis: ſed nemo tamen in iſtis Q. Curtio aut felicior eſt, aut nitidior. Innumerabiles ſunt apud eum gemmæ.

D

DÆMONIACUS, Beſeſſener.

Poſſidè.

SYNON, Energumenus. ADJU. Miſer, triſtis, ſibi rarò præſens, furioſus. PHR. Ab malo Dæmone poſſeſſus, *vel*, obſeſſus, dirè vexatus; Infeſto Dæmonis hoſpitio captus. Tyrannico hoſpite Dæmonio oppreſſus. Ab Dæmone inſeſſus. A Cacodæmone occupatus. **Einen Beſeſſenen beſchwören.** *Exorciſer un poſſedè, ou le Demon.* Exorciſmos Dæmoni intentare: in Cacodæmonem exercere, librare vibrare. Obſeſſo alicui à Cacodæmone Exorciſ-

mum

mum, *vel*, ſacras obteſtationes adhibere. Vexatum à diabolo piis obſecrationibus procurare. V. Exorcismus.

DAMNARE. Verdammen. *Condamner.*

SYN. Condemnare, improbare, convincere. ADV. Honeſtè, jam quidem, iniquè *à civibus*, palam, voce omnium. (*Ex Cic.*] PHR. Aliquem furti, *vel*, de furto, *vel*, furto, *vel*, crimine furti damnare. Aliquem damnare capitis, *vel*, capite; condemnare rei capitalis; addicere ultimo ſupplicio. Æternis tenebris, vinculisque aliquem mandare. Ad remos addicere; ad triremes damnare, pecuni multare. Alicui multam irrogare. * Einen verdammen offentlich zu leuchten. *Condamner a faire amande honorable.* Infamis & probroſæ transvectionis damnare quempiam. * Judicare alicui perduellionem, *vel*, perduellionis, capitis, pecuniæ, (*ſupple* Pœnam,] * Expenſarum damnari.

Einen zur Höllen verdammen. *Damner.* Aliquem ad Inferorum æternos ignes detrudere, dejicere, præcipitare; ſempiternis ignibus addicere, æternis damnare flammis, addicere cruciatibus æternis. * Durch dieſe Sünd wirſtu verdammt werden. *Ce peche Vous damnera.* Peccatum illud æternos tibi cruciatus pariet; ſempiternas pœnas in tuum caput accerſet: invehet tibi æternas miſerias. * Tenè cœnoſum ac lutulentum longo catenarum tractu in ſtygias fauces importabis? V. Infernus.

DAMNUM. Schad. *Dommage.*

SYN. Pernicies, clades, noxa, detrimentum, jactura, diſpendium, incommodum, malum. ADJU. Magnum, majus, minus, maxima, novum, quæſtuoſum. (*Ex Cic.*) Irreparabile, inopinum, intolerabile. PHR. Contrahere damnum, cla-

dem,detrimentum capere,accipere. **Die Ketzerey hat in Franckreich viel übels / oder groſſen Schaden verurſachet.** *L'hereſie a causé de grands dommage á la France.* Hæreſis multa mala, damna, detrimenta, incommoda, infortunia Galliæ peperit, attulit, intulit, invexit,creavit. Ab hæreſi, ob hæreſin damna maxima tulit,pertulit,ſuſtinuit,paſſa eſt, perpeſſa eſt,cepit,accepit Gallia. Plurimis damnis affecta eſt, graviſſimis malis afflicta eſt, vehementer vexata eſt. In damna plurima incidit, incurrit. Magnæ calamitates ex hæreſi, propter hæreſin acciderunt, evenerunt, obvenerunt, contigerunt, obtigerunt, illatæ ſunt,oblatæ ſunt univerſæ Galliæ, in univerſam Galliam redundarunt. Univerſam Galliam in multas difficultates conjecit, impulit hæreſis. Toti Galliæ exitio fuit,damno, drtrimento, Toti Galliæ exitium attulit, perniciem peperit, ſummam calamitatem ac peſtem importavit. Galliam in ultimum diſcrimen, in miſerrimum ſtatum, in detertimam, omnibusque miſerandam conditionem adduxit. * **Der Krieg verurſacht groſſen Schaden.** *La guerre fait de grands dégats, cauſe de grands maux, apporte de grands dommages à nôtre pais.* Bellum regionem noſtram vaſtat, devaſtat, depopulatur, vexat, affligit, corrumpit, dejicit, proſternit, opprimit; perdit omnia; Quaſi flamma urit & conſumit omnia. Perculſa bello æquè proſtrata jacent omnia. Nulla calamitas eſt,nullum exitium, nihil tam durum, tam acerbum, quod in iſto bello, Regio noſtra non ſentiat, experiatur, ferat, ſuſtineat, perpetiatur. Ecquod infortunium eſt, ecqua calamitas, acerbitas, dirimas, quæ non ex bello naſcatur, oriatur, creetur? Nullius mali expers,nulla vacat calamitate Regio illa, in quâ bellum geritur. Invehitur bello, quidquid mali excogitari poteſt. * Vide, nè quid Reſpublica detrimenti capiat. * Quòd declamationibus noſtris ca-

res, damni nihil facis. * Ich hab dir gar keinen Schaden zugefügt. *Je ne vous ay causé aucun dommage.* Nullo te affeci damno. Nullam tibi injuriam feci. Non tibi nocui. Non tibi damno fui. * Den Schaden / der dir wird zugefügt werden / werd ich ersetzen. *Je repareray le dommage, qu'on vous apportera.* Infecti damni tibi cavebo. Præstabo, *vel*, resarciam damnum, si quod inferatur. Si quid damni contraxeris, resarciam. Videbo, nè ea res tibi sit fraüdi, *vel*, damni. * Schadhafft. *Dommageable à quelqu'un.* Alicui perniciosus, damnosus, detrimentosus, nocens, damnum afferens; alicujus incommodis officiens & obstans. Hoc tibi grandi erit jacturæ. Gravi tibi erit exitio. Pernitiosum & funestum tibi futurum est. Gravem ex hâc re acceptarus es calamitatem. Non jacturam solùm facies, sed & naufragium. Hæc res plurimum tibi detrimenti, magnamque allatura est perniciem. Maxima tibi infundet detrimenta. Multum detrimenti ex hoc capies volumine. In hoc gravem facies jacturam. Afficiet te hoc jacturâ non mediocri. Tibi non vulgarem hæc res est allatura perniciem. * Naufragium feci rei familiaris, periit res mea domestica, actum est de fortunis meis, multum detractum est de fortunis meis, prorsus eversæ sunt opes meæ, perdidi mea bona, evertit me bonis omnibus fortuna, mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit, afflictæ sunt, profligatæ ac perditæ, extinctæ, eversæ meæ res ac fortunæ omnes. * Es ist Schad. *C'est dommage.* Indignum, iniquum est, *vel*, minimè consentaneum est, tam elegantem perdere picturam. Dolendum vehementer est, quòd... Quòd non absolveris: non parum incommodi consequetur.

AMPLIFIC. Harum furiarum & pestium humani generis amentiâ, atque scelere, tantam fecit Ecclesia Christi jacturam, quantam vix multis ætatibus com-

complurium pietas ſingularis, cùm admirabili quodam doctrinæ genere conjuncta reſarcire queat.

SENTENTIÆ. Non eſt bonum, damnum inferre juſto. (*Prov. 17.*) Qui in ruinâ lætatur alterius, non erit impunitus. (*Ibid.*) Damnum parva nonnunquam magni lucri ſunt cauſa. (*Greg.*) Damnum pati non debet, qui pro communi bono aliquid expendit. (*Idem.*) Quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit, qui nocere diſpoſuit. (*Hier.*) Etſi omnes, qui mare & terram habitant, conveniant ad lædendum; nocere nequaquàm poterunt ei, qui à ſemetipſo non læditur. (*Chryſoſt.*) Damnorum noſtrorum patroni diligentiſſimi ſumus. (*Nier.*) Damna ſapienti ſunt novi fornax lucri. (*Idem.*) Minimâ anſulâ gubernantur ingentia damna. (*Idem.*) Præteritis damnis futura proſperantur. (*Idem.*) Damnum ſimulatum æquivalet binis malis. [*Idem.*] In meo arbitrio eſt meum damnum; nec ullus me verè lædet, niſi ex licentiâ meâ. (*Idem.*)

SIMILITUD. Urtica ſinè aculeis adurit, ac vulnerat ſolâ lanugine: Ita quidam non apertâ vi, ſed clanculum nocent. (*Eraſm.*) Ut Pyralis ultrò advolans lucernis, aduſtis aliis collabitur ac perit: Sic quidam ipſi ſibi accerſunt perniciem. (*Idem.*)

DAVID.

SYN. Pſalmiſta. ADJU. Pius, ſanctus, fortis, mitis, lenis, ſapiens. PHR. Jeſſes Filius, Rex Judæ potentiſſimus, idemque Propheta. Cytharœdus regius. Goliæ debellator. Sionius Vates. Vates ille magniloquus, *vel*, regius. Mitiſſimus Princeps, de Caulâ ad Aulam vocatus. Pſaltes purpureus. Laureatus Princeps. Rex apprimè ſanctus. Vir ſecundùm Cor DEI. Magnanimus ille Heros, tantis olim adverſæ fortunæ fluctibus agitatus.

Digitized by Google

AMPLIFIC. David ferarum grandium debellator, magnus in puero Heros, ex paſtore miles, ex milite dux, ac denique nobiliſſimi regni moderator. Ille nimirum David alternantis fortunæ ſpeculum, Cœli delicium: ille Palæſtinæ terror, Solymæ decus, homo ad cor nutumque DEI factus, eo olim conſilio in orbis theatrum à præpotenti Numine productus, ut Chriſtianis Regibus Rex Hebræus documento foret.* Qui efferos leones urſosque juvenili dexterâ puer debellavit; qui gygantæum Philiſtini monſtrum militis adoleſcens fudit: qui prælia cruenta maturus ætate fortiter feliciterque confecit; qui Solymæi templi majeſtatem grandior natu concepit, & parato in fabricam ſumptu molitus eſt. * Qui Leones exungulavit; qui Urſos exarmavit; qui turrim carneam dilapidavit funditus; qui fecit, quæ pauci; qui cecinit, quæ nemo; qui vixit, ut multi, obiitque ut omnes; qui Chriſti Typus domi & militiæ fuit; ſi duo eximis, unum quod domi, alterum quod in militiâ fecit imprudentiâ. * David inter Reges clarus & celebris, cujus cum multæ de hoſtibus victoriæ ac triumphi hiſtoriis proditi ſunt, tum præcipuum decus & ornamentum eſt manſuetudo, & ante Regiam dignitatem vis cytharæ malum ſpiritum incantans. (*Greg. Naz.*)

DEBILIS. Schwach. *Foible.*

PHR. Imbecillis, *vel*, imbecillus, ac debilis ſenex. Dolor illum debilitat. Mens animum ejus affligit & debilitat. Frangitur & debilitatur moleſtiâ. Hujus vires debiles ſunt. Mancus & membris omnibus captus ac debilis. Afflictus, debilitatus; mœrens. Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato ſe abjicit exanimatus. Membra debilitavit lapidibus, fuſtibus, ferro, manus contudit, digitos confregit, nervos concîdit. In-

fringi jam ac debilitari videtur. Facta illius clarissimi viri mentio, vocem meam fletu debilitavit, & mentem dolore impedivit. Dolor me debilitat, includitque vocem. Animus ejus debilitatur luctu. Nulla est tanta vis, quæ non debilitari ac frangi possit. Debilitatur lacrymis. Perimbecillum, enervatum, subdebile, ac effœtum corpus. Debilitat virtute aut fracto animo esse. Provinciæ conquassatæ. Usque eò sum enervatus, ut, &c. Homines enervati atque exsangues. Parum firmamenti, & parum virium veritas habet. Animum Adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit. Summa gracilitas ac infirmitas corporis. Infirmitatis laterum, & virium imbecillitas. Minimæ fiduciæ manus. Bonæ spei eviratio est. Subnervare calumnias. Fides subtilior, infirmior. Vinum subtilissimum.

DEBITUM. Schuld. *Dette.*

SYN. Nomen, debitio. PHR. Æs alienum meum, *vel*, tuum, *vel*, suum, *vel*, illius. Pecunia debita. * Große Schulden. *De grandes détes.* Magnum, *vel*, grave æs alienum. Multa & gravia nomina. * Schulden machen. *Faire des dettes.* Æs alienum facere, contrahere. Nomina facere. Obstringere se ære alieno. In æs alienum incidere. Æs alienum conflare. * Mit Schulden beladen seyn. *Etre charg de dettes.* Ære alieno premi, opprimi, demersum esse. Esse in magno ære alieno. Grandem pecuniam debere. Ex ære alieno laborare. * Seine Schulden bezahlen. *Acquitter ses dettes.* Æs alienum dissolvere. Rem creditori solvere. Nomina expedire, explicare, dissolvere. Ære alieno se liberare. Ex ære alieno emergere. Ære alieno exire, se exsolvere, se expedire, se levare. Æs alienum luere. * Ich hab nicht so viel / daß ich meine Schulden bezahlen

zahlen kan. *Je n'ay pas de quoy payer mes dettes.* Solvendo non ſum. Meæ omnes facultates non ſufficiunt ære alieno ſolvendo ; non ſuppetunt nominibus diſſolvendis. * Die Schuld laugnen. *Nier la dette.* Nomina inficiari, abjurare. * Er iſt mehr ſchuldig / als er vermag. *Il doit plus qu' il n' a.* Ipſam animam debet. Multum æris conflavit alieni. Solvendo non eſt. Debitorum mole prægravatus eſt. Ære alieno perditus & obrutus eſt. * Man iſt mir viel ſchuldig. *On me doit beaucoup d' argent.* Multa mihi eſt pecunia in nominibus. Ingens mihi pecunia eſt in alienis tabulis. Grandem pecuniam in rationibus habeo. Mihi ſunt in nominibus multa millia.

DEDICARE Librum. Buch zuſchreiben. *Dédier un Livre.*

PHR. Alicui librum dicare, nuncupare, inſcribere. Librum ad aliquem ſcribere. (*Cic.*) AMPLIFIC. Patere, obſecro, tui celeberrimi nominis titulum operi meo veluti facem quandam prælucere. Hoc tuo proprium ſervo nomini. In mentem venit, hoc appoſitiſſimè me tibi dedicaturum. Unicè rogo, ut libellum hunc, veluti obſervantiæ & grati animi indicem atque interpretem, promptè & benevolè ſuſcipiatis, & priſtino illo favore, quo hactenus ſemper : porrò quoque me proſequamini. * Hunc qualemcunque laborem, in tuam potiſſimùm gratiam ſuſceptum, cùm ob ingentem uſum à doctis quibuſdam probari, ac tibi etiam optimarum honeſtarumque artium imprimis ſtudioſo non diſplicere intellexerim, ſed tui etiam nominis felici auſpicio, ad aliorum quoque uſum in publicum emittere placuit. Tibi, Vir præſtantiſſime, laborem ſeu potiùs conatum meum ideò dedicare lubens volui, ut aliquam ſaltem ſignificationem grati animi publicè declararem & tibi relinquerem, pro ſingulari tuâ erga me,

me, & ſtudia mea, benevolentiâ, quam & reipsâ aliquoties liberaliter declaraſti. * Tibi eò hoc dedico Scriptum, ut hoc qualecunque monumentum amicitiæ, quæ mihi eſt cum viro optimo & doctiſſimo tuo patre, & ſignificationem meæ erga te benevolentiæ habeas. * A te contendo, ut hanc compellationem meam æquo & lubenti accipias animo; libellùm verò ipſum ſic amplectaris, ut in tuâ adoleſcentiâ ac nominis authoritate acquieſcat. * Volui tibi meam qualemcunque induſtriam, & conatum juvandi communem rem literariam, & gratitudinem erga te, cui omnia mea debeo, hoc libello probare, quem ut ſerenâ ſuſcipias fronte, vehementer oro. * Quod ſi cognovero, addetur mihi animus, ut majora aliquando in Philoſophiâ audeam. * Libellum hunc meum tibi inſcribo, dico & conſecro, ut magnum contra Momos iniquiores (judices enim & cenſores, & cognitores non recuſo) patronum defenſoremque ſortiatur, ſpe bonâ fretus, hæc omnia in meliorem partem benignè te accepturum. * Has lucubrationes ſub tuo nomine in manus diſcentium emittere volui; tenue quidem eſt fateor, ſed cum in accipiendis muneribus non tàm quid, quàm quo animo detur, ſpectandum ſit; in ſpem venio, te, te, inquam, illas ita complexurum confido, ut inde voluntatem, animique erga te mei propenſionem tibi gratam fuiſſe intelligam & lætor. Accipe literarium meum hoc munus, quod reverenter & officiosè tibi defero, & quaſi conſecro. Confido certè, aliquid fructûs inde ad ſtudioſos veræ doctrinæ, quibus univerſam meam operam, & ſtudium in hâc militiâ navo ſcholaſticâ, eſſe perventurum. Accipe, quidquid tandem hujus eſt tenue & exile animo clementi atque placido, in eâdem benevolentiâ, quâ hactenus feciſti, impoſterum complectere. quod ſi futurum eſt, ut non dubito, ad majora audendum

dum mihi excitabitur animus. Tibi ceu *Mnemosynon* & benevolentiæ ergò hocce opusculum dicare volui, petens ut accipas placido vultu, meque commendatum tibi habeas. Vale cum totius familiæ tuæ prosapiâ. * Quod offero vobis munusculum literarium, id ab homine gratâ mente beneficia vestra recolente profectum esse agnoscite. Vobis qualecunque hoc ingenii, & studiorum meorum monumentum dico, vos patronos, & vindices eligo. * Summissè rogo, ne hanc meam tenuitatem benignè suscipere,& æqui bonique facere dedignemini. Hæc, pro tuo in me favore, quamvis exigua, accipe, ac remissis interim gravioribus curis hæc leviora perlege, corrige, ac pro censoris officio omnia immuta. *Sit ergò sacræ majestatis vestræ hoc Opusculum, quod tot titulis fecit suum. Cui hoc unum addo, ut quod sunt syllabæ, tot sunt in LEOPOLDUM populorum vota; quot apices, tot omnium nationum affectus; quot voces, tot victoriæ; quot periodi, tot annorum ambitus; quibus quam hæc ætas pollicetur, felicitatem assequatur, &c.

DEFENDERE. Beschützen. *Defendre.*

SYN. Tegere, protegere, propugnare, adesse, tueri, tutari, custodire, defensitare. ADV. Accuratè, acutissimè *sententias*, prudentissimè, stoicè, acriùs *acta*, usque ad extremum, acerrimè *pericula hominum*, benè, graviùs, ornatissimè, vehementiùs *causam*, sanè, animosè, apertius *dignitatem*, improbè, significantiùs, audacter; benignè, brevissimè, copiosissimè, honestè, liberè, publicè, pugnacissimè *causam*, constantissimè *Rempublicam*, simpliciter, contraquàm causa postulat, copiosè, ornatè *sententiam*, versutiùs, copiosè *causas reorum*, privatim, copiosius *partes*, copiosissimè, facilius, excusatione necessitatis, diligentissimè, diu multumque, mag-

magnopere, probabiliter, pugnaciſſimè, facilè *ſe à crudelitate*, facillimè *mortem*, oblivione & ſilentio, feliciter *caſtra*, fortiter, liberè *ſalutem*, graviſſimè & veriſſimè, communi ſtudio, honeſtè, vix ſatis, honeſtiſſimè *locum ſuum*, impunè *vitam*, verè, magnoperè *ſtatum Reipublicæ*, nimiùm, vehementer *rationes*, meliùs, uberiùs, negligenter, non ita ut præclarè *provinciam*, ornatiſſimè, parum diligenter, perfectè ærarium, perfacilè, præclarè, precariò *aliquem*, publicè *domum*, religiosè *leges*, ſummè, timidè, vehementer. (*Ex Cic.*)

PHR. Facere pro, *vel*, cum aliquo. Cauſam alicujus ſuſcipere, agere, vel tueri. Aliquem vindicare, *vel*, prohibere ab injuriâ. Alicujus patrocinium, *vel*, propugnationem, *vel*, defenſionem ſuſcipere. Injuriam ab aliquo defendere, prohibere, propulſare. Alicujus partes ſequi. Pro aliquo contendere. Aliquem defendendum tuendumque ſuſcipere. Sua omnia ſtudia ad aliquem tuendum conferre. Se alicujus Patronum præbere, defenſorem præſtare, tutorem exhibere, propugnatorem præſtare. Patriam fortiter tutatus eſt: Patriæ commoda vehementer propugnavit: Patriæ ſuæ acerrimus defenſor fuit: ſtudioſiſſimus propugnator extitit: Acerrimum ſe Patriæ defenſorem præbuit, præſtitit, oſtendit: Hoſtibus patriæ ſuum corpus objecit, oppoſuit: Vires omnes ad patriæ ſalutem contulit. Pro ſalute patriæ defendendâ nervos omnes contendit. Jura fortunasque defendere. A defendendis hominibus ſublevandisque non omninò diſcedere. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. Repreſſit fortiſſimè, oppreſſitque fortunatiſſimè bellonam ferocientem.

Des Königs Partie halten. *Defendre le party; Eſtre du Party du Roy.* Stare à Rege; per Regem. Regis

Regis partes defendere, sequi, tueri, Regem sequi. Esse in castris, in præsidiis, inter præsidia Regis. * **Ich werde auff deiner Seyten seyn.** *Je defendray vôtre cause; Je seray de vôtre côté.* Tecum ero. Tecum faciam. Te sequar. A te stabo, Te defendam, tuebor, tegam, tutabor, propugnabo. Tuæ causæ patrocinium & defensionem arripiam, propugnationem suscipiam. De tuis unus ero. In numero tuorum ero. Me de tuis unum habe. Me tuum numera.

Ich werde deine Ehr schützen / wie ich dir versprochen. *Je defendray vôtre honneur, comme je vous ay promis.* Quod pollicitus sum, id re præstabo, ut honorem tuum defendam, tuear. Ut honoris tui defensionem, patrocinium, contentionem, certamen suscipiam. Ut pro honore tuo pugnem, contendam, certem. Ut honorem tuum defendendum, tuendumque suscipiam. Ut animum ab omni aliâ cogitatione ad tuam dignitatem tuendam, traducam, convertam. Ut mea omnia studia tuam ad dignitatem conferam. Ut studium, vim, operam meam in tua dignitate defendendâ figam, locem, statuam, ponam. Ut omnem industriam, tuæ dignitati dicem. Ut me strenuum tuæ dignitatis patronum, defensorem, tutorem, præbeam, præstem, exhibeam.

Hisce tam multis tamque gravibus ex adverso documentis, dignus habetur, qui eluere jam labeculas illas, atque omnem à se culpam, noxamque amoliri, ac deprecari meritò possit. * Age, Zenone sim molestior, tamen istud tintinabulum me excitet, & linguam ad justissimam defensionem laxet. * Nec diutiùs passus sum triumphare insaniam verborum, intentusque in vindictam, forti asperâque voce interrupi clamantium susurros, & silentio reddito, cum omnes me intuerentur, ejusmodi verbis dolorem meum exoneravi. * Hic jam Athenienſis hu-

jus

jus Rhetoris, Demoſthenisque patroni tam ſagacis, qui de noſtro armamentario tot tela, tot arma deprompſit, linguam reprimendam puto tantisper, dum ego Ciceronis patronis, clientis mei cauſam pro jure ac veritate defendo. * Acceſſit ad moderanda (*Auſtriæ.*) gubernacula turbulentiſſimo tempore, ut labantem unus, ſed conſtantiſſimus Atlas, fulciret Olympum. Et ruiſſet fortaſſis, concutiente totas in circuitu regiones Martis furore; niſi in eos humeros incidiſſet, qui æquè ſcirent ac valerent inſtantem ruinam prohibere. Prohibuit Rempublicam à periculo. Cæſar Antonii furorem à pernicie Remp. avertit. Non facilè tantam molem mali à cervicibus noſtris depuliſſem. Inimicorum impetum propellere. A veſtro corpore jugum acerbiſſimum repuli Servitutis. Conatibus malorum obviam ire. Nefarios conatus comprimere. Dii faciant, ut hoc periculum diſcutiam ac comprimam. Ut animos iſtius & impetus retardaret. Malevolentiæ hominum in me, ſi poteris occurres. Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit. Huic rei prævertendum exiſtimavit. Periculum, quod in omnes intenditur, propulſare. Plus animi eſt inferenti periculum, quam propulſanti. Hæc Reip. peſtis paulatim reprimi poteſt. Hunc tu tuâ voluntate remove metum. Ego calamitatem à Rep. meis privatis incommodis libentiſſimè redemiſſem. Suum laborem Hominum periculis ſublevandis impartire. Ut tantis circumventam erroribus expediret Remp. Huic tantæ tempeſtati cùm ſe obtuliſſent. Huic malo populus proſpexit. A me ita præcautum & proviſum eſt. Opinio hæc defenſa eſt perpugnaciter.

DEFENSIO. Beſchützung. *Defenſe, Protection.*

SYN. Propugnatio, patrocinium, tutela, tutamentum, præſidium, auxilium, adjumentum, adminiculum, vindicatio. ADJU. Auguſtior iniquior-

quiorque, brevis, civilis, repentina, ſumma, commoda, magnifica & præclara, pernicioſa, confuſa atque univerſa, præſens, conſtans *ſalutis*, perpetua, fortis, invicta, contraria, intima, extrema, facilis & prompta, honeſtiſſima, improba, ingenioſa, iniqua, mala ac miſera, præclara, reliqua, juſta, laudabilis, levis, opportuna, miſera & perdita, perditiſſima, perfacilis & expedita, potior, *plurima*, repentina, *tolerabiles*, privata, propria. (*Ex Cic.*) PHR. Aliquid opis, ſatis præſidii, Pauxillum laxamenti. Confidere adjumentis: niti fide, *vel*, præſidio alicujus.

DEFICERE. **Abweichen.** *S' éloigner.*

SYN. Deflectere, declinare, degenerare, deſciſcere, diſcedere, abire. PHR. A Fide, Rep. deficere. A veritate deflectere. Declinare à propoſito, ſententiâque deflectere. A Patriâ deſciſcere. A Fide Juſtitiâque deſcedere. Removere ſe ab Amicitiâ alicujus. Ab afflictâ Amicitiâ transfugere, & ad florentem aliam devolare.

DEFINIRE. **Beſchreiben.** *Definir.*

SYN. Deſcribere. ADV. Accommodatiùs *ad intelligentiam populärem*, planatiùs, preſsè & anguſtè, uberiùs, benè, preſſiùs, breviter, generaliter, probè *fortitudinem*, ſquallidiùs. (*Ex Cic.*) PHR. Aliquid definitione explicare. Quid aliquid ſit, conſtituere, circumſcribere, terminare. Definitione univerſam rei vim explicare, perſcribere. Aliquid definiendo exponere, aperire, declarare.

DEFORMIS. **Ungeſtalt.** *Laid.*

SYN. Turpis, informis, teter, ſquallidus, indecorus, luridus, invenuſtus, turpiculus, ſubturpiculus, ſubturpis. PHR. Aſpectu, facie horridus; macie

macie ſquallens: impexis capillis horridus; refugis oculis, ſquallidis genis, tetro ore, inhoneſtâ, turpi facie, ore deformi, *vel*, informi. Formâ atque ornamentis omnibus ſpoliatus; ſubitò deformatus. Homo teterrimus, conquiſitisque deformatus vitiis. Notiſſimæ deformitatis homo; notabili vultûs fœditate. Formâ infeliciſſimâ ſordidiſſimâque Therſites, omnium fœdiſſimus, turpiſſimus; ſimis naribus, recalvâ fronte, piloſis humeris, & repandis cruribus. Quem deformem peperit Natura. Claudus, ac toto corpore deformis. Inſigniter deformis. Ad deformitatem inſignis. In quo ſunt perinſignes corporis pravitates. Qui turpi admodum eſt oris totiusque corporis ſpecie. Quo nihil deformius, nihil perverſius cerni fingivè poteſt. Præ vetuſtate ſituque marcentibus oculis, putrique naſo, atque auribus corroſis. Cui os deterrimum. Qui prodigiosè deformes, & pandi; ut bipedes exiſtimes beſtias, vel quales commigrandis pontibus effigiati ſtipites. Cujus in vultu ceruſſata deformitas, rugalis macies, turpe cadaver ſpirat. Qui conſpectu horridus, ſqualloré confectus, totius corporis habitu ſub monſtrosâ larvâ hominem mentitur. V. ANUS. SENEX.

DELECTARE. **Beluſtigen.** *Donner du plaiſir.*

SYN. Oblectare, recreare, reficere. ADV. Admodùm, diutiùs, humaniter, incredibiliter, mirè, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. Aliquem voluptate demulcere, delectatiône afficere, oblectamento delinire, oblectatione perfundere. Alicui voluptatem afferre, creare, parere. Aliquem voluptate capere; jucundiſſimo ſenſu voluptatis afficere, *vel*, perfundere. Cum paſcere oculos, animumque exſaturare vellent. Litterarum jucundiſſimum oblectamentum afferunt. Suavitate auditûs animum delinire. Multitudinis levitatem voluptate quaſi titillantes. Huma-

nimisſimâ completur animus voluptate. Si cantiunculis tantus vir irretitus tenetur. His ego verbis paſcor, his delector, his perfruor. In deliciis atque in delectamentis habere. Non indelectatus carmine meo. Magis in decoris armis lubidinem habebant. Erat ei in oblectamentis Draco. In eo me oblecto. Aliquid in oblectationibus habere. Qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes.

DELECTATIO. Beluſtigung. *Plaiſir.*

SYN. Oblectatio, jucunditas, delectamentum, oblectamentum. ADJU. Aliena, deſidioſa, leviſſima, divina, diuturna, propria, ſumma, ingenua & digna ſapiente, magna, major, maxima, mira, oratoria, puerilis, illicita, perniciosa. (*Ex Cic.*) Modica, tranſitoria. PHR. Fructus jucunditatis. Motio delectatior. Aucupium delectationis. Erat ei quaſi quidam humanitatis ſive eruditionis cibus. Invenias in quolibet genere vitæ oblectamenta, & remiſſiones, & voluptates.

SENTENTIÆ. Delectatio ſicut ſerpentino illapſu humanis irrepit affectibus. (*Amb.*) Animus victus illecebris, totum hominem carneum facit. [*Idem.*] Placet delectatio, & pungit delictum: Flos Veneris Roſa eſt, quia ſub ejus Purpurâ multi latent aculei. (*Antonin.*) Non relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur. (*Aug.*) Præteriit quod delectabat, permanſit quod pungat. [*Idem.*] O quanta iniquitas! O quanta perverſitas: ut Animam, quam CHRISTUS ſuo ſacro ſanguine redemit, luxurioſus quisque propter unius momenti delectationem libidinis, Diabolo peſſimo inimico ſuo vendat & trahat. [*Idem.*] Verè nimium miſeranda & plangenda conditio eſt, ubi citò præterit, quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. (*Idem.*) Delectatio eſt radix peccati, totius honeſtatis tinea, ſovea vitiorum, pu-

teus Dæmonum, vorago animarum. (*Petr. Cell.*) Abominatio eſt ante DEUM omnis carnalis delectatio. (*Anonym.*) Nihil me præter Conſcientiam delectabit. (*Cic.*) Fulget, quod delectat, latet quod cruciat. (*Hugo. C.*) Delectatio ut coluber à facie blanditur, ſed caudâ pungit. (*Idem.*) Omne oblectamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudinem terminatur. (*Rich. V.*)

DEMOSTHENES.

PHR. Athenienſis orator. Platonis Auditor. Oratorum Græcorum Princeps & Coriphæus. Cui ſine dubio ſumma vis dicendi conceditur. Quo nè Athenas quidem ipſas magis credo Atticas fuiſſe. Qui unus eminet inter omnes in omni dicendi genere: non tam dicax, quàm facetus. Qui cauſis agendis, & Reipubl. gerendæ totum ſe dedidit. Qui ut Gellius ſcribit, fuit corporis cultu nitido, & nimis accurato.

AMPLIFIC. Orator tantus fuit, ut de eo Philippus Macedo dixerit: ſe magis Eloquentiam Demoſthenis formidare, quàm Athenienſium catapultas, arietes, cæterosque belli apparatus, * Habeant Syleni, habeant Satyri Sylvas ſuas: modò nos Demoſthenes in lata Muſarum viridaria deducat, pectus fœcundis impleat Camœnis, mentem numeroſæ dictionis concinnitate, aures patricio nitoris decore mulceat. * Magna eſt Platonis, magna Ariſtotelis, magna Archimedis celebritas: at Demoſthenis longè maxima fuit, * Omitto de M. Tullio dicere, qui modò Demoſthenem penè perfectum Oratorem, cui nihil admodum deſit, deſit modò unum eminere inter omnes in omni genere dicendi prædicat: modò ſummam ei dicendi vim concedit, aliàs eum adeò dicere Attico ſcribit, ut nè Athenas quidem ipſas magis Atticas putet; aliàs ad eum ex totâ

Græ-

Græciâ concurſus audiendi gratiâ fieri conſueviſſe; aliàs oratione pro Cteſiphonte nihil perfectiùs fieri potuiſſe: Denique hunc habet in oculis, in ore, in pectore, legendo, laudando, colendo: cujus diligentiam ſtrenuam in abradendis naturæ vitiis cum omnibus Græcis LatinisqueScriptoribus ferens in cœlum obſtupeſcit.

DENEGARE. **Abſchlagen.** *Refuſer.*

SYN. Abnuere, detrectare, recuſare, aſpernari, renuere. PHR. **Ich hoffe du werdeſt mir dieſe Gnad nicht abſchlagen.** *J' eſpere, que vous ne me refuſerez pas cette grace.* Hanc mihi gratiam ſinè recuſatione, ut ſpero, (puto) tribues. Illud non mihi denegabis, recuſabis, quod abs te poſtulo. * **Du ſchlägſt mir niemahlen etwas ab.** *Vous ne me refusez jamais rien.* Nihil unquam abnuit voluntas tua ſtudio meo. * **Ich will dir das nicht abſchlagen/was du vor mir begehreſt.** *Je ne vous refuſeray rien de ce que vous me demandez.* Nihil tibi à me poſtulanti recuſabo. **Er ſchluge niemanden nichts ab / ſo offt er angeſprochen würde.** *Il ne refuſoit perſonne de ſon credit.* Nemini deerat, ejus authoritatem imploranti. * Non eſſem tam inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere ſentirem. * **Abſchlagen / nicht annehmen/ was man uns gibt.** *Refuſer, ne pas accepter ce qu' on nous preſente.* Quidpiam nobis oblatum recuſare, rejicere, reſpuere, repudiare, abnuere, renuere, aſpernari, nolle admittere, nolle accipere. * **Es iſt mir abgeſchlagen worden.** *J'ay été refuſé.* In hoc repulſam paſſus ſum, tuli, retuli, accepi.

DESIDERARE. **Verlangen.** *Souhaiter.*

SYN. Aliquid requirere, poſtulare, ſitire, quærere, cupere, diſcupere, cupiſcere. ADV. Magnopere, manifeſtius, maximè, mediocriter, pauli-

ſper, prorſus, planè, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. Deſiderio alicujus rei flagrare: in deſiderio alicujus rei eſſe. Ex deſiderio laborare. Deſiderio vel ſtudio alicujus rei teneri, ardere, inflammari, flagrare, incendi, commoveri, æſtuare. Alicujus rei eſſe percupidum. Alicui rei avidius, *vel*, efflictim inhiare. Aliquid cupidius appetere, expetere, concupiſcere ardentiùs. In cupiditatem alicujus rei incidere. Navibus atque quadrigis aliquid appetere. Hæc dies noctesque deſiderantem expectatio ipſa premebat animum, cruciabat, angebat, arctabat. Non dici poteſt, quàm flagrem deſiderio Urbis. Nec honores ſitio, nec deſidero gloriam. Nihil magnoperè in vitâ expetendum, niſi Laus & Honeſtas. Non alienam mihi laudem appeto. Valde aveo ſcire, quid agas. Vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu. Ardere ſtudio veri reperiendi. Qui res magnas & maximè expetendas concupiverunt Quàm multas cupiditates habuerit. Vos nimis etiam video flagrare cupiditate. Brutus eras in deſiderio Civitatis. Efferor ſtudio te videndi. Cum ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriusque veſtrum. Nihil quisquam niſi quod libet, facere præclarè poteſt. Libidinem habere procreandi. Scire ex te pervelim. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. Summum me eorum ſtudium tenet, cœpit. Me mirum deſiderium tenet Urbis. De triumpho nulla unquam me cupiditas tenuit. Erat in illo inexhauſta cupiditas legendi, nec ſatiari poterat. Mirâ ſum alacritate ad litigandum. Appetentes gloriæ præter cæteras gentes atque avidi laudis fuiſtis. Homo cupidus & appetens. * **Meine Begierden ſeynd erfüllt.** *Je ſuis arrivè au comble de mes deſires.* Votorum ſummam adeptus ſum. Votorum apicem attigi, aſſecutus ſum. Optata conſecutus ſum. Votorum omnium ſum compos. Illam

rem

rem impetravi ad desiderii cumulum, ad satietatem, ad omnem cupiditatis satietatem. * Ich hab ein groß Verlangen / dich zu sehen. *J' ay un grand desir, de vous voir.* Magnum me tenet tui videndi desiderium. Tui absentis desiderium ferre non possum. Te vehementer desidero. Te exopto quamprimùm videre. Te videre discupio, aveo. Efferor tui desiderio.

SENTENTIÆ. Etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur. (*Aug.*) Desiderium sinus cordis est: capiemus, si desiderium, quantum possumus, extendamus. (*Idem.*) Quò diutiùs abest, quod desideratur, tantò expectantis desideria majori quâdam vi amoris ignescunt. (*Amb.*) Valentiores voces apud secretissimas aures DEI non verba faciunt, sed desideria. (*Greg.*) Desiderium esuries est amoris patientissima. (*Nier.*) Desiderium est quoddam amoris supplementum, charitatis auctarium, artificialis immensitas. (*Idem.*) Vehementissimum desiderium clavis aurea est regni cœlorum. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Sicut bona valetudo jucundior est iis, qui è gravi morbi liberati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: Sic omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant. (*Cic.*)

DETRAHERE. Ehr abschneiden. *Detracter.*

PHR. Detrahere de aliquo, de famâ, de gloriâ alicujus. Alicui obtrectare. Aliquem rodere, vellicare. Famam alicujus rodere, vellicare, atque inimico & maledico dente carpere: De aliquo maledicè, contumeliosèque dicere. Maledictorum notis aliquem inurere. Alicujus famam minuere, diminuere. De alterius famâ derogare, detrahere. Traducere aliquem. Invidiosè criminari. Contumeliis lacerare. Fingere, confingere, excogitare, componere, contexere in aliquem crimen. Aspergere ali-

cui labeculam. Inferre alicui labem. Laceſſere alicujus famam. Infamare, diffamare, defamare; Infamiâ aliquem afficere. Siniſtros rumores de aliquo ſpargere. In aliquem ſcurrili libidine aculeos conjicere. Ita loqui de aliquo, ut acerbiùs, aut inhoneſtiùs non poſſit. Dedecus, Ignominiam, Dehoneſtamentum alicui quærere. Infamiam alicui machinari. Scribere librum ad infamiam alicujus. Alicujus exiſtimationem violare, dignitatem detrahere. Alicui inferre infamiam. Alicujus nomini infamiæ notam inurere, infligere. Aliquem notare infamiâ. * Incurres in voculas malevolorum, in linguas maledicorum. Suſtinebis obtrectatores. Aculeos obtrectatorum ſenties. * **Verleumbdung.** *Detraction.* Detractio, Obtrectatio, Maledictio. * Malevolentiſſima, occulta, Diabolica, abominanda, ſumma, ſophiſtica, acerbiſſima, maxima. * Tacitum convicium. Rumuſculi malevolorum. Malevolentiæ plena oratio. Alienæ famæ denigratio. Improba ars malevolorum. Iniqua & infenſa quorundam hominum opera. * **Verleumbder.** *Detracteur.* Detractor, Obtrectator, Maledicus, Conviciator, Cavillator, Calumniator, Vituperator. * Invidus, Communis, frigidus, malevolus. * Contemptor alienæ induſtriæ. Tetrum, impurum animal. Alienæ induſtriæ nimiùm iniquus æſtimator. Emiſſarius, Calumniator ſubornatus.

SENTENTIÆ. Detractores DEO odibiles. (*Rom.* 1.) Abominatio hominum detractor. (*Prov.* 24.) Obloquium eſt abſenti detrahere, & doloſè mordere. (*Aug.*) Detractione patientia noſtra probatur. (*Idem.*) Difficilem oportet habere aurem ad crimina. (*Sen.*) Nulla tam moleſta felicitas eſt, ut malignitatis dentes vitare poſſit. Qui alienis malis ſicut ſuis bonis lætantur, divites ſunt alienis jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. [*Idem.*] Defere-

ba-

batur ad Sigismundum Imper. Germanos passim obloqui, & honori suo detrahere. Qui subridens, *Anne*, ait, *Vobis grave videtur, illos malè de nobis loqui, cùm nos malè agamus?* (*Æn. Sylv.*) Aut vera Calumniator pandit, aut falsa contorquet. Si vera, cur pudet audire, quod fecisse amavimus; Si falsa, cur non delectat Conscientiæ innocentia. (*Nier.*) Tunc illata convicia benè toleramus, cùm in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leve quippe videbitur, quod injuriâ percutimur, dum conspicimus, quia pejus est, quod meremur. (*Greg.*) Detractor & libens auditor Diabolum portant in linguâ. (*Aug.*) Plaga dolosa est occulta detractio, plaga serpentis est & aspidis mortifera. (*Idem.*) Nihil fœdius detractore; hoc summæ turpitudinis est. (*Bern.*) Fratrem suum apud alium traducere Sathanicum est. (*Ephræm.*) Qui Justis detrahit, Diabolus est. (*Hier.*) Detractores propriè Advocati Diaboli sunt: & quod DEI est, Diabolo attribuunt. (*Hugo C.*) Os Detractoris est quasi pharetra Diaboli, plena sagittis. (*Idem.*) Detractio est lingua Diaboli: quia detractor est Os Diaboli. (*Idem.*) Detractorum Os aperit Diabolus. (*Orig.*)

SIMILITUD. Sicut canes rodunt pedes transeuntium; ita detrahentes rodunt vitam proximorum. (*Bern.*) Ut amici detestantur saxum, aut canem incurrentem, qui eos dirimat: Sic execrari deberent homines caninos, qui maledicentiâ dâ dirimunt necessitudinem, mutuamque benevolentiam. (*Plut.*) Scorpius venenum in caudâ gerit, & oblique ferit: Ita quidam in fine virus effundunt suum, & dissimulanter lædunt. (*Plin.*) Ut noctuæ aves inauspicatæ noctu gementes mortalium invident quieti: Ita virulenta lingua semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbent. (*Idem.*) Uti culices ad dulcia non advolant, sed acria petunt: Ita quidam maledi-

ctis & infestis sermonibus vehementiùs delectantur. (*Idem ex Arist.*)

DEVOTIO. Andacht. *Devotion.*

SYN. Pietas, religio. ADJU. Tenera, maxima, illustris, insignis, avita, calidissima, spectata, egregia, DEO accepta. PHR. Neque ardens hæc devotionis flamma se concludi sustinebat; quin in publicum luculenter erumpens extra domesticos se se parietes latè diffunderet. Video præter hæc & aliud perenne Mnemosynon devotissimi affectûs; quo cor parentis tui erga Domini ac Redemptoris nostri Passionem & Crucem æstuabat. Voluntas quædam promptè se tradendi ad ea, quæ pertinent ad DEI famulatum. (*Thomas Aq.*) Fervor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indiciis. (*Hugo V.*) Elevatio mentis in DEUM per pium & humilem affectum, fide, spe & charitate subnixum. (*Gerson.*)

DEVOTUS. Andächtig. *Devot.*

SYN. Pius, religiosus. PHR. Homo pio in DEUM animo, piè affecto erga DEUM animo, religioso in DEUM studio. Pietatis summus cultor. Pietati adversùs DEUM, & Cœlites deditus. Magnâ, insigni, summâ in DEUM pietate præditus. DEUM castissimè, religiosissimè colens. Meritam DEO immortali gratiam justis honoribus, & memori mente persolvens. * Du bist sehr andächtig. *Vous êtes fort devot.* Tu Religiosissimus es. Magnâ & antiquâ religione es. Pius & sanctus es. Maximâ cum religione vitam agis, traducis. Vitam sanctè ac piè exigis. Piè religiosèque vivis. Pietatem inprimis colis. Benè affectus es erga res sacras. Insigni es pietate erga DEUM. Te totum DEO dicasti, addixisti, tradidisti, divino cultui mancipasti, consecrasti

craſti. Tuas omnes cogitationes, omnia ſtudia in uno DEO fixiſti ac locaſti. Chriſtianam pietatem non communi vulgarique inſtituto, ſed proprio quodam ſtudio, propriâ quâdam inductione mentis complecteris. Tu, tuaque omnia ad DEUM refers. Nihil non piè, nihil non cogitas cum religione conjunctum. * **Du biſt nicht fromm genug in der Kirch.** *Vous n' étes pas aſſez devat en l' Egliſe.* Non ſatis diligenter Deum colis. Parùm piè in templo verſaris. Satis piè non agis in templo. Minùs religiosè quàm conveniat, ſacris operam das. Pietas in te deſideratur, requiritur. Non eam pietatem, religionem quæ Deo debetur præſtas in templo. Sunt & quidam pii homines, Animæ ut plurimùm mitiſſimæ & candidiſſimæ, quæ ſe totas Religioni, Vitæque aſceticæ addixerunt. V. Pius.

DEUS. GOTT. *Dieu.*

SYN. Numen, Divinitas, Superi. ADJU. Beatus & æternus, fortis, immortalis, æviternus, ſummâ mente præditus, omnia providens & cogitans, ſenſu major, omniſcius & expers erroris, beneficentiſſimus, indulgentiſſimus, princeps ac præpotens, pulcherrimus, ſanctiſſimus, ſapiens, ſempiternus, naturalis, ſimplex, ſupremus, ultimus, altiſſimus atque undique circumfuſus. PHR. Divinum Numen. Mentis æternæ Numen. Summi Rectoris & Domini Numen. Æterni Numinis ſuprema Majeſtas. Rerum omnium ſapientiſſimus Opifex, ſummus Arbiter. Univerſitatis hujus Effector præpotens. Cæli terræque Procreator, Moderator, & Auctor. Hujus Univerſi Conditor & Gubernator; Architectus & Rector. Immenſus, æternusque Spiritus: cujus nutu reguntur omnia, cujus providentiâ temperantur & gubernantur. Effector Mundi atque molitor. Opifex ædificatorque mundi. Prima

cauſa. Ens Entium. Summum bonum. Bonorum omnium Author, Fons, Caput. Majeſtas divina. Dictornm omnium & factorum præſes, & adjutor. Univerſi Imperator & ſolus perfectus. (*Ariſtid.*) Supremus rerum omnium arbiter. Hujus Univerſitatis, quam ex nihilo condidit, Moderator ſapientiſſimus; Cujus nutu reguntur omnia, cujus providentiâ temperantur. Qui infinitâ mentis ſuæ vi, ſingulorum hominum facta diſcutit, æquiſſimâque lance perpendit.

AMPLIFIC. Cujus proprium hoc eſſe omnes concedimus, quod immenſam hanc Remp. quæ ex rerum Univerſitate & præſertim ex humano conſtat genere, ita regit ac gubernat, ut diverſas diſjunctasque voluntates omnium ad ſalutem conſervationemque referat eorum, quibus præeſt: idque quia ipſa ſapientia, ipſa prudentia, ipſa ratio eſt. Implet quidem omnia, circumcomplectitur omnia, ſupercedit omnia, aſt non ità, ut ex unâ parte circumplectatur, ex aliâ impleat; ſed implendo circumplectitur, circumplectendo ſuperexcedit, ſuperexcedendo ſuſtinet, nusquam per molem corpoream, ubique per incircumſcriptam ſubſtantiam. * DEUS eſt ultionum, quem petis; ſi pugnam cupis, cades: DEUS eſt virtutum & majeſtatis, ſi victoriam ſperes, de te illam dabis. * Qui univerſam hanc univerſi machinam, cœlum & terram, nullâ antegrediente materiâ creavit, rudem poſtea indegeſtamque molem ordinavit: Sole, Lunâ, ſtellis, cœlum; arboribus, plantis; aliis ac floribus terram ornavit, per medias oceani rubri aquas fugientibus Ægyptiacam ſervitutem Iſraëlitis, ſiccum iter præbuit, Solem ſuo in curſu, fluvios ſuo influxu ſiſtit. * DEUS illa excellens præſtansque natura, ita omnibus bonis undequaque circumfluit, omnique perfectionis genere cumulatò inſignitur, ut nulla in ejus vel actionibus macula,

la, vel cogitatione error unquam inhæserit. * DEUS res universas machinatus est, eâ sive arte affabrè; ut mireris formam; sive curâ benevolè, ut ames indulgentiam. * Hujus fabricæ molitor magnus, quam lege certâ gubernat & procurat. * Summus rerum Rex, Dominus dominantium, cujus nutu omnia gubernatur, quem metuunt & adorant Angelorum castissimæ catervæ: horrent inferorum claustra, creaturarum minimæ agnoscunt, nobilissimæ reverentur. * Supremum illud Majestatis Numen atque imperium DEUS. DEUS ille, quem ita unum in Trinitatis plenitudine colimus, ut item Trinitatis æqualitatem in unâ Divinitate veneremur. * Ille est, qui fulgura emittit; & eunt, & reverentiâ dicunt, adsumus: qui nubes extendit quasi tentorium suum, & fulgurat lumine suo desuper. * DEUS, DEUS ipse, qui eam agit vitam, quâ nihil beatius, nihil securius, nihil bonis omnibus affluentius, cum in mentem suam introspicit assiduè, suâque sapientiâ & virtute lætatur, cum arbitrio nutuque regit, conservat, moderatur omnia, nunquam non molitur aliquid; nunquam motus, & requiescit semper, plenus negotii, & gerendis rebus maximis semper intentus. * qui Filium unicum ab æterno genuit, atque omnes illi perfectiones attribuit: in eoque tanquam in horto quodam amœnissimo, maximè varias ac diversas & ab omni parte perfectas rerum omnium ideas ac species quasi consevit. * Qui genitus à Patre, sapientiam omnem ab initio secum habuit; ut hæc omnia, quæ sunt in universâ mundi machinâ, ad idearum exemplar & pulchritudinem variaret atque conformaret. * DEUS est actio omnis facultatis, & facultas omnis actionis, solus sanctus, solus non natus, solus in quo sola æternitas; solus per quem solus mundus: solus totum, totus solum, expers nominis, melior omni nomine. * Qui omnia ineffabili

bili ſuo Dixit, fabrefecit, quæ cœlum claudit, quæ terra continet. Illa illa provida mens, quæ cœlum hoc quotidie volvit, revolvit: ſolem ducit, reducit: fruges promit, recondit: caſus iſtos & vicisſitudines omnes rerum peperit, quas miraris, aut indignaris. * Sui parcus, & mortalium paucis intellectus ſuorum, caſtis auribus, animisque blanditias tenuis auræ ſibilo inſuſurrabat. * Quem nemo hominum hac vitâ fruens unquam vidit, quem nemo poteſt humanis oculis intueri: quem ut plurimi, & antiquiſſimi rerum divinarum Scriptores tradiderunt, neque Moſes, qui cum illo amicisſimè & familiarisſimè colloquebatur, neque Paulus à ſenſu corporis abſtractus, & Spiritu Divino ad tertium usque cœlum excitatus humo, cum illo triduo multa recondita & arcana didiciſſet, qui, & qualis eſſet, adſpexit; de eo ex hoc loco verba facere, & æternitatem ipſam in has anguſtias unius horæ tantas includere, non eſt ingenii noſtri, non humanæ imbecillitatis, non mentium denique ſingularium atque cœleſtium quarumvis; & natura proximè ad divinam accedit. * Totius rerum naturæ cauſa, & ratio, & origo initialis, ſummus animi genitor; æternus animantum ſoſpitator, aſſiduus mundi ſui opifex. Sed enim ſine labore opifex, ſine cura ſoſpitator, ſine propagatione genitor? neque loco, neque tempore, nec ullâ voce comprehenſus, eoque paucis cogitabilis, nemini affabilis. * Qui facilis eſt in preces, fortis in tutelam. * O maxime, ô ſumme rerum inviſibilium procreator! ô ipſe inviſe, & nullis unquam comprehenſe naturis! Dignus es verè (ſi modo te dignum mortali dicendum eſt ore) cui ſpirans omnis intelligensque natura, & habere, & agere nunquam deſinat gratias; cui tota conveniat vita genu nixo procumbere, & continuatis precibus ſupplicare. * Quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris,

lex

lex in urbe, dux in exercitu; hoc est in mundo Deus: nisi quod cæteris ærumnosum, & multiplex, & curarum innumerabilium videtur esse hoc ipsum, alicujus officii principem fieri? Deo verò, nec tristis, nec onerosa est imperii sui cura. * O regalium arbiter, consiliorum maximè Regum Deus! * Æterna quædam mens est, quam Deum appellamus: quæ cœlorum perennes orbes, quæ siderum inæquales cursus, quæ elementorum alternas vices, quæ denique omnes res superas, inferas temperat, moderatur, gubernat. * Benefica illa & vis salutaris, quæ lædere æquè spernit, ac lædi, cui una summaque potentia est prodesse. * Deum in parte descripserim (infinitum enim illud quis definiet?) Mentem solutam quandam, & liberam, & segregatam ab omni concretione mortali: omnia sentientem, & moventem, ipsamque præditam motu sempiterno. * Communiter justitiam suam adserere Deo posse videor unô istô ictu: si despicit res humanas, etiam curat; si curat, regit; si regit, judicio regit; si judicio, quomodo injustè! *Cœli Domine maxime tibi, & ô nobis optime! tu ipse, quibus artibus tua expugnari Regia possit, ostendis, sponte aperis, & pulsari jubes; thesauros prodigis, & quæris emptorem; dona dispergis, & exigis opera. * Majestas & altitudo, & dignitas, & puræ naturæ, vix DEI splendorem capientes, quem abyssus operit, cujus tenebræ latibulum sunt (utpote luminis purissimi ac plerisque inaccessi:) qui & in Universo, & extra universum est, qui & pulchritudo omnis est, & supra omnem pulchritudinem, qui mentem illuminat, & mentis celeritatem ac sublimitatem effugit, quantumque percipitur, tantundem semper se subducit, amantesque sui, ex eo quod fugit, ac velut jam comprehensus se proripit, ad superna illicit. (*Greg. Naz.*) DEUS opt. max. ut rerum omnium, ex quibus natura constat,

opi-

opifex, ita quoque totius & ordinis & rationis Auctor sapientissimus. * Ille, qui mundum imagine pulcherrimâ descripsit ad sui exemplum : partium admirabili consensione composuit : verbo sustentat virtutis suæ : ratione moderatur ac temperat. Qui de nullis in exitiis excitatum hominem introduxit in locupletissimum hoc Theatrum innumerabilium rerum, & profusissimâ munerum suorum largitione cumulavit. Ille, qui semper rationibus humanis, & ipse benevolentissimè prospexit, & immortales Cœli Principes deservire jussit. Qui patrio, proprioque crimine fœdissimè prolapsos Adami Posteros, quo devios in viam exules, & ab universæ justitiæ ratione fugitivos ad sanctitatem patriamque revocaret ; divisit gentes : constituit terminos : populum, in quem dominaretur ipse, secrevit : leges inter tonitrua conscripsit : sacerdotium regale fundavit : funiculum retendit hæreditatis suæ : præsentiam perpetuam auxilii sui creberrimis, iisque minimè dubiis significationibus ostendit.

SENTENTIÆ. Ego Dominus primus & novissimus. (*Isai.* 41.) Et absque me non est DEUS. (*Isai.* 44.) Unus DEUS & Pater omnium. [*Eph.* 5.] O lætissimum affectum ! O securissimum Amorem DEI! Quem Zelus non excruciat, quem rivalis delectat sine absinthio, sine aloë, sine felle ; totus dulcis & consentaneus cordi. (*Nier.*) Omnes claudit DEUS formas, omnes pulchritudines rerum, Quare qui illum amat, omnes in uno amans, unitum compendiosumque amorem gestat, atque sine multâ mole accommodatissimum. (*Idem.*) Avarissimus omnium es, si tibi DEUS non sufficit. (*Idem.*) Plus pro nobis executus est negotiosus Amor DEI, quàm ulla otiantis phantasia valuit comminisci. (*Idem.*) DEUS votis emitur. (*Idem.*) Cui cura DEUS, is est solitudo & vigilia DEO. Hæc tessera Divinitatis,

cu-

cujusque vincere & vota, & officia. (*Idem.*) DEUS est semen Entium. (*Idem.*) Plus diligere DEUM valemus, quàm intelligere. (*Idem.*) Mactè lætitiâ Universitas Essentiarum; vestrum vivit caput, & in ipso vos meliùs vivitis. (*Idem.*) DEO non auspice, DEO non commilitone, pessumibunt omnia; ipsa se humana protectio perdet. (*Idem.*) Admirabile est, quàm sine strepitu magna atque ardua consilia suæ gubernationis peragat divina Majestas, & per ordinariam rerum seriem clandestina patret miracula. (*Idem.*) DEUS verùs non debet coli falsâ vitâ. (*Idem.*) Amari à DEO perpetuum est stillicidium, imo flumen donorum. Si pro inimicis dedit vitam, quid pro amicis faciet? (*Idem.*) Tam beneficus DEUS est, ut ipsa damna vertat in beneficia. (*Idem.*) Solum ama eum, qui solus es omnia. (*Idem.*) O vera summa suavitas, omni suavitate dulcior! sed non carni & sanguini: omni luce clarior; omni secreto interior, omni honore sublimior! sed non sublimior in se. [*Aug.*] O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas! Tu es DEUS meus, ubi suspiro die ac nocte. (*Idem.*) DEUS medicamentum est non sano, regula est pravo, lux est tenebrato, habitatio est deserto. [*Idem.*] DEUS vera & summa vita: in quo & à quo & per quem bona sunt omnia, quæ beata sunt. DEUS, à quo averti, cadere: in quem converti, resurgere: in quo manere, consistere est. DEUS, à quo exire, mori: in quem redire, reviviscere: & in quo habitare, vivere est. DEUS, quem nemo amittit, nisi deceptus: quem nemo quærit, nisi admonitus: quem nemo invenit, nisi purgatus. [*Idem.*] DEUS in se ipso sicut A & O in mundo, sicut rector & actor: in Angelis, sicut sapor & decor: in Ecclesiâ, sicut paterfamilias in domo: in animâ, sicut sponsus in thalamo: in justis, sicut adjutor & protector, in reprobis, sicut pavor & horror. [*Idem.*] Quidquid præter DEUM est, dul-

ce

ce non eſt: quidquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum,& ſe mihi det. (*Idem.*) Non eſt quod fugias à DEO irato,niſi ad DEUM placatum. (*Idem.*) DEUS totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt,quia omnia operatur: totus pes eſt, quia ubique eſt. (*Idem.*) Quid eſt DEUS? Longitudo, latitudo, ſublimitas, profundum. Longitudo propter æternitatem: latitudo propter charitatem: ſublimitas propter majeſtatem: profundum propter ſapientiam. DEUS amat, ut charitas: novit, ut veritas: ſedet ut æquitas: dominatur ut majeſtas: regit, ut principium: tuetur, ut ſalus: operatur, ut virtus: revelatur ut lux: aſſiſtit, ut pietas: quæ omnia faciunt & Angeli,facimus & nos: ſed longe inferiori modo; non utique bono, ſed ſumus, ſed quod participiamus.(*Bern.*)

SIMILITUDO. Quis ergo turbine, & inquieto procellæ fluctu jactatus inſulam ſi videat, non appellet: Naufragamur fluctuantibus rebus: Sola inſula ſecuritatis in hoc pelago mundi eſt, quod eminet, & manet DEUS, ſuperior omnibus, æternus ante omnia. (*Nier.*)

DIABOLUS. Teuffel. *Diable.*

SYN. Dæmon, Cacodæmon, Satanas, Lucifer. ADJU. Teter, abominandus, mendax, terribilis, malignus, rabidus, inteſtus, ſubdolus, crudelis, ſtygius, avernalis, monſtroſus. PHR. Genius infauſtus. Lubricus Orci Serpens. Ferociſſimus Tenebrio. Spiritus tartareus. Callidiſſimus Orci Quadruplator. Ille mortalium capitaliſſimus hoſtis. Infernus hoſtis, prædo, tortor. Tartareus draco. Callidus humanæ gentis deceptor. Stygius Tyrannus. Criminator ille invidens operibus DEI. Pravus ac ſubdolus ſpiritus. Pravus ille Antitheus. (*Lact.*) Extrema impreſſio furialium Dæmonum ex me-

meditatione tot ſæculorum in hanc ſenectutem Eccleſiæ, atque horam mundi noviſſimam erumpens. Satan compoſitus ex mendacio, coagmentatus ex dolo, qui ſuam eò contulit operam, ut hominis, & ſuppreſsâ rationis altitudine, gloriam obſcuraverit; & violatâ voluntatis puritate, dignitatem obtriverit. Diabolus technas texendi callidisſimus, textas potenter exercendi promptisſimus. Infernalium legionum Imperator.

AMPLIFIC. Heus tu, de quondam Lucifero, nunc in tenebris laternarie; quid hîc agitur cum tuis vespillonibus: Aptiora tela quærite, cudite dolos, retia tendite * Ille ſe Chriſti cruciatu atque morte perculſum, confectumque ſentiens, & amiſſi regni dolore furens, quantum ſuis artibus poteſt, tantum ei de poſſeſsione conatur auferre; ille bona ſemina ad æternæ vitæ fructus àChriſto jacta vel ex mentibus humanis eruit, ac diſſipat, vel adulterat, contrariis ſeminibus occultè diſperſis; ille nobis Nicolai quondam, ille Hebionis, ille Macedonis, Valentini, Montani; ille Sabelli, Arii, Eunomii, Macedonii, Neſtorii, ille alias tot tamque diſſimiles, & tam pernitioſas diſciplinas probè diſſeminavit; ille noſtrâ memoriâ peſtiferas in multorum animis opiniones de religione ſevit; ut cum illecebris vitiorum, quaſi malis herbis, multis jam antea mortalibus mentem eripuiſſet, hoc errorum veluti præſenti veneno brevi multitudinem tolleret infinitam.

SENTENTIÆ. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. (*Job. 41.*) Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati ſunt, & furore ſuo confirmaverunt tormenta ſua. (*Eccli. 20.*) Diabolus ſerpens eſt lubricus, cujus ſi capiti, id eſt primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in intima cordis, dum non ſentitur, illabitur. (*Iſid.*) Si tantum poſſet nocere Diabolus, quantum vult; aliquis juſtorum non remaneret. (*Aug.*) Dæ-

monum eſt mala ſuggerere, noſtrum eſt non conſentire. Quoties ei reſiſtimus, toties eos ſuperamus, Angelos glorificamus, DEUM honoramus; qui viſitat, ut pugnemus: adjuvat, ut vincamus: conſolidat, ne deficiamus. [*Bern.*] Lata & ſpatioſa itinera vitæ lethalis: illic illecebræ & mortiferæ voluptates: illic Diabolus blanditur, ut fallat: arridet, ut noceat: allicit, ut occidat. [*Cypr.*]

SIMILITUDO. Ut Scorpio corpus aculeo vulnerat, ut per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat: Ita Diabolus aut irâ, aut ſuperbiâ, aut libidine mentem vulnerat; ut per hoc venenum ſuæ malitiæ infundat, animamque interficiat. [*Amb.*]

DIALECTICA.

SYN. Logica. ADJU. Arguta, fallax, ſubtilis, dilatata, Ariſtotelica, ſolers. PHR. Diſſerendi ratio & ſcientia, prudentia diſputandi; ars intelligendi, quid quamque rem ſequatur, & quid ſit cuique contrarium. Diſceptatrix & judex veri ac falſi, multa in excogitandis argumentis, loquax in judicandis argumentis, ſimilis pugno. (*Ex Cic.*) Dialectica illa diſputatrix, aut ſi mavis, Ars rationalis. Oratio ratione concluſa. Quæ quaſi contracta & adſtricta Eloquentia putanda eſt. Syllogiſmorum captionumque Dialecticarum laqueis ſtrepebat.

DIALECTICUS.

PHR. Non ille ex ſcholaſtico pulvere clamator otioſus ac moleſtus, ſed verus ac germanus Dialecticus. Qui redigit omnia ad Legem Dialecticam, & ad illos artificii veternoſiſſimi nodos. Qui Dialecticorum callet argutias. Diſceptator & judex veri & falſi egregius. In Dialecticis ſatis exercitatus. Dialecticæ artis Magiſter. Præſtantiſſimus Logicus.

Diſſe-

Differendi rationem & scientiam perfectè scit. Cùm in aliis rebus, tùm studiosissimè in Dialecticâ versatus, & quasi contracta & astricta Eloquentia putanda est. Qui Justam Eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam esse putant, consecutus est.

SIMILITUD. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat: eò quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressiùs. (*Cic.*) Arcesilaus Dialecticos ajebat similes esse ludentibus aleâ, qui non sine delectatione decipiuntur. (*Stob.*) Ariston Dialecticorum sermones aranearum telis conferebat; ut quæ subtiles admodùm, sed inutiles essent. (*Idem.*)

DICERE. Sagen. *Dire.*

SYN. Narrare, proferre, commemorare, pronuntiare, exponere, explicare, memorare, dictitare. ADV. Congruenter, explicatè, illuminatè, compositè, impolitè, accommodatè *ad*, argutiùs, attenuatè presséque, copiosè & ornatè, enucleatè, ineloquenter, suspicioliùs aut criminosiùs, temperantiùs, contumeliosè, circumscriptè numerosèque, definitè, exquisitiùs, horride, jejunè, sententiosè, perturbatè, præclarissimè, apertissimè, asseverantiùs, graviter ac decoratè, liquidò, sigillatim *de*, confidentiùs, inconsultè, strictim, cupidissimè, cursim, scitè & integrè, ferociter, industriùs *apud populum*, sublatiùs *de se*, inhumaniùs, inscitè, propè, vix satis, constanter, insolenter, insulsè, intemperanter, iracundè nimis, minaciùs *quam facere*, minus aliquantò, neque ita multò post, populariter *multa*, simpliciter, pedetentim cautéque, periculosè, prudentissimè, prudentiùs, satis luculentè, sceleratè *in aliquem*, seditiosissimè, summatim, verecundè, obscæniùs, vehementer & liberè, plusculum aut acerbiùs. (*Ex Cic.*)

Digitized by Google

PHR. Verba, *vel* ſermonem facere: orationem habere, uſurpare. Aliquid crebris uſurpare ſermonibus. Enuntiavit apud amicos, quod adhuc ſemper tacuerat. Hæc nunc expromam abſens audaciùs. Illa, deprome nobis, unde afferas, quæ ſæpiſſimè tractas. Dicam, quæ mihi ſunt in prompto, quæ mihi occurrunt, quæ mihi ſe offerunt. * **Ich will dir meine Meinung darüber ſagen.** *Je Vous diray ce que j'en penſe.* Hâc de re proferam, quod ſentio; explicabo vobis mentem meam. Expromam, depromam, aperiam, exprimam vobis ſuper hâc re animi ſenſa *vel*, ſenſus. * **Was haſt du darwieder zuſagen.** *Qu'avez-vous à dire contre cela?* Ad ea quid habes, quod reſpondeas opponas, objicias? Adversùs ea quid reſpondes? * **Er weiß nicht was er ſagt.** *Il ne ſcait, ce qu'l dit.* Nec mente, nec linguâ conſiſtit. (*Cic.*) **Alles ſagen was in das Maul kommt.** *Dire tout ce qui vient à la bouche.* Quidquid in buccam venit, *vel*, incidit, garrire, effutire, deblaterare, temerè effutire. De aliquâ re temerè effutire. * **Ich hab euch alles geſagt/was ich gedacht.** *Je vous ay dit tout ce je penſois.* Effudi vobis omnia, quæ ſentiebam. * **Er ſage / womit ich ihn beleydiget.** *Qu'il diſe, en quoy je l'ay offense.* Edat, *vel*, exponat, expromat nobis, in quo ego illum offenderim. * **Ins Ohr ſagen.** *Dire à l'oreille.* In aurem monere. * **Er hat was ſchönes vorgebracht.** *Il a dit un beau mot.* Protulit dictum ſubtile, non obtuſum; illuſtre, non vulgare, ſingulare, non commune; natum ex reipsâ, non aliunde quæſitum.

DIFFICILIS. **Beſchwerlich.** *Difficil.*

SYN. Laborioſus, operoſus, arduus, magnus, moleſtus. PHR. **Es iſt eine beſchwerliche Sach.** *C'eſt une choſe difficile.* Res eſt laborioſa, minimè facilis, graviſſima, habens multum difficultatis & laboris;

ris: in labore multo posita: in quo multum est negotii, *vel*, operis. Res est hæc magnæ difficultatis, multi laboris. Non parvi negotii, non operis exigui, occupationis non exiguæ. Res hæc difficultatis, negotii, laboris habet plurimum. Non ea res est, quæ facilè, parvo negotio, levi labore, non magno studio possit effici. Res ea est, in quâ sudandum, multum operæ ponendum, vigilandum, excubandum animo, non leviter laborandum sit. In quâ studii multum, industriæ plurimum sit adhibendum. Res est ejusmodi, ut curam ac diligentiam non mediocrem postulet. Quæ non leviter sit curanda; non frigidè aut languidè agenda, tractanda videatur. Non ea res est, quæ levi labore, quæ parvo negotio effici possit. Res est difficilis factu, difficilis ad expediendum.

AMPLIFICAT. Quod facile & pronum est, parva laus: quod difficile & arduum est, magna laus sequetur. Hanc urramque propositionem, neminem esse putem, qui in dubium revocare possit: si ad rerum humanarum eventus considerandos animum instituerit. Neque enim Gubernator ille magnopere laudandus est, cujus ducta navis longè ab infamibus scopulis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata procellis, obsecundante fortunâ, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, nautis ovantibus, ad portum securum pervenerit: Neqne Viator, qui per apertam planitiem, nullis sentibus intercluſam, nullis fluviorum anfractibus, & mæandris impeditam, nullis decursibus lubricam, nullis saxetis asperam, sine prolapsione cursitarit. Neque Imperator, qui nullis obsistentibus hostium, in urbem nullis fossis cinctam, nullis propugnaculis munitam intraverit: Neque Medicus, qui ægrotum levi febriculâ tentatum sine cunctatione sanaverit; aut Orator, qui causam nullis difficultatibus innodatam, nullis implicatam

tricis, ſuffragante coronâ, faventibus Judicibus evolverit; Sed is demum laudatur Gubernator, qui in cæcis nubibus & procellis, cum ſtrident funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, navem inter undas dirè frementes fluctuantem, ad portum tandem ſubduxerit; Is viator, qui inter ſcopulos & ſaxa perreptans, inter rugientium fremitus belluarum, inter latronum inſidias, cum nihilominùs magnâ celeritate ſe receperit: Is Imperator, qui non minùs cum fortunâ quàm cum hoſtibus luctatus, inter armorum tumultus, ferro ruperit viam per hoſtes: Is Medicus, qui naturæ viribus propemodùm exhauſtis, ægrum depoſitum, tantùm non ex ipſis Orci faucibus evocârit: Orator, qui cauſam per ſe obſcuram illuſtravit dicendo, aut ſi invidiâ flagrantem popularem effecerit, aut evolverit implicatam. Ex his omnibus, quis non apertè videt, quod arduum ac difficile eſt, magnam laudem ſequi, contrà verò quod pronum & facile, aut parvam, aut potiùs nullam.

DIFFICULTAS. Beſchwerlichkeit. *Difficulté.*

SYN. Labor, anguſtia, aſperitas. ADJU. Domeſtica, incredibilis, magna, *majores*, *multæ*, nummaria, odioſa *navigandi*, pecuniaria, publica, ſumma tanta, *tot tantæque*. (*Ex Cic.*) PHR. Gravis labor. Res intricatiſſima, maximi laboris, *vel* moleſtiæ multum difficultatis habens. Cognitio hæc multis difficultatibus obſtructa eſt, obſepta eſt, obducta eſt, cincta eſt. Non habet facilitatem omnibus obviam. Ardua molietur, quisquis hoc audebit. Audax profecto negotium, & liventis invidiæ dentibus inprimis obnoxium. * In maximas difficultates incurrere, delabi, incidere, adduci. Magnis difficultatibus affici. * Difficultatem hanc illicò complanavit. * Difficilis omninò hiſtorica ſcriptio eſt, non nego; neque enim ullam puto majoribus undiquè difficultatibus, tan-

tanquam perpetuis aut peracutis rupium cruſtis implexam. * Darinnen beſteht die Beſchwernuß. *C' eſt lá le point de la difficultè.* Nodus ille difficultatis eſt. Eſt illud difficultatis caput. In eo potiſſimum difficultas eſt, ſita eſt, poſita eſt, conſiſtit. * Das Eyß brechen. *Frayer le chemin à une affaire difficile.* Difficultatem gerendæ rei perfringere. Expediendi negotii difficultatem infringere. Perruptâ difficultate ad negotium viam patefacere, obſeptum aditum aperire. * Leichtlich. *Facilement.* Nullo negotio. Haud gravatè, *vel*, difficulter.

SIMILITUDO. Ut Roſa flos unus omnium longè gratiſſimus, de ſpinis naſcitur: Sic è triſtibus & aſperis laboribus fructus capitur dulciſſimus. (*Eraſm.*] Ut quòd majori negotio chalybi aut marmori inſculpſeris, durat diutiùs: Ita quod majori ſtudio diſcimus, nunquam obliviſcimur. [*Idem.*) Ut Phœnix nonniſi quingenteſimo anno naſcitur: ita inſignium virorum rarus eſt proventus. (*Plin.*)

DIGNITAS. Würde. *Dignité.*

SYN. Honeſtas, honor, gradus, ſplendor, decor, pulchritudo, ornamentum, decus. ADJU. Admirabilis, admiranda *conſilii*, ampliſſima, cara, clariſſima, communis, vetus, conjuncta *cum utilitate communi*, eximia, conſularis, ſumma, excellens, familiaris, imperatoria, jucundior, liberalis, magna, tota, major, maxima, nefaria, minor, nova, otioſa, parva, præſtabilior, præſtans, præſtantiſſima, cum præſens tum etiam inſperata, priſtina, publica, ſalva, ſingularis, vera, utilis. (*Ex Cic.*) PHR. Gradus dignitatis. Honoris amplitudo. Forma & liberalis ſpecies. Honorum præmia. Dignitatum ornamenta. * Zu hohen Würden erhöhet werden. *Etre élevé á des hautes dignitez.* Ampliſſimos dignitatis gradus adipiſci, aſſequi, conſequi, ob-

tinere. Illuſtribus honorum titulis decorari, ornari, inſigniri. Amplisſimo in gradu dignitatis locatum eſſe, ſedere. Ad honores amplisſimos evectum eſſe. Abundare magnis honorum ornamentis. V. MUNUS.

DILIGENS. Fleißig. *Diligent.*

SYN. Promptus, impiger, accuratus, ſedulus, aſſiduus, perdiligens, ſolicitus, navus, *vel*, gnavus, induſtrius. PHR. In agendo celer: (*Nent.*) Celere. Experientisſimus & Diligentisſimus. Omni officii genere diligentisſimus. In omni genere diligens, prudens & attentus. Aſſiduo & quotidiano aſſuetus labore. In agendis minimè incurioſus. Nullâ negligentiæ maculâ devenuſtatus. Quo nihil diligentius. Accuratisſimâ præditus diligentiâ. Accuratâ utens operâ. Res omnes officioſisſimè curans. Quo nemo in curandis negotiis diligentior. Vir ſummæ induſtriæ; ſtudioſus ac diligens.

ANPLIFIC. Hæc ut non modo faceret, ſed & perficeret, vigilabat, excogitabat, lucubrabat, plus olei, quàm vini conſumens ut Demoſthenes; multa perſcrutans, plura experiens, omnia ſecum ipſe meditans atque commentans. In lucubrando ſanè ſtudio fuiſſe incredibili, tradit Laërtius: In legendis veterum monumentis factus ipſe ſpirans bibliotheca, vicit omnium fidem. Vigilant, ſudant, laborant, contendunt: non rei familiari parcunt, non corpori ullam partem capiunt quietis; omnes Rhetorum libros pervolutant, omnia veterum Oratorum ſcripta perlegunt, & eorum quam ſimillimi eſſe conantur.

DILIGENTIA. Fleiß. *Diligence.*

SYN. Aſſiduitas, ſedulitas, accuratio, ſolicitudo, ſtudium, celeritas, impigritas. ADJU. Accuratisſima, acerbisſima, amplisſima, artificioſa, crudelis, egregia,

gia, nova, ſingularis, excellens *in re aliquâ*, grata, inanis, inepta, miſera, miſerabilis, moleſta, incredibilis; magna, major, ſumma, non mediocris, minuta, nimia, pergrata, plena *ſimultatum*, privata. (*Ex Cic.*) PHR. Hæc acrem curam diligentiamque deſiderant. Mihi pergrata eſt aſſiduitas & diligentia. Cornelii operam & ſedulitatem laudare poſſum. Quibus præcipua cura rerum incumbit, & quò magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, hic magiſtri appellantur. Mihi in labore perferendo induſtria non deerit. Qui omne ſuum ſtudium in doctrinâ & ſapientiâ collocârunt. Ut tutam pacem traheretis, meâ perfeci vigilantiâ. * **Fleißiglich.** *Diligemment.* Diligenter, Accuratè, ſedulò, ſolicitè, celeriter, naviter. Multò diligentiùs, ſtudioſiùs, vigilantiùs. Quàm diligentiſſimè. Expeditè. Magnâ cum curâ atque diligentiâ. Omni animi corporisque contentione. Manibus pedibusque. Obnixè. Elaboratè. Ad amuſſim. Ad unguem.

Fleißig ſeyn. *Uſer de diligence.* In aliquâ re faciendâ diligentiam adhibere maximam. Aliquid magnâ cum curâ exequi. Aliquid omni ſtudio atque diligentiâ præſtare. Ad aliquid ſingularem conferre diligentiam. Colere diligentiam. Impigrum ſe præbere. Studioſum & acrem ſe præſtare. Accuratione uti. Celeritatem adhibere. Expeditè rem exſequi. Celeriter rem accurare. Officioſiſſimè aliquid curare. Contendere omnes nervos induſtriæ in re aliquâ. Summo ſtudio, ſummâ vi contendere, eniti. Incredibile ſtudium in re aliquâ ponere. * **Ich werde meinen möglichſten Fleiß anwenden.** *Je feray tout mon poſſible.* Poſthabitâ omni aliâ cogitatione: Abjectis omnibus aliis curis, quantum conniti potero, tantum conferam in hanc rem operæ: Nihil mihi prius erit, nihil antiquius: In illud unicè in-

cumbam: Id mihi inprimis propoſitum erit in totâ vitâ: Eò ſpectabit potiſſimùm animus: Eò curæ cogitationesque meæ potiſſimùm referentur. Quantum conniti animo, quantum labore contendere potero. Nihil non agam. Nullum non movebo lapidem. Toto pectore in illud incumbam. Omnibus viribus opibusque elaborabo. Omni ope atque operâ nitar. Omnes vires contendam. Nihil, quod in me eſt, prætermittam, ut.. Omnibus nervis ac facultatibus contendam. Studioſiſſimè diligentiſimeque curabo. Summis viribus, ſummâ ope nitar, adnitar. Solicitè agam. Omnem rationem adhibebo. Mente & animo inſiſtam. Nil inexpertum omittam. Nunquam conquieſcam, neque defatigabor. Omnibus facultatibus enitar.

AMPLIFIC. Quæ ſedulitas ita fructuoſa eſt, ita honorifica; nihil ut fructuoſius, nihil magnificentius nec fingi animo poſſit, nec ullâ hominis cogitatione deſignari. * Tollunt de medio impedimenta omnia, moleſtias exſorbent: ſuperant labores, vincunt expugnantque difficultates omnes occurrentes in diſcendo; ſi magnus ardor animi, quem parit amor ſapientiæ, ſi cupiditas ſciendi naturalis, excitata induſtria nos rapiet ad diſcendum.

SENTENTIÆ. Ut qui ſeriùs exivit, cursùs celeritate penſet ac ſarciat oportet: ità qui ſeriùs ad bonam vitam aut littetas accesſit, diligentiâ rèparet neceſſe eſt ſuperioris ceſſationis jacturam. (*Sen.*) Ibi adhibenda eſt diligentia, ubi omnia negligas, te primum ſi tibi providere vis. (*Nier.*) Cum omnium rerum velociſſima fortuna ſit, præcurrit illam diligentia. Diligentiæ ipſa ſervit Fortuna. (*Idem.*) Diligentiam nemo ſeveram expertus eſt, niſi fugitivus: nemo ſuavem, niſi amicus: cum quâ nemo conſenuit, niſi beatus. At dura eſt: ſed inexpertis. Quis amaras radices amputat, qui lætari vult in fructu?

Unus

Digitized by Google

Unus illi hoſtis eſt, qui & virtuti, otium. (*Author.*)

SIMILITUD. Ut nihil minus expedit, quàm agrum optimè colere: Ita ſæpenumerò inutiliſſimum eſt, nimis eſſe in negotio diligentem. [*Plin.*] Ut videmus apem, omnibus floribus inſidentem, à ſingulis, quod utile ſit, accipere: Sic & doctrinæ cupidos nihil non attingere, undique, quæ ſunt utilia, colligere. (*Max.*) V. DISCIPULUS.

DILUVIUM. Sündfluß. *Déluge.*

SYN. Diluvies, eluvies, inundatio, cataclysmus. ADJU. Univerſale, immite, horrendum, ſubitum, maximum, triſte. PHR. Illa ſcelerum vindex, atque, ut ita dicam; piacularis eluvies, & inundatio terrarum.

AMPLIFIC. Supernè Cœlum torrentes jaculabatur, infernè terra abyſſos relaxabat, & dum aquæ emergebant, ad aquas elementares creatæ res redigebantur. Nulla jam aridæ, marisque diſcretio; unius fluenti alveo continebantur omnia; non jam ſcaturigines, & lacus, non fontes cum voluntate fluentes, ſed immanibus undis demergebantur univerſa. Non germinum ſpecies, & arborum flores, non urbes, non planities ulla, non montium vertices, ſed omnia fluctus inter naufragium communi operta ſepulchro, frequentiſſimæ gentes unà cum animi improbitate volutabantur in monumentis; quæ enim viventes ſe conſpurcaverant, ab eâ morientes non merebantur abjungi. Ita diluvii ſagenâ comprehenſi inter fluctuum vortices rotati, ac mutuâ calamitate puniti miſerando mortis genere ſurripiebantur: hi confertim aquis oblimati, confeſtim morituri videbantur: illi ſpirantes non ſine mali ſenſu longam excipiebant mortem: alii modico durantes tempore longius morte cruciamentum ſuſtinebant. Quàm mul-

multi montium capita incurſantes , intempeſtivâ fugâ trepidationem inutilem oſtenderunt : quia arborum vertices adrepſerant , comprehendebantur rapidiſſimè undis advolitantibus?Inſtabat acerrimè diluvium ad alta quaque ductum,à tergo ferebat omnia, donec ſimul omnibus implicatis idem mors eſſet , & tumulus mortua cum hominibus reptilia ſummis aquis jurabant.Rationis exſors,conſorsque natura unâ morte comprimebantur:canes cum hominibus iisdem operti fluctibus , ac deinceps prope invicem circumvoluti communiter vitam ponebant. Noëmus verò ſolus per omnium gentium ſtragem vitâ fruebatur propinatâ. Quemadmodùm gubernator quispiam in navis meditullio fidei tractans gubernacula,& diluvio circumquaque obſeſſus inconſumptus manebat , qui creaturarum ſervabat reliquias, qui Dei creaturis cuſtos appoſitus erat , qui in arcâ velut arce ſtadium decurrebat , qui creatura naufragium faciente placidè ſolus enavigabat , qui fide & ligno diluvioni unum afferebat. (*Ex Baſilio.*) * Et verò ſive iratus ſceleribus , ſive noſtræ ſalutis amantiſſimus Deus ad deteſtandæ turpitudinis ablutionem adjiciat animum ; jam non tenues rivi , non mediocres fluvii,non clauſa littoribus maria , ſed repetitus undarum Cataclysmus latè orbem occupanti fœditati eſt immittendus. Ubi modum excedit turpitudo , tenui rivo non abluitur. Ubi totus Orbis una eſt macula , non poteſt niſi diluvio dilui. Immergendus eſt totus , qui ſubmergi eſt meritus. Corrupto ſæculo nemo integer debet conſervari. Una Navis in communi orbis interitu ſalutem pollicetur. In exundante Salo , una Salus eſt Arca. Si quos igitur blandiſſimus vitæ amor ſollicitat , una in medio mari Salutis portus eſt arca. * Corruperat (ſi meminiſtis) omnis caro viam ſuam ſuper terram , & inter corruptos mores nullus integritati locus concedebatur. In adoleſcen-

tibus annis adulta vitia, in ſenescente vitâ vegeta & florens audacia, in omni ætate annoſum ſcelus, in omni ſexu indiſtincta iniquitas, in omni ordine & conditione inordinatus animorum tumultus imperabat rationi. Nulla divinarum legum reverentia, nullus ordo juris, nulla ſacrorum æſtimatio, nullus Juſtitiæ metus, furta & rapinas, odia & cædes, mutua turbatorum animorum funera, proſtitutiones integritatis, pudicitiæ violentias, conjugalis thori violationes, fraterni thalami probra impediebat. Irritata Juſtiſſimi vindicis ira nec debebat, nec poterat fulminatricem manum coërcere; quin quos longâ adeò indulgentiâ per complura ſæcula toleraverat impios, tandem effuſo in univerſos ſupplicio funeraret. Carcere igitur ſuo laxantur venti, coguntur nubes, fugatur dies, turbatur Cœlum, coruſcat fulgur, libratur fulmen, rumpuntur abyſſi, erumpunt maria, univerſæ cœli cataractæ recluduntur. Intumeſcunt undique fatales aquæ: affluunt impetu, defluunt rapiditate, ſuperfluunt tumore, circumfluunt vaſtitate: implentur valles, operiuntur tecta, exceduntur turres, obruuntur cum populis urbes, ſorbentur cum urbibus regna, interit orbis; quaquâ patuit natura, unico pelago tumulatur, & Divinæ vindictæ flamma medias inter undas violentiùs exardeſcit. Unica naufragantis mundi onuſta reliquiis compendiati totius humani generis habitatio, unica in ſalo ſalus. Noëmi oneraria indomitum hunc Oceanum felix inambulat, donec enubilato tandem furore Nemeſis, exhauſtis abyſſi fontibus, extinctis per diluvium ultionis Divinæ flammis, paſſa eſt demerſis omnibus terram emergere, & ſuffocatis flagitiis emendatum orbem reſpirare. Itaque in alium jam orbem deſcenſurus omnium hominum novus Portitor Noë, exploratricem Columbam, primam pacis interpretem dimittit ex Arcâ; quæ cum bene

omina-

ominatum virentibus foliis Oliva ramum attuliſſet; planè intellexit eum ſanctiſsimum extinctæ per aquarum inundationes iræ divinæ; indeptæque tandem pacis argumentum.

DIOGENES.

ADJU. Doctus, peritus, inops, mendicus, conſtans, lepidus, feſtivus, argutus PHR. Philoſophus Sinopeus, Cynicus. Cui pera penus, cui dolia ſedes. Philoſophus ille laternarius, doliarius.

AMPLIFIC. Potuitnè egentisſimus, ſimulque locupletisſimus ille mortalium, ille rerum humanarum contemptor, calcator ille faſtûs & arrogantiæ, ridiculus ille, admirabilisque Philoſophus ac deriſor Diogenes, potuitnè, inquam, quidquam profari verius vel ingenioſius, quàm cum interroganti cuipiam, quodnam ſibi videretur ſuſtinere terra grávius onus, Indoctum hominem, reſpondit. * Quid cum Laternâ illâ tuâ quæris, Diogenes, lepidisſime bipedum? Quid inveſtigas Doliaris Philoſophe, ſapientisſime Nugator, illuſtrisſime Morio? quid indagas, Mendicorum nobilisſime, cum accensâ illâ Lucernâ ipsâ meridiei luce, medio in foro frequentisſimæ civitatis? age, reſponde, Tenebrio clarisſime, quid inveſtigas? Audite quid reſpondeat joculare caput: HOMINEM QUÆRO, inquit.

DISCERE. Lernen. *Apprendre.*

SYN. Perdiſcere, condiſcere, cognoſcere, percipere, comprehendere. ADV. Aliunde, breviter, diutiùs, facilè *artes*, fortius, præclarè, meliùs, ſtudioſè, perinde *ut diſcenda.* PHR. **Dieſes hab ich auß der Erfahrnuß gelernet.** *J' ay appris cela par experience.* Hoc ab experientiâ didici, percepi. Hujus rei cognitionem cepi, ſcientiam hauſi, intelligentiam ſumpſi ab experientiâ & uſu. Ad hujus rei cog-

cognitionem perveni, experientiâ duce. Ad hujus rei cognitionem, viam mihi uſus aperuit. Hanc rem uſus mihi patefecit, me docuit uſus & experientia. Hujus rei intelligentiam aſſecutus. Sum conſecutus, experientiam ſecutus ſum. * Ich habs vom hören ſagen vernommen. *Je l' ay appris par ouir dire.* Id famâ & auditione accepi. * Ich hab ein wenig Griegiſch gelernet. *J' ay appris un peu de Grec.* Græcas litteras delibavi, leviter attigi. * Ich hab die Geographie in kurtzer Zeit gelernt. *J' ay appris la Geographie en fort peu de temps.* Geographiam curſim arripui.

DISCIPLINA. Zucht. *Diſcipline.*

SYN. Inſtitutum, ratio, inſtitutio, ars, mos, Conſuetudo. ADJU. Acerrima & equeſtris, optima, ſeveriſſima *ad judicandum*, antiqua, bona, bellica, dialectica, nova, certa, ſdigna *ſtudioſis ingenuarum artium*, clariſſima, domeſtica, publica, *variæ, conſentaneæ, domeſticæ*, inops *ad ornandum*, *ſed ad inveniendum expedita*, multa; præclara illa quidem, ſed noſtris rebus non apta; equeſtris, vel, meretricia, vetuſta, fortior *contra dolorem*, gravis & conſtans, continens & ſevera, mala, mollis, voluptaria, delicata, mollis, *graviſſima*, indocilis, nobilis, *notæ*, perfectiſſima, *ingenuæ*, magna multiplexque, vetus, melior, navalis, *optimæ*, perfacilis *cognitu*, præſtans, *pueriles*, ſanctiſſima, vulgaris. (*Ex Cic.*]

PHR. Nach der Vernunfft und in der Zucht leben. *Vivre avec diſcipline.* Vitam dirigere ad rationis diſciplinam. Mores dirigere ex accuratiſſimâ rationis amuſſi. Ex præſcripto rationis vitam agere. Actiones vitamque univerſam ex diſciplinæ regulâ componere. Diſciplinæ militaris obſervantiores milites.

AM-

AMPLIFICAT. Disciplina vinculum est, per quod Respubl. cohæret firmiter, cohæret tenaciter, sine quo illa nil nisi onus est, nil nisi præda est. Circes illius virga est, quâ tactæ feræ, feræ rigidæ, feræ rapidæ, feræ rabidæ mitescunt; quâ tacti homines homines inquieti, homines turpidi, homines immorigeri mansuescunt. * Claudicat in officio suo animus noster: Claudicat? imò labitur, & periculosè offendit, nisi regatur hac disciplinæ vigilantisque præceptoris libellâ.

SENTENTIÆ. Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam. (*Prov. 13.*) Qui diligit disciplinam, diligit scientiam. (*Prov. 12.*) O quam compositum reddit omnem corporis statum, nec non & mentis habitum Disciplina! Cervicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, frænat gulam, sedat iram, format incessum. (*Bern.*) Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis; facit in CHRISTO manere semper, ac jugiter DEO vivere; ad promissa cælestia & & divina præmia pervenire. [*Idem.*] Quoties contra Ecclesiasticam disciplinam quid gestum dicitur; nè nos ante DEUM culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere non audemus. (*Greg.*) Disciplina est Filia Justitiæ, soror religionis, amica pœnitentiæ, domina humilitatis, ducissa fortitudinis, magistra castitatis, fabricatrix devotionis, sponsa Sanctorum, nutrix bonorum, medicina omnium. (*Alan. de Rupe.*)

SIMILITUDO. Sicut Aquila retrahit alas, ut meliùs extendat: Sic interdum remittenda & temperanda est disciplina, ut postea convalescat. (*Bonav.*)

Digitized by Google

DISCIPULUS. Lehr Jünger. *Diſciple.*

SYN. Auditor, tyro. ADJU. Diligens, ſedulus, inſignis, ſtudioſus, rudis atque integer, benè inſtitutus, melior Magiſtro, diſciplinæ idoneus, diſcendo habilis, ſuſcipiendæ inſtitutioni aptus, ad præcepta capax. PHR. Facili promptoque ingenio & in percipiendis optimis artibus & diſciplinis celer, quaſi Muſis faventibus & haud gravatim ſuppeditantibus. * Demoſthenes war des Platonis Lehr-Jünger. *Demoſtene a été diſciple de Platon.* Demoſthenes ſub Platonis diſciplinâ fuit; Platonem habuit Magiſtrum; Platonem, audivit; Platone uſus eſt Magiſtro, Præceptore; à Platone eruditus, excultus doctrinâ fuit, doctrinam hauſit, litteris imbutus fuit: Platonis præceptis imbutus eſt; Platonis Gymnaſium frequentavit, trivit; Apud Platonem litteris operam dedit; Se in diſciplinam Platonis tradiderat: Acceperat à Platone diſciplinam. * Aliquem in album diſcipulorum referre. Adoleſcentes ei in diſciplinam traditi.

AMPLIFIC. Accepiſtis Majorum mores, imbibiſtis præcepta, ingreſſi eſtis viam eorum illuſtribus conſignatam veſtigiis, quæ omnia ſuadent hominibus, expectare à vobis plura, quàm arbitremini. * Quæ inſania, ſuæ protervitatis & petulantiæ ſagittis Scopum Præceptores facere; hunc pedum conſploſione, tumultu illum excipere, hunc palam & ſine rubore deridere, iſti reſponſare & in faciem reſiſtere, omnes aſpernari ac contemnere. * In bonitate naturæ atque ingenii abundantiâ (rem admirabilem) tantâ utebatur contentione animi atque induſtriâ, quantâ utendum eſt homini, qui quò minus ingenio poteſt, ſubſidio ſibi comparat diligentiam: ut & ingenioſus diligentiâ vinceret, & ingenio diligentes, & totum illud tempus ſibi perire crederet, in quo non aut doceret aliquid aut diſceret. * Quem

diſcipulum dum interrogantem, reſpondentem, diſputantem ſæpè audiverat Præceptor, & per eam occaſionem penitus introſpexerat, ingenium ejus acumine, capacitate, judicio præditum admirabili, ſpem ex eo doctrinæ ingentem conceperat; alebat expectatione ſpem; admiratione fovebat expectationem, quam aliquando verbis, ac honorificâ oratione patefecit. * Annum agebat quartum, cum celeritate ingenii præcurrente ætatem, rectori commiſſus eſt & docto & probo, quem protinus ſic amare & vereri cœpit, non ut magnam partem, averſari, ac metuere, ſic facilè, & feliciter ea, quæ monſtrarentur, arripere, ut admirationi omnibus, & voluptati eſſet: nempe quemadmodum à pueritiâ, ut ita loquar, dici plerumque conjicitur, qualis eſſe debeat ejuſdem ſenecta, ita etiam à matutino tempore illius ætatulæ, intelligebatur, quod veſpertinum eſſet, atque adeò ipſe vitæ occaſus futurus: & procedebat indies longius eâ ferè ratione, ut nihil novi addiſcere, ſed quæ dudum ſciviſſet, reminiſcendo recognoſcere videretur. * Puer, in quo ſingulari quotidiè incremento laus eximia, amor civium omnium, eruditio admiranda creſcit. * Dotes animi tam præclaras celebrate, prædicate, modis omnibus decantate: ut ſitis religione pii, literis eruditi, moribus politi, doctrinâ elegantes in diſcendo ſubtiles, ornati etiam & copioſi in dicendo; Vobis honori, parentibus voluptati, gaudio propinquis, amicis uſui, patriæ emolumento.

SENTENTIÆ. Diſcipulorum virtus Magiſtro plus ornamenti atque commendationis affert, quàm ulla Epiſtola. (*Chryſoſt.*] Nullâ re æquè allici diſcipulus poteſt, ac perſuaſione hâc, curæ ſe eſſe præceptori, ſuâque causâ illum mœrere, quod exuberantis charitatis eſt. [*Idem.*) Magiſtro magnam facit injuriam, qui ſe diſcipulum fatetur ejus, cujus non ſequitur in-

inſtitutum. (*Chryſol.*) Opus Magiſtri ſalus eſt Diſcipuli.(*Hier.*)Diſcipulorum ſalus præmium. Magiſtrorum eſt.(*Idem.*)

SIMILITUD. Quemadmodum ignavi cibique avidi canes,domi ferarum pelles mordent , ac villos vellunt; feras ipſas in venatu non attingunt : Sic quidam præpoſterè , ſtudioſi de nugis agunt , caput diſciplinæ non attingunt. (*Plut.*) Non ut ex ſapientiſſimis parentibus ſtultiſſimi plerumque naſcuntur filii; Ita à doctis præceptoribus indocti diſcipuli, à probis eductoribus alumni improbi. Nam illic eſt corporum propagatio,hic animorum. (*Eraſm.*)

DISCORDIA. **Uneinigkeit.** *Diſcorde.*

SYN. Diſſidium, rixa, jurgium, contentio,controverſia,diſſenſio, diſtractio, disjunctio, seditio, odium, diſcrepantia. ADJU. Maxima,perniciosa, ſtulta,tacita. (*Ex Cic.*) Singularis, mira, incredibilis, domeſtica, perpetua, diuturna, inveterata,armata. PHR. Diſſenſio opinionum, disjunctio animorum, varietas in animis, voluntatum alienatio, diſſenſio ſine acerbitate. Vetuſtis odiis nutritum diſſidium. Inter illos magnæ exiſtunt controverſiæ, graves contentiones intercedunt; inter ſe maximè diſſentiunt,graviſſimè diſſident. Obortum eſt inter eos diſſidium, refrixit benevolentia, diſſidium indies gliſcit. Oborta eſt inter eos gravis conflictatio. Capitum duorum mutua odia oppidanos univerſos in geminas factiones diſcidit. * **Uneinigkeit zwiſchen den Freunden anſtifften.** *Deſunir les amis.* Amicorum ſocietatem, Conjunctionem dirimere, labefactare,perfringere. Lites contentionesque inter amicos ſerere. Amicos mutuò abalienare, Amicos diſſociare. Amicitias diſſolvere. Alienare à ſe voluntates. Quæ in rerum naturâ, totoque Mundo conſtant, quæque moventur, ea contrahit amicitia, dis-

diſſipat diſcordia. Nulla eſt domus tam ſtabilis, nulla civitas tam firma, quæ non odiis ac diſſidiis poſſit everti. Diverſæ voluntates civium fuerunt, diſtractæque Sententiæ; non enim conſiliis ſolùm ut ſtudiis, ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus. (*Cic.*) Sic nimirum inter affectionum nubes odia funduntur, ſic ardent cupiditatum faces, ſic irarum tragoribus omnia quatiuntur.

AMPLIFIC. Diſcordiâ, diſſenſione, jurgiis, diſtractione voluntatum ac virium, familias clariſſimas extingui, Reſpubliças florentiſſimas interire, imperia firmiſſima labefactari, penitusque concidere, ſatis liquet: quia quò virtûs magis unita eſt, eò fortior eſt, faciliusque reſiſtit Fortunæ, ac malevolorum injuriis, cùm autem disjuncta eſt ac ſegregata, exiſtit imbecillior, adeoque nullo fere labore frangitur. Nimirum, ut Micipſa Numidarum Rex olim edixit, *Concordiâ parvæ res creſcunt, Diſcordiâ maximæ dilabuntur.*

SENTENTIÆ. Semper jurgia quærit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum. (*Prov. 17.*) Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. (*Matt. 12.*) Si invicem mordetis & comedetis; videte, nè ab invicem conſumamini. (*Gal. 5.*) Meliùs eſt emigrare cum gratiâ, quàm cohabitare cum diſcordiâ. (*Amb.*) Nulla ſpatia poſſunt ſatis eſſe diſcordibus: quietis & pacificis etiam anguſta abundant: diſſonis moribus etiam ſpatioſa arctantur. (*Idem*) Quisquis corpus affligit, ſed concordiam deſerit; DEUM quidem laudat in tympano, ſed non laudat in choro. (*Hier.*) Sicut nihil eſt pretioſius DEO virtute dilectionis: ita nihil eſt deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. (*Greg.*) Maxima cauſa discordiarum eſt diverſitas voluntatum. (*Salv.*) Par dignitas cauſa dignitas cauſa diſcordiæ. (*Ennod.*) Domeſtica diſcordia hominis eſt tandem pacificatrix paſſionum;

&

& diſſenſus ſui, veræ almæque pacis caduceus fiet. (*Nier.*) Homines turbulenti, diſcordiarum incentores, ſunt ſatanæ miniſtri. (*Drexel.*)

SIMILITUD. Ut macula ſtatim eſt eluenda, nè inhæreſcat, & difficiliùs eximatur: Ita diſſenſio fratrum illicò tollenda, nè gignat odium. (*Plut.*) Ut aqua in locos hiantes ac diductos influit, ac magis eos divellit. Ita quidam irritant fratrum diſſidia. (*Idem.*) Ut ſingula haſtilia facilè frangas, conjuncta non poſſis: Ita diſſidentes facilè ſuperantur, concordes haud facilè. (*Idem.*) Ut cælo quamvis ſereno nubecula licet parva ventum procelloſum dabit: Sic rebus admodùm pacatis ex minimo diſſidio graviſſimi rerum motus ſubitò oriuntur. (*Plin.*)

DISPUTARE. Diſputiren. *Diſputer.*

SYN. Diſſerere, diſceptare, contendere, decertare, dimicare. ADV. Acutè, diligenter, accuratè, exquiſitè *de crimine*, captiosè, ſubtiliter, accuratiſſimè, avidè, amanter, prudenter, argutiſſimè, facetiùs *de omni re*, commodiùs, copiosè, elegantèr, enucleatè, exiliter, jejunè, fuſiùs, liberè, uberiùs, graviter, inſolenter, inſcitè, leniùs, ſubtiliùs, ſeverè *in aliquem*, variè *ſecum de re aliqua.* (*Ex Cic.*) PHR. De re aliquâ diſputare, diſputationem habere. Aliquid diſputare. Rationibus agere. Inſtituere diſputationem, vel, certamen. Vocare aliquid in controverſiam, ſeu in judicio, ſeu extra Judicium. Judicio aut armis rem ſuam aſſerere, vindicare, perſequi, experiri. * Von was diſputirt man. *De quoy diſpute-t-on?* Quæ res in controverſiam venit, vocatur; in diſceptationem adducitur? Quid agitatur? Quid quæritur? * De aliquâ re in contrarias partes, *vel*, in utramque partem, *vel*, neutram partem diſputare. Crebro mutuoque conflictu ſeſe exercere. Habet aliquid quæſtionis hæc

res. De nomine & vocabulo controverſiam ſtruis. Philoſophi ætatem in litibus conterunt. Argumentum peramplum & grave, quodque fuſum ac diſſipatum vires amitteret, unius verbi compendio colligere, ac proinde fortiùs intorquere.

AMPLIFIC. Ratiocinationes contexere, & id, quod probandum eſt, acutè circumſcriptâ concluſione conficere; tum ea, quæ ab adverſariis allata ſunt. ſubtiliter diſſolvere. * Qui non moroſo aut obſcuro diſputandi genere, ſed amœnâ quâdam ac ſuaviſſimâ agendi ratione, vitia atque errores tollit hominum, ipſos autem ſuo ſibi judicio, non tam arguendo, quàm interrogando aſſentiri ſibi leniter cogit. * Armata apis eſt illa pungendi ſtimulo, quem nulli niſi laceſſita pro ſui defenſione infigit: hic aculeis argumentorum inſtructus nonniſi provocatus ab hoſtibus veritatis, ad ejus tutelam in eos jaciebat diſputando, vibrabat refutando, & in animis eorum infixos relinquebat. * Quis cognomentum Theologiæ denegare jure poteſt Thomæ, quem propter docendi facilitatem, interpretandi ſolertiam, diſputandi vim, ſcribendi felicitatem, de divinis rebus, in primâ ſede diſputatricis Theologiæ prudentium omnium ac rectè ſentientium manus approbatio plauſusque collocavit. * Provocor in arenam, in quâ non ſteriliter Philoſophicæ ſuccreſcunt laureæ. Poſt Solſtitium, hoſtem diſtuli & trophæa, ut brevior litem citiùs terminaret dies. Semper enim inter gloriam ſtetit decerpta monumento brevique aſſultu laurea. Quamquam à Solſtitio eruditæ longius incaleſcere poſſunt iræ, niſi eas vel ratio contrahat vel dies. At nec infauſta alite certamen in eo, cui felix augurium præcinit Trzedicorum olor candidus. Sic nec Ariſtotelici Organi ſonos hæc ales horret aut abnuit, cui nec anſer olim Capitolinus ingratum obſtrepere inter plauſus Theologicos Romæ videbatur. Nimirum hæc volucris amat flumina,

mina,tam ſacris fontibus Aquinatis,quam Euripo Ariſtotelis peramica. Plus mihi proinde hoc agone conferret quam Valerio Corvino virum contulerit ſacer ales.

DISPUTATIO. **Diſputation.** *Diſpute.*

SYN. Contentio, diſceptatio, lis, diſſertatio. ADJU. *Ancipites*, *anguſtæ*, *concisæ*, longior, perpetua, perjucunda, propenſior, univerſa, communis, meditata, *multæ & variæ*, puerilis,ſimilis, copioſa illa quidem ſed paulò abſtruſior, decora, *eruditiſſimæ*, *latæ eruditæque*, nova, propria, ac definita, exigua,*variæ ac diverſæ ac in omnem partem diffuſæ*, *voluptariæ*, magis facilis, quàm neceſſaria, *infinitæ*, pene intima *alicujus artificii*,*plenæ concertationum*, oculatoria,longa,bene longa, & ſatis litigioſa, inutiles, perpetua, probabilis & probè vera, ſimplex, ſplendida,ſubtilis, tota, uberior, ad ſimilitudinem veritatis propenſior. (*Ex Cic.*) Spiſſa confertaque. PHR. Concertationum plenæ diſputationes. Concertationes in diſputando pertinaces. Quidquid poteſt in diſputationem cadere, in quæſtionem venire, in controverſiam adduci,in contentionem vocari. Eruditæ diſputationes,quibus exacuitur ingenium, mens illuſtratur, animus doctrinæ varietate completur. Quæ pacato animo, ad inveſtigandam veritatem privatim ac ſemotis arbitris exercentur. Quæ in propatulo fiunt, ad oſtentationem duntaxat, aut captandam vulgi aurem,atque imperitiorum applauſum.

AMPLIFIC. Fateor graves & reconditas illas ex conviviis abeſſe oportere diſputationes, vel decerptas à dumetis Academicæ,vel è ſtoâ picturatâ coloratas, vel ex hortulis Epicuri demeſſas, vel è puteo Democriti hauſtas & libatas. * Lumen & ordo, quem rebus noſtris adhibere debemus. Lux mentis noſtræ quæ neceſſitatibus humanis ſuccurrit; rebus divinis afflictis & oppreſſis ſubvenit; mirificè hominum

ingenia exacuit, nodos diſſolvit, laqueos conterit; inſidias captionum in dicendo vitare monſtrat. A quâ qui edoctus fuerit, quippe in eâ diligenter ſe exercuerit, illa de quibus diſputatur, explanabit; aut ea refutabit, quæ nobis ſub ſpecie veri, & boni velamento ſe ſe inſinuabunt.

DIVES. **Reich.** *Riche.*

SYN. *Hic, hæc*, Dis, *hoc*, dite, hæc ditia *in plurali*, ditior, ditiſſimus, copioſus, perdives, pecunioſus, opulentus, locuples. PHR. **Du biſt ſehr reich.** *Vous étes tres-riche.* Peramplis facultatibus præditus es. Divitiis affluis, abundas, circumfluis. Es copiis locuples, copiis dives. Omni copiarum genere abundas. Maximæ tibi ſunt divitiæ. Amplas & copioſas opes poſſides. Omnibus fortunæ muneribus egregiè inſtructus es, ornatus es. Rem poſſides benè amplam uberrimam, copioſam. Oppidò dives es, opulentus, copioſus, locuples. Es ab re familiari benè paratus, egregiè inſtructus. Ampla tibi res eſt, prolixa, copioſa. A divitiis inſtructiſſimus es. Ab opibus paratiſſimus es. Opibus vales, præſtas, excellis. Es re, fortunisque auctior. Circumfluis iis omnibus rebus, quæ beatam vitam efficiunt. Nihil requiris eorum, quæ ad vitam feliciter agendam requiruntur. In omnium rerum abundantiâ vivis, ſic ut tibi adſint omnia. Es benè nummatus. Maximum in te fortunæ cum virtute certamen eſt. Divitiis æquè ac virtute abundas, & fortunæ muneribus & animi opibus egregiè ornatus es. Ampliſſimis opibus es auctus. Crœſi divitias, Midæ facultates, Pactoli opes, Pelopis talenta poſſides. Magnam vim auri argentique tenes. Tibi cum multo argento ſacculus tumet. Tu montes auri, & culti jugera magna ſoli poſſides. Re amplâ & prolixâ uteris. Tantâ rerum es opulentiâ, ut Iſthmum poſſis perfodere,

dere, & maria conjungere. Cives tuos omnes opibus longè præſtas. Immanem pecuniæ copiam habes, quam nemo regum adæquat. Tuâ ætate mortalium ditisſimus. Copiis rei familiaris locuples es & pecunioſus. Es abundè dives. Ingens habes divitiarum pelagus. Tibi abundè ſuppetunt divitiæ: affatim ſuppetunt opes. Nihil tuæ opulentiæ deeſt. Es probè ditatus. Tibi divitiæ ſunt perinſignes. Divitiarum nobilitate es clarus. Es opibus præcellens. Ultra rem Callìcratis dives. Immenſas opes, luculentasque divitias habes. Rerum ſecundarum affluis copiâ, Maximam bonorum Myrmeciam tibi congeſſiſti. Ingentem auri farraginem cumulâſti. Vir es prædives, nullius indigens. Corporis bona in te Natura ampliter congeſſit. Habes laqueata auro & ebore tecta, ſtrata marmore pavimenta, conveſtitos purpurâ parietes, amplam pecuniam, luxurioſas opes. Multum tibi fortuna de ſuis impertivit, communicavit, largita eſt. Tibi res eſt prolixa, minimè anguſta. Opibus optimè conſtitutis niteris, flores, excellis. Es domi tuæ cumprimis potens. Ab omnibus copiis es luculenter inſtructus. * Er iſt reich an Vieh. *Il eſt riche en bétail.* Eſt ei pecuaria res ampla. Ditisſimus eſt agreſtis opulentiæ. Gregibus pecunariis ſupra modum eſt dives.

AMPLIFIC. Quanta hodie, (declamabat non ita pridem in Divites, Cato quidam Tragicus] Quanta illorum hominum natio eſt, qui ſervire ſe crederent, niſi in alios dominarentur; nec ſe, ut homines haberi putarent, niſi colerentur ut Dii; nec felicitatem ſperarent ſatis cumulatam ſe poſſe conſequi, niſi quam creaſſet aliorum miſeria. Luxum facit Locupletum, Luctus inopum; illorum riſus patricida, ab iſtorum lachrymis oritur; & unius cupiditatem, multorum egeſtas temperare nequit. Sericæ veſtes illæ, quas induimus, ſunt potiùs plebejorum ſpolia,

quàm Bombycum ; & illa noſtra purpura,non tantùm murice,ſed etiam miſerorum cruore tincta, polybapha dici magis debet, quàm dibapha. Monilia, non ornarent ſatis,gemmea licet atque aurea , niſi ſplendorem ſuum,ab integrarum ſquallore familiarum acceſſerent ; nec armillæ decorarent brachia matronarum nobilium , niſi catenis manus infelices conſtringerentur. Torques iſtos, quos geſtamus quàm multos torquere creditis? Certè negare non poſſumus , quin plurimorum patrimonia,ſæpe pendeant ab unius collo ; nudentur innumeri, ut unus pretioſiùs veſtiatur. Quid jam de menſis noſtris dicam? quid de indigniſsimâ fame pauperum , inter epulas noſtras natâ ? Iis demùm cibis acquieſcimus divites , quos inopum ſudor condivit : & palato tantùm arrident, qui emuntur illorum ſanguine. Viderat affluentes , in unius Viraginis obſequium opes,cœlo turgentia in famulatum palatia,externa in parietibus marmora,peregrina in laquearibus maria , orientales in trabibus ſylvas,occidentis ſuperbiam in argento , dalmaticos in auro montes,omnem in gemmis Erythræi maris apparatum. * Dives villas oppiparè extruit, & domum ditisſimè exornat, & familiam numeroſiſſimè comparat. * Aurum & argentum imperitorum verberat oculos, & mentem avertunt à cœlo, infigunt terris.

SENT. Sed & quod divites opinaris continuantes ſaltibus ſaltus,& de confinio pauperibus excluſis, infinita,ac ſine terminis rura latius porrigentes,quibus argenti & auri maximum pondus,& pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defoſſæ ſtrues ; hos etiam inter divitias ſuas trepidos , cogitationis incertæ ſollicitudo diſcrucias,nè prædo vaſtet, nè percuſſor infeſtet,nè inimica cujuſque locupletioris invidia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecuro ſomnuſque contingit ; ſuſpirat ille in convivio , bibat licet

cet gemmâ: & cum epulis marcidum corpus thorus mollior alto ſinu condiderit, vigilat in plura, nec intelligit miſer, ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe teneri alligatum, poſſideri magis, quam poſſidere divitias atque opes. O deteſtabilis cæcitas mentium & cupiditatis inſanæ profunda caligo, cum exonerare ſe poſſit,& levare ponderibus, pergit magis fortunis augentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere:nulla in clientes inde largitio eſt, cum indigentibus nulla partitio, & pecuniam ſuam dicunt, quam velut alienam domi clauſam ſollicito labore cuſtodiunt; ex quâ non amicis, non liberis quidquam,non ſibi denique impertiunt. Poſſident ad hoc tantum nè poſſidere liceat alteri. O nominum quanta diverſitas: Bona appellant ex quibus nullus illis niſi ad res malas uſus. [*Sanctus Cyprianus M.*) Divites veluti obeſi Boves è reculis pauperum tanquam è paſcuis pingueſcunt. (*Drexel.*) Qui marmoreis tectis, ebore & auro fulgentibus,qui ſignis, qui tabulis,qui cælato auro & argento, qui Corinthiis operibus abundant.(*Cic.*) Quos inſolentia fere comitatur ac ſuperbia,divitiarum comites: omnia hi ſibi perſuadent poſſe. Tanta fiducia auri eſt! nihil tamen inſolentius novis opibus,nihil tenacius, inhumanius nihil, arrogantius nihil. (*Idem.*)

DIVTIÆ. Reichthum. *Richeſſes.*

SYN. Opulentia, copiæ, abundantia. ADJU. Ingentes, inanes, libidinoſæ, parabiles, terminatæ, maximæ certiſſimæque, naturales, opportunæ, veteres illibatæque, quaſi duces ad voluptatem & valetudinem bonam. (*Ex Cic.*) Amplisſimæ,firmisſimæ, invidioſæ, priſtinæ, fallacisſimæ, benè fundatæ. PHR. Magna vis opum. Magnæ fortunæ atque copiæ. Amplisſima res familiaris. Affluentia opum. Splendor divitiarum. Omnium rerum expetenda-

rum

rum abundantia, opulentia. Facultates rerum atque copiæ. Ingentes fortunæ. Multæ facultates nummariæ. Auri argentique gaza ingens. Divitiarum possessio diuturna. Opum vis totâ Europâ maxima, atque ab ipsis Indorum populis (CAROLO) submissa. Latifundia & prælia amplissima. Opes illa instrumenta vitæ: Opes inexhaustæ, quæ ut perennes quidam fontes fluunt: Quæ vitiant, quæ effœminant, de quarum capite semina malorum orta.

SENTENT. Non proderunt divitiæ in die ultionis. (*Prov.15.*) Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientiâ. (*Eccle.13.*) Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. (*Psal.71.*) Ubi sunt, qui thesaurizant argentum & aurum, in quo confidunt homines? (*Bar.3.*) Nihil miserius, quàm propter nummos DEUM contemnere. (*Hier.*) Quid prodest arca plena bonis, si inanis sit conscientia? Bona vis habere, & tu bonus esse non vis. (*Aug.*) Aurum est materia laborum, periculum possidentium: Aurum enervatio virtutum, Aurum malus dominus, proditor, servus. (*Idem.*) Filii Adam, genus avarum, quid vobis cum terrenis divitiis, quæ nec veræ, nec vestræ sunt? Aurum & Argentum verè terra est rubea & alba, quam solus error hominum facit, aut magis reputat pretiosa: denique si vestra sunt, tollite ea vobiscum. (*Bern.*) Veræ ergò divitiæ, non opes sunt, sed virtutes. [*Idem.*] Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque divitiæ. (*Cic.*) Omnia pecuniâ effici possunt. (*Idem.*) Nemo alius est DEO dignus, quàm qui opes contempsit. (*Sen.*) Primus divitiarum modus est, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. (*Idem.*) Illæ veræ demum sunt divitiæ, in omnibus exuberare neque alterius cujusquam operâ indigere. [*Chrysost.*] Hujus Mundi Divitiæ sunt irritamenta malorum, pretiosa pericula, aureæ compedes, splendidæ infelicitates, adaman-

mantinæ catenæ, certum ad interitum detrahentes. * Opes Judicem ſupremum non molliunt, niſi abjectæ aut commolitæ in Mendicorum Sportulas. [*Drexel.*] Quid ſceleris non patratur pecuniæ amore? Ab hâc una radice omnis generis vaframenta, impoſturæ, fraudes, injuſtitiæ pullulant. Hinc ſapientiſſimè dixit Bias: Studium pecuniæ eſt Metropolis omnis malitiæ. * Sapiens ſpernit illam animorum peſtem, divitiarum cupiditatem: nec magno æſtimat incertas illas opes & inanes, quarum nec laus in copiâ, nec culpa in penuriâ eſt. Nimirum illas poſſidet, quæ nec eripi, nec ſurripi poſſunt, quæ beatum faciunt poſſidentem. * Non res pectes divitias ut inſtrumenta voluptatis, ſed ut tormenta virtutis, diſcrimina ſaltem. (*Nier.*) Patet ſatis, maximum opprobrium divitiarum alimenta vitiorum eſſe, voluptatum organum, libertatem peccandi, clavem aurea n ſcelerum. (*Idem.*) Quædam ſocietas eſt penè etia n nominis, duabus his rebus *Vitiis & Divitiis*. Ægrè ſine opibus gubernantur vitia, quorum illæ velut manubria & capuli ſunt. Fere aurum omnium malorum, aut quæ facimus, aut patimur cauſa eſt. (*Idem.*) Nihil intereſt inter divitias naufragas, & ſervatas; perditum eſt, quod inutile eſt. (*Idem.*) Divitias compendium facit deſideriorum. (*Idem.*) Res timida opulentia, inconſtans, vaga, vicina manibus luridis; ut cui conſentaneum ſit fatum. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Ut pueri nuces, talos, trochos affectant atque æſtimant: ita nos honores, opes, famam, quid niſi luſus? (*Lips.*) Veſtes longæ & talares corpora: opes autem nimiæ animos impediunt. (*Idem.*) Non faciunt equum meliorem aurei freni: nec hominem meliorem fortunæ ornamenta. [*Sen.*] Non continuò melior gubernatur, cui pulchrius aut majus ſit navigium: Ita non eſt melior vir, cui fortuna ſplendidior. (*Idem.*) Quod tibiæ ſunt ignaris mu-

muſices : hoc opes his , qui neſciunt uti. (*Eraſmus.*)

DOCERE. **Lehren.** *Apprendre.*

SYN. Inſtituere , erudire, edocere, informare, edocere. ADV. Diligenter , dilucidè, fideliter, ineptè. iracundiùs , laborioſiùs , potisſimum. (*Ex Cic.*) PHR. Præcepta dare , vias tradere, diſciplinam tradere. Artibus inſtituere , imbuere , informare. * **Einen die** Grammatic **lehren.** *Apprendre á quelqu' un la Grammaire.* Aliquem Grammaticæ præceptis erudire. Ad Grammaticæ leges quempiam inſtituere. Ad Grammaticæ inſtituta quempiam erudire. * CHRISTUS nos doctrinæ ſuæ vitali pabulo ſaginavit.

AMPLIFIC. Cicero , qui muto foro , clausâ Curiâ , Judiciis intermiſis , ob everſam Reip. libertatem , quaſi ludum aperuit in Tuſculano : ubi Panſam , Hirtium , Dolabellam , viros non rudes , ſed exercitatos , quos diſcipulos & grandes Prætextatos vocabat , quâ percipiendo , quà declamando , quà audiendo quotidie ferè poliebat , & limitatiùs inſtituebat ad dicendum. * Liberos ego veſtros in hoc curriculo diſcendi poſitos; currentes , quia cupidiſſimi palmæ præripiendæ ; celeres , quia ingenioſiſſimi : generoſos , quia nobiliſimo genere propagati ſunt , intactis à verbere corporibus , nè magnanimitas minuatur, neve retardetur alacritas , cohortationibus acribus , & aſſiduis , propoſitisque honoris præmiis,atque interdum diſtributis ad æmulationem Ciceronis provocabo. * Nunc officii mei ratio poſtulat, ut fucatâ dictione , quæ faſtidium audiendi fallat , ablegatâ , cunctisque lenociniis aurium omiſis,doctrinæ peripateticæ ſuccum propinem vobis,non aureo calice politisſimæ alicujus & elegantisſimæ orationis; ſed poculo vitreo claritate tantùm lau-

laudabili: quod non mel blanditiarum dulcedine illinat, ad fallendum; ſed pura ſinceraque veritas, ut ab Ariſtoteleo fonte profunditur ad exhauriendum invitet ac provocet. * Cur aut diſcere turpe eſt, quod ſcire honeſtum eſt: aut quod noſſe pulcherrimum eſt, id non glorioſum docere? (*Cic.*)

DOCTOR.

SYN. Magiſter, Præceptor, Profeſſor. ADJU. Inſignis, peritus, celeberrimus, moroſus, ſeverus, clamoſus, gravis. PHR. Doctor Magiſterio fungens: Scientiæ aut Artis alicujus Magiſtrum exercens. * **Zum Doctor gemacht werden.** *Prendre le Doctorat.* Juris aut Theologiæ Doctorem ſolemni ritu inaugurari, creari, inſtitui, ex formulâ renuntiari. Doctoris gradu in Theologiæ diſciplinâ initiari, inſigniri. In Doctores allegi. Doctoris gradum nanciſci. In Doctorum Collegium, *vel*, Decuriam, *vel*, Ordinem legi, adoptari, adciſci, cooptari, adſcribi. Doctoris prærogativâ donari. Magiſterii Lauream in Juris diſciplinâ ſolemni more adipiſci. Doctorem inaugurari. * DOCTORATUS. Doctoris gradus, Doctoris titulus & jus. Doctoris Dignitas & prærogativa.

SENTENTIÆ. Beatus, qui enarrat juſtitiam auri audienti. (*Eccli. 26.*) Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſapientiæ. [*Prov. 18.*) Debet divinarum Scripturarum Magiſter Doctor fidei, ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere; hoc opere & ſermone, conciliare adverſos, remiſſos erigere, nescientibus quid exſpectare debeant intimare. (*Aug.*) Doctor & Ductor id agere debet, ut non ſolùm intelligenter, verùm & libenter, & obedienter audiatur. (*Idem.*) Si me poſſes docere, quod neſcio: non ſolùm te verbis, ſed & pugnis cædentem deberem patientiſſime

ſimè ſuſtinere. [*Idem.*] Qui congruâ diſciplinâ unumquemque arguit, eruditum ſe & probabilem Doctorem in conſpectu omnium oſtendit; nec ætas juvenilis in Doctore deſpicienda, quem vita & diſcretio commendat.(*Ambr.*) Quæ nôſti ſine arrogantiâ poſtulanti imperties: quæ neſcis, ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri. (*Sen.*)

DOCTRINA. **Gelehrtheit.** *Doctrine.*

SYN. Eruditio, diſciplina, inſtitutio, litteræ, ſcientia, literatura. ADJU. Abundans, facilis, *liberaliſſimæ*, reliqua, puerilis, elegans, exquiſita, eximia, liberalis atque ingenua, magiſtra, vetus *rectè faciendi & benè dicendi*, mediocris, perridicula, politiſſima, altiſſima, ſingularis, transmarina atque adventitia, vulgaris, fidelis, liberalis & digna *homine nobili*; non moderata nec mitis ſed paulò aſperior & durior, *Liberales atque ingenuæ*, *malæ*, optima, ſubtilior, puerilis, ſumma, uberior.(*Ex Cic.*)

PHR. Doctrina morum dux eſt in hoc conſtituta, ut omnia, quæ in nobis ſunt, ex ratione moderetur, [*Iſidor. Pelus.*] Paulatim CHRISTUS factâ acceſſione Doctrinæ, ex diſcipulis Magiſtros efficiebat. Confertam enim doctrinam non fert hominum ingenium. Quarè miraculis & præceptionibus, quaſi pinnis, mentes aptas excitat, ut ad diſciplinæ celſioris culmen evolent. * **Es iſt keine groſſe Gelehrtheit in ihm.** *Il eſt peu ſcavant.* Ejus tenuis eſt admodum & levis eruditio. Literis leviter tinctus eſt, eruditus eſt. Vix à limite Muſas ſalutavit. Literas primis, ut ajunt, labris vix deguſtavit.

SENTENTIÆ. Mendacium & vanitas, quod non eſt juxta doctrinam JESU. (*Nier.*) Illud inter omnes ſanæ mentis homines conſtare arbitror; Eruditionem inter humana bona principem locum tenere. (*Naz.*) Non ſunt radices eruditionis dulces ſed ama-

Digitized by Google

ræ;fructum autem germinant favis ſuaviorem.[*Idem.*] Literæ Equeſtris ordinis dignitatem confirmant, & ab ignobilitate vindicant. (*Tullius Nob.Gall.*) Sinè DEO nulla doctrina inſtruit.(*Aug.*)

SIMILITUDO. Ut è diverſis vocibus conſtat chorus : Ita variarum diſciplinarum mixturâ conſtat eruditio. (*Sen.*) Ut laurus tota viret perpetuò : Ita doctrinæ fama non ſeneſcit , neque marceſcit. [*Plin.*] Ut gemma minutula quædam res eſt , ſed ingentibus tamen ſaxis anteponitur: Sic homo puſillus,ſed ingenio valens; aut Philoſophia , ſeu virtus oſtentatione minimum quiddam eſt, ſed pretio maximum.(*Erasm.*)

DOCTUS. Gelehrt. *Docte.*

SYN. Eruditus, literatus, intelligens, ſcientiſſimus, peritus. PHR. Politioris literaturæ myſta. Vir ingenii politiſſimi literisque apprimè excultus. Litteris perpolitus. Homo abundanti doctrinâ. Eſt omni liberali Doctrinâ peritiſſimus,Gnarus omnis artis & diſciplinæ : Doctrinâ atque optimarum artium ſtudiis eruditus; Præclarâ eruditione atque Doctrinâ ornatus; Literis non mediocriter , non vulgariter eruditus. Vir eſt reconditæ interioris , exquiſitæ, ſingularis, egregiæ, non vulgaris literaturæ. Eſt in eo ingenium & literatura non mediocris. In quo ſunt plurimæ Litteræ, nec eæ vulgares , ſed interiores, ac reconditæ. Homo in ſtudiis humanitatis ac litterarum verſatus. Vir humaniore litteratura ornatus. Humanis litteris excultus. Humanioris literaturæ politus. Bonis ſtudiis atque artibus expolitus. Homo eruditionis eximiæ. Vir multarum litterarum. Homo egregiè literatus, inſigniter doctus, præclarâ eruditione ornatus. Inter eruditos locum obtinet eminentiſſimum. Summâ eruditione præſtans. Cultioris literaturæ conſultiſſimus.Literarum fons abun-

dantisſimus. Eruditionem habet haud ſanè vulgarem. Meliorum literarum ſtudio cumprimis inſigni. In nullo doctrinæ genere non verſatus & perfectus. Vir neque à Muſis, neque à Charitibus abhorrens. Vir minimè averſus à ſtudiis. Bonarum literarum cultor perquàm ſtudioſus. Vir in bonis diſciplinis celebratus. Multijugæ eruditionis cognitione perlucidè floret. Præſtanti literarum ſcientiâ conſpicuus. De omnibus bonis diſciplinis quàm optimè meritus. In nullâ Muſarum officinâ non expolitus. Habet eruditionis penum multifariam cumulatum. Multâ in literis claritate inſignitus. Opulentam habet doctrinæ ſupellectilem. Ei in literatorum conſeſſu primi aſſignantur gradus. Vir eruditione ſolidâ fidelique præditus. Aſſiduus literarum cultor. Pervigil Muſarum ſacerdos. Vir eſt in litteris magnæ quidem celebritatis atque authoritatis. Magna eſt ejus in literis claritudo. Vir latinis literis apprimè excultus. Literis multis præditus. Homo in ſtudiis doctrinarum egregius. Animum habet bonis omnibus diſciplinis imbutum. Magnâ & excellenti litterarum peritiâ inſignitus. Vir inſigniter literatus. Haud quaquam indoctus. Eruditionis præſtantiâ clarus. Vir in literis multis modis maximus. Humanarum literarum longè peritisſimus. Bonarum literarum doctrinâ longè præſtantisſimus. Eruditorum omnium calculis punctisque doctisſimus exiſtimatur. Vir undecunque doctisſimus, Diſciplinarum magnitudine atque doctrinâ egregiè præſtat. Vir miræ eruditionis. Vix dici queat, quàm ſit doctus. Vix credas quàm ſit eruditus. Diſciplinis liberalibus nitidisſimè excultus. Delius & Minerva, omnisque cohors novem ſororum admiratione affecta ejus probat eruditionem. Vix extra aleam invidiæ doctus. Qui doctior eruditiorque eſt hoc homine? In omni diſciplinâ humaniſimus, doctisſimusque.

que. Multijugâ literarum cognitione præcellens. Cultioris literaturæ candidatus. Vir eruditorum optimus, & optimorum eruditisſimus. Inter eruditos optimus, & inter optimos perquàm eruditus. Omnigenâ eruditione clarus. Vir in literis affabrè expolitus, & politisſimè excultus. Eſt in gradu politioris doctrinæ & diſciplinæ non inter poſtremos receptus. Vir doctrinâ admirabili clarisſimus. Vir omnibus humaniratis ſtudiis ex pari doctus. Omni ſtudiorum genere effloreſcit. Vir eſt quo univerſa Germania omnium confeſſione doctius nihil habet Vir ob excellentem doctrinam faciendus maximi. Literarum non tenuiter peritus. Melioribus literis ornatisſimus. Primam in literis celebritatem ſibi ſuo quodam vindicavit jure. In coronâ doctrinam hominum conſpicuus digito monſtratur. Vir exquiſitisſimæ doctrinæ. Tantum in literis fecit progreſſum, ut cunctos fermè qui doctrinâ claruerunt, meruerit habere laudatores. Hic merces Latias, hoc eſt, literarum ſupellectilem, quâ nihil pretioſius, ſibi comparavit. Hic repurgatâ linguæ vitiligine, omnique detersâ barbarie optimas eſt amplexatus literas. Literaturæ & doctrinæ nitidioris honeſtamento nobilitatus. Tu ſummæ virtuti literarum eruditionem ſemper adjunxiſti, unde factus virtutibus pariter & doctrinâ illuſtris. Eſt acerrimus literarum propugnator, atque aurem (ut ait Perſius] mordaci lotus aceto. Vir eſt palladius. Vir eſt felici ingenio, acri judicio, multâ facundiâ, diſciplinarum denique omnium ſcientiâ præditus. Jam ad ſummum utriusque linguæ faſtigium prono contendis gradu, ſic ut inter doctos conſpicuus digito monſtreris. Literas, pacis alumnas, ab injuria ſcilicet & indignatione vindicaſti. Tantum in literis feciſti progreſſum, ut cunctos fermè, quicunque literis tuâ claruerunt ætate, habere merueris laudatores. Ita doctus es, ita ex-

cuſſus, ita ingenioſus, ut in te nihil expoſitum, nihil vulgatum ſit & triviale, ſeu verba, ſeu ſententiam ſpectes. Vir eſt, meâ ſententiâ, noſtro ævo omnium literatiſſimus. Vir eſt ingenii excellentis, acerrimique judicii, & exquiſitiſsimæ doctrinæ. Tantus es in literis, ut te mihi ſemper imitandum propoſuerim. Ruinoſis & nutantibus literis, imò propemodùm caſuris perbellè ſuccurriſti. Ruentibus in præceps diſciplinis ſummopere & mirâ ſolertiâ proſpexiſti. Cadenti & interitum minitanti rei literariæ pulchrè conſuluiſti. Tibi flori illibato ingeniorum in literarum conſeſſu primi aſſignantur gradus. Dicta tua te doctisſimum eſſe teſtantur: facta humaniſſimum. Vir eſt in literis magnæ quidem celeritatis & authoritatis. Tanta eſt tua in literis claritudo & æſtimatio, ut nemo te non ſuſpiciat. In te ſeſe diſciplinæ illæ omnes tantæ tamque multiplices explicuerunt. Popularis homo non es. Tu primæ claſſis facilè princeps ingeniorum & literarum anteſignanus ac primipilaris es. Tu extra totius doctrinæ aleam poſitus, de Gothis ingenuè triumphaſti. Te Muſarum quidem propè divinitas extra ictum ſupraque injuriam poſuit. Nihil proculcatum velutque in medio jacens loqueris. Es vir acris ingenii, multæque in literis induſtriæ, latinæ linguæ diligentiſſimus, Græcæ non incurioſus, non proſam condere abſurdus, non carmen. Tu primam in literis celebritatem vindicas. Homo es utriusque linguæ doctiſſimus, omniumque literarum humaniorum quaſi lautitiarum ſtudioſisſimus. Vir præter mores candidisſimos, utriusque literaturæ peritisſimus. Homo non indoctus & ingenio jam acerrimo. In omnibus honeſtis diſciplinis ita olim citra ſupercilium eſt abſolutus, ut non videam, quem cum eo conferre queam. Homo eſt doctus ac mirè candidus, & (quod præcipuum eſt) in ſtudiis ſani pectoris. Multiformi

ſup-

ſuppellectile eruditionis inſtructus. Pectus habet Gratiis Muſisque omnibus natum. Homo eſt multâ exercitatus lectione, cui pleraque omnia veterum literarum monumenta, quæſita, meditata, evigilataque ſunt. In re quis illum abſolutum diſciplinarum orbem non miretur. Utriusque literaturæ peritiſſimus,& tuis virtutibus omnibus graviſſimus. Bonarum literarum, ac linguarum præſidiis eſt inſtructus. Tu ceu Geryon triplici inſtructus es literaturâ. Vir es præter utramque literaturam, quâ neminem tuorum non ſuperas,judicio excuſſo, emunctiſſimoque, tùm modeſtiâ quâdam inauditâ, poſtremò moribus feſtivis, ac circa gravitatis detrimentum amœnis.

Er iſt in allerhand wiſſenſchafft erfahren. *Il eſt ſcavant en toute ſorte de ſciences.* Nullum omninò doctrinæ genus eſt,in quo non ſit exquiſitè verſatus. Nulla diſciplina,quam ille non ad unguem perdidicerit,& ità perdidicerit, ut in unâ qualibet ſolâ laboraſſe videatur. Grammaticorum laborioſos excuſit canones; Poëtarum omnium omnes fabulas tenet; Rhetorum floſculis abundat; Dialecticorum argutias callet; Phyſicæ arcana perveſtigavit; Ultra mundanæ ſapientiæ ardua ſuperavit; Theologorum abdita penetravit; Mathematicas apodixes perceptas habet; Aſtrorum motus: Numerorum rationes, Terrarum dimenſiones, Regionum ſitus, nomina, intervalla; Vocum concentus atque diſcrimina callet. Quidquid eſt hiſtoriarum tùm veterum, tùm recentium meminit; Parem Græcanicæ ac Latinæ literaturæ peritiam aſſecutus eſt. Denique perfectam adeò rerum humanarum divinarumque cognitionem eſt adeptus, ut in illius animo ſedem poſuiſſe Sapientia videatur. Nulla eſt diſciplina, quam non ad unguem perdidicerit, adeò ut in una ſolâ quâlibet laborâſſe videatur. Quidquid unquam bonæ eruditionis ab egregiis au-

thoribus repertum ac traditum eſt, id univerſum unus hic abſolutè perceptum cognitumque habet. Omni præcellens arte. In omnibus ingenuis artibus ita verſatus eſt,ut excellat. Ingenuarum artium longè callentiſſimus. Inſigni meliorum artium peritiâ ſpectatiſſimus. Homo eſt numerosâ arte multiſcius. Artium multitudine cæteris ſuperior. Vir in omni bonarum literarum artiumque genere eruditus. Artes omnes novit. Nullum omninò doctrinæ genus eſt,in quo non ſit exquiſitè verſatus. Cæteris omnibus doctrinâ anteſtat , & eruditione longè anteit. Literarum omnium ſine controverſiâ Antelignanus. In omnibus honeſtis diſciplinis ita jam olim citra ſupercilium eſt abſolutus, ut non videam, quem cum eo conferre queam. Homo eſt doctus, & mirè candidus, & (quod præcipuum eſt) in ſtudiis ſani pectoris. Artium multitudine prior omnibus. Fons ille omnium diſciplinarum uberrimus. Fons, & ut veriùs dicam , Oceanus omnigenæ literaturæ. Eſt autor clasſicus & primæ dignitatis. In theatro literario primis collocandus ſubſelliis. Habuit noſtra ætas Eraſmum (Deum immortalem!) quantâ linguarum, quantâ diſciplinarum omnium ſcientiâ præditum. Inter meliorum literarum Proceres & Myſtas non poſtremus. Literarum omnium eminentiſſimâ cognitione nobilis. Eraſmi ſtylus eſt ſui nodique ſimilis. Eraſmi ſtylus eſt ſui undique ſimilis , apertus , ſimplex, modeſtiæ plenus , doctus, eruditus, perpolitus,nihil uſquam habens ſcabri,contorti,conturbati.Literarum doctrinam ex Italia & Gallia in Germaniam importavit,auxit,illuſtravit. Vir multijugæ doctrinæ.

Er iſt in der Medicin wohl erfahren. *Il eſt docte en medicine.* * Bene doctus eſt Medicâ ſcientiâ. Eruditus medendi arte. Egregiè inſtructus medicis literis. Medicinæ ſciens inprimis, gnarus, peritus, intelligens. In medicinæ ſcientiâ longè proceſſit. Medi-

dicinæ ſcientiam ita aſſecutus eſt, ut pauci. Medicinæ ſcientiâ floret, præſtat, excellit. Medicinæ cognitione, doctrinâ, intelligentiâ, cum paucis comparandus, nemine inferior. Multum hauſit ex iis libris, unde manat medicinæ cognitio. Medicinæ ſcientiam planè complexus eſt, mente atque animo comprehendit.

Der H. Thomas von Aquin war ſehr gelehrt. *S. Thomas d' Aquin étoit très ſcavant.* D. Thomas de Aquino tantam divinarum litterarum ſcientiam adeptus erat, tantam rerum humanarum cognitionem, tantam occultiſſimorum myſteriorum notitiam, ut non ſolùm eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam doctrinâ & ſapientiâ ſuperâſſe videatur. Suæ virtutis & communis plausûs ſuffragio, ad ſummum docendi munus ſubvectus Thomas: dum ſingulari quâdam eruditione ac probitate oculis, animisque præfulget omnium; adeò præclarè altiſſimi partes Solis implevit; ut qui non mecum non videat, meridiano in ſole cœcutiat. Nam quis hoc homine clarior unquam fuit, qui nihil unquã contemplaretur acutiſſimis ingeniis tam reconditum, quod ſingulari mentis acumine non pervideret: nihil imitaretur integerrimis viris tam difficile, quod certis in virtutem moribus non exprimeret: qui ſuæ quaſi radios eruditionis libros edidit plures, quàm alii legerunt: efficacius errorum nubes diſſipavit, quàm cæterorum hominum vel imperitia, vel nequitia invexit: plus attulit felicitatis & lætitiæ, quàm calamitoſis perculſa temporibus mortalitas concupiſcere audebat. * **Origenes war zu ſeiner Zeit der gelehrteſte Mann.** *Origene étoit le plus ſcavant Homme de ſon temps.* Origines ille Chriſtianorum aliquamdiu Doctor admirabilis, qui magnitudine immortalis ingenii: nobiliorum ſcientia linguarum; & profanæ ſacræ-

que doctrinæ copiâ vicit omnes æquales ſuorum temporum doctos viros. * Cicero war in allerhand Wiſſenſchafften erfahren. *Ciceron étoit versè en toute ſorte de ſciences.* Erat in Cicerone multiplex & varia cognitio rerum ac ſcientia. Erat in eo verborum & ſententiarum flumen,& melle ipſo dulcior oratio ; erat denique Philoſophica gravitas , nomen, authoritas. Ciceronem ſibi Apollo & Muſæ intimâ familiaritate junxerant. Jure omnes gentes atque ætates , ſapientes pariter & indocti, cum hebetibus ingenioſi, non cogitatione ſolùm atq, opinione,quæ tam multis concepta eſt & conſtat argumentis, ſed etiam voce,laudibus,conſenſione ſuffragiorum, eloquentiæ primas illi tribuerunt.Vir omnium,qui unquam Romæ fuerunt, aut ſunt,aut etiam erunt,inter utrosque ;doctisſimus.

AMPL.Communis litterarum parens,& cujus dignitati faſces ſubmittere convenit, tanquàm perpetuo ſcientiarum omnium dictatori. Sapientet Magiſter, Præceptor veritatis,diſciplinarum omnium conſultus, delibutus & decerptus ex æternitate animi. Rationis noſtræ Pædagogus. Dei ac legum interpres, ſacroſanctæ Theologiæ parens , univerſi Præceptor, veræ ſapientiæ oraculum , idem virtutum omnium ad omnem æternitatem perfectisſimum fuit exemplar. * Præſtantisſimus vir , & ſummâ eruditione, ſummâ virtute, ſummâ dignitate præditus, commune decus ac præſidium omnium literarum, omniumque literatorum. * Cui Saturnus ſummam intelligentiam & ſapientiam elargitus eſt: Jupiter felices atque præclaras actiones : Mars animi conſtantiam & honeſtatis ardorem : Sol acres ſenſus & ſplendidas cogitationes : Venus immenſam venuſtatem & mores; ut eſſent amabiles : Mercurius promptum ingenium, & mirum dicendi leporem atque elegantiam : Luna fœcundam pudicitiam. Excellenti à naturâ ingenio præditus, à ſtudiis liberalium doctrinarum artiumque eruditus, à

diu-

diuturno asſiduoque magnarum rerum uſu peritus. * Hujus viri tanta eſt rerum omnium tam divinarum quàm humanarum cognitio atque intelligentia, ut nihil tàm anceps & dubium ſit, nihil tam involutum à naturâ, nihil tam abſtruſum atque reconditum, vel in iis rebus, quæ ſenſu percipiuntur, vel in iis, quæ cogitatione menteque comprehenduntur, quod ille non in promptu ſemper habeat. * Homo cùm cæteris omnibus, tum eruditionis & ſcientiæ laude clariſſimus. * Qui rerum cognitionem, ſapientiam, dignitatem pluris quàm divitias, quàm opes, quàm omnia corporis & fortunæ ornamenta facit, & qui omni ſtudio, curâ, diligentiâ talis eſſe contendit, ut omni laude dignus exiſtimaretur. * Cujus divinam ingenii vim perſpectam omnes habent, & inexhauſtam ſapientiam: cui, ut quisque maximus eſt, ita libentiſſimè cedit. * Qui omnibus in rebus cæteros omnes antecellit, qui promptum habet ingenium, felicem memoriam, naturam omnibus literis accommodatam. * Qui hâc ætate palmam eruditionis omnibus eripuit, & ut ante omnes eam colit & propagat, ita omnium poſtremò retinet, ac nè bellis quidem civilibus, ut eam eripiant, concedit. * Cujus in ſcriptis nihil humile, nihil plebejum, nihil triviale occurrit; cui aliud agenti excidit nihil; quod quisquam ſummo aſſequi ſtudio poſſit. * Doctrina & eruditio; hic illi cibus, hic paſtus proprius ac naturalis eſt; eo alitur ac reficitur, eo ſaturatur ac gliſcit. * Nihil eſt in omni virtute atque honeſtate poſitum, quod hic à teneris usque annis non ita perceperit atque exercuerit, ut in eo, quaſi callum jam obduxerit. * Qui & acumine ingenii, & ſapientiâ & auctoritate plurimum valet, ut neque ad augendam eruditionem ſuam, neque ad prudentiam amplificandam, neque ad mores honeſtius confirmandos quidquam indigeat. * Vir in quo ingenium

plus

plus quàm humanum, doctrina admirabilis, mores vehementer amabiles, immenſa omnium actionum gratia, comitas, atque affabilitas, dicendi inaudita. * Civis non in civitatem nuper aſcitus, ſed antiquiſſimâ gente, multis clariſſimis majorum imaginibus florentiſſimâ natus, & non mediocri rerum cognitione, ſed incredibili ſapientiâ præditus. * Qui adeo ſtudiis operam dedit, ut nihil potuerit inveniri, quod ille non diligenter excuſſerit; nihil in liberalibus diſciplinis, quod non optimè perceperit, nihil memoriâ dignum, quod perfectè non edidicerit; nihil quod ingenii acumine non penetrarit; nihil quod ſtudiorum aſſiduitate non vicerit. * Qui in doctrinâ atque eruditione cæteros omnes antecellit: non mentis acumine, ſed induſtriâ: non ingenii ſagacitate, ſed incitato ſtudio; non denique memoriæ tenacitate, ſed aſſiduo labore ſuperat; qui in Philoſophiâ Platones aut Varrones: in Mathematicis Archimedes aut Cajos Sulpitios: in arte poëtica Homeros aut Virgilios: in eloquentiâ Demoſthenes aut Cicerones: in jure civili Solones aut Scævolas: in arte medica, Hippocrates aut Cornelios Celſos: in hiſtoriâ Thucidides aut Saluſtios, & denique in Grammaticis Ariſtarchos aut Palæmones antecellit. * Quem non dicam infinita ſcire, ſed quo nemo unquam pauciora ignoravit. * Sine quo nec ſatis communis vita conſtare, nec moderatio in civitate manere, nec omninò ulla haberi ratio humanitatis poteſt. * Qui ingeniorum faſtigio poſitus; & ob id Angelici Doctoris cognomine meritò decoratus, Theologiæ diſputatricis apicem tenet; Cui propter palmarem victoriam de Hæreticis, atque errantibus Philoſophis reportatam, triumphalis palma deberetur: atque ab univerſitate ſapientum eſt delata. * Qui non ingenii moribus celeribus, & ad excogitandum acutis, ad explicandum ornatis, ad memoriam firmis atque diu-

diuturnis contentus, incredibili discendi cupiditate arsit: patiens, non fugiens laborum extitit; non eruditionis atque doctrinæ ventosam venatus laudem est, sed cognitionis solidæ sibi usum ac fructum acquisivit. *Cujus clarissimus sonus, ac verba sapientiæ plenissima jam in omnibus gymnasiis, scholis, doctrinarum domiciliis, in multis clarissimorum virorum collegiis ubique gentium publicè & privatim: in Synodis, in consolationibus, de fide catholicâ, in tribunalibus judicum Christianæ religionis, in disputationibus denique doctorum virorum audiuntur tanquam oracula recitantur,& religiosâ staterâ non secus ac Aristotelis dicta perpenduntur à Philosophis, ab omnibus examinantur. * Qui rectè scribendi loquendique viam novis: veri fallique tenet rationem: pro libitu Auditorum animos flectit: rerum principia & causas scit,expetendorum ac fugiendorum cognitam habet doctrinam: curandæ familiæ perspectam disciplinam: capessendæ regendæque Reip. comparatam artem; antiquitatis explorata monumenta. * Neque de Plutarcho quidquam adhuc dixi: qui compendium eruditionis, prudentiæ thesaurus, antiquitatum utriusque gentis quidam Delius Apollo videtur. Jacet ille eruditi orbis splendor, illa fama literarum ac anima; & supremum à vobis debitumque virtuti suæ suffragium requirit. Non quo magis innotescat, qui celebritatem suam jam ubique diffudit: non ut eruditis commendetur, qui jam princeps literarum ore omnium,& Apollo musarum judicatus est. *. Cujus incredibile ingenium, tanquam flamma quædam aut fax publica, è cœlo delapsa, & in terras demissa, artes omnes, disciplinas illustravit; cujus inexhausta memoria, omnium rerum ac linguarum receptaculum & profunda quædam vorago fuit. In quo ipsa natura experiri voluit, utrum plura obtrectare improbi, an mirari eruditi ac honesti viri possent. *

Cu-

Cujus gravidam mentem divino illo afflatu fuiſſe, & infuſo ſcientiarum ſemine ſingularum tot diſciplinarum fœtus concepiſſe, quos obſtetricis induſtriæ tandem adlaborante manu peperit, & ad cœleſtem hominum originem comprobandam, & ad omnium ſæculorum utilitatem gloriamque promovendam neceſſum eſt. * Vaſtum illud & prodigioſum ingenium, admiranda illa & ſtupenda induſtria, illa tot linguarum ſcientia, quod ſine admiratione numerare nemo poteſt, accuratum ac divinum illud judicium, non latere magis, quàm deleri aut extingui poteſt; ſed cum immortali veſtrâ laude, ſupra vim annorum & inanes improborum conatus, ſupra factiones æmulorum ſempet eminebit; & ut ignis quidam, ſemper & per univerſum orbem, latius emerget ac erumpet. * Illud caput, in quo diſciplinæ omnes ac ſcientiæ, tanquam in delubro quodam & ſanctiſſimo oraculo continentur. Mare eruditionis, Oceanus diſciplinarum, omnium ingenuarum artium Promuſcondus, & quaſi Bibliotheca quædam. * Difficile eſt Poëtam eſſe & Oratorem, utramque laudem nec mereri Maro potuit, nec Cicero; neque ille bonus Orator, neque iſte bonus Poëta fuit. Aſſecutus eſt utramque laudem, & Poëta eximius & Orator facundus. * Audite, quanto fuerunt olim in pretio litteræ; quibus homines doctos honoribus ornarint, non ipſi modò Reges, ſed Tyranni. Platonem Syracuſas venientem, excepit Dionyſius tyrannus; at quâ pompâ? quo apparatu? quâ humanitatis magnificentiâ, & ſignificatione benevolentiæ? Expectatis hîc forſan, ei vias fuiſſe cylindro æquatas, ut Caligulæ? aberratis: aureis perſperſas ramentis, ut Commodo? hallucinamini: floribus conſtratas, ut Heliogabalo; nihil minus. Quid igitur? accipite, atque ſuſpicite, Platonem ipſum, aureis vehentem quadrigis, aurigans ipſe Dionyſius, in urbem triumpha-

phabundus introduxit. O ſplendorem litterarum eximium! ô illuſtriſſimum doctrinæ decus! * Rara Principum, aut prope ſola Auſtriacorum, indeque S. Majeſtatis veſtræ commendatio eſt, in ſummis Aulis amari Muſas. Hauſit id cum ſanguine & virtute, cum regnis & ſceptris ab Aug. Parente FERDINANDO; qui niſi ſe odiſſet, Muſas non potuit non amare. Ubi FERDINANDUS apparebat, viva omnium ſcientiarum Bibliotheca videbatur. Hinc omnium ingenia & lucubrationes ad ejus ſolium confugiebant, ubi ſe coli & diligi non ignorabant. Amentis eſt teſſera: Odiſſe doctos. (*Nier.*)

DOLERE. Schmertz haben. *Reſſentir une Douleur.*

SYN. Indolere, indoleſcere, perdolere, gemere, ingemere, ingemiſcere, queri, mœrere, angi. ADV. Graviter, impunè, impatientiùs, leviùs, acriùs, toleranter, maximè *ex omnibus*, mediocriter, mirificè, pariter *angoribus*, plusquàm ſatis, præcipuè. (*Ex Cic.*) PHR. Aliquid, *vel*, aliquâ re, *vel*, de aliquâ re dolere. Aliquid mœrere. Ex aliquâ re dolorem capere. Aliquid ægrè ferre. Iniquo animo pati. Moleſto animo tolerare. Dolenter ferre. Diſtineri, divelli, *vel*, diſrumpi dolore. Angebatur animi dolore neceſſario. Et tu in hoc ulcere tanquàm unguis exiſteres. Urgentibus, aſperis & odioſis doloribus cruciari. Intercludor dolore, quò minùs ad te ſcribam. Valdè me momorderunt Epiſtolæ tuæ. Quantis hoc triennium doloribus laceravit animum ejus. Id ſubitò perdolitum eſt cuidam. Ego illud ſcio, quàm doluerit cordi meo. Tuo mœrore maceror. Doleo ab animo, doleo à membris, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. At mihi cordolium eſt. Diſcrucior animi. Dolore ac miſeriâ tabeſcit. Cruciatur cor mihi. Neſcio quid animus mihi dolet. Cor miſerum meum, quaſi guttatim contabeſcit: quaſi in aquam indideris ſalem.

lem. Hoc hoc eſt, quod peraceſcit; hoc eſt demum, quòd percrucior. Heu! cor meum & cerebrum fingitur, iſtius hominis ubi ſit quaque mentio. * **Sein Todt hat mir ſehr weh gethan.** *Sa mort ma causè une tres-ſenſible douleur.* Ex illius morte doloris plurimum hauſi, accepi, tuli, cepi; graviter affectus ſum; magnâ ſolicitudine ſum affectus; ſummam ſenſi acerbitatem. Ejus obitus ſummum mihi attulit dolorem, mœrorem creavit acerbiſſimum, maximam acerbitatem mihi peperit: multum acerbitatis mihi dedit. Ejus obitum tuli acerbiſſimè, ſic ut jucunditatem omnem penitus amiſerim. Nihil mihi ad dolorem acerbiùs accidere poterat. Ità dolui, ut nemo magis. Tam dolui, ut nemo magis. Tam dolui, quàm qui maximè.* **Ich bedaure dein Unglück.** *Je reſſens vôtre affliction.* Tuam doleo vicem. Senſum percipio ex mœrore tuo. Tuorum dolorum ſenſum percipio. Ex tuo luctu ſenſum experior, dolorem ſentio, doloris ſenſu afficior, tangor, vexor, angor, laboro. De calamitate tuâ doleo. Commoveor tuo dolore. Tuum caſum luctumque doleo. Non queo ſatis tuum eventum fortunamque miſerari. Lacrymas mihi excuſiſti, miſeretque me tui. * Tangor ſæpe miſericordiâ, puerorum. Miſericordia ſum ipſe captus, commoveor. * **Dieſes ſchmertzt mich über die Maaſſen.** *Cela me fait fort mal au cœur.* Acerbiſſimum animo capio dolorem. Hæret lateri vulnus ſævum, & funeſti casûs amara memoria. Non poſſum ſine dolore accuſare eum, de quo angor & crucior. Mortem illius acerbè fero. Quibus acerbiſſimè afflictor. Ut me levârat tuus adventus, ſic diſceſſus afflixit. Hoc me contriſtat. Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. Nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ. Invaletudo tua me valde conturbat. Acriter nos tuæ ſupplicationes tor-

torſerunt. Non queo ſatis hujus eventum fortunamque miſerari. Magno mihi dolori eſt, ut is, qui audit, ad fletum miſericordiamque deducatur. Lacrymas mihi excuſſit, miſeretque me ejus. Miſericordiâ commoveor, tangor, capior. Ibi omnem miſeri vultûs conſtantiam omiſi, indulſique profuſiùs gemitibus, & ad ſatietatem me lacrymis explevi. Dolebam ac vehementer angebar ob tuas injurias. Qui meum caſum luctumque doluerunt. * **Der Kopff thut mir von der Sonn wehe.** *Le ſoleil m' a fait mal à la teſte.* Caput mihi à ſole dolet.

AMPLIFIC. Confuſus animi dolore confeſtim ingemuit, & qui arma ad mundi terrorem manu vibrabat, poculis lacrymas penè ad deſperationem effudit. * Cerneretis perennes ex oculis lacrymas abire, audiretis aliquando ejulantem ingenti voce, aliquando ſuſpiriis vocem abrumpi: Videretis tunſiones mille pectoris; lacerationes vultûs, capitis concuſſiones, miraremini nunc ardeſcentem ira ac furore, nunc deſperantem, pallidoque vultu in mortem concidentem. * Morbus hic noſter ita conciliatus eſt, ut ſimul ejus vel ſola memoria mentem ſubeat, Illicò cor meum obtruſo velut peſſulo, januam omnibus remediorum auxiliis præcludat. * Obſtat lætitiæ propè geſtienti à tantâ majeſtate profectus metus, & quantum illa remittit, ac dilatat animos, tantum hic contrahit, in anguſtumque deducit. * Tanto dolore animum eſt perculſa, ut verba mihi deſint, quibus ejus vehementiam proponam; potius ſanè eſt, ut ejus æſtimationem judicio conſiderari lectoris relinquam. * Tanto dolore animum ſuum afflixit, ut infandior nec cogitari quidem valeret. Hinc oriunda omnis malorum meorum ſeries, inenarrabilibus me miſeriis mœrorum conficit, hæc cauſa perditionis. * Communis rerum omnium ſtrepitus, & incluſus animo viam præcludit orationi

do-

dolor. Quare privatum, & mutuum dolorem hunc meum publicus naturæ gemitus perorabit. * Cum mater tot filiorum vivis funeribus penè ad mortis tristitiam compulsa, se in collum Geragathi conjecit, & manantibus lacrymis utramque faciem rigavit. * Veniam datè mihi Auditores, omnium ordinum lectissimi, vulnus hoc mentem in dolore, cor in gemitu, oculos in luctu confundit, ut telam subitum abrumpat silentium & linguam aliàs non ligatam cohibeat. * Hærent primi illi motus orti à corpore, quodammodo adhuc in corpore, aut certè in summâ, ut sic dicam, animorum cute; ideoque non mirum, si quamvis levi spongiâ abstergantur. Non ita inveterati illi adfectus quibus sedes, imò regnum in ipsâ animi mente. * Hærent fixæ animi publicæ privatæque curæ, tu, si potes, pelle malas aves quæ me lancinant, & vincla solicitudinum deme, quibus in hoc Caucaso lentè ligor.

DOLOR. Schmertz. *Douleur.*

SYN. Mœror, acerbitas, cruciatus. ADJU. Acerbus, domesticus, tantus, alienus, minimus, *acerbissimi variique*, *acerrimi*, *intolerabiles*, *asperi & odiosi*, *maximi*, mitior, molestus, apertus, hebes, asper, molestus, odiosus, difficilis *toleratu*, brevis temporum, conjunctior, minor, mistus, pius, vix consolabilis, intestinus, mediocris, præcipuus, præteritus, communis, diuturnus, victus, gravis & longus, impatibilis, lenis, longinquus, longissimus, magnus, brevis, miserrimus, stabilis, patibilis, nimius, incredibilis, index *perfectionis suæ*, sempiternus, ingenuus, longior, *non miseri sed laborioſi*, intolerabilis, præsens, inveteratus, officiosus, productior, justissimus, vetus, magnus atque acerbus, mirus, magnus atque incredibilis, perpetuus, plebejus, magnus atque intolerandus, *multi*,

& graves, neceſſarius, novus, ſummus, privasus, virilis. (*Ex Cic.*) Exlex, parentalis, terminari neſcius, inteſtinus. PHR. Acerbus ſenſus animi, *vel*, corporis. Animi cruciatus. Perpeſſio dolorum. Acerrimus morſus doloris. Ægritudo crucians. Vix: conſolabilis dolor. Diſtractio cruciatusque membrorum. Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum. Ferrem graviter, ſi novæ ægrimoniæ locus eſſet. Hunc dolorem cineri ejus atque oſſibus inuſſiſti. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Fixus animo hæret dolor. Cum cruciaretur non ferendis doloribus. Pungit dolor, vel fodicat ſanè. Si te dolor aliquis pervellerit. Cum quaſi faces doloris ei admoverentur. Perleviter pungit animi dolor. Major in præcordiis dolor ſævit, qui me usque ad neceſſitatem mortis deducit. Perpetiebatur & cohibebat coërcebatque intra ſe ſe violentias effrenati doloris. * Erumpe tandem, erumpe, quâ licet ex ore, ex oculis, ſine Rhetorum fuco incomptus, ſine partitionis ordine incompoſitus, DEO moriente, parentalis dolor.

SENTENTIÆ. Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre, miſerum eſt. (*Cic.*) Virtutis, magnitudinis animi, patientiæ fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet. (*Idem.*) Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat; ac emolliat: *vel*, qui non mitigetur vetuſtate, *vel*, quem dies non levet. [*Idem.*] Dolor in longinquitate lenis, in grevitate brevis eſſe ſolet: ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio conſoletur. (*Idem.*) Eſt quædam etiam dolendi voluptas; præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quem lacrymis tuis vel laus ſit parata. (*Plin.*] Ac dolenti ignoſcendum eſt, ea quæ dolentis ſunt loquenti. (*Naz.*) Mitigat vim doloris, conſiderata æquitas ferientis. (*Greg.*) Per lacrymas argumenta deſiderii

quærimus, & dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus. (*Sen.*) Finem dolendi qui conſilio non fecerit, tempore invenit.[*Idem.*] Turpiſſimum eſt in homine prudente remedium mœroris, laſſitudo mœrendi. Malo relinquas dolorem, quàm ab illo relinquaris. (*Idem.*) Vinceris à dolore, ſi ceſſeris: vinces, ſi te contra dolorem intenderis. (*Idem.*) Animo dolenti nihil oportet credere: etiam innocentes cogit mentiri dolor. (*Idem.*) Dolore nihil eſt apud miſeros potentius. (*Idem.*) Summi doloris intentio inveniet finem: nemo poteſt valdè dolere, & diu. (*Idem.*)

S. DOMINICUS.

PHR. Ordinis Prædicatorum Parens, Fundator, Patriarcha. ELOG. Proles lucis naſcitur, nutu Domini Dominicus. Fœlix, infœlix Mater! Abituta in cineres niſi pareret, propriam enixura animam, niſi enitteretur ſobolem: Nam facem accenſam gerebat in utero, dum ſacro luſtratur fonte, fronti ſtella inſidens, dulciter vultum lambit & ambit. Quid in lucis jubare radiaret renaſcens in fronte, qui utero illatebratus facem ferebat in ore? Fauſtum ſideris prodigium! Nimirum ſubſecuturo lumini præludunt ignes. An quia illuſtraturus erat virtutem prodigiis, prodigia virtute? An quia atras Albigenſium tenebras fugaturus; Num comatus fuit Cometa, qui præluxit hæreſi funerandæ, tumulandæ? Suſcitaverat Avernus ex Inferis Albigenſes, magnos ævi illius tenebriones, extinctorum Manichæorum aut ſemina aut germina, palmaris nequitiæ ſtolones. Nimirum mala germina nunquam benè pereunt. Suo ſe ſenſu & ore vocabant homines bonos, quales non erant in ſenſu & ore bonorum. O corrupti ſeculi ſentinam! Duos colebant DEOS, bonum & malum, Boni illi homines; ut nullum faciant, faciunt duplicem. A bono Cœlos, homines à malo creari de-

delirabant. Næ illi à malo Deo erant, si tamen belluæ non erânt. Nam ut homo quis dicatur, satis non est nasum habere & oculos. Amentiâ pati vetabant aras, templa, fanorum aurum profanos vertebant in usus. Hâc in ætate ferreâ aureus revixit Dominicus, vigilans Domini canis. Quid ageret? latravit, ignes subdidit, quacunque transiret orbis incendiarius. Ter se catenâ cædebat de nocte, ut liberum in se haberet imperium. Acrius in se desæviit, quam belli Duces in barbaros. Nullius honoris avidus, omnium capax, infulas tres, lituos totidem à se amolitus, meruisse contentus, habere contempsit. Purpuram amavit, sed in pedibus; Clavatas non tunicas, sed plantas. Cruentis currebat pedibus, inclytus cœli Athleta, ut vestigia virtutis, vel ipsi imprimeret terræ, Posteris legenda, sequenda. Ingentem viri animam, vel ex hoc disce: Immortalem quæsivit in morte. Siccis videre oculis voluisset cruenta tumulari membra, ut suum anteiret funus. Nimirum corpus totum volebat apertum ad vulnera, quia lato opus erat exitu magnæ animæ. Quanta hominis sancti levitas! DEO supplex, vel corpore evehebatur in aëra, sed in altum facile volat DEO gravis, nam sursum gravidat. Cum vivos benè mori, mortuos bene vivere docuisset homine major; vitam dedit animis, reddidit extinctis. Quæris, quantus fuerit Dominicus! Ex humanis virum metire. Atlante fortior. Delubri Lateranensis stitit ruinam. Nè dubites: vidit id vel in somno Pontifex, oraculum veritatis. Supererat ultima cum morte lucta, sed certa cum esset victoria, præluserunt Epinicio Cœli fidicines. O Beatitatem! Inter lyras & cantus efflans animam, eosdem habuit Phonascos Dominicus moriens, quos Dominus habuit nascens. * Dominicus est Aurora DEI: Franciscus Manna DEI: Bruno terror DEI: Ignatius ventus DEI. (*Greg. XIII. P.*]

DOMUS. Hauß. *Maiſon.*

SYN. Ædes, domicilium, tectum, Dii penates, Lar familiaris, *vel*, Lares familiares, ſedes, foci patrii, aræ focique. ADJU. Æterna, parva, aliena, referta donis & plena dignitatis, anguſta, antiqua, apertiſſima & perhoſpitalis, privata, regia, cæca, cæleſtis ac divina, magna pulchraque, naturalis, operoſa, caſtiſſima, infamis, crudelis, facinoroſa & libidinoſa, plena integritatis, officii, & religionis; inimica, miniſtra *alicujus facinoris*, popularis, communis, diligens, ſuperior, egregia, exornata atque inſtructa, nuda atque inanis, familiariſſima *ſenectuti*, felix, fidelis, ſtudioſiſſima cupidiſſimaque *ſalutis aut ſtudii alicujus*, gratioſiſſima, referta aleatoribus, plena ebriorum, pudica, honeſta, locupletior, expers hujus injuriæ, locupletiſſima & amplisſima, meretricia, notiſſima & apertisſima & maximè, hoſpitalis, optima, plena ſignorum pulcherrimorum; plena ſtupri, dedecoris, flagitii, vacua atque nuda, inſtructior & apparatior, lætisſima, mœrens, locuples & referta, plena ornamentorum, modeſtior, nota, paterna, venalis, peſtilens, pulchra, religioſa, vacua ſuſpicione religionis, ſtabilis, vetus, nova. (*Ex Cic.*) PHR. **Hauß in verſchiedenen Stockwercken beſtehend.** *Maiſon à divers étages.* Variæ contignationis, *vel*, multiplicis tabulati domus. * **Hauß von verſchiedenen Gebäu.** *Maiſon à pluſieurs corps de logis.* Diſpertitis regionibus diſtincta domus. Multipartitarum ædium diverſæ ædes. * **Luſt-Hauß.** *Maiſon de plaiſance.* Ædes voluptuariæ: Domus ad amœnitatem voluptatemque conſtructa. Domus amœnitatis plena, magisque ad voluptatem, quàm ad proventum. * **Er hat ein ſehr ſchönes Hauß.** *Il a une fort belle maiſon.* Domo utitur cumprimis lautâ & pereleganti. Habitat in amplâ

domo

domo ac ſplendidâ. Illuſtre lautisſimumque habet domicilium: Eæ ſunt illius ædes, in quibus neque lautitiam, neque elegantiam deſideres.

AMPLIFIC. Nihil lautum & elegans hîc reperietis, ſordida omnia ſitu & pædore obſita horridaque. Nulla periſtromata & aulæa parietes inumbrant. Multò minùs hîc videatis, quæ in veterum monumentis quotidiano uſu legere potuiſtis, aurum, argentum, ebur, tectoria, incruſtationes, penſilia, & in morem cœli picturata laquearia, pavimenta, ut ait Apulejus, pretioſo lapide cæſim deminuto in variæ picturæ genera diſcriminata * Ut omittam admirabilia illa, quæ thecis & conclavibus ſolidâ cuſtodiâ retinentur, iſta quæ hoc uno in loco, in aſpectum veniunt, quanta ſunt? Caminus ille imprimis aureis anfractibus, ſecto marmore, ſimulacris & columnis, & novo quodam & inuſitato artificii genere expolitus, citrea menſa, pari venuſtate abacus, illæ feneſtræ Punicanæ toris & corymbisi exotico ſcalpro inſignitæ, laquear picturis variegatum & collucens, ſolum ipſum verſicoloribus quadris & teſſellis aſaroti modo bellisſimè coagmentatum, tum quæ circumſtant alia. Nè Deverta quidem ipſa hæc nitidiora poſſet efficere. * Domus, quæ in laxitatem ruris excurrit, cujus pavimenta inciſivo opere, transmarino marmore parietes, auro & argento diſtinguuntur laquearia: in quâ omnia eximiè ſumptuoſa, admiranda ſunt. * Locupletem Domum ingredimini, refertam auro, argento, ebore, pretiosâ veſte, margaritis, gemmis, tabulis pictis, &c. * Domus ipſa tam magnifica, & ſumptuosè conſtructa, tot opulentisſimis ornamentis expoſita, tot amplis hortorum culturis exornata, ut nihil ſit, quod decorem ejus, vel partem exæquare poſsit. * Finge conſtructam ab artifice domum: jacta ſolidè alteque fundamenta, erectos ſublimè parietes: intus atria,

peristylia, gradationes, conclavia, thalamos, antithalamos: foris aperturas, lumina, jugumenta, præcinctiones, fastigiorum acroteria, ornamenta coronarum, subgrundationes, projecturas, membra omnia ædificii ex architecturæ legibus ita fabricata, ut altitudo ad perpendiculum, angulus ad normam, longitudo ad regulam, lineamque respondeant. * Ampliſſima domus, ubi nihil magis timui, quàm nè postes antiquitate corrupti cervices affligerent. * Perampla & magnifica domus, quæ ut edito exstat è monte, sed exæquato ad aream hortorumque amœnitatem; ita nobis inter columina prospectus in subjectos ante colles, planitiemque ac flumen jucundissimè patebat. * Dædali manu extructum ædificium est, de vivo & secto lapide, formâ orbiculari: Cœli injurias non propulsat solùm, sed exonerandi curis animum, & oblectandi gratiam continet maximam. Cœlum prope terrestre diceres, ita vetustate non abludit.

SENTENTIÆ. Quid? illinè sub dio vexabuntur, nos autem domos splenditissimas incolemus, omnis generis lapidibus exornatas, auro & argento illuminatas, ac tenuium calculorum dispositione, varioque picturæ artificio, fallacibus oculorum illecebris? atque alias quidem incolemus, alias autem extruemus? Quibusnam autem? nè heredibus fortasse quidem nostris, sed exteris & alienis, iisque nè amicis quidem sed inimicissimis, maximaque in nos invidiâ flagrantibus; quod quidem malorum omnium extremum est. (*Greg.*) Terreni parietes, iis qui cum virtute vitam transigunt, circumdati, nihil adferunt commodi. Quin imo par consentaneumque fuerit, ab iis qui vitiis atque nequitiâ inquinantur, parietum usum studiosè, & cum curâ institui ac parari, propterea quod domus occultarum plerumq; turpitudinum velamentum existit. At quorum vita cum virtute transigi-

ſigitur, in his nihil eſt, quod parietes obtegant & obvelent. (*Nyſſ.*) Perdidi domum fortuito incendio quomodocunque, tamen domum perdidi. Penates illos in quibus natus ſum, qui mihi quotidianâ imagine adhuc verſantur ante oculos; penates in quibus ſacri aliquid eſſe credimus, amiſi. Hoſpes in civitate victurus ſum. Pauper domum perdidi, hoc eſt exutus ſum omni cenſu. (*Quintil.*) V. Ædificium.

DONARE. Schencken. *Donner, faire un preſent.*

SYN. Donare, tribuere, largiri, elargiri, concedere, dedere, impertiri, impertire, tradere, erogare, condonare, exhibere, deferre, ſubminiſtrare, præbere, ſuppeditare. ADV. Multùm, plus, plurimùm, cumulatè, libenter, libentiſſimè, gratis, ultrò, nominatim, ſigillatim, clam, publicè, liberaliter, amplius, diligenter, moderatè. PHR. Aliquem re quâpiam donare, munerari, afficere, impertire. Aliquid dono dare. Aliquod donum impertiri. Aliquem liberalitate obligare, obſtringere, devincire. Alicui munus largiri, tribuere, impertire, *vel*, impertiri, donum dare: conferre. Aliquem munerari, *vel*, munerare, munere donare, dono afficere; dono proſequi. In aliquem munus conferre. Intimæ veſtis receſſus ingentibus donis replere. Largè & effusè alicui aliquid donare. Conçinnare alicui munusculum. Oppiparè in aliquem congerere munera. Collocare apud aliquem munus. Mittere homini munera ſatis largè, ad uſum domeſticum, vini & olei quod ſatis eſt.

AMPLIFIC. Tenuia ſunt, quæ donant? pro magnis habe. Quidquid à magnâ manu venit, nomen volunt referre magnum. Neque meretur magna, quisquis à magna manu metiri neſcit parva pro magnis, & ferè res parvæ aditum ad magnas faciunt. Recuſas, aut negligis? indignus majoribus es. Nec

ferunt Principes neglectum, minus contemptum. Contemni verò se in parvis donis, aut muneribus arbitrantur, si neglexeris. At nihil acerbius sceptro contemptu; ut excidat spe omni, qui in tenui munus contempsit.

DONUM. Gab. *Present.*

SYN. Munus, manusculum, præmium. ADJU. Castum, dignum regio munere, divinum, eximium atque pulcherrimum, regale, *magnificentissima*, *militaria*, *muliebria*, *nuptialia*. (*Ex Cic.*) Exile, obscurum, tacitum, fictum, simulatum, caducum, leve, levidense, tenue, vile, exile, amplissimum, honorificum, acceptum, præclarum, regium. *Utilitate magna, nobilitate prima, ipso genere præclara.*

AMPLIFICAT. Quid? quod sola munerum spes à recto bonoque avertat, & ne bulâ ac nube quâdam involvat animos, nè videre magnum Justitiæ Solem possint, aut nonnisi quasi per obscurum noctis, non quod totum eripiat Solem; splendorem tamen minuit, & obtenebrat luminis illius partem maximam. * Munera quid non possunt? improba, impia, injusta; proba, pia, justa sunt. Venena etiam & ferrum licet in patriam, & parentes, mitescit, & clementiæ nomen sortitur, si novos Jupiter novo ludat & pluat auro. * Quid cœcitate miserius? là muneribus cæcitas nata? Fuge munera, quisquis oculos amas; cæcitatem aversaris, nec plebejos tantùm oculos. sed sapientium, excæcant munera. Quid facient in aliis? non exoculabunt tantùm, sed periment. Ea vis munerum est, nihil his inexpugnatum; nulla robora, propugnacula, arma nulla, jacentque horum dextrâ quæcunque propè omni sæculo magna & valida, integri exercitus, regna tota, orbisque quà patet magni imperia. Babylonem cogita, & æquatas nubibus arces, aut superstantes etiam

&

Digitized by Google

& ſuperbo vertice quidquid infra cœlum eſt, vincentes, aut è ſolidâ rupe exciſas, aut toto Oceano natantes; ſi qua via auro eſt, viciſti infrà etiam terram conde & totis montibus tege, totoque adeò aquarum elemento: ſi impluere aurum poteſt, ſi irrepere; iterum dico, viciſti, tanta vis auri eſt. Quid? quod nihil illi inacceſſum, nihil illæſum; non frater, ſoror, pater, mater. Ludit in cognato ſanguine, in imis uteri, ita nihil illi intactum, nihil ſacrum: non thalamus, non uterus, non ubera, non ſacra, non profana, non Deus ipſe in ſanctorum fœderum teſtem vocatus, quid non poteſt aurum? non venalem habebit vocem & calamum, quisquis muneribus viam dederit; ſed patrem, matrem, conjugem, filios, animam denique ipſam. * Hoſtile aurum quid non poteſt in egente? quid non in juvene digna Regibus munera? cujus non juventutem dona flectant, cujus non aurum & opes!

SENTENTIÆ. Munera pro amante ſufficiunt, cujus quidam ſunt vicarii; quædam ſui ad argumentum traditionis pignora; quædam mentis arrhæ. (*Nier.*) Malui tibi probari mei muneris celeritate, quàm alieni operis examine. (*Symmach.*) Religio animis potiùs, quàm muneribus æſtimatur. [*Idem.*] Amantium largitio non dederit vires offerentium. (*Idem.*) Si munera quæris, non amas; incorrupti ſunt enim amores, & amantes tales efficiunt. Si igitur amas, dare tibi, quàm accipere promptius eſt. (*Simocatta.*) At talia quidem ſunt: quæ tibi à nobis offeruntur; ſi autem parva, & meritis tuis inferiora; DEO gratum eſt, quod ſit pro viribus. (*Naz.*) Munera excœcant oculos judicum, & vim authoritatis inclinant. [*Amb.*] Ante DEI oculos nunquam eſt vacua manus à munere, ſi arca cordis plena ſit bonâ voluntate. (*Greg.*) Faciliùs pervertitur animus rei corporeæ munere, quàm gratiæ laudiſque favore. (*Iſidor.*)

Animum in muneribus ſpectemus: nec pretium iis unquam à ſe faciamus, ſed ab effectu. (*Lips.*) Indigniore munere, etiam grati adversùs bajulos ſumus, & munuſculo proſequimur. (*Idem.*) Generoſis animis inſitum eſt, beneficia ſua amare. (*Idem.*) Non in beneficiis, ut in pecuniâ, redditione aut re opus, ut ſolvaris: ſed agnitione & grato animo. [*Idem.*] Omnia dona, teſtimonia & auctoramenta amoris ſunt. (*Nier.*)

SIMILITUD. Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accepit: ſic quidam nunc huic, nunc illi favent, qui plurimum det, non cujus cauſa ſit optima. (*Erasm.*) Sicut parentes magis magisque indies veneramur & amamus, fratres etſi æquales, leviùs: ita beneficia antiqua ſanctiora ſunt, etſi præſentia ſuaviora. (*Lips.*)

DORMIRE. Schlaffen, *Dormir.*

SYN. Dormiſcere, dormitare, indormiſcere, cubare, ſtertere. ADV. Arctè, graviter, arctiùs. (*Ex Cic.*) PHR. Somnum capere. Quieti ſe tradere. Dare operam ſomno. Arctiore ſomno teneri. Gravi ſomno premi. Altum dormire. Dare ſe ſomno. Tradere ſe quieti. Somno ſe explere. Somno liberaliùs indulgere. Exſaturare ſe ſomno. Inermem ac mœſtificum in ſomnum relabi. Ad multum diei, ad multam diem *vel* lucem dormire. Placidiſſimè dormire; ſomnum dormire placidiſſimum; in aurem utramque, *vel*, in utrumvis oculum otioſè dormire. Parco, & brevi ſomno uti. Me arctior hâc nocte, quàm ſolebat, ſomnus complexus eſt, *vel*, tenuit. Mihi ſomnum labor conciliat, ciet, affert inducit, parit, allicit. * Ich hab die gantze Nacht nicht ſchlaffen können. *Je n' ay pû dormir de toute la nuit.* Totâ nocte ſomnum capere non potui; Somnum oculis non vidi meis; Inſomnes oculi mihi fuerunt; Inſomnis

nis pernoctavi; Insomnem, *vel*, somni expertem, *vel*, somno vacuam exegi noctem; Sine somno noctem traduxi; Perpetuâ laboravi totius noctis insomniâ Qui dormiunt libenter, sine lucro, & cum malo quiescunt. (*Plaut.*) Er hat angefangen zu schlaffen. *Il a commancè á dormir.* Cepit, incessit eum gravis cupido somni. Oculis ejus obrepsit somnus. In somnum converti cœpit. * Du schlaffest gar zu sehr. *Vous dormez trop.* Ultrà Endymionem somno indulges. Dormis somnum Endymionis. Immodico te saginas somno. Te plumæ plusquâm nimis effœminant. Epimenidis somnum sequeris, quem 40. perpetuos annos somnum continuâsse ajunt. V. SOMNUS.

DUBITARE. Zweifflen. *Douter,*

SYN. Subdubitare, addubitare, hærere, ambigere, quærere, timere, nutare, fluctuare. ADV. Diu multumque, diutiùs, de jure, planè *non audire periculum*, rectè, sanè, omninò, nunquam. (*Ex Cic.*) PHR. De aliquâ re dubitare, ambigere, venire in dubium. Aliquid in dubium vocare, revocare, habere ambiguum; in dubio ponere. In aliquâ re hærere, fluctuare, nutare. * Ich zweyffle daran. *Je suis en doute de cela.* In dubio est animus meus de illâ re. Incerta, dubia, ambigua, obscura mihi est illa res. * In dubium venit; mihi ipse diffido. Æstuo dubitatione; pendeo animi, *vel*, animo; pendet animus; suspensus, & incertus pendeo. * Ich hab niemahl daran gezweyffelt. *Je n'ay jamais douté de cela.* Id dubium mihi nunquam accidit. Id nunquam mihi fuit obscurum, ambiguum, incertum. Nunquam mihi venit in mentem, hâc de re dubitare. Id pro certo semper existimavi, pro comperto habui, exploratum habui, atque omninò certum. * Einen Zweyfflen machen. *Faire douter quelqu'un.* Alicui dubitationem afferre, mo-

ve-

vere, rem dubiam facere, ſcrupulum injicere. Aliquem in dubitationem adducere. * **Du haſt mir allen Zweyffel benommen.** *Vous m' avez oſté le doute, que j' avois.* Mihi omnem dubitationem ſuſtuliſti, exemiſti, omnem dubitandi anſam ademiſti, abſtuliſti. Nullam apud me reliquiſti dubitationem. Nullum mihi reliquiſti dubitandi locum. * **Ich zweyffle mit nichten daran.** *Je n' en doute nullement.* Hoc apud me extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Nihil addubito. Neminem dubitatione diſcriminat hoc negotium. Nihil hic locus habet dubitationis. * **Ohne Zweyffel.** *Sans doute.* Haud dubiè. Dubio procul. Sine ullâ dubitatione. Sine cujuspiam dubitatione. Indubitanter. Indubitatè.

AMPLIFIC. Itaque æſtuabat dubitatione: verſabat ſe in utramque partem, non ſolùm mente, verùm etiam corpore; ut omnes, qui aderant, intelligere poſſent, in animo ejus metum cupiditatemque pugnare. (*Cic.*) At Pſyche relicta ſola non eſt, æſtu pelagi ſimiliter mœrendo, fluctuat; & quamvis ſtatuto conſilio, & obſtinato animo, jam tum facinori manus admovens, adhuc incerta conſilii, titubat; multisque calamitatis ſuæ diſtrahitur affectibus. Feſtinat, differt; audet, trepidat; diffidit, iraſcitur: & quod eſt ultimum, in eodem corpore odit beſtiam, diligit maritum. * Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſimè fatigata, & ut in quodam vado dubitationis hærens, omne verbum, quod præſenti ſermoni putabat aptiſſimum, rurſum improbans, nutante etiam nunc pudore, unde potiſſimum caperet exordium, decontatur. (*Apul.*)

SENTENT. Ac proinde ipſe variis cogitationibus laborabam, quid facto opus eſſet, exquirens, mediusque inter duos timores hærens, quorum alter me deprimebat, alter erigebat. Cumque diu in his dubio & ancipiti animo fuiſſem, atque in utramque partem

Digitized by Google

tem me ipſum libraſſem, aut fluminis in modum dubiis ventis huc atque illuc inclinatus fuiſſem, tandem vehementiori ceſſi, neque fictum & abſtractum tenet inobedientiæ metus. (*Naz.*) Per ea, quæ certa & confeſſa ſunt, de dubiis judicandum eſt, non autem per dubia ambigua de certis & indubitatis. (*Iſid. Polus.*)

DUELLUM. Streit zwiſchen Zweyen. *Duel.*

SYN. Certamen, pugna, bellum. ADJU. Rabidum, cruentum, inſanum, furioſum. PHR. Certamen ſingulare. Certamen ex provocatione. Pugna provocatoria duorum. Singularis certaminis, *vel*, ad ſingulare certamen provocatio. * Einen herauß fordern. *Appeller en duel.* Quempiam ad ſingularem pugnam vocare, provocare. * Sich ſchlagen/oder Duelliren. *Se battre en duel.* Singulari certamine congredi, pugnare, depugnare, dimicare, manus conſerere.

AMPLIFIC. Illa duelli non lex, ſed nex: non mos ſed mors; non conſuetudo, ſed animorum corporumque pernicies; quam priſci illi, truculenti moralisque Philoſophiæ, ac veri honoris penitus expertes Longobardi, cum in Italiam infuſa eſt illa barbaries, de repetendo jure ſuo, de recuperando honore, de ulciſcendis injuriis privatâ auctoritate per ſingulare certamen introduxerunt.

DURUS. Hart. *Dure.*

SYN. Crudelis, aſper, immiſericors, inhumanus, incultus, horridus, agreſtis, ferreus, injucundus, inſuavis, auſterus, ſeverus, acerbus, ſaxeus, inexorabilis. PHR. Vix homo. Oratione, & moribus durus. Cui chalybs aliquis circa pectus. Stupidus & ſaxei pectoris. Omnis humanitatis expers, ab omni fœdere averſus, & ab ipsâ naturâ de-

degener. Cujus pectus furoribus expletum nec cogitatio saluberrima ullo potuit perfodere affectu. Cœcus ad generis splendorem, surdus ad majorum præconia, scopulus ad preces, pumex ad lacrymas, cadaver ad promissa, ventus ad minas. Morosus, & difficilis. Cui ingenium Brontesque Steropesque in Ætna ab incude & chalybe mallearunt. Cujus oratio aspera fere & horrida est, ac tanquam per saxa gradientis, aut aceto potati. Qui multum fellis & absynthii habet; oculisque & fronte horrorem verbis addit. V. CRUDELIS. INHUMANUS.

E

EBRIETAS. Trunckenheit. *Yvresse.*

SYN. Crapula, temulentia, vinolentia. ADJU. Turpis, fœda, amens, insana, vesana, infamis, improvida, exitiosa, malesuada, pernitiosa. PHR. Corroborata erat longo usu insana perpotandi cupiditas, altioresq; egerat in ejus animo radices turpissima consuetudo, quam ut evelli ratione ullâ aut pudore posset.

AMPLIFIC. Date veniam, & hanc concedite mihi facultatem, Auditores, ut Ebrietatem hoc tempore concitato dictionis cursu persequar, & deprehensam stilo nostro confodiam. Equidem per turpitudinum quorundam cloacas non sine horrore aliquo tenendus erit cursus orationis; sed emergam, & in terrâ pedem altiùs figam, si mecum vestrum illum in attentione summâ favorem sensero adlaborare. * Neque enim aliud omnino esse vitium facilè evincam, quod pluribus ex se gravioribusque in corpus humanum damnis, in Rempubl. verò sceleribus, veluti æstu quodam Oceani, exundet; quam bruta illa, atque

ab

Digitized by Google

ab omni ratione ſemota Ebrietas. Enimverò vis ſcire, quid ſit Ebrietas? Reſpondebit Auguſtinus: eſt flagitiorum omnium mater, culparumque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubverſio ſenſûs, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela. Quid Ebrietas? venenum inſipientiæ, inquit Ambroſius: libidinis incentivum Hieronymus: Dæmon voluntarius Baſilius. Ipſos etiam Idololatras interroga. Quid Ebrietas? Hanc dicet Apulejus lagenam Veneris: lac ejuſdem Cypridis Ariſtophanes: Meditationem inſaniæ Pythagoras: jucundum nefas Plinius. Hanc nè quid ambigas ſapientum omnium Princeps Salomon mentis vocat alienationem, libidinis inflammationem, corporis enervationem, opum diſſipationem, diſcordiarum fontem, ſecretorum infidam cuſtodiam.

SENTENT. Diligentes in vino noli provocare: multos enim exterminavit vinum. (*Eccli. 31.*) Amaritudo animæ vinum multum potatum. (*Ibid.*) Væ! qui potentes eſtis ad bibendum vinum; & viri fortes ad miſcendam Ebrietatem. (*Iſai 5.*) Tumultuoſa Ebrietas. (*Prov. 20.*) Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſinè causâ vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonnè his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? (*Prov. 23.*) Nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. (*Prov. 31.*) Neque Ebrioſi regnum DEI poſſidebunt. (*1. Cor. 6.*) Ebrietas eſt rabies voluntaria, invitatus hoſtis, illecebra honeſtatis, pudoris injuria, mater litium, furoris genetrix, petulantiæ parens; quam qui habet, homo non eſt. Ebrietas eſt blandus dæmon, dulce venenum, ſuave peccatum, quam qui habet, ſe ipſum habet; quam qui facit, non tam peccatum, fa-

facit,quàm ipſe eſt totus peccatum. (*Aug.*) Eſt illa flagitiorum cauſa, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbario capitis, ſubverſio ſenſûs, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis,amiſſio temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia,animæ corruptela. (*Idem.*) Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentivum inſaniæ, ebrietas venenum ſapientiæ. Hæc ſenſus hominum mutat, & formas: per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes. Si quidem naturali corporis calidi, & præter naturam vini calore inflammati,cohibere ſe non queunt, & in beſtiales libidines excitantur; ut nullum tempus præſcriptum habeant, quod doceat indulgere concubitui. Vocem amittunt, colore variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardeſcunt, ſenſu excidunt. Hinc phrenefis periculoſa,hinc calculi gravis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, ſemeſas epulas cum internorum viſcerum cruore fundentium. Hinc etiam vanæ imagines, incerti viſus, inſtabilis greſſus, umbras ſæpe tranſiliunt,ſicut foveas. Nutat hic cum facie terra: ſubitò erigi & inclinari videtur, & quaſi vertatur; timentes in faciem ruunt, & ſolum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus ſibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & reſonantia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alii riſu ſolvuntur incondito; alii inconſolabili mœrore deplorant; alii cernunt irrationabiles pavores. Vigilantes ſomniant, dormientes litigant. Vita his ſomnium eſt, ſomnus his mors eſt. (*Amb.*) Ebrietas eſt rabies voluntaria, invitatus hoſtis, illecebra honeſtatis,& pudoris injuria. (*Petr. Rav.*) Tot vitiorum cauſa eſt Ebrietas,ut is, qui Paradiſi arca-

norum

norum auditor extitit, eam extrà DEI regnum collocarit. (*Iſidor. Pelus.*) Ebrietas in alio crimen eſt, in Sacerdote ſacrilegium; quia alter animam ſuam necat vino; Sacerdos verò Spiritum S. extinguit. (*Chryſolog.*) Ebrietas eſt verè voluntarius Dæmon, & graviùs quàm Dæmon mentem obtenebrat. (*Chryſoſt.*) Ebrietas eſt innumerabilium malorum fons ac fundamentum: præſertim quoniam præter omnem modum, nullum non feſtinet aggredi facinus. (*Idem.*) Nè inducas Ebrietatem, matrem ægritudinis, lætitiam diaboli, quæ mala parit innumerabilia. (*Idem.*) Ebrietas inflammat libidinem, accendit cupiditates corporis: ipſam quoque mentem ſubruit, animum capit, ſenſum extorquet. (*Amb.*) Ebrietas eſt fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viſcera, animus igneſcit. (*Aug.*) Nihil ita Dæmoni eſt amicum, ſicut Ebrietas; quæ eſt mater omnium vitiorum. (*Chryſoſt.*) Ubi regnat Ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deviant, judicia ſubvertuntur. (*Petr. Rav.*) Ebrietas judicium rationis offuſcat; contentiones & bella procurat; robur & naturalem virtutem enervat; infirmitatem generat, mortem naturalem adducit; rebus temporalibus ſpoliat; & quod deterius eſt, divinam maledictionem inducit. (*Hugo. V.*)

SIMILITUD. Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omnes, quod in imo jacet, in ſummam partem vis caloris ejectat: ſic vino exæſtuante, quidquid in imo jacet abditum effertur, & prodit in medium. (*Sen.*) Ignavi canes apud menſam audent, in venatu minimè: Sic ingenioſum eſt, cùm ſobrius liberè loqui non audeas, inter pocula id facere. [*Plut.*] Muſcæ, & alia nonnulla Inſecta ſuctu vivunt, ideoque eis pro linguâ eſt fiſtula: Ita quosdam videas Bibones, qui potu vivant, a cibo abhorreant. [*Eraſm.*]

EBRIUS. Truncken. *Yvre.*

SYN. Vinolentus, vinoſus ebrioſus, temulentus. PHR. Vino obrutus, onuſtus, languidus, oppreſſus, plenus, confectus, ſepultus, madens, planè merſus. In vino natans. Immoderato onuſtus potu. Vino totus madens. Vini intemperie oppreſſus. Vini intemperantiſſimus. Mero incaleſcens. Multo lyæo madefactus. Gurges helluoque vini. Ampullâ bibacior. Ebrietatis morâ infamis. Qui continuo mero corpus mancipat. Vini nimius. Vini immodicus. In vinum effuſus. * Er iſt ein voller Zapff. *C'eſt un franc yvrogne.* Aſſiduum potatorem agit. Aſſiduè potat, perpotat, pergræcatur. Vino operam dat. Potationes celebrat. Temulentiam exercet. Ebrietati incumbit, deditus eſt. In potationibus aſſiduus eſt, aſſiduè verſatur. Gratius ei nihil eſt, quàm bibere, potare, perpotare, poculum haurire, exhaurire, vino ventrem diſtendere; Vino ſe obruit, ſe conficit. Vino rationem obruit, mentem mergit, ſepelit. Perpetuò temulentus eſt vir, nec minùs pota mulier; tota verò familia vino merſa eſt, in vino natat. Vos bibulæ Bacchi ſpongiæ, vino madidi utres.

AMPLIFIC. Ebrius eſt monſtrum horrendum, ingens, informe: cui lumen ademptum, rationale ſinè ratione, vivens ſinè ſenſu, ſentiens ſinè vitâ; vinum redolens, eructans, vomens: vultu, oculis, naribus, ore, quod hauſit, exhalans. Quid ultrâ Ebrius? chymæra, populator cellariorum, doliorum hirudo, Proteus varius, mutabilis chamæleon, Polypus multiplex; omnia præterquàm ſobrius. Quid rurſus Ebrius? Homo vivens, mortuus ſepultus: idolum & ſimulacrum gentium, oculos habens-

bens, & non videns, aures habens, & non audiens! manus habens, & non palpans: mortuus animatus, Dœmon voluntarius, morbus veniam non merens, ruina excuſatione carens, commune noſtri generis oppropriium. Quid adhuc Ebrius? Homo mente titubans, oculis lippus, linguâ balbutiens, voce ceſpitans, pallidus ore, fœtens halitu, ſtertens, dormiens, greſſuvacillans, ſtare non valens. Hinnit, ut equus, rudit ut Aſinus; gannit, ut vulpes: furit ut leo: laſcivit, ut hircus: ut ſimia ineptit. Quid demùm Ebrius? Hydra, animal vigilando ſomnians, cujus venter dolium, ſtomachus guttur, totus gula. Amittit vocem, colorem variat, igneſcit oculis, labiis tremit, frendet dentibus, inermis militat, pocula in tela vertit, nutet, labitur, errat, duplicata omnia cernit, umbras horret, diluctatur, calcitrat, boat, nec ſanus corpore, nec animo liber, vinum cadaver. * Convolabat quotidie ſimul ac evigilârat, in popinas vinolentus, in cœno aſſiduè ſuo ſeſe volutabat ſordidus, ſordesque ſuas, adventante nocte domum convehebat. Quoties marſupionon ſufficiente gulæ, cauponâ abiit expallatus & exgaleritus (verbo pereregrino ſit venia (etque etiam penè exoſſatus pugnis, probriſque probè obſitus? Quoties inter redeundum, (ſi hoc eſt redire, paſſu labi & telabi quolibet) offenſantem altero quoque paſſu, & in tabernas ac parietes impingentem, proſecuta eſt caterva puerorum, ſibilis, conviciis, luto? Sed enim, acceptat foris injurias, intus ulciſci ſolitus, ùt primum attingebat limen ædium, horrendum illicò vociferari, adeſſent famuli,, adeſſet conjux: Illi contrà latebras occupare, deliteſcere, trepitare; ſi quem occupaſſet incautum, medium arreptum ſternebat in terram, & quâ pugno, quâ fuſte, quà re quavis aliâ, pulſabat diris modis miſerum. * Quid enim à bruto animante differt Ebrius? imò quantum non differt, cum omni ſit

belluâ, intemperanti potûs cibique usurpatione, fœdior? Quæ enim bruta usque adeò obbruteſcunt, ut expletâ ſitis cupiditate etiamnum ſeſe turpiſſimâ proſuſione ingurgitent, ſtomachum ad ſenſuum omnium perturbationem,& ſtuporem oppleant? Sed homines videas, ex combibonum luſtris ſub veſperem egreſſos, quibus neque pedes, neque ratio conſtet, quorum alii colligantibus oculis, fluentibus buccis, genis ardentibus, titubante linguâ, geſtu diſſoluto, vacillante inceſſu, vix aditum viamque ſine offenſionibus penetrant: nunc in latus, nunc ſupino pronóve feruntur corpore, nonnunquam in luto Suum more voluntantur; nonunquam canum ritu fœdâ ſtomachi illuvie perfunduntur. Alii, ſiquid ratione etiamnum ac ſenſibus polleant, in ſcelerum licentiam effrenemque libertatem conſumunt; laſcivis oculis, procaci linguâ, manuque petulante ad omnem libidinem projecti. Nonnulli irarum pleni, ultionisque cupidi hoſtem quærunt vel in amico. Verbo, pauci illorum in humano corpore homines: pauci in laſciviâ atque immanitate brutorum ſubſiſtunt, digni qui injuriæ non tam in alios, quàm ſeipſos exercitæ graviſſimas ſæpe pœnas exſolvant. Etenim quis tam homini devinctus atque obligatus, quàm ipſe ſibi eſt homo? Hunc verò ad DEI efformatum imaginem infra belluarum conſuetudinem naturamque abjicere, quàm abominabile flagitium? Dicam amplius, hunc omnibus fortunis, membris omnibus enervare, ſenſibus exuere, ratione deturbare, virtutum omnium ſpoliare præſidio, quantum cum flagitio dedecus? Quidquid in homine iracundo ſceleris eſt, in ſeditioſo flagitii, in proditore perfidiæ, in luxurioſo impudentiæ, in patricidâ crudelitatis, hoc in uno ebrio ſcelerum eſt, qui univerſam hanc in ſe malitiam complectitur, præceps in iram & ſeditionem, ſecretorum proditor, Veneris mancipium, interfector ſui.

Bi-

Biberii Similes Sunt Anseribus. 1. Anser in aquis assiduus: balneat, natitat, adaquat, fluctuat, & quid non? quid Biberii? Nunquam non rostrum in vitro, rostrum in cyatho, rostrum in cantharo. Etinaceum habent in stomacho: aut natat in vino, aut pungit aculeo. 2. Anser vix unquam solus. Quid Biberii? Solicitantur maximè de confraternitatibus, quas sæpe bibunt tam solidas, ut non rarò cum vino, diffluant inter aliquot horæ minuta. 3. Anseres plerumque rostrum habent rubrum. Quid Biberii? Ignescunt facie, rubescunt malignè, imò integram cupri officinam interdum videntur in vultu exponere 4. Anseres minuatim sunt oculati. Quid Biberii? Non oculos, sed ocellos. Etiam Viennæ Turris Stephanæa videtur pileoli sphærula. Oculantur ùt olla plena murium, fratres Myopum: in hoc uno Myopibus dissimiles, quòd hi vitris egeant minuentibus, illi augentibus. 5. Anseres in stramine avenaceo strepunt, gingriunt, tetrinniunt, exiliunt. Quid Biberii? Murmurant, garriunt, clamant, jubilant cachinnantur, tumultuantur, gloriantur. Tunc alii sunt magni Theologi, disputant, & à Bibere derivari Biblia putant. Alii Germani Hercules, Inferni domitores: Ventosas struunt, armatos ducunt, Turcam in Hellesponto aggrediuntur. Alii dant Regipolim Triumphatores ingrediuntur. Alii dant Regibus consilia, aperiunt mysteria, propheram, prognosticant, Sibyllino quodam ebrii Enthusiasmo. 6. Anseres longi sunt colli. Quid Biberii? Volunt esse Philoxeni: vinosum sitiunt Euripum Heliogabali. Sunt Merones, desiderant Metamorphosin belluinam in Balenam, & Mare Cretcum in Merum Creticum. 7. Si ambulantem observes anserem, videbis dextrorsum deprimi, sinistrorsum elevari: à latere ad latus inclinari, utroque moveri; verbô vacillare. Quid

Biberii? Caligantibus oculis, fluentibus buccis, ardentibus genis, à latere titubant ad latus, à pariete ad parietem, à muro ad murum. Jam nituntur ſupremis pedum digitis, & præponderant proni: jam innituntur extremis plantis, & prægravant ſupini. Jam inclinantur ad dextram, & ejectâ lævâ adhuc emendant æquilibrium: jam curvantur ad lævam, & projectâ dexterâ adhuc evitant caſum. Jam vacillant antrorſum, jam titubant retrorſum: jam labuntur dextrorſum, jam relabuntur lævorſum; non ſtat pes, non conſtat ratio; circumvolant in gyrum, & procumbit humi bos: palpat in cœco, repit in luto, Forum, angiportus eſt; pons, trabecula eſt: latitudo, contractio eſt: platea, anguſtia eſt. Subinde coſtas concutiunt, nervos diſtrahunt, diffringunt tendines, rumpunt cartilagines, decorticant cutem, luxant pedem, frangunt cervicem. §. Anſeres ambulant nudipedes. Quid Biberii? ô quot equites facti ſunt pedites! quot Civium Filii nudipedes prodigit quot nobiles, mobiles: olim in aulis, tandem in caulis: olim in caſtellis, tandem in villis: olim cum Curialibus, tandem cum Ruralibus.

SENTENTIÆ. Qui ad dimenſum diem ſuperi thoros accumbit, cœnas cum prandiis copulant, ventrem, diſrumpunt ſenſus depravant, immodico ciborum onere navigium demergunt, ſentinam inexhauſtam & exundantem reddunt, & tanquam in corporis naufragio navem undis obruunt, pedicas, manicas, & linguæ vincula nectunt, totumque corpus ſuum vinciunt vinculo ebrietatis & luxûs graviore, quam ferreâ catenâ; ac nec ſincerum & purum capiunt ſomnum, neque ab horribilibus inſomniis liberi ſunt furentibusque miſeriores, voluntarium quen-

quendam Dæmonem in animum inducunt, riſui ſpectantium famulorum expoſiti, imò etiam luctui & lacrymis meſiorum inter eos; neminem noverunt eorum, qui adſunt, neque dicere quid, neque audire poſſunt, ſed inter geſtantium manus à toris ad lectulum feruntur. [*Chryſoſt.*) Qui alterum cogit, ut ſe plus, quàm opus eſt, bibendo inebriet, minus malum ejus erat, ſi carnem ejus vulneraret gladio, quàm animam ejus per ebrietatem necaret. O infelicitas generis humani! Quàm multi inveniuntur, qui ebrioſos & luxurioſos ampliùs quàm oportet cogunt bibere, & ante oſtium pauperibus petentibus, vel unum calicem diſſimulant dare. (*Aug.*) Rogas ad jucunditatem, cogis ad mortem: invitas ad prandium, efferre vis ad ſepulchrum. Cibos præmittis, tormenta irrogas: Vina prætendis, venena ſuffundis; omne enim quidquid nocet, venenum eſt. Tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infert, caput vexat. (*Amb.*)

ECCLESIA. Kirch Chriſti. *Egliſe.*

ADJU. Univerſalis, Catholica, Chriſtiana, Apoſtolica, Romana, CHRISTI ſanguine redempta, CHRISTI Verbum profitens. PHR. Congregatio CHRISTI Fidelium ſub uno & ſummo capite. Chriſtianorum Cœtus. CHRISTI Sponſa longè pulcherrima. Catholicæ Eccleſiæ dignitas, à CHRISTO ipſo conſtituta, tot ſæculorum ſpatiis confirmata, tot ſanctorum hominum ſententiis ſulta, tot Conciliorum exemplis ſtabilita. Primitiva illa Mater, depoſitaria, & inde ab Apoſtolis cuſtos & conſervatrix oraculorum DEI, Verbique DEI, quodcunque per

hæc tempora ad vario nomine Christianos habemus derivatum.

AMPLIFIC. Cujus fides Christi promissione firmata, neque defecit unquam, neque deficiet; quam integram & incorruptam Majores nostri religiosissimi mortales nobis posteris suis reliquerunt: quam nulla unquam delegit, vel obscurabit vetustas. * O magnum, & intolerandum dolorem! ô casum acerbum atque luctuosum! ô miseram Ecclesiæ Christianæ conditionem! tot membra, tam pulchra specie, tam firma viribus, tam necessaria utilitate ab eo corpore, quod fidei, spei, charitatisque nervis Deus ipse colligarat, fuisse devulsa! quæ tot ex gentibus naturâ diversis, divino dono conspirantibus juncta, velut acies ad pugnam instructa suis hostibus formidabilis incederat; eam paucorum fraude laceratam, fusam, dissipatam, gentibus expertibus veritatis esse ludibrio. * Ecclesiam Irenæus longè latequè diffusam per omnes terrarum oras, asserit unam eandemque fidem ab Apostolis acceptam perinde custodire, ac si non modò mœnibus, verùm parietibus etiam iisdem universa contineretur; Eadem omnes non secus credere, quàm si unus animus, una mens, tam multis in corporibus esset divinitùs inclusa; eadem prædicare omnes, perinde quasi uno ore loquerentur; dissimiles quidem esse diversarum gentium voces, atque linguas, vetùm successiones vim unam, & eandem apud omnes esse, non aliter aut credere, aut tradere, neque quæ in Germaniâ, neque quæ apud Iberos, neque quæ in Celtis, neque quæ ad Orientem Solem, neque quæ in Ægypto, neque quæ in Africa, neque quæ in orbe medio sint Ecclesiæ, constitutæ. * Sola præ se fert, & in medium veritatem profert Ecclesia Christiana, divino concessu ac munere

nere ſingulari: utriusque caliginem, cœcamque noctem, admirabili ſplendore discusſit; diluxit, ut illuſtrentur, & pateant omnia, quæ Judæis obſcurè ſignificata: cum ea nulla vis ingenii, nulla mentis acies, nulla hominum ſolertia conſequi poſſet, tot ante ſæculis craſſis occultata tenebris, & circumfuſa latuerunt. * Eccleſia eſt quaſi quoddam corpus è diverſisſimis quidem, inter ſe tamen conſentientibus membris aptum, atque connexum, quod & ſpiritu divino contineatur, & ita temperetur, ut in tantâ varietate, & diſſimilitudine partium: incredibilis quidam ſit absque ullâ diſcrebantiâ concentus, omnesque omnium & malis dolent, & lætentur bonis. * Cujus virtutes Pater tanti fecit, ut Filium ſuum unigetum per ſummos cruciatus neçari permiſerit, modo quos adoptare ſibi decreviſſet, non tam regionibus, quàm animis diſperſos, & opinionum magis, quàm locorum intervallo disjunctos, in unum non tam ſpatii, terrarum; quàm voluntatum conſpiratione congregaret. * Eccleſia Christi Sponſam dilectiſſimam, quoties mihi libet animo depingere, & multarum eam varietate virtutum florentem aſpicio, toties mihi videor conſitam omni florum genere aream quandam intueri: in quâ patientia violas, divinus Amor amaranthos, contemptus opum calthas, ſpecies animi narciſſos, vis & fortitudo hyacinthos, & liguſtra caſtitas æmuletur: dum principes duæ virtutes Virginitas & Martyrium florum omnium primos lilia & roſas odore juxta & colore imitantur. Hoc verò eſt in tantâ florum multitudine ac varietate mirabile, quòd licet inter ſe contendant ac diſcrepent ſpectabili diſſimilitudine colorum; nunc enim ex albo ſplendentes fulgent & candidi; modò nigrorem induunt ex atro, tum è purpureo vibrant incedentes, jam è cæruleo cæleſtes, è luteo terrei, è cyaneo triſtes, è verno jucundi variant & afficiunt; mox è diluto evanidi, ex

obſcuro ſaturati, è ſubcineritio pallentes, ex igneo ardentes, è croceo flavi, è cyprio cærulei, ac denique è vario ac multiplici, incerti & aberrantes oculis ſuaviſſimè illudunt: tamen incredibilis eſt penitus in tantâ perturbatione ordo, mirabilis in tantâ varietate ſimilitudo, ſingularis in tantâ diſcretione conjunctio: quòd nullum errorem varietas afferat, nullam perturbationem multitudo, nullam diſſimilitudinem diſcretio; quoniam conſtituitur varietate diſtinctio, ordo multitudine, & certâ diſſimilitudine ipſa conjunctio. Neque enim purpura Martyrum candore Virginum exalbeſcit; neque Virginum candor, Martyrum infectus purpurâ abſcuratur: ſed & candor eluceſcit; quia tum maximè diſtinguuntur, cùm inter ſe maximè confunduntur; tum ardent & vibrant, cùm alii aliis obſcurantur. Verùm cum cæteri pullulent in hâc areolâ uberiùs, tamen lilia & roſas, quia Filii ſanguine & lacte Matris irrigantur, lætiùs effundi, latiusque propagari videmus. * Quanquàm ſancta Parens Eccleſia intelligit, Chriſti ſanguinis ampliſſimum ſibi fructum conſtare; quippe cujus beneficio quaſi nova Arca, ſive omnibus ſævientium Tyrannorum fluctibus innatet, ſive debacchantium Hæreticorum turbines atque procellas elidat, ſive immanes ſcelerum ac flagitiorum vortices evadat, ſive fidei veræque doctrinæ luce ubique diffusâ omnes errorum nubes abſtergat; tamen, *&c.*

SENTENTIÆ. In illâ Eccleſiâ permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, usque ad diem hanc durat. Sic ubi audieris eos qui dicuntur Chriſti, non à Domino Jeſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, ut puta Marcionitas, &c. ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe judicant quos futurus Apoſtolus pronunciavit. (*Hier.*) Eccleſia illa ſequenda, in qua fides eſt vera: inter fluctus habitans

rans non commovetur. Non ab homine cœpit, ſed à verbo: non armis Sæcularibus, ſed Spiritualibus vincit: obumbrari poteſt, perire non poteſt: omnes ad ſe ac proinde ad Chriſtum invitat: ſine cruce ſtare non poteſt: ſola vetus novumque tenet teſtamentum: ſupra petram apoſtolicam ædificata, inter tot freta mundi immobilis permanet: ejus opibus non parcendum eſt tempore neceſſitatis: in Eccleſiâ, alii fortes, alii infirmi; illi ſtant, hi labuntur & reſurgunt: fulget non ſuo ſed Chriſti lumine, & (ut luna) ſplendorem ſibi arceſſit de ſole juſtitiæ. (*Amb.*) Sine Eccleſiæ Catholicæ ſocietate nec alicui Baptismus prodeſſe poteſt, nec opera miſericordiæ. [*Aug.*] Eccleſia velut lilium inter ſpinas, malis & bonis eſt permixta. (*Idem.*) Hoc habet proprium Eccleſia; tum perſecutiones patitur, floret: dum opprimitur, creſcit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc ſtat, cum ſuperari videtur. (*Hllar.*) Non eſt ibi Eccleſia, ubi non eſt fides ſancta & Apoſtolico-Romana. In Eccleſiâ unum eſſe oportet. (*Chryſoſt.*) Tunc ſancta Eccleſia valentius in veritate reficitur, cùm ardentiùs pro veritate fatigatur. (*Greg.*) Sancta Eccleſia conſiſtit in unitate membrorum. (*Idem.*) Sponſa, i. e. Eccleſia Chriſti, nil ſibi glorioſus putat, quàm Chriſti portare opprobrium. (*Bern.*) O vanitas vanitatum! ſed non vanior, quàm infanior. Fulget Eccleſia in parietibus, & eget in pauperibus: ſuos lapides auro induit, & ſuos filios nudos deſerit. De ſumptibus egenorum ſervitur oculis divitum. (*Idem.*) Authoritas Eccleſiaſtica in omnibus magis imitandà eſt, quàm ratio: Authoritas ſemper obedientiæ & humilitatis eſt; Ratio verò nonnunquam præſumptionis (*Hugo V.*)

EC-

ECHO, ûs, *vel* Echonis.

ADJU. Harrula, canora, vocalis, reflexa, reſonans; reciproca, reditura, reſonabilis. PHR. Vox repercuſſa. Reſpondens vocis imago. Vox clamanti aſſonans: Extremas ſyllabas reddens, repetens, repercutiens, Saxa & ſolitudines voci reſpondent. Reddita incluſorum ex ſpeluncâ boum vox. Jugis montium, vaſtisque ſaltibus repercuſſus clamor. Semper circumjecta nemora petræque quantamcunque accepere vocem, multiplicato ſono referunt. Vocibus tot millium juga montis collesque reſonabant. Montis anfractu repercuſſæ velut à tergo voces. Vitantur cavæ rupes, aut valles argutæ. Quæ cauſa etiam voces multis in lucis reciprocas facit. Cujus recinet iocoſa Nomen imago,

AMPLIFIC. Homonè ſit, an imago hominis Echo, aurium ſi judicio res decidenda foret, magnum penè dubium ſuboriretur, præſertim dum articulatam clamantis linguam, repercutientibus utrinque vocibus ita artificioſè imitatur, ad amuſſim exprimit, ut loquentem inter & reloquentem vix Perſonam diſtinguere, ſed unnm eundemque bis fari faciliùs exiſtimare poſſes. Dulciùs verò humana vox nuſquam reſonat; nec uſquam jucundius parallela ludit Echo, quàm dum de altiſſimis montique ei datum eſt reſonare. * Adeò ſolitaria eſt Echo, ut nonniſi in ſpeluncis degat: adeò pudica, ut nullum aſpiciat, à nullo viſa: adeò modeſta, ut nunquam audeat loqui prima: adeò erudita, ut omnes linguas intelligat. Didicit, quidquid ſemel audivit; toties parata reſpondere, quoties paratus eſt dicere. * Vox clamantis vel in Olympiæ Porticum: vel in Ægypti Pyramides; vel in Cytici turres, vel in aliquam cavernam naturalem infuſa, numeroſo repercuſſu multiplicata redditur; ita ſonus hic inprimis ſcholis tanquam in concavis porti-

ci-

Digitized by Go

cibus & cameris humanæ voci reſpondentibus exceptus, paulatim quaſi Echo mirabilem in modum quaqua verſus diffuſus, auctus, propagatus, atria, porticus, ſcholas, urbes, orbemque complevit. * Subjice tibi oculis Deam animi ſimul & corporis integritate florentem; quamvis rerum omnium contagione utatur: humani convictûs peramantem: tametſi ſpelæa plerumque ac rupium receſſus excolat: Immortalem, etiamſi ad morulas animetur, vitamque in momenta vel accipiat, vel exuat: Omnilinguem, licet nulla Populorum Idiomata noverit: Omniſciam, licet neque doceri, neque perdiſcere valeat. Suſpexi non infrequenter, uti molliſſimum ingenium ſeveriſſima corpora deperiret; aut quommodo ea redamaret, à quibus inſolenter excipitur, & ſui moris impatiens marmor ipſa patiatur. Indolui non ſemel, quòd in cautes & ſcopulos per mortalium imprudentiam alliſa, inde reſiliret, injuriam in beneficium convertens, gratiamque non obſcurè loquendo reponeret. Obſtupui ad leviſſimi cerebri conſtantiam, quòd tam pertinaciter quandoque verba pronuntiaret, ut mortalium Univerſorum fatigatam eloquentiam ipſa incolumis & aliquâ ſemper oratione ſuperior æquatam vinceret. Amas, opinor, ignotum adhuc Numen: at neſcio, utrum negligentior ſit tua in eam Virginem voluntas, quam hactenus ſubruſticano cultu in agro, atque inter feras agere patiaris; nempe ſi veſtem adornaveris, ſi pigmenta ſummiſeris, urbanior longè, tuique convictûs amantior non futura. Sed nuda cùm ſit, verecundè latebras quærit, vix ut inveniri poſſit; evocata reſpondet, auribusque penuriam, non oculis exhibet. Si quereris, conqueritur; rides, corridebit, ſenſumque tuum induet, ut mentem non tuam referas: habeſcit pluvio cœlo puriſſimus Animus, nubilo comprimitur, pruinoſo penè opprimitur; ſicque ſemper ore loquitur, ut nè te-

mu-

mulentis ingeniis nata videatur. Insanit, cùm insaniet; non ut diliret, verum ut repositâ dementiâ stolidum ingenium emendet. Noctu quidem, ubi reliqua conticescunt, disertissima: interdiu ad strepitum durior: iisdem auribus, quibus voces excipit, verba facit, ut auris cum ore consentiat; nec quæ profundit, examinat; quia ex alterius animo loquitur. Quod denique summæ sapientiæ fuerit, semper ad auditoris mentem orationem instituit. Desideras ejus vultum propiùs agnoscere, sonum nativis coloribus expinge: Nos quia neutrum delineare potuimus, alterum effiximus.

ECLIPSIS. Finſternuß. *Eclipſe.*

ADJU. Tristis, minax, fatalis, funesta, feralis, infelix, atra, nigra. PHR. Solis & Lunæ defectus, *vel*, defectio, *vel*, deliquium, *vel*, obscuratio, *vel*, labor. Solaris aut Lunaris defectus. Deficiet Sol; *vel*, Deficietur lumine Sol. Lumen Solis obducit, *vel*, obscurat Luna. Deficit Sol, obducente eum Lunâ. Lunæ umbrâ Solis lumen hebetatur. Lunæ interventu Sol occultatur. Solis radios interpositu suo Luna instabilis aufert. Luna subjecta, atque opposita Soli, radios ejus & lumen obscurat. Luna incidens in umbram terræ, cùm est è regione Solis, interpositaque terræ repentè deficit. (*Cic.*) Durabat formido cælestis iræ, nec frustra adversùs impios hebescere sidera. (*Tac.*) Luna claro repente Cœlo visa langueſcere. (*Plin.*)

AMPLIFIC. Si Cœli Solem aut lumen totum, aut pars magna deficeret; quid faceret Luna, quæ solius munere Solis & sibi, & Cœlo, & nobis illucet? Obscura mœreret; nihil in terris marique gigneret; noctes orbi tenebrosissimas redderet, frustra conversionibus suis mundum circumiret; ita, ut planè

cœci

cœci denſiſſimis in tenebris erraremus; & non diu ſine tanto bono viveremus.

ELEEMOSYNA. **Allmoſen.** *Aumône.*

SYN. Stips.*pis*,miſericordia. ADJU. Pia,larga, chriſtiana; munifica & liberalis, benefica. PHR. **Allmoſen begehren.** *Demander l' aumône.* Oſtiatim ſtipem poſcere, rogare, corrogare, conquirere, quæritare, colligere, precariò cogere. Mendicare oſtiatim. Manum ad ſtipem porrigere. Victum emendicare. * **Allmoſen geben.** *Donner l' aumône.* Pauperibus ſtipem largiri, elargiri, erogare,conferre. Mendicos ſtipe donare. * **Er thut den armen viel guts.** *Il eſt fort charitable envers les paures.* In egentes valde beneficus eſt. Erga egenos beneficus & liberalis. Munificus & liberalis in pauperes. Ad levandam egenorum inopiam propenſus.

AMPLIFIC. Omnem felicitatis ſuæ fructum alienis ſe debere calamitatibus ſemper arbitrabatur. Nihil ſe magis poſſidere ratus, quam quod in ſuorum manus depoſuiſſet. Prodigus videri poterat, qui ita dedit, ut ipſe egeret. Teruntium cùm quæreret alienæ egeſtati ſolatium, ingemuit non ſuppetere. Opulentiorem Fortunam hoc uno titulo adamavit, ut plures poſſet locupletare. Quam DEI Vicarius rexit Provinciam,DEI æmulator expurgavit ærumnis, ſeminavit beneficiis. Cùm neminem impunè flagitioſum toleratet, neminem patiebatur gratis innocentem; liberalitatem ſuam intra ſuorum merita nunquam paſſus conſiſtere. Illud aurum non placebat, quod vel ſplendorem ab Altaribus non acciperet, vel miſerorum manibus oculisque non conferret. Neminem credidiſſes imperante (*Leopoldo*) pupillum in Auſtriâ, adeò enim, cùm Principis perſonam induit, omnium patrem agebat: cui idem erat beneficia con-

mulentis ingeniis nata videatur. Insanit, c m insaniet; non ut diliret, verum ut repositâ deme tiâ stolidum ingenium emendet. Noctu quidem, ibi reliqua conticescunt, disertissima: interdiu ad si epitum durior: iisdem auribus, quibus voces excip :, verba facit, ut auris cum ore consentiat; nec q æ profundit, examinat; quia ex alterius animo l quitur. Quod denique summæ sapientiæ fuerit, semper ad auditoris mentem orationem instituit. Deside as ejus vultum propiùs agnoscere, sonum nativis co loribus expinge: Nos quia neutrum delineare potuim s, alterum effiximus.

ECLIPSIS. **Finsternuß.** *Eclipse.*

ADJU. Tristis, minax, fatalis, funesta feralis, infelix, atra, nigra. PHR. Solis & Lunæ defectus, *vel*, defectio, *vel*, deliquium, *vel*, obscuratio, *vel*, labor. Solaris aut Lunaris defectus. Deficiet Sol; *vel*, Deficietur lumine Sol. Lumen Solis obducit, *vel*, obscurat Luna. Deficit Sol, obducente eum Lunâ. Lunæ umbrâ Solis lumen hebetatur. Lunæ interventu Sol occultatur. Solis radios interpositu suo Luna instabilis aufert. Luna subjecta, atque oppositа Soli, radios ejus & lumen obscurat. Luna incidens in umbram terræ, cùm est è regione Solis, interpositуque terræ repentè deficit. (*Cic.*) Durabat formido cælestis iræ, nec frustra adversùs impios hebescere sidera. (*Tac.*) Luna claro repente Cœlo visa languescere. (*Plin.*)

AMPLIFIC. Si Cœli Solem aut lumen totum, aut pars magna deficeret; quid faceret Luna, quæ solius munere Solis & sibi, & Cœlo, & nobis illucet? Obscura mœreret; nihil in terris marique gigneret; noctes orbi tenebrosissimas redderet, frustra conversionibus suis mundum circumiret; ita, ut planè

cœci

cœci denſiſſimis in tenebris erraremus; & non diu ſine tanto bono viveremus.

ELEEMOSYNA. **Allmoſen.** *Aumône.*

SYN. Stips.*pis*,miſericordia. ADJU. Pia,larga, chriſtiana; munifica & liberalis, benefica. PHR. **Allmoſen begehren.** *Demander l' aumône.* Oſtiatim ſtipem poſcere, rogare, corrogare, conquirere, quæritare, colligere, precariò cogere. Mendicare oſtiatim. Manum ad ſtipem porrigere. Victum emendicare. * **Allmoſen geben.** *Donner l' aumône.* Pauperibus ſtipem largiri, elargiri, erogare,conferre. Mendicos ſtipe donare. * **Er thut den armen viel guts.** *Il eſt fort charitable envers les paures.* In egentes valde beneficus eſt. Erga egenos beneficus & liberalis. Munificus & liberalis in pauperes. Ad levandam egenorum inopiam propenſus.

AMPLIFIC. Omnem felicitatis ſuæ fructum alienis ſe debere calamitatibus ſemper arbitrabatur. Nihil ſe magis poſſidere ratus, quam quod in ſuorum manus depoſuiſſet. Prodigus videri poterat, qui ita dedit, ut ipſe egeret. Teruntium cùm quæreret alienæ egeſtati ſolatium, ingemuit non ſuppetere. Opulentiorem Fortunam hoc uno titulo adamavit, ut plures poſſet locupletare. Quam DEI Vicarius rexit Provinciam,DEI æmulator expurgavit ærumnis, ſeminavit beneficiis. Cùm neminem impunè flagitioſum toleratet, neminem patiebatur gratis innocentem; liberalitatem ſuam intra ſuorum merita nunquam paſſus conſiſtere. Illud aurum non placebat, quod vel ſplendorem ab Altaribus non acciperet, vel miſerorum manibus oculisque non conferret. Neminem credidiſſes imperante (*Leopoldo*) pupillum in Auſtriâ, adeò enim, cùm Principis perſonam induit, omnium patrem agebat: cui idem erat beneficia con-

conferre & accipere ; illudque solùm vid batur *Astriacum*, omnes homines felices reddere.

SENTENTIÆ. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat ; & non patietur animam ire in tenebras. (*Tobiæ 4.*) Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. (*Prov. 21.*) Conclude Eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. (*Eccli. 29.*) Misericordia gazophylacium est, quod non exhauriri, non dissipari, neque comburi, neque diripi, neque suffocari potest, æternum, inexhaustum. (*Drexel.*) Eleemosyna est DEO amica, stat semper ei propinqua. Ipsa perfringit vincula, volvit tenebras, ignem extinguit, vermem interimit, & expellit stridorem dentium. Ei cum magnâ securitate aperiuntur portæ Cœlorum. [*Chrysost.*) Fieri omninò nequit, ut ea domus, quæ pauperum miseratione fundata sit, mali quidpiam patiatur; imò siquid forte perpessa fuerit, melior eam eventus excipiet; idque erit familiæ ac domui pro clypeo & hastâ. [*Idem.*) In ventrem ac temulentiam, & ganeam sumptus faciens, nusquam paupertatis meministi : at cum sublevanda cujuspiam paupertas est, quovis egentio exsistis. (*Idem.*) Quamvis aureas habeat alas Eleemosyna, non tamen pavonis instar, admiratores ubi deligit in terrâ. (*Idem.*) Eleemosyna est Ars omnium Artium quæstuosissima; nam ipsa texit vestes, ipsa inabsumptos parat thesauros, ipsa docet, quomodò parta indiminuta observentur. Ipsa Ars præcipua est, & aliis Artibus multò præstantior. Melius est, hanc Artem dandi Eleemosynam scire, quàm esse Regem. Hæc enim domos ædificat in Cœlis supermansuras, hæc docet, quomodò DEO possis similis fieri. Non est peccatum, quod non possit purgare Eleemosyna, quodvè non possit extinguere. (*Idem.*) Quò plura erogo in pauperes, eò plura semper & majora à DEO recipio.

(*Joan.*

Digitized by Google

(*Joan. Eleem.*) Eleemoſyna eſt ſtipendium militare. Unde Abraham plus ,fecit Eleemoſynâ quàm frameâ. (*Gen. 14.*) Hinc David longè potentiùs pugnavit Eleemoſynis , quàm Scutis. [*1. Reg. 30.*) Vis habere Scutum pro militiâ ? Da Scutum pro Eleemoſynâ. (*Knitt.*) Fac calamitoſis ſis Deus , DEI, miſericordiam imitando. Hæc eſt omnium laudatarum virtutum præſtantiſſima ; hæc eſt felicitatis comes ! hæc aſſidet DEO, & magnâ eſt cum ipſo neceſſitudine conjuncta.(*Nd z,*) Nihil habet fortuna melius , quàm ut poſſis ; neque natura præſtantius, quàm ut velis ſervare plures. [*Cic.*) O quantò meliùs eſt ſalutem habere ſinè pecuniâ , quàm pecuniam ſinè ſalute ! (*Amb.*) Si potes dare, da : ſi non potes, affabilem te fac. Coronat DEUS intus bonitatem , ubi non invenit facultatem. Nemo dicat : Non habeo : Charitas de ſacculo non erogatur. (*Aug.*) Eleemoſyna mundat peccata ; & ipſa inter pella tpro nobis ad Dominum : Quia quidquid pauperibus dederimus,ipſum integrè poſſidebimus. (*Idèm.*) Fœcundus eſt ager pauperum : citò reddit donantibus fructum. Via Cœli eſt pauper , per quam venitur ad Patrem. Incipe ergò erogare , ſi non vis errare. [*Idem.*) Magna Eleemoſyna , quæ ardentium criminum globos , benevolentiæ ſuæ fonte refrigerat : & irriguo largitatis obruit incendia delictorum. (*Idem.*) Hoc eſt occidere hominem , vitæ ſuæ ei ſubſidia denegare. Cave , nè inter loculos tuos includas ſalutem inopum:& tanquàm in tumulis ſepelias vitam pauperum. (*Amb.*) Nihil eſt tutius, quàm in ore pauperum partem recondere facultatum. (*Valerian.*) Eleemoſyna virgo eſt habens alas aureas, circumſcripta per omnia vatietate , ſed ſuccincta ; Vultum habens candidum atque manſuetum ; peramata eſt & levis , & ſemper ante ſolium regale conſiſtat. (*Naz.*)

Digitized by Google

SIMILITUD. Quomodò ingrediente Reginâ, nullus ex eis, cui est commissa portarum custodia, audebit examinare, quænam sit, & unde; sed omnes eam excipiunt: Ita etiam Eleemosynam. Est enim reverâ Regina, homines DEO faciens similes. (*Cryssost.*) Ut triticum consitum florentes segetes reddit: Ita etiam Eleemosyna ingentes justitiæ manipulos efficit,, atque ineffabiles producit segetes. [*Idem.*) Arbor etsi largè floreat, si tamen immoderatâ stringatur nebulâ, fructum omnem desperari jubet. Ita qui tunc maximè misericors est, cum spectatores habet, vel ut habeat, fructum operis perdit ex nebulâ favoris. [*Greg.*)

ELIAS.

PHR. Propheta Numine plenus, in monte Carmelo degens. Vates igneo invectus curru. Curru flammeo ad Cœlum vectus. Qui vivit adhuc, ubi nascitur Eurus.

AMPLIFIC. Quâ te celsitudine sermonis exæquem, quem ardua virtus in Cœlum curru extulit ab humo prodigiosè sublimem? Supra naturam credi poteras qui naturæ jura posuisti: Jussisti? Cœlum transiit in æreum. Aliud imperasti? fecisti cereum. Nihil tristius videre mortales, quam serenatum à Te triennio Cœlum: nunquam tanta mæroris nubes offusa est, quàm cum semper irent clari & sine nube dies. Exaruit aër? demadueruut oculi. Impiis non eripuisti solem, ut per famem eriperes lucis usuram. At verò tum primum exhilarasti tetram, cum triste ac pluvium fecisti Cœlum: siccassi lacrymas, cûm fudisti aquas. Quòdsi in impios exarsisti, statim concitatus ad Imperium tuum aër aut exundavit in imbres, aut exarsit in flammas. Sed quantus Tu dicendus es, quem dum tellus non satis caperet: immensus excepit æther! Nempe nil Tibi commune cum pulvere, qui fuisti etiam

Digitized by Google

am immunis à cinere ; eo vel Sole; quem ipso reters nomine illustrior, quod non occideris.

ELIÆ & ENOCH. Gloriæ Candidatis. Vobis, ô Duum-Viri, Æternitatis Consules, Paradisi Custodes, Veterani Triariique in Antichristum Milites. Vivite Sereniſſimi Juvenes, Gemelli Castores, insomnes Angeli, Morum Antipodes, Hominum Miracula ; vivite, sed sine victu, vigilate, sed sine tædio: quiescite, sed sine somon. Amabo vos, si curiosis fas est, & ingredi in tam grande secretum ; dicite, cui tandem studetis rei? Noctu sine lare, sine tecto, sine foco sine lecto, quid hoc tandem est? Diu sine negotio, sine cœtu, sine commercio ; hoc demum est esse felices ? Facite, ut æternum halent Zephyri, at mollia Favonii labra tespirent, ut rosæ floreant, ut undæ saliant, fontes admurmurent. philomela cantillet, denique ad felicitatis cumulum *Seges aurea storum, Purpuream discribas humum, mollemque per herbam, Ambrosius Labyrinthus eat.* Omnium tamen rerum satias est, ubi consors vitæ nullus accedit. Videtisnè, quid in hoc puncto geritur ? Ut in bellis Euripi animorum ferveant, ut in pace ingenia consenescant, ut mutent vices temporum, ut sibi sæcla succedant? O quot numeraſtis Consules! quot vidiſtis Reges! quot vixiſtis Autumnos! quot fregiſtis hyberna! quot egiſtis æſtiva! In multis vos dico, vel credo felices: sed nullâ re feliciores, quàm quòd CHRISTI figuram geritis: ea enim omnia securus oculatâ possidet die, quæ vos beato quasi languore speratis.

ELOQUENS. Wohlberedt. *Elobuent.*

SYN. Facundus, facundioſus, diſertus. PHR. Rhetor copioſus ad dicendum ; copioſè ſapienterque dicens (in dicendo ſuavis, ornatus, non infans; ſimpliciter loquens. Quem eloquii mira gratia com-

mendat, Fexanimo ſermone potens. Qui dicendi facultate præſtat. Eloquentiâ valet magnam habet dicendi vim. Eloquentiâ prædituſ eſt non vulgari. Súæ mentis cogitata eloquenter explicat. Ejus oratio, ſonantibus abundans verbis, uberibuſque ſententiis, animos audientium delectat & movet. In dicendo ſuavis & ornatus eſt. Eâ, quâ valet, divinâ dicendi vi, deſides inſtigat, reprimit præcipites, inertes accendit, furentes exarmat, audaces cohibet, agreſtes mitigat, barbaros ad humanitatem traducit: naturam denique verſat omnium, quos alloquitur; mentem, quò libuerit, torquet, mores immutat, commovet animos, & in omnem partem convertit. Humilia ſubtiliter, magna graviter, & mediocria temperatè dicere poteſt. Parva ſubmiſsè, modica temperatè, magna graviter dicit. Latina ſpectabilis eloquentiâ. Eloquii latialis nitore conſpicuus. Homo ornatioris eloquii, otnatiſſimæque facundiæ. E cujus ore ſingularis eloquii ſuavitas dimanat, Mira ineſt verbis ejus elegantia. Divinus homo in dicendo. Perfectus homo in dicendo, & perpolitus. Homo diſertiſſimus, & ad dicendum paratiſſimus. Diſertus, & omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præſidiis ad dicendum paratus. Vir acer, nec infacundus. In quo tanta inerat facundia,, ut nemo non linguâ non manu promptior in civitate haberetur. Juris atque Eloquentiæ conſultus. Vir Eloquentiæ celebratæ. Mitis ingenio, & comptæ facundiæ. Studiis honeſtis, & eloquentiæ gloriâ niteſcens. Vir bonus & facundiæ florentis. Linguâ atque facundiâ nimiùm quantùm præſtabilis. Homo ille fandi dulciſſimus. Vir in dicendo ſummarum partium, cui ut patriciæ dignitatis oratio. In quo litteræ Tulliano auro ſegmentatæ. Qui ea dicendi copiâ fuit, ut eam Cicero Auro fluentem fluvium nominârit. Suada ac medulla ſacræ Eloquentiæ, qui ut omnis quidam

dam ſummo è monte provolutus dicurrat. Nihil ejus eloquio politius, excultius, eruditius, Eo loquente illa Homerici ſenis mella profluere videntur. Eſt velut quidam Romani Eloquii DEUS. Qui eloquentiam (quæ in eo eſt ſingularis) mojorem deſiderat, is mihi ſuavitatem in melle deſiderare videtur. Summâ copiâ & ſingulari facultate dicendi præditus. Diſertos vidi multos, eloquentiorem verò illo neminem; quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plusquàm cæteros arbitrantur. Hunc præter ſummam eruditionem dos Eloquentiæ commendat. Qui Juris ſcientiam Eloquentiæ tanquàm ancillulam adjicit. Tam expolitè loquitur, nt nè Cicero quidem politiùs. Nihil ejus ſermone ſauvius, mellitius, nitidius. Incorruptus eſt illi ſermo: nemo enim tam ferreus, quem durus ſincerusque ejus ſermo non protinùs demulceat. Præſtantiſſimus eſt cùm omnis generis eruditione, tum vel maximè linguæ latialis gloriâ. Tanta venuſtas illius ſermonibus ineſt & polities. & Sappho dixerim plusquàm Attica, ut nihil ipſius eloquio ſit venuſtius. Nihil ejus eloquio terſius, nihil cultius, nihil caſtigatius, emaculatiusque nihil audiri poteſt. Eſt ſuprà quàm dici queat eloquentiſſimus. In hoc homine Reginam rerum Eloquentiam invenias: in quo ſunt Catonis gravitas, Cœlii lenitas, Grachi impetus, Cæſaris calor, Hortenſiique diſtributio, & Ciceronis opulentia.

AMPLIFICAT. Acri adeo, prompto, argutoque ingenio eſt, oratione porrò valet tam hilari, tamque feſtivâ, tamque in primis apta & appoſita ad perſuadendum: ut quam in partem velit, moveat, verſet; impellat animos, nullaque ſit aut eſſe poſſit triſtitia tanta, quam non relaxet; anſteritas nulla tam obfirmata, quam non emolliat; nec tam acerbus mœror, quem non diſpellat; nec ſolicitudo tam gravis, quam non diſcutiat; nec moleſtia, quam

non levat; nec iracundia, quam non ſedet; nec ſeveritas, quam non leniat; nec tantus ſtupor, quem non excidet & accendat. * Cujus præclaram Eloquentiam illa parens & nutrix Urbs *Athenarum* mirabatur. Illæ *Athenæ*, quæ ſæpe lepore ac ſuavitate (*Periclis*) hilaratæ ſunt, & copiam atque ubertatem admiratæ, vim ejus ac terrorem pertimuerunt: quippe quod ille ipſe nonnunquam nectar & ambroſiam fundebat; qui mellitos rores roſasque ore ſpargebat: interdum quoque minitando loquebatur; fulgurando terrebat, & fulminibus concionum ſuarum totam civitatem, & Rempubl. permiſcebat univerſam. * Qui tanta ſuavitate locutionis, tantâ concinnitate, tantâ venuſtate, inventionis acumine, compoſitionis harmoniâ, verborum ſplendore, ſententiarum gravitate, & denique generum omnium dicendi majeſtate prædidi ſunt, & modò tanto impetu ſonituque feruntur, ut tonare, fulmine, permiſcere omnia videantur: modò paulò preſſiores aurea quadam mediocritate procedunt; ut nihil poſſit aut concinnius aut ſuavius excogitari, modò ira ſeſe demittunt, ut quamvis humi ſerpere videantur, tamen expleatur animus jucundiſſimæ lectionis voluptate. * Eloquentiæ ſuæ toties in foro, in curiâ, in caſtris exercitatæ copias exponit, ingenii vires expromit, atque è pectoris armamentario validiſſima tela argumentorum educit, inperterritos auditores intentâ voce contorquet: partimque conſolando blandiſſimè commilitones appellando, partim vires hoſtium pro veritate minuendo, partim minando, ſi reliqui deſetant Imperatorem, ſe cum decimâ tantùm legione, cujus virtute ac fide plurimùm confidebat, inhoſtes impetum facturum, metùm omnem depulit, animos animis, vires corporibus, corda pectoribus trepitantibus reddidit adeò, ut tum uſitato militiæ more non alacritatem modò, ſed & audaciam præ ſe ferrent

ferrent, & paulò poſt inſolitâ fortitudine præliati de illis ipſis, quos formidaverant, victoriam inſignem reportarent. * O tonantis, ô fulminantis olim Stephonii lætum prodigium! Tunc enim verò intonuit lætum benè tempeſtate ſerenâ. Etenim quid è Stephonii ſuperſtitis facundiâ, niſi ſerenitas naſceretur? Quid illum conſequatur extinctum, niſi turbulenta tempeſtas lacrymarum? * Si tu vides non ejus labris Pitho ſuperſtitioſam perſuadendi Deam; ſed in facie faciem eloquentiæ; vim in pectore, ſuavitatem in ore, totoque in corpore totam integram eloquentiam habitare. * Perlevi labore una ejus vox, ita barbarum auribus tonat, animis fulminat, ut non fictè, ſed verè; non nocenter, ſed ſalubriter ſe de cœlo tactos fuiſſe fateantur. * Cujus aurea vox eadem quidem varias ad aures accidit: ſed patrium ſonuit cuique ſermonem. * Erat in verborum ſplendore elegans, compoſitione aptus, facultate copioſus, eaque erat cum ſummò ingenio, tum maximis exercitationibus ſuis conſecutus: Rem complectebatur memoriter, dividebat acutè, nec prætermittebat ferè quidquam, quod eſſe in causâ aut ad confirmandunt: aut ad refellendum. * Intelligimus copioſiſſimum quendam eloquentiæ torrentem [*Ciceronis*] ore calamoque profluxiſſe. Quem în legendis ejus potiſſimum orationibus; in quibus ingenium eloquentiæ fontes aperuit; mens linguæ tubos, pateſecit; manus ſtili repagula omnia ſuſtulit; cernere oculis licet translationum imbre, ſententiarum nivibus, amplificationum rivulis auctum, plenô gurgite moderato lapſu decurrere: non alveum implere modò, ſed etiam ripas interdum obruere: ut quondam cum ingenti ſtrepitu pronunciationis & exclamationum ex ore tanquam è catadupis alterius: Nil præcipitans in aures auditorum irruebat * [XAVERIUS] & plurimis, & cæleſtibus micans linguis, quo

tonitru, quo fulgure, quo fulmine fœcundam ſcelerum omnium vaſtiſſimo in occidente ſuperſtitionem abſteruiſſe, perſtrinxiſſe, profligâſſe dicatur, &c. * Quis in audiendo eloquentiſſimo viro, numeris omnibus abſolutiſſimo non permulcetur? Quis non id animadvertit & fatetur ſibi vim quandam afferri, quâ recedere à concione prohibetur? Quis quanquam ingenioſus, doctus, ac prudens planè diſtinguit, in quonam, ex tot naturæ vel artis muneribus, reſideat potiſſimum id, quo placet, arridet, & probatus Orator? Sive igitur hanc delectationis cauſam cum quibusdam dixeris ſaporem quendam nectaris - ambroſiæ' mellis aerei ſimilem; aut leporem, qualis in ore Periclis ſeſſitabat: Sive Gratiam, non de numero commentitiarum, ſed quâ verè gratus, acceptus & gratioſus reddetur auditoribus Orator: Seu Venerem nominaveris, non illam quidem fictam in fabulis Cupidinis matrem, quæ ut ait ille: Natæ Salo, ſuſcepta Salo, patre, edita eœlo eſt; ſed aliam quandam veram Gratiæ filiam, in ore, linguâ, vultu geſtu totoque corpore atque ingenio dicentis habitantem; quæ venuſtam facit actionem, ac pronunciationem, concinnitate neſcio quâ rerum omnium noſtris aptâ, & accommodatâ ſenſibus: Elocutionem verò margaritis diſtinguit ornamentorum: gemmis illuminat, floſculis aſpergit, numeris concinnat, & omnibus feſtivitatibus complet: tum gignit amorem in audiente, qui cunctis in rebus quas amat, oblectationem comperit, & jucunditatem; ſive catenam voeaveris, non ut eſt illa pendens, a magnete ficta non facta, paucis annulis non inſertis, atque inter ſe connexis, ſed extrinſecus adhæreſcentibus aſſimulata; verùm ferreæ perſimilem, verborum elegantium, & benè ſignificantium annulis nexam & compactam, quæ liget, vinciat & conſtringat animos auditorum. * Concurſus ad ſe facit eorum, qui non-

nunquam audiverunt, ſed vel exercitati rumore, vel famâ permoti, vel opinione ducti confluunt ad audiendum eloquentem.

ELOQUENTIA. **Wohlredenheit.** *Eloquence.*

SYN. Eloquium, facundia. ADJU. Accomodatior ad motus animorum, admirabilis, excellens, forenſis, laudabilis, popularis, ſimilis palmæ, artificioſa, brevis, juſta, orba, perfecta, vera & abſoluta, univerſa, inanis quædam & puerilis, mediocris, incredibilis, magna, major, præclara, præſtabilis. (*Ex Cic.*) Mellita, flexanima, divina, inſidioſa, frigida, imbellis, adulterina, elumbis, luxurians. PHR. Eloquendi vis. Dicendi ratio, gravitans, copia, uſus. Summa copia, & ſingularis facultas dicendi. Divinum atque incredibile genus orationis. Sapientia loquendi uberior, atque latior. Comes pacis ſociaque otii & quaſi alumna quædam. (*Cic.*) Doctæ fulmina linguæ. Oris amœni nitor. Faculras à naturâ profecta, quàm latè patet orbita mundi, florens. Oratoria vis dicendi. Oratio ac vis forenſis, perfectumque Eloquentiæ decus. Delinifica & ſuada facundiæ. Vis ac facultas Oratoris. Genus Orationis à communi loquendi conſuetudine remotum. Quid illic ineſſet mellis, leporis, piperatæque facundiæ, minimè tacitus inſpexi. Illa copioſè loquens Sapientia, domina rerum & Regina Eloquentia. Romana elocutilis facnndiæ jucunditas. Miniſtra loquendi facultas, per linguam ſignificata; quæ non ſolùm in animo ſplendeſcit, unde vim ducit & originem; ſed etiam in corpore eminet, atque in ore projecta eſt.

AMPLIEIC. Jam verò domina rerum eloquendi vis, quàm eſt præclara, quamque divina! quæ primum efficit, ut ea, quæ ignoramus, diſcere; ut ea quæ ſcimus, alios docere poſſimus. (*Cic.*) Ut homini

minis decus ingenium, ſic ingenii ipſius lumen eſt Eloquentia. [*Idem.*] Haud tantus eſt fulgor illius auri, quo ſe Tagus gloriatur, quantus ex oratione perfecto expolita ingenio in omnium oculos redundat: in quâ non modò aurum ipſum Eloquentiæ lucet; verum etiam pulcherrimæ orationis gemmæ mirabili artificio inſertæ eniteſcunt. * Quid per DEUM immortalem ſuavius alicui obvenire poteſt, quam hoc audire, quod è ſimilium quaſi fontibus, ad irrigandos hominum animos manat, ac rivulis fluit limpidiſſimis, & lepidiſſimis? Quod è dictorum & apophthegmatum ambroſio ſpirat odore: aut quod è joculis ac ſaltibus ſalit amantiſſimis: quod è ſapientiæ omnis generis ſaporibus evaporat fragrantiſſimis: quod inſuper Pericleis figurarum violis, vel Demoſthenicis troporum liliis, vel Tullianis inventionum rivulis efflореſcit teterrimis: & quod è rotundo periodorum ambitu tranſitionum circuitu, dictorum & verborum ſignificatu & gravitate, curſu præterlabitur auſpicatiſſimo? * Nulla eſt artium, quam clamare magis debeat, quàm eloquentiam; illam inquam Reginam animorum, temperatricem optimam cupiditatum, legum architectam, morum inſtitutricem, cultricem ſuaviſſimam moderatricemque regnorum. Tenebit hic multos unus, atque Herculeis ex ore catenulis devinciet, flectet; moderabitur, ſi quidquam ſtudio flagrantiore diſcupiat aut velit; nullus ſis omninò, qui nolit intimas pectorum latebras altè rimabitur; inſinuabitque ſe clam in animos, atque alias iis affectiones, mores alios, aliam penè naturam invehet, mentium expugnator, atque ejus, quâ nihil eſt homini magis proprium, libertatis. Etenim hoſtes invadere, vincere, profligare: ſanguinis effuſione, civium ſtrage, clade oppidorum atque urbium ad amplisſimum dominatum iter ſibi atque aditum aperire, magnum ego quidem arbitror, atque admirandum

dum: ſed humanum denique ac populare genus admirationis, ſiquidem ingenii fines nulli ſunt, niſi quos immenſa rerum præſcribit infinitas: & ferrum exæquandis rupibus ac demoliendis per ſeſe natum hoc, amplius habet ab arte; ut alatum fiat & volucre, quò celeriùs pervadat omnia perrumpatque, & potentisſimis populorum atque urbium interitum clademque incredibili feſtinatione deportet. Glorioſa ſint tamen hæc, & ut libet amplisſima: ſed obſidere arcam pectoris humani liberrimam, quò non aurum, non ferrum, modò ipſa ſe tueatur, irrumpat: expugnare animos obfirmatos, contraque nitentes acerrimè: rapere quò velis: ad iram, ad miſericordiam, ad furorem impellere, ac pugnaciter incitare: ardentes, flagrantesque reſtringere: frigidos ac remiſſos, additis veluti facibus, inflammare: ſpem metu retundere; odium amore compeſcere: confidentiâ verecundiam temperare: non ferro, non flammis, non ex aggeribus propugnaculisque caſtrenſibus; ſed pro roſtris atque ſuggeſtu: non armis onuſtum, ſed pacatum togatumque: non ſtrictis intantatisque mucronibus; ſed verbis, oratione, ſententiis, tantum operis moliri, & victoriam omnium maximam pulcherrimamque reportare; hoc enim verò magnum quid eſt, hoc admirabile, hoc propè divinum, nec niſi pulcherrimam meritoque principem cæterarum conſtitutionem atque indolem flagitat.

Trahuntur auribus homines, quôd hæc tum verba recipiant; tum voci & linguæ reſpondeant ac deſerviant. Læti ac ſponte ducuntur catenati, quod eloquentiæ vis eſt ſine vi, violentia ejus non eſt violentia; ducit, ſed non repugnantem; trahit, ſed non renuentem; cogit ſed non invitum. O catenam ſuavem! ô dulcem vim! ô ſuavitatem herculeam! Cujus vis incredibilis & celeritas & copia dicendi, quæ mulcebat & tenebat, cum ſalutaretur, digu-

diguſtata ; tanto rumore ac admiratione univerſam urbem ; nominis fama complevit ; ut cuncta juventus poſthabitis voluptatibus intermiſſis conſuetis exercitationibus ad ejus hoſpitium audienti gratia ſpiritu cupiditatis incredibilis afflata conflueret. * Hæc vis illa eſt , quæ potuit homines aut diſperſos in unum locum congregare , aut à ferâ agreſtique vitâ ad hunc humanum cultum civilemque deducere ; aut jam conſtitutis civitatibus leges , judicia , jura deſcribere. (*Cic.*) Quæ in rerum publicarum campo theſaurum aperit , reſervat armamentarium : haſtas lacertis vehementiùs adductis contorquet amentatas, in deliberationibus , in judiciis, inlegationibus , in laudationibus,in concionibus ſeſe effert audacior. * Illa bono in lumine humanis oculis objecta , non concinnata calamiſtris artis ; non inſucata coloribus è Rhetorum officinâ petitis ; non laudum ornata margaritis extrinſecus accerſitis ; ſed veris , nativis ac ſuis tantummodo compta politaque ornamentis. * Vir admirabilis , quâ qui eſt inſtructus magna graviter atque atrociter, mediocria modicè ac temperatè: & humilia ſubtiliter ac demiſsè dicit ! quâ magnus hic temperator varietatis hujus , opportunè vel docet & probat ; vel mulcet ac delectat ; vel promovet ac flectit. * Cujus ope facultatis eloquens orator dicendo tenere hominum cœtus , tractare animos, irrepere in ſenſus,promovere affectus , mentes allicere , voluntates impellere , quò velit , & unde velit deducere , modò elicere lacrymas ab auditoribus , modò ad riſum hilaritatemque traducere , permiſcere totam concionem ac civitatem ; vibrare interdum orationem fulminis inſtar , effundere aliquando fluminis incitati ritu pleno gurgite & alveo redundante : pugnare in contentionibus non modò fortibus,ſed etiam ornatu fulgentibus armis ; non ſolùm ferire fulminibus , ſed etiam terrere tonitruis , & ful-

fulguribus coruſcare poteſt. * Vera atque ſpirans eloquentia eſt, quæ facit, ut Oratori turpe ſit quidquam, aut ſpectari, aut audiri libentiùs, ut ſolus vel cum paucis facere poſſit. quod omnibus naturâ datum eſt : ut dicendo moveat non approbationes modò, ſed admirationes, clamores; plauſus; ut ejus perſuaſione, victi fractique cives patiantur in civitate plurimùm poſſe, ac liberè dominàri ; finitimi ac longinqui famâ exciti concurrant ad eum audiendum, in eo exhorreſcant, & exclament ; cum eo nemo mortalium contendere audeat : eum denique omnes gentes, non ut hominem, ſed quaſi ſemideum, vel tereſtrem Deum obſtupefacti ab ejus ore pendentes intuentur. * Togæ telum, telorum cos, civitatis gubernatrix, militiæ mederatrix, ſic illos inſtruxit ac munivit ; hos ira exacuit atque armavit, ut in utroque vitæ genere beati florentesque res eas præclarè gererent, unde familiæ ſplendor, & nobilitas veſtra defluxit. * Hâc primum amicitiæ conglutinantur : hâc in congreſſionibus, ſalutationibus, beneficiis petendis, gratiis agendis, conviviis, gratulationibus in proſperâ, conſolationibus in adversâ fortunâ jam inſtitutæ conſervantur : hâc denique diſciſſæ maledici alicujus linguâ reſarciuntur. Caſtrorum gubernatrix eloquentia tum ante prælium, tum in ipſo prælio, inflatis plenò ore tibiis exercituum in omnem partem flectit, & vel abdutens à temeritate cupiditateque pugnæ milites nimis audaces vel ſegnes ac timidos incitans ad certamen moderatur. * Maximè didicerat ſæpè mucronibus acumen, aciem gladiis, nervos corporibus, animis vitam ab hâc prælìorum moderatrice oratione vel dari, vel reſtitui : quod ipſi milites à concione ſignificabant, cum haſtis ſcuta ferientes, clamore dextrâque elatâ, dimicandi cupiditatem, ardoremque declarabant. * Eloquentia nonnunquam ut aquila violenta ſerens fulmina belli ; ſæpè

ut

ut columba celerrima præferens oleam pacis; aliàs ut canorus cygnus rerum jucundârum cantu oblectans alas ſuas explicat per aëra regiarum aularum. * Sedatos affectus & tranquillos concitat & perturbat eloquentia; quod multi difficilis & laborioſius arbitrantur; non ſedet ac tranquillet perturbatos? Non Aqûilo, non Auſter, non alius vehemens ventus, aut turbo furioſis flatibus à montibus erumpens, ita mare commovet tumidas undas attollens, & immiſſis in littora fluctibus ſævam tempeſtatem creat, ut Eloquentis lingua verborum flatu tranquilla pectora turbat audientium, & affectuum fluctibus commotis ab imis animorum vadis conciones, civitates, provinciasque permiſcit. *Porrige pernicillum, quo veſtras orationes floſculorum omnium varietate figurarumque pingitis, & cum ipſo florentiſſimo vere, in pratorum viriditate diſtinguendâ coloribus; ornandâque certatis. *Quis quæſo eſt omnium, qui non intelligat, quantum poſſit eloquentia in obeundis legationibus; in exponendis ſenatûs populique mandatis, in habendis concionibus, in moderandâ plebe, in regendo ſenatu, in exturbandis improbis civibus, in ſeditionum repreſſu, ſuaſione & diſſuaſione legum ac ſtatutorum, exornatione funerum, laudationibus, cauſis publicis, periculis civium, conſiliorum tractatione, militum animis vel comprimendis vel concitandis, in omni re denique, quæ explicanda ſit verbis, ornanda ſententiis, illuſtranda oratione. * Illa jucunditas inexplicabilis, ſuavitas ac dulcedo reſidens in ingenio, labris, oratione, voce, vultu geſtuque oratoris, quâ delectat ac perfundit auditorem, & in auditore percepta, & inde continenter manans ac defluens aurium mentisque voluptas. * Hæc regina mortalium, vobis acclamantibus atque applaudentibus, non quadrigæ, non equis, non aurigæ, ſed ipſi triumphanti, via laudum triumphali procedens,

in

in Capitolium ſummi honoris invehatur. * Quæ plurimas gratias, firmiſſimas amicitias, maxima parit ſtudia, locat homines in ampliſſimo dignitatis gradu. * Quæ præclarum ingenii lumen ſapientia comes ac miniſtra, quæ neceſſaria, ut recti eſſe poſſimus, & vel improbos provocare, quæ honores adfert ac præmia. * Nihil tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile; nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & quaſi excolatur. * Eloquentiæ in plerisque parum, ſapientiæ minus eſt. Et quò mihi illa, ſi hâc deſtituatur? naufraga omnis dictio eſt prudentiæ velis remisque nudata: nec quidquam ab illâ ſperes, quàm brevia & ſcopulos. Temeraria enim nuda eloquentia, & dum ſolâ audaciâ armatur, in pœnitenda ferè ruit: ſeque oratoremque ſuum, ac non raro Rempublicam, eâdem ruinâ opprimit, iisdemque fluctibus involvit. * Concinna & elegans dictio, blanda & ſonora elocutio numeris ſuis reſpondens, ſectionibus apta ingenioſis, cum vera prudentia conſiſtat: noluit ſors Deus utroque unum, aut nonniſi rariſſimè beare; è multis nimirum millibus unum, uni plerumque dictionem, prudentiam alteri largitum, felicitatem etiam alteri. * Eruditorum oratio docta, fertur illa quidem fluminis ritu; ſed medio alveo placidè, cum eſt opus, ac ſedatè: non lapides, non ſtirpes, non pecus cum ſtabulis reptat, neque obſtrepit injucundè. Velut alter Tagus, aut Pactolus gemmas & Margaritas evolvere, permiſtamque auro vehere videtur arenam, cum ſententias novas, concinnas admirabiles profert. Si quando ſuperfluit, alveum egrediens, quod impetu majore, granditate rerum tumeſcens, decurrere ſit neceſſe. non auditorem offendit ſed lætificat; non vulnerat aures, ſed permulcet. Atque ut Indus, Euphrates, Nilus in indiam, Meſopotamiam, Ægyptum, quas præterfluunt provinci-

as, atque irrigant; vel fertilitatem mollitis agris atque oblimatis ad ferendum inferunt; vel quasi novos agnos ac feraciores invehunt; vel magnam vim seminum frumenti, ac similium important, sic oratio docta & dives, cùm in aures voluptatem insignem; tum in animum doctrinæ semina, & novas sapientiæ fruges immittit. * Ea, quæ lacte verborum solet esse nutrix infantiæ vestræ: quæ vos pueros alit copia, quæ pascit & educat ornamentis adolescentes; quæ juvenes, viros, senes gloria decorat. * Eloquentia ipsâ ætate Ciceronis ad summum gradum perducta, Romæ in fastigio laudis & imperii collocata est. * Non eloquentia se ipsa perficere potuit, non suis viribus adolescere, quæ vitâ & mente caret: homines ingenioſi fuerunt, qui natam lacte primorum elementorum aluerunt, qui manſis cibis verborum infantem educaverunt, qui solidioribus præceptorum nutrimentis adolescentem corroboraverunt. * Quæ suis ornamentis politur, suis locupletatur copiis, suis armatur præsidiis: quò congruentiùs illa, dum servit utilitati commodisque mortalium, suam adjutricem, ac ministram, in præclari functione muneris habeat sibi servientem. * Illa maximè scilicet, cujus possessore publicè dicturo, locus in subselliis occupatur; complentur templa, fora, tribunalia: corona multiplex circumstat, erecti omnes exspectant, quo surgente ad dicendum, signatur à concione silentium, alacritas, attentio: quo dicente crebræ assensiones, multæ admirationes fiunt. * Eloquentiæ Cæsarianæ victoria, quibus vel milites tumultuantes oratione sedavit, vel minùs obedientes in officio continuit, vel metuentes ad præliandum verborum flammis accendit, vel barbaros ad deditionem persuasione coëgit. * Est Eloquentia præsidium legum, jurisprudentiæ clypeus, telum juris consultorum

Digitized by Google

torum, quorum reſponſa, ſententiæ, conſulta firma eſſe non poſſunt ſine linguæ defenſione. * Perfecta eloquentia eſt, qui dicendo flectit animos; quæ flectendo voluntatibus perſuadet, quæ de judicibus deque omnibus auditoribus reportat perſuaſione victoriam. Verùm Cicero noſter quam perſuaſit; qui toties obfirmatorum animorum obſtinationem fregit, duritiemque mollivit? qui cauſas tam multas inexplicabilibus involutas, circumſeptasque difficultatibus, invictas aliis, ingenio, linguâ, voce explicuit, orationisque contentione pervicit; qui tàm ſæpè nitentibus contra ipſum patronis, opibus, autoritate, gratiâ florentiſſimis, adverſariis eloquentiâ diſertiſſimis, ſtrenuè fortiterque decertans obtinuit quod voluit. * Profectò dicetis illos hominum eſſe, hos verò ſermones pſittacorum: illas virorum, ſenumve orationes, has verò inſulſas declamationes puerorum; illarum auctorem eloquentem oratorem, narum opificem vanum & circumforaneum circulatorem: illam denique ſolidam, germanam, auream eloquentiam; hanc verò inanem, & puerilem verborum affluentiam.

Eloquentia divina eſt, non illa quidem quæſita è ſcholâ,, ſed Dei præpotentis incitata Spiritu, qui ſolus vel infantiſſimos quosque facit oratores. Hæc eſt verè ſublimis eloquentiæ facultas, cujus ut origo cœleſtis eſt, ita omnino admirabiles, & planè aurei fœtus extiterunt: hæc non verborum floſculis, delicatis auribus lenocinata, ſed intimis ſenſibus cœleſti quodam ardore ſuccenſis, homines ſibi ſubjicit: hæc Reges domuit, hæc civitates, provincias, orbem denique univerſum repudiatis erroribus ad Chriſti jugum pellexit: hæc effecit longè aliter, quam ſub fabuloſo Orpheo, ut agni lupis accubarent, cum efferatos antea Ethnicorum animos ad amorem religionis, continentiæ, manſuetudinisque traduxit. *

Hâc Eloquentiâ Moyſes in ſacris mirificè claruit, qui ſecundum originis & D. Gregorii ſententiam, diſertus cenſebatur inprimis eâ, quâ florent homines Eloquentiâ, utpote à pueritiæ rudimentis in aulâ regiâ liberaliter inſtitutus, & nobilioris ingenii culturâ perpolitus: ſed poſtquam cum Deo ſermones miſcere cepit, juxta divinam eloquentiam & ſapientiam ſibi viſus eſt omnium propè infantiſſimus. * Eloquentia eſt ſemen Cœli, & ex æterni luminis fonte delibatus radius, quo qui cæteris excellunt, propius ad cœleſtes accedere, & cum iis majus quoddam videntur habere commercium. Dicam clarius & illuſtrius: Quam habet cum Deo affinitatem mens humana, hanc ipſam cum mente ſibi vendicat terrarum eloquentia. Animus ſimulacrum Dei eſt, Deus animus eſt, Eloquentia divina eſt. Quod eſt Deus in mundo, animus in corpore, hoc eloquentia in vitâ civili. Ille ſegregatus eſt ab omni concretione mortali, hic totus ſpiritus: eſt eloquentia eximiæ mentis ſoboles non obſcura. Ille videt omnia, nec videtur, hic cernit omnia, nec cernitur; Eloquentia capit omnia, nec latis capitur. Ille quaſi ventorum curſibus, hic amoris pennis influit; at Suadæ tota vis affectn tanquam vehiculo rapitur, & permeat in pectora. Ille per omnes univerſi plagas diffuſus eſt, hic per omnia corporis membra diſtributus; omnes vero artes & diſciplinas communi quodam vinculo complexa perlabitur eloquentia. Ille reginam habet in cœlo; hic in corde, iſthæc in mente: illum ſuperi colunt; manes obſervant, volvit terram, illuminat Solem, regit mundum, calcat inferos; huic ſupremæ corporis partes obtemperant, famulantur infimæ, caput nervis quaſi fidibus intentum movet, oculorum lumen accendit, flectit corpus, membris omnibus dominatur: eloquentiam vero timent Reges, reverentur ſubditi: frenat hominum voluntates, illuſtrat ingenia, admi-

mi-

Digitized by Google

niſtrat civitates, atque inferiora ſe diſpicit omnia.

Siſto me, Regina flexanima, ſubjectiſſima tibi figura Subjectio; ut ſi quid usquam eſt, quod tuæ nondum poteſtati fortè ſubjecerim, id totum nunc tuis pedibus accidens, ſubjiciam tibi, atque ſubmittam. Subjiciant ſe quoque mecum Artes omnes, Diſciplinæ, Scientiæ, Facultates; nihilque poſſidere ſe, profiteantur, quod tibi non ſubjectum velint. Triumpha igitur ingeniorum Imperatrix, & voluntatis humanæ Domina, quòd nihil ſit, quod non planè perfectèque ſubjeceris. Etenim, quid nunc eſt, quod tuis viribus ſe opponat? An procax hominum in omne nefas effuſiſſimorum protervia? at eam reprimis. An effrænatæ cupiditates ac libidines? at eas frangis. An juveniliter exultans ſuperbia? at coërces. An audacia improborum? at cohibes. Flagitioſorum furores? at exarmas. Conſceleratorum conatus? non refutas eos ſolùm, ſed rides. Quid? Homines fortè pertinaciter obfirmati, reſiſtent tibi? an non expugnas? Feri & agreſtes? nonne mitigas? Immanes ac barbari? annon eorum naturam verſas, mentem torques, mores immutas, commoves animum, & in omnem partem convertis.

SENTENTIÆ. DEUS bone! in quantos ſe uſus dives lingua diſpergit. Cùm voluerit, ſævit ut beſtia, currit in fluvios, fluctuat ut profundum: & quamcunque fucatis verborum imaginibus pingit ſpeciem, veri adſtipulatione repræſentat. (*Ennod.*) Dicendi facultas ut probis & honeſtis viris virtutis inſtrumentum ac ſubſidium eſt: ità improbis & flagitioſis vitii ſtimulus efficitut. (*Naz.*) Eloquentia in homine pravo, eſt venenum in poculo aureo. (*Aug.*) Ille benè loquendi facundiam percipit, qui ſinum cordis per recta vivendi ſtudia extendit. (*Greg.*) Eloqnens eſt ille, qui ſcit invenire præclarè, enun-

tiare magnificè, disponere aptè, & figurare variè. (*Cassirod.*) Bonus (*Orator*) proœmiatur aptè, narrat apertè, arguit acriter, colligit fortiter: ornat excelsè: docet, delectat, & afficit. (*Idem.*) Sæpe reperitur simplicitas veridica, & falsitas composita, quæ hominem suis erroribus illicit, per linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit. (*Idem.*) Gravis, & plena dignitatis dicendi facultas, quæ plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima sæpe studia peperit. (*Cic.*) Eloquentia Principibus maximè ornamento est. (*Idem.*) Eloquentia grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis. (*Idem.*) Nihil est Eloquentiâ laudabilius, vel præstantius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratiâ. (*Idem.*) Nihil est tam inhumanum, quàm eloquentiam à naturâ ad salutem hominum & conversationem datam, ad bonorum pestem pernitiemque convertere. (*Idem.*] Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquàm extollatur. (*Idem.*) Eloquentia neque adhuc se ulli sic indulsit, ut tota contingeret: satis felix est, quia in alio quam ejus partem receptus est. (*Sen.*)

SIMILITUD. Ut non satis est clavus, neque frœnum, nisi adsit qui arte moderetur: ità non sufficit Eloquentia ad moderandum populum, nisi accesserit sermonis moderatrix Ratio. (*Plut.*) Tilia cùm habeat radicem ac folia dulcia; tamen fructum ejus nullum animal attingit: ita quorundam oratio blanda grataque & composita; sententiarum nullus fructus. (*Idem.*) Uti Buxus semper quidem viret, sed alioqui & odore noxia, & semen habet omnibus invisum animantibus: Ita quidam præter orationis gratiam nihil afferunt non fugiendum. (*Idem.*]

EMERE

EMERE. Kauffen. *Acheter.*

SYN. Coëmere, mercari, emercari, parare, comparare, nundinari, emptitare, licitari. ADV. Æquabiliter *frumentum*, apertiſſimè *præturam*, benè, cariùs, propè, impunè, libentiùs *diverſorium*. malè, meliùs, porrò *agros*, publicè. (*Ex Cic.*) PHR. Pecuniam in aliquâ re collocare. Aliquid pretio ſibi parare, ſibi comparare, ſibi quærere, ſibi acquirere. Alicujus rei emptionem facere. * **Wohlfeil einkauffen.** *Acheter à bon marchè.* Benè emere. Vili emere. Viliſſimo emere. * **Theuer einkauffen.** *Acheter cherement.* Male emere. Carè, cariùs, nimio emere. * **Mit bahrem Geld einkauffen.** *Acheter argent contant.* Emere præſenti pecuniâ. Emere numeratâ pecuniâ. Numeratò emere. Numerato pretio parare quidpiam. * **Auff Credit einkauffen.** *Acheter à Credit.* Emere non præſentibus ſummis. Jubere ſibi aliquid emptum eſſe, ſuâ fide. Emptum ſumere fide ſuâ, * Emptum ſumere alienâ fide. Emere fidejubente alio & promittente. Sponſore fidejubente venumdari, emptum dari. * Cùm poſt pretium ſolutum infectam emptionem facere non poſſimus. Pactus fuit, ut diſcedatur ab emptione. Emtio & venditio ſicut conſenſu contrahitur, ita contrario conſenſu reſolvitur. Et conventum eſt, ut abeatur ab ea venditione. * Emere benignè ac liberaliter. * In emptione antiquitus poſt licitationem digitus levabatur, ſignificans emptionem allubeſcere. * Aliquid impenſo parare pretio.

EPISCOPUS. Biſchoff. *Eveſque.*

SYN. Antiſtes, præſul, pontifex. ADJU. Irreprehenſibilis, eruditus, facundus, exemplaris, ſacer, pius, infulatus, illuſtriſſimus, reverendiſſimus.

PHR. Episcopatum gerens. Ad fastigium Episcopatûs evectus. Sacrorum Antistes. Pontificis munus sustinens. Episcopi munia ritè exequens. Observator & custos fidelis dominici gregis. Observantissimus eorum, quæ ad curam gregis dominici pertinent. Dignitatem episcopalem vitæ integritate exornans. Episcopatûs munere cum summâ laude & ratione perfungens. Episcopus multis modis suspiciendus. Gregem CHRISTI suæ curæ ac fidei creditum sedulò tuens, fovens, pascens. Episcopus integerrimus. In quo pontificiarum virrutum omnia insigniter eminent ornamenta. Populorum Pastor. Cæremoniarum Antistes, Sacrorum Princeps. Custos Religionis.

AMPLIFIC. Antistes optimus, qui sapientiæ, prudentiæ, cæterarumque virtutum verarum ac sincerarum gloriâ Socrati: qui Cæsari atque Artaxerxi dignitate ampliſſimi Sacerdotii antecellit: qui potestate Pontificatûs ad immortalis DEI potentiam, & benè merendi laude videtur ad præstantem ejus divinamque naturam accedere. * Imbiberat penitus in mandatâ sibi provinciâ omnia revocare & erigere: omnem munerum ecclesiasticorum nundinationem fœdasque illas, sed nimis usitatas eorum fiduciarias mancipationes funditùs tollere: dissolutos ad diffluentes Ecclesiasticorum mores servis legibus coërcere ac constringere: Clericorum Seminaria instituere Templa eversa erigere, ruinosa fulcire: reditus ecclesiasticos injustis possessoribus eripere: Xenodochiorum & collegiorum præcipuam curam suscipere & perficere, ut eorum, qui illa fundâssent atque instituissent, mens ac voluntas diligenter ac religiosè observaretur: omnia denique summo studio facere, quæ ad boni inculpatique Præsulis officium pertinerent. * Ecclesiæ lumen, Patriæ ornamentum, pauperum Pater: in cujus voce & calamo sive hæreticum premat

mat, pellucet Tullius ? ſive Chriſtianum informet, habitat Paulus. * Quem ut mediocriter eruditum ſchola demiſit, ſtatim venerabili pallio circumductum ſedere inter Pontifices juſſit, & in Antiſtitem ingenti pecuniâ evexit. * Nec ſileri Roma potuit, nec Orbis univerſus ignorare, quot in hunc unum emanârint uberes rivi meritorum. Illum *Barberina* Familia ſic tanquam virtutum ſuarum epitomen ſuſpexit, hunc imitata velut ideam ſuam numeroſa ſeries poſterorum, illum poſtquam per multos prædeceſſores ad tantum fœtum natura præluſerat, propoſuit tandem Orbi ad exemplum; *Gallia* ad amorem; Urbi ad venerationem; Prælatis ad æmulationem; poſteris ad cultum; omnibus ad admirationem.

SENTENTIÆ. Epiſcopus ex eo dicitur, quòd omnes inſpiciat cunctaque ſpeculetur. (*Chryſoſt.*) Hoc unico verbo, *Irreprehenſibilem*, omne genus virtutis expreſſit. Itaque qui ſibi vel levis culpæ conſcius eſt, malè, profectò facit eam rem appetens, quâ indignum ſe per opera fecit. Non enim decet hujusmodi regere, ſed potiùs regi. Eum quippe qui regendos alios ſuſcipit, tantâ decet gloriâ virtutis excellere, ut inſtar ſolis ceteros veluti ſtellarum igniculos in ſuo fulgore obſcuret. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam atque compoſitam, ut omnes in illum, & in ejus vitam, velut in exemplar aliquod excellens intueantur. (*Idem.*) Is quidem cui Eccleſiæ principatus eſt creditus, quique dignitate Epiſcopatûs ornatus eſt, niſi populo, quæ agenda ſunt dictet, non erit innoxius. (*Idem.*) Non eſt quorumlibet Epiſcopatum appetere; verùm eorum, quorum vita ex Pauli legibus dirigitur. (*Iſid. Pel.*) Verbo verius eſt, Epiſcopalem dignitatem non tam grandis eſſe nomen honoris, quàm oneris. (*Lud. Ep. Tolos.*)

EPISTOLA. Sendſchreiben. *Lettre.*

SYN. Litteræ, codicilli libelli, tabellæ. ADJU. Puſilla, antiquiſſima, brevis, plena conſilii ſummæque benevolentiæ, valde bella, gravis, plena rerum, aut intempeſtiva, aut loquax; brevior, paulò gravior, liberior, plena feſtinationis & pulveris; *cum ſparſæ ſale humanitatis, tum amoris notis inſignes;* tantula, *crebræ longeque gratiſſimæ, dignæ aliquo,* modeſtior, diſertiſſima, *jucundæ,* jucundior, ſuperior, dulciſſima, elegantiſſima, levior, proprior, extrema, *ſubtiliores,* falſa, grandis, objurgatoria, inanis, ponderoſa, plena omnium non modò actorum, ſed etiam opinionum, *ſuaviſſimæ,* hodierna, *moderatæ,* recens, *inanes, odioſæ,* pervulgata, plena bonæ ſpei, *quotidianæ,* recentiſſima, vetus, innocens, interior, maxima, plena ſtomachi & querelarum, ſuavis & gravis; pervetus; *iracundæ primum, iniquæ, deinde contrariæ, poſtremò in aliquem contumelioſæ;* longiſſima. *ſelectæ,* plenior, *longiores, moleſtæ,* minuſcula, plena jucunditatis, *multæ,* optima, perhumana plena omnium probrorum, *pleniores,* præclara. [*Ex Cic.*] Aculeata, officioſa, argutiſſima, atrociſſima, honeſtatis pleniſſima; *quam celerrimæ, & quàm creberrimæ;* multiplici varietate reſperſa; polita venuſtaque, ſcitè picta, compoſitiſſima, puſila, ſanè grandis, ponderaſa, *illiteratiſſimæ,* inſultatoria, lepidè compoſita, plena ſtomachi & querelarum; valde bellæ, diſertiſſimæ, paulò graviores: pervulgatæ, plenæ bonæ ſpei, plenæ conſilii ſummæque benevolentiæ, verboſiores; minimè digna, quæ ab aliquo mittatur, diſerta: plena dignitatis, officii, diligentiæ: expectata, expectatiſſima; faceta atque elegans: falſa & corrupta: frigida & inconſtans; amatoriè ſcripta, grandis, grata, jucunda; *gratiſſimæ & bellæ:* ſententiis plena: accuratiſſima,

ma, gravisſimis verbis ſententiisque plena: humaniſſima, improbisſima, impudentisſima, incorrupta, plena probrorum: iniquisſima, ſatis liberalis: *minaces & acerba, multa & recondita*: obvia, benè longa, perbrevis, pergrata, perjucunda, *perpaucæ; plenæ rerum novarum, maximeq; mirabiles: pleniſſimæ amoris, humanitatis, officii, diligentiæ: plures & illuſtriores: vulgares, interiores & reconditæ: rabioſulæ fatuæq;: raræ quidem, ſed ſuaves, refertiſſimæ officio, diligenti ſuavitate: ſtomachoſiores, ſupervacaneæ: triſtes, & metuo, nè veræ: uberrimæ, nimis veteres.* (*Ex Cic.*)

PHR. Faſciculus litterarum. Abſentium amicorum quaſi mutuus ſermo. Animi fida internuncia. Linguæ Vicaria. Sermonis Miniſtra fidelis. Character humilis & ſimplex. Feſtina, dilucida, minimeque fucata ſcribendi ratio, quæ ſuam tamen elegantiam non negligat. Unâ literarum ſignificatione culpam agnovit. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. Volumen à te plenum querelæ iniquisſimæ reddiderunt. Accepi tuam Epiſtolam vacillantibus litterulis. Signo ſuo impreſſas Tabellas miſit. An obſecro hercle habent quoque gallinæ manus? Nam has quidem gallina ſcripſit. Officioſa Epiſtola eſt, quæ ad politiem labentis ſæculi conformata, grave ſeriumque negotium non continet; ſed quandam urbanitatem & ſolennia humanitatis ac civitatis indicia præ ſe ferunt. * **Ein Brieff / ſo geſchwind geſchrieben.** *Une lettre écrite à la hâte.* Epiſtola plena feſtinationis & pulveris. * **Großer Brieff.** *Lettre ample.* Fuſiſſimè ſcriptæ litteræ. * **Brieff an einen ſchreiben.** *Ecrire une lettre à quelqu'un.* Literas ad aliquem ſcribere, dare, mittere, perſcribere, ſcriptitare, exarare aliquid litterarum. Alicui quidpiam literis ſignificare, nuntiare. Aliquem de re quâpiam facere per litteras certiorem. * **Zwey Brieff eines Inhals.** *Deux lettres de même teneur.*

Eodem exemplo binæ litteræ. * **Durch deine zwey Brieff haſt du mich zu dieſer Sach vermögt.** *Vous m' avez obligè par deux de vos lettres a faire cela.* Ut id agerem adductus ſum tuis & unis & alteris litteris. * **Ich hab von dir zween Brieff empfangen / ſo auff einem Tag datirt waren.** *J' ay receu deux de vos lettres, toutes deux datées du même jour.* Duas accepi à te epiſtolas, ambas eâdem die datas. (NOTA, *bene quidem dici*, Duas Epiſtolas, *non verò*, Duas Litteras: *ſed* Binas *vel* Geminas.) **Wan ich mehr Zeit haben werd / ſo will ich dir ein mehreres ſchreiben.** *Quand j'auray plus de loiſir, je vous écriray des lettres plus longues.* Cùm otii plusculum nactus fuero, litteras ad te mittam verboſiores, uberiores, longiores, non ita conciſas, non ita præciſas, non ita breves. Fuſior ero & copioſior in ſcribendo. Pluribus verbis ad te ſcribam. Nec chartæ parcam, nec operæ. * **Ich empfang von dir wenig Brieff.** *Je recois rarement de vos lettres.* Raras à te litteras accipio. Officium litterarum abs te requiro, *vel*, in te deſidero. Minus ſæpe ad me ſcribis. Infrequens es in officio ſcribendi. Calamo parcis. Crebriùs vellem ad me perſcriberes. * **Ich weiß nicht wem ich meine Brieff anvertrauen ſoll.** *Je ne ſcay, à qui fier mes lettres.* Non habeo, cui litteras meas rectè dem: illas tutò committam, credam, concredam, tradam. * **Ich werd offt an dich ſchreiben.** *Vous aurez ſouvant de mes lettres.* Per litteras tecum ſæpiſſimè colloquor. * **Ich hab dir in einem Brieff alles geſchrieben / was ſich dieſen Sommer durch hat zugetragen.** *Je vous ay écrit dans une ſeule lettre, tout ce qui s' eſt paſsè pendant l' été.* Unis litteris totius æſtatis res geſtas ad te perſcripſi. * **Freundliche Brieff.** *Lettres pleines d' humanitè.* Literæ habentes egregiam atque illuſtrem ſignificationem veteris illius & perpetui ergà me tui amoris. Epiſtolæ iisdem

inſig-

insignes amoris notis. * Das Datum setzen. *Mettre la date ou le jour.* Diem ascribere, apponere. * Die Uberschrifft machen. *Mettre l'inscription.* Inscribere alicui litteras. Fasciculus litterarum mihi inscriptus. * Brieff versiegln. *Cacheter un lettre.* Signare, obsignare litteras annulo, signo. Consignare epistolam. Sigillo aliquid munire, Insignire sigillo, Imprimere sigillum. Brieff zu machen. *Fermer.* Litteras complicare. * Brieff in daß Paquet thuen. *Mettre des lettres dans un paquet.* Addere litteras in fasciculum. Conjicere litteras in fasciculum. * Einen Brieff auffbrechen. *Ouvrir une lettre.* Aperire, legere litteras. Nam quòd litteræ resignatæ sunt, habet opinor ejus signum *Pomponia.* Coram quibus signaculâ remota sunt, Vincula Epistolæ laxavit, Signoque detracto cognovit, *&c.* Denique linum ruptum, aut turbata cera, aut sine agnitione signa frequenter invenies. * Ich hab deinen Brieff gelesen. *J'ay leu votre lettre.* Perlegi oppidò, quàm lubens litteras illas, quas ad me nuperrimè dedisti. Legi tuam epistolam, verbis suis & concinnitate adeò absolutam, ut planè appareat Musis eam dictantibus exceptam fuisse. Legi epistolam tuam sonoram plenamque lætæ indolis. Epistolam abs te accepi Himettio melle, & omni nectare dulciorem: elegantem, ponderosam & omnium rerum plenam. * Unartiger Brieff. *Lettre impertinente.* Epistola incondita, indiscussa, tortuosa & inelegans. Sunt hujus epistolæ verba sanè quàm frigidissima: quæ (ut Martialis ait) Neronianas refrigerarent Thermas. Litteræ frigidæ & inconstantes.

Per Epistolas Homines de absentibus præsentes fiunt. * Litteras ad lucernam hiulcè & tractim scripsi; quamobrem si quid peccatum est; velim id non accuratiùs examines. * Sie haben Buhlen-Brieff an ihr geschrieben. *Ils luy ont écrit des lettres galantes.*

Ad

Ad eam literas æstuantis animi ministras atque interpretes, cruore conscriptas, nequitiarum blandimentorumque plenas certatim dederunt. * Quod amem te, ex eo quod ad te scribo disce. Quod odoris me, ex silentio tuo cognovi. Scribe saltem impostorum, tuique amantes calamo, atramento, & exiguâ chartâ redama. (*Basil.*) Depone silentium, scribe, nobis, & te in vivis adhuc manere declara. (*Idem.*) Hoc medicamentum invenimus, nimirum ut hanc epistolam scribere audeamus, ac præsentiam per litteras adumbremus. (*Naz.*) Alii præstanti virtute tuâ fruuntur: nobis autem hoc magnum & amplum fuerit, si sermonis & congressionis umbram habuerimus, quæ in epistolis continetur. [*Idem.*] Scio me longius, quàm par est, epistolam protulisse: sed quemadmodum coram tecum agendo, sic & scribendi expleri nequeo. Præterea cùm me tecum ampliùs collocaturum diffidam, nunc quatenus licet desiderium meum expleo. Quanquam si epistolam hanc ad Ephemeridas meas accommodare vellem, quas cum studio confeci, plurimarum dierum commendarios haberem. (*Synes.*) Amantem vestri frequentibus colite muniis litterarum: circa quæ studia pigrum esse, nec diligentem convenit, nec facundum. (*Ennod.*) Dispendium esse credo diligentiæ, nullas commeantium manus litterarum dote munerari: quæ solent lectione etiam vultûs ad longinqua portare, & charorum imagines officio præsentare sermonis. (*Idem.*) Aut alitur, aut sustentatur scriptione diligentia. Ministra affectionis est epistolaris confabulatio; muta charitas simulachrum repræsentat ingenii: Depretiat genium suum, quæ in vocem non prorumpit amicitia. Benè secretum pectoris referatur clave sermonis. (*Idem.*) Cælestis dispensatio epistolaribus beneficiis junctos charitate consociat, dum quos discernit; itinerum prolixitas, in remedio solicitudinis jungit affectio, si sit cura sermonis. (*Idem.*) An ad aliud attributæ

sunt

ſunt paginæ, niſi ut ſecreta pectorum clave manifeſtent? (*Idem.*) Liquidò confitetur amoris negligentiam, qui cum poſſit epiſtolas, in quibus eſt affectionis pabulum, non miniſtrat. Error otioſi eſt, ſi benè comperta mens per linguæ ferias deſideratis attenuetur impaſta eloquiis. (*Idem.*) Non tam Epiſtolæ prolixitate, quàm benevolentiæ magnitudine amicorum charitatem amplificandam eſſe judico. (*Jul. Imp.*) Scribo, & literas viciſſim expecto. Quòd ſi tam crebris literis tibi injuriam facio; tu mihi viciſſim pare: n injuriam reponito. (*Idem.*) Scribe ſæpius, & ſalutem figuram imaginis pro ſpectaculo amantibus concede. (*Procop.*) Scribendi oblivionem peperit res ſecunda. (*Symmach.*) Petis à me longiores literas. Eſt hoc in nos veri amoris indicium. (*Idem.*)

EQUES. **Ritter.** *Chevalier, ou Cavalier.*

ADJU. *Auxiliarii, boni, & locupletes, non junctiſſimi concordiâ, cupidi*, dignus contumeliâ, *non obſcuri, neque ignoti, ſed honeſti & illuſtres*; ſpectatus atque honeſtus, cumprimis honeſtus; idem eruditiſſimus, & græcis litteris, antiquitatisque noſtræ, ſcriptorumque veterum literatè peritus, *honeſti & graves*, honeſtiſſimus atque alicujus amiciſſimus, ſplendidus & gratioſus, *non optimi & veteres, quàm multi*, locuples, ornatiſſimus, *plurimi, lautiſſimi & honeſtiſſimi, proximi dignitate ordini ſenatorio*, inprimis ſplendidus, atque honeſtus, ſplendidiſſimus. (*Ex Cic.*) PHR. Vir ordinis equeſtris. Qui equo meret. Equeſtris diſciplinæ arte præcellens. Amans equitandi. Studioſus equitationis. Qui præſtantium Equorum & vitia valet agnoſcere. Fortis ac præſentis animi vir. Bellicâ virtute inſignis homo. Eques honorarius. Equeſtri dignitate clarus. * **Einen Ritter ſchlagen.** *Créer un chevalier.* Equitem balteo cingere, ſuccingere. Accingendo gladio Equi-

quitem inaugurare. Gladii procinctu Equitem creare. * **Er iſt zum Ritter geſchlagen worden.** *Il a été fait chevalier.* In Equitum ordinem allectus, adſcitus, adſcriptus, cooptatus eſt.

AMPLIFIC. Inſidens in forti ac generoſo equo, curſui, pulveri, laboribusque bellicis aſſuefacto: cui caput, cervices, pectus, & cæteros artus pro phaleris, graves & craſſæ ferri laminæ operiant: armatus ac protectus ocreis, armillis, loricâ, galeâ, clypeo, quæ millies in incude percuſſa, mille durata ictibus, minimè pervia jaculis telisque reſiſtunt: haſtâ inſtructus è robore, præcinctus gladio, munitus clavâ: non illi aurum, non gemmæ, non plumæ: nullus nitor, nulla ſpecies, fulgor nullus, nihil ad pompam; pro his durities, aſperitas, horror omnia, ferrum, chalybs, acies & acumen. Cujus arma, ſi fulgerent auro, ſi decoraretur apicibus inſignibus galea, ſi veſtis arte laborata, ſi phaleræ acu pictæ ferro adderentur, non dubito fore quendam numeris omnibus equitem abſolutum. * Eques clamydem purpuream variis coloribus intextam auro gemmisque diſtinctam geſtat; clypeum è ligno, nè brachium oneret, inſignem argumento, qualis illius apud Poëtam, cui vaſtos umbo vomit aureus ignes. Galeam è tenuiſſimâ laminâ ferri bracteis aureis tectam, ingentibus pavonum aliarumque avium exquiſitarum plumis criſtatam; aurata calcaria, pictas ocreas, haſtas argenteâ cuſpide. * Multa belli decora tantus alioquin Alexander non alio repoſuit munere cæſis in Adræſtao campo commilitonibus, quam Equeſtri ſtatuâ. Fruſtra enim pedibus terræ inſiſterent, qui Virtutis impetu terras evaſere. Apage cum Sejano equo, qui perniciem hæredibus invexit fatalis omnibus. Apage & cum Sybaritarum equis ad tibiæ modulos aſſuetis & tandem à Crotoniatis alios ſaltus edoctis. Apage cum incitato Caligulæ

læ equo, cui hordeum in auro is appoſuit, in poculis vinum, famulitium inſuper illi & conſulatum deſignavit caput omnis conſilii exſors. Nihil tale in Equite vel equo noſtrate ſomnies, ubi ad virtutem calcar generoſa ſubdit indoles, non ignavia vel deſes otium luxu emollit. Ad metam gloriæ is currit, ad quod etiam alludit Poëta: Siſte gradum Bellator Eques, vel in urbe moranti; Ipſa tibi pulchrum gloria ſternit iter.

Vide equitem in equo ferè indomito inſidentem, mirâ venuſtate, recto corpore & excelſo, & cruribus compoſitis ad equeſtrem ſpeciem & elegantiam, cum habenis in manu ad exercendum, defatigandumque equum quem multo curſu, ſurſum deorſumque facto equum defatigare vides, & officium facere tantâ peritiâ equitandique ſcientiâ, ut laudem omnes, omnes mirentur, veniant ſpectatum, & ſeſe equites effundant artis iſtiusmodi cognoſcendæ cupidiſſimi. Quem exultantem & moderatius excurrentem continere ſolet & coërcere, ut habenas, cùm opus eſt. adducit? ut remittit? ut verſat in omnem partem? ut incitat ad curſum, ut revocat & parere lupato cogit? Planè videtur ab incunabulis, ad rerum equeſtrium ſcientiam inſtitutns. Sed inter alia illa ſcientia fræno ſuſtinendi equi in præcipiti etiam & lubrico loco, quantò clarior eſt, cum refractarium lupatis adeò refregit? quàm admiranda illa in equo tractando & in exercendo virtus, expectata laus, quæ indomitum & effrænatum equum in exiguum ſæpe gyrum compulit? Sed quid non ageret, qui præter equeſtrem ſcientiam, præter uſum & exercitationem, ad hunc gyrum agendum atque conficiendum orbem, brachiorum, & manûs incredibili lirobore fuit præditus. * Cum equites in plateam conveniſſent, urbis exhilarandæ causâ, ante curſus faciendos luſtrare ſinguli circulum ceperunt, nè equi loci inſolentiâ de-

deterriti, in medio cursu deficeret, inde ini à carceribus curriculum incredibili celeritate transmittentes, ad metam usque pervenerunt, summâ venustatate consistentes,& eâdem alacritate re petierunt cursus alios, recursusque facientes. Videa ntur cursum gyrare postea, orbes alios & alios inexu vario multiplicique conficientes, quos dissolver nt stati n cursus aversos inflectentes, & reflectentes, ncitato, mirabilesque gyros agentes.

EQUITARE. Reiten. *Aller à Cheval.*

SYN. Inequitare. PHR. Equo vehi, vel advehi; in equo vehi. Equo iter facere. Equo insidere. Urbem circumequitare. Urbi, *vel*, urbem obequitare. Equum inscendere, conscendere. In Equum ascendere, insilire. Hærere in Equo. Pulchrè sedere in Equo. Equo advehi. Ex Equo cadere. Equis insignibus in patriam reportari. Citatis Equis Romam advolare. Circumagere frænis Equos. Aciem perequitare. Per medium amnem transmittit Equum. In Equo dies noctesque persedebat. Illum in Equum quidam ex suis intulit, *vel*, subjecit. Equis vectabatur. Pernicitate Equi profugus. Assiduâ Equi vectatione,&c. Multò pulchriùs, venustius, elegantiùs in Equo sedet, quàm tu. Prolapsus Equo effusus in preceps. Detraxit frenos Equis, atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset. Admoveri sibi Equum jussit. Ipsum prævalens Equus vehebat, quo sæpius in cuneos Barbarorum effusis habenis evectus. Equum domare, agitare. Qui tam præclarè sederet in Equo, tam insigniter firmiterque hæreret ephippio, vidi neminem. Equum agitando periclitari, probare, experiri. Equum binis ternisve decursionibus leniter agitat & exercet, quasi pugnæ proludens; quò expeditiorem reddat ad certamen, & patientiorem præstet freni, confir-

firmetque halitum, habenas admittens, utroque genu premens latera, calcaribusque adigens, & incitans voce.

EQUUS. Pferd. *Cheval.*

SYN. Caballus, veredus. ADJU. Æneus, pretioſus, alacer, *albi*, *faciliores*, fortis, fortis & victor, inanis, *inſignes*, intractatus & novus, *vetuli*, *teneri*, melior, nobilis, publicus, *vectigales*, (*Ex Cic.*) Effrænus; gracilentus, aut parum nitidus; ad ephippium idoneus; ad rem militarem aptus, pumilus, vel brevior; nobilis, generoſus, honorarius, currucarius, plauſtrarius, eſſedarius, lecticarius; jugarius. *vel* jugatorius; meritorius, *vel*, conductitius; clitellatius, farcinarius, *vel*, doſſuarius, calcitrorſus, freni impatiens; meticuloſus, & reſtitans; ferociter exultans, exiliens, ex albo fuſcus, nigris distinctus maculis; in fuſcum rutilus; ex albo rutilans; fulvus; in caſtaneam defloreſcens; ceſpitator, *vel*, offenſator; ſuccuſſor, ſuccuſſator, cubitor, anhelator, Neapolitanus, pleniore gradu incedens; albentes; ſtrigoſus, & malè habitus, mordax, calcitro, horridus; famoſus, præſtanti corpore, & maximâ præpes velocitate; virtute & alacritate fortis: calcibus & impulſu longè lateque faciens ſtragem; phaleris inſignis. PHR. Equi ſine Rectore exterriti conſternantur. Equus brevi, ſed denſo corpore. Decentior Equus, cui adſtricta ilia, ſi idem velocior. Equum non crebris verberibus exterret domandi peritus magiſter, fiet enim formidoloſus & contumax: niſi eum tactu blandiente permulſeris; * Dem Pferd die Sporen geben. *Piquer un cheval.* Calcaria Equo admovere, adhibere Equum calcaribus ſtimulare, urgere, incitare impellere. * Auff den Feind zu Pferd loß gehen *Lancer ſon cheval contre l' ennemy.* In hoſtes Equum

mittere, admittere, permittere, citare, incitare, agere, laxis habenis impellere. Ad hoſtes curſum Equi incitare. Calcaribus Equum in hoſtes concitare. Equo incitato, vel admiſſo, ſe in hoſtes immittere. * Citato Equo illuc contendit. Ad cujus vulneris ſenſum; cum Equus prioribus pedibus erectis magnâ vi caput quateret, excuſſit Equitem. Decorantur Equi frenis, phaleris, ſtragulis, frontalibus. Equo, *vel*, ex Equo aliquem inſectari.

AMPLIFIC. Equus ad imperia obſequentiſſimus, ore mirè docili ac molli, omnem in partem flecti facilis, ſe huc & illuc torquens atque verſans ad ſeſſoris nutum; nunc vix elatis ſe pedibus infertens, terram abradit preſſo curſu; nunc ſubſultim exiliens in ſublime, ſaltibus modò crebris, modò ex improviſo ſe circumagens, multiplici decurſione invehitur. * Equus Bucephalus nec in dorſo inſidere ſuo patiebatur alium, quàm Alexandrum; & ipſum, cùm vellet aſcendere, ſponte genua ſubmittens excipiebat; credebaturque ſentire, quem veheret. (*Curt.*) Cum in Equo quatuor ſpectanda ſint, color, forma, mentum, & pulchritudo. Hi colores præcipui ſunt, bladius, aureus, albineus, ruſus, murteus, cervinus, gilvus, ſcutulatus, albus, niger, preſſus, ſed varius, neſcio quàm habeat ſpeciem & elegantiam præſtantem multiplici ſplendore ſuo, præſertim cum equi maculam præferant albam in fronte. Qui ſic excellunt, tantâ ſunt pulchritudine, & venuſtate præditi, ut equeſtre nullum Calamidis ſignum ſpectabilius eſſe videatur. Fortiſſimus autem illorum laudabitur magnopere, qui à teneris didicit laborem perferre aliùs ingerdiens, & reponens crura molliſſimè primus viam inire, reliquis præire, fluvios trajicere tumentes & incitatos, & ignoto ponti committere ſeipſum audet, nullos ſtrepitus, nullos fragores exhorret. Ea autem eſt compoſitione oris, & conformatione

ne

ne corporis, ut arduâ cervice, arguto capite, brevi alvo, obeſo tergo, luxuriante thoro, animoſo pectore, honeſtis ſpadicibus, glaucisque emiçet. Si verò datum fuerit ſignum committendi prælii, & procul armorum horror ingruere viſus fuerit, & campi latè armatorum millibus occupati buccinæ clangore perſonuerint, ſtare loco neſciat, & in arma, in prælia furens præcepsque feratur, micet auribus, & tremat totis artubus, & compreſſum concluſumque intus ignem naribus efflet, multiplici hinnitu, horrendoque fremitu complens omnia, denſis admodum jubis jactatis, ac dextris in armis recumbentibus, duplici ſpinâ, quæ per lumbos agatur ducaturque, fodiat ictu terram, quacunque tranſierit, vehementi, ubicunque fuerit, ſolido cornu ſemper ungulâ perſonanti.

Vidiſtis aliquando intractatum ac ferocientem Equum, calcitronem, mordacem, cubitorem, ad omnes habenarum flexiones, converſionesque moroſum. Alligate eum, ſi placet, ad palum; date illi domitorem generoſum, atque benè peritum, qui non verbera ſolùm, ſed induſtriam ſingularem, adhibeat, ad domandum; brevi uſualem Equum habebitis, corpore factum facilem. tractabilem; qui leviore modo curſu, modò pleniore, laxiſtum habenis incitatiore feratur, Inde tolutarius molliter, inde gradarius incedat: tum ſubſultim, tum ſalutatim, qui modò in gyrum ſe commodè flectat, mox aperto curriculo præcipitet, ſubitoque ex incitato curſu conſiſtat; qui declinet, incurſet idem atque invadat; qui latus præbeat; poſtremò quaſi ductili ac lento corpore ad ſeſſoris ſe ſtatim nutus motusque componat, in omnemque partem inflectat: Sic, nimis vehementem, ferocemque naturâ ſeveritatis fræno domabis, &c.

Digitized by Google

ERRARE. Fehler. *Etre dans une erreur.*

SYN. Labi, prolabi, offendere, alucinari, deerrare, titubare, impingere. ADV. Diutiùs; latiùs, licenter, longè à porta, multùm, pariter & unà cum aliquo, propemodum, valdè, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. Per errorem labi; errore duci, *vel*, teneri; in errore versari; consilio labi; errore capi, in errorem rapi; in culpâ esse; imprudentiâ labi; flagitium admittere, erroribus cœcari; in pravitate perstare; aliqua in re à religione officii declinare. Habere menten imbutam errore, implicatam erroribus. In miserandis errorum fluctibus volutari. Ipsi se in plagas & errores maximos induerunt. Exorbitare illis à præstitutis itineribus non licet. Longè devium iter à veritate tenuerunt. * Wer iſt derjenige / der nicht jederweilen fehlet. *Qui est celuy, quin' est sujet à faire des fautes?* Quis est, qui aliquando non offendat, non incurrat, non labatur in tam difficili, lubricóque rerum humanarum cursu? Quis est, qui in aliquâ re non peccet, non offendat, non delinquat? Quis est, cui timenda offensio non est? Cuinam effugere ac vitare offensionem licet? Quis ab offensione præstare sibi tutam vitam possit? Si paulò se movit extra numerum. Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat; Si tantulum offensum titubatumque sit? Ubi semel recto deerratum est; in præceps pervenitur. Recto itinere lapsi plerumque devertunt. Peccatum largitur.

ERROR. Fehler. *Erreur.*

SYN. Erratio, erratum, peccatum, lapsio, prolapsio, fraus, falsa opinio, culpa, flagitium ADJU. Communis, diuturnus, humanus, longus, maximus, mediocris, summus, obscurus, pernicioſus, similis, tantus, turpis, *turbulentus* (*Cic.*) Longè late-

reque diffusus. PHR. Prava persuasio. Hic error, & hæc in doctorum animis effusa caligo est. Ne quis error vobis offundatur. Qui notum hujus erroris exsolvere possit. Nè labyrintheis è flexibus egredientem tecti frustraretur inobservabilis error. In tam proclivi erratu. Civitas iniquissimo ac truculentissimo errore instincta, Totam *Celtiberiam* errore implicavit. Quæ asseveratio plerosque in maximum impingit errorem. Ab errore, quo sunt implicati, ad rectiorem viam revocandi. Cùm discussa caligine de tenebrarum profundo in lucem sapientiæ & veritatis emergerem, Tandem redii vix veram in viam, *vel*, semitam.

SENTENTIÆ. Etsi minimè decere videtur falli, decipi, errare eum, cui vos maximis sæpè de rebus assentiamini. (*Cic*) Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potestis, cujusvis hominis esse errare: nullius, nisi insipientis in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes, ut ajunt, sapientiores solent esse. (*Idem.*) Quod si est erratum spe falsâ atque fallaci: redeamus in viam. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilii. (*Idem.*] Plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissimè defendere, quàm sinè pertinaciâ, quid constantissimè dicatur exquirere. (*Idem.*) Plena errorum sunt omnia, (*Idem.*) Nonnullis errare profuit aliquando: sed indi viâ pedum, non in viâ morùm. *Aug.*) Nihil gravius, quàm errantem adeò deseri, ut se revocari non possit. (*Idem.*) Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat. (*Sen.*) Ut in magnâ strage alius alium secum trahit in ruinam: ità in publico errore alius alium secum trahit ad perniciem. (*Idem.*) Ut Solis defectus magnam mortalium perniciem trahit: Ità Regis error, etiam levis, magnam in rebus humanis gignit perturbationem: (*Erasm.*) Hæc mihi ipsi consului. Bis enim

ad eundem lapidem impingere, dementibus ſolùm tribuit paræmia. (*Naz.*) Errore nihil eſt imbecillius, & ſuis capitur pennis: neque externâ pugnâ opus eſt, ſed à ſeipſo configitur. (*Chriſoſt.*) Infinitus ſit error ejus, qui tranquillam fidamque ſtationem littoris egreſſus per devia cœperit vagari. (*Idem.*) Incidere in falſæ opinionis errorem, priusquàm vera cognoſcas, imperiti animi eſt & ſimplicis, perſeverare verò in eo, poſtquàm agnoveris, contumaciæ. (*Salvian.*) Qui errat in minimis, paulatim ad majora prolabitur *Joan. Sarisberg.*) V. CULPA.

EVANCELIUM.

ADJU. Divinum, ſacrum, ſacroſanctum. PHR Sacroſancta Lex Evangelii. Divinæ veritatis æternum oraculum. Columna, & firmamentum veritatis. Fidei noſtræ firmiſſimum ſtabilimentum. Principalis vox Salvatoris noſtri. Evangelica doctrina eſt Magiſtrorum Magiſtra laureata, Encyclopædia ſcientiarum, ut demonſtrat Auguſtinus. Et hinc illud Ambroſiii: Scientia Piſcatorum ſtultam fecit ſapientiam Philoſophorum. Fortiſſimus S. Eccleſiæ paries & fundamentum. Teſtamentum novum & æternum de gloriâ DEI, noſtraque ſalute, quod cordibus noſtris immediatè aut mediatè inſcribitur à CHRISTO.

AMPLIFIC. Vale, vale, Academia ab Academo dicta, celebratiſſimum ad Athenas Platonis Gymnaſium nemoroſum. In tuo nemore multa ſunt folia, quæ luxuriant, & umbræ, quæ obſcuscant. Habes multas arbores autumnales, infructuoſas, bis mortuas. (*Jud. 12.*) In quibus Dominus non invenit niſi folia tantùm. [*Matth. 21.*) Salve, ſalve Evangelium, nemus diviniſſimè amœnum! umbra tua umbra Petri, quæ cæcis dedit lucem, & languidis ardorem. (*Act. 5.*) Folia tua, quibus inſcriptum es, tota ſunt in floribus, ac fructibus: & inter Diſcipulos tuos nullus

lus eſt truncus, ſed omnes tanquàm lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dat in tempore ſuo. (*Pſal.1.*] Eja: ſubumbrâ tuâ, quam deſideraveram ſedi, & fructus tuus dulcis gutturi meo. (*Cant. 2.*) Vale, vale Ariſtotelicum organum! Timeo tuos folles, & in follibus ventum. Scriptum eſt: Scientia inflat, charitas verò ædificat. (*1. Cor.* 8.] Timeo etiam tuos ad organum calcantes, inter quos ille fuit, qui dixit: Calco Platonis faſtum. Calcavit autem cum majori faſtu. Salve, ſalve Evangelium, humilitatis ſanctæ *Lycæum* Muſurgicum. Quot Evangeliſtarum, tot vocum, ſtylo quidem diſſonum, ſed ſenſu conſonum: in quo Marcus cum ſuo Leone rugit BASSUM: Lucas non tam pictor quàm cantor coloribus ex coloraturis exprimit TENOREM Evangelicum: Merthæus exordiens à Deo-Homine, & Homine-*Deo* profundum ALTUM, & ALTUM profundum: Joannes totus Gratiá, quàm Virgineum. tam gratioſum DISCANTUM. Eja ergò, exurge Pſalterium! Exurge Cythara mea! Cantemus Domino, quoniam magnificatus eſt in Evangelio. Nunc judicium eſt Mundi, nunc Princeps hujus Mundi ejicietur foràs. Sed quid dico, Ejicietur? Jam verò, jam pridem ejectus eſt inimicus S. Evangelii. Eja ergò triumphet glorioſum Evangelium! Adeſte igitur, adeſte Currus ttiumphalis & Trabea! Adeſte Coronæ & Serta! Adeſte Tubicines & Tympana! Adeſte Ignes feſtivi & Trophæa! Adeſte, adeſte omnes Captivi & Spolia. Vultis CURRUM TRIUMPHALEN? Glorioſisſimum Evangelium vehitur quot Evangeliſtis, tot animalibus Ezechielis; & vehitur ab homine & Leone, ab Aquilâ & Bove. Matthæus, Marcus, Lucas & Joannes ſunt Quadriga Domini, & ejus S. Evangelii, inquit Hieronymus. Vultis TRABEAM TRIUMPHALEM? Conſtantinus M. Codicem Evangeliorum veſtivit veſte aureâ & gemmeâ, & transmiſit

S. Nicolao Myrenſi Epiſcopo. O charum meum Evangelium, quomodò tu es veſtitum? Es viſtitum miſerè exuvio pecorino, dignum eſſes involucro aureo, ſed cogor dicere cum Petro: Aurum & argentum non eſt mihi, quod habeo, hoc tibi do. Vultis denique TROPHEA, CAPTIVOS & SPOLIA? Totus quà latè patet terrarum orbis eſt unum Evangelii Spolium, & ducitur in triumphum captiva cum galeâ ſuâ Martiali Europa, & cum Subano ſuo Turcico Aſia, & cum Coronâ ſuâ papavereâ Africa & cum pennato ſuo Petaſo Americâ, &c.

SENTENTIÆ. Ecce omnia in Evangelio, ad benè beateque vivendum neceſſaria. (*Anton. Abb.*) Verbum ſalutis Evangelicæ cum patientiâ defenditur, ſinè diffidentiâ prædicatur. (*Aug.*) Quæ unquam litteræ ullum habebunt pondus authoritatis, ſi Evangelicæ non habebunt? (*Idem.*) Inter funera Martyrum prædicatum eſt toto Orbe Evangelium. (*Idem.*) Inter omnes divinas authoritates, quæ S S. litteris continentur, Evangelium meritò excellit. (*Idem.*) Evangelium ſummum culmen authoritatis obtinuit. (*Idem.*) Authoritas Evangelii hominum doctiſſimorum ingenia ſubegit. (*Idem.*) Tota intentio cordis ad Evangelium feratur, nemo aliud cogitet. (*Idem.*) Nos ſic audiamus Evangelium, quaſi præſentem Dominum. (*Idem.* Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret authoritas. (*Idem.*) Evangelium ſpeculum veritatis nemini blanditur, nullum ſeducit; talem in eo ſe quisque reperiet, qualis fuerit. (*Bern.*) Conſecrâſti os tuum Evangelio, nugis jam aperire illicitum, aſſuescere ſacrilegum eſt. (*Idem.*) Evangelicè ex toto loquere, qui vir Evangelicus es. (*Gilbert. Angl.*) Divinis Evangeliun vocibus contonat. (*Hier.*) Hæretici Evangelicam veritatem corrumpunt pravâ intelligentiâ; & ſunt cauponi peſſimi, facientes de vino aquam. [*Idem.*]

Digitized by Google

(*Idem.*) Non putemus in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medullâ: non in sermonum foliis, sed in radice rationis. (*Idem.*) Evangelium est ars medendi: pyxides ejus sunt septem Sacramenta: unguenta sunt virtutes; & dona electuaria sunt miracula & exempla. (*Hugo C.*) Si in quacunque domo evangelium est, Illuc diabolus ingredi non audet: quantô minùs animam ei assiduis lectionibus familiarem, neque Dæmon, neque peccatum attinget? (*Chrysost.*) Sanctifica igitur animam, sanctifica corpus: hoc continget, si Evangelium semper & animo habueris & linguâ. (*Idem.*) Legàmus igitur ardentibus studiis Evangelium: at non tantùm legamus, sed etiam vivamus. (*Erasm.*)

SIMILITUD. Mel quamvis amarum sit ægrotantibus, naturâ tamen dulce est: Sic & Evangelium boni odoris est, etiamsi qui pereunt increduli; nec enim Evangelium facit, ut illi pereant, sed illorum amentia. (*Chrysost.*) Exoriente Sole, matutina lux abscedit: claro Sole oriente siderum chorus obscuratur. Cùm purus ac liquidus dies illuxit, auroræ umbræ finem accipiunt. Cùm Evangelii Sapientia effulsit, legis puerilis institutio munus suum exercere desiit. (*Isidor Bellus.*)

EUCHARISTIA.

PHR. SS. Altaris Sacramentum. Cælestes Epulæ. Divinæ Dapes. Cœna, *vel*, Esca salutifera. Sacræ libamina mensæ. Mensa summi Regis. Panis Angelorum, factus cibus Viatorum, non mittendus canibus. * **Man tragt das H. Hochw. Sacrament in der** Procession **herum / unter einem Himmel.** *On porte le S. Sacrament sous un dais en procession.* Sub umbellâ transvehitur, solemni ritu Dominicum Corpus. Celebri pompâ circumfertur umbellâ tectum

ctum Eucharisticum Ferculum. * **Zum H. Nachtmahl gehen.** *Communier.* Divina Sacramenta susci-pere. Divino Pane recreari. Cœlestibus epulis re-fici. Cæleſti pabulo reficere animum. Christi Cor-poris usurpare, *vel*, percipere Mysteria. Sumere Sanctiss. *Eucharistiæ* Sacramentum. Christi Corporis renovare mysteria. Ad cœlestem Mensam, *vel*, Ad Epulum Eucharisticum, vel, ad Altare accedere. Sacrosancto Christi Domini Corpore pasci. Divinis Epulis satiare animum. Usurpare crebrò Sacra Myste-steria. Cæleſtem gustare ac frequentare Panem. Se alimentis cœlestibus sæpe confirmare. Ad Angelicas epulas deliciari. Christi Corporis verenda myste-ria sæpiùs regustare. * **Einem die Communion rei-chen.** Alicui SS. Christi Corpus impertire, *vel* impertri. Alicui divinum Christi Corpus porrigere, *vel*, cœ-lestes epulas ministrare.

AMPLIFIC. O Sacrum Convivium! in quo Chri-stus sumitur; recolitur memoria passionis ejus; mens impletur gratiâ; & futuræ gloriæ nobis pignus datur. * O quàm suavis est, Domine, Spiritus tuus! qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane sua-vissimo de Cœlo præstito, esurientes reples bonis, fa-stidiosos divites dimittens inanes. * O rem no-vam, & insoliram! ô facinus pulchrum, & insigne, de quo quoties cogito, toties animus admiratione de-fixus obstupescit! Utinam adessent omnes gentes atque nationes! Utinam me tàm præclarum factum commemorantem audirent loca terrarum ultimarum! ut omnes mortales intelligerent, quæ pietas, qui cultus, quæ reverentia Eucharistiæ Sacrosanctæ de-beatur. * Recordetur itaque (*Nanceium.*) solem-nis istius Pompæ, quam primo Eucharisticæ celebri-tatis die læto vultu spectavit; miretur seipsam versam in Theatrum Divinæ gloriæ, mysteriorum Sacrarium, triumphanris Christi Nicopolim; miretur internam

Pa-

Palatii faciem ſuperbis illis tectam aulæis, in quibus ſic humanam artis Doctrina exhauſit induſtriam, ut ſuperioribus ætatibus gloriam, poſteris ſpem imitandi præripuerit, ſolum utrique ſtuporem reliquerit. Miretur magnificam illam, ſecretioris Conclavis ſupellectilem, in quâ ſic cum pretio certat eruditæ manus ſolertia, ut cui palmam jure deferas incertum ſit. Miretur argenteum illud donum munifici Principis, ex quo Theandrico victori triumphalis eſſeda, dicam, an Regi ſolium erectum eſt, ad cujus exquiſitam fabricam conflatas argentifodinas, & liquefacta Orbis æraria confluxiſſe diceres: In quo, ſuppoſitis humeris jugati homines vehunt trophæa Chriſti, beneficia (*Caroli*) ex manu totum Principem vel maximè ſentias. Parcus eſſe non poteſt æmulator Prodigi Numinis, eò remittit theſauros, unde miſſi ſunt. Sic ditat pauperem in terris Deum pietas ſine fuco, dat amoris teſſeram, dum ſua facit communia, profitetur ſervitutem, dum pendit tributum. Non patitur tam diu deliteſcere in nocte ſponte quæſitâ ignotum authorem lucis. Aureum ſuis ſumptibus theatrum erigit amanti latebras gloriæ; ex quo fulgens ſpectatores attrahat. Æterno judici, qui factus pro mundo reus, ſolvit debitum, quod non contraxit, tribunal ponit, ex quo jus dicentem, & leges ferentem auſcultet. Summo Sacerdoti, qui ſe publicam facit orbis victimam, extruit altare, ad quod ſupplex ſua vota, honoris libamentum, & cordis primitias deferat. Miretur populorum undique confluentium concurſus, ſuorum impreſſam in vultu Civium reverentiam, omnium ordinum gravitatem pietate temperatam, tot religiosarum familiarum conſpirantem modeſtiam, honorarii Principum comitatus Majeſtatem. Suas cuique partes aſſignat conſonans virtuti Regum vita, ſuum cuique colorem aſpergit, quæ communis eſt omnium idea. Suſpiciat excubantes in

ar-

armis milites,non (*Carolo.*) ſed (*Caroli.*) Deo militantes,plateas eleganti periſtomate veſtitas, ramis frondentibus vireſcentes, pio cantu reſonantes, Terram conſperſam floribus, funalium veluti tot aſtrorum lucem Solis radios hebetantium, & novo die medium diem colluſtrantium, excipiat avidis auribus tubarum clangorem,tympanorum ſtrepitus, campanarum ſonos hilares,ænearum fiſtularum pium fragorem, ardentibus ſuſpiriis mutum triumphatorem ſalutantium. Dùm interim ego, in unum Carolum, ſecluſis aliis omnibus totus hærebo defixus. Silete Amphitheatra Romana, Circenſes ludi, Hyppodromi, Stadia, Gymnaſia, Palæſtræ, Imperatorum ludicræ concertationes, ſaltationes Pyrthicæ, feſti ignearum bolidum joci, amæni fontium luſus, vocalium machinarum fraudes ingenioſæ. Silete Claudii Naumachiæ, haſtiludia Maximiliani Primi, Antonini Pilæ, Baliſtæ Roberti Siciliæ,areus Alphonſi Calabriæ. O gratius cælo ſpectaculum! en Carolus tot palmarum Heros, Dux tot inclytus victoriis, Princeps tot hoſtium terror,palmarum, victoriarum, ſui ipſius immemor, Chriſto exercituum terrori triumphum adornat pacificum, cujus ipſe pars erit pretioſiſſima, ferculumque nobiliſſimum,cujus inſtruendi provinciam ſibi ipſe imponit Illuſtriſſimus Curator. Regale miniſterium eſt famulatus virtutis. Meminimus, (*Carole.*) meminimus,illius diei, quâ tu Solis Prodromus, urbem circumibas, ut Solis æterni pompæ, viam ſterneres, ut ſolemnis feſti leges ipſe præſcriberes novus Imperator? Sic te totum impendis, dum agitur cauſa Dei, ô ſingulare; Milites, in veſtro Marte virtutis exemplum! ô Carolum ſibi ipſi diſſimilem! ô diſparem Cataphracto, Galeato, Bellanti, Fulguranti,Fuganti, Profliganti. Sed quo me ſtatim inconſultus ardor abripit? majorum ſunt hæc præludia, Ecce igitur, inſtructis ritè omnibus, ſolemnis

nis pompa modeſtè graditur. Omnia urbis compita, ſacris hymnis perſonant. Præit Deus, ſequitur Carolus, quo innixus ſolio? quo fultus adminiculo? pedum. Quo ſenſu? pietatis. Quo vultu? Reverentiæ. Diſſimulat Deum Deus, diſſimulat Carolus Principem; vim radiorum, quibus in æternæ gloriæ ſolio, circumquaque cingitur, hîc adſcitiâ nube infringit Deus; majeſtatem frontis modeſtiæ velo tegit Carolus. Eclipſim patitur Sol ille divinus, latent obſcuratæ ſnb umbris glorioſi Corporis dotes eximiæ, ſola fulget clementia: extinctas crederes ſecreto demiſſionis miraculo (*Caroli*) virtutes heroicas, bellicas, politicas, aut ſaltem ceſſiſſe locum Pietati, quæ ſola vices ſupplet aliarum, ardet ſola præ cæteris. Sic lucente Sole latent minora ſydera. Totus, ſi ſic loqui fas eſt, à ſe ipſo exulat Deus ut totus ſit hominis: totum ſe ſibi ſubtrahit Carolus, ut totus ſit Dei; expertem ſenſuum vitam hîc agit Deus: mortui in (*Carolo Caroli*) ſenſus, ſolo in Deo toti vivunt, clauſi rebus humanis oculi, aperti cæleſtibus, fidei face detegunt abſconditum Deum in tenebris, detecti conſpectu jucundiſſimo paſcuntur, ex conſpectu conceptas amoris flammas in cordis rogum transmittunt; cor focus ille domeſtici caloris igne ſacro ſuccenditur, ſuccenſum ardentiſſimas preces, occulti amoris interpretes, veluti tot favillas eructat, ac demum unitur unionis Sacramento. Aures quietæ, ſilente bellorum fragore, aulæ ſtrepitu, negotiorum tumultu, audiunt ex illo depreſſæ majeſtatis ſolio loquentem Deum, audiunt ex illo cæleſtis doctrinæ pulpito certam cæli viam docentem Magiſtrum ſapientiæ, hancque præ cæteris lectionem, ſupra omnes Principes eſt Deus, qui ut nobiles ſubditos haberet, fecit Principes. Non hic fulminum præeuntium fragore, non circumſtantium flammarum diluvio, non irâ, non terrore, non horrendo pœnarum comitatu vallatur Deus, quibus in

ſcelera ſeveriſſimus Judex aliquando deſæviet. Non hîc cernitur nobili illo furore metuendus (*Carolus.*] quo in hoſtes olim generoſus ultor excanduit; non illâ ferox caſide, cujus horrificò fulgore audaciſimorum oculos hebetavit; non illo timendus gladio, quo feriit, confodit, cecidit, amputavit, obtruncavit. Non illo ſublimis equo,quo,Sole vigilantior, huc& illuc vehebatur,cùm tota adhuc quieſceret natura,quo per confertos armatorum globos,perGermaniæ nives,per foſſarum voragines,per clauſa,per invia, fulminum more penetravit;non illâ caperatæ frontis torvâ majeſtate, non illâ ſupercilii nube minax , ex quâ tempeſtatem in hoſtium capita toties emiſit. Huncnè Deum exercituum crederes? Huncnè (*Carolum*) exercituum Ducem diceres?

ELOG. Prandimus, AA. cœnaturi apud hominem,qui fecit Cœnam magnam. Prandimus olim in magno illo Orbis ſuis adhuc in cunis ludentis cœnaculo: ad Prandium illud ſymbolo ſat caro ſolvimus. Tota Paradiſi facies menſa erat tot cibis inſtructa, quot fructibus abundans. Ab unico tantùm pomello,abjecto bellariorum genere abſtinendum erat; ſed cùm id ex arbore vitæ decerpitur, mors invenitur. In malo omne malum. Pranſum malè, cœnandum igitur benè. *Homo quidam fecit Cœnam magnam.* Cœnam,quàm adornavit Amor; Cœnam magnam, in quâ ipſa magnitudo DEUS, homo factus, ſe dat in cibum. Dixerat olim DEUS: Qui comederit ex iſto fructu,morte morietur. Dicit hodie: Qui manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. O Cœnam nunquam ſatis deprædicandam! Optarem mihi, fateor, ad Cœnæ hujus encomium pro dignitate concinnandum,ſingularem in conſcribendis cœnis & conviviis ſubtilitatem Platonis, perſpicacitatem Ariſtotelis, Xenophontis eloquentiam, Hieronymi claritatem, eruditionem Plutarchi, flores Athenæi; ſed uni-

unica hæc consolatio me sustentat, quod sciam, à Cœnâ utplurimum abesse fucos eloquentiæ; à conditis ferculis, sermones conditos; à lancibus fumantibus verborum fumos. Amor Pincerna nuditatem amat, vinum veritatem. Ut itaque veritatem vel ebrius eloquar, juxta illud: *Inebriamini Charissimi;* vel infantili dicacitate prodam; Si Cœnam hanc cum Augustino dixero Dulcem, cum Ambrosio Spiritualem, Cœlestem cum Cypriano, multum ad veritatem dixi, sed parum ad dignitatem: si eam Mysticam cum Theophilacto nuncupavero, si immortalem cum Paschasio, si inconsumptibilem cum Cæsario, nihil à vevitate, multum tamen ab excellentiâ ejus alienum dicam; sed si eandem cum ipsâ æternâ Veritate *Cœnam magnam* pronuntiavero, totum dixi. Non est, quod jam glorieris, vanæ mysta superbiæ, Artaxerxes, quòd Duces tuos epulo magnifico, ad dies 180. propagato, exceperis. Nec tu superbe Ariamnes, causam vanè exultandi habes, quod Galatis tuis epulas per anni spatium tradideris. Cœna magna nobis parata est. Cœna usque ad sæculi finem perennatura. Et tu Cleopatra, Ægypti quidem Regina, sed ancilla vanitatis, frustra tûam extollis prodigalitatem, ut quæ cœnâ unâ viginti milliones & quinquaginta millia, ad captandum Antonium Imperatorem Max. absumpisse te gloriaris. En Rex Regum, & Dominus Dominantium, quo nihil grandius Cœlum habet, ad servos ad amorem sui alliciendos, se se ipsum offert absumendum. Philosophabatur, vel si vultis fabulabatur Plato, discumbentibus Diis, ex Poro Consilii & Abundantiæ Deo, in hortulo floribus consito natum Amorem. Ego sine commento asserere audeo, Amorem divinum conceptum in virginis utero, natum in Præsepio, datum in Eucharistiæ Sacramento, inter purpureas Passionis Rosas educatum; at Crucis in arbore fuisse consummatum; imò quotidiè in incruen-

eruento Altaris Sacrificio qnodammodò readoleſcere. O Amorem ineffabilem! Dicitis, in *Amore* nihil eſſe *Moræ*, in jejunio fāmis diuturnæ nihil. Eſurite, ſitite: Si appetitus torquet, ſi ſitis urit; ecce Cœna parata eſt. Loquelâ quid promptius, verbis quid celerius? Loquimini, & Cœnabitis. Faceſſant hinc proinde obſonatorum Reſpublicæ, Coquorum exercitus, patellarum legiones, amphorarum cohortes, cyathorum manipuli, flammarum crepitus, ollarum mugitus, Ixioniarum rotarum ſtridores. Loquimini,& Cœnabitis. Dixit DEUS, & factus eſt Homo: Dixit Homo, & factus eſt DEUS. Litteris quaternis, uno videl. FIAT, creavit DEUS Cœlum & Terram: Verbis itidem quaternis, HOC EST CORPUS MEUM, ſub candidis orbiculi ſpeciebus, homo ſubſiſtere facit eum, per quem univerſus ſubſiſtit Orbis. Fit Cœna magna, dum parvus fit DEUS: niſi enim Infinitas ſe coarctaret in puncto; quà,quæſo, in animâ tantum reperiretur caloris, qui DEO digerendo ſufficeret? Accedit, quòd hâc in Cœnâ Dii fiamus. Si enim ſimilis ſimilem generat, CHRISTUS quodammodò Chriſtos, DEUS generat Deos. O Conceptus, ô Partus inauditi! *Lactaberis*, inquit Iſaias, *mamillâ Regum*. Non Regum, ô Iſaia, ſed DEI mamillâ hâc in Cœnâ lactamur. Nè verò id è proprio,ut dicitur, digito ſugere me putetis, in medium adduco D. Dionyſium Areopagitam, cæleſtem illum humano in corpore Seraphinum, & Divinæ Mentis Interpretem clariſſimum, qui hanc Cœnam, *Cœnam Deificantem*, eandemque divinam efficere ſimilitudinem morum docet, &c.

SENTENTIÆ. Heu humanam cœcitatem! Aurum cernimus, & capimur: latentes EUCHARISTIÆ theſauros,quia non conſideramus, ſpernimus. Arenularum pauxillulum eſt omne aurum, ſi huic gemmæ conferatur; pretium illius nemo ſatis æſtimaverit.

Digitized by Google

rit, EUCHARISTIA peccata leviora delet, graviora cavet, impetus animi vitiosos enervat, intelligentiam illustrat, voluntatem incitat, conscientiam exhilarat, contra Cacodæmoem armat; in adversis nè deficiamus, roborat; in prosperis nè cadamus, adjuvat; in meliore tramite ut progrediamur, confirmat. EUCHARISTIA dat pignus futuræ gloriæ, & cum eo simul mortis contemptum, cœli desiderium, affectuum moderationem, vitiorum horrorem, virtutum amorem, suiipsius victoriam, in rectè cœptis perseverantiam. (*Drexel.*) EUCHARISTIA est Pharmacum immortalitatis, & Æternitatis Viaticum. (*Cyrillus*) Semen Æternitatis, (*Bern.*) Memoria mirabilium suorum. (*Ps. 110.*) ô Sacramentum pietatis! ô signum unitatis! ô vinculum charitatis! (*Aug.*] Caro Corpore & Sanguine CHRISTI vescitur: ut anima de DEO saginetur. (*Tertull.*) Cælestis cibus; immortalis alimonia; divina saturitas. (*Cypr.*) Quâ concorporei, & consanguinei CHRISTI efficimur. (*Cyrill. Jeros.*) Sacramentum DEI altissimi suscipiendum est, non discutiendum; venerandum, non dijudicandum; Fide sortitum, non innatum; traditione sancitum, non ratione adinventum. (*Bern.*) Meritò nostræ reconciliationis causâ hoc sacrificium constitutum est. [*Hieron.*) *Biberunt ex eo omnes.* Ebrietas felix! Satietas salutaris! quæ quantô copiosiùs Sumitur tantò sobrietatem sumentibus donare dignatur. & Judas bibit; sed non saturatur: nec sitim extinguit ignis æternus; quia indignè sitivit mysteria CHRISTI. (*Idem.*) Vide quid agas Sacerdos; nè febrienti manu CHRISTI Corpus attingas: priùs cureris, ut possis ministrare. (*Amb.*) Accipe quotidiè, quod quotidiè tibi prosit: sic vive, ut quotidiè merearis accipere. Qui non meretur quotidiè accipere, non meretur post annum accipere. (*Aug.*) Quantâ enim cordis contritione, & lachrymarum fonte, quantâ reverentiâ

& tremore, quantâ corporis caſtitate, atque animi puritate illud divinum & cæleſte myſterium eſt celebrandum, Domine DEUS, ubi Caro tua in veritate ſumitur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ſummis ima, humanis divina junguntur! Ubi adeſt ſanctorum præſentia Angelorum, ubi tu es ſacerdos & ſacrificium mirabiliter & ineffabiliter! Quis dignè hoc celebrare myſterium poteſt, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum; (*Ambr.*) Si tantum valuit ſermo Eliæ, ut ignem de cœlo deponeret, non valebit ſermo Chriſti, ut ſpecies elementorum mutetur? de totius mùndi operibus legiſti: quia ipſe dixit: & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat: non poteſt eâ quæ ſunt, mutare in illud, quod non ſunt? Non enim minus eſt novas rebus dare formas, quàm mutare naturas. (*Idem.*) Qui cæleſti pane ſic vivunt, ut Cœleſtes fiant, ità fiunt, in ſuis corporibus, ſicut Cœlites in aſſumptis. (*Haine.*] Certius eſt per fidem veniſſe Chriſtum ad altare, quàm ſi viſu tuo illum intuereris. [*Nier.*) Utinam ante hoc Sacramentum ſuscipiendum præceſſiſſet Purgatorium: Sed quia non antecedit, oportet me diligentiſſimè deſpicere, præparare & mundare omni culpâ leviſſimâ, & amore ardenti ſupplere, quoad poſſim, Purgatorii ignis. [*Idem.*) Spe oppidari prandii, ut melius fruatur, jejunat interim Conviva. Jus eſt, ut ſpe Divinæ Cœnæ ſaltem abſtineamus. (*Idem.*) DEUS ad homines venit, & quod propius eſt, in homines venit. (*Sen.*)

EXAMINARE. Erforſchen. *Examiner.*

SYN. Perpendere, expendere, ponderare; excutere, diſcutere, exquirere. ADV. Diligenter *verborum pondera.* (*Cic.*) Penſiculatius. PHR. Aliquid ad calculos revocare; Suis ponderibus examinare.

Digitized by Google

nare. Aliquam rem momento ſuo ponderare. Ad veritatem revocare. Ad diſciplinæ præcepta perpendere. Probationes excutere. Ad ea probanda, quæ non Aurificis ſtatere, ſed quâdam populari trutinâ examinantur. Judex non ſolùm quid poſſit, ſed etiam quid deceat, ponderare debet. Tamen nos ſtudia noſtra naturæ regulâ metiamur. Contemplari & perquirere res occultas. Ad facinoris diſquiſitionem intereſt adeſſe quamplurimos. Rationes acri magnoque judicio ab origine cauſisque primis repetit, diſcernit, expendit. Meum unumquodque dicti acriter examinatis ſedulò perpenſiculatis, & ad limam & lineam certam redigitis. Circumſpectis rebus omnibus, rationibusque ſubductis. Inſpicere opinionis mentem, & hoc dicitur quale ſit: ſubmodisque omnibus contentionum ſtudiis, quibus obſcurari & contegi contemplatio rerum ſolet, an ſit iſtud, quod dicitur, verum, momentorum parium examinationem pendere. Ut examine ſcrupuloſo noſtram ſententiam, non eloquentiæ tumore, ſed rerum ipſarum ſoliditate libremus. * **Einen Schüler examiniren.** *Examiner un Ecolier.* Litterarii Tironis doctrinam experiri, periclitari, tentare, probare. Ipſius eruditionis periculum facere. * **Eine Frag examiniren.** *Examiner un queſtion.* Quæſtionem excutere, enucleare, explicare, expendere. Singulas quæſtionis partes accuratè ſcrutari, diligenter excutere, ſolicitè examinare. Ingula quæque membrá inquirere ſubtiliſſimè, diſſereroque diſtinctiſſimè ac enucleatiſſimè.

EXAMINARE CONSCIENTIAM. **Das Gewiſſen erforſchen.** *Examiner la conſcience.* Conſcientiam excutere, explorare. In ſeìpſum inquirere, *vel*, deſcendere. Pectus diſcutere. Suæ vitæ rationem ab ſe repetere, *vel*, repoſcere, *vel*, exigere. In ſua dicta, facta & cogitata inquirere. Scrutari conſcientiæ latebras. Quotidianâ inquiſitione intimos animi re-

receſſus inſpicere. Quotidiano examine ſuæ conſcientiæ judicium inſtituere. Selpſum ad conſcientiæ tribunal citare. Quæcunque acta ſunt per diem, ea ſecum recolere, retractare, recogitare, commemorare, reputare, cum animo ſuo repetere. Suam ſuper diei actis conſcientiam audire. De moribus ſuis cognoſcere.

SENTENTIÆ. Integritatis tuæ curioſus explorator ſis, & vitam tuam in quotidianâ discuſſione examina. [*Bern.*] In te nihil remaneat indisciplinatum: ſtatue te ante te, & ſic temetipsum plange. (*Idem.*) Fortaſſe vitium, de quo quereris, ſi te diligenter excuſſeris, in ſinu invenies, [*Sen.*] Ideò quantum potes, te ipſe coargue, inquire in te: accuſatoris primùm partibus fungere, deinde judicis; noviſſimè deprecatoris. (*Idem.*) Faciebat hoc Sextius, ut conſummato die. cùm ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuùm: Quod hodiè malum tuum ſanâſti? Cui vitio obſtitiſti? Quâ parte melior es? Deſinet ita, & erit moderatior, qui ſciet, ſibi quotidiè ad judicem eſſe veniendum. Quid ergò pulchrius hâc conſuetudine excutiendi totum diem? [*Idem.*] Securus vitæ, & militiæ vetus, nunquam refugit examen Superiorum. (*Sym.*] Oportet nos vitæ noſtræ expenſores eſſe. (*Chriſoſt.*)

EXCITARE. Antreiben. *Inciter.*

SYN. Adhortari, invitare, inflammare, incitare, allicere, commovere, concitare, ſtimulare, elicere, cohortari, inflammare, incendere, confirmare, erigere; ſublevare. conſolari, exſtimulare, provocare, concitare. ADV. Coram *ſuſpicionem*, omninò *plauſus*, ſenſim *voces*, valdè vehementiùs, (*Ex Cic.*] PHR. Alicui ſtimulos admovere. Ad ſtudium & laborem incitandos juvenes puto. In excitando & acuendo plurimum valet, ſi laudes, quem cohortere. Præclarè ſe

res

Digitized by Google

habeat, ſi hâc accendi aut commoveri arte poſſint. Domeſticâ etiam gloriâ accenſus ad prælium. Alteri calcaria adhibere, alteri frœnos. Stimulos admovent, ignes adhibent. Nunc inſidet quædam in optimo quoque Virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. Animos eorum nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe præmiorum accendit. Audita quoque gloria animum ſtimulabat. His rebus adducti, & authoritate illius permoti. Lentulus æris alieni magnitudine & ſpe exercitûs movetur. Ad illa arma fato neſcio quo ſumus compulſi. Graviſſimè autem in hanc mentem me impulit Pompeii fides. Urgente Lælio. Omnes incenduntur ad ſtudia gloriæ. Genus belli eſt hujusmodi, quod maximè noſtros animos excitare atque inflammare debet. Quæ cura exuſcitat etiam animos. Si eos vehementer inſtigare velimus. Hinc ſpes, hinc deſperatio animos irritat. Vultus hujus te, oculique perpulerunt. Num expectas, dum te ſtimulis fodiam? Sed quæ provincia eſt, ex quâ illa fax excitare non poſſit incendium? Quàm multorum. &c. ſcribendi ſtudia commoverim, &c. Cùm homini quaſi quasdam verborum faces admoviſſet. Adcupiditatem diſcendi excire. Subdere ignem ac materiam ſeditioni. Decii eventus ingens hortamen ad omnia pro Republ. audenda. Ut ardorem eum, qui reſederat, excitaret rurſus innovaretque. Irritatio animorum ea prima fuit. Quibuscunque irritamentis poterat, iras militum acuebat. Ea res ipſa militi ad perſequendum hoſtem animum intendit. Non alius majorem flagrantioremque, quàm [*C. Curio.*) ſubjecit facem. Exſtimnlator acerrimus. Acerrimus belli concitator, *vel*, inſtinctor. Bravis ſermonibus tumidos ſpiritus perſtimulare. Ad rabiem aliquem evibrare. Ut excitarentur, atque evibrarentur animi. Laceſſitus jactatusque fuerat dictis petulantibus. Iſto defenſionis genere irritati-

or. Faces ſubdere. Aculeos ſubdiderunt exempla nobilia. Proritat illos alicujus rei ſpecies.

EXCOMMUNICARE. In den geiſtlichen Bann thun. *Excommunier.*

PHR. Alicui divinis, civilique congreſſu interdicere. Aliquem gravioris interdictionis fulmine ferire, percellere, multare, icere, percutere. Aliquem execratione devincire. Aliquem diro programmate configere. Aliquem ſacris, *vel*, ſacrorum uſu, & Chriſtianorum conventu arcere, excludere, , extrudere, exturbare. In aliquem acerbioris cenſuræ fulmen intentare. Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Anathemate perculſi. Quibus ità interdictum eſt ſacrificiis, in numero impiorum ac ſceleratorum habentur: iis omnes decedunt, aditumque ſermonemque fugiunt. (*Cæſ.*) Excommunicatio. Dirarum obnuntiatio. Eccleſiæ Cenſura, Divinis certisque aliis commodis interdicens. Sacramentorum, communium precum, civilisque congreſſûs interdictio. * Die Excommunication aufheben. *Lever l' excommunication.* Quempiam ad ſacrorum uſum, civilemque conventum admittere: *vel* ab Eccleſiæ cenſurâ, quâ Sacris interdicebatur abſolvere.

SENTENTIÆ. Omnis Chriſtianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur Sathanæ, traditur. (*Vinc. Fer.*) Si fieri poſſit, ut ii, qui tot tamque gravibus flagitiis deprehenſi ſunt, meliore mente receptâ, eò, unde exciderunt, redeant, hoc quidem meliùs fuerit. Sin minus, eos, tanquam incurabilia membra ad vitales partes graſſantia, exſcinde. (*Iſid. Pel.*) His, quibus prodeſſe non potuerit correctio, non parcat abſciſſio. (*Leo.*) Timeat, quisquis tremendi Anathematis elogium parvipendit; nè dum

quaſi

quasi securus ambulat, latentis eum judicii laqueus comprehendat. (*Petr. Dam.*] Excommunicatio gravissima pœna est. (*Thom. Aq.*)

SIMILITUD. Quomodò in uno grege, in quo multæ quidem oves sunt sanæ aliæ autem plenæ sunt scabie, necesse est eas quoque arceri à sanis: Ità etiam in Ecclesiâ, quoniam aliæ quidem oves sunt sanæ, aliæ malè affectæ, per hanc vocem: *Sancta Sanctis*, has arcet ab illis, in omnem partem obiens. (*Chrysost.*)

EXCUSARE. **Entschuldigen.** *Excuser.*

PHR. Se, *vel*, suam culpam apud aliquem, vel alicui excusare, purgare, expurgare. Apud, *vel*, adversùs aliquem uti, excusatione. expurgatione. Alicui excusationem afferre. Morbi excusatione uti, se tegere, se tueri, se defendere, **Einen entschuldigen.** *Excuser quelqu'un.* Alicui veniam excusationis dare. Aliquem culpâ liberare, extra culpam ponere; à culpâ eximere, *vel*, removere, *vel*, purgare. * **Ich entschuldige dich.** *Je vous excuse.* Accipio excusationem tuam. Te excusatum habeo. Mihi abundè purgatus es. Excusatione dignus es: Valet apud me tua excusatio. * **Sich wegen seiner Kranckheit entschuldigen.** *S'excuser sur sa maladie.* Morbum, *vel* valetudinem excusare, causari, afferre. Morbi excusationem afferre. Morbi excusatione uti, se tegere, se tueri, se defendere. * Non debes ejus vitia defendere, excusatione adolescentiæ. * **Seine Entschuldigung ist sehr gut.** *Je trouve son excuse recevable.* Idoneam, *vel*, legitimam excusationem habet. Justam excusationem mihi dat. Ejus excusatio apud me valet. Accipienda est ejus excusatio. Utitur excusatione justâ & legitimâ, idoneâ & probabili. * Futilis, levis, inepta, nulla excusatio tua est. Illum defendit necessitatis excusatio. Excusationem tenere, fingere, comminisci, fabricare, ducere. Solet, cùm se purgat,

in me congerere culpam. Er hic à culpâ remotus eſt. Expurgare, dimovere ſuſpicionem. Dimovere intentionem facti in alium. Ego autem præteriti temporis excuſationemaffero. Ego illos culpâ libero. Te hoc crimine expedi. Levant quidam Regis facinus. Ingenia humana ſunt ad ſuam cuique levandam culpam nimio plus facunda. Peccatum ſuum peccatis alienis exemptum purgatumque ibat. Infamatæ civitati quæro velamentum. Colorem inſulſum inducere. Liberalitatem debiti nomine colorando. Hoc non facilè eſt expurgatu.

SENTENTIÆ. Nulla eſt peccati excuſatio, ſi amici causâ peccaveris. [*Aug.*] Multidudo ſociorum impunitatem non facit criminum. [*Hier.*] Uſitatum generis humani vitium eſt, libendo peccatum committere, & commiſſum negando obſcondere, & convictum defendendo excuſare. [*Greg.*] Peccatum peccato addit, qui culpæ, quam fecit, patrocinâ defenſionis adjungit. [*Idem.*] Excuſatio perfecta teſtimonium conſcientiæ ſuæ. [*Bern.*] Noli judicare proximum, ſed magis excuſa: excuſa intentionem ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. (*Idem.*) Hoc enim maximum vitium eſt, quo laborat humanitas, ut poſt peccatum ſuum, maximè ad excuſationis refugium, quaſi pœnitudinis ſe confeſſionem proſternat. Quod facinus inter ſumma peccata conſtat numeratum eſſe; quia inde naſcitur, unde ad pœnitentiam reus tardiùs venire viderut. [*Caſſiod.*] Infelix culpa eſt, in quâ locum qualiscunque non invenit excuſatio. (Zeno.]

EXEMPLUM.

SYN. Exemplar, archetypum, *vel*, prototypon. ADJU. Acerbum atque intolerandum, facile & pervulgatum, laudabile & præſtans, novum peſſimumque, pernitioſum, perſpicuum, præclariſſimum.

PHRA-

Digitized by Google

PHRASES. **Er iſt ein exemplariſcher Mann.** *C'eſt un homme exemplaire.* Vir eximiæ virtutis eſt, ſingularis exempli. Homo eſt, unde virtutum omnium exempla petas, *vel*, peti poſſint. Species quædam eſt expreſſa modeſtiæ. *Eſt* exemplum vel exemplar modeſtiæ. * **Er hat ihn abgeſtrafft andern zum Exempel.** *Il l'a chatié, pour ſervir d'exemple.* Supplicium de illo ſumpſit, ad ſtatuendum exemplum; Statuendi documenti gratiâ; Edendi exempli causâ; Terroris in poſterum incutiendi nomine; Ad edendum documentum; Ut pœnæ ſtatuatur exemplum ſingulare; Ut ſupplicii edatur illuſtre documentum. * **Du lügeſt nach dem Exempel deines Bruders.** *Vous mentez à l'exemple de vôtre frere.* Authoritate & exemplo fratris tui, dicis mendacium. Mentiendi exemplum, ex fratre petis, à fratre ſumis. Illum tibi propoſuiſti in exemplum, ad mentiendum: Illius exemplum, mentiendo ſequeris: Documentum ex illo ſumis *vel*, capis. * **Mit dem Exempel vorgehen** *Donner exemple.* Alicui præire, *vel*, prælucere exemplo facem præferre. Vitam ſuam exponere, ad imitandum juventuti. Documen mortalibus acre. Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. Novum inde inauditumque rebus humanis aperitur exemplum. Solum illud affulſiſſe verum puditiæ amorisque exemplum. Aliis diſciplinæ eſſe; in exemplum ire. Habere aliquem ſibi documento.

AMPLIFIC. Ut vetera exempla, quorum eſt copia digna hujus imperii gloria relinquam. Hæc ampla ſunt, hæc divina, hæc immortalia: hæc famâ celebrantur, monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. * Exempla ex vetere memoriâ & monumentis ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis. Hæc plurimum authoritatis habent ad probandum, & jucunditatis ad audiendum. * Hanc verò non

tam armis expreſſit, quàm vita; non tam imperio, quàm exemplo. Quo impellere volebat ſuos, ipſe præivit. Ut ſuos omnes cenſeret Themiſtocles, unus fuit omnibus Miltiades. Nemo non effunditur in agrorum culturam, ubi Rex Tumquin aratro terram proſulcat. Nemo extrà Tyri foſſas otiatur, ubi Alexander Macedo iis implendis faſces adportat. Nemo inglorium æſtimat, arenam ædificio ſuggerere; ubi Conſtantinus Imperator duodecim terræ cophinos & ſaxa ſuppeditat. Id omnes agunt non inviti, quod agendum vita Principis oſtendit. Nemo legum virginitatem violat; cùm Reges eam exemplo propugnant. Vivo *Leopoldo* vixit in Auſtria Pietas, Caſtimonia, Sanctitas; quia ipſe, ut vixit, ita dictus eſt *Pius, Sanctus, Caſtus, Leopoldus*. Amabilis cæteroquin omnium Pater, exemplo omnibus intulit violentiam. Violentiſſimum enim jubendi genus eſt, exemplo imperare. * Hoc habet feliciſſimum excelſa conditio Principum, quòd eorum acta agendorum ſint regulæ? & quà procedant, poſt ſe longum ſemper comitatum trahant. * Exemplorum ratio licèt minus habeat ingenii & jucunditatis, quàm Parabolarum, deliciæ tamen, ſi rectè fiat, grandis eſt, & ad perſuadendum efficax: cùm præſertim omnes faciliùs ducamur exemplis; quàm verbis, quibus ad incitamenta virtutis adduntur ſtimuli non mediocres. * Cavendum eſt, ne admirandæ virtutis mali pictores exiſtimemur, aut ut rectis loquar, pictorum non fortaſſe malorum, multorum quidem certè malum exemplar: aut à paræmiâ non longè recedamus, aliis mederi tentantes, cùm ipſi ulceribus ſcateamus. (*Greg. Naz.*) Quemadmodùm enim, ſi qui laborant oculis ſpongias ac veſtium, cygneo colore pannos tenentes, frequenter in ea intueantur; ex eo colore nonnullum capiunt morbi levamen: ſic qui hominis clementiſſimi & humaniſſimi imaginem præ oculis habeas, & in

hâc

hâc assiduè oculos defigas, etiamsi millies abundet ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequaris sanitatem, puramque animi Philosophiam ac tranquillitatem. * Taceo Orbe prope toto sæculi nostri posteritati in documentum, præsentibus in terrorem, funesta exempla. * Nihil ad persuadendum potentius Rectoris exemplo. Plus enim valet muta in Rege exemplorum locutio, quàm doctæ plurimorum rationes. Nihil enim in quamcunque partem validius est Regum exemplis, quorum mores vim propè legum in populo obtinent. * Facta dictis potentiora sunt, & facilius eunt in exemplum, in imitationem, influunt potentiùs, hauriuntur altius, inhærent tenaciùs, & calcar quoddam addunt etiam reluctanti. Verecundiam sanè incutiunt, & ruborem, & vel hoc solo frequenter nomine, trahunt in sequelam. Pudet nimirum non subsequi præeuntem, tantumque exempla valent, ut corporis etiam & linguæ vitia in Magistro imitentur discipuli. * Sanctitatis institutio civitatibus tradita, propagata ad Posteros exempla probitatis, simulacra virtutum, ornamenta morum, auctoramenta cœlestium, invitamenta laudum, decreta sanctissimæ disciplinæ.

SENTENTIÆ. Aliqui in portu naufragium fecêre, ad salutem plurimorum, ad disciplinam timoris, ad eruditionem humilitatis, ad manifestationem supremæ DEI dominationis. (*Nier.*) Multum profectò confert ad irritamenta virtutis Magistrum luctantem indesinenter aspicere, nec cedentem. (*Chrysost.*) Citò sedet animis, quod docetur exemplis. (*S Valerian.*) Compendiosum felicitatis genus, alterius periculo discere, quod debeas devitare. (*Zeno.*) Ad rationem vitæ exemplis erudimur. (*Plin. jun.*) In exemplum facillimè vitia proficiunt. (*Quintil.*) Quò ad altiorem quisque honorum gradum extenditur, magis

gis in exemplum ſpectantibus patet. (*Idem.*) Hæc conditio ſuperiorum eſt, ut quidquid faciunt, præcipere videantur: & pernicioſiſſimus eſt malæ rei maximus quisque auctor. (*Idem.*) Emendatiſſimi homines, ſicut derogari virtutibus ſuis æſtimant, aliquos in diligentiæ teſtimonio prævios extitiſſe: ità ignominiam reputant, negligere exempla. (*Ennod.*) Validiora ſunt exempla, quàm verba: & pleniùs opere docetur, quàm voce. (*S. Leo.*)

EXORCISMUS. **Beſchwehrung.** *Exorcisme.*

PHR. Solemne carmen Exorciſtæ. Dirum carmen imprecationum in dæmonem. **Den Teuffel beſchwören.** *Exorciſer le démon.* Dæmonem ſacro exorciſmo percellere; Sacris imprecationibus multare. Dæmonis divina imperia ex ritu inhibere: deteſtationes ex ſolenni formula infligere; dirarum imprecationum fulmina intentare, horrendum carmen deteſtationum occentare. Dæmonem adjuratione divini Nominis expellere ac fugare. V. DÆMONIACUS.

EXPECTARE. **Warten.** *Attendre.*

SYN. Præſtolari, operiri, ſperare. ADV. Acriter, acerrimè *adventum*, amanter, ampliùs, ſummè, puſillum, avidè, commodiſſimè, avidè *litteras*, jamdiu, maximè *litteras*, meliùs, paulò, minùs, mirificè *litteras*, omninò, jamdiu, privatim *adjumentum*, prorſus, nihil, publicè, ſummè, prorſus, quotidiè *tabellarios*, valdè, vehementer, valdè *litteras*, vehementer, quotidiè *tabellarios*, vehementer *litteras*. (*Ex Cic.*) PHR. Alicui, *vel*, aliquem præſtolari. Magnâ teneor expectatione. Suſpenſus & incertus obſcurâ ſpe, & cæcâ expectatione pendeo. Præſtò tibi ero ad januam. Eſt adventus Cæſaris in expectatione. Crebras expectationes nobis tui commoves. Quâ quidem expectatione torqueor, *vel* cru-

crucior, Angebar ſingularum horarum expectatione. Mane dum parumper; jamjam ad te exeo. Vide, nè ſis in expectatione; Summâ es in expectatione; Summa eſt tui expectatio; Expectatiſſimus advenies. * Man erwartet groſſe Ding von Dir. *On attend de grandes choſes de vous.* Expectantur à te, quæ à ſummâ virtute, ſummoque ingenio expectanda ſunt. Nihil vulgare, nihil anguſtum à te expectatur. Magnum quendam atque excellentem virum te ſperant futurum. Commoviſti magnam expectationem tui.

SENTENTIÆ. Dilatione expectatio nutritur. (*Sym.*) Expectatio publica impatiens eſt magni ſecreti. (*Tac.*) Quorum Expectatio timetur, horum præſentia dolet. [*Arrian.*]

EXPERIRI. Erfahren. *Eſſayer:*

SYN. Periclitari, tentare. aggredi, probare, agere. ADV. Maximè, pauliſper. (*Ex Cic.*) PHR. Alicujus rei periculum facere; experimentum capere. Rem in caſum dare, prælioque experiri. Aliquid experimento deprehendere. Omnia experiar, nihilque intentatum relinquam. Rem univerſam periclitabor, fortunæque arbitrio committam. Editionis ancipitem eventum, ut cunque cadet, experiar. Fortunam experiar; eventumque negotii fortunæ committam. Extrema experiri parabo. Omnia experiar & ut ſpero aſſequar. Par eſt, omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnoperè expectandas concupiverunt. Experiar, & tentabo omnia. Omnem aleam jaciam. Vela ventis permittam. Fluctibus dabo ratem. Illi jam ante experimentis cognitum erat. Nimium ſæpe expertum habemus. Docuit jam nos longa vita, uſuſque rerum maximarum, ut, &c. Quod uſus reapſe experiundo edocet. Aliquo imbutus uſu. Ætate & uſu doctus. Non promptus ingenio tantùm

ſed

ſed uſu etiam exercitatus. Uſu hoc cognitum eſt. * Quæſita uſu ſcientia. Id uſu compertum habeo. Id me docuit experientia. Id cognovi experientiâ magiſtrâ. ad id percipiendum viam mihi uſus aperuit. Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod expediat. Qui multa uſu cognovit, tractandoque cognovit. Magno rerum uſu & exercitatione præditus. Multis experimentis eruditus. * Ich will dieſe Artzeney probiren. *Je veux fáire l'experience de cette drogrue.* Volo pharmaci hujus vires periclitari.

SENTENT. Experientia, quæ obſervantiſſima temporis Domina, eſt & certiſſima fatuorum magiſtrâ. (*Steinb.*) Multa experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videantur. [*Tac.*] Experientia eſt omnibus fidelior ad cognitionem. (*Chryſoſt.*) Quidquid earum rerum, quæ rerum cognitione digna ſunt, certò noſſe voles, ad id experientiam & doctrinam adhibeto. Nam ut doctrina viam tibi oſtendet, ſic rerum gerendarum exercitatione id conſequeris, ut res dextrè adminiſtres. (*Iſoc.*) In ipſis negotiis experientia quavis inſtitutione Sophiſtarum melior eſt (*Stob.*)

EXPELLERE. Fortjagen. *Chaſſer.*

SYN. Quempiam aliquo loco, *vel*, ex aliquo loco pellere, diſpellere, depellere, ejicere, detrudere, extrudere, exigere, deturbare, exturbare, abigere, dimovere, amovere, exterminare. PHR. E civitate pellere. Urbe aliquem depellere. Hoſtem in ruinas muri, expellere. Quintus de agro communi à ſervis communibus vi detruditur. Extrudere & ejicere aliquem hoſpitio. Neque ſolùm ſpe, ſed certâ re etiam & poſſeſſione deturbatus eſt. E civitate civis exturbatur, innocens expellitur. Ut eum præcipitem exturbetis è civitate. Si ſaxis aliquem de fundo præcipitem egeris. Projicitur Tullius in exilium

Eji-

Ejicere oppido. Homo quatietur certè cùm dono foras. Exactis Regibus Consules constituti sunt. Ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Romulus Patruum Amulium ab arce deturbat, Avum reponit. Præceps è provinciâ exturbatus est. Vis loco sæpè & certo de statu demovet. Funditus ejicitur. Unde tu nos turpissimè eructando ejicisti. Dimoveri & depelli de loco. Exturbari fortunis omnibus. E fundo dejectus. De honore dejici. Periculum audaciâ discussit. De suâ perturbavit domo. Foras extrudit. Hanc exturbes ex animo ægritudinem.

EXPLICARE. **Außlegen.** *Expllquer.*

SYN. Exponere, dilatare, in medio ponere, enodare, evolvere, aperire, enucleare, interpretari, dicere, recitare, extricare, absolvere, expedire, indicare, demonstrare, expendere, ostendere, excutere, excitare, producere, decernere. ADV. Accuratiùs, accuratè, commodiùs, eleganter, accuratiùs *locum*, dilucidè *narrationes*, acutè, diligentissimè, præclarè, apertissimè, planissimè *injurias*, brevi, breviter, subtiliùs, copiosè, expeditè, facetè, graviter, ridiculè, variè, diligentissimè *causam*, diligenter *vim*, levissimè singulatim *de unâquâque re*, dilucidè, enodatiùs, facilè, facilius, *quæ velis*, uberiùs, valdè, Latinè, magnificè, ornatiùs, similiter, planè *causam*, planiùs, verè *causam*. [*Ex Cic.*] PHR. Verbis rem amplecti, complecti, consequi, exequi; Aliquid enodatum diligenter exponere. Rem apertissimè explicare; planissimè explanare. Cogitata verbis exequi. Explicare mentem suam. Rem obscuram explanare, interpretando. Aliquid definire cùm explanatiùs, tum uberiùs. Explicator illustris & perpolitus. Suam de quâque re explicat mentem. Ich kan dir meine Gedancken mit keinen Worten außlegen. *Je ne puis vous exprimer*

mes

mes penſées. Nequeo animi mei ſenſa eloqui; *vel*, Animi mei ſenſus, verbis explicare. Non poſſum mentis cogitata, *vel*, cogitationes verbis exprimere, ſermone depromere, oratione exequi, enunciare, explanare. Exprimendis animi ſenſibus impar oratio eſt, oratio non ſufficit, verba deſunt, verba non ſuppetunt. Mentem meam oratio non aſſequitur. Exprimere ſatis non poteſt. Quod ſentio, eloqui nequeo.

EXUL. Vertriebener. *Exilé.*

SYN. Profugus, extorris. PHR. E patrio ſolo exactus, extorris. In exilium pulſus ejectus, projectus adactus. Exilio mulctatus. In ultimas exportatus terras. Actus in exilium; quam tamen fortunam tulit conſtantiſſimè. Exilio affectus. Qui exilii causâ ſolum vertit. E patriis laribus expulſus. Quem intimulatum quorundam aſtu projecit extorrem, ſæviens invidia. Qui ipsâ malorum conſuetudine robuſtus, per varias gentes, fluviorumque diſcrimina, inſtar Æneæ aut Ulyſſis diu exilium meum circumtulit.

AMPLIFIC. Grave eſt illis pelli: quid, totâ patriâ? quid, templis arisque? Diſtrahebantur ecce aliquot millia hominum; liberi à parentibus, domini à familiaribus, uxores à viris; & in varias terras, uti cuique ſors ſua fuit, ſpargebantur: alii in ſitientes Afros, ut Poëta hâc in re ait: *Pars Scythiam, aut toto diviſos Orbe Brittanos.*

SENTENT. Omnes exules, etſi corporibus ablegantur, animis non eliminantur; etſi carne captivi ſunt, cordibus tamen, ſi volunt, liberi perſeverant. (*Salvian.*) Ito in exilium, Quò? Poteſtnè quisquam exulare extra mundum? Non poteſt. Quocunque abiero, ibi erit Sol, ibi erit Luna, ibi ſtellæ, omnia, auguria, colloquia cum DEO. [*Arr.*]

FA-

F

FABULA. Gedicht. *Fable.*

SYN. Fabella, apologus, commentum. ADJUNCTA: Sybaritica, Felix, Cypria, Æsopica, moralis, delectans, amœnior, aptissima, anilis, vulgaris, ingeniosa, solers; Plurimæ, sed sibi accommodatissimæ. PHR. Res commentitia. Sermo fallus veritatem effingens: Plurimum venustatis habens: auditu & cognitione dignus. Fabula nimiùm insolens: Non satis digna, quæ iterum legatur. Ingeniosissimum Poëtæ ad Principis institutionem excogitatum commentum. Historia fabularis. Fabellæ & Æsopei logi. Omnis Græciæ fabulositas ex hoc primùm sinu effulsit. Æsopus ille è Phrygiâ fabulator, festivos delectabilesque apologos est commentus. Falsa quidem & fabulosa narratio: at sub fabuloso & commentitio verborum cortice veritas semper aliqua latet, & utilis sensus. * Sybaritæ effœminati ac molles, fabulosis parumque pudicis sermonibus oblectabantur. * Cilices Asiæ populi, ob corruptos mores, fabularum vanitate pascebantur, anilibusque commentis. * Apud Cyprios Fabulatores magno in loco erant, & magnus fabularum usus. * Quis quæso nescit, Æsopum omnium ingeniosissimè scripsisse fabulas? easque teri solitas omnium manibus, sic ut habeatur ille omnium ignarissimus, qui eas non didicisset. *Fabula à viris priscis ac sapientissimis non sinè causâ fuit conficta, neque temerè tot jam sæculis magno mortalium consensu celebrata. *In puerorũ consessu de poëticis figmentis ad animos

hilarandos compositis commemorare: & molli, & ad inanem oblectationem composito sermonis genere differere identidemque velut è quibusdam arculis accommodata colorandæ orationi pigmenta depromere

AMPLIFIC. Ducere animos iolent, præcipuè rusticorum & imperitorum, qui & simplicius, quæ ficta sunt, audiunt, & capti voluptate, facilè iis, quibus delectantur, consentiunt. * Quid hac simplicitate candidius, aut festivitate amœnius. * Fabulæ ipsæ ex Poëtis abOratoribus assumuntur nonnunquam,& variis sensibus accommodatæ, multum affundunt suavitatis. Quanquam in profanis oratoribus hæc liberius, in sacris nunquam, in gravioribus concionibus rarò admisceri velim. * Plus habent festivitatis, & graviores etiam personas apud populum orantes magis decent fabulæ, quæ vocantur Æsopicæ. * Propagata ad Posteros exempla propitatis, simulachra virtutum,ornamenta morum,auctoramenta cœlestium, inviramenta laudum,decreta sanctissimæ disciplinæ.

SENTENTIÆ. Fabula puerorum studium atque disciplina est. [*Sinesius.*) Fabula etsi vim veritatis non habeat, tamen rationem habet; ut juxta eam *veritas* manifestari possit. (*August.*) Non decet pios hujusmodi fictis ut otiosis narratiunculis uti, ad otiosorum hominum voluptatem eblandiendam, è quibus magna sciret oriri incommoda, moderati animi concentum harmoniamque solvi, dissipari pulchras & honestas cogitationes, devotionem langueſcere.Idcircò Cassianus non dubitavit dicere, malum Dæmonem esse otiosarum fabularum autorem. (*Cresoll.*) Fabulæ à fando dictæ; quia non sunt res factæ, sed tantummodô loquendo dictæ: quæ ideò sunt inductæ, ut ficto animalium mutorum inter se colloquio, imago quædam vitæ hominum nascerętur. (*Isidor.*)

SI-

SIMILITUD. Ut Apis ex amariſſimis floribus & aſperrimis ſpinis mel ſuaviſſimum ac leniſſimum colligit: Sic ex turpibus & ſceleratis fabulis utcunque decerpi poteſt aliquid utilitatis. [*Plut.*] Quemadmodùm Iris nihil aliud eſt, quàm relucentia Solis refracti in nubibus: ità fabula quædam eſt veri repræſentatio. (*Idem.*) * Quemadmodùm nulla pictura eſt, quæ aliquid repræſentet: ita nulla fabula eſſe poteſt, modò ſcitè & ex arte facta ſit, quæ cujuspiam non ſit imago veritatis. (*Anonymus.*) Ut in vite ſub foliorum palmitumque umbris pulcherrimæ ſæpè uvæ occultantur: Sic ſub fabularum delectamentis, &, ut ſic dicam, pampinis, reperiuntur crebrò purpurei rerum fructus. (*Lipſ.*)

FACIES. **Angeſicht.** *Viſage.*

SYN. Vultus, frons, os. ADJU. Pulchra, modeſta, ruborisque plena. Nitens, decora, honeſta, ſerena, inſignis, verecunda, benigna, ingenua, roſea, veneranda, ſubridens, ſevera, minax, contracta, obliqua, torva, formidabilis, ſordida, fæda, rugoſa. PHR. Facies ſedes pudoris; Animi Regia; Serenitatis domicilium. Animi imago, Animi janua. * **Er macht mir ein ſauer Geſicht.** *Il me fait mauvais viſagez.* Me torvis intuetur oculis. Truci me vultu aſpicit. Vultu auſteriore, fronte ſeveriore me contuetur. * **Er hat mir ein freundlich Geſicht gemacht.** *Il m'a fait bon viſage.* Me placidâ hilarique fronte accepit. Me hilaro vultu, lætâ fronte excepit. Faciem mihi ridentem, amœnam, hilarem, blandam exhibuit. * **Falſches Angeſicht.** *Viſage diſſimulè.* Simulata frons. Simulationis larvâ obvelatum os. Fictus ſimulatusque vultus. * **Ich ſpüre auß ſeinem Angeſicht/ daß er auff mich einigen Unwillen geworffen.** *Je connois à ſon viſage, qu'il me veut mal.* Ex oculis & fronte conjicio, malè animatum

tum in me esse. Vultus indicat mores. (*Cic.*) Orie & vultûs serenitas Stoici hominis nunquam ullâ; potuit ægritudine obnubilari. Facies est forma omnis & modus, & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta, ut ab aspectu species, & à fingendo figura. Terribile vultus pondus. Vultuosam frontem rugis insurgentibus asseverabat, severitudine caperabat. Intrepidum mentita vultum, Serenâ fronte & propitiatâ facie commulcens puerum. Aliquem inimico vultu intueri.

AMPLIFIC. Facies, quæ in fronte, oculis, naso cernitur, suavitate coloris, dignitate oris commendatur, genas nativo colore perfusas leviter eminentes habes, vultu reconditos animi sensus prodens. Etenim pro variis affectibus vultum mutare solet homo, qui imago animi est, & tacitus mentis sermo, ut indices oculi. Ità videre est vultum familiarem, severum, & tristem, hilarem atque lætum, eundem sæpè & fictum, & simulatum. Quamobrem videre vultum hominis cupimus, & ut aliquis, absentis vultus omnes exprimat, & in illis, ex quorum voluntate pendeamus, diligenter eos perspicimus, ut animum intelligamus. licet animus vultu, qui mentitur sæpe, sicut flagitia parietibus, tegatur. Sic fuerunt quondam qui vultum importunum in forum detulerunt. In Socrate fuit semper idemvultûs quod mentis; quâ is fingitur, nulla geret in eo mutatio.

SENTENTIÆ. Facies mulieris quasi venenosa est, inficiens corpus & animam. (*Hugo Card.*) Facies mulieris exornata quâvis procellâ pernicioſior est. (*Nillus.*) Facies intentionum omnium speculum est. (*Tertull.*] Vultus & frons est animi janua, quæ significat voluntatem abditam ac retrusam. (*Cic.*) Formosa facies, muta commendatio est. (*Sen.*] Decentior est facies, quâ in aliquis nævus est. (*Idem.*) Nos externam quidem speciem ac veluti picturam, parùm

ad

admodùm curamus; in interno autem homine multò plus operæ ſtudiique ponimus. (*Naz.*) Qui apud Indos ad examinandos juvenes eliguntur, multa ex eorum aſpectu conjiciunt; oculi namque mores hominum plerosque indicant; multa etiam in ſuperciliis genisque poſita ſunt, ex quibus *Sapientes* & naturæ periti homines, imagines velut in ſpeculo aſpicientes, quæ mens illis, quodque ſit ingenium contemplantur. (*Philoſtrat.*) Aſſuefac te, ut ſis vultu non torvo, ſed ſevero; nam illud inſolentiæ, hoc prudentiæ. [*Iſocr.*] In ipſo, Cæſar, tuo vultu videbant omnia ſigna virtutum; in fronte, gravitatis: in oculis, lenitatis: in rubore, verecundiæ: in ſermone, juſtitiæ. (*Eumen.*) V. FRONS.

FALLERE. Betrügen. *Tromper.*

SYN. Ludificare, eludere, fraudare, decidere, circumvenire, circumſcribere, illudere. ADV. Multum, occultè, omninò, planè, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. In fraudem inducere, *vel*, conjicere. *vel*, deducere. Technis inducere, dola capere, in errorem inducere, in fraudem impellere, fraude irretire Alicui imponere, illudere. Alicui verba dare. Aliquem ludere, ducere, ductare, eludere, fruſtrari, ſeducere, capere, in captionem inducere, alicui fucum facere. Aliquem ſcitè fallere. Fallaciter, inſidiosè, ſimulatè agere. Alicui fruſtrationem impingere: ludificationem imponere. Improbiſſimè fraudare. *Sublinere* os alicui offuciis ſuis, captione & impoſturâ verborum. In naſſam illicere, Alicui egregiè imponere. Alicui fraudem machinari, moliri, ſtruere, comparare. *Strophâ* cuipiam illudere. Ludificatione tangere quempiam. Quempiam perfidiâ fallere, ludificari. * Is mihi fraudem tulit. Hic nos decepit, fefellit, induxit. Dolis ut me perluderes. Oblinitum eſt hodiè os mi-

hi. Quadringentis Philippis me circumduxerunt. Ut nullus captione afficiatur ; Rem aſtu tractavit. Me in fraudem illexit. Impoſturam mihi facere, & artificiosâ diſſimulatione me deludere ſperavit. Ad movendum meum animum multo irrepſit aſtu. * **Betrug.** *Tromperie, Fourberie.* Captio, Circumſcriptio, Fruſtratio, Ludificatio, Fallacia, ſtropha, *D*olus, Captiuncula, Impoſtura. Ingenuus ac liberalis dolus. Sceleratus dolus. Flagitioſa fraus. Inſidioſus ac ſceleſtus dolus. Multa flagitio intentata fraus. Vafrities, Calliditas nimia. Præſtigiæ. Sycophantia, * **Betrieger.** *Trompeur.* Doli architectus. Fraudis artifex, autor. Opifex fallaciarum. Fruſtrator quotidianus. Fallendi aſſuetus. Fraudum machinator, molitor. Fraudulentus, fallax, deceptor, fruſtrator. Homo ſubdolus. Vafer & verſipellis, ac variis dolis inſtructus, veterator totus ex dolis atque fraudibus compoſitus. Multiplex ac tortuoſum ingenium. Ad fraudem callidus. Veterator magnus. Homo fallax & eruditus artificio ſimulationis. Inſignis fraudum artifex. Inſignis fallaciarum machinator. Homo duplex, aliud loquens, aliud ſentiens. Homo, cui animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei ſimulator & diſſimulator. Qui aliud clauſum in pectore, aliud promptum in linguâ habet. Qui amicitias inimicitiasque non re, ſed ex commodo æſtimat, magisque vultum, quàm ingenium bonum habet. Homo meris dolis, technis, fucisque eſt compoſitus, conſutus, conflatus. Ad mendacia, ad ſycophantias, ad fraudes natus, factus, ſculptusque. Vitâ ejus nil fucatius. Tanquam fucus falſarum imaginum exprobrandus. Ingenium ad calliditatem propenſum. Homo verſutus, verſutiâ in fallendo præſignis, ſycophanta, egregiè verſutus, notæque malitiæ. Impoſtor & maleficus, ſummusque malarum rerum artifex. * Qui Sapientiam Athenienſium fraudæ ac

ver-

versutiâ civili, non aliter quàm pueros, quorum ætas improvida, mellis gustu ludificatur, solertissimè decepit. Qui non armis ac militari robore, & invictâ manu, sed calliditate atque ingenii solertiâ, fraudulentisque artibus totius Græciæ imperium paulatim sibi vindicavit. Illinc omnes præstigiæ, omnes fallaciæ. V. FRAUDULENTUS. FRAUS.

FAMA. Ruff/Namen. *Renommeé.*

SYN. Opinio, existimatio, nomen, sermo, rumor, prædicatio, auditiones. ADJU. Admirabilis, antiquior, incolumis, bona, calamitosa, communis, constans, falsa, forensis, frequens, grata, gravis, integra, magna, perennis, popularis, præclara, summa, tristis, vetus & illustris. *(Ex Cic.)* Perennatura, æviterna,, æternatura. PHR. Commemoratio nominis. Celebritas sermonis hominum. Disseminatus dispersusque sermo. Ventus quidam popularis. Fama temeraria atque inconsiderata, & plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix. * Guter Nam. Fama bona, secunda. Bona existimatio. Bonum, *vel*, honorificum nomen. * Böser Nam. *Mauvais renom.* Nominis infamia, Existimationis infamia, Turpis existimatio. Turpi existimatione mulier. Infami nomine fœmina. Mulier pessimè audiens. * Volat per omnes Provincias de eo anceps rumor. Ipsâ Famâ, quæ de tuâ voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Ubi vester ille omnium, quotquot sunt, mortalium aures pervagatus sermo? * Du wirst einen grossen Namen erwerben. *Vous acquererez un grand renom.* Magnam nominis existimationem consequêris, colliges. Ad summam nominis amplitudinem pervenies. Versaberis in ore omnium. Eris in ore & sermone omnium. Tuæ virtutes famâ atque ser-

mone omnium celebrabuntur, prædicabuntur. Magnâ eris apud omnes gloriâ. Longè latéque vagabitur nomen tuum. Nominis gloriâ florebis, totum Orbem implebis. * Nunquam ad liquidum fama perducitur; omnia, illâ tradente, majora ſunt vero. Noſtra quoque gloria cùm ſit ex ſolido, plus tamen habet nominis, quàm operis. (*Curt.*) **Er hat einen guten Namen.** *Il un bon renom.* Famæ incorruptæ, famæ ſuæ nitore clarus. Nobilior eſt ipſius fama, quàm ut unquam intercidere, aut emori debeat. Famæ celebritate etiam abſentibus cognitus. Vir eſt famæ haud incelebris. Eſt nominis famigeratiſſimi. Illæſæ adhuc famæ. Vir famæ celebratiſſimæ. Inter benè famatos famigeratus. Famigeratiſſimum ſibi quæritavit nomen. Fama eum vindicat à fortunæ injuriâ, nec patitur diu deliteſcere. Super omnia mores tui ſic integri ſunt, & fama tua ſic illibata, ut nemo tàm impudens ſit Sycophanta, quem non pudeat malè de te loqui.

AMPLIFIC. Suſurrus ille proximis diebus è primâ laudatione M. T. Ciceronis, adverſus hunc optimum ac nobiliſſimum eloquentiæ ſtilique magiſtrum exortus: qui nonnullorum auctus ore, per aures multorum pervagatus, eundo vires adeptus in rumorem evaſit, publicasque ſcholas introiens doctiſſimorum virorum animos permeavit. * Famam dico præclarum æternæ laudis inſtrumentum, perpetuæ celebritatis decus & eam memoriæ ſempiternæ rationem, quam non didicimus tantùm aut legimus, rerum etiam ex ipsâ naturâ, arripuimus, hauſimus, expreſſimus. Dicam inſuper & quod ad gloriæ ſtudium in bonis omnibus cumulandum maximè pertineat, dicam ut quisque animo excellentiſſimo fuit, eundem quoque fuiſſe principatus, fuiſſe laudis & famæ conficiendæ ſtudioſiſſimum. * Satis enim verò Heroem animus, Athlantum labor, virtus Herculem commendavit.

Qui-

Digitized by Google

Quibus ſi fama acceſſerit, nihil majoris addet incrementi, quàm corporibus umbræ ancillantes. Geminæ nempe atque individuæ ſorores ſunt, ſi mavultis, geminæ ſunt eodem in axe rotæ, virtus & fama: quibus triumphales Heroum curules ad gloriam provehuntur. Quo paſſu Athlantis aut Alcidæ virtus, eodem proceſſit & fama: altera alterius magnitudinis fuit decempeda, & menſura. Ne ſupra verum fama excederet, non excesſit virtutem; ne fama humilior inſerperet, virtus ipſa ſupra communes vulgi limites aſſurrexit. Unum dedit Auſtria *Leopoldum*, infra cujus virtutem cùm ſerperet fama, vel ſilentium Oratoribus imperavit, vel illud effecit, ut quantumvis dicamus plurima, vix dicentibus ſimus ſimiles; & quanta qualia porreximus elogia, ſiquidem *D. Leopoldi* non attingant majeſtatem, meritò ſilentia debeant nominari.

SENTENTIÆ. Melius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ. (*Prov. 15.*) Ne famæ tuæ maculam imprimas. (*Eccl. 7.*) Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum; bonum autem nomen permanebit in æternum. (*Ibid.*) Infames potiùs ſunt, qui maluut famam magnam, quàm bonam. (*Nier.*) Illa, quæ ſe gloriæ imitatricem eſſe vult, temeraria atque inconſiderata, & plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix Fama popularis, ſimulatione honeſtatis, formam ejus pulchritudinemque corrumpet. (*Cic.*) Neque te ſermonibus vulgi dederis; nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus, *Idem.*) Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit, aut ſi alicujus eripuit injuria, tamen dum exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur honeſtas egeſtatem, (*Idem.*) Exiſtimatio bona divitiis præſtat. (*Idem.*) Quid

quisque noſtrum de ſe ipſo loquatur, non eſt ſanè, non eſt requirendum: boni veri judicent; id eſt maximi momenti & ponderis. (*Idem.*) Dicat iſte, quàm multa volet contra Famam, dum tamen conſtat, nihil aliud eſſe ipſam, quàm ſenſum civitatis. [*Lnint.* 5.) Tales nos, Cæſar, crede, qualis fama cujusque eſt. Huic aures, huic oculos intende; nè reſpexeris clandeſtinas exiſtimationes, nullisque magis, quàm audientibus inſidiantes ſuſurros, Melius omnibus, quàm ſingulis creditur; ſinguli enim decipere, & decipi poſſunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt. [*Plin.*) Celebritati famæ juſta narranti ſtatim creditur. [*Sym.*) Sed mihi opinionum, quæ ſinè authore prodeunt, nulla curatio eſt. (*Idem.*) Fama nihil ignorari de conſpicuis viris patitur. [*Idem.*) Fama optima cuique pretioſa eſt. [*Idem.*) Propoſiti atque ingenii mei eſt, eorum famam curare, quos diligo. [*Idem.*) Sic Doctor bonam eligat vitam, ut etiam bonam non negligat famam. (*Aug.*) Duo ſunt tibi neceſſaria, ſcilicet Conſcientia & Fama: conſcientia propter te; Fama propter proximum. Qui conſcientiæ ſuæ confidens Famam negligit, crudelis eſt. (*Idem.*) Fama virtutem reddit illuſtriorem, tametſi non majorem. *Bern.*) Inclyti animi ſignum eſt, Famæ diligere commodum, & lucra cauſarum negligere. Nam qui affectat Famæ commoda, pecuniæ negligit augmenta. (*Caſſiod.*) Perditiſſima ratio eſt, diligere formam, negligere famam. (*Cic.*) Danda eſt diligenter opera, ut hominum aures optimo de nobis ſermone compleantur. (*Cic.*) Perit in flore calumnia, & in Famæ Templo non dedicantur improba, & petulca monumenta. (*Lips.*) Ut ſimus, etiam cùm non ſumus; & ut bona fama mortuis nobis ſuperſit, pendet ab induſtriâ noſtrâ. (*Idem.*) Fama & Fidei damna majora ſunt, quàm quæ æſtimari queant. (*Idem.*) Fama communis rarò fallax arbitra.

bitra. (*Idem.*] Opes & vita caduca & fluxa ſunt; & opes quidem ante nos ſæpè, vita nobiscum ſemper abit: nomen autem & Fama æternant; eaque ſola, cùm non erimus, hîc erunt. (*Idem.*) Famam unicum Sapientum theſaurum, puriſſimam vitæ gemmam, appetit calumniator aſſiduè, ſubtrahere aut maculare conatur omni fraude. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut aromata tum vehementiùs fragrant, cùm moventur, aut teruntur, franguturvè: Ità virtutis fama latiùs ſpargitur, cùm exercetur negotiis, & rebus adverſis. (*Plut.*) Ignis ſemel accenſus facilè ſervatur; extinctus haud facilè reaccenditur: Ità famam tueri facilè eſt, extinctam non facilè eſt reſtituere. [*Idem.*) Navigium dum ſubinde ſarcitur & reconcinnatur, veluti perpetuum in multa ſæcula redditur: Sic famæ ſemper aliquid adjiciendum, nè collabatur. [*Idem.*]

FAMES. **Hunger.** *Faim.*

SYN. Eſuries, eſuritio, caritas. ADJU. Integra, vetus, ingravescens. (*Cic.*) Inſana, maleſuada, ſtimulans, lugubris, crudelis, acerba, inſomnis, irrequieta, gravis, rediviva, urgens, extrema, diuturna, integra, poſt hominum memoriam atrociſſima, Saguntina. PHR. **Der den Hunger nicht erleiden kan.** *Qui ne peut ſouffrir la faim.* Inediæ impatiens. Famis intolerans. Qui famem ferre non poteſt. * **Vor Hunger ſterben.** *Mourir de faim.* Famæ confici, enecari, abſumi. E vitâ per inediam diſcedere. Fame extabescere. * **Den Hunger ſtillen.** *Raſſaſier la faim.* Solari & explere famem. Famem cibo depellere. Obſonare famem. Ex epulo famem explere. Carne pecudum propulſare famem. Exemptâ fame, & amore edendi compreſſo. * Inediam biduum ac triduum ferre. Famem longiùs tolerare. Perducti ad exitiabilem famem. Cui miſerè medul-

dullam ventris perrepit fames. Seipſum jugulavit fame. Cui ſtomachus latrat. Cui dens eſuriales ferias celebrat. Sues ex omnibus pecudibus impatientiſimæ famis ſunt. * Ich leyd groſſen Hunger. *Je ſouffre une groſſe faim.* Acerrima fames ipſam ventris medullam occupat, inanitateque inteſtina crepitant; eſurio ex animo; in ventre inteſtina præ inanitate horrendum murmurant; venter impatienter flagitat debitum; ſtomachus exinanitus turbas dat, extrema me premit eſuries, animus in patinis eſt totus; præ longâ fame vix traho ſpiritum; magnis rerum neceſſariarum anguſtiis premor; oppidò exinanitum ad te ventrem & famem integerrimam apporto. Ego, ut ille apud Plautum, inalimentis meis explementum quærito, & demenſum ſuum venter à me exigit, quamvis acriter, improbe ventris eſt rabies; cum ventre quaſi quoddam leve ac breve bellumgero. Me furibunda exſtimulat fames.

AMPLIFIC. Quantæ, quoties, & quæ gentes famem ſenſerunt horridam, & aggeratâ interierunt vaſtitate? * Romæ tanta caritas & raritas omnis annonæ, ut homines hominibus jam imminerent; & in circo palam audita ſit vox: *Pone pretium humanæ carni.* * Fame, dirâ fame, horrendâ fame multi per Germaniam tabeſcentes, & cibi vacuitate laſſi ad illicita impelluntur. Omnem affectum excludit fames, inprimis verecundiam. Eſurientibus diſpendium vitæ pudor affert, ac ſalutis detrimentum eſt.

SENTENTIÆ. Fames amica Virginitatis eſt, inimica laſciviæ; ſaturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebram. (*Ambr.*) Dulciores poſt famen epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diurnâ continuatione vilescunt. (*Idem.*) Medicamentum famis cibus eſt. (*Aug.*) Fames humanarum calamitatum caput. (*Baſil.*) Fames lentum habet malum, dolorem diffe-

differentem ac prolongantem, morbum insidentem ac deliteſcentem, mortem ſemper præſentem ac ſemper tardantem. (*Idem.*] Veterrimus comes mortis Fames. (*Colum.*) Fames vitæ noſtræ conſervatrix. [*Nyſſ.*) Luxuriæ, ventri, gulæ Fames tortor apponitur: ut ibi ultrix pœna ſæviat, ubi pœnalis reatus exarſerat. (*Chryſolog.*) Nè apud Inferos quidem ulla pœna eſt fame major. (*Quint.*) Non habitant una pudor ac fames, &cùm ſemel intrârit impotens Domina feras, etiam ingentes belluas ſubigit. (*Idem.*) Felix peſtilenria, felix præliorum ſtrages, denique omnis mors facilis: Fames aſpera vitalia haurit, præcordia capit; animi tormentum, corporis tabes, magiſtra peccandi, duriſima neceſſitatum, deformiſima malorum. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit, hæc venena populis publicè dedit, hæc in parricidium pios egit. (*Idem.*) Anguſtus humani ſpiritûs terminos fames facit; morimur, deficimus. (*Idem.*] Tenui victu in turbas plebs movetur. (*Sym.*) Cibi condimentum eſt fames, potionis ſitis. (*Socr.*) Fames omnia reddit dulcia præter ſeipſam. (*Antiph.*) Fame magiſtrâ multa comminiſcimur. (*Com. Græc.*) Magiſter artis, ingeniique largitor venter. (*Pers.*) Venter caret auribus; moleſtus interpellator venter; Venter importunus eſt exactor, & qui nullas conditiones accipit. (*Pont.*)

FATERI. Bekennen. *Avouer.*

SYN. Confiteri, annuere, concedere. ADV. Acutè, ſatis, aperte, planè. (*Ex Cic.*) PHR. Culpam ſuſcipere, admittere, agnoſcere. De culpâ fateri, confiteri, non inficiari, non negare, non abnuere, Non defugere confeſſionem noxæ. Culpam non inficiari. Criminis reum ſe fateri. Fateor atque

que etiam profiteor, & præ me fero, me dediſſe cauſam. De ſcelere fateor. Non eo inficias. Mori maluit, falſum fatendo, quàm inficiando dolere. Non modò non negabo; ſed etiam ſemper & meminero, & prædicabo libenter. Apertè atque ingenuè confitebar.

FAVERE. **Günſtig ſeyn.** *Favoriſer.*

SYN. Studere, amare, complecti. ADV. Aperte, mirabiliter *dignitati*, mirè, validiſſimè, *verè* ſaluti. [*Ex Cic.*) PHR. Alicui favere; vel gratiam conferre. Aliquem demereri, beneficio obſtringere, gratiâ devincire. Alicui ſtudere, ſuffragari, favorem adhibere, fautorem ſe præbere, ſtudio & opera adeſſe. Alicui, *vel*, alicujus eſſe fautorem. Alicujus causâ velle. * **Der Fürſt iſt ihm günſtig geweſen.** *Le Prince luy a été favorable.* Ei Princeps adfuit, auxilio fuit, opem tulit; Eu n gratiâ & ope juvit; Ejus cauſæ ſtuduit. Ejus cauſam ſtudio ſuo ſublevavit. * **Das Glück iſt mir günſtig.** *La fortune m' eſt favorable.* Fortunâ utor proſperâ, optimâ, commodâ, florente, felici, lætâ. Fortuna votis meis favet, reſpondet, optatis adſpirat, adridet, obſequitur, obſecundat, ſubſcribit, ſuffragatur. Mihi res ad voluntatem fluunt. * **Der Richter war mir nicht günſtig.** *Le Juge m' a été peu favorable.* Judice uſus ſum parùm æquo. * Mirabilis eum virorum bonorum benevolentia proſecuta eſt. Exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum cupidiſſimumque cognovi. Nè aut velificatus alicui dicaris. Honori velificari ſuo. Præſtanti in me benevolentiâ & divino ſtudio extiterunt. Habuit ſtudia ſuorum ardentia. Percupidus tui. Animo in te ſingulari. Perbenevolus nobis. Inclinatione voluntatis propendet in nos. Videor mihi perſpicere ipſum animum propenſum ad ſalutem tuam. Ut Scipioni gratificarentur, in quem tum omnis civitas verſa erat. Fideli-

ter

ter atque integrè vobiſcum ſtetit. Tantâ & tam ſecundâ in cæſarem voluntate Provinciæ reperiebantur. In ſtirpem regiam inclinavere ſtudiis. Sic Vulgo favorabilis, ut, &c. Principum inclinatio in hos, offenſio in illos. Studia militum in Cæcinnam inclinabant. Cùm ſe nobilis favor circumegit. Vetuſtati non ſanè propitius, Tempus ei rei ſecundat, operam dat, favet, proſperat. Qui te nec amet, nec ſtudeat tui.

Er iſt mir günſtig. *Il m' favorable.* Aſſolitus eſt, meis favere rebus. In me fuit ſupra meritum indulgentior. Mirum, quantoperè mihi ejus arriſerit benevolentia, & quam impensè faveat. Opus meum nominis ipſius ſplendore fultum, dentes theoninos redundet. Armatum majeſtate ſui favoris opus aculeator lividorum morſus facilè vitabit. * Huic meæ voluntati, in quâ ineſt vis deſiderii, ut faveas adjutorque ſis, vehementer te rogo. * **Er iſt den Gelehrten ſehr günſtig.** *Il eſt tres favorable aux ſcavants.* Virorum eruditorum genus illi quamplurimùm placet. Profeſſores atque ſtudioſos bonarum Artium ità complectitur & amat, ut æquè cunctis ſuæ quaſi Majeſtatis faces ſubmittat. Cultioris litteraturæ perquàm ſtudioſus eſt. Tuum pectus juvandis Doctorum rebus natum videtur. Eruditiſſimos quosque benignitate non vulgari ſibi devinxit. Nullo non officiorum genere doctos proſequitur. Toto pectore bonas litteras, & earum cultores tuetur, fovet, alit & ornat: Nè Mecænas quidem faventior Horatio. nec Meſſala Catullo, nec Pollio Maroni, nec Philippus Ariſtoteli; ſed nec alius quisquam alii, quàm tua in Cultores litteratum diligentiſſima beneficentia, & beneficentiſſima diligentia. Doctis propensè favet. Litteratis nunquam patitur deeſſe patrocinium. Cultioris Theologiæ Profeſſoribus impensè favet. Litteratos fert in oculo; amat medullitus; eorundem

&

& consiliis utitur, & conversatione impensè delectatur.

FAVOR. **Gunst.** *Faveur.*

SYN. Gratia, studium, officium, beneficium. ADJU. Propensus, secundus, dulcis, benignus. PHR. Aura, jactatio; cursusque popularis. Prosper flatus fortunæ. Æquanimitas populi, favor, & propitius animus. * **Deine Gunst ist mir angenehm.** *Vôtre faveur m' est agreable.* Veterem tuum in me animum & favorem, non sine voluptate agnosco. Expertus sum mirum tuum in me studium. Anteà tuæ in me humanitatis favorem non ignorabam; nunc pleniorem vidi illum, & cognovi. * **Ich werd ihm alle Gunst und Genad erzeigen.** *Je luy feray toutes les faveurs possibles.* A me omnia in illum ornamenta proficiscentur. Nullum in illo colendo, *vel*, ornando, *vel*, honestando, locum aut tempus; nullum studii, officii, observantiæ genus prætermittam. Favebo ejus dignitati, existimationi, honori, quibuscunque rebus potero, nullo non loco, ac tempore. * **Gunst ist unbeständig.** *La faveur n' est jamais stable.* Nunquam stabilis Favor. Quò se Fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.

SENTENTIÆ. Favor humanus domus est hypocritæ. (*Hugo C.*) Qui DEUM habet faventem, omnibus est potentior. (*Chrysost.*) Maximum munimen, & inexpugnabilis murus, est divinus favor. (*Idem.*) Mundi pompa & favor populi, fumus est & aura subitó evanescens. (*Petr. Bles.*) Promptè favendum est honesta cupientibus; ut probabiles voluntates alieno etiam adjuventur adnisu. (*Sym.*) Non possumus simul pro uno & eodem opere favorem mundi expetere, & prœnium vitæ cælestis acquirere. (*Max.*) Qui pro virtute, quam egit, humanos favores desiderat; rem magni meriti vili pretio vænalem

lem portat. [*Greg.*) Nunquam multis placeas, ſed quemlibet ſtude. Maximum in eo vitium, qui non vult melioribus placere, ſed pluribus. (*Sen.*) Multò autem magis ad rem pertinet, qualis tibi videaris, quàm qualis aliis. (*Idem.*) Nunquam volui placere Populo: nam quæ ego ſcio, non probat Populus, quæ probat Populus, ego neſcio. Quis enim placere poteſt Populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis favor acquiritur. Similem te illis facias oportet; non probabunt, niſi agnoverint. [*Idem.*]

SIMILITUD. Quædam corpore lumen Solis exceptum fulgorem vicisſim augent atque illuſtrant: Ità quidam aliorum favore commendati, vicisſim ſuis dotibus eos commendant. [*Plut.*) Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accipit: Sic quidam nunc huic, nunc illi favent, qui plurimum det, non cujus cauſa ſit optima. (*Erasm.*) Sicut naribus dulcis odor attrahitur, ſic totis deſideriis animi, famæ ſæcularis favor affectatur. (*HugoV.*) Sicut tela araneæ ſtudiosè texitur, ſed flato venti diſſipatur: Sic quidquid hypocryta exſudat, favoris aura exſufflat. [*Hug. C.*)

FEBRIS. Fieber. *Fievre.*

SYN. Febricula. ADJU. Tertianæ, quartanæque, aſſidua & ſatis moleſta. [*Cic.*) Occulta, calida, flagrans, ardens anhela, maligna, moleſta, acerba, amara, gravis, tremula, recidiva, exurens, adurens, renaſcens, lenta, frigida, mutabilis, corpus depaſcens. PHR. Æſtus febrilis. Color & ſiccitas in animante toto, minimè naturalis. [*Cic.*] Levior tentatio febris. Corporis ardor, arida præcordia convellens. Morbus viſcera ipſa torrens. Morbus febriculoſus, nimiumque gravis. Febris rapida & querquera, *vel*, frigida cum tremore. Tam periculoſo inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum

Digitized by Google

timerem: & ideò medicinam ſomno petii. Morbo quartanæ aggravante. Qui quartanam paſſus convaluerit. Ut quotidiè plures acceſſiones remiſſionesque ſint. Si plures acceſſiones eodem die veniunt. Febrem ardentem ſubitus horror exſolvit. * **Ordentliches Fieber.** *Fievre reglee.* Febris ſtata. Febrium motus conſtans. Febris certum habens circuitum. * **Unordentliches Fieber.** *Qui n' eſt point reglee.* Vaga. * **Continuirliches Fieber.** *Fievre continue.* Febris aſſidua, continens, continua, perpetua, nihil remittens. * **Tägliches Fieber/** &c. *Fievre quotidienne, &c.* Febris quotidiana, tertiana, quartana, intermittens, hectica, *vel*, tabida, tabifica. * **Mit dem Fieber behafft ſeyn.** *Avoir la fievre.* Febri laborare, teneri, jactari, affici, vexari, diſtineri, divexari, affectum eſſe, agitari. Æſtu febriſque jactari. Febrim nanciſci. Habere febrem. Febrire, febricitare. Febri ardere, æſtuare, Febris æſtu divexari. Ab febri calere, concalere. Laborare, febris acceſſione, acceſſu, impreſſione, reverſione & motu, paroxiſmo. * **Frieren im Fieber.** *Etre dans les feiſſons de la fievre.* Ab febri cohorrere, cohorreſcere. Febri horrore vexari, agitari, jactari. * **Das hitzige Fieber hat ihm den Verſtand benommen.** *La fievre chaude luy a troublè le jugement.* Ardentior febris ei delirium attulit. * **Von dem Fieber befreyt werden.** *Etre delivré de la fievre.* Febre abſolvi, exſolvi, expediri, liberari liberum fieri. Febris abillo diſceſſit. Febri caret., Febri vacat. Febris decidet, deſiſtet, abibit. Cùm febris acceſſiones deſinunt, conquieſcunt. * **Das Fieber vertreiben.** *Guerir la fievre.* Febres tollere, diſcutere, ſubmovere, ſolvere. * **Der Salat verurſachet das Fieber.** *La ſalade cauſe la fievre.* Lactuca febriculoſa eſt. Febrim accerſit, creat, generat, ciet, inducit, invehit.

AM-

AMPLIFIC. Gravis & periculosa febris hominem invadit, cujus ardor infusus venis vitalem spiritum absumit, grandi macie torret omnia membra, quibus frigescentibus residuas caloris naturalis scintillulas in pectus corde palpitante redigit, eoque vitam adducit tabifica morbi vis, ut jam morituro religiosum funus paretur. * Febris accedit, desinit, assiduè inhæret: se inclinat, pares accessiones habet, levatur, continuat, per accessiones increscit, per discessiones mollitur, circuitum habet solita finitur.

FELICITAS. Glück. Wohlstand. *Felicità.*

SYN. Beatitudo, beatitas, prosperitas. ADJU. Incredibilis, par, perpetua, summa. [*Ex Cic.*] Bracteata. PHR. Commoditas, prosperitasque vitæ. Fortuna amplissima, fortunatior, excellens, præstans florensque; eximia, florentissimâ, optima, prospera, secunda, amica, fausta. Maximus fortunæ fulgor. Res secundæ, atque prolixæ, atque prosperæ. Maximæ opimitates gaudio effertissimæ. (*Plin.*) Secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio, Perfecta cumulataque felicitas. Vita ex omni parte beata. Felix successus; Optatus exitus.

SENTENTIÆ. Si nimia te felicitas ad summa omnia provehat, retrahe pedem, & ultrò seca felicitatem, Prudens Nauclerus subducit navem, & occurrenti se, dum potest, tempestati subtrahit, & portum legit; stolidus provocat & exasperat audaciâ fluctus. (*Scrib.*] Vana est humana prosperitas, cui trophæum pro sepulchro sit, quadrigæ pro feretro, & in palmæ fructu cicuta lateat. (*Buff.*) Omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est. (*Sen.*] Optima felicitas est factitia propriâ manu. (*Nier.*) Res delicata felicitas est, facilis miseria. (*Idem.*) Violenta est omnis vitæ hujus felicitas externorum; & invitus hic additicius fortunæ splen-

dor ; inde brevis eſt, nihil violentum perpetuum. (*Idem.*) Aſtutia ſortis eſt, cùm non habeat, unde invadat pauperem, locupletare; ut inſidioſa felicitas pandat januam miſeriæ. (*Idem.*] Tota felicitas eſt diviſa. (*Idem.*) Præverteres aſtutias fortunæ iſtâ leviſſimâ diligentiâ; ſi mala, quæ deſunt, in bonorum calculis admittas. [*Idem.*] Menſura calamitatis eſt, antecedens felicitas. (*Idem.*] Proſperitas humana lacerum involucrum eſt miſeriæ, quam diſſimulat; per partes tamen tranſpiciendæ, (*Idem.*] Fortuna ad ſummum commodat, eadem repetit: Natura mutuat, ſimilia exigit. (*Idem.*) Libera res felicitas eſt, propria, conſtans, non prohibenda; extra jurisdictionem fortunæ, ſolius mentis artificium eſt, totâ virtus eſt. (*Idem.*) Felicitatis maximum vitium eſt impatientiæ collegæ. (*Idem.* Felicitas miſerior, quàm miſeria ipſa; cùm hæc plurium ſocietate ſubleveturi; at ſummam ſortem, vel unus conſors affligit. Nemo ſe credit miſerum, ſi videat alium; nemo beatum, niſi ſinè exemplo ſit. (*Idem.*] Nemo magnam felicitatem ſuſtinere diu poteſt; nemo frui aliquandò tota. (*Idem.*) Acerba votis felicitas eſt; aut punit, aut fruſtrat: gaudet fortuna inopina eſſe, & contradicere ſpei. (*Idem.*) Felicitas temporalis, cujus potiſſimam portionem peſſimi occupant, quanto ingenio in eorundem infelicitatem fabricata eſt? Quot laboribus, & acerbis votis ambitur? Quot curis & periculis cuſtoditur: Quot doloribus, & gemitibus imminuitur? Ante ipſam, & in ipsâ, & poſt ipſam proſperitatem infeliciſſimi, in ſuorum poſſeſſione votorum ſuâ ipſi fortunâ infortunati. [*Idem.*) Præter meritum ſecundâ fortunâ uti, ſæpè de recto ſtatu mentem dimovet. (*Lib.*) O triſtior indigniorque ſemper menſura calamitatum, magna felicitas! [*Quint.*] Felicitatis eſt, quantum velis poſſe; magnitudinis, velle quan-

quantum possis. (*Plin.*) Homini nihil magis est optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ sine ullâ offensione cursu. (*Cic.*] Quid est felicitas? Voluptas, quam pœnitudo nulla sequitur. (*Socr.*) Nullus est tam compositæ felicitatis, qui non aliquâ ex parte cum suâ fortunâ rixetur. (*Antonin.*)

SIMILIT. Ut segetem nimia sternit ubertas; ramî onere franguntur: Sic animos immoderata rumpit felicitas. (*Sen.*) Ut periculosa est secundum Hippocratem, summè bona corporis valetudo: Itâ rebus maximè prosperis metuenda diversa fortuna. V. FELIX. FORTUNA.

FELIS. Katz. *Chat.*

SYN. Catus, ælurus. AD. Cauta, callida, muribus infensa, agrestis, immansueta, domestica, versuta. Feles, *is*, masculus: Feles fœmina.

AMPLIFIC. Feliculâ quid festivius? quàm oculos jucundè pascit reficitque! ut hilaritatem aspergit intuentibus, dum se nunc torquet in sublime: nunc toto strata corpore, humi se in porrectum dejicit; ac modò se cogit in cochleam, nunc exolvit se in anguillam, modò costulans, fornicans, arcuansque in cameli gibbum momento residente dormo, explicat, exeritq; se ac velut in sagittam vibrat. *Catus animal est velox, scandendo, reptando, saliendoque miræ agilitatis, valdè mordax, diversa murium genera, & aves quoque venatur, & ob eam causam naturæ beneficio in tenebris cernit. Vescitur eisdem, quibus canes, cibis, pisces præcipuè appetit in cibum, & in ventris ingluviem effusus intemperanter. Cujus rei causa non rarò pericula subit maxima. Fornaces & calida loca diligit, unde pilos sæpè adurit. Si gelidam aquam projeceris in illum, vel pauculis guttis respersseris, quasi œstro percitus, & furiis agitatus,

fugit celeriter in eum usque locum, ubi consistens, excutit sese, & abstergere conatur linguâ lambendo. Purè nimis & molliter cubare gaudet, quare in pulvinulis, in lectis mollissimè stratis, in tenuissimis mollissimisque vestibus cubantem aspicies. Unde abactus, eô redit simul atque despexeris, ut fustibus & flagellis necesse sit deterrere, ne malo affectus revertatur. Domo suâ relictâ vagatur, & domus & tecta vicinorum pervagans penu quærit, & loca, ubi se explere consuevit, & aliquid prædæ nanciscì. Ubi sæpè miser facilè capitur, qua domos ingreditur, per fenestras, per loca, in foveam, in laqueos comparatos incidens. Mures captat & venatur solertiâ maximâ observans, & expectans invadendi tempus, & dentibus arripiens, ex ore pendentes trahere solet ad aliquod tempus. Quos aliquando ex ore dejicit, vel leniter humi statuit observans, si mus se commovere audeat: quem spatium aliquod currere permittit, sed accurrens & capiens iterum magis premit, quasi volentem se ex ore suo ac dentibus liberare: & ulciscitur audaciam, puncto temporis devorans ac deglutiens, & aliò deinde sè proripiens prædæ majoris faciundæ causâ. Denique, ut alia omittam, rixari solent duo sæpè feles, & tantâ rabie feruntur incitati, dentes & ungues in omnes corporis partes, maximè in collum injicientes, ut rictum diducant, exerant aliquando linguam, dentes ostendant, oggannant, & cæco furientique impetu invadant seipsos, & complexi acerrimè constringant sese, in mutuam quasi necem contendentes, sui plerunque inscientes adeò, ut se sustinere nequeant, sed detectis, in peristylium horrifico strepitu ac fragore dent præcipites sese. Fugere statim ambo, & diversa quasi agitati in tenebras, & in locum abditum recipere sese: ridere præsentes, cachinnari, clamoribus insectari, & sæpè lapidibus appetere, donec è conspectu amissi minimè comparent.

DE

DECR. Cùm genio invitante omni ineptiarum genereFeles laſciviunt,cernas illas veluti ex condicto mutuò concurrere ; collatis dimicare pediculis ; evaginatis digladiari falculis ; variis ſeſe amplexibus implicare ; implicatas ſurſum deorſumque verti volvique ; at audito fortuito bombo, aut ſibilo ; ſi quis tinnitus aures ipſarum perſtringit,umbratili expeditas luctâ protinus faceſſere ; magnoque ambitu circumcurſantes, nec non diverſis ſeſe mæandris per vices fallentes atque fruſtrantes ſubdolè ludificari. Quod ſi quam muſcam, aut veſpam obviam offendant ; illicô nova ordiuntur prælia.Intentis in eas inſiliunt pedibus,avolantes ſaltu prehenſant,ori imminentes hiantibus faucibus fruſtra captant , irritis verberibus impetunt, errantes per aërem iratæ, ſed in caſſum inſectantur. Hinc veluti feſſæ receptui canentes tantillùm quieſcunt.In terram ſupinæ ſe ſe porrigunt, in latus omne volubiles ſe aguut,ore ,dentibus, ungulis, pedibus ſecum ipſæ rixantur. Sed nimirùm haud diu in eodem hærent veſtigio. Momento ergò rurſum in pedes aſſurgunt, ſollicitè aures ſurrigunt , caput attollunt altiùs ; cæſiis, fixisque oculis circumſpiciunt. Tum paſſus veluti numerantes (diceres gravem ab illis perſonam ſumi) pedetentim , magno ſilentio , ſedatè lenteque perrepunt. Simul autem quis pilam eis temerè forte objecerit , tum ſubitò illæ redire ad ingenium. Nempe feles , nempe æluri ſunt. Ludum præproperè redintegrant, rurſum micant falculis, rurſus majore impetu irruunt ; objectam pilam actutùm peduſculis corripuunt ; mox quaſi pœnas de captivâ exigentes , aduncos in eam ungues impingunt , eandem ceu quibusdam talitris vellicant, imprudentesq; à ſe longè abigunt ac repellunt ; ſed abactam tanquam fugitivam illicò reprehendunt , reprehenſam denuò abjiciunt. Inter hos verò luſus recens certa-

minis cura, aliaque iterum pugnæ moles ingruit. Ipſamet cauda blandè vibrata bilem, vel gelaſinum, ſi quis beſtiolæ ineſt, feli movet. Repentè igitur, & huic etiam bellum indicitur, ſtatimque dentes & pedes in ventilatum illud flabellum atq; muſcarium armantur. In gyrum circumvolvitur ſecum dimicans, refugamque ſemper caudam vecors bellua diù multumque in orbem caſſo labore perſequitur, donec, fatigata tandem, victaque vertigine, in latebras penè indignabunda divertit. Hîc ſi qua inſecta ſerpentia, aut volitantia offendit, vel aliqua aranea in Sole ſua deducit ſtamina, improviſò catus, quaſi ex inſidiis, librato corpuſculo in medium proſilit, incauta animoſè adoritur, capta avidè rapit, ac vorat. Quid porrò de præliis, quæ cum ſoricibus ſanè cruenta perpugnax Felis conſerit? Tunc enimverò non ludo vacat, ſed prædæ: quâ ubi potitâ, debellatum murem confeſtim in triumphum ducens, hominum cœtus & coronas, theatrum ſuæ virtuti par, plauſumque ſuæ ſtrenuitati debitum quærit: tum prehenſum, exanimemque ſoricem in medio ſiſtit, mirosque ac varios ludos tota jocabunda edit. Falculis eum huc atque illuc agitare, in altum tollere, in latus abjicere, oculis adſtantium oſtendere, ungulis fodicare trepidantem, elapſum curſu repetere, ſolitarium circumeundo obſidere, oculis aliò conjectis, verſoque tergo finem deindè quaſi ſæviendi facere: prædæ neglectum præ ſe ferre; & reptabundo muri evadendi facultatem dare. Sed è veſtigio converſa, infelicem animantem rurſum invadere, pauloque progreſſam ex fugâ retrahere, retractam demum laniare dentibus, & peracto triumpho, tanquam epulum merita, ſuaviter mandere & conficere.

FELIX. Glücklich *Heureux.*

SYN. Beatus, fortunatus, florens. PHR. Cui benè eſt. Vitam vivens, agens ducens beatam, quietam, tranquillam, beatiſſimam, vacuam omni curâ, ab omni remotam moleſtiâ, ab omni ſejunctam ſolicitudine, omni felicitatis genere cumulàtum, bonis omnibus abundantem, omnibus affluentem præſidiis, omnibus redundantem commodis. Felicitate fruens. * Du biſt glücklich. *Tu es heureux.* Optata tibi omnia contingunt. Fortunâ uteris perpetuò bonâ. Proſpero uteris fortunæ flatu. Proſperè tecum ſic agitur, ut invidere nemini poſſit. Nihil non optabile conſecutus es. Tranquillus eſt rerum tuarum ſtatus. Animi fortunæ bona ſic in te ſita ſunt, ut in nullo magis. Tibi ſatis eſt vel ingenii, vel fortunæ, ad benè beateque vivendum. Nulla pars felicitatis tibi deeſt. Rebus omnibus proſperrimis affluis. Tam beatus es, quàm qui maximè. Iis vel ornamentis, vel præſidiis abundas, quibus majora eſſe nulla poſſunt, Ea tenes, ac poſſides, quæ beatam vitam efficiunt. Nihil eorum deſideras, quæ ad benè beateque vivendum requiruntur. Rebus omnibus affluis, in quibus ſita felicitas eſt. Vitam omni parte beatam agis, ducis, vivis, traducis. Digito te Cœlum putas attingere. Secundus tibi vitæ ſinè ullâ offenſione curſus eſt. Tibi tranquilla & placata ſunt omnia. Fortunam ipſam anteis fortunis tuis. Perpetuâ felicitate flores. Excelſisſima flores. Felicitate velut perpetuâ ebrietate ſopiris. Nemo audet tuam vel ſperare virtutem, vel optare fortunam. Te hominum adæque nemo vivit fortunatior. Quis te fortunatior, venuſtatisque adeò plenior? Vitam tuam, & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur. Magnis, multis, perpetuis frueris, & animo & corpore voluptatibus: nullo dolore nec impediente, nec

impendente. Dextro natus es Hercule. In gremio Jovis es. Omnia tibi ex animi decreto ſuccedunt. Omnium hominum feliciſſimus es. Omnes felicitatibus antegrederis. Nemo eſt te potior ab iis rebus, in quibus ſita eſt felicitas. Ità beatus es, ut nemo magis. Fortunam florentem experiris. Tibi cum fortunâ convenit. Proſperè, & ad voluntatem eant res tuæ. Vitam vivis feliciſſimam.

FELICITER. Fauſtè, Propere. peropportunè. bellè, feliciſſimè, fortunatè, auguſtè. Bonis, ſecundis avibus. Omine auſpicato. Diis hominibusque plaudentibus. Deo favente, benè juvante. Fortunâ ſuffragante, comite. Felici auſpicio. Proſperô, lætô curſu. Eventu proſperô. Secundâ fortunâ, Lætis, proſperis, optimis ſucceſſibus, eventibus.

AMPLIFIC. *Donec eris felix*, h. e. Quamdiu fortuna reſpondebit optatis tuis, votisque ſuffragabitur, & voluntatibus obſecundabit; tibique fluent ad arbitrium omnia, ex nutu tuo cuncta pendebunt. Quamdiu nullum tibi infortunium accidet, Felicitate tibi nemo præferri poterit. * Quamdiu, affluës divitiis, maximæ tibi facultates erunt, omni copiarum genere abundabis, omnibus fortunæ muneribus, egregiè ornatus eris, ab re familiari paratiſſimus; Quamdiu lautâ in domo habitatis ſplendidè, ſumptuoſa tibi erit ſuppellex, lucebunt pretioſis aulæis cubicula, abacus radiabit argento, menſa exquiſito ſemper ciborum apparatu inſtructa erit, & arcas auro refertas poſſidebis; Quamdiu gloriâ circumfluës, nominis tui memoria celebrabitur, auctoritate valebis, florebis gratiâ, eximiis fulgebis honorum titulis; Quamdiu ſummum obtinebis atque altiſſimum civitatis gradum, eaque geres, quæ in republicâ putantur ampliſſima; Tamdiu *Multos numerabis Amicos.*

SEN-

SENTENTIÆ. O te felicem! Quod cum diceremus, non opes tuas, ſed animum mirabamur: eſt enim vera felicitas, felicitate dignum videri. (*Saluſt.*) Eſt verè fortunatus ille, cujus ex ſalute non minor penè ad omnes, quàm ad illum ventura ſit, lætitia pervenerit. [*Cic.*] Quamobrem omnes, cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant. (*Ter.*) Sapienter cogitant, qui temporibus ſecundis caſus adverſos reformidant. (*Auct. ad Her.*) Puto eum, qui omnia fortunæ debet, etiamſi omnia poſſideat, in imo gradu felicitatis jacere. (*Nier.*) Uno puto ex omnibus felicem, qui in ſe uno ponit omnia. [*Idem.*] Ille felix, qui arbitrio ſuo felicitatem habet; qui vult, quæ poteſt. (*Idem.*) Fortunantur etiam aliquando peſſimi, ad infortunii majoris apparatum; nunquam tuta eſt felicitas ſontium. [*Idem.*]

SIMILITUDO. Ut hiſtrio non eſt felicior, quod in ſcenis ornatus, Rex aut DEUS videatur: Sic nec homo fortunæ muneribus; quandoquidem ſuis bonis æſtimatus nihil eſt (*Sen.*) O quale monſtrum eſt, Princeps felix, & non elatus! A magnâ enim fortunâ non corrumpi, nec Herculi contigit. Vini naturam habet: niſi uſu temperetur dementat. Indomitus equus eſt: niſi fræno regatur, in principitia rapit. Ut plurimis ſua felicitas fuerit infelicitatis auctoramentum. (*Avanc.*)

FERRE. Tragen. &c. *Porter, &c.*

SYN. Portare, geſtare, ſuſtinere, comportare, geſtitare, prægeſtare, gerere, progerere, degerere; *vel* opinari, conjicere, ſperare, *vel* conſtituere, ſancire, decernere, pronunciare, ſtatuendum, *vel*, tradere, exhibere, *vel*, reportare, *vel*, afferre; dare, *vel*, celebrare; laudare, extollere; *vel*, obtinere, conſequi; *vel* dicere, prædicere; *vel*, at-

attribuere,aſcribere; *vel* gignere,proferre,parere, producere.

ADV. Abjectè *caſum temporum*, acerbè,acerbiùs, leniter,fortiter *injuriam temporum*,læte, moderate, *humana*, moderate *quidquid* venerit plácate *humana*, placalius, remiſſiùs, ſapienter *fortunam temporum*. Acerbiſſimè, graviter *ſapientiam*; Acerbiſſime *diſſidium*, facilè, ſtultè, *intemperiem*; Ægrè, apte, moderatiùs, modicè, quietè, æquè *fortunam adverſam*; Leniùs, pulcherrimè fortunam; toleranter, apertiùs *dolorem*; Modicè voluntates populi; obviam ſeſe; Apertiſſime, mirabiliter *aliquem*; Atrociter,clam *ſententiam*; Diutiùs improbitatem; Clementer, negligenter, conſtanter, humanè *morbos*; Placidè,ſedate, continenter, de integro, *leges*, Toleranter, vitioſè, difficiliùs *otium*, *laborem*; Facile *frequentiam*; Diutiùs, nominatim *de aliquo*; nominatim *legem de capite*, omninò *pœnam*, diutiùs *aliquem*, mollius, diutius *flagitia*, diutius non *deſiderium*; Egregiè, fortiùs *quemvis eventum*; Obſcure, facile *egeſtatem*, Indigne, facile *primas*, Modice *malum*; Facile *ſenectutem*; Facillime *ætatem ingraveſcentem*; Fortiter *caſum*; Modeſte, rectè, facile *non deſiderium*; Graviùs *res adverſas*: Moleſtiùs *objurgari*, faciliùs, graviùs *luctum*; Humane, moderate,ſapienter, tranquille, familiariter *mortem*; ſapienter *caſus*, fortiter *cruciatus*, fortiter *injuriam*, immoderatiùs *caſum incommodorum*; fortiùs,graviter, nominatim *ad populum de aliquo*; Graviùs, graviſſime, honeſtiùs, lente, permoleſte, humaniter,moleſte, valde, graviter, jam dudum, immoderate; Inſolenter, læte, *extinctum aliquem*; Leviſſime, leviter,levius,leviſſime,moleſtiùs,libenter,*dolores*; Leviter injurias; mediocriter,libenter *repulſam*; ſubmoleſte, moderate *copiam*; Moderate *querelam*; Mode-

ra-

ratiùs *cauſam*; Pergraviter, moleſte omninò, molliter, pariter *opem*; Pariter, moleſte *cum aliquo*; Patienter, patientiùs *potentiam*; Sane, moleſte, pernicioſe *legem*; Placidè, tacitè *injurias*; Quàm humaniſſimè *perverſitatem*; Quàm leviſſimè *moleſtiam*; planè, moleſtè, planè non *deſiderium*, Tolerabiliùs *igniculum deſiderii verè in Cœlum.* [*Ex Cic.*] PHR. Sub oneribus eſſe. Humeris onera portare. Aquam humeris ſubire, diuque portare. Ab his lecticæ impoſitus, & viciſſim ſuccollantibus. Omiſſâ morâ ſucco latus eſt. Vecturas onerum corpore ſuo factitare. Delphinus fluitanti ſe homini ſubdidit, & dorſo ſuper fluctus edito vectavit, eumque devexit. Ipſe ejus in infantiâ leve tutumque geſtamen. Cùm ſenex non ſimplici vadentem *Æneam* ſarcina premeret. Quid illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? Collo portare. Filios ſuos monuit, funebri ejus lecto humeros ſubjicerent.

FESTINARE. **Eylen.** *Se hâter.*

SYN. Properare, approperare, præfeſtinare, accelerare, maturare. ADV. Magnopere, neceſſariò, ocyùs, protinus, vehementer, præpropere. PHR. Celeritate uti. Nimiam adhibere feſtinationem. Abjectâ omni cunctatione aliquid facere. In aliquâ re celeritatem adhibere. Aliquid celeriter agere. Nimiùm feſtinanter aliquid facere. Moram non puto faciendam eſſe. Nullam moram interponendam puto. Atque inde ventis remisque in patriam omni feſtinatione properavi. Movere ſe ocyus. Move abs te moram. Gradum incitare. Accelerare ad reditum. Maturare reditum. Properare ad reverſionem. Feſtinare, *vel*, Maturare reverti. Omni properatione feſtinare. Omnem feſtinationem adhibere. Cave, ne in feſtinatione nimiam celeritatem ſuſcipias. Vide, ne feſtines præproperè, *vel*, nè præ-

pro-

propera, ſit tua feſtinatio, *vel*, ne nimiùm feſtines. * **Man muß eilen.** *Il eſt beſoin de ſe hâter.* Maturato opus eſt. Opus eſt properato, *vel*, feſtinato, *vel*, feſtinatione, properatione. * **Sehr eylfertig.** *A grand hâte.* Celerrimè, citiſſimè, Ocyſſimè, velociſſimè. Ad cogitatum facinus approperare. Alicui pecuniam properare. (*Hor.*) Præpropera feſtinatio. Ventis remisque in patriam omni feſtinatione properavi. Hæc properanter ſcripſimus. Quid hæc feſtinatio? quid hæc immaturitas tanta ſignificat? Cœptum, atque adeò approperatum eſt. Opus approperatum. Uxoris petendæ præmatura feſtinatio, calcaribus ſubditis effuſu curſu eunt. Ex tantâ properantiâ. Quod feſtinantiùs fit. Coactum quid factum, & feſtinatius. Præmature id factum dicitur. Confecit iter tam feſtinanter & rapidè. Sibi quisque properus. Pericula exproperantia. * **Eilen thut kein gut.** *Il ne fait bon, ſe trop hâter.* Nihil ordinatum eſt, quod præcipitatur, & properat. In feſtinatione non nimiæ ſuſcipiendæ celeritates. Properato, celeritate opus eſt.

SENTENTIÆ. Feſtinatio multos bonos peſſumdedit. (*Tac.*) Feſtinatione nihil tutius in diſcordiis civilibus; ubi facto magis, quàm conſulto opus. (*Idem.*) Ubi urget temporis anguſtia, acceleradum non eſt, ſed maturandum. (*Aldobr.*) V. CELER.

FESTUM. **Feſt-Tag.** *Jour de Fête*

SYN. Feſtus, i. ADJU. Inſigne, ſolenne, annuum religioſum, lætum. PHR. Feſtus, *vel*, Feſta dies. Dies feriatus. Solemnia feſtorum. Feſtum ſolemnibus epulis ludicrum. * **Beweglicher Feſt-Tag.** *Fête mobile.* Feſtus inſtabilis, conceptivus, mutabilis. * **Unbeweglich.** *Immobile.* Feſtus ſtatus, ſtativus, fixus, ſtabilis ſtatæ diei feſtus. * **Groſſes oder hohes Feſt.** *Grande fête.* Feriæ ſolemnes.

Dies

Dies celeberrimus ac ſanctiſſimus. * **Dieſe Feſt-Tage fallen allezeit auff einen Tag.** *Cettes fêtes tombent toujours au même jour.* Hi feſti eundem in diem incidunt, incurrunt, eveniunt, obveniunt, obtingunt, cadunt. * **Es iſt heut das Feſt des heiligen** Thomæ. *C'eſt aujourdhuy la fête de S. Thomas.* Dies hæc eſt S. Thomæ ſacra. Anniverſariæ Divi Thomæ memoriæ conſecratus hodiernus eſt dies. Hæc dies Reipubl. Chriſtianæ univerſæ illuſtris, lætô prodigiô ſuum habet, pro refulgeat, Solem, hoc citimo terris communique clariorem non ſapientiâ minùs, quàm ſanctitate ſplendidum Thomam. * **Er ſtarb auff** Laurentii **Tag.** *Il mourit la fête de S. Laurent.* Obiit ipsâ feriâ Laurentii nobilitatâ Martyrio. Ipsâ B. Laurentio ſacrâ die. Ipsâ ſolemni luce S. Laurentii. Ipſo die quô S. Laurentii anniverſaria gratulatio celebratur. * **Einen Feyertag halten.** *Chommer une fête.* Feſtum diem agere, colere, celebrare, ducere agitare. Publicè per annua revertícula ſolenniter celebrare ſacra. Feriari die feſto. Vacuum ab opere, feſtum diem agere. Immunem ab opere feſtum diem traducere, tranſigere. * **Dieſer Tag wird nicht gefeyret.** *Cette fête ne ſe chomme point.* Non eſt hic dies feriatus ab opere, vacuus ab opere, feriatus ad opus. Non eſt indicta in hunc diem vacatio.

Cœlum illud altiſſimum, quod emeritæ lucem virtutis cælat, anniverſaria pompa hodiè recluditur. * Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo Sol exſurgit aurem, & ecce diſcurſu religioſo, ac prorſus triumphali turbula complent totas plateas, tantâque hilaritudine præter peculiarem meam geſtire mihi cuncta videbantur; ut pecua etiam cujuscemodi, & totas domos, & ipſum diem ſerenâ facie gaudere ſentirem. Nam & pruinam pridianam dies apricus ac placidus repentè fuerit inſecutus, ut canoræ etiam

avi-

aviculæ prolectante verno vapore, concentus ſuaves adſonarent: matrem ſiderum, parentem temporum, orbisque totius dominam blando mulcentes affamine. Quid? quòd arbores etiam quæ pomiferâ ſobole fœcundæ, quæ earum tantum umbra contentæ & ſteriles, auſtrinis laxatæ flatibus, germine foliorum renitentes, clementi motu brachiorum dulces ſtrepitus obſibilabant, magnoque procellarum ſedato fragore ac turbido fluctuum tumore poſito, mare quietas alluvies temperabat: cœlum autem, nubiloſa caligine diſjecta, nudo ſudoque luminis proprii ſplendore candebat. * Communi Sole non eget hæc dies, omnium ideò illuſtriſſima, quòd Sol ipſe infinitus lucido profuſus imbre delabitur. Dies igitur è ſideribus nata eſt, quam diurnæ lucis autor, quem intuemur, Sol ipſe afferre non potuit. * Non equidem miror P. B. hodiernum diem Dei Opt. Max. qui naturâ unus eſt, triplex hypoſtaſi, feſtum atque ſolenne jucundiſſimâ præſtantiæ tuæ luce; frequentiſſimo conventu purpuratorum patrum, publica Chriſtiani populi lætitia, gratia Oratoris, quamvis non boni voce; maxima ceremonia religionis antiquæ celebrari: miror potius tacere quenquam, & ſe continere, & in tanto gaudio populi Chriſtiani univerſi, orationem unius hominis exſpectari; debetur enim illi rerum effectori, & molitori Deo, quem venerantes, animo quaſi præſentem intuemur, vel propter naturæ præſtantiam, & dignitatis, vel propter magnitudinem beneficiorum erga univerſum hominum genus, vel propter immortalium bonorum, quæ ſperamus ab ipſo jucunditatem: ut omnes ordines, omnes ætates, omnes nationes geſtiant, exſultent, exclament, & ejus magnitudinem quod poſſint, voce, cantuque declarare conentur. * Quantò meliùs, quantò facilius fuiſſet ſacris, Eccleſia præcepto, diebus, adoleſcentes vitali doctrinæ Chriſtianæ ubere lactare;

piis

piis tum concionibus, tum voluminibus educare; Ecclesiasticis denique corroborare Sacramentis. * Festum celebremus, non corporis nitore, non vestitûs mutatione ac magnificentiâ, non commessationibus & ebrietatibus, quarum fructum cubilia & impudicitias esse didicistis; nec floribus vicos cingamus: nec unguentorum turpitudine mensas & vestibula ornemus: nec visibili lumine splendescant domus, nec tibicinum cantu plausibusque personent; hoc enim more gentiles novæ lunæ festum celebrant. At nos nè committamus, ut ad hunc modum DEUM honoremus, ac præsens tempus iis rebus, quæ minimè decent, extollamus: verum animi puritate, & mentis hilaritate, & lucernis totum Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est divinis contemplationibus & cogitationibus, quæ super sanctum candelabrum excitentur, atque universum terrarum orbem luce perfundant. (*Nazianz.*) Illud autem nè sis nescius, DEUM beneficiorum suorum monimenta Festis & olim & nunc adstrinxisse: ut qui festos dies agitant, eorum memoriam auribus suis insonantem habentes, non ad temulentiam, sed ad gratiarum actionem & virtutem se se convertant. (*Isidor. Pelus.*)

FIDELIS. **Getreu.** *Fidel.*

SYN. Fidus, amicus. PHR. Fidei retinens, observans, tenax. In fide constans, *vel*, religiosus. Fide conspicuus, spectabilis, inclytus, præditus. Mentiri nescius. Fallendi ignarus. Vir fidei inconcussæ. In quo summa est integritas fidei. Nunquam non fidelis. * **Ein guter Knecht muß getreu seyn.** *Un bon serviteur doit être fidel.* Famulus probus ac frugi, fidelis esse debet; Fide officioque singulari semper esse debet. Oportet, ut famulus fidem servet & colat; Ut sit fidei plenus; Non sit ambiguâ fide, non fluxâ, non levi, non parvâ; sed

optimâ & ſpectatiſſimâ, notâ & exploratâ: Talis ſit oportet, ut ei omnia rectè ac tutò credi poſſint. * Fuit eâ fide benevolentiâque ergà illum, ut, &c. Illud fidelisſimum pectus tibi.

FIDELITAS. **Treu.** *Fidelitè.*

SYN. Fides, fiducia. *ADJU.* Alma, apta, perennis, bona, ſalva, certa, communis, melior, egregia & ſingularis; grandiſſima, incredibilis, publica, infirmior, ſingularis ac divina, inſignis, mira jucunda auditu, magna, mala; optima & ſpectatisſima; præſtans & ſingularis: ſanctisſima; ſingularis ac prope incredibilis; ſumma, venalis, vicaria operæ noſtræ. (*Ex Cic.*] Inconcuſſa, inviolata, ſtabilis, jurata, conſtantisſima, integra, ſincera. *PHR.* Fidei integritas. Conſtantia promiſſorum. Nè fides mea perfidia illius derogetur, laboro. * **Einem die Treu halten.** *Garder fidelitè à quelqu'un.* Alicui fidem ſervare, præſtare. Adverſùs aliquem in fide perſeverare, manere. Fidem in amicitiâ retinere, ſervare adhibere. * **Die Treu übertretten.** *Manquer de fidelitè.* Fidem violare, frangere, fallere. * **Einen von der Treu abwendig machen.** *Corrompre la fidelite de quelqu'un.* Alicujus fidem labefactare, tentare, & corrumpere. Aliquem de fide deducere, dejicere. * **Seinem Fürſten Treu und Gehorſam ſchwören.** *Préter ſerment de fidelitè à ſon Prince.* Principi Sacramentum dicere, ſacramento dicere: Sacramento ſe obligare, fidem obſtringere. In verba Principis jurare.

SENTENT. Heu! fides ab univerſis proturbata mortalibus; & quod hactenus Numinibus Homines jungebat expulſum. (*Ennod.*) Ego publicam appello fidem, quæ inter piratas ſacra eſt, quæ inter armatos hoſtes inducias facit, quæ deditarum civitatum jura conſervat. (*Quintil.*) Si DEO tuo fidem ſerva-

re

re recuſas ; quomodo mihi, qui homo ſum, eam ſervabis ; (*Theodoric. R.*) Fac fidelis ſis fideli : cave fidem fluxam geras. (*Plaut.*) Malo mihi ſucceſſum deeſſe, quàm fidem : Etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem. Fidem qui perdit, nil poteſt ultrà perdere. Fidem nemo unquam perdit, niſi qui non habet. [*Sen.*) Fides rerum promiſſarum, etſi toto mundo exulet, tamen, apud Imperatores debet conſiſtere. (*Carol. V.*]

SIMILITUDO. Ut locus in mari ſine portu navibus non poteſt eſſe tutus : Sic animus ſinè fide ſtabilis amicis non poteſt eſſe in iis rebus, quæ ſub eandem rationem cadunt. (*Cic.*)

FIDES Glaub. *Foy, Religion.*

SYN Religion. ADJU. Ab omni curioſitate diſſita. Sancta, inviolata, indubitata, Sacroſancta, divina, firma. PHR. Donum DEI, ac lumen, quo mentes hominum illuſtrantur. Calor hominum corda incendens. Magnes ad DEUM nos attrahens, cumque eâ conjungens. Fides non vana, nec otioſa : verùm ſolida & bonarum actionum perpetuò fœcunda.

AMPLIFIC. Veniant in memoriam præclariſſimæ ac ſapientiſſimæ Reſp. atque illa imprimis Romanorum parvis initiis ad illam dignitatem ſtabilitatemque perducta, quam veneramur atque etiamnum obſtupeſcimus. Quibus illam primùm naſcentem fundamentis nixam, quo ſpiritu animata accepimus, præterquam religionis; ipſis adeo ethnicæ ſuperſtitionis hominibus hæc ratio ignorata non fuit, Romulus ſine Deorum conſultatione, ſine conſecratorum hominum auſpiciis nihil egit. Hic tamen armis non minus, quàm aris intentus collapſuram Remp. conſtituiſſet, niſi Roma Numam moderatorem accepiſſet, quid collecta urbis membra illo, quo dixi, religionis

ſenſu vegetaſſet. Hinc vitalis in robuſtisſimum deinde corpus manavit vigor: hinc omnis veluti à corde vita, à venis ſanguis, ab ingenio moderatio. Jaceret jam olim inter Italiæ buſta, Thebis Athenisque perſimilis, Roma, niſi religione hoſtium vim inſidiasque ſuperaſſet. Hæc adeo teſtata ſunt, ut atrociſſimæ quæque ſeditiones, nationumque conjunctarum diſſidia, ex ſolo religionis everſæ principio pendeant. Et ne vetera nimis tangam quid orientem ob occidente divulſit, unius quondam imperii ſacrorumque communiore ſociatum orbem, niſi obtritâ perfidè religio? quot Africam concuſſit moribus Donatiſtarum & Manichæorum hæreſis? quot Aſiam Europamque Ariani tempeſtatibus objecerunt? Illa quæ hodiedum omnium noſtrorum oculis obſervatur miſerrima Europæ facies tot cladibus deformis, tot exulcerata malis, unde niſi à ſpreta religione calcataque provenit? reducatur in antiquam ſedem fides, & pietas, neque in ipſis ſacrorum adytis Divorumque baſilicis iniquitas, & perfidia triumphet; ſtent aræ ac templa ſuo in cultu ac ornamentis priſtinis; veneremur atque etiam imitemur majorum noſtrorum ſanctitatem, illa religioſorum hominum clauſtra inviolata maneant: non invertantur ſacra pœnitentium aſyla, piorum domicilia, virginum receptacula, pſallentium odea: ornentur hæc etiam benevolorum hominum, & frequentia, & munificentiâ; verbo pii religioſique viri Remp. incolant; nihilque ad illorum felicitatem defuturum eſt.

SENTENTIÆ. Fides eſt voluntaria quædam & certa prælibatio nec dum propalatæ veritatis. (*Bern.*) Fides eſt unicum credentium fundamentum, eos collocans in feritate. (*Bonav.*) Fides eſt certitudo rerum abſentium, ſupra opinionem, & infrà ſcientiam conſtituta. (*Hugo V.*) Fides eſt inſita credentium animis citrà ambiguitatem aliquam diſpoſitio

Theo-

(*Theodoret.*) Fides eſt radix omnium virtutum. (*Ambroſ.*) Fides fundamentum eſt juſtitiæ. (*Idem.*) Fides noſtra Theſaurus eſt. (*Idem.*) Hæreditas Majorum eſt vera fides. (*Idem.*) Tene clavum fidei, ut te graves hujus ſæculi turbare non poſſint procellæ. (*Idem.*) Citò fides inexercitata langueſcit & crebris otioſa tentatur incommodis: Pax ergò Fidei corruptelæ materia eſt. (*Idem.*) Non poteſt Fides venire in dubium, quæ veritatis fulta præſidio, craſſiora mendationum nubila, fulgidæ claritatis lumine diſſipat. (*Athan.*) Fides neſcia falli, fides inviſibilia comprehendens, ſenſus penuriam non ſentit. (*Bern.*) Dicamus Fidem Vitem, virtutes palmites, botrum opus, devotionem vinum. (*Idem.*) Maxima Mater virtutum eſt Fides. (*Clem. Alex.*) Fides baſis ac ſtabilimentum charitatis. (*Idem.*) Dux hujus vitæ Fides eſt. (*Chryſol.*) Una eſt, vera, ſingularis, perfecta, inviolabilis, Catholica Fides; cui nihil addi nihil minui poteſt. (*Leo.*) Si benè credis, & malè vivis, proprio te gladio perimis. (*Trith.*) O quàm præſumpta Fides, quæ mavult magis novellæ traditioni ſuæ credi, quàm antiquitati! (*Zeno M.*) V. RELIGIO.

FILIUS. Sohn. *Fils.*

SYN. Gnatus, natus, procreatus, ADJU. Aſſiduus in prædiis, *conſceleratiſſimi* innocens, perditus, ruſticus, barbarus, belliſſimus, ſuaviſſimus, blandus & gratioſus, charus, dignus patre, charior *quam*, charisſimus, imbecillus, *robuſti* clarisſimus, conjunctisſimus, conſtantisſimus atque optimus, conſularis, delicatior, *digniſſime patre*, diſertus, diſſolutus, feſtivus, *incolumes*, ſimillimus patris; gnavus & prudens & probus; honeſtisſimus, immanis, impurus, incolumis, infans, innocentisſimus, *obſides* mendax, avarus aut non amans ſuorum; ferox fortas-

sè & arrogans, & infestus; nudus, prætextatus, optimus atque innocentissimus, *parvi, diserti,* parvulus, parvus, pupillus, mellitus, suavissimus, bellissime, probus, studiosus, eruditus & modestus; turpis, venustissimus mihique dulcissimus. (*Ex Cic.*)

PHR. Mascula proles, soboles, progenies. Charissima procreatio. Partus. Spes Parentis. Imago animi, & corporis paterni. Materculæ suæ festivus filius. Pater reliquit effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii filium. Filius patria virtute præditus: Patri simillimus: Spes reliqua Parentis. Ut proprium, & sui sanguinis eum fovebat. Cujus illa reliqua soboles virilis. Parentis spes, adjutamentum, solamen: Curarum & senii ejus dulce levamen: Spes firma Parentis.

AMPLIFIC. Paterna in Filio æquitas, senilis in juvene prudentia, consularis in Legato authoritas. Prorsus omnes virtutes tuas ita effingit ac repræsentat; ut medius fidius admirabilior esset in juvene, quam in te parta laus. (*Apul.*)

SENTENTIÆ. Audi, Fili mi,, disciplinam Patris tui. (*Prov. 1.*) In Filiis suis agnoscitur vir. *Eccles. 11.*) Confusio Patris est de filio indisciplinato. [*Eccl.* 7.) Filii, obedite Parentibus vestris. (*Eph. 6.*) Filius Patrem contumeliâ afficiens, indignus est, qui famulorum probatorum ministerio fruatur. (*Chrysost.*) Reverà filium se nescit, visceribus caret, naturam negat, ingratus est Patri; qui auctorem vitæ suæ non obsequiis placat, non devincit cultu, muneribus non honorat. [*Chrysolog.*) Felices, qui possunt omni vitâ suâ Parentibus dicere: Quid feci? [*Quintil. S.*]

SIMILITUD. Ut ferrum, aut chalybs cætera quidem duritie rigoreque superat, ab adamante vincitur: Ita res quidem potens est amor in liberos; sed hunc quoque superat pietas in DEUM. [*Erasm.*)

FLOS

FLOS. **Blum.** *Fleur.*

SYN. Floſculus. ADJU. Delibatus, lectiſſimus, recens pullulans, odorus, redolens, niveus, ſuavis, dulcis, vernus, æſtivus, fragrans, decorus, purpureus, candidus, croceus, vernalis, naſcens, pictus, gemmans verſicolor; occidens & reviviſcens. PHR. Exquiſitiſſima Naturæ omnium parentis ornamenta. Ocelli hortorum exanimes. Amœniores Naturæ deliciæ. Elegantiſſimus terræ apparatus. Pratorum honos. Veris opes. Odorifera telluris aſtra. Molles vivæque gemmæ. Nectareæ roris & mellis officinæ. Nympharum decor & amores. Sedes gratiarum, blandimenta cupidinum; amœnitatum omnium illecebrarum que puriorum picturatæ pyxidulæ, oculos odoratumque incredibili delectatione demulcentes. Aſtra terreſtria. Camporum ſtellæ odoriferæ. Scintillantes hortorum gemmæ. Suaveolentiæ Naturæ monilia. Amœnitates animatæ. Odore ſuo nos ad honoris amorem pellicientes, foliorum nitore âd vitæ decus excitantes: colorum varietate gratiſſimâ eximiaque pulchritudine ad laudis ſtudium, ad omne officii genus, ad rerum æternarum contemplationem impellentes.

Im Frühling iſt alles voller Blumen. *Au printemps tout eſt rempli defleurs.* Ver in ipſo ortu jam gemmulis floribus cuncta depingit, & jam purpureo nitore prata veſtit: & commodum direpto ſpineo tegmine ſpirantes cinnameos odores promicant Roſæ.*

Anfangen zu blühen. *Entrer en fleur.* Effloreſcere: Florem induere. Se in florem induere. In florem emicare. * **Eine Wieß / ſo voller Blumen.** *Un Pré émaillè de fleurs.* Pratum floribus diſtinctum, pictum, picturatum, conſperſum, vermiculatum, illuminatum.*

Die Natur hat das Feld mit ſchönen Blumen außgezieret. *La Nature a parſemé les campagnes de mille belles fleurs.* Natura, terræ ſolum, mirabili illuſtri-

um florum varietate depinxit, illuminavitque. Vario, eleganti, ſplendidoque florum ornatu agros Natura deſcripſit, depinxit, diſtinxit, illuſtravit, illuminavit, conſperſit. * **O wie riechen die Blumen ſowohl.** *Que ces fleurs ſentent bon.* Quàm ſuavem odorem hi flores exhalant, afflant, efflant, effundunt, fundunt, ſpirant, adſpirant. Quam jucundus odor, ex his floribus afflat, afflatur, exhalat, exhalatur, ſpirat. fùnditur, effunditur.

AMPLIFIC. Ager ita floribus conſtratus: ut hinc violæ paſcant ſpecie oculos, atque eò magis paſcant: quo abjectius humili Camomillo immiſtæ jaceant; illinc hyacinthi nares ſuavitate deliniant, atque eo deliniant magis, quo propius abſynthio conjuncti extent, utrinque roſæ animos voluptate perfundant magis, quo denſius ſpinis involutæ, emineant. * Ipſi noviſtis, quantum cœli amœnitas afficiat; quantum nos iſta florum diverſitas oblectet. Nam quis Apelles eſt, qui ſuo penicillo quamlibet artificioſo, nativos herbarum & florum colores meliùs exprimat, quàm ipſa natura rerum omnium parens ingenioſiſſima? * Non aſtrorum illi ignes profectò magis nitent in ſerena nocte; quàm hi tui ſcintillantes micantesque variè flores. (*Lips.*) Quæ illa tàm rigida mens, quæ inter hæc non flectat ſe molli aliqua cogitatione, & liquescat? Jam ades curiosè tu ocule, defigere paulùm in nitores iſtos & pigmenta: Inſpice hanc nativam purpuram, hunc ſanguinem, hoc ebur, hanc nivem, hanc flammam, hoc aurum, & tot colores, quos artifici cuique penicillo æmulari fas, æmulari, ſed non imitari. Denique quis exhalans ille odor? quis penetrans ſpiritus? & neſcio quæ pars æthereæ auræ infuſa ab alto? ut non vanè Poëtarum noſtra gens flores plerosque natos finxerit è ſucco aut ſanguine immortalium Deorum. (*Idem.*) Prominebant innumeræ ſpecies ſpecioſiſſimorum floſculorum,

nullo

nullo non colore, nullo non cultu ſibi mutuò concertantium; horum cum tot diverſa genera, tam varii eſſent decores, unum tamen omnium officium erat, de campo tot picturis variegato, tot relucentibus oculis purpurante, in ſuaviſſimum ſpiritum convenire, cujus eſſent eæ gratiæ, is lepos, ut cuique etiam in qualibuscunque ærumnis conſecto animo novam vitam, exoptatiſſimi odoris fragrantiâ, adſpirare poſſent. * Communis amor, & cura gratiſſima, hortenſes flores, dum totius anni vices perpetuus vere coronatis, ferrei temporis de terra rubigine novum ſeculum florei nitore nominis coloratis. * Exite jam ad vitæ gloriæque lucem terræ quidem filii, ſed altricis nobilitatis adoptivi. Ipſum publicæ lucis decus; quandoquidem flammæ tum Græco nomine tum nitidæ ſpecie fulgeris; veſtro fulgore provocate. Cum Sole ipſo clariora cœleſtibus terrena ſidera interdiu micate, ac diem geminate. In hortenſibus theatris externæ formoſitatis victores, vobiſcum ipſi formoſiſſimi fratres domeſticô certamine de formadimicato; Diſcolores inter hortorum ſcenas ſimul florentis, ſimul de floreſcentis mortalis pulchritudinis utilem fabulam date. * Ecce jam voci votoque reſponſuri mater in ſinus gravem præmaturo egreſſu moram rumpitis. Jam virides inter foliorum faſciolas inſolitam ad lucem conniventia capitula ſuſtollitis. Jam vitam, quam nos ærumnoſam nobis natalitiis lacrymis præſagimus, latiſſimam vos diducto decenter ore à riſu inchoatis, & hiante ſemper labello renidentes, dum vivitis, ridetis. O vos beatos, quorum vita riſus eſt: ô riſum efficacem, quo totus annus exhilaratur. * Sed quis inter ventoſa hortorum hybernæ flos lætior hyemet, quàm quæ non ſine vento aperitur, quæque ventum nomine ſpirat; Anemone? Conſpirate jam conjuratæ aurarum animæ: Veſtros animoſos impetus omnium unus hic floſculos to-

hiatu ridet, imò veſtro Spiritu animatur. * Vides campeſtrem illum floſculum? Natura prorſus ſanguineæ, tam rubicundus, ultra penicillum Rubeni ſagittâ Solis pictus. Sphæricè diffundit odorem tam amabilem, etiam moriturienti triſtem pelleret agonem; eſt terreſtris ſtellula, eſt Floræ gemmula, ornata plusquàm Salomon in gloriâ; Quomodo jocatur cum illo Zephyrus? aſpirat leviculus halitus, & inſtar aviculæ filio ligatæ movetur floſculus, volvitur, revolvitur, evolvitur, involvitur, convolvitur, devolvitur, tam mirè, tam lectè hinc illinc rotatur.

FLUMEN. Fluß. *Fleuve.*

SYN. Fluvius, fluentum, torrens, amnis, profluens. ADJU. Aureum illuſtre, frigidus, magnum, gelidum, maximum, propinquum, publicum, univerſum. [*Ex Cic.*] Vagum, ſonorum, concitum, effuſum, rapidum, ſpumeum, *vel*, ſpumoſum, tumidum, exundans, velox, limoſum, ſinuoſum, declive, obliquum, inflexum, herboſum, profundum, citatum, viridans, amœnum, lentum, torpens, irriguum, ripis arduum; ſinuoſis flexibus errans; variis curſibus defluens: in mare decurrens, influens: Lapſu & curſu ſuo ad mare profluens; Infimâ valle profluens; ſuper ripas effuſum; innavigabile, præaltum, adverſum, muros præterfluens; PHR. Fluitans alveus. Aquarum fluxiones. Amnis profluus. Strepitus fluminum. Derivationes fluminum. Liquores perlucidi amnium. Amnis vorticoſus. Tortuoſi amnis ſinus, fluxus. Amnis latè reſtagnans, excurrrens, effuſus: continuis imbribus auctus, Amnis fluentum. Fluvius urbis mœnia alluens, adlambens, præterfluens, præterlabens, præteriens. Fluvius urbem interfluens, ſecans. Amnis clemens: Alveus fluminis clementior; Amnis leni-

niter fluens; leni aquarum fluxu, *vel*, tractu defluens. Ganges unus omnium amnium maximus. Qui per acclivia quidem nonnisi coactus fertur, per prona autem & declivia celerrimè labitur. Fluvium extra ripas diffluentem coërcere. Tum subitò magnis commotis tempestatibus fluvius, is propter civitatem fluit, ita magnus & vehemens factus est, ut, *&c.* Lacus sine ullis cœlestibus aquis in altitudinem insolitam crevit. Quâ flumen *Allia* montibus prærupto defluens alveo, haud multum infra viam *Tiberino* amni miscetur *Circus Tiberi* superfuso irrigatus. *Tiberis* agros inundavit, cum magnâ strage tectorum pecorumque & hominum pernicie. In rapidos gurgites auferebatur. Si amnis in rivos diductus superstagnavisset. Prima Æstuaria (**Auß-lauff**) nondum adcrescente undâ, intrepidi transiere. Is nonnullis locis vado transitur. Flumen pedibus transiri potest. Propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque Fluminis. Difficili transitu flumen, ripisque præruptis. Hunc montem flumen subluebat. Inter rapidorum cursum torrentium. Impiger fluminum Rhodanus. Abundatione verni fluminis. Ubi pax fluminis rediit: i. e. desiit inundare. Aqua paluſtris, quæ pigro lapsu repit. * **Ein in verſchiedene Arm zertheilter Fluß.** *Une riviere divisée en plusieurs bras.* Amnis in fluvios distractus. Fluvios varios in amnes diductus. Flumen in plures divisum alveos. * Flumen, cui ripa inaccessa: Cui ripa præcisi supercilii: Cui præruptum ripæ supercilium. * **Alle Flüß fliessen in das Meer.** *Toutes les rivieres se déchargent dans la mer.* Fluvii omnes in mare influunt, excurrunt, illabuntur, devolvuntur, evolvuntur, effunduntur; se exonerant, se ejiciunt, se evolvunt, se effundunt, in mare decurrunt.

Digitized by Google

AMPLIFICAT. Fons Fluvii hujus, ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubjectam petram magno ſtrepitu aquârum cadit: inde diffuſus, circumjectos rigat campos; liquidus, & ſuas duntaxat aquas trahens. * Majore vi ac mole agit undas hic fluvius, cum extra Urbis munimenta ſe evolvit. * Amnis ille non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puro ſolo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque, frigidiſſimus: quippe multâ riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis, in mare evadit. * Tigris fluvius oritur in montibus Uxiorum, & ſylveſtribus ripis præceps inter ſaxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo præterit; jam navium patiens, & leni tractu aquarum Perſico mari ſe inſinuat. * Flumen quo latiùs fuſum eſt, hoc placidiùs ſtagnat; at anguſtis ripis coërcita, & in anguſtiorem alveum eliſa, torrentes aquas invehunt: contrà ſpatio alvei, ſegnior curſus eſt. * Pacatiſſima intuêre flumina, quæ lenitudine ſuâ curſum oculis eripiunt. Incumbant venti; exſurgunt fluctus; & imanſuetum illud Elementum, quod ovium inſtar ignorare motus videbatur, in leoninas exaſperatur iras. * Flumen lene quidem, & ipsâ libertate alvei placidum; niſi meantis curſum interciperent pontes. * Liber alveus non mitius, quàm ſi ubique obices morarentur, ſeſe ſpumanti impetu effundebat, cum improviſo amnis, tanquam & ipſe nocti cederet, obmutuit, facesque aliquot ex ſtratis fluctibus emerſerunt. * Haut ita longè radices platani lenis fluvius in ſpeciem placidæ paludis ignavus ibat, argento vel vitro æmulus in colorem. * Miramur lacus quosdam ex ſeſe fluvios maximos navibus onerariis ſuſtentandis ac vehendis pares gignere atque effundere continenter; & ea perpetua fluxione non mo-

modò non areſcere, neque exhauriri, ſed ne tantillum quidem diminui vel decreſcere, & jure miramur. * Præceps riparum vorago, quæ ſi errâſſet veſtigium, nihil mitius promittebat, quàm verticoſum amnem etiam tum ſuperbius decurrentem, quod largior imber nubibus excidiſſet, quas amnibus in pabulum æſtivum Natura immittit. * Fons per tenues venarum primitus erumpit meatus, atque anguſtos ſenſim ſerpit in rivulos, donec digno ſucceſſu in totam ſe fluviorum latitudinem prorumpat, & valenter effundat. (*Chryſol.*)

FOEDUS. **Bund.** *Alliance.*

SYN. Pactio, fides, ſocietas, amicitia. ADJU. Æquiſſimum, firmum & ratum, incredibile *ſceleris*, aptum, honeſtum, turpiſſimum, nefarium, parvum; pium juſtumque; ratum religioſumque; ſacroſanctum, ſanctiſſimum atque ditiſſimum; ſingulare. (*Ex Cic.*] Sociale, æternum, incorruptum, tacitum, concors, amicum, ſtabile, inviolatum, benè firmum, fallax, doloſum, optatum, perenne, conjuratum, legitimum. PHR. Amicitia Regum & Populorum lege & religione ſancita. Firmatæ pacis leges. Lex fœderis. Pacti fides. Pacis pignus inviolabile. Tranquillæ fœdera pacis. * **Mit einem einen Bund machen.** *Faire alliance avec quelqu'un.* Cum aliquo, *vel*, inter aliquos Fœdus ferire, icere, inire, ſancire, percutere, jungere, pangere, conſtituere. Fœdere ſocietatem cum aliquo confirmare, facere, inire, contrahere. Fœdere devincire fidem cum aliquo. Facere fœdus inter ſe. Paciſci fœdus. Conficere pactiones. Conflare ſocietates. Sibi aliquèm ſocietate & fœdere adjungere. Animos fœdere jungere. Ex pacto vis eſt, ſi quid inter ſe pepigerunt. Duo populi in unum confuſi ſunt. Societas coire poteſt, vel in perpetuum. Aliquem

ſibi

ſibi ſocium adjungere. Socios ſibi ad bellum adſciſcunt. Id fœdus neo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. * **Eine Verbündnuß übertretten.** *Violer une alliance.* Fœdus frangere, dirimere, rumpere, violare, reſcindere, negligere. Eſſe fœdi fragum. Deformi ſe fœderis ictu maculare. * **Einen Bund abſagen.** *Renoncer à une alliance.* Fœdus ſociis renuntiare. Nuntium ſociis remittere. Societatem fœderatis renuntiare, remittere. Sociis diſceſſum à fœdere denuntiare, renuntiare. Ab fœdere abire, diſcedere, deficere, deſciſcere.

SENTENTIÆ. Quid tam novum, aut magis contra fas fieri poſſit; quàm cum jusjurandum ac pacta violantur? (*Heliod.*) Vox Juris ac Legum eſt: bonæ fidei contractum non poſſe reſcindi? (*Sym.*)

SIMILITUD. Ut adamas ſi frangi contingat malleis, in minutiſſimas diſſilit cruſtas, adeò ut vix oculis cerni queat: Ita arctiſſima neceſsitudo, ſi quando contingat dirimi in ſummam vertitur ſimultatem; & ex arctiſsimis fœderibus, ſi ſemel rumpantur, maxima naſcuntur diſsidia: aut ſupra modum incandeſcit ſemel victa lenitas. (*Plin.*] Fœdera ſimilia ſunt teſtudini, in quâ cum una ſolummodò chorda diſcrepare incipit, tota harmonia turbatur. (*Alciat.*)

FOEMINA. **Weib.** *Femme.*

SYN. Mulier. ADJU. Bon, bona & locuples, & ſanctiſsima atque optima, caſtiſsima matronum, graviſsima atque optima lectior, lectiſsima, lectiſsima miſerrimaque, nobiliſſima, pecunioſa, optima & amantiſſima, præſtantiſſima, primaria, probatiſſima & ſummo loco nata, prudentiſsima & diligentiſsima, *prudentiſſimæ, lectiſſimæq;* pudica, religioſa, pudiciſsima, ſanctiſsima atque optima, ſpectatiſsima. (*Ex Cic.*) Culta, compta, pexa, imbellis, mobilis, inconſtans, mutabilis, variabilis, garrula, infide-

fidelis, bilinguis, fucata, litigiosa, verbosa, perfida, superba, invida, mendax. PHR. Fœmineum genus. Sexus imbellis. Mulier imbecilli consilii. Virilis animi fœmina. Nihil muliebre præter corpus gerens. Jus ac dignitas matrimonialis. Megæra quædam mortalis: morosa admodum & jurgiosa: annosa, biboſa, procax. Æquè impudens animo & ferum, cupiditatum incontinens. Multivola mulier. Mollior sexus. Sequior sexus. Matronalis sedulitas. Mala merx & callida. (*Plin.*) Mala, stulta, & indomita, imposque animi mulier. [*Non.*] Fœmina callida est, ut optimè possit architectari voluptates. Quæ rebus suis domesticis non contenta: implicare se aliis, & viri partes præripere conatur, neque se ei morigeram præbet. Illa novi sceleris inventrix, inauditæ Magistra crudelitatis, opifex insolitæ sævitiæ. In quâ omnis nequitia & audacia, omnis inhumanitas & barbaries; omnis crudelitas feritasque belluarum.

AMPLIFIC. Mulier est *P*aradisus oculis, Infernus Animabus, Purgatorium crumenis, Limbus cogitationibus. * Quam non monilia baccata, non murenulæ, non armillæ, non annuli, non cincinni non vestes peregrinæ atque discolores ornant; sed pietas sed morum probitas, sed vitæ sanctimonia, sed pudor atque verecundia. * In culinas, veluti in pistrinum aliquod detruduntur: lanam & colum tractare: assiduo durum pollice nere opus, levicula alia obire munera coguntur. * O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum! ô libidinem effrenatam & indomitam! ô Audaciam singularem! non timuisse, si minus vim, deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem facesque illas nuptialeis? non limen cubiculi: non cubile filiæ? non parietes, denique ipsos superiorum testes nuptiarum? perfregit ac prostravit omnia cupiditate

ac

ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Nemo erat illorum(benè dicam,) quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacunque illa iter feciſſet: nemo quin terram ipſam violari, quæ mater est omnium vestigiis conſceleratæ matris,putaret. Itaque nullo in oppido conſiſtendi potestas ei fuit: nemo ex tot hoſpitibus inventus est, qui non contagionem adſpectus fugeret, urbi aut hoſpiti committebat.

SENTENTIÆ. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier autem timens DEUM, ipſa laudabitur. (*Prov. 31.*] Melius est habitare in terra deſertâ, quàm cum muliere rixosâ & iracundâ, (*Ibid.cap.21.*] Non est caput nequius ſuper caput colubri: & non est ira ſuper iram Mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. (*Eccl. 25.*] Beatus, qui habitat cum muliere ſeptatâ. (*Eccl.9.*) Haud facilè Fœmina invenietur bona. (*Pacuv.*) Profectò digniſſimè faciendum est, ut Mulierum famam multorum oculis lux clara cuſtodiat. (*Cic.*) Quid est ſpecioſa Fœmina? Sepulchrum dealbatum; niſi fuerit caſta,pudica. Pulchritudo autem ſinè his virtutibus est præcipitium; patens venenum,inſpicientibus compoſitum. (*Chryſoſt.*) Quid aliud est mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum,naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum: mali natura, boni colore depicta? (*Idem.*) Ego quidem exiſtimo, nullam esse in hoc mundo beſtiam comparabilem mulieri malæ. (*Idem.*) O malum ſummum, & acutiſſimum diaboli telum Mulier! Per Mulierem Adam ab initio in Paradiſo cecidit: Mulier ipſum exterminavit, Per mulierem mitiſſimus ille *D*avid ſui militis innocentis Uriæ,Epiſtolæ dolo occidendum hoſtibus præſentavit,Mulier ſapientiſſimum Salomonem in præ-

vari-

Digitized by Google

varicationis ſacrilegium præcipitavit. Mulier fortiſſimum Samſonem raſit, raſumque excœcavit. Mulier caſtiſſimum Joſeph vinculis alligatum in carcerem truſit. Mulier Joannem, totius mundi caput; capite truncavit. O malum omni malo pejus, Mulier mala! [*Idem.*) Cùm Mulierem vides; non hominem, non belluam: ſed Diabolum eſſe credito. (*Antonin.*)

SIMILITUD. Ut nemo ſentit, quâ parte ſtringat calceus, niſi qui indutus eſt: Ita nemo novit ingenium Mulieris, niſi qui duxit uxorem. (*Plut.*) Muta Cicada miraculo eſt, quòd ipſum genus ſit garrulum; ſunt autem hujusmodi in agro Rhegino: Sic magis admiramur conſtantiam & ſilentium in Fœminâ; quod ipſum genus mutabile ſit, & loquax. (*Plut.*)

FONS. Brunn. *Fontaine.*

SYN. Fonticulus, rivus, latex, fluentum. ADJU. Dulcis, plenisſimus piſcium, perennis, recens, reconditus atque abditus, ſanctus anguſtusque. (*ExCic.*) Amœnus, frigidus, largus, lenè fluens, vitro ſplendidior, ſaxis obloquens, placido murmure per prata fugiens, mollia gramina irrorans; tenues undas volvens, gelidus, egelidus, irriguus, illimus, cryſtallinus, pellucidus, limpidus, uberrimus, nunquam intermittens fluxum; è terrâ ebulliens, ſcaturiens, prorumpens, promanans, regurgitans. PHR. Fons aquæ. Fontis aqua. Saliens rivus aquæ. * Waſſer aus dem Brunnen ſchöpffen. *Tirer prendre de l'eau de la fontaine, du puits.* Aquam haurire ex fonte, puteo. A fonte aquam haurire, exhaurire, extrahere, excipere. * Den Brunnen gar auß ſchöpffen. *Vuider le puit entierement.* Intertrahere animam puteo.

AMPLIFIC. Fons limpidisſimarum aquarum, qui de pede antiquisſimi, & ipsâ ætate venerabilis, robori,

bori, progrediens in loco à natura ipſi deſtinatum, profunditate quadratâ alveum quempiam faciente, conſederat: Putaſſes manu humana, fabricatum velut ſolium, ubi undæ ſeſe congererent, ſed Natura Magiſtra etiam artificii curam vicerat: ſuavi ſono eò concurrens, laticum abundantia, tam gratum oculis auribusque ſpectaculum præſtabat, ut pulchri Fontis vocabulo ab omnibus circa paſtoribus idem cenſeretur. Ripæ ipſæ hujus fontis candido marmore, tam æquabiliter, compoſitéque ſeſe circumduxerant, ut ſpectatorum nemo non ad perpendiculum Architecti manu omnia enacta crederet; ſed naturalis ſcena ſaxorum facilè perſuadebat vivum opus, eum radices eorum ſolo fixas oſtenderet, non aliter, quàm præceltis montibus ſcopuli, & petrarum cautes innaſcuntur. *
Fons ille ruſticus, nudoque exceptus ſolo, non communitus aquis perennis, aut vulgari torrente volvebatur. Nulla laus eſt, quæ ejus dignitatem poſſit exprimere. Liquor omni cryſtallo nitidior per lapillorum moras, quæ in arena paſſim exturbaverant tenues, criſpaverat fluctus, & inde penè muſico concentu pulſabatur, reddebat quoque ſiderum imagines penè ipſis cœlorum facibus lætiores; & tam pulchræ noctis miracula neſcio quid mihi beatius ſpondebant, ſi ad Solis veritatem omnia examinaſſem. *
Fonticulus hilariſſimus, qui à vepreto proximo ſuaviter rivum agens, ambiguis greſſibus per univerſum illum ſaltum viridia gramina irrigans, decurrebat. *
De ſummo vertice fons affluens bullis ingentibus ſcaturiebat, perque prona dilapſus emovebat undas argenteas, jamque rivulus pluribus diſperſus, ac valles illas agminibus ſtagnantibus irrigans, in modum ſtipati maris, vel ignavi fluminis cuncta cohibeat. *
Fontes, qui perennes putantur, niſi perpetuò vel aër in cavernam ſuccedens, in aquam vi frigoris converteretur; vel à mari per occultas terræ venas, & natura-

turales cuniculos affluerent humor, exareſcerent. * In medio fons æſtuabat intra marmoreum cratera : è cujus labro caducus, veli inſtar tenuiſſimi expandebatur dimittebaturque in ſubjectam piſcinam; quam circum Siphunculi plures expreſſi micabant è ſolo, atque in cratera reciproci miſcebant ſuaviſſimum murmur. * E gramineâ crepidine fontem ſuis ebrium liquoribus trepidantem, & ſe in varios obliquantem rivos placidiſſimo aſpectu haurire : Lymphis anguſto alveolo immurmurantibus, & lenocinanti avicularum cantu, Zephyrique flabello ſoporem oculis aſpergere. * Saxum immani magnitudine procerum, & inacceſſa ſalebritate lubricum, mediis è faucibus lapicis fontes horridos evomebat : qui ſtatim proni foraminis lacunis educti perque proclive delapſi & anguſti canalis exerto contecti tramite, proximam convallem latenter incidebant. * Sub platano fons amœniſſimus fuit aquæ tam frigidæ, ut pede rigorem ſentias ; lepidus fons, inquam, ſed & jucundè temperatus Favoni ſpiritus tempeſtatis æſtum demulcens, dum dulcem & canorum ſonum inſpirat, & multam ex arboribus ſuavitatem odorum ſecum trahens. * Fons eximius, qui primum argenteis aquarum vorticibus ebulliens, mox diffuſus in fluvium ſinuoſis flexibus atque mæandris conciſus oberrat, & felicia arva perennibus fæcundat rivulis. V. PARADISUS. *&c.*

FORMICA. Ameiß. *Fourmi.*

ADJU. Impigra, provida, ſedula, parca, ingenioſa, præſaga futuri, ſolers, ſolicita, laborioſa, avara, vigil, exilis, ſtudioſa laboris. PHR. Formicula parvula atque ruricola : Omni parentis terræ agilis Alumnula. In quâ non modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria eſt. (*Cic.*)

AMPL. Tunc *Formica*, certatim difficultatis tantæ laborisque miſerta, diſcurrens gnaviter convocat cor-

rogatque cunctam Formicarum accolarum, classem; ruunt aliæ superque aliæ sepedum populorum undæ; summoque studio granatim singulæ totum digerunt acerrorum: separatimque distributis, disitisque generibus, è conspectu perniciter abeunt. (*Apul.*) Formicæ non dispersæ per agros, errant solivagæ aliarum more ferarum: sed in quandam reipublicæ societatem coëuntes conventus agunt, cœtus celebrant, se mutuo honore colunt, se audiunt, se consulunt, sibi obtemperant, se hortantur, juniores juvant consiliis, infirmiores robore sublevant, pigriores stimulis admonent: laborantes hortatibus urgent, ægras curant, mortuas efferunt, ætate provectas singulari reverentiâ prosequuntur. Eas jure diceres, cum hominibus participare rationis usum, adeò pro innata sibi sagacitate, rerum causas & principia vident, earum progressus, & quasi antecessiones, percipiunt, componunt similitudines, ventos præsentiunt, imbres præsagiunt, futura prospiciunt; & subtili consequentium comprehensione cumprimis, præsentibus ventura illigant, præteritis futura connectunt. * Est formica Dei opus, tam rei dignitate præstans, artis subtilitate limatum operis perfectione, absolutum, quam humanis sensibus tenue, rude impolitumq; videri solet. In magnis, siquidem corporibus, cœlo, terra, mari, vel certè in majoribus, ut in tot animantibus figuris, affluente materia persacilis molitio naturæ fuit: in his verò, tam parvis, tam contemptis, tam prope nullis, quæ ratio? quanta vis? quam inextricabilis perfectio? Et ubi fulgentes oculos, & visum prætendit in formica? ubi odoratum applicuit? ubi inservit gustatum? quomodo duriusculis artibus, quasi ossibus corpusculum interstinxit? qua ratione venulas instar ramulorum diffudi, quo pacto à vertice per dorsi verteras ad caudam usque diffluentem, medullam produxit? quâ solertiâ tenues membranulas discudit?

quâ

quâ molitione moventem omnia ſpiritum, acrem, vegetum, actuoſum, tam frugilibus & delicatis particulis affudit? An etiam jecur, & in jecore vaſculum bilis receptaculum? cor denique & renes, coſtulatum interſtinctione, quaſi parietibus obſepſerit neſcio, cuncta, tamen admiror. Sed nihil ingenio eſt admirabilius. Nam quæ res in hac mortalium vita poſſunt plurimum, prudentia, fortitudo, religio, non obſcuris quibusdam in formica notis, ſed tanquam in clariſſimo ſpeculo collucent. Audio in prudentiæ comitatu duas eſſe virtutes primarias, cautionem & providentiam: quarum illa in malis arcendis; hæc in bonis procurandis tota eſt. Iſtas vero, quis formicis, niſi iniquus judex fuerit, denegabit. Primum enim, quod per ſe maximum eſt, Rempublicam habent non Solonis, aut Lycurgi præſcriptis, ſed æternis naturæ legibus conſtitutam: & nè continuus in quotidianis operibus labor diſtractionem afferat amicitiarum, & ſocialis vitæ commercia ac voluptates minuat, certis diebus interquieſcunt, nundinas exercent, & miti hilaritate celebrant. Qui tunc omnium concurſus? quam amicæ ſalutationes? quam dulcia (ſi à nobis intelligerentur) colloquia? quæ animarum quam ſuavis, quam jucunda conſociatio? Redeunt deinde in domunculas, quas ſibi multis Mœandris flectuoſas ad varios uſus conſtruxerunt. Et ſilente quidem luna, quaſi ſideris abſentia contriſtatæ inter cavernulas ſe continent: mox ubi riſit Cœli facies clementior, nullius rei magis impatiens, quam otii, effundit ſe portis niger formicarum exercitus, & rura proxima pabulatur: unus omnium ardor, una mens, unòs ſpiritus, munia diverſa, & prudenter inter ſe diſtincta exercent. Aliæ prædas per calles auguſtos, nunc humeris obnixæ, nunc pedibus averſæ, magna corporis contentione convectant: ferunt onera corpuſculis majora, nec tamen ſub faſce ſuccumbunt. Aliæ ve-

nientes gratulationibus excipiunt, aliæ continuis morſibus humum egerunt, aliæ conſtructis aggeribus meatus aquarum excludunt, aliæ grana corrodunt, & veluti forcipe dividunt, ne in herbam exeant; aliæ fruges madidas exſiccant, & ſuaviter in Sole apricantur: laborat tota gens, fervent opere viarum ſemitæ, ſilices ipſæ teruntur ſub itinere, ita nihil non poteſt continua ſedulitas. *Formicula* promptâ repens velocitate, diſcurrens gnaviter, æſtate congerit unde habeat quod conſumat hyeme; itionibus ac reditionibus eandem viam relegit millies, fatigari neſcia; inertis otii ſterilitatem aſſiduis damnat laboribus; futuri provida materfamilias, æſtivi ſideris perita, plurimum annonæ in ſuum penu convehit: ita brumæ injurias non metuit, famis imperium non horret, infœcundam hyemem commeatu jam condito non ægrè tolerat. Dixerim dum licuit, fideliter laboravit, nec ſegniter excepit, ita partis jucundè fruitur. Non tamen unus formicis omnibus eſt labor. Hæ bajulorum vices obeunt, & faſcem ferunt ſe grandiorem, ut majora ſint onera quàm corpuſcula. Aliæ viarum obſtacula moliuntur & amovent; aliæ herbarum ſemina oris forcipe trahunt, aliæ terram è foveis egerunt, & meatus aquæ aggeribus excludunt Iſtæ nè madefacta humus horrea in herbam vertat, illata ſemina prærodunt; iſtæ celebri luctu corpora defuncta efferunt. Quod mirius in tanto diſcurrentium agmine, egrediens non obſtat intranti, quin potiùs, ſi quam viderint ſub onere fatiſcentem, aut ſub faſce corruentem, humeris ſuppoſitis juvant & erigunt. Ubique fervet opus, omnes laborioſæ, nullæ otioſæ.

FORTIS. Starck. *Fort.*

SYN. Robuſtus, magnanimus, ſtrenuus, acer, conſtans, potens, valens, invictus, magnus, animo-

mòsus. (*Ex Cic.*) PHR. Multum roboris habens. In quo multum eſt roboris ac virtutis. Qui animo excelſo & alto eſt: *vel*, maximi animi. Qui omnia in ſe poſita eſſe dicit, & humanos caſus virtute inferiores putat. Firmus à viribus. Virium firmitate præſtans. Firmi validiqúe animi vir. *Satis* virium mihi eſſe puto: Satis me valere viribus exiſtimo, ut illum proſternam. Vir fortis & acris animi, magnique. Magnanimus & fortis vir. Firmiore animo præditus. Pugnat, & lacertoſus. Stabili, & firmo, & magno animo Vir. Vir altus & excellens, magno animo, verè fortis, infra ſe omnia humano ducens. Multò & ætate, & viribus validior. Prævalens juvenis. Prævalidus juvenis, & ſtolidè ferox viribus ſuis. Cùm ipſe ſe prævalidus pari viribus animo circumventus tutaretur. Vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix ſuſtinere vis ulla poſſet. Strenuiſſimus, *vel*, valentiſſimus quisque occiderat in prælio. Ingens ipſe virium ac animi. Viribus exſuperantiſſimis. Virilitatis robore palliatus animus. Juvenis eximiarum virium. Et ipſe nervoſæ vivacitatis haud parvum exemplum. Virtute & viribus fretus. Corporis viribus. & animi magnitudine pariter inſignis. Egregiâ animi claritate compoſitus. Homo animi non ignavi, ſed excellentis. Eſt unicum Fortitudinis ſpecimen. Suâ tempeſtate corporis robore, & animi magnitudine longè aliis præſtitit. Acceſſione virium factus eſt fortior. Fortis & præpotentis animi. Maſculâ virtute conſpicabilis. Milone fortior. Vir contra audaciam fortiſſimus. Vir fortiſſimo animi impetu, pleniſſimâ & maxima voce, ſummâ contentione corporis. Tam firmis, tam validus, tam fortis, tam robuſtus, quàm qui maximè. Ita paratus à viribus, ut nemo magis. Nemo ei viribus ſuperior eſt, præſtat: antecellit: Superiorem viribus neminem habet, paucos pares. Egregiè robuſtus eſt. Vires in eo

Digitized by Google

ſunt firmisſimæ. Virium, roboris, nervorum in eo plurimum eſt. Neminem cognovi, in quo plus roboris, firmitatis, virium ineſſet: qui eum virium firmitate præſtaret, anteiret. Qui nullis moleſtiis, nullis Succumbit fortunæ ſive blandientis illiciis & deliciis, ſive novercantibus ictibus & fluctibus, tumultibus & inſultibus. Ille eſt, qui prodigus vitæ, mortisque contemptor, nulla fortunæ pericula reformidat: Quem nulla unquam vis, nulla invidia labefacit.

AMPLIFIC. Quod de Monocerote: *Interimi poteſt, capi non poteſt*; dictum de viro forti: puta, obrui & inſepeliri adverſis, tanquam montibus poteſt: ſtabit tamen animo interritus, corpore fatiſcente: & licèt ſuccideriut genua, mens ſtabit; & in ipsâ expreſſione, cùm de oppanſo corporis erumpit in apertam ſuam lucem, adhuc pendula de hoſpitio ſuo, audebit provocare fortuna.

SENTENT. Magna illa laus & admirabilis eſſe ſolet, tuliſſe caſus ſapienter adverſos: non fractum eſſe fortuna; retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem. (*Cic.*] Eſt virorum fortium, virtute præſtare tantùm; ut poſſint Fortunæ culpam non extimeſcere. (*Idem.*] Eſt viri fortis, nè ſuppliciis quidem moveri; ut fortiter feciſſe pœniteat. (*Idem.*) Damno nulla tanta ſunt, quæ non viri fortes, magno & libero animo affecti ferenda arbitrentur. (*Idem.*) Quòd ſi quis ad hæc audax & fortis eſt; hunc ego præſidentiæ ac fortitudinis nomine beatum eſſe cenſeo. (*Nazianz.*) Qui verâ virtute fortis eſt: nec temerè audet, nec inconſultè timet. [*Aug.*) Juſti & fortis viri eſt, nec adverſis frangi, nec proſperis ſublevari: ſed in utroque eſſe moderatum. (*Hier.*) Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus, in ipsâ rerum difficultate. (*Bern.*) Stultus ut luna mutatur; Verùm Sapiens non metu frangitur, non poteſtate mutatur; non extollitur proſperis, non triſtibus mergitur. Ubi enim ſapi-

entia

entia, ubi virtus est: ibi constantia & fortitudo. (*Ambr.*) Neminem tam fortem invenies, ut non egeat auxilio fortioris. (*S. Valerian.*) Novimus, virum fortem dici non posse, quem vicerit indignatio. [*Ennod.*] Qui immobilis ad omnes fortunæ gestus perstat; nulla sibi reputat temporalia bona, nulla damna corporis. (*Nier.*) Ad hoc Sacramentum adacti sumus, ferre mortalia: nec perturbari his, quæ vitare nostræ potestatis non est. [*Lips.*] Vir vocatur à *viribus*, qui nescit in adversis tolerando deficere; aut in prosperis aliquâ elatione se jactare: Sed animo stabili defixus, & cœlestium rerum contemplatione firmatus, impavidus semper manet. (*Cassiod.*)

SIMILITUD. Ut palmæ arboris ramus, imposito onere, non deflectitur in terram, cæterarum more; sed renititur, & ultrò adversùs sarcinæ pondus sese erigit. Ita viri fortis animus, quò plus negotiis premitur, quóve magis sævit fortuna, hoc erectior est. (*Plin.*) Ut in arboribus robustiores sunt partes aquiloni oppositæ, quàm quæ Austrum & Zephyrum spectant. Ita fortiores sumus in his, in quibus nos duris casibus exercuit fortuna. (*Erasm.*) Ut magnus gubernator & scisso navigat velo: &, si exarmavit, tamen reliquias navigii aptat ad cursum: Sic in corpore parùm felici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est. (*Sen.*) Ut grando tectis magno strepitu illisa, ipsa tamen dissilit: Sic clades infirmum animum si accidant, franguntur, non frangent. (*Lips.*) Ut aranearum casses animalia fortiora perrumpunt; Sic fortunæ laqueos mens robusta. (*Idem.*) V. GENEROSUS.

FORTITUDO. Stärck. *Force.*

SYN. Robur, magnitudo, animus. ADJU. Firma, valida, Spartana, prævalida, solida, dura, invicta, indomita, inexpugnabilis, nervosa, vinci

neſcia. FHR. Animi excelſi atque invicti magnitudo,elatio. Animi excellentis magnitudo & præſtantia, præſentia, robur, vis, excelſitas & magnitudo. Fortis animus, & magnus. Acer, & præſens animus. Animus magnus, & excelſus. Excellens animus, & humana contemnens. Magna vis, & incredibilis animus. Exaggeratus animus, humana contemnens, nulli rei adverſæ cedens, ſemper invictus: nec inani ſpe erigitur, nec deprimitur metu. Virtus,quæ in ferendis cujusvis fortunæ & fati ictibus ſita eſt.

AMPLIFICAT. Virum ſummam rerum gerentem; & clavum imperii ferentem, decet invicta animi magnitudo; quæ nec ſecundis efferatur, nec adverſis frangatur: ſed contra omnem fortunæ novercantis aut ridentis impetum ſtet inconcuſſa,vigeat immota.* O admirabilem viri fortitudinem! ô animum contra adverſa omnia proſperaque æquali conſtantiâ munitum! omnis jam natura in *Carolum* inſurgere, & non Barbari modô, ſed & orbis elementa unum in hominem pugnare videbantur, iraſci mare, obſtrepere aër, cœlum obſiſtere; & tamen inter iſtas procellarum turbas imperturbatus *Carolus*, inter iſta Orbis nubila, frons illi ſerena conſtabat, quæque omnia evertebat, hoſtium rabies, aërisque tempeſtas, ſolum *Carolum* reliquit immutatum. Qualem putatis locum,quàm tutum, quàm clauſum, in quo conſtituit Fortitudo Sapientem? Nihil tam munito vallo, & tam vallato munimento natura præcluſit, quò non penetret audacia,modò aliqua ſpes conandi relinquatur. Is tantùm inexpugnabilis unus eſt, quem extulit animo Fortitudo. Hîc ſtat ille ſuis ſeptus virtutibus, ac humana omnia infra ſe poſita, putat. Et quanquàm circumſonent arma, & aſſiliant tela,irrito ſtrident conatu: & jacula, quæ ad ſe non perveniunt,nihil perterritus è celſiſſimâ turre deſpectat. *

Pro

Proſtratæ virtutis es, ſi ſub quovis ictu tibi ſuccumbit animus. Adverſis virtus erigitur, adverſis alitur; in equuleo proficit, in nervo roboratur, canit in fidiculis, triumphat in cataſtâ. Hæc virtutem conſolidant, & infractum animi robur produnt. Huc ea pertinent, quæ Sarbievius canit: *Beatus, â quo non humilem gravis Fortuna vocem, non tumidam levis, expreſſit unquam.* Princeps ille Gallicus omni auſus horâ provocare Fortunam, conatus ejus omnes ita contemſit, ac ſi ſe illis obnoxium neſciret; ſeipſo loricatus omnia præivit in diſcrimina."

SENTENTIÆ. Non in fortitudine ſuâ roborabitur vir. (*1.Reg.2.*) Fortitudo mea & laus mea Dominus. (*Exod.15.*) In timore Domini fiducia fortitudinis. (*Prov.14.*) In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. (*Iſai.30.*) Confortamini in Domino, & in potentiâ virtutis ejus. (*Eph.6.*) Hæc eſt vera fortitudo, quæ naturæ uſum, ſexûs infirmitatem mentis devotione transgreditur. [*Aug.*] Non mediocris animi eſt Fortitudo, quæ ſola defendit ornamenta virtutum omnium, ſimulque & juſtitiam cuſtodit, & quæ inexpiabili prælio adversùs omnia vitia decertat: invicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior adversùs voluptates; ut avaritiam fugiat, tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminat. [*Amb.*] Fortitudo corporis eſt imbecillitas animæ? & rurſum imbecillitas corporis eſt fortitudo animæ. (*Hier.*) Fortitudo juſtorum eſt carnem vincere, propriis voluntatibus contraire, delectationem vitæ præſentis extinguere, hujus mundi aſpera pro æternis præmiis amare, proſperitatis blandimenta contemnere, adverſitatis metum in corde ſuperare. [*Greg.*] Fortitudo eſt virtus pugnans pro æquitate. (*Cic.*) Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, & perferendo, ſummæ legi parens ſinè timore. (*Idem.*) Viri propria eſt maximè Fortitudo,

cujus

cujus munera duo maxima ſunt, mortis doloriſque contemptio. (*Idem.*) Eſt fortitudinis proprium, & magnitudinis animi, nihil extimeſcere; omnia humana deſpicere, nihil, quod homini accidere poſſit, intolerandum putare. (*Idem.*) Fortitudini Fortuna adjumento eſſe ſolet. (*Idem.*) Martius ille Samſonis Spiritus, capillis illigatur: Ut ſcias, quàm caducum ſit donum, juvenile robur; cùm tenui admodum de filo pendeat. (*Em. Theſ.*) Fortioris eſt animi, non vinci à bonis blandientibus; quàm ipſa vincere mala terrentia. (*Hayn.*) Ille inter potentes potentiſſimus, qui contra magnam peccandi potentiam certat, & vincit. (*Idem.*) Fortitudo dimicare jubet, juſtum odio incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculum. (*Cic.*)

SIMILITUD. Ut cervis fruſtrà ſunt ingentia cornua, cùm deſit animus: Ità non ſatis eſt opibus pollere, niſi Fortitudo acceſſerit. (*Plut.*) Quemadmodùm quod in teſſeris cecidit, id arte & ratione, quàm poteſt optimè diſponendum: Ita quod in vitâ accidit, in optimam vertendum partem. (*Idem.*) Sicut currus in præcipiti aut declivi, funè retinentur, & ſe ſiſtunt: Sic Animus debet, ubi quæ allubeſcunt, aut invitant. (*Lips.*) Ut urtica, ſi cunctanter attingas, adurit; ſi fortiter, hebeſcit: Sic luctûs aſperitas increſcit, ſi lenioribus remediis adtrectes; ſi duris & fortibus, cedit (*Idem.*) V. AUDACIA. CONSTANTIA. MAGNANIMITAS. PATIENTIA, &c.

FORTUNA. Glück. *Fortune.*

SYN. Sors, fors, caſus, temeritas, eventus, conditio. ADJU. Adverſa & funditus averſa, inferior, afflicta, magna, diſſimilis, egregia, afflicta perditaque, aliena, *ampliſſima*, gravis acerbaque, particeps calamitatis, amica varietatis, tanta, ampliſſima, anceps belli, tanta, & propria, apta rudentibus.

bus, exigua, falſa & volucris, optabilis, bellica, bona, varia, cæca, *cariſſimæ*, *certæ*, comes, levis & in becillis, mala & afflicta, communis, moralis, *communes*, diſpar, fortunatior, dubia, dura, & crudelis, gravis, ſingularis, divina, vaga, volubilisque, diuturna, excellens, præſtans florensque eximia, externa, vetus, extrema, *faciliores & meliores*, præcipua, aut communis, fatalis, ſtabilis, florentiſſima, durior, fluxa, optima, fragilis, proſpera; adverſa: gravior, integra, afflicta, miſera, multumque jactata, priſtina, volucer, inclinata & propè jacens, mediocris, incolumis, miſera & luctuoſisſima, incredibilis, infeſta, propitia, turpis, indigniſſima, proſpera, æquabilis perpetuaque, afflicta, infima, mala, *maximæ*, melior, ſpoliata, florens, miſera & afflicta, par, propria & præcipua, aut communis, ſimilis, *patriæ patriciæ*, ſecunda, perdita, popularis, *privatæ*, *reliquæ*, ſecunda, adverſa, ſumma, tota tranquillaque. (*Ex Cic.*) Ancillans, novercans, lenocinans. PHR. Eventus fortuitus. Ludibria fortunæ. Quemcunque Fors tulerit caſum. Quemcunque curſum fortuna dederit. In dubiam imperii ſervitiique aleam imus. Rem in caſum ancipitis eventus committunt: Fortunam experiuntur. Nec ſub unum Fortunæ ictum totas vires regni cadere pateretur. Sui cuique mores fingunt, *vel*, conciliant fortunam. Quiſque ſuæ fortunæ faber eſt. (*Appius.*) Secundas fortunas amittere coactus eſt, & in adverſis ſine ullo remedio atque allevamento permanere. Ab excitatâ Fortunâ ad inclinatam & prope jacentem deſciſcere. Quâ illi florentisſimâ Fortunâ, nos duriore conflictari videmur. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera fortuna ſtatu ſuo efferet, nec adverſa infringet. Neque reperias, quos aut pronior fortuna comitata ſit, aut veluti fatigata maturiùs deſtituerit, quàm Brutum, &c.

Se-

Digitized by Google

Secundarum ambiguarumque rerum ſciens. Quæ ſibi ſæva vel proſpera eveniſſent. Validâ in Rempublicam Fortunâ, domi improſpera fuit. In rebus ſævis affulſit Fortunæ nutus hilarior. In rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus. Homines ſecundis rebus effrænati. Fortunâ ſuffragante videris res maximas conſecutus. Modum imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati Fortunæ præſentis, prudentis hominis eſt, & meritò felicis. [*Liv.*) Illam ipſam Fortunam, quâ adſpirante res tam proſperè geſſerat, verebatur. Hujus viri faſtigium tantis auctibns Fortuna extulit. Mitiores vices Fortunæ expecto. In commoda quoque adi bonos eventus vertente Fortunâ. Quaſi induſtriâ ſic adgubernante Fortunâ. Omnia iſta propitiæ Fortunæ interventu diſpulſa ſunt. Quæ Fortuna pervellere ſe potuerit; & pungere. Toto propè Orbe terrarum undique ſe ſuosque profligante Fortunâ utebatur. Non modô ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina Fortunæ contemnamus licebit. (*Cic.*] Urbs crebrâ fortunæ varietate ad memoriam poſteritatis inſignis. Jactamur invicem varietate Fortunæ. Quàm verſatilis Fortuna ſit, documentum ipſe ſum. Næ tu fortunarum lubricas ambages, & inſtabiles incurſiones, & reciprocas viciſſitudines ignoras. Fortuna hominum intentiones & conſilia, pro lubitu ſuo quaquaversùm mutat. Quid, cui fallax paulisper blanditur fortuna; nec eam vitream meminit? Quæ cùm ſplendet, frangitur; nec advertit, vel in ipſo nomine *Felicitatis*, primâ ſyllabâ *fel* propinari.

Gut Glück. *Bonne Fortune.* Fors bona, læta. Fortuna proſpera, felix, ſecunda. Æquabilis perpetuaque, ſecundo vitæ ſinè offenſione curſu, Res ſecundiſſimæ. * **Böß Glück.** *Fortune contraire.* Fors adverſa, mala, infelix. Vertentis Fortunæ calamitas, vulnus. Gravis, miſerabilisque caſus.

Gra-

Graviſſimus, acerbiſſimusque caſus. Res adverſæ. * **Mit einem groſſen Unglück heimgeſucht.** *Frappé d' un êtrenge revers de fortune.* Percuſſus graviſſimo fortunæ vulnere. Gravi & miſerabili caſu perculſus, afflictusque. * **Wann ich des Glücks Unbeſtändigkeit betrachte.** *Quand je conſidere l' inconſtance de fortune.* Cùm mecum ipſe perpendo levitatem, inſtabilitatemque fortunæ. Cùm varios rerum eventus, qui à fortuna pendent, animo pondero. Cùm mecum reputo, quàm vaga, volubilisque fortuna ſit; Quàm varia, commutabilisque ſit vitæ noſtræ ratio; Quàm multis fortunæ telis, hominum vita pateat, *vel*, propoſita ſit, expoſita ſit; Quæ ſit fortunæ viciſſitudo quæ mutatio, qui fluctus rerum humanarum; Quàm variâ tempeſtate jactetur hominum vita. * **Das Glück iſt mir zu wider.** *La fortune m' eſt contraire.* Inimica mihi fortuna eſt. Infeſta, reſtante, adverſante fortunâ utor. Nulla eſt tam iniqua fortuna, quàm mea fortuna non ſuperet. Suas in me vires fortuna exercet. Mecum agitur infeliciter. Non adverſa tantùm, ſed everſa penitus eſt mea fortuna. Omnibus modis me fortuna vexat. Nemo eſt mortalium, iniquiore conditione, quàm ego ſum. Meis commodis fortuna adverſatur. Acerbam, duram, difficilem fortunam experior, Fortunam ſubeo indigniſſimam. * **Das Glück will mir wol** *La fortune m' eſt favorable.* Votis, *vel*: Optatis meis fortuna reſpondet, adſpirat, adridet, obſequitur, obſecundat, favet, ſuffragatur, velificatur, ſervit. Mihi res ad voluntatem fluunt. Proſperè omnia ſuccedunt. Secunda mihi ſunt omnia. Optata omnia contingunt. Proſpero utor fortunæ flatu *vel* vento. Fortunâ utor proſperâ, ſecunda, commodâ, florente, lætâ, felici. Fortuna facilem ſe mihi ac benignam præbet: Mihi optimè eſt. Commodè mecum agitur. * **So bald das Glück mir den Rücken gekehrt/haſt du**

mich verlaſſen. *Vous m' avez abandonne, d' abord que la Fortune m' a tournè le dos.* Simul ac fortuna dilapſa eſt, evolâſti. Me adverſa fortuna à te divulſit. * Indem dir das Glück ſchmeichlet. *Lors que la Fortune vous flatte.* Cùm tibi alludit, blanditur, arridet hujus vitæ proſperitas. * Sein Glück finden. *Faire Fortune.* Nanciſci commodam fortunam. Optimam adipiſci fortunam. Devenire ad fortunæ commoda. Provehi in rationem fortunæ commodam. Fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus. * Er hat weniger Glück/als Verdienſten/oder Geſchicklichkeit. *Il a moins de fortune, que de merite.* Ab virtute, quàm ab re familiari paratior eſt. Meritis, quàm fortunis clarior exiſtit. * Es haben einige wenig Hoffnung / ihr Glück zu finden. *Quelques uns n' ont peu grande esperance, de faire fortune.* In quibusdam ſpes amplificandæ fortunæ fractior eſt. * Von einem groſſen Glück kommen. *Décheoir d' une haute Fortune.* Ab excitatâ fortunâ, ad inclinatam, ac prope jacentem deſciſcere.

Glücklich. *Heureux.* Felix. Fortunatus. Beatus. Glückſelig ſeyn. *Etre heureux.* Beatè vivere. Vitam vivere, agere, ducere beatam, quietam, tranquillam, beatiſſimam, vacuam omni curâ, ab omni remotam moleſtiâ, ab omni ſejunctam ſolicitudine, omni felicitatis genere cumulatam, bonis omnibus abundantem, omnibus affluentem præſidiis, omnibus redundantem commodis. Felicitate frui. * Du biſt in allen ſehr glücklich. *Tu ſoüis d'un parfait bonheur.* Optata tibi omnia contingunt. Fortuna uteris perpetuò bonâ. Proſpero uteris fortunæ ſtatu. Iis vel ornamentis, vel præſidiis abundas, quibus majora eſſe nulla poſſunt. Ea tenes ac poſſides, quæ beatam vitam efficiunt. Nihil eorum deſideras, quæ ad benè, beatéque vivendum requiruntur. Rebus omnibus affluis, in quibus ſita felicitas eſt. Vi-

tam

tam ex omni parte beatam ducis, agis, vivis, traducis. * Die Türcken seynd bißhero sehr glücklich gewesen. *Les Turques ont eu jusques icy beaucoup de bonheur.* Turcas Terrarum Victores à mille jam ferè annis, per Asiæ, Africæ, Europæ imperia ita Fortuna circumduxit, ut quidquid attingerent, oppugnarent, occuparent: quidquid desiderarent, obtinerent: quidquid displiceret, amoverent.

AMPL. Fortuna arrogans ac ferox; generis humani domina. Regum Principumque spoliis onusta. * Vanum nomen est fatum, & fatum ponunt non nisi fatui, ut D. Augustinus ait, tantum abest ut orator Christianus debeat istius causæ mentionem facere, multo minus fortunæ, cujus tamen summum nomen est apud Gentes. Huic aræ, imagines, delubra, huic sexcenta nomina. Primigenia, fortis, viscosa, obsequens, redux, mammosa, barbata, publica, augusta invocatur; nunquam ineptiarum finis. Una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum convitiis colitur volubilisque à plerisque, & cœca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta varia, indignorum fautrix. Huic omnia, expensa, huic omnia feruntur accepta, & in totâ ratione mortalium sola utramque paginam facit. Plerumque solent Oratores ad deterrendas adversariorum laudes, prosperas eorum successus fortunæ adscribere. Quod ab Æschine contra se dictum confutat Demosthenes in oratione de coronâ. Sic Timotheum fortissimum, eundemque felicissimum Imperatorem inimici dormientem pinxerunt, & rete gestantem, in quod urbes & viros ultrò fortuna devolveret. Contrà si quos infelices habuerunt successus, culpam statim rejiciunt in fortunam. Verùm præclarè Satyricus: Nullum numen abest si sit prudentia, sed nos Te facimus fortuna Deam, cœloque locamus. *Fortuna nulla est, ipsi homines*

fortuna ſunt, dum inopinatos rerum, quas gerunt, fortiuntur exitus; ut acutè Ariſtoteles: quamobrem hæc inania de fortunâ commenta ab Oratore Chriſtiano commemorari, non modò indignum eſt, ſed etiam ſupervacaneum. Fortunam tuam preſſis manibus tene; lubrica eſt, nec in vita teneri poteſt. Salubre conſilium ſequens, quod præſens tempus offendit melius. Impone felicitati tuæ frenos; faciliùs illam reges. Noſtri ſinè pedibus dicunt eſſe fortunam, quæ manus & pinnas tantùm habet, quum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non ſinit. Breves & mutabiles vices rerum ſunt, & fortuna nunquam ſimpliciter indulget; forſitan ità Dii fata ordinaverunt.* Ut illa ſecunda moderatè tulimus: ſic hanc non ſolùm adverſam, ſed funditus everſam fortunam fortiter ferre debemus. * Fortuna Magnos, tanquam nauſeantis ſtomachi vomitum projicit. Quis Ablavium Conſtantini, Rufinum Arcadii, Junioris Theodoſii Flavium, aliosque innumeros, quaſi totidem Fortunæ ac dignitatum pilas ignorat? Olim certè nec Manlio Capitolii defenſio, nec *Sejano* imperatorius ſanguis, nec Pompejo. Orbis victoriis illuſtratus, nec Cæſari terrarum triumphi profuerunt. Nonne Cræſus rogum ſuum vidit, Agis laqueum, venena Phocion, Bajazetes caveam, Manfredus ſecurim? Prorſus ut optimas Fortuna ſibi ſaginare videatur victimas, aut cum Tarquinio ſumma papaverum capita ferro deſtinare videatur. * Fortunæ Bubalus apud Smyrnæos, teſte Pauſaniâ, primus ſtatuam erexit; capite Polum, alterâ manu, quaſi rerum omnium Domina, cornu copiæ gerentem: Porrò apud Romanos, auctore *Servio* Tullio, tam impensè culta fuit; ut ſucceſſu temporis Ædem Fortunæ Malæ ac deteſtatæ in Exquiliis, & Fortunæ Fortis in ripâ Tiberinâ, & Equeſtris juxta Theatrum; & Parvæ, & Virginis, & Virilis, & Obſequentis; & Primigeniæ, & Convertentis, & Dubiæ,

Digitized by Google

& Barbatæ, & Muliebris, &c. In variis urbis regionibus conſecrârint.

SENTENT. Fortuna eſt rerum omnium domina. (*Cic*) Eſt rerum externarum, & ad corpus pertinentium. (*Idem.*) Vana eſt vitæ commutabilisque ratio, vaga, volubilisque fortuna. [*Idem.*) O fallacem hominum ſpem, fragilemque Fortunam, inanes noſtras contentiones! Quæ in medio ſpatio ſæpè franguntur & corruunt: & antè in ipſo portu obruuntur, quàm portum conſpicere potuerint. (*Idem.*) O voluerem fortunam! quàm citò omnia ex lætitiâ & voluptate ad luctum & lacrymas recidunt! (*Idem.*) Magna vis eſt in fortunâ in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas. Nam cùm & proſpero flatu ejus utimur, ad optatos exitus provehimur: & cùm reflavit, affligimur. [*Idem.*) Fortunam inſanam eſſe, & cæcam, & brutam, perhibent Philoſophi. Cœcam, ob eam rem, quia nil cernat, quò ſeſe applicet: Inſanam autem ajunt, quia atrox, incerta, inſtabilisque ſit. Brutam, quia cum multis incommodis conflictatur propter immenſam pecuniæ cupiditatem. (*Idem.*) Quid eſt fortuna? Nobilis Matrona, quæ in ſervos ſe impingit: ſinè judicio proxima meta: alienorum honorum caſus: ad quem venit, ſplendorem oſtendit: à quo recedit, umbram facit. Quot ſunt autem fortunæ? Tres, una cæca, quæ ubilibet ſe impingit: & alia inſana, quæ concedit, citò aufert: tertia ſurda, quæ miſerorum preces non exaudit. (*Epictet.*) Solet fortuna, cùm ad ſummum venit, rotam volvere: Et ſumma imis commutans nunquam diu ſtare. (*Anonym.*) Nunquam diu, eodem veſtigio ſtat fortuna, ſemperque homines quantamcunque felicitatem habeant, invidiam tamen ſentiunt majorem. Fortunam nunquam ſimpliciter indulget. Proinde fortunam tuam preſſis manibus tene: lubrica eſt, nec invita teneri poteſt. (*Curt.*) Cœca, &

prorſus exoculata eſt *Fortuna*, quæ ſemper ſuas opes ad malos & indignos conferat. (*Apul.*) Minùs fidendum fortunæ, quæ non certis dimenſisque momentis deprimitur & extollitur; ſubtrahitur & oſtendatur; Nec nullo propè momento pedem ſtabili loco figit, hâc ſpargit honores, opes, gratiam, ubi excutit, è quibus quædam inter deprimentium manus pereunt; quædam infidâ ſocietate dividuntur, alia non ſinè ſanguine parantur, quædam etiam poſſeſſore carent, [*Scrib.*) Auſim dicere illum, qui proſperis fractus non eſt, non frangendum adverſis. Ita faciliùs indurescimus in arduis: Secunda rectum auferunt. *Sic* aves & piſces ſpe aliquâ oblectante decipimus, mentimur pabulum & fraudem. Facit idem fortuna: munera oſtentat, inſidiæ ſunt. (*Idem.*) Ne fide, adeoque ſuſpecta habe hæc; novacula ſub hâc ſpongiâ latet, vincula ſub hoc reti. Quanti è ſummâ felicitate, è purpurâ & ſceptro ad ultima miſeriarum devenerint, ignorare non poſſumus. Ubi proinde videris vota fortunam ſuperare, adverſa cogita, cùm individuo ferè hæc nexu juncta ſint: animumque ſecundis obſeſſum adverſantibus para. [*Idem.*) O Fortuna, ut nunquam perpetuò & bona! [*Ter.*) Precaria Fortuna Profeſtum eſt infortunii. [*Nier.*] Stabilis fortuna ejus eſt, cujus poſt currentem fortunam cupiditas non currit. (*Idem.*) Magnum infortunium eſt neceſſitas Fortunæ. (*Idem.*) O quam magna virtus, fugere Fortunam, deinde reſiſtere; maxima fugere. [*Idem.*] Nihil alienare Fortunæ licet, ſatis eſt commodare. (*Idem.*) Magna ira Fortunæ eſt, fragilia & arundinea contorquentis arma; potentisque fortiſſimè percellere fugace lacerto, ritûs inſtar Parthici, quaſſatisque contortis calamis. [*Idem.*) Quamtumvis in alicujus ſinum totam cornucopiam vacuefaciat Fortuna ſemel prodiga ſinè pœnitentiâ, aliquando laborem & inopiam ſentiet. Pompejus & Darius ſiti afflicti fuerunt, tot fluvio-

rum

rum Domini: nihilominus ſtillam optarunt. (*Idem.*) Maximæ felicitatis eſt negligentia Fortunæ. (*Idem.*] Appendix bonæ Fortunæ male eſt: hanc ducit illa, licèt cœca. (*Idem.*) Regularis eſt Fortunæ inſtabilitas; neminen exèipit ingenio ſuo. (*Idem.*) Plus prodeſt hominibus Fortunæ motus, quàm cœli. (*Idem.*) Fortuna bonum commune eſt; & per vices oportet paticipari ab omnibus. [*Idem.*) Sola fortuna ſuo Jure interdicitur: licet Lunæ menſtruâ viciſſitudine lucere, & condi; licet Neptuno nunc æquora placenti adulari, nunc undis exaſperari inhorrescentibus; licet Jovi terræ vultum, nunc herbis comere, floribus fucare, frugibus exornare, nunc gelu & nimbis fœdare. Solius fortunæ inconſtantiam, vaga & inexpleta hominum cupiditas damnat. (*Idem.*] Gravior caſus colonia eſt celſitudinis, & totus ille riſus & amœnitas fortunæ, flores ſunt infelicitatum: amygdalis tametſi amaris ſui flores præcurrunt. [*Idem.*) Non magis ſeu ſagaciùs fortuna lædit, quàm cùm ludit. (*Idem.*) Quid prodeſt auri vis, ſi fortunam non ferrumineт? [*Idem.*] Saginat priùs fortuna, gliſcente jugulo gaudens. (*Idem.*) Fortuna ſuis ipſa muneribus invidere ſolet. (*Calp. Fl.*) Fortunæ licentia interdum optimos decolorat. (*Sym.*) Non eſt felix, qui in magnâ Fortunâ eſt; ſed qui habetur & eſt, ob virtutes ea dignus. (*Lipſ.*) Fortuna juvenum amica [*Strada.*) Fortuna vitrea eſt; dum ſplendet, frangitur. (*Compt.*) Fortuna multis dat nimis; nulli ſatis. [*Idem.*) Quod non dedit fortuna, non erigit. (*Idem.*) Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut deciduæ ſtellæ ſubitó extinguuntur: Ità quos Fortuna ſubito in ſumma provexit, repentè ſolent corruere. (*Plut.*) Ut in rerum naturâ quæ ſpectatiſſimè florent, celerrimè marceſcunt, veluti roſæ, lilia, violæ, cùm alia durent: Ita in hominum vitâ, quæ florentiſſima ſunt, citiſſimè ferun-

tur in diverſum. (*Plin.*) Ut fulmen quodcunque animal protinus occidit, excepto homine. Ita fortunæ procellæ, indoctos ac brutos protinus animo dejiciunt, ſapientem non item. [*Idem.*) Ut quercus & aliæ quædam arbores ſub terrâ defoſſæ, duriores redduntur ac durabiliores: Ità qui diu premuntur adverſâ fortunâ, diutiùs florent. (*Idem.*) Qui in altis ſunt ſpecubus, à fulmine non feriuntur; Ita infimæ fortuna tutiſſima. (*Plut.*) Ut bonus artifex ex quâvis materiâ ſimulacrum fingit: Ità ſapiens quamvis fortunam ſapienter adminiſtrabit. (*Sen.*) Ut pumilio, etiamſi in monte conſiſtat, puſillus eſt. Coloſſus, etiam in puteo magnus: Ita Sapiens in quâcunque fortunâ ſuis bonis magnus eſt: Stultus & in ſummâ fortunâ humilis. (*Idem*) Ut apparatus ſcenæ, quia commodato datus eſt, ſtatim redditur, & ſinè querela: Ità quidquid in vitâ contingit magnificum; ſive ſeriùs, ſive mox à fortunâ repetatur, æquo animo reddemus, ſi his tanquam commendatitiis utimur. [*Idem.*) Sicut ſagittarii album ſcopum priùs proponunt ſibi, ut diſcant ſeriò mittere jacula: Sic videtur fortunâ in innocentiâ inſtrui, atque imponi; ut erudita jam dexterrimè ſæviat in ſceleſtos. (*Nier.*) In hoc ſimilis Equo fortuna. Eum, qui ſubjaceat; conculcabit; is, qui inſideat, dominabitur, reget illam. (*Idem.*) Cùm liceat Soli lucidiſſimos ſuos proferre dies, rurſusque lucem humare, & ſufficere noctes tenebras in obſequia germinum; & netas erit, ſuas vices volvere fortunam? Quæ velut Sol animarum ſuâ viciſſitudine mitificat mores, coquit virtutes, & maturat viros. (*Idem.*)

FORTUNATÆ INSULÆ.

AMPLIFICAT. Ubi nullæ unquam nubes cœlum aſperant, nulla bruma ſegetes extinguit, nulli æſtus adurunt: ſed puro incorruptoque aëris tractu liqui-

quidi ac pellucidi fontes campos alliciunt, patentesque ac hinc indè plagæ, & amœna, ſeu ſalubritate montium, ſeu planitierum æquabilitate regio, homines alit, genio loci & fortunâ ſuâ dignos. Non illic in honore ſuppellex curioſa, non gemmæ, non imperium, non ſpes, non ea omnia, quibus impotens hominum libido pretium fecit: qualis hæc terra? quàm ſponte ſuâ, nullis ſubacta ligonibus, autumno fructus omnis eſt ferax? vere primo flores humo exerit, hyeme aprica eſt, nec comam ponit, æſtivo ſole, nemore & fonte frigescit. Has Inſulas, beata hæc tempe, hunc paradiſum nuſquam niſi in cœlo reperire eſt.

S. FRANCISCUS ASSISIAS.

PHR. Vir Seraphicus, Seraphici Ordinis fundator, Auctor, Parens. Princeps & Anteſignanus ſacræ Minorum familiæ. Paupertatis Evangelicæ Exemplar abſolutiſſimum.

AMPLIFIC. Ille religioſæ paupertatis aſſertor inclytus, generoſus ille contemptor opum, & inopiæ cultor opulentus; ille verus & infractus Atlas, qui humeros collabanti Orbi Chriſtiano ſuppoſuit, qui novo & muſitato genere pugnæ bellum indixit voluptati; qui tela in ſe vertens, ſecumque ipſe pugnans, conjuratas Averni copias convertit in fugam; ſpoliansque ſe rebus omnibus ſpoliavit virtutis hoſtem; & abjiciens caduca vanitatis arma, immortalem de mundo victoriam reportavit. * FRANCISCUS Vir ſanctiſſimus, Chriſti Jeſu imitator, ſuæ carnis corporisque aviditatem ità domandam coërcendamque curavit: ut illam tanquam jumentum & animal, oneribus perferendis emptum, paleis & hordeo ad ſummùm pascendum, omni ſeveritate tractaverit. * Fuerit *Seraphici* illius *Franciſci* ſive ſingularis animi candor, ſive admirabilis de ſe demiſſè ſentientis mo-

deſtia, ſive ſtudioſa divinarum rerum commentatio, quæ ita illum à ſenſibus avocârit, & ipſi Chriſto de Cruce pendenti conjunxerit; ut ejus imaginem non ſolum in animo imprimeret: ſed in ipſo etiam retineret; Ut non tam voce, quàm ipſo habitu corporis cum Paulo diceret: Se Chriſto confixum eſſe Cruci, & Stigmata Domini JESU in corpore ſuo portare.

S. FRANCISCUS XAVERIUS.

PHR. Indiarum Apoſtolus. Ignatii Aſſecla. Virtutum omnium ac prodigiorum prodigium. Utriusque Mundi prodigium. Unus poſt tot ab Apoſtolis ſæcula ſanctiſſimis Orbis orientalis Thaumaturgus: in cujus animo cùm propagandæ divini Numinis gloriæ ſitis æſtuaret, tum ardentiſſima charitatis incendia per ipſa facta erumpebant.

AMPLIFIC. Si quod fabuloſo Memnonis Coloſſo orientis beneficio Solis commenti ſunt eveniſſe Poëtæ, ut ad primam ejus evigilantis majeſtatem marmorea durities in liquidiſſima verba ſolveretur; idem quoque renaſcentes hodiernâ die remotiſſimo ex Oriente *Xaverii* ſplendores intuenti eveniret Oratori, ſperarem omnino, fore, ut rigidam pridem conſtrictus in glaciem Eloquentiæ tepor, calendis afflatu luminis eliquatus in dignam Xaverianis laudibus orationem devolveretur. Sed (quod meæ eſt palmare vulnus infelicitatis) ad radiatam Xaverianarum virtutum opulentiam palam expoſitus, idem experiri cogor, quod ad flammeam Parentis dignitatem evectus Phaëton ſerò tandem deploravit. Enimverò ut incitata voluntas Xaveriano calore, quibusdam quaſi ambitionis ſtimulis pungatur vehementiùs; confunditur in lucis acrimoniâ intellectus, memoria radiorum infinitâ multitudine perturbatur. Exigit parens à non ingrato filio debitæ commendationis obſequium; com-

commendandarum anguſta majeſtas rerum etiam nolentem cogit eſſe ingratum. Sequi Xaverianarum virtutum gradus Oratorem filium addecebat; ſed quid ſequi juverit, ſi aſſequi prohibemur? neque enim gradientem ſequimur, ſed volantem. Quem modum ſtatuemus orationi, quando *Xaverius* omnia fecit ultra modum? Illud unum profectô reſtat, ut quando acerrima radiorum tempeſtas mentem præſtinguit Oratoris, tu ſanctiſſimi dici Parens *Xaveri*, quod olim è Genitore ſuo rogabat Phaëton, in noſtra quoque vota vocatus, facilis --- *circum caput omne mutantes, Deponas radios, propiùsque accedere mandes*; ut multiplicium radiorum clariſſimis velatam tenebris animam tuam ſinè velo intueamur. Neque enim is es *Xaveri*, cui vel ex veterum ſuperſtitioſâ Metempſychoſi Poëtarum. emiſſa per Elyſiæ voluptatis portas Herois alicujus obtigerit anima; vel quem ſupra populares undas, vulgaremque ceterorum hominum conditionem excelentioris animi ſublimitas elevârit: ſed cujus visceribus formoſiſſima Cœlitum Charitas ſui ipſius prodiga ità ſe infudit, ut ipſa tuum illud Divinisſimum pectus ſingulari prodigio viſa ſit animare. * *Xaverius*. qnem Virum nomino? Cujus ſingulum vitæ momentum ſingularis eſt actio; ſingula actio exaggeratisſimæ Panegyris argumentum: Cujus explicandis facinoribus laboret æternitas: cujus enarrandis miraculis deficiant Oratores: cujus recenſendis virtutibus non ſufficiat Arithmetica: cujus deſcribendis itineribus Cosmographica tabula delineetur: cujus laudes tentare quidem omnibus, nulli verò emetiri conceſſum. *Xaverius*, multarum gentium & populorum Pater: cujus ardor exhauſit Oceanum; cujus charitas totum Orientem eſt amplexata: cujus ſapientia Orbem erudivit; cujus ſpiritus Bonziorum tumorem exſufflavit; cujus conſtantia inconcuſſa, cujus virginitas illibata; cujus magnitudini anguſtus

Orbis; cujus fortitudini nihil difficile, cujus potentiæ cesserunt elementa; cujus integritatem mors ipsa non ausa est violare. *Xaverius*, dicam compendio omnia. dicam cum Romano Oratore, cum Quirinalis Insulæ authoritate, cum universi orbis approbatione, XAVERIUS INDIARUM APOSTOLUS.* Cujus si res gestæ tantùm ad calculos revocentur, dies ipse; si itinera, & peregrinationes, non exiguis circumscripta terminis vita; si Victoriæ, si triumphi, si cætera laude dignissima, linguæ ipsæ, dubitaque iis pro merito celebrandis eloquentia deficiat. Qui pauperibus in Nosocomio curandis famulus, miseris ope sublevandis, Pater, rudibus instituendis Doctor, nocentibus reprehendendis vindex acerrimus; in conversatione agnus, in cathedra Leo, mitis & asper, mollis & durus, suavis & acerbus: qui nullo labore a procurandâ hominum salute prohiberetur, nullo damno concideret, nullo respectu moveretur, nullo periculo à virtute deterreretur, nullâ spe ad turpia suâque indignâ magnanimitate flecteretur: cui voluptates erant odio, incommoda amori, pericula desiderio, labores cupiditati, mors ipsa lucro; qui nullum nisi ex rebus humanis fastigium, nullum nisi ex rebus cœlestibus hauriebat solatium; qui plura Regna & provincias laborando excoluit, quàm cæteri oculis meditando pervolverunt; plura itinera confecit, quam cæteri legerunt; plura vitæ discrimina adiit; quàm cæteri mente conceperunt.* Invasit Oram Piscariam Zelus, & quà per sentes & dumos figebat pedem, ad turpe Adonidis per spinam vulnerati dedecus sanctissima rosarum vestigia imprimebat: quà arentes calcabat arenas, sudore ad copiosissimam messem irrigabat. Involavit in Æthiopiam industria, & suo sudore comprobavit, non amplius esse inanem laborem, Æthiopem lavare. Occupavit Brasiliam pietas, & cùm parricidalem parentum in filios, filiorum in parentes crudelitatem cicuraret, Sa-

tur-

Digitized by Google

turnia jura extinxit, Saturnia tamen ſæcula revocavit. Irrupit in Travancoridem ardor, & cum natantes humano ſanguine ars perpurgaſſet, divinis eas victimis immolandis conſecravit. Penetravit in Ceilanum religio, & cùm innumera dæmonum ſimulachra ſuis baſibus evertiſſet, delubra & aras ſupremo Numini vendicavit. Immiſit in Moluccos conſtantiam, & inconſtantiſſimam Deam Fortunam ſeu liberaliter donaret, ſeu avarè eriperet, ſeu vulneraret ſevere, ſeu tonaret acerbè, ſeu blandiretur amicè, inconcuſſus ſemper ſuique ſimilis aſpexit. Ingeſſit in opulentiſſimos theſauros moderationem; & poſſidendi licentiam vel munificentiæ legibus compescuit, vel ſponte ſusceptæ egeſtatis fræno temperavit. Percurrit barbariem manſuetudo, & aurearum Gallicani Herculis catenarum memoriam extinxit omninò, dum ferociſſimos populos vinculis charitatis colligavit. Afflavit Orientem affabilitas, & uno propè anhelitu omnem efflavit idololatriam. Quid dicam ſuccuſſum frequente convulſione terram? dicam non emotum animo *Xaverium*; dum nè ſuis evelleretur cardinibus terra, gravi fundatorum ab eo templorum pondere eſt ſtabilita. Quid dicam conjurata in pernitiem cum terris maria? Dicam Apocalypticum Angelum *Xaverium* uno pede terræ inſultaſſe, altero maria compreſſiſſe. Quid dicam inhumanum pelagus intumuiſſe in ſuperbiam? Dicam felicem Dyrrachii ratem, quæ fortunam Cæſaris vehebat; feliciorem illam, quâ *Xaverii* magnanimitas ferebatur. Dicam in omnia Elementa *Xaverium* feliciſſimo imperio dominatum, omnium obſequia vel ſolo nutu extorſiſſe. Audivimus enim & perterrita incendia ad unius vocem compreſſiſſe licentiam, provocatas è cœlo flammas inter tonitrua & cineres ad Chriſtianorum tutelam in Tolanos idololatras eſſe delapſas? ut ſi Metapſychoſin vetuſtatis commentum eſſe nesciremus, facilè

cilè Eliæ ſpiritum in *Xaverium* transmigraſſe crederemus. Vidimus ipſius Terræ, pigri ceteroquin elementi, expeditam ad obſequendum velocitatem, quando vel inſulas & promontoria horrendis motibus concuſſit, ut ejectâ perfidiâ fidem confirmaret; vel ad Tolum immanes ſub montium præruptis fauces aperuit, ſeu ut uno hiatu omnem iniquitatem abſorberet, ſeu ut planam Evangelio ſemitam reſeraret. Admirati ſumus Aëris officioſa obſequia, ſive cùm ad unius imperium ſerenitatem revocavit, quam vel turbatæ ventorum rixæ involverant, vel coactæ in denſum exercitum nubes ſepeliverant; ſive cùm *Xaverii* corpus non ſinè prodigio in ſublime libratum frequenter excepit, ut optimè de terris meritum cœlo tandem inferret; ſive cùm ſolo Xaveriani cadaveris odore purgatus efflato peſtifero halitu, qui totam circùm Malacenſem regionem occupaverat, ſe reſtituit ſalubritati. Quæ veró portenta non obſtupuimus in Oceano: * Credebamus, quod fortis ſit, ut mors dilectio; & dura, ſicut infernus æmulatio: videmus pugnantem in XaverioCharitatem incumbentis inferni mole firmiorem Etenim non poſſunt ſuſtinere ardentis Amoris lumina, poreſtates tenebrarum; fugiunt charitatis ſplendorem Tartari tenebriones; ſpercelluntur luce noctuæ; fugantur leones igne; perſtringuntur calore principes in rigentis Aquilonis monte aſſueti conſidere. Ità jam intemperantis injuriæ cæli, infeſta terrarum odia, accumulatæ maris tempeſtates, nova in Xaverii Charitatem bella decernite, ubi victum, fugatum, proſtratum, deletumque glorioſo prælio infernum ſpectatis. Oppone natura montes; Amor pennas habet, ut ſupervolet: diſcinde terras per interfuſi pelagi tempeſtates: etiam naufragium magiſter Amor docebit enatare: diffunde graves è nubibus pluvias; aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem: Inſperge

du-

dumetis itinera; ſtimulos pones ad celeritatem: Brumali flumina obdura gelu, videbis charitatis incendia, etiam cùm frigescit: armatas frigore oppone nives, Soli oppones eliquandas. Nam ſi Phœdro & Orpheo ex Poëtarum, Antiſtheni & Charidemo ex Philoſophorum, Chryſoſtomo & Bernardo ex Divorum concilio conſcriptis Patribus adſtipulamur, cùm amorem omnem, tum illum, quo Xaverium miramur animatum, Solem appellabimus. Ut ſi miramur ad ſua proferenda beneficia Solem ab Oriente properare in Occaſum, miremur Xaverium ſuos ab Occidente curſus in Orientem incitâſſe. Si Solem illuſtriſſimam DEI umbram cum Ægyptiis appellamus, DEUM verô charitatem eſſe cum Joanne aſſerimus, Xaverium quoque DEI umbram appellemus. Si Solem cœli oculum cum Poëtis nominamus, Xaverii oculum nominemus Charitatem. Si Solem rerum univerſalem Patrem cum Philoſophis dicimus, dicamus Xaverii Charitatem rerum in Oriente præclariſſimarum genitricem. Si deniqúe Solem cum Empedocle mundi animam nuncupamus, Xaverii animam nuncupemus Charitatem.

FRANGERE. **Brechen.** *Rompre.*

PHR. **Einen Strick.** *Une corde.* Funem rumpere, diſrumpere, diſcindere. * **Eine Seydt / ſo gar ſehr geſpannet / bricht leichtlich.** *La corde ſe romp. étant trop bandeé.* Intentior fides ſuâ ſponte (*facile*) rumpitur, diſrumpitur. **Einen irrdenen Haſſen zerbrechen.** *Caſſer un pot de terre.* Vas figulinum rumpere, frangere, conterere, obterere. * **Der Hagel hat die Fenſter zerbrochen.** *Ha Grêle a rompu tutes nos vitres.* Grandinoſa procella domi diffregit omnia ſpecuiaria vitra. * **Der Regen hat den Weeg zerbrochen.** *La pluy a rompu les chemins.* Abrupere imbres itinera. * **Eine Brück abbrechen.**

Rom-

Rompre un pont. Pontem recidere, ſolvere: * Die Thüren zerbrechen. *Rompre les portes.* Fores effringere, perfringere, perrumpere, revellere. * Eine Wand brechen. *Ouvrir une muraille.* Parietem perfodere, perrumpere. * Im Fallen hat er den Kopff zerſchmettert. *Il s' eſt rompu la teſte en tombant.* A prolapſione caput fregit, caput ſibi comminuit. * Das Pferd hat ihm ein Bein zerſchlagen. *Un coup de pied de cheval luy a rompu la jambe.* Ab equo impacta calx crus ei comminuit. * Zerbrech mir damit den Kopff nicht mehr ſo offt. *Ne me rompez plus la tête ſi ſouvant des mêmes choſes.* Nè me obtundas de hâc re ſæpiùs. * Du brichſt mir den Kopff mit ſo viel wiederholten und ungereimten Reden. *Vous me rompez la tête avec vos redites impertinentes.* Ex iteratis perpetuò eisdem Verbis, & abs re alienisſimis caput mihi obtundis, animum obturbas, mentem fatigas, es importunus, fis moleſtus, moleſtiam creas, aures mihi oblidis, caput obteris, aures deteris & diffringis.

FRATER. Bruder. *Frere.*

SYN. Germanus, fraterculus. ADJU. Amantisſimus, miſerrimus atque optimus, optatiſſimus, atque oprimus, *amantiſſimi & conjunctiſſimi*, chariſſimus atque amantisſimus, clariſimus atque optimus, charisſimus, & ſuaviſſimus, optimus atque optatiſſimus, *concordiſſimi*, *optimi & interrimi*, *optimi & probatiſſimi*, *conſortes*, *formoſi*, *gemini*, germanus, impius, *ſummo loco nati*, *promti*, *non indiſerti*, levis, major, minimus, patruelis, miſer, optimus atque inimicus, *optimi*, ornatisſimus, patruelis cognatione, amore germanus, præditus pari pietate & induſtriâ, *ſapientiſſimi & clariſſimi*, ſuaviſſimus, *teterrimi*. [*Ex Cic.*]

SEN-

SENTENTIÆ. Frater, qui adjuvatur, à Fratre, quasi civitas firma. (*Prov. 18.*) Omnes autem vos fratres estis. (*Matth. 23.*) Fratris egestati impendendum, quidquid ultra vitæ necessitatem habemus. (*Basil.*) Fratrum negotia velle cognoscere, pia & honesta curatio est. (*Sym.*) Nesciunt homines, quantum boni Fraternitas habeat, qui nunquam dissiderunt. Ut dulcius serenum post tempestates est: ità nostris animis laceratis, & domi castigatis, velut portus ille Fraternitatis occurrit. (*Quint. S.*) Unaquæque res duas ansas habet: unam tolerabilem, & alteram intolerabilem. Si Frater injuriam fecerit, non eâ prehende, quâ fecit injuriam: ea enim ejus ansa non est tolerabilis: sed illâ potiùs: esse Fratrem, esse unà educatum. Sic prehendes eum, quâ est tolerabilis. (*Epict.*) Frater est dictus, quasi *Ferè Alter.* (*Gell.*) Sumus sinè dubio non ejusdem pars animæ, non ejusdem pondus uteri. (*Fab.*) Fratri invidus animus, gratus esse non potest patri: & paternæ largitatis memor non est, qui est fraternæ immemor charitatis. (*Chrysol.*) Si Fratris consuetudine ùti nescis; quando unquam poteris externi hominis usum rectè ferre: Si membrum nescis contrectare tuum; quando unquam alienum illicere, & tibi ipsi coaptare poteris? (*Chrysost.*)

FRAUDULENTUS. Betrieger. *Fourbe.*

SYN. Impostor, planus, deceptor, veterator. PHR. Fallaciarum architectus. Fraudum machinator, molitor, artifex. Deceptor vaferrimus. Frustrationum architectus. Homo subdolus. Frustrator quotidianus. Stropharum artifex. Vafer & versipellis, ac variis dolis instructus. Veterator, totus ex dolis atque fraudibus compositus, consutus, conflatus. Ad mendacia, ad obtrectationes, ad sycophantias natus; factus, sculptusque Cujus vitâ nihil fu-

ca-

catis. Homo fallax & eruditus artificio ſimulationis. Inſignis fraudum artifex. Inſignis fallaciarum machinator. Homo multiplici ac tortuoſo ingenio. Homo duplex, aliud loquens, aliud ſentiens. Homo, cui animus audax, ſubdolus, varius; cujuslibet rei ſimulator & diſſimulator, Qui aliud clauſum in pectore, aliud promptum in linguâ habet. Qui amicitias inimicitiasque, non re, ſed ex commodo æſtimat; magisque vultum, quàm ingenium bonum habet. Vir calliditatis acerrimæ. Ad heri fraudationem callidum ingenium gerens. Verſutior, quàm rota figularis. Eſt colubrino ingenio. Heu! hercle mortalem catum, malum crudumque, & callidum, atque ſubdolum.

SENTENTIÆ. Non inveniet fraudulentus lucrum. [*Prov. 12.*] Vir verſutus odioſus erit. (*Prov. 14.*) Qui decipit juſtos in viâ mala, in interitu ſuo corruet; & ſimplices poſſidebunt bona ejus. (*Prov.* 28.) Simulatores & callidi provocant iram DEI. Morietur intempeſtate eorum. (*Job. 36.*) Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus. (*Pſ. 5*) Diſperdet Dominus univerſa labia doloſa. [*Ibid.*] Abominatio Domini eſt omnibus illuſor. (*Prov. 3*) Doloſi non dimidiabunt dies ſuos. (*Pſ. 45.*) Melliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. (*Ibid.*) Venenum aſpidum ſub labiis eorum. [*Pſ. 139.*] Quidam ſimpliciter vivunt, & in omnibus quidam verſantur in dolis, & quælibet adverſantur. [*Petr. Rav.*] Inſperatum bonum eſt, ſi is, ad quem deceptionis pertinet periculum, ſibi gratiæ procuret argumentum. Jus enim exigit. ſagittas fraudis redire in doloſum verticem ſagittantis. (*Caſſ.*] Nihil eſt, quod æque pariat inimicitias, atque decipi, & falli. (*Chryſoſt.*) Nec certiùs virus ſuum, quàm in incautos, mittunt hi ſcorpii, quibus unicum ſtudium de caudâ nocere, & de poſtumo corporis improvidos verberare. Cave, qua vulnus figunt, virus

ſten-

ostendunt. (*Scrib.*) Probissimos omninò & oculatissimos in fraudem inducens, nulli verò fidos invenies, cùm nec cuiquam fidant; ac vix ipsi sibi; perpetuis autem innatant timoribus, cùm omnium diffidentiâ laborent, omnium æmuli, invidi. Nullus illis sanguis, ut fruantur optatis, non frater, soror, pater, mater: adeoque omnis illis pater, mater hostis est, si quæ audacibus, aut improbis votis impedimenta objecerint. (*Id.*) Cùm oratio retractior est, sæpè cursum sistit, & dum prodi metuit, variè interscinditur; cumque insidias, quas struxit, metuit, omnia tuta timet, nusquam proinde certò pedem figit, sed tanquam per subjectas prunas spinasque graditur, nulli fidens, quia nulli fidit. (*Idem.*) O fuge hos ignes, fulmina, de longinquo nocitura. Quid faciens de vicino: O nimis fugitivam manum, similem imbribus! Inter binas rosas mille spinas, bina inter oscula mille sicas, pro tenui mellis favo plena fellis dolia, pro violâ unâ, urticas mille; pro rore, saxa pluunt: pro modico vino prodiga propinant toxica. (*Idem.*) Quid usquam apud illos sincere honesteque factum leges? quid non potiùs subdolè, quid non veteratoriè, quid non fraudulenter. Ille imagine pacis in errorem inductos: Iste per summam odii dissimulationem, odium tutò destinavit. Hic specie recusantis, ambigua de se hominum judicia odoratus amici tanquam utres adjecti, inanes, opulenti, ac pleni primò expressi, dein ad suspendium coacti, corrupti largitionibus in dominos servi: veneno armati in Patronos liberti: Et quibus deerant inimici per amicos faciliùs oppressi; disfidentium in motem facinus occultatum: pietas sceleri prætenta: Oratio plena dignitatis, expers fidei: invidia in occulto, adulatio in aperto: preces, ora, lacrymæ simulandi artem usque ad convicium veritatis edoctæ. (*Strad.*),

FRAUS. **Betrug.** *Tromperie.*

SYN. Stropha, ludificatio, fallacia, dolus, fruſtratio, captio, captiuncula, aſtutia, machinatio, præſtigiæ, circumſcriptio, fucus, ſycophantiæ, offuciæ, tenebræ ADJU. Capitalis, expiabilis, familiaris, impia, major, maxima, minima, præſens, ſcelerata ac nefaria, ſumma, valentior, digna odio. [*Ex Cic.*] PHR. Singulare genus fraudis. Plena fraudis negotia. Captio magna. Dolus non ſinè ratione: Aſtutia conſidens & callida. Sophismata contorta & aculeata.

SENTENTIÆ. Eſt Fraus bicolor expectatio, (*Nier.*) Fallacia eſt, per quam moribus deceptoriis veritas palliata, vel odium alterius, vel proprium commodum intendit. [*Auguſt.*] Dolus eſt, cùm aliud agitur, & aliud ſimulatur. Callidus eſt, qui exitum virtutis dolo ac fraude imitatur. (*Iſid.*) Occultum & inſidioſum malum perfidia. cujus efficaciſſimæ vires ſunt, mentiri & fallere. (*Val. Max.*) Diuturna fraudatio tædiorum eſt nutrix, ſuſpicionum fomes, impatientiæ fax, noverca amoris, deſperationis mater. (*Bern.*)

FRIGERE. **Frieren.** *Avoir froid.*

SYN. Algere, rigere, frigescere. ADV. Planè, valdè. *Ex Cic.*)] PHR. Frigore rigere, obrigeſcere. Algore congelare, conglaciare, *vel*, congelari, conglaciari, confici. Frigore corripi, premi, uri, aduri, lædi, conſtringi, adſtringi. Corpora rigentia gelu torpebant. Torpentibus rigore nervis, vix flectere æſtus poterant. Humus rigebat gelu. Tam periculoſo inhorrui frigore, ut Tertianæ etiam impetum timerem. Ambuſti multorum artus vi frigoris. In pruinis immanibus obrigescit. Frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

FRI-

Digitized by Google

FRIGUS. **Kälte.** *Froidure.*

SYN. Algor, gelu, hyems, bruma. ADJU. Durum, rigens, ſummum, ſæviens, ſegne, pigrum, acerbum, iniquum, hyemale, hybernum, immodicum, penetrabile, intenſum, nimium, intolerabile. PHR. Frigoris acerbitas, aſperitas, vis. Glaciatus turbo. Hyberna tempeſtas. * **Es iſt ſehr kalt.** *Il fait grand froid.* Sævit frigus. Infeſtum eſt, *vel*, Magnum & acre eſt frigus. Frigus exiſtit acerbiſſimum. Summum & intolerabile frigus eſt. Maximè friget. Vehementer algeat. Cœlum valdè friget. Frigore rigent omnia. Tempeſtas eſt perfrigida, *vel*, prætrigida. * **Die Kälte nimbt zu.** *Le froid s' augmente.* Frigus gliſcit, invaleſcit, convaleſcit, ingravescit. * **Die Kälte nimbt ab.** *Le froids' adoucit.* Remittit frigus. Frangit ſe frigus. Solvitur frigus. Remittit frigus de acerbitate. Vis frigoris remittit, *vel*, remittitur, *vel*, conſenescit. Frigoris acerbitas mitigatur, lenitur, ſedatur, temperatur. Mitescit hyems. * Nullo frigore adduci poteſt, ut capite operto ſit. Afflabat acrior rigoris vis. Imbrem vis frigoris concreto gelu adſtrinxerat. Corpus patiens algoris. Jam ætas mea contenta eſt ſuo frigore: vix mediâ regelatur æſtate. (*Sen.*) Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt; horrorem, ubi totum corpus intremit. V. HYEMS.

FRONS. **Stirn.** *Front.*

SYM. Os, vultus, facies. ADJU. Hilaris, decora, honeſta, ſerena, nitida, lucida, candida, veneranda, rugoſa, modeſta, remiſſa, contracta, elata, minax, ferox, torva, obſcœna, gravis, ſevera unguentis renidens, juvenilis, ſenilis. PHR. Frontis honor. Caſtigatæ Frontis collecta modeſtia. Contractæ ſeria Frontis. * **Runtzliche Stirn.** *Front ridé-*

ridè. Frons contracta, adducta, obducta, caperata, corrugata, rugis aſperata. * Frölicke Stirn. Frons tranquilla, ſerena, explicata, exporrecta, non ſummè detrita.

AMPLIFIC. Frontem iſtorum vide, quæ nitere videtur unguentis, ad mulierum morem longè ſplendescere aquis accuratione muliebri expreſſis. Animadverte autem frontem explicatam & porrectam hominum, contractam & mœſtam, tranquillam & ſerenam, rugis exaratam (quoniam in fronte oſtentatio eſt) quamquam aliquando ſimulatio ſuſtineatur, & ſæpè mentiatur, nec verum dicat. Explicatio frontis lætitiæ ſignum eſt, contractio gravitatis indicium, tranquillitas ſedatum animum præfert, rugæ verò iracundiam, quemadmodùm cùm quis ingemit, queritur, fremit, frontem ferire ſolet. Sed anni ſeniles rugis maximè oſtenduntur, ſed qui excuſſam nunquam ſeveritatem volunt, in his contractæ frontis notas aſpicies, & ſi ſeveritatem aliquando recuſſerunt, reliquias priſtinæ frontis apparere volunt: fruſtrà tamen multi eâ fronte contegere volunt, quas nolentes aperiunt. Nam licèt homines aliquando fronte & ſupercilio pertūrbationes animi contegant, non ſolùm ex oratione, ex reipſa, ſed ex vultu, oculis, ex fronte, quæ volumus, facilè perſpicere poſſumus. Quod in Socrate, quod in Scipione, quod in Philoſophis multis apparebat, quibus frons ſemper eadem fuit. V. FACIES.

FUGA. Flucht. *Fuite.*

SYN. Effugium, declinatio, cautio, evitatio.

ADJU. Acerbiſſima, communis, incerta & periculoſa, ſcelerata, tota, turpiſſima, diſerta & inculta *oratorum*, deſperata, flagitioſa & calamitoſa, remotiſſima, nobis glorioſa, patriæ calamitoſa, moleſta, miſera ſed turpis, miſerabilis, miſerrima, neſa-

nefaria, repentina, ſimilis pugnæ. (*Ex Cic.*) Ineluctabilis. PHR. Præceps diſceſſus, exceſſus, exitus. Fugæ curſus. Curſus effuſus. * In die Flucht jagen. *Mettre en fuite.* Facere fugam. Aliquem fugare, in fugam vertere, conjicere, compellere, adigere, avertere. Hoſtem in fugam fœdè profligare.

FUGERE. Fliehen. *Fuir.*

SYN. Aufugere, diffugere, profugere, fugitare, ſubterfugere. *Vel,* vitare, evitare, declinare, abhorrere, aſpernari. ADV. Conſultô *multitudinem,* libentiſſimè, magnoperè *conſpectum,* magnoperè *ſuperbiam,* magnoperè *dicacitatem,* perversè *comprehenſionem,* tanto ante, turpiter, valdè. (*Ex Cic.*) PHR. In fugam, *vel,* in pedes ſe dare, ſe convertere, ſe conferre, ſe conjicere, Dare ſe fugæ. Mandare ſe fugæ. Fugam arripere, capeſſere, facere, capere, inire, agere, petere. Terga dare, vertere, oſtendere. Fugâ ſalutem petere. Fugâ ſibi, *vel,* ſaluti ſuæ conſulere. Fugâ periculum vitare, declinare. Eripere ſe periculo. Subducere ſe diſcrimini. Citatiſſimâ fuga ſe proripere. Alatis pedibus in aliam provinciam avolare. Domo profugus. Profugerunt metu perterriti. In Apuliam ſe compegerat. Multò effuſiùs oppidum repetebant. Anteluculo furtim evadere, & viam licèt trepido veſtigio capeſſere lepores galeati. Montes effuſo curſu petebant. Longiorem fugam intendebant. Sublatis raptim ſignis quàm citatiſſimo poterant agmine ſeſe abripuerunt. Quâ cuiq: proximum fuit, in fugam effunduntur. Rex primò effusè & ſinè reſpectu fugit. Poſtquàm terga dabant & in fugam paſſim effundebantur. Velut apium examina, ad crepitum primum miſilium avolavere. Omnes in fugâ ſibi præſidium poſuerunt. Præcipites ſeſe fugæ mandabant: Cæteri diſſipantur metu, & quà cuique ad fugam patebat via, erumpunt. Clam ſe à cuſtodibus ſubduxit. Ipſe quaſi vi-

tabundus per saltuosa loca & tramites exercitum ductare. In longinqua & contermina Scythiæ fugam maturavit. Fiducia manuum ad pedes migrat. Fugam moliuntur. Penetravit se in fugam. Alii alio diffugiunt. * An die Flucht gedencken *Penser à la fuite.* Fugam circumspicere, ornare, adornare, quærere, meditari, parare, moliri, explorare. Quærere, exitum ex aliquo loco. * Ich gedencke nicht zu fliehen. *Je n' ay pas dessein, de fuer.* Longè absum, à fugiendi consilio. * Wo fliehestu hin? *Où fuyez vous?* Quò fugam corripis? Quo te corripis? * Die Gesellschafft der Bösen fliehen. *Fuir la compagnie des mechans.* Ab improborum consuetudine refugere, abhorrere, recedere, discedere, abscedere. * Die Gefahr fliehen oder meiden. *Fuir le danger.* Periculum effugere, declinare, devitare, evitare, defugere, cavere. Eripere se, subducere se periculo. A periculo declinare.

AMPLIFIC. Illi acti in fugam ignominiosam, hostibus terga cædentibus, sub ipsâ mortis laniená spem nullam vitæ, nè à desperatione quidem petebant. At iidem repentè mutati, terga in ora, fugam in gladios, metum in audaciam, mortem in victoriam, brevi temporis morâ converterunt. * Neque ita tamen tam prædonum fugiebant impetum, quàm Imperatorem sequebantur; tam ut quisque in fugâ postremus, ità in periculo princeps erat. (*Cic.*) Huic bello imparem me esse fateor, ac propterea terga dedi: obtectoque præ pudore vultu, me in fugam converti: & solitarius sedere, quia amaritudine impletus sum, ac silete quæsivi, tempus malum esse cognoscens. (*Naz.*) Nil festinationi reliquum faciens, quantâ poterat celeritate se in proximam fonti sylvam conjiciebant, tam celeri fugâ, ut ab immani aliquâ ferâ, vel fœtâ tigride, vestigia ejus premi censuisses. * Tam immani festinatione fugiebat, idque

idque per denſiſſima ſylvæ impedimenta ; ut nulla planè celeritate ipſam aſſequi potuiſſem. * Se protinus pernici fugæ committit : perque prona non tantùm pedibus : verùm etiam toto projecto corpore properè devolutus , immittit ſe campis ſubpatentibus. * Securitas in robore ex audaciâ, periculum in fugâ. Non eſt viri cœcum corpus ad hoſtes vertere : arma armis pulſare , & pectus dextra armatum hoſtili ferro objicere : Viri & militis eſt, nec quisquam tutior , quàm qui ferrum ferro propellit : Intutiſſimus eſt , qui à pedibus auxilium depoſcit ;ab armis mutuatur miles , eò minus periclitaturus , quò fortiùs preſſerit hoſtem, & non ſola ſemper militis ſalus in animo & ferro , in fugâ dedecus & mors eſt ; decus & vita in armis. * Invocato hilarô atque proſpero eventu curſu me concito proripio, ut hercule ipſe ſentirem non hominem me, verùm etiam equum curulem nimiâ velocitate refectum. * Apoſtoli in virgis, in ſputo, in convitiis, in pœnis & doloribus Chriſti, quaſi minuti animi Tyrones fugam capeſſerunt ; & quædam latibula quaſi ſalutis aſyla meticulosè quæſiverunt.

SENTENTIÆ. Quem fugiam , novi ; ad quem autem fugiam , haudquaquam. (*Cic.*) Hoſtibus nequaquam intercludenda, ſed aperienda potiùs eſt via, ut magnâ cum ignominiâ fugiant. (*Pyrrhus.*) Antigonus ſentiebat , non eſſe turpe , fugere ; quoties magis expedit hoſti dare locum, quàm conſerere manus. (*Plut.*) Bellicoſus quod in bello fugit , artis eſt , non timoris. (*Chryſolog.*] Magis multo eſt ad gloriam, adverſarium ad fugam impellere , quàm interficere manentem. (*Liban.*)

FULMEN. Blitz. *Foudre.*

SYN. Fulgur, fulguratio , fulgetrum. ADJU. Infeſtum , repentinum, inevitabile, triſulcum, fulmineum, violentum, terribile, præſagum , intor-

tum, horrendum, penetrabile, flammeum, formidabile. PHR. Fulminis ictus, *vel*, jactus. Conflictu nubium ardor expreſſus. Eliſi nubibus ignes. Jovis haud imitabile fulmen: celſas concutiens vertice turres. Permiſta nimbis fulmina: ſummos ferientia montes: proceras quatientia turres. Turbinis ictu disjectus. * **Vom Blitz berührt.** *Frappé de la foudre.* Fulmine ictus, percuſſus, tactus. De cœlo tactus. Fulminatus. Fulmine afflatus. Cæleſti igne ſuffocatus. Fulmine exanimatus occubuit. Ictu fulminis deflagravit. In Ajacis navim criſpiſulcans igneum fulmen injectum eſt. Jace obſecro in me vim coruſcam fulminis. Divûm ſimulacra peremit fulminis ardor. Quæ tum flammatu fulminis ictu concidit. Columna tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt. Nemo quaſi fulguritum refugit. Nubes mediocriter colliſæ fulgurationes efficiunt; majore impetu pulſæ. Illud noxium caput ſacris flammis petivit. Telis fulminum & miſſilium cœleſtium jaculis igneſcit fulgurator Jupiter. Fulmina præmicant. *F*ulguritæ arbores. Si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitru edit: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. [*Plin.*] Fulmen coaleſcit, exhalationibus multis in unum compactis, è nube mediâ cum impetu prorumpentibus, mutuoque colliſu ſuccenſis: ex quo exiſtit tonitru & fulgur, & aliquando cuneus, h.e. fulmineus lapis.

FUR. **Dieb.** *Voleur.*

SYN. Trifur, populator, direptor, prædo, prædator, ſicarius, expilator, latro, latrunculus, graſſator, crumeniſeca, lavernio, abactor. ADJU. Nocturnus, furaciſſimus, avarus & furax, crudelis, manifeſtarius, occultus, callidus, ingenioſus, ſolers, inſidioſus, ſceleratus, improbus, inſomnis, auritus, armatus. PHR. Nummorum ſpoliator. Furtorum doctus. Vivens ex rapto. Vivere rapto aſſuetus.

Fur-

Furum avidum genus : malefida cohors. Cui piceatæ manus. Gens rapinis assueta : alienis insidians opibus : ferro accincta : in sylvis subsidens. Homotrium litterarum. Furcifer impatibulatus. Cruciarius. Improbus & crudelis furunculus , nunc verò etiam rapax. Pecuniæ alienæ aversor, subreptor. Domos furacissimè scrutans. Latrocinans. Infestas latrociniis vias obsidens, insidens, habens, tenens. In viatores ferro grassans. Latrocinium exercens, faciens. Latronem agens. Grassatorem profitens. Aliena bona prædans, diripiens. In alterius fortunas involans, invadens , irruens , infestum grassans. Aliquem compilans , expilans. Fur homo , & avaritiâ acri erat. Fur manifesto furto prehensus. Servus furti manifesti prehensus. Minùs jam sum furtificus , quàm antehàc. (*Plaut.*) * **Dieberey.** *Volerie.* Furtum, Latrocinium, Direptio, Expilatio , compilatio, deprædatio. Furtum improbissimum, sordidissimum, impudens, impudentissimum, apertum , perspicuum, illustrius, notissimum , occultum. * **Es werden an diesem Orth viel Diebstahl begangen.** *On fait beaucoup de voleries en ce lieu.* In loco illo multa furta & latrocinia perpetrantur. Locus ille frequentioribus latrociniis infestus est.

AMPLIFICAT. Nemini video dubium esse , quin apertissimè [*C. Verres.*) in Siciliâ sacra profanaque omnia , privatim & publicè spoliarit , versatusque sit sinè nullâ non modò, religione , verùm etiam dissimulatione in omni genere furandi atque prædandi. * Homines de plebe capite censi, ad incitas redacti , urbis quisquiliæ, in fures , inopia solicitante , transcripti. * O Consuetudo peccandi quantam habes vim in improbis & audacibus ! cùm occasio data fuit, cùm pœna abfuit , & licentia consequuta fuit ! iste in hoc genere furandi non equidem nunc primùm fuisse creditur , sed ab ipsa propè adolescentiâ , scimus parvulum

vulum à matre abstuliſſe res pretioſas, & ge
annulos, & monilia, & emblemata furatum
paternâ profugiſſe. Audivimus adoleſcent
cerem aliquoties fuiſſe conjectum, quòd v
& hortorum, ad uvas, ad fructus furandos
ta tranſilierit, fugientem in manibus vini
colonorum, nè comprehenderetur, ſæpe
pallium: illa omnia furta furis rapacisſimi
non fuerunt, ſuperiorum temporum tenebr
gine. At poſtquam illius flagitia ſeſe effud
quot annos, cùm jam virili ætate eſſet, &
& filios, & domum haberet, veterem co
nem à parvulo inſitam, aliquoties intermiſſa
one oblatâ revocavit. Ità ſerpit illud inſitu
râ malum conſuetudine peccandi liberâ, fin
dacia ſtatuere ſibi non videatur. Tenetur i
quando & in furto cùm maximo, tum man
netur: atque in eum ſe laqueum viſus eſt indi
ſolùm ut eas pœnas, quas proximè nefarius h
pis, infamisque meruiſſet, ſolveret, ſed u
infamia redundaret ad filiorum dedecus igno
que perpetuam. * Te non metuere dicam fur,
tremiſcere miſerum hominem, qui in ipsâ faci
ti meditatione, cùm tendis ad locum, ſpecta
nocturnum, & ſummum noctis ſilentium,
maximè jacent homines in lecto, & ſomno
mo conſopiti ſunt. Nè te quis perſentire
quemadmodùm animam comprimis? retine
tum tempus, & magnâ cum difficultate & c
corporis multo, minimos muris ſtrepitus ex
atque hominum inanes umbras. Atque ſi q
commovere audis, & inclamare furis pra
quàm illicò terga vertere ſoles? quàm eoder
ſummâ cum celeritate revertere eò, unde t
in domum interiorem? Quia malè procedit,
to metu verſaris, nè quis te ex domeſticis,

mis in cubiculis dormiunt, audierit clamore excitatus à somno? Et quia suspicio jam erat, & metus, cœpisse fures parietes transfodere, atque illos aucupari tempora hujusmodi ad sua furta; & usitatum est nonnullis, se in cubicula prima recipere, ut cum inclamarint, qui intus sunt, surgant celeriter & accurrant, & hærentem in domo furem opprimant, atque â tergo, & à fronte interceptum fugere non permittant, miserande homo, contemptissime omnium, ad virgas reservate, ad ignominiam & infamiam damnande, & si furti gravitas tulerit, laqueo suspende-de, nondum furto facto, quid ages? pallens totus, ac tremens, & præ angustiis præcluso spiritu, hiscere non audes, & ut tui ipsius misereri velint, non flagitas? non obsecras contractis humeris, & toto corpore demisso, & utramque tendens manum, & supplici & trementi voce, ut te dimittant protinùs, nè te prodant, quoniam honoratus es, & nequissimus te spiritus, deceperit? Non addis ex indicio nihil boni comparaturos se præter ignominiam & infamiam furi inurendam; quidvis potiùs te paratum esse perpeti, & supplicii quodcunque subire genus, si per illos statuatur, quàm ut ad Judices delatus subeas virgas & ignominiam in genus tuorum redundaturam in perpetuum? Non adjungis: quoniam notus eis fueris, quoniam parentibus ortus honestissimis? Quid plura? quoniam civis, quoniam denique vicinus. V. LATRO.

FURARI. Stehlen. *Voler.*

SYN. Rapere; abripere, diripere, eripere, surripere, populari, subtrahere, subducere, auferre, tollere. PHR. Aliena bona prædari. In alterius fortunas involare, invadere, irruere, infestum grassari. Aliquem expilare, compilare. Vivere rapto. Admittere furtum. Convectare prædas. A-

liquid furto, vi clam ſubducere. Omnia ſana depeculatus. Aureum peculum ex compoſito ſubducitur. Aurum mihi intus harpagatum eſt. Ille ſupilat mihi aurum, Non licet hîc injicere ungulas. Furtis hæreditatem lacerare. Homo furti ſe adſtringet. Cæteri cleptæ furantur, & harpagant. Colligis omnia furtim. Omnia viſcatis manibus leget.

SENTENTIÆ. Non furtum facies, (*Exod. 20. &c,*) Qui cum Fure participat, odit animam ſuam. (*Prov. 29.*) Qui furatur, jam non furetur. (*Matth. 19, Eph. 4.*) Fures regnum DEI non poſſidebunt. (*1. Cor. 6.*) Qui furantur, eum mentiri, ac pejerare neceſſe eſt. (*Chryſoſt.*) Hactenus dicunt, furta eſſe convincenda; donec in manibus res furtiva deprehendatur. (*Ariſtides.*) Nonne hoc indignum eſt, qui furto aliena abripit. (*Ariſtophan.*) Furari vitium peſſimum eſt, & pænè inter vitia ſupremum: quia res ablatas juſto Domino reſtituere, ita moleſtum eſt; ut verbum ipſum dum profertur, os & linguam exulceret. (*S. Ludovic. R. G.*) Libens ego Quæſtoribus majora ſtipendia aſſignavero, ſi certum mihi foret, eos â furtis ceſſaturos. [*Frider. D. Sax.*]

SIMILITUDO. Ut fuci, cùm ipſi non mellificent, tamen apum inſidiantur laboribus: Ità ſunt, qui nihil excudant, ſed aliorum vigiliis elaborata furto ſibi vindicant. (*Plin.*)

FURIOSUS. Wütig. *Furieaxi*

SYN. Furibundus, furens, feriatus, inſanus, demens, lymphatus. PHR. Furore amens, percitus, concitus, conciatus, inflammatus, actus, agitatus, impulſus, accenſus, ardens, flagrans. In furorem actus, verſus. Furiatâ mente abreptus. Furiis agitatus. Homo amentiſſimus, atque in omnibus conſiliis præceps & devius. Furore & ſcelere ardet. Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus.

Ità

Ità ſui effrænatus, & pænè demens. Omnia rabidè appetens. Nihil non iracundè rabioséve fecerunt. Velut lymphati & attoniti. Velut phanatico inſtincta curſu in hoſtem multitudo ruit. In rabiem ira verſus. Cujus feræ rabies occupavit animum tuum? In rabiem efferatus. Rabie quâdam, & profundâ confundendi omnia cupiditate. In rabiem prolapſus. Stimulatus furenti rabie, vagus animi. Paſſim lymphatâ mente furebant. In ultimam rabiem prolapſus eſt. Nefario quodam furore & audaciâ inſtinctus.

FUROR. **Unſinnigkeit.** *Fureur.*

SYN. Furiæ, inſania, amentia, dementia, væſania, rabies, ira, æſtrum. ADJU. Nefarius, conſceleratus, incredibilis & ſingularis, conſularis, credibilis, divinus, exultans, effrænatus & præceps, *indomiti atque effrænati*, inflammatus atque ignitus, infractus, libidinoſus, pernicioſus, notiſſimus, maximus, mirus, ſimilis, ſummus, tantus, totus, vetus, violentus. (*Ex Cic.*) Infeſtus, pertinax, nefandus, fanaticus, væſanus, barbarus. PHR. Effera vis animi. Mens furioſa. Stimuli furoris. Furiatus impetus. Furialis ardor. Rabies effera. Mentis effrænæ furor. Furor regi neſcius: in arma pronus: Fræni impatiens. Lymphatæ mentis violentia. Furor comes ſceleris & audaciæ. Furioſus iræ motus. Quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, quis tantus furor, &c. Novi hominis furorem, novi effrænatam violentiam. Fortitudo rabioſa. Donec invicta illa rabies & impetus conſeneſceret.

AMPLIFICAT. Qui avaritiâ, cupiditate, gloriæ invidiâ inflammatus, tot tamque graves animi peſtes ità cumulavit, ea poſteaquam inveteravit, & in odium converſa eſt, ſic hominem interdum incitabat, ità furore præcipitem agebat, ut exiiſſe de poteſtate videretur, V. IRA, &c.

CA-

G

GALEA. Bickelhauben. *Casque.*

SYN. Casſis; *idis*, f. Casſida, *æ.* Cudo. *Partes & Ornamenta.*: Apex, Conus, Criſta, Jubæ, Pennæ. ADJU. Terribilis, decora, nitens, ærea, fulgens, horrida, ferrea, minax, ærata, minitans, criſtata. PHR. Capitis armatura, criſtis, decora *vel*, terribilis. Galea è tenuiſſimâ laminâ ferri bracteis aureis tecta; ingentibus pavonum aliorumque avium exquiſitarum plumis criſtata.

AMPLIFIC. Apud Gentiles fortiſſimus Deorum Mars, Galeæ Autor & parens, qui Vulcanum eam fabricare edocuit. Hæc conſtat, non rudi & ſimplici ferro, ſed chalybe, cui Natura fortius cæteris metallis robur dedit; in periculo vitæ fidelius cæteris hoc armorum genus nobis eſt; mucrone quidem manus, loricâ pectus, clypeo brachia ab hoſte defenduntur: Galea verò caput tegit, quod ipſius vitæ fons & origo eſt. Palladem *Sapientiæ* Deam, non niſi galearum Antiquitas incedere juſſit: ut nobis fieret manifeſtum Galeam mereri quoque de ipſis Muſis, earumque Deâ. Satagite igitur, vos Juvenes Germani, ut Galeas vobis à Majoribus relictas, à ferrugine eximatis, eas ex humilioribus domorum angulis extrahatis; Easque ſi non è fronte in caſtris, ex honeſtis ſaltem parietibus domi ſpeculorum loco futuras ſuſpendatis, & in iis parentes & avos contemplemini.

GALLIA. Franckreich. *France.*

SYN. Galliæ, *arum.* Francia. ADJU. Animoſa, ferox, dives, bellicoſa, fertilis, pinguis, fæ-

fæcunda, nobilis, insignis, inclyta, intrepida, indomita, generosa, audax, populosa, compta, ulterior, citerior, transalpina. PHR. Regnum liligerum. Frugum altrix vinique ferax. Gallia opulenta & valida, viris, urbibus, civitatibus, vicis referta & ornata, adeò ut nulla ei gens conferri ac comparari possit. Felix præpinguibus glebis, commoda proventibus fructuariis, vitibus consita, necnon oleis in optimâ sui parte, quâ mediterraneis fluctibus alluitur. Omni ad usum animantium fœtu beatissima; rigua & fluminum & fontium aquis; rerum denique omnium copiâ adeò ferax, ut & ipsa sibi facilè sinè aliarum ope, & cæteræ Europæ regiones vix sinè ejus beneficio sufficere queant.

AMPLIFIC. Quis Galliam dignè laudaverit terris omnibus feliciorem, cui excolendæ atque adeò ditandæ impensiùs, quàm cæteris Gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit, quæ nec austrinis obnoxia æstibus, nec arctois subjecta frigoribus, media fovetur utriusque axis temperie; quæ hinc pyrenæis montibus, illic alpibus & muris & propugnaculis, illinc Oceani æstibus ac Rheno tanquam fossis, naturæ solertis ingenio, velut alter Orbis & ab aliis discretus ingreditur. Adde tot egregias civitates, tam vasta, totq; divitiis referta oppida, adde culta incultaq; omnia, vel fructibus plena, vel gregibus; adde veteres immensasque camporum planities; adde riguorum opes fluminum. Scio faculas Poëtarum auribus mulcendis repertas, varia nonnullis Gentibus ac regionibus attribuisse miracula; quænam sint vera inter singula, nec jam excutio veritatem: Sit, ut scribitur, Thessalia amœnis locis, suisque tempe toties decantatis inclyta; Sit læta pascuis Italia; fluminibus auriferis memoretur Hispania: Lydia prædicetur amne Pactolo: dum Galliæ uni, quidquid in aliis laudatur, adscribatur. Hæc enim & læta pascuis, & crebris nemoribus

ribus consita, & fluviis irrigata, si non auriferis, at certè ubertatem aurumque comparantibus. Hæc durissimos audacissimosque milites, hæc expertissimos Duces, hæc viros omni laude conspicuos tulit. Huic debetur Ludovicus ille Magnus totius Orbis æquiori, quàm Scipiones titulo Fulmen nuncupandum. * Quid enim aliud Francia, quàm pratum florens, quod quoties lubet, toties Rex metat, ut Ludovicus XI. ajebat: Quid aliud est Franciæ Rex, quàm ovium (ut sic dicam) Pastor; qui velleribus aureis, quoties lubet, & tondere cupit, ut Imperator Maximil. ajebat, utatur? * Audacter hoc dico, Judices non temerè confirmo; referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum; nemo Gallorum sine cive Rom. tabulis commovetur. (*Cic.*) Enimverò ex omnibus Orbis Gentibus, nullam aut fuisse unquam, aut esse nunc, aut ullis fore aliquando temporibus facilè puto, quæ cum Gallo-Francicâ, rerum gestarum præstantiâ, aut magnitudine imperii, aut Fortunæ varietate, aut Regum denique ac Principum suorum factis ac virtutibus comparari queat. Hæc fortissimas Gentes, hæc ferocissimos populos, hæc bellicosissimas nationes vicit, hæc Orbem penè totum victoriis ac triumphis perlustravit. Hæc Italiam imperii florentissimi sedem, ante conditum imperium domuit, in eâque extructis suæ Gentis coloniis sedes imperiumq; fixit. Hæc Romam victam, captam, spoliatam, & incendio totam, si unum colliculum excipias, fœdatam evertit ac diruit. Unde illi non ferro pulsi, sed auro remoti, qui Romanas legiones apud Aliam conciderant. Hæc Germaniam, omnibus præterquàm sibi invictam perdomuit. Hæc Græciam omnem victis ac prostratis uno alteroque prælio Macedonibus sibi reddidit vectigalem. Hæc Asiam universam prostratis hostibus occupavit. Hæc Thraciam, Pannoniam

niam, Illyricum imperio quondam ſuo adiecit. Hæc Africam armis penetravit. Nihil hîc moror Hiſpaniam, cujus adhuc nobiliſſimæ provinciæ nomen præferunt: nihil Britanniam, quam nunc Angliam appellamus, quæ tota penè olim Gallica fuit, commemoro; ut penè Orbis totus aut Gallis morem geſſerit, aut iis ſubinde è ſuis terris emergentibus fuerit occupatus. Quo factum putem, ut plura ſingulos geſſiſſe Gallos Veterum teſtimonio, quàm cæteros Orbis terrarum populos manifeſtum ſit: ac in cæteris debellandis Romani quodammodò luderent, in Gallos verò totis ſuæ Reip. viribus niterentur. * Gallia verò Romanis adeò timenda, ut ea una è tot Gentibus, Imperio potentiſſimo æmula ac quodammodò fatalis crederetur; eamque natura invictis Alpium jugis, quæ armis non potuiſſet, ab Italia ſummoviſſe. Alpibus Italiam munierat antè natura, inquit Romanus Orator, non ſinè aliquò divino numine: nam ſi ille aditus Gallorum immanitati multitudiniſque patuiſſet, nunquam hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet: adeóque trepidatum olim inſtantibus Gallis ut de finitimis Gallorum terris dimittendis, ac populis libertate donandis agitatum in Senatu fuiſſe teſtentur Hiſtorici: nè cum eis pugnare toties quoties cogerentur, à quibus ſicutaGræcis facundiâ & eruditione, ſic rei militairs ſcientiâ vincebantur.* Galliam cæterarum Gentium Reginam Honorius III, ſummus Pontifex appellavit. Gregorius IX. Pharetram eſſe ait, quam CHRISTUS ſibi circa femur accinxit; ex quâ ſagittas electas; ità enim loquitur, ipſas ut ſibi Gentes & regna ſubjiciat, in arcu brachii potentis emittit D. Gregorius tantùm ceteris nationibus Galliam præſtare cenſet, quantum regiæ dignitatis apex cæteris honoribus antecellit.

GALLI. Frantzoſen. *Francois.*

SYN. Franci, Celtæ, Gomeritæ, Aborigenes. ADJU. Generoſi, leves, facundi, ingenioſi, humani, inſolentes, protervi, magnanimi, ſolertes, bellicoſi. PHR. Invicta Gens Gallorum, Gallorum Gens ut virtutibus, ſic rerum domi foriſque geſtarum fama clara ac nobilis. Gens lactea, cui nomen à candore datum. (*Mant.*)

AMPLIFIC. Primi omnium Orbis populorum Galli Romanas legiones ſtravêre; primi Romam cædibus, incendiô, ruinis complevêre; primi ſervitutis Romanæ jugum excuſsêre: primi Authores libertatis ad ſimile factum cæteras latè Gentes oſcitantes, inſigni exemplo concitarunt: Primi denique collapſum Imperii Romani majeſtatem, à Barbaris miſerè laceratam reſtaurarunt, & in priſtinum ſtatum reſtitutam, Orbis univerſi conſenſu applauſuque in ſe transmiſerunt. Magna quidem illa, quæ à veteribus Gallis ubiq; gentium locorumque geſta ſunt, cùm ea gens vel Optimatum conſiliis, vel Regulorum imperiis regeretur: ubi verò Chriſtianâ pietate imbuta eſt: non modô virtus non eſt imminuta, ſed aucta: Si quid in moribus vitii aut barbari, reſciſſum amputatumque eſt: ſi quid in omni vitæ genere ſplendoris, & gloriæ, novo quodam fulgore illuſtratum: cùm ex feroci quodam ardore ad honeſtum cultum & flammam vividiorem ſeſe Galli contulêre. Non enim militaris ſcientia ab iis derelicta & contempta, ſed ad meliorem uſum translata. * In tantâ ſæculorum ſerie longum eſſet recenſere, quod Ducibus, Regibus, Imperatoribus, Galli præ cæteris Orbis gentibus floruerint. Sed non fuit mirum gentem inter arma natam & ferrum, bello induſtriam, tot provincias, tot hoſtes, ipſum Principem gentium populum ſuperaſſe, quæ ad arma & cruentiſtimas pugnas quaſi ad epulas ac delicias invitata

tata properabat: gens tantùm timoris expers, quàm virtutis ac gereroſitatis plena; ut Magno quondam Alexandro interroganti: Quidnam maximè timeret? reſpondiſſe fertur: nihil aliud quàm ne cœlum rueret: quod & Francis familiare fuiſſe ferunt.

REX GALLIÆ. König in Franckreich. *Roy de France.*

AMPLIFIC. Ut Chriſtianiſſimus eſſet, quæſivit Eccleſiæ oleum è Cœlo: quo eum ungeret: collegit inter aſtra flores, quibus eum coronaret: donavit Labarum, ſub quo DEUS ipſe pugnaret: addidit ſtrumarum miraculum, ut major naturâ Rex eſſet. * Nec verò ullus tot Regum (quod ad nobiliſſimæ ac Chriſtianiſſimæ gentis famam maximum eſſe debet) quia à ſuſceptâ ſemel Chriſti fide per M. CLX. & amplius annos imperio Francico præfruere, ab eâ Religione nè transverſum quidem unguiculum, deflexit, ſed nè cogitavit quidem. Multa in templis Religio, multa in Religione pietas; incredibilis in pietate ſanctitas, ſingularis in ſanctitate majeſtas. * Hinc Chriſtianiſſimi Francorum Reges appellati, fidei propugnatores ac vindices, Eccleſiæ Primogeniti filii, Athletæ Chriſti ſtrenui, ac Religionis defenſores: quippe qui Italiam, Germaniam, Pannoniam, Greciam, Aſiam, Africam; Hiſpaniam, Orbem pene totum ab improbiſſimæ ac barbaræ immanitatis, ne dicam, ſervitutis jugo liberatum, Chriſtianæ Religioni reddiderint: ac ſe exundanti ex Oriente in Occidentem Barbarorum multitudini, ne univerſum nominis Chriſtiani Orbem fœdâ eluvione obrueret, & fidem (ſi Deus velit) extingueret, muros ſe ac validiſſimos obices obiecerint. Horum exemplis pleni ſcriptorum libri, plena volumina, plenæ ſapientum voces, plena ora populorum: nec adhuc invidia vel inimicorum furor eam laudem avertere, non æmulatio gloriam omni-

um animis altiſſimis radicibus inhærentem evellere ullo modo potuit. * Atque ita, pernicioſis legibus everſis, corroboratis ſalubertimis inſtitutis, Ludovicus pulcherrimæ fundator pacis, arbiter publicæ ſalutis, Sacrorum inſtaurator ampliſſimus, lauream adeptus tantò majorem, quantò plus eſt Religionis quàm regionis terminos promoviſſe; victoriis deniſque onuſtus, in Galliam rediit triumphaturus ad ſuos. I, fortunatiſſime Regum, quò tua te virtus ac pietas invehunt. Inveherent ſanè te [quis negat?) in Cœlum; niſi tu illas iterum revocaſſes in terras. Sed nimirùm te ſupremis illis orbibus parem intelligunt: dignumque propterea, apud quem pacatiſſimè divertant, cui cultum meritò tribuant, quem unicè venerentur: immò ad currum tuum affixæ, velut ad Cœlum ſuum, tibi laborem, tibi operam locant, tibi manum admovent aurigantem. I, non in Galliam modò, quam tibi ſedem natura conſtituit; ſed in orbem quoque terrarum univerſum, ubi fama virtuti tuæ locum adornat in hominum linguis, in monumentis urbium, in memoriâ poſterorum. Perfeciſti rem aggreſſione difficilem, tractatione perplexam, exitu laborioſam: quam antiquis retrò temporibus nemo unquàm ex iis, qui ante te Reges fuerunt, ac ne Pater quidem tuus, expugnator ille domitorque regnorum, auſus eſt periclitari.

GARRULUS. Plauderer. *Lauſenr.*

SYN. Loquax, loquaculus, nugator, vaniloquus, blatero, lucutulejus, rabula, multiloquus, dicax. PHR. Garrulitatis amans. Vanis ſermonibus aures fallens, implens. Qui nimiò plus garrit. Cujus loquacitas perennis eſt ac profluens. Multæ & inanis orationis vir, *vel*, fœmina. Qui garrit, quidquid in buccam venit. Orator odioſus, & in dicendo loquax: pravè facundus. Sermonis nimius. Vir ven-

Digitized by Google

ventosæ & enormis loquacitatis. Loquacior impendio & promptior. Levis & futilis, & importunus locutor, quique nullo rerum pondere innixus verbis humidis & lapsantibus diffluit. Scatere verbis. Verba illius multa & inornata, strepentium sinè modo graculorum similia. Stulta & immodica blaterans. Quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper æstuetque colluvione verborum teterrimâ. In verba projecti, & lingulacæ. Involvere sensuum verborumque volumina, vocumque turbas fundere. Garruli naturâ & subargutuli. Ut quisque contemptissimus, ità & solutissimæ linguæ est. Eâ garrulitate, quâ sermones in vehiculo feruntur. Satis dicacula es amatrix. Qui se nusquam non inculcant auribus nostris. Identidem pergit linguæ sauciantis susurros improbos inungere. (*Apul.*) Inanis profluentiæ & stultitiæ loquacis fucata species, multis verborum quasi medicamentis oblita, rerum succo & sanguine, & eo qui sanguine diffunditur, calore carens; quàm nunc ferè solem imperiti falsò eloquentiam vocant, omnium est irrisione ludenda.

SENTENTIÆ. In multiloquio non deerit peccatum. (*Prov.* 10.) Garruli aures in linguam defluxere. (*Zeno.*) Ob id binas habemus aures, & os unicum: ut plurima audiamus, loquamur autem pauciſſima. (*Idem.*) Illi hominum optimi, qui in dicendo breviſſimi. (*Apoll.*] Non oportet multis verbis pauca dicere, sed paucis multa. [*Max.*] Nonne mulierticen Arabicos est, vel etiam quid importunius? turture loquacius, picâ, luscinià, cicadâ. Dodonæum superat æs: (*Lib.*) Naturâ hoc Lingulacis insitum, ut non multa solùm loquantur, sed mala. (*Lipſ.*)

SIMILITUD. Ut in sermone aut fabulis: sic in epistolis odiosa garrulitas. (*Lipſ.*] Ut corpore tenues, veste se dilatant: sic qui ingenii aut sapientiæ inopes diffundunt se in verbis. (*Idem.*) Ut in Judææ

lacu Aſphaltite nihil mergitur, ſed ſupernatant omnia injecta; ſic garrulorum pectore nihil conditur, ſuperfluunt, imò effluunt cuncta. [*Idem.*) Ut in ſagittâ mittendâ non minùs aberrat, qui citra ſcopum, quàm qui ultra jaculatur: ſic in ſcribendo quisquis pauciora quàm pro re, aut plura dicit. (*Idem.*) Os hominis verboſi quid aliud eſſe dixeris, quàm vas, cui nec ligatura, nec operculum eſt? *Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.* Num. 19. (*Drexel.*)

GAUDERE. Sich erfreuen. *Se réjouir.*

SYN. Delectari, lætari, exultare, triumphare, geſtire. ADV. Admodùm, immortaliter, incredibiliter, maximè, magnoperè, planè, perpetuò, valdè, vehementer, vehementiſſimè. PHR. Gaudio affici. Lætitiâ perfrui. Voluptate permulceri. Lætitiam capere, haurire, percipere. Lætitia cumulari, perfundi, compleri. Lætiſſimâ voluptate demulceri, perfrui. Jucundiſſimo ſenſu voluptatis affici. Magnam lætitiam percipere. Lætitiâ incredibili affici. Triumphare gaudio. Incedere lætitiis omnibus. Gaudio cumulari, geſtire, Gaudiis exultare. Magnis gaudiis exultare. Vultu alacrem inceſſere. Gaudeo & volupe eſt mihi. Humani nubila animi ſerenare. Fronte exporrectiore incedere. Exporrigere, explicare, erugare frontem. Fronte eſſe exporrectâ, hilari. Degere in lætitiâ. Gratulari ſibi de re aliqua. Magnoperè, vehementer, mirum, *vel*, mirandum in modum gaudere. Palàm, audaciùs exultare. Inſolentiùs ſe efferre. Subſultare gaudio. Incedere omnibus lætitiis. In ſinu gaudere. Præ gaudio vix ſe capit. Suam ipſe non capere poteſt lætitiam. Suum gaudere gaudium non poteſt. Vix erat præ gaudio compos, [*ſcil. animi.*] Impotenti lætitiâ efferebatur. Incredibilis animum

Lætitia

lætitia inceſſit. Lætitia non mediocris meo inceſſit animo. Inſueta animo ingruit lætitia. Ingens animo meo obrepſit lætitia. Nova animo meo aſperſa eſt lætitia. Hoc inuſitatâ me demulſit lætitiâ. Nova gaudiorum vis meam occupavit mentem: Totus lætitiâ exultavit. Dici vix queat quantum mihi lætitiæ obortum fuerit, Immenſa lætitia me totum obſedit. Lætitiam apertiſſimè fero. Omnem exſorbuit moleſtiam. Omne tædium devoravit. Quæ pertulit tædia, neglexit. Hilaritas mentem ſerenat, ſanguinem purgat, vultûm grato florentique colore perfundit. Hæc omnem ex animis noſtris acerbitatis ſenſum abſorbent. Tanta lætitia fuit, ut domum univerſam perfuderit exultatio.* **Was haſt du für eine Freud darinnen?** *Quel ſujet de joye trouvez vous en cela?* Quid habet res illa lætabile? * **Iſt es dann nicht genug/ daß ich dich in Freuden ſchwimmen mache.?** *Ne vous ſuffirra-t-il pas que je vous faſſe nager dans la joye?* Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? * **Dieſe Sach erfreuet mich.** *Cette choſe me réjouit.* Illud me recreat & reficit, me exhilarat, oblectat, hilarat, ad hilaritatem excitat, afficit lætitiâ, gaudio perfundit. Mihi lætitiam affert, parit, ciet, movet, conciliat, creat, dat. Ex illâ re voluptatem capio, lætitiam concipio; haurio, percipio, ſumo, gaudio afficior, mihi voluptas accedit. * **Sich luſtig machen.** *Se divertir.* Animum oblectare, delectare, recreare, reficere, relaxare. Dare ſe jucunditati. Oblectationi indulgere. Relaxare animum, & dare ſe jucunditati. * **Ich bin willens ins Feld zugehen / umb einige Freud zu ſchöpffen.** *J' ay deſſein d' aller à ta campagne, pour me divertir.* Rus cogito, ut animum recreem, relaxem, reficiam, oblectem. Ut animum parumper à curis abducam. Ut animum curis diſtractum, varieque diſſipatum recolligam. Ut animus

mus ex curarum tædio recreetur: parumper acquiescat à curis. Ut aliquid jucunditatis, oblectationis deguſtem. Ut amiſſam animi jucunditatem recipiam. Ut quam mihi negotiorum cura hilaritatem ademit, abſtulit, eripuit; eam, rerum jucundiſſimarum aſpectu, atque uſu recuperem, recipiam.

GAUDIUM. Freud. *Joye.*

SYN. Delectamentum, lætitia, voluptas, hilaritas, jucunditas, delectatio. ADJU. Exile, falſum, incredibile, liquidiſſimum, inſatiabile, maximum, exquiſitum, immortale, genuinum & intimum, exuberans, nimium, ſummum, ſubitum, inane, futile, diuturnum, perpetuum. PHR. Cumulus gaudii. Profuſa hilaritas. Res plena & conferta gaudii & hilaritatis. Lætitia geſtiens, exultans, impotens, titillans, efferens ſe. Inuſitata geſtientis animi alacritas, elatio. Effuſio animi in lætitiâ. In ipſorum fronte exporrectiſſimâ ſeſſitat hilaritas: riſus in ore inambulat; cætera membra ſpirant gaudium ac lætitiam.

AMPLIFIC. Libenter eminus tam brevi mœroris uln, immenſam illam gaudiorum decempedam: neque arbitramur, doluiſſe jacturam, ubi dolori tanta lætitiæ ſeges ſuccreſcit. * Quàm magno tum illi gaudio complerentur, ex communi totius civitatis lætitiâ cognoviſti, patefacta publicis orationibus, declarata cunctorum ordinum concurſu, teſtata privatorum congratulationibus: & animos inſolitâ alacritate propè geſtientes in vultu, fronte, oculis eorum, qui læti atque hilares ſingulis diebus & horis, ad te inviſcendum ſalutandumque convolabant expreſſos ſæpè vidiſti. Nos v. nullam neque pompæ ſpecie, neque apparatu viſendo, neque alio gratulationis argumento concepti gaudii ſignificationem damus: ſed illud incluſum pectoribus continemus, eoque abdito in animorum receſſibus taciti nobiſcum ipſi perfruimur.

Digitized by Google

imur. * Quanta, Deus immortalis, tunc fuit Romæ plaudentis hilaritas? quàm effusa omnium ordinum voluptas? quàm illustre quasi signum gentibus universis ad benè de omni republicâ sperandum videbatur esse sublatum? * Objicitur menti meæ lætitiâ magnâ perfusus, exultare gaudio; gestire voluptate: volo, quod tandem aliquando, reperi illum eloquentem, non disertum, quem tam anxiè quæsieram, tantâ sagacitate investigaram, tanto labore insecutus fueram. * Prægestit animus nunquam antea visæ, adhuc latentis lætitiæ florem sagaci visu prælibare. * Nunc impræsentiarum, neque etiam diffitebor, lætitia facundiæ obstrepit: & cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione, mavult impræsentiarum gaudere, quàm prædicare.

SENTENTIÆ. Votiva gaudia, & cùm data fuerint, vix creduntur optata cùm perveniunt, dant stuporem. (*Chrysol.*) Quantum post tenebras gratior lux, serenitas post tempestatis obscura: tantum est acceptius gaudium post mœrorem. (*Idem.*) Magna sunt gaudiorum imperia, expers est continentiæ hilaritas, & in vocem gestit erumpere. (*Ennod.*] Manca est sinè sermone hilaritas, & simulacrum mœroris est, occultare quod gaudeas, & afflictionis imitatio, vocem in lætitiâ non habere. (*Idem.*) Natura humana meram, & non temperatam lætitiam capere non potest. (*Heliodor.*) Magna est profectò vis post diuturnam ægritudinem atque mœstitiam surgentium gaudiorum. Calluit in nobis ultrà vires animus ad lætitiam, & quodam præsagio venturæ felicitatis elati tantâ te exultatione suscepimus, quasi jam indulgentiam, quam daturus eras, haberemus. [*Eumenius.*] Solet facunda esse lætitia, & angustias clausi pectoris aspernabat gestire. Lætitia loquax est, atque ostentatrix sui; adeò magnæ parti hominum ab hoc morbo nulla cautio est. [*Sym.*]

SI-

SIMILITUDO. Velut gulosa puella acerba præcipit poma, præcipitat spes gaudia: & immaturis frustrà voluptatibus acerbitudine mox laborat: ipsa est colludium fortunæ, & ipsius est fortuna. (*Nier.*)

GEMMA. Edelgestein. *Pierre pretieuse.*

SYN. Concha, lapillus gemmeus, *vel* gemmarius.
ADJU. Pellucida, colorata, pergrandis, *clarissima & plurima*, nobilis, nexilis, scintillans, peregrina, falsa, flammata, auro intexta, ex ordine posita.
PHR. Spolia maris rubri. Gemmeus fulgor, lux, ignis.

AMPLIFIC. Gemma magnoperè semper ab hominibus appetita fuit, tum propter pulchritudinem & præstantiam suam illustrem: quâ nitent & splendent res, ad quarum ornatum adhibetur illustrata nitore claritimo. Quæ quò pretiosior est, avidiùs quæritur, cariùs emitur, pluris habetur, & ad res majores & illustriores ornandas decorandasque confertur. Atque ipsa Gemma quamvis magni pretii & æstimationis sit, quamdiu latet conchæ tegumento abdita, quia minimè cernitur, neque pretii, neque pulchritudinis, neque nitoris magnitudinem ostentare potest. Atque intra Concham contenta nulli usui videtur esse: quæ tam eximiam lucem affert è tegumentis voluminibusque concharum extracta, & ad rerum decorem & venustatem, quarum ornamentum est, & lumen illustre, summâ concinnitate adhibita, ut eximio & illustri splendore longè lateque colluceant res istiusmodi gemmæ claritate fulgentes.

GENEROSUS. Hertzhafft. *Genereux.*

SYN. Fortis, mobilis, audax, magnanimus, intrepidus, impavidus, interritus, imperterritus, invictus, acer, præstans, magnificus, clarus: (*Ex Cic.*)
PHR. Qui altiore animo est. Animo se affirmans.

Virtu-

Virtute potens. Viribus invictus. Fidens animi, Generosâ stirpe profectus. Formâ magnificâ & generosâ. Cui viro Germana adest fortitudo pari moderatione conjuncta, is nequaquàm conferat pedem cum adversario vel fracti abjectiqúe animi; vel viribus ità destituto, ut vim repellere nullâ vi valeat.

GEOGRAPHIA.

SYN. Descriptio terræ. AMPLIFIC. Cùm simus omnes sic à naturâ comparati, ut loca, in quibus nunquam fuimus, adeundi miro desiderio teneamur; qui meliùs cupiditatem hâc in parte nostram explere potest quàm disciplina Geographiæ? aut quæ usquam regio est, quò per hanc Artem nobilissimam liberè pergendi potestas non fiat? Vis longè, lateque patentes terrarum tractus, tempore brevissimo peragrare? jam peragrasti: excelsa montium juga conscendere? jam conscendisti: agros oppidis collucentes, littora distincta villis, & urbibus, perlustrare? jam perlustrasti. Optas steriles pervadere, mutasque solitudines Africæ? Expetis usurpare oculis, gemmeas Indici maris oras, aut amœnissimas Americæ regiones, auri argentiqúe venis prædivites? Hæc omnia, dum loquor, si tantisper ad Geographiam te convertas, pervadisti, intuitus es, obiisti. O artium præclarissima, quibus te literarum monumentis extollemus, quâ prædicatione celebrabimus, quo tibi laudum genere, pro tuis in nos beneficiis, grates referemus: Nostris enim ut servias oblectationibus & emolumentis, facis mundi compendium, omnia omnibus loca locis conseris, remotas regiones proximis implicas, exterisque ac disjunctissimis, nostras innectis. Per te coëcentur tempestatum vicissitudines, dispersa congregantur, admoventur distantia, immota transvehuntur, concluduntur in puncto montes, exiguisque lineis flumina ingentia terminantur.

Per

Per te Aſiam atque Africam transferimus in Europam; Orbem, in novo, luſtramus veterem; Auſtrales plagas in Septentrione, Orientem in Occidente, viciſſim Occidentem in Oriente, ſinè ullâ tamen ordinis perturbatione obimus. Tuâ operâ!, quæ miracula, ſed jam ſinè miraculo, patrantur? figitur fluminum lapſus; firmantur, quæ naturâ fluunt: ſiſtitur, quod ſemper volvitur; quod globoſum eſt, explicatur; retinetur, quod ſtare neſcit; quodque non niſi ſuis libratum fundamentis ſuſtineri poteſt, alienâ vi, nutuque!, ac ſinè fundamentis conſiſtit.

GEOMETRIA.

SYN. Geometrica, *orum.* Geometrice, *es.* ADJU. Laudatiſſima, falſata, (*Cic.*) Præclara, ſcitu digniſſima. AMPLIFICAT. Hujuſce artis præſidio, & elementis, omnes latitudines, longitudines, altitudines, profunditates agrorum, montium, inſularum, fluminum, maris adipiſcimur. Ejusdem ope dimenſionem, atque diviſionem, omnem in cœlo ſyderum per inſtrumenta obſervationem, omnem horologiorum vim, & ponderum rationem, omnem rerum apparentium ſpeciem, tam variam ac multiplicem,, ſpeculis in fulgentibus, & in aliis perlucidis ſplendoribus apparentem, in picturis, in aquis, & in aëre varia illuminato proſpectam accipimus. Hujus artis facultate totius mundi machinæ medium ac centrum, cardinesque, circa quos convertitur, invenimus, & Orbis ipſius figuram & quantitatem exploratam habemus. Hujusce ſcientiæ elementis vim cœli univerſi, ſyderumque ratam & conſtantem converſionem, ortum, occaſum, abitum, reditum, aſcenſum, deſcenſum, diei ac noctis, temporum toto anno per totum terrarum ſitum & circumſcriptionem & mundi ipſius inclinationem, tam mirabi-

rabilem varietatem & viciſſitudinem cognitam habemus. Hujuſce ſcientiæ adjumento conjunctos & oppoſitos planetas, & aſpectus varios, tam faciles & expeditos habemus, ut loca illorum in cœlo, & defectionis Solis & Lunæ, multò antequam ſint, in poſterum tempus Mathematici prædicere poſſint. Hujus etiam artis beneficio, & elegantiſſimam totius mundi fabricam, ante conſpectum noſtrum poſitam, mentis oculis objectam & obſervantem videre poſſumus. Ac ne plura, quæ innumerabilia ſunt, perſequar, ad ipſam Empyrei cœli, quatenus imbecillitas ingenii humani ferre poteſt, cognitionem & ſcientiam ejus ope aſcendere poſſumus.

GERMANI. Teutſche. *Allemands.*

SYN. Teutones, Allemanni, Sicambri. ADJU. Invicti, potentes, feroces, bellaces, audaces, fortes, vino & ebrietati dediti, auſteri, inhumani. PHR. Gens nata Thuiſtone. Gens accola Rheni. Germani ingenti corporum magnitudine, virtute incredibili, atque exercitatione in armis, truci vultu, atque ipsâ oculorum acie horribiles.

GERMANIA. Teutſchland. *Allemagne.*

SYN. Allemannia, Teutonia. ADJU. Audax, ferox, potens, effera, bellatrix, bellicoſa, pugnax, fortis. PHR. Germania, vel Germana tellus, regio, plaga. AMPLIFIC. Germania, illa quondam (ut ajunt) vagina populorum, mater fœcunditatis, domiciliûm litterarum, & Martiis officina, nunc latè ſquallentibus campis mœret, tot dirutis urbibus, tot vicis exhauſtis, tot conſumptis opibus, tot templis disjectis, tot ſacrariis expilatis, miſerandum ad extremos usque c ineresinſultantis fortunæ ludibrium.

GLORIA. Glori. *Gloire.*

SYN. Claritas, ſplendor, Ius, amplitudo, laus, honor decus, nomen, fama. ADJU. Abjecta, antiqua, admirabilis, aliena, dulcior, neceſſaria ac ſalutaris, ampliſſima, antiquior, minor, bellica, navalis, ſumma & perfecta? communis *cum aliquo*, continuata, divina, ſolida veraque, eximia atque immortalis: falſa, intemperans, ficta, ſtabilis, vera, univerſa, illuſtris & pervagata, illuſtrior, immenſa, immortalis, ſingularis, non inſolita, paterna, *vel*, avita, juſta & merita, maxima, par, popularis, præſtantiſſima, priſtina, ſempiterna, gravis, veriſſima. (*Ex Cic.*) Operoſa, triumphalis, fugitiva. PHR. Fama meritorum. Illuſtris cum laude fama. Glorioſum ex meritis nomen. Nominis amplitudo, dignitas. Gloria præſtantior omni patrimonio virtutis; rectèque factorum comes. (*Cic.*) Nullo unquam ævo delebilis: Neſcia mortis, expers ſepulchri: Poſt fata ſuperſtes. Umbratilis illa, hominibusque impie culta Deitas. * **Eine groſſe Ehr durch eine ſchöne That erwerben.** *Acquerir une grande gloire par quelque belle action.* Et aliquo præclaro facinore, magnam gloriam ſibi comparare; Honorem ſummum adipiſci, acquirere; Magnum ſibi nomen colligere, conciliare; In magnum honorem venire, aſcendere; Nomen ſuum illuſtrare; Eximiam laudem conſequi. * **Dieſe Arbeit wird dir eine unſterbliche Glori zuwegen bringen.** *Ces travaux vous acquerront une gloire immortelle.* Hi labores quos ſuſcipis, æternâ te gloria decorabunt, ornabunt, afficient, donabunt, illuſtrabunt: Laudem nominis tui, ad ſempiternam temporis memoriam propagabunt: Tuum nomen immortalitati commendabunt, immortalitate donabunt, æternitati conſecrabunt; Poſteritati tradent omnium ſcriptis, & ſermonibus exornandum, extollendum

celebrandum. Tui nominis famam, in omnia sæcula dissipabunt, cum omni posteritate adæquabunt.

AMPLIFIC. Ex omnibus præmiis virtutis, si habenda ratio præmiorum, amplissimum erit gloria: Hæc una est, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriæ consolatur: quæ efficit, ut absentes adsimus, mortui vivamus; hæc est, cujus gradibus etiam homines in cœlum videntur adscendere. (*Cic.*) Gloria, quæ est illustris ad pervagata multorum ad magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. (*Idem.*) Nec vero hæc tua vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur: Illa, inquam, illa vita est tua, quæ vigebit memoriâ seculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper intuebit; Huic tu inservias, huic te ostentes oportet: quæ quidem quæ miretur jampridem multa habet, nunc etiam quæ laudet, expectat. (*Cic.*) Nullam virtus aliam mercedem laborem, periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: quâ quidm detractâ, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? Certè si nihil animus præsentiret in posterum, &, si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, neque toties de vitâ ipsâ dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. (*Idem.*) Hoc non est dissimulandum, quod obscurari non potest: sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Ipsi illi Philosophi, etiam in illis libellis, quos

quos de contemnendâ gloriâ ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt; in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt. (*Idem.*) Simul ac puriſſimo gloriæ amore fœcundatus animus noſter, egregium quodpiam concepit, peperitque facinus: in lucem editum ſuſtollit illico, ipſamet gloria, ne jaceat humi, gremióque ſuſceptum fovet; nectareoque lacte paſcit, exornatque tamdiu, comit, illuſtrat, expolit, quoad ſæculorum oculos omnium, in ſui admirationem convertat. Nec illud ſatis habet, Etenim nequa vetuſtas, ſuæ rugas obducat ſoboli, ſed ad omnes ætates, recens illius pulchritudo, integraque perveniat, quid agere ſolita eſt? Celeberrimarum atium pulſat fores, obit officinas, ſolertiam explorat, laceſſit induſtriam, opem requirit, conſumit operam, ut ſui etiam poſt alumni mortem, ejus imago vultus animique vivat in ære, ſpiret in marmore, ſcintillet in auro, vibret in argento, fingatur in ſtatuas, formetur in effigies, exprimatur in icones, in ſimulacra figuretur. Necdum contenta, mutam oris imaginem, poſteris demirandam tradere; Ipſummet, literarum ſubſidio, tanquam excitatum ab inferis, omnibus ſiſtit locis, ætatibusque repræſentat omnibus, ſeu loquentem faciens, quæcunque dixit ſapienter, ſeu facientem inducens, quæ geſſit eximie; Sicque impoſitum literato, vitalique currui, aurigante hiſtoriâ, præeunte famâ, comitante honore, per remotiſſimos locorum tractus, ordinesque temporum redivivum atque triumphantem circumducit.

SENTENTIÆ. Da gloriam Domino DEO Iſrael (*Joſ. 7.*) Omnis caro fœnum, omnis gloria ejus quaſi flos agri. (*Iſai. 40.*) Inanis gloria hujus ſæculi fallax ſi ſuavitas, infructuoſus labor, & perpetuus timor, & periculoſa ſublimitas. [*Aug.*) Gloria eſt frequens

de

Digitized by Google

de aliquo fama cum laude. (*Idem.*) Virtus mater gloriæ est: sola enim est, cui gloria jure debetur, & securè impenditur. Quæ autem est sinè virtute gloria, profectò indebitè gloria venit, properè affectatur, periculosè captatur. (*Bern.*) Gloria quàm fallax sæpè, quam turpis est! Non injuriâ Tragicus exclamat: Gloria in millibus mortalium, nihil aliud est, quàm aurium inflatio magna. (*Boet.*) Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriatur. Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ, unius omnes coloris? Quid ista vehicula cælata? Quid phaleræ deauratæ? Quid monilia demissâ pectoribus? Ista nec Dominum possunt facere meliorem, nec mulam. (*Sen.*) Gloriantur homines, quorum oporteret puduisse. (*Nier.*) Gloriæ votum apostasia probitatis est. (*Idem.*) Gloria sæva est bellua, horrendus dæmon, pestis orbis terræ, venenata vipera. (*Chrysost.*) Ingenitus honestis animis gloriæ amor. (*Quint.*) Valeant throni, principatus, opes, splendores, elationes, casus, vilis hæc & despicabilis gloria, ex quâ plus dedecoris quispiam capiat, si animo efferatur, quàm si irrideatur: valeant, inquam, magnæ hujus scenæ ludicra, nugæque theatricæ. (*Naz.*)

SIMILITUD. Ut lapis ille doctorum hominum litteris celebratus, vi quadam insitâ & occultâ naturæ, res quæ propiùs admoventur, attrahit: Sic Gloria optimum quemque ac fortissimùm virum ad virtutis studium impellit; eique ad candidam illam metam properanti faces ardentissimas subjicit. (*Anon.*) Nunquid utile erit arbori, quod non illam juvat ad fructum? Quid juvabit, si inaurentur folia, sericis involvatur truncus, appendantur è ramis gemmæ? Omnia hæc inutilia illi sunt, & inania; & pretiosius illi erit parum stercoris. Nullam utilitatem tibi præstabunt omnes thesauri & divitiæ mundi, nisi te faciant DEUM glorificare. (*Nier.*) Quemadmodum

Pharus, & accenſæ faces dirigunt curſum navigantium; nec eas naturæ appetunt: Ità gloria & claritas indicat, quod ſequendum ſit. Neque ipſam appetere debemus: ſed quod ipſa monſtrat, & probat probitatem & virtutem. (*Idem.*) Gloria etiam perinde, ut canes, magis allatrat, publicat intentâ voce & laude, inſequunturque eos, qui à ſe fugiunt: at ſi appetatur, effugit, atque elabitur muta aut querula. (*Idem.*) Quemadmodùm umbra aliquando antecedit, aliquando ſequitur, vel à tergo eſt ità gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet; aliquando in averſo eſt, majorque quò ſerior, ubi invidia ſeceſſit. (*Sen.*) Ut umbra nos vel invitos comitatur: Ità gloria virtutem ſequitur, etiam fugientem. (*Idem.*) Ut quidam morbo aliquo infecti à cibo ſuaviſſimo abhorrent: Sic facinoroſi veræ gloriæ geſtum omninò non ſentientes ab ejus ſtudio planè abhorrent. (*Cic.*) V. AMBITIO. HONOR. LAUS. VANITAS.

GLORIOSUS. Voller Glori. *Glorieux.*

SYN. Illuſtris, ſplendidus, ornatiſſimus, clarus. PHR. Omni genere laudum cumulatus. Gloria florens. Plenus gloriâ & laude. Rectè factorum famâ nobilis. Laude gloriâque circumfluens. Omnium, quantum eſt, qui vivunt, homo hominum ornatiſſimus. Dulcedine quadam gloriæ commotus. Ad publica decora excitatus. Recenti gloria nitens. Nomen famæ inſerens. In quo ardor mentis ad gloriam. Qui incenditur ad ſtudia gloriâ. Qui magno impetu fertur ad gloriam. Qui incenditur ſtudio gloriæ. Qui laudis ſtudio trahitur. Qui gloriâ ducitur. Qui vehementer ad laudem incumbit. Qui incredibili gloriæ deſiderio ardet. Qui flagrat cupiditate laudis vehementi. Qui ſtudio gloriæ accenſo fertur. * Glorwürdige Thaten. *Actions glorieuſes.* Facta illuſtria, ſplendida, glorioſa, clara, hono-

no-

norifica;ampla, divina, immortalia, ſingulari cum laude conjuncta. * **Die That wird dein Gedächtnus glorwürdig machen.** *Cette action rendra votre memoire glorieuſe.* Hoc facinus tuum nomen illuſtrabit, nobilitabit, exornabit, illuſtre reddet, efficiet ſplendidum, clarum reddet: Tui nominis memoriam poſteritati commendabit, æternitati conſecrabit, immortalitate donabit, æternâ laude decorabit: Laudem nominis tui ad ſempiternam memoriam temporis propagabit. * Novo quodam genere in ſummam gloriam venit. Ubi ad gloriam virturis viâ graſſatur animus.

GRAMMATICA.

SYN. Grammatice, *es.* ADJU. Docta, perita, nobilis, magiſtra, apta, ingenioſa. PHR. Ars grammatica, Palæmonia. AMPLIFIC. Eſt Grammatica Magiſtra verborum, ornatrix humani generis; quæ per exercitationem pulcherrimæ lectionis Antiquos nos cognoſcitur juvare conſiliis. * Grammatica, quæ non tantùm lucidiſſima, pulcherrimarum artium fax effulget, ſed omnes omninò ſuo è complexu educit, nutrit ac ſuſtentat. Illa eſt benigna mater, quæ rudes puerorum animos ad humanitatem informat, quæ os tenerum ac balbum figurat, quæ mores inſtituit, quæ niſi tanquam nutrix cæteris opem ſuam contulerit, aut omnino non percipientur, aut ſqualidæ, jejunæ, incultæ, omni denique lepore & elegantiâ ſpoliatæ languebunt. Illa eſt, quæ niſi cæteris ſcientiis fideliter fundamenta jecerit, quidquid ſuperſtruxeris, corruet; neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes; & quæ vel ſola plus operis habet, quàm oſtentationis. Quis hîc non literarum cognitionem requirat? at verò hanc Grammatica ſubminiſtrat: quis ſcribendi rationẽ non expoſcat? at Grammatica illam omnem exponit:

quis linguam excultam non desideraret at Grammatica illam excolit. Regnat illa, sinè quâ cætera prorsus esse non possunt; imperat illa, quæ cæterarum scientiarum omnium est mater; dominatur illa, quæ ut omnia sint, omnia eruit è tenebris, & ut omnia fulgeant, suo fulgore omnia illustrat, nimirum:

Grammatice reliquis elementa viamque ministrat,
Artibus & solido cunctas fundamine fulcit.

Quanta, & quàm liquida voluptas est in loquendo nunquam titubare, nusquam errare, in sedatum & dilucidum amnem sinè salebris & ullo anfractu fluere, non sustentare verba anxiè, ut in singulis hæsitantem; non effundere promiscuè omnia, ut de nullo cogitantem; ea verò tanta ac talis est, ut qui paululùm modò degustarunt, satiari delectatione non possint. * Hæc una scientia est, quæ rudes animos ad humanitatem informat, quæ puerorum os tenerum atque balbum figurat, quæ ad Autorum intelligentiam inducit, quæ mores instituit, prudentiam acquirit, quæ nisi custos ac moderatrix reliquis accessit, aut nullô modô percipi possunt, aut certè squalidæ, jejunæ, multæ, horridæ, inhumanæ, denique omni decore atque gratiâ spoliatæ videntur. * Sed ex omnibus ii maximè nostram sententiam laudare atque in cœlum tollere non desistent, qui quantum utilitatis ex hâc arte, quantum decoris, quantum ornamenti, non ad eos etiam, qui docendo exercent, pervenire cognoverint. * Quæ ingenuarum artium prima numeratur, quam à literarum nomine Grammaticam appellare majoribus nostris placuit, ambabus, quod ajunt, ulnis suscipienda atque amplectenda est. Nam si honestatem quærimus, quid arte illâ honestius excogitari potest? sinè quâ nihil certò sciri, nulla scientia rectè percipi potest; & quæ cæteris liberalibus artibus, tanquam lumen aliquod præluceat, reliquæ omnes

cœcæ

cœcæ penitus, obſcuræ, incultæ atque obſoletæ reperiuntur. * Hæc una ſcientia eſt, quæ cæteras omnes ingenuas artes non ſolùm nutrire atque educare; ſed etiam excolere atque exornare mirificè ſolet, & quæ non tantùm reliquarum principium atque fundamentum eſt; verùm etiam condimentum ſuaviſſimum. * Hæc neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes; & ſola ex omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtentationis. (*Quint.*) Non exigua aliqua è Grammaticâ, quæ confeſſione magis hominum quàm voluntate laudatur, utilitas percipitur. Cujus veluti medicamentis, niſi antè rudis & tener puerorum animus ad ſapientiam concipiendam, ut lana ſufficitur ad purpuram combibendam; imbuatur, aut vix, aut fruſtrà excoletur, iis artibus, quibus exculti qui ſunt, tanquam ex rarô quôdam genere hominum, ac penè divinô, in clariſſimâ luce ſuſcipi videntur.

GRAMMATICUS.

SYN. Grammatiſtes, *a.* Litterator. PHR. Primoris Grammaticæ Magiſter. Scriptor, cui nihil placet, nihil arridet, nihil eſt ſatis; qui de ſingulis verbis in conſilium venit; qui ſcripta torquet, dum corrigere putat. Qui ad unius Ciceronis ſcripta, tanquam ad Sirenios ſcopulos adhæreſcunt, ea una manibus terunt; eorum non voculas modò, ſed ſyllabas propè omnes minutâ quâdam & anxiâ curioſitate ad calculos vocant! ab eis commovere nefas putant.

GRATIA. Genad. *Grace.*

ADJU. Æquabilis, bona, excellens, fidelisſima, illuſtris, non invidioſa. Juſta & debita. Merita debitaque. Permagna. Præclara. Summa. Mirifica. Singularis. Mutua. Mira. * Genad

GOTTES. *Grace de DIEU.* Gratia DEI. * Valida, victrix, efficax, fortis, omnipotens, blanda. * Divina inſpiratio. Divinus afflatus, inſtinctus. Cæleſte donum. Calor amabilis, quô ex ærumnis omnibus concreta & conglobata terra tam feliciter exarſit, ut iſto, quod illuſtre ſideribus miramur, Cœlo pulchrior effulſerit. Quæ magis ſpontè, quàm attenta influit. Quæ tanta eſt, ut nos cognatos, & gratiſſimos, & neceſſarios DEO, velutque Deos faciat, ex eo, quòd detur per Chriſtum. Felicior, venerabilior, & magis privilegiaria eſt illa, quâ fruuntur homines, quàm ea, quâ donati ſunt Angeli, & Adam in primo innocentiæ ſtatu. Hi filii, quos majoribus doloribus mater peperit, plus dilecti habentur; quid mirum cùm gratiâ noſtrâ tot doloribus ſteterit Chriſto, ſi jucundior ſit, & amabiliſſimè propter eam majoribus privilegiis faverit DEUS? [*Nier.*] **Ich will es thun mit der Hülff und Genad GOttes.** *Je le feray la grace de DIEU.* Faciam DEO favente, juvante, benè propitio. Ad ſpirante Numine. Si DEUS faverit. Divino fretus auxilio. * **GOtt gibt mir die Genad / daß ich geſund bin.** *Je me porte bien par la grace de DIEU.* Divino beneficio rectè valeo. Commodâ utor valetudine, quæ DEI in me benignitas eſt, *vel*, quæ DEI gratia eſt.

Genad oder Lieb. *Affection.* Grata animi benevolentia. * Incredibilis; Inſignis, non obſcura, Par & mutua, Perſpectiſſima, propenſa & perpetua, ſempiterna. * **Bey einem zu Gnaden kommen.** *Gagner les bonnes graces de quelqu'un.* Alicujus, *vel*, ab aliquo, *vel*, cum aliquo inire gratiam. Alicujus benevolentiam reportare, contrahere, obligare, ſibi conciliare, comparare, colligere. Aliquem delinire, ſibi benevolum facere, ſibi adjungere. Alicujus animum ad benevolentiam allicere, irretire, illaqueare. Alicu-

licujus benevolentiam aucupari, captare, conſectari, venari, quærere. Locum gratiæ apud aliquem quærere. * Thue mir die Gnad und höre mich. *Faites moy cette grace, que de m' ouir.* Id gratiæ mihi concede, mihi tribue, ut me audias. Des mihi, quæſo, hanc gratiam, hanc veniam, ut me auſcultes. Tuâ bonâ veniâ mihi dicere liceat, quæ audias. * Ich hab die Ehr / bey ihm in Gnaden zu ſeyn. *J'ay l' honneur de ſes bonnes graces.* Illi, *vel*, apud illum gratioſus ſum. Illius teneo gratiam. * Ich hab wenig Gnad bey ihm. *Je ne ſuis pas en ſes bonnes graces.* Abalienata eſt, *vel*, abhorret ejus voluntas à me. Averſus eſt à me. Averſum à me animum gerit.

Gnad / oder Credit. *Credit.* Auctoritas. * Summa (*apud aliquem.*) Magna & inprimis gravis. Legitima. Imminuta. Honeſta & digna verecundiâ, & cultu, & honore. Divina, atque inaudita. Clara & ſtabilis. Inaudita. Clariſſima. * Er ſteht in groſſen Gnaden bey dem Kayſer. *Il poſſede les bonnes graces de l' Empereur.* Apud Cæſarem gratiâ & authoritate valet, floret, pollet. Regi gratioſus eſt. * Du haſt dieſe Ehr auß lauter Gnad erhalten. *Tu a obtenu cet honneur par pure grace.* Nullo tuo merito, ſed gratiâ, honorem illum adeptus es. Amicorum commendatione obrepſiſti ad hunc honorem. Immerenti conceſſus is honor eſt. * Gnad / oder Wolthat. *Bienfait.* Beneficium. * Wann du mir diſe Gnad ertheileſt. *Si vous me faites cette grace.* Si id mihi beneficii gratiæque causâ concedas. * Ich werd es / als eine groſſe Gnad annehmen. *Je croiray avoir receu un grande grace.* In ſingularis beneficii loco habebo. * Ich hab von ihm die Gnad begehrt / bey ihm bleiben zu können. *Je luy ay demandé par grace demeurer avec luy.* Illud mihi beneficii loco gratiæque causâ con-

cedi poſtulavi, ut cum illo remanere liceret. * Ich erlaube dir dieſes auß purer Gnad. *Je vous accorde cela par pure grace.* Id ex ſolâ clementiâ, *vel*, benignitate tibi concedo, *vel*, id tibi indulgeo. V. BENEFICIUM.

GRATIAS AGERE. Danckſagen. *Rendre graces.*

PHR. Cuipiam grates agere, *vel*, habere alicujus beneficii, *vel*, de aliquo beneficio. Quidpiam, *vel*, de re quâpiam alicui gratulari. Gratiam memoriâ tenere, grato animo interpretari, gratâ memoria proſequi. Agere gratias maximas, mirificas, ſingulares, immortales, diligenter, amplisſimis verbis. Complecti non poſſe orando beneficia, aut percenſere numerando promerita. Alicui debitam gratiam meritamque referre. Gratiam memori mente perſolvere. Officiis mutuò reſpondere. Cumulatè reddere officium jam diu alicui debitum. Numquam ullâ mercede meritum tuum explere potero. Præſtare officium animumque memorem. Utinam potuiſſem pro tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atque beneficiis tibi operam meam ſtudiumque navare. * Ich ſage dir höchſten Danck für alle Wohlthaten / ſo ich von dir empfangen. *Je vous remercie de tout mon cœur des bienfaits, que j'ay receu de vous.* Gratias tibi mirificas, ſummas, ingentes, maximas, immortales ago. Quòd me tam multis beneficiis ornes, valde te amo, *vel*, Amo te & habeo gratiam, *vel*, Gratiam & habeo, & habiturus ſum immortalem, *vel*, Maximas tibi gratias ago, & majores etiam habeo, *vel*, & habetur à me gratia, & ſemper habebitur, *vel*, Pares gratias agere vix poſſum, referre nequaquam. Quòd tam præſtanti in me benevolentiâ, & divino quodam ſtudio eſſe volueris, dici non poteſt quantam apud me gratiam merearis. Quòd tuam

mihi

mihi obſervatiam, liberalitatem, benevolentiam, novo humanitatis exemplo declaraveris, & gratias ago immenſas, & quamdiu vitam hanc egero, habebo. Incredibilem tuum erga me amorem, ac ſtudium ſingulare, ut libenter agnoſco, ità ſtudiô colam ſempiternô. Omnis mea ratio, actio, cogitatio nihil aliud erit, niſi conſtans, ac perpetua beneficii tui commemoratio. Omnem ætatem, ad tua promerita prædicanda referam. A me, gratiis agendis, prædicandaque tua in me benignitate, quandiu hanc vitam egero, celebraberis. Hoc officio, arctiùs me tibi adſtrinxiſti, obligatiorem me tibi feciſti, devinctiorem reddidiſti, quàm ut vel agere gratias poſſim. Majus eſt hoc beneficium, quàm ut illud dignè prædicare valeam. Hoc nomine plus tibi debeo, quàm ut unquàm ſolvendo eſſe poſſim.

Ich kan dir nicht gnug dancken. *Je ne puis pas aſſez vous remercier.* Gratias ſatis dignas tibi agere non poſſum. Tibi tantum me debere intelligo, quantum nunquam ſim perſoluturus, etiamſi me pignòri oppoſuerim, aut bonorum omnium meorum, atque ipſius capitis fecerim auctionem. Quòd nullam tibi, tuisque meritis gratiam referre queam, eſt cur in immenſum doleam. Animo meo nullum unquam incommodum accidit acerbius, quàm quòd nunc tibi, cui immenſam gratiam debeo, ne mediocrem quidem referendi ſuppetat facultas. Tantam tuam in nos humanitatem non poſſe ex æquo me reponere doleo. Satis ego meis iraſcor, malèque ipſis precor, quòd hâc conditione me naſci voluerunt, ut tua in me beneficia ne minimâ ex parte poſſim remetiri. Gravem fortunæ præſentiſco iniquitatem, cùm & ardet animus referre gratiam, nec poſſum. Moleſtiùs opinione fero, tàm immenſum eſſe, quod tua in me contulit humanitas, exiguum verô & exile, quod mea poteſt tenuitas. Quis vel opulentiſſimus tantis meritis parem referret

gratiam? A me tantis beneficiis talio rependi non poteſt. Quod tibi debeam video: ubi verò de referendo [ut par eſt] incipio cogitare, tunc ratio accepti, atque expenſi nequaquam convenit. Ego, quibus verbis iſti tàm prompto, tam liberali in me animo gratias agam, non reperio. Quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animô gratias habiturus ſim, neſcio. Quâ dignâ ratione tam honorificam tuam celebrem benignitatem? Qua remuneratione dicendi tua æquiparem merita, nondum reperio, quod tamen ſedulò commentabor. A me nullas officii vires posſis ſperare. Non occurrit formula, quâ tibi gratias agam. Duobus vincor modis, quia nec gratiam ullam referre, nec agere pares gratias poſſum. Ego ſi me tantum, quantus ſum, pignori oppoſuero, nullâ ex parte poſſem ſolvendo eſſe. Amplisſima ego planeque regalia ſi reponerem munera, me tuis imparem eſſe beneficiis fateor. Tanta ſunt tua in me merita, ut quantamvis dicendi ſuperent copiam. Præſtantius eſt id, in me quod contuliſti bonum, quàm ut vel Crœſus ipſe, univerſas ſi opes exhauriat, par eſſe posſit, aut mihi ſi fontes aurei (ut Poëtæ fabulantur) domi ſint, aut *Pactolus* aliquis aureas volvens arenas. Nemo quisquam tam magnificè dicere poteſt, quod non ad tuam in me humanitatem exile videatur. Nunquam tibi gratiam referre potero. Illud certè non deſinam ubique confiteri, me referre non poſſe. *. Non referre beneficiis gratiam, & eſt turpe, & apud omnes habetur: Ideò de ingratis etiam ingrati queruntur. Ego ſum, qui referre gratiam ne mortuis quidem deſino. Nihil magis præſtandum eſt, quàm ut memoria nobis meritorum hæreat, quæ ſubinde reficiendaeſt, quia nec referre poteſt gratia, niſi quid meminit. Multis me tibi demeruiſti obſequiis. Dii faciant, ut mihi aliquando gratiam referre, & agnoſcere beneficium liceat. Præclarus theſaurus eſt apud virum bonum debita gratia.

(*Iſo-*

(*Isotrat.*) Officia debet meminisse is, in quem collata sunt, non commemorare is, qui contulit. (*Demosth.*) De hac re non vulgarem habeo gratiam, referet autem is, qui pietatis officia multo cum fœnore solet remetiri. Quid ego tibi gratiam multis agam verbis? Facere non possum, quin in singulas res, meritaque tua tibi gratias agam. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Jam non ago gratias; cum enim re vix queam referre, quî fiet, ut verbis satisfaciam? Quòd referre gratiam, ita ut volebam, non possum, fortunæ debes imputare. Si dignam gratiarum actionem promittere non possum, certè re ipsa atque animo nunquam desinam. Utinam eam mihi Superi aliquando concedant facultatem, ut possim hunc animum tui ardentissimum re potiùs quàm verbis declarare. Quod referam, tuo animo in me dignum nihil habeo, nisi me ipsum, quem si alicujus pretii esse putas, totum tuo ascribito peculio. Ne diligentiùs tibi gratias agam, nostra familiaritas flagitare videtur. Ego re quàm verbis tantum in te beneficium rependere malim. Immortales tibi ago gratias, agamque dum vivam, nam relaturum me affirmare non possum. Tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare gratiarum actionem, non videtur. Noli expectare, dum tibi gratias agam, jam pridem hoc ex nostrâ necessitudine sublatum esse oportuit. Quùm gratias agere pares non queam, hoc faciam, quod mihi reliquum est, te amabo, te colam, te venerabor. Habeo tibi & semper habebo gratias, non solùm, ut amico; sed ut homini doctissimo. Gratias tibi jam multas ago, ut quas aliis, quamlibet amicis, agam, non habeam; habeam, quas non agam.

Grates vobis persolvere dignas, non ingenii, non opis est nostræ: sed vestræ humanitatis, vestri auxilii in hâc rerum nostrarum tenuitate, in his angustiis

eorum

eorum inopiæ ac ſolitudini providere, qui vada & ſcopulos prætervecti ſe ſuaque omnia ad aram veſtram ſuſpendunt. * Libro meo mandabo, uti per omnes provincias eat, totoque abhinc Orbe, totoque abhinc tempore, laudes benefacti tui ubique gentium ſemper & annorum repreſentet. * Duplam gratiam vobis debeo, immò enimverò multi jugam, quam ubique equidem & ſemper prædicabo, ſed nunc impræſentiarum, ità ut ſoleo, publicè proteſtabor. * Quibus tandem verbis pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus ſum, commemoratu meo? quâ dignâ ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem? quâ remuneratione dicendi gloriam facti tui æquiparem, nondum herclè reperio. Sed quæram ſedulò & connitar, dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus. * Properandum mihi erat, ut pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram. * Tibi novitatis meæ ſapientiſſime gubernator ac præpotens architecte, gratias ago quantas maximas, eo ipſo poſſum, quia non poſſum, quod poſt tot curarum fluctuationes, colluctationes ventorum, procellarum fremitus, & turbulentiſſimas tempeſtates, quæ per te in meam incolumitatem redundarunt, in tranquillo & ſecuro portu; è mei corporis reſtauratâ ruinâ, animo domicilium ſalutis erexeris.

Dudum [ut quod res eſt fatear] mihi non placebam, quòd amori ac beneficentiæ erga me tuis, ſi minùs gratiam usquequàque parem, certè teſtimonium grati animi mei nullum rependerem. Obtulit ſe commodum, *tali curâ inſtincto*, liber hic, velut marmor idoneum æternis notis meæ in te voluntatis victurô monumentô conſecrantis. Quarè hiſce &c. unam docere ac perſuadere rem unicè cupio: debere me plurimum, & velle tuâ causâ: eundemque ut multis nominibus devinctiſſimum, ita & addictiſſimum

mum esse me Tibi. Quibus tu promeritis hanc mihi professionem expresseris, longum sit unâ epistolâ, dicere: & aliis talia tempestiviùs aut gratiùs, quàm tibi narrarentur. Non tempero tamen, quin unum saltem palmarium humanissimæ benignitatis in me tuæ documentum hîc adscribam, ex quo æstimare cætera prudens quivis possit, &c. Ignosco infantiæ, quâ tum obmutui, tam insolitæ liberalitatis admiratione defixus. Quando ne nunc quidem post tot moram & meditationem mensium expedire verba valeo, quæ magnæ voluntati satisfaciant. Quarè solvendo ingenti debito cum hodiernâ ætate seram quoque posteritatem in partem officii mecum advoco, tuo pariter nomini obstrictas, &c. Hunc habebis domi tuæ librum præterquam sponsorem & obsidem æternum, testem insuper atque interpretem fidelissimum optimæ officiosissimæque voluntatis ejus meæ, quâ ex intimâ mei animi sententiâ verissimè sincerissimeque sum, tibi deditissimus, &c.

GRATITUDO. Danckbarkeit. *Gratitude.*

PHR. Gratus animus. Grata mens. Grata beneficii memoria. Acceptæ gratiæ memor. Collatæ gratiæ memor & grata mens. Grati animi interior sensus. Acceptam gratiam profitentis grata significatio. * Danckbar. *Recannoissant.* Gratus unus omnium gratissimus; aliorum officiorum benignissimus æstimator. Homo grati & liberalis animi. Animo & reipsâ gratissimus. Non immemor gratiæ. Qui nomen & memoriam eorum, qui de eo benè merentur, ubique gentium & gratam animis colit & diutissimè conservat. * Ich will gegen dir danckbar seyn. *Je vous temoigneray ma gratitude.* Probabo me tibi gratum, ac beneficium gratâ memoriâ prosequar. Tuorum erga me meritorum amplitudinem mutuis amplectar offi-

ciis.

is. Studium tibi meum, vel agnoſcendis vel prædicandis tuis erga me beneficiis, libenter declarabo. Dum vivam, dabo operam, ut me tibi memorem gratumque probem, ne in me gratum animum deſiderare poſſis, ut de me optimè meritum læteris. Præſtabo tibi eam, quam debeo memoriam perennem meritorum tuorum. Gratum me nullo non loco, nullo non tempore, memorem, gratiæ referendæ ſtudioſum ſentios, experieris, cognoſces. Tuorum in me beneficiorum memoria nunquam conſeneſcet, morietur. Id unum, quod noſtræ eſt opis, facere non deſinam, nempè agam tibi gratias pro viribus, ut ingratus omninò videri non poſſim. Ubicunque me terrarum angulus eſt habiturus, tuorum in me beneficiorum memor ero. Teſtari volui, me nec eſſe adhuc, nec futurum unquam immemorem humanitatis, quâ me nihil promeritum tua eſt proſecuta dominatio. Tua apud me nunquam eſt intermoritura memoria. Gratiam tibi referam. Reponam meritum. Rependam officia. Penſabo beneficium. Perſolvam. Remunerabo. Remetiar. Reſpondebo meritis. Par ero beneficiis acceptis. Fœneratum hoc beneficium tibi pulchrè dices. Diſpeream, niſi beneficium tibi conduplicavero. Efficiam tuum in me officium ad te non ſinè fœnore redeat. Hæc tuæ in me pietatis officia multô remetiar fœnore. Quòd tantâ fide meâ procures negotia, pares agere vix poſſum gratias, referre nequaquam. Quod hoc refeceris, gratiam & habeo, habiturus ſum immortalem. Quòd meis ſtudes commodis, & habetur à me gratia, & ſemper habebitur. Quòd nos pro virili tueris, gratum eſt: grates perſolvere dignas, non opis eſt noſtræ. Fateor me tibi magnopere devinctum eſſe. Hoc nomine plus tibi debeo, quàm ut unquam ſolvendo eſſe poſſim. Majus eſt tuum in me beneficium, quàm ut orationem poſtulet. Tibi à

me

Digitized by Google

me & habetur, & ingens refertur gratia. Nulla esset apud me humanitas, sed summa barbaries, inhumanitasque, nisi tam ingens beneficium remetirer. Essem Getis inhumanior, nisi hoc meritum reponerem. Dicerer ingratos exuperare Getas, hoc si non resarcirem meritum. Ingratitudinis culpam contraherem. Mea in me sæviant fata, afflictissimum facere possunt, ingratum neque facient neque poterunt unquam. Non sum adeò rusticè ingratus, ut quædam accipere mea postulet necessitas. O me ter quaterque felicem! si nunquam dabitur opportunitas, quâ animum non modò non ingratum declarem, sed gravissimum fuisse commonstrem. Ingratissimus sim mortalium omnium ornatissime N. ni tuum in me animum, tuum erga me studium agnoscam. Equidem multiplici argumento tuam in me voluntatem, benevolentiamque agnosco.

Hæc est ejusmodi virtus, ut non modò reliquas cunctas longo post se intervallo relinquat: verùm etiam ealdem quasi mater quædam producat ac procreet. [*Cic.*] Quænam observantiæ magnitudo huic beneficio respondeat? Quæ ratio gratia referendæ meritis suis reperiatur æqualis? Quidnam tandem reddamus? Num memoriam beneficii? * Memoriam vestri beneficii colam benevolentiâ sempiternâ, non solùm dum animâ superero meâ, sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. In referendâ autem gratia hoc vobis repromitto, semperque præstabo, mihi neque in consiliis de *Rep*, capiundis diligentiam, neque in periculis à Rep. propulsandis animum; neque in sententia simpliciter referenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro Rep. lædendis libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; atque hæc cura erit infixa animo meo sempiterna: ut cùm vobis, tum posteris

ſterisveſtris, cunctisque gentibus dignisſimus eâ civitate videar, quæ ſuam dignitatem non poſſe tenere ſe, niſi me recuperaſſet, cunctis ſuffragiis judicavit. *Cum omnibus virtutibus me affectum eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim, quàm me & gratum eſſe & videri. Hæc eſt enim una virtùs, non ſolùm maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? qui ſunt boni cives? qui belli, qui domi de patriâ benè merentes? niſi qui patriæ beneficia meminerunt? qui ſancti? qui religionem colentes? niſi qui meritam Diis immortalibus gratiam juſtis honoribus & memori mente perſolvunt? quæ poteſt eſſe jucunditas vitæ, ſublatis amicitiis? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? quis eſt noſtrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atque doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, cum gratâ recordatione in mente verſetur? cujus opes tantæ eſſe poſſunt, ut nunquam fuerunt, quæ ſinè multorum amicorum officiis ſtare poſſint? quæ certè ſublatâ memoriâ & gratiâ, nulla extare poſſunt. Equidem, nil tam proprium hominis exiſtimo, quàm non modò beneficio, ſed etiam benevolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare.* Quoniam nec officium perſolvere, nec gratiam referre parem beneficio poſſumus, neceſſe eſt, ut aliqua ratione ſaltem gratias agendo, gratiam habere fateamur. Primum per me, perque hanc orationem meam, indicem animi grati, præconem beneficii tui, debiti noſtri confeſſionem proteſtatur, ſe tibi debere tantum, quantum neque hâc ætate poteſt, neque hâc rerum conditione diſſolvere. * Citius nobis quispiam eripiet vitam, quam hujus diei grata recordatio noſtris

ſtris in mentibus extinguatur : præſertim cùm benevolentiæ tuæ veſtigia non ſint in hoc ludo leviter, ad exigui temporis laudem impreſſa; ſed immortaliter ad tui nominis prædicationem & gloriam fixa æternam : nec parietes ipſi, qui tuorum oculorum illuſtrati luminibus, loqui, & gratias agere geſtiunt, immemores eſſe poſſe, nedum homines fore videntur. * Fingite AA. tolli hanc virtutem è medio ; decus obſoleſcet honoris, gloriæ lumen extinguetur, gratia peribit & benignitas, ceſſabunt præmia, beneficia nulla erunt, nulla merita : ac tandum vinculum humanæ ſocietatis, quod referendæ gratiæ nunquam ſatis| laudatum ſtudium nexuerat, ſceleratè ac nefariè diſſolvetur. * Jam verò apud homines, quos vel natura vel doctrinæ conformatio ad humanitatem finxit, honoris comes eſt, honoris aſſecla, animi gratitudo; Virtus eò amabilior, quò communi quodam gentium omnium conſenſu & inſtitutô nihil habetur deteſtabilius ingrati animi vitio.* Hinc naſcitur ille affectus, illa pietatis veluti ſoboles, cujus amore nihil ſanctiùs dici, nihil diviniùs cogitari poſſe exiſtimem. Hic grati animi amor vult eſſe ſincerus, vult, viri graves, & tum cupidè vult, ità alget, ardet, ita ſtupet, acuitur, ità currit, ſubſiſtit; ità vacillat, hæret, ut qui re non fuerit gratus, is nunquam aut ſanè difficulter ex tam diſſidenti notione verum hujus amoris ſenſum collecturus ſit.

SENTENTIÆ. Optima beneficiorum eſt cuſtos ipſa memoria beneficiorum, & perpetua confeſſio gratiarum. (*Chryſoſt.*) Non eſt æquum, tempore & die memoriam beneficii definiri. (*Cic.*) Credamus itaque, nil eſſe grato animo honeſtius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt : in omni judiciorum diverſitate referendam benè merentibus gratiam, omnes uno ore affirmabunt : in his diſcors turba conſentiet. (*Idem.*)

Natura ipſa hominum conſuetudoque communis hâc generali cunctos lege conſtringit, ut à quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus ei gratiæ debeamus. Arctat quippe nos ad retributionem dati accepta largitio. Ante uſum enim ac munificentiam liberalitatis alienæ liber eſt quiſpiam, beneficiorum fœnore non gravatus: coguntur autem omnes ipsâ conſcientiâ ſuâ ad repenſationem vicisſitudinis, poſtquàm eſſe cœperint debitores. (*S. Salvian.*)

SIMILITUD. Creditori præter ſortem extra ordinem numeramus; beneficiorum autem uſum eſſe gratuitum judicamus; & illa creſcunt morâ, tantoque plus ſolvendum eſt, quantò tardiùs. (*Sen.*] Ut gloria fugientes magis ac magis ſequitur: Ità fructus beneficiorum gratiùs reſpondet illis, per quos etiam eſſe ingratis licet. (*Idem.*) Uti faba & lupinum non exhaurit, ſed ſtercorat agrum, in quo alitur: Ità gratus meliorem reddit fortunam ejus, à quo beneficio adjuvatur: & refert, quod accepit. (*Plin.*)

V. INGRATITUDO.

GUBERNATOR, Regent / Stadthalter.

Gouverneur.

SYN. Rector, adminiſtrator, prorex, moderator. ADJU. Providus, ſolers, vigil, pervigil, ſolicitus, bonus, magnus, optimus, ſcientiſſimus, ſummus. (*Ex Cic.*) PHR. Qui in urbe, *vel* urbi præeſt. Provinciæ, aut Urbi præpoſitus. Cum poteſtate imperioque Proregis provinciam adminiſtrans. Qui in aliquâ provinciâ cum ſummo imperio & poteſtate, verſatur. Summo cum imperio præfectus.

AMPLIFICAT. Civitatum idoneos Gubernatores, minime hâc communi & noſtrati, conditione concretos exiſtimabat Plato: ſed aliâ quâdam auguſtiore quàm humanâ, hoc eſt, divinâ cognatione generatos;

iis-

iisque mentem attributam à DEO dicebat, quasi fictam ex auro. Poëticus color est, ab eo Philosopho, qui veritatem indaget, alienus. Video tamen, quid velit. Acceperat hoc ab Homero, fortes ac sapientes Reip. Rectores, & quos Heroas appellabant, à Diis genitos, cum Diis societatem virtutis, & felicitatem habere communem. V. IMPERARE.

GULA. Fraß. *Courmandiſer.*

SYN. Ingluvies, voracitas, edacitas, gastrimargia. ADJU. Immensa, insulsa. (*Cic.*] Turpis, fœda, intractabilis, vesana; sordida, implacata, insatiabilis, insaturata, vorax, nunquam satura, inexpleta. PHR. Effusa edacitas. Profusa esûs intemperantia. Improba ventris ingluvies. Vesanus ardor edendi. Ciborum insaturata fames. Escarum infinita vorago. Luxuriosa gulæ fastidia. Implacatæ flamma gulæ. Prodiga rerum luxuries: & quæsitorum terrâ pelagoque ciborum ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ. Esuritio sumptuosa. Quæ profunda ingluvies vestigavit genera edulium, &c. Hanc autem peragrandis, mari terrâque perquirentis Gulæ, & succos insuetos inquirentis industriam, arque has undique versum indagines cupediarum, &c. Fœdissimum patrimoniorum exitium culina. Insanum ventris studium. (*Isidor. Pel.*) Inordinatus appetitus cibi & potûs. (*Antonin.*) Ventris ingluvies est immoderata qualiumcunque ciborum potuumque hiantis concupiscentiæ satisfactio. (*Hugo. V.*)

AMPLIFICAT. Diogenis celeberrima vox est: *Venter vitæ charybdis.* Non tot Charybdis absorbuit, quod Gula: Reddit, quod absorbuit Charybdis, non Gula. Gula Adamum Paradiso expulit, gratiâ Originali exuit, immortalitate spoliavit: Gula Mundum Cataclismo mersit; primaria enim causa Diluvii ad-

ſcribitur voracitati: *In diebus Noè erant comendentes & bibentes.* (*Matth. 24. 38.*] Gula Sodomam incineravit; *Hæc erat iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis.* [*Ezech. 16. 49.*] Gula Populum Iſraëlis viginti tribus millibus capitum diminuit; *poſtquam videlicet ſedit Populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Exod. 32, 6.*) Gula eosdem Iſraëlitas in deſerto vaſtavit funeravitque. (*Num. 11. 34.*) Gula gladio Jambri interficiendum Ela objecit. (*3. Reg. 16. 9.*) Gula Holiferni caput abſcidit manu Judithæ: Gula Balthaſarem regno vitâ ſpoliavit: [*Dan. 5. 25.*]&c.

SENTENTIÆ. Propter Crapulam multi obierunt. [*Eccli. 37.*] Qui diligit epulas, in egeſtate erit. (*Prov. 21.*) Gula eſt rationis, & virtutum omnium ſuffocatio. (*Al. Rup.*) Humana corpora aſſiduâ ingurgitatione degravata, facilè morbis obruuntur. [*Baſil.*) Guttur inſatiabili ardet ingluvie, Gula diverſis ſaporibus ſatiari non poteſt. [*Bern.*] Cavenda eſt cura ventris, quando enim venter immoderatè reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. (*Idem.*) Qui inexhauſtâ cupidine Gulæ ventrique deſerviunt pecorum vitam potius conſectantur. (*Gloſſ. Ord.*) Illicò mens repleta torpeſcit; & irrigata humus, ſpinas libidinum germinat. (*Hier.*) Turpe eſt, ut homo amet Gulam, per quam è Paradiſo ejectus eſt. (*Bonav.*) Amicus ventris, eſt inimicus Crucis. [*Hugo. C.*] Apud Mundanos radix malorum Avaritia eſt; apud Monachos autem Gula. (*Nilus.*] Edacitas quædam ſanguiſuga eſt, cui duæ ſunt filiæ, Ebrietas ſcil. & luxuria. (*Pet. Dam.*) Varia irritamenta Gulæ à Diabolo ſunt. (*Bellarm.*) Gula Ebrietate famulante, Magiſtra ſolet eſſe damnorum. [*Idem.*) Gula fons infirmitatis, deſipientiæ ſemita, mortis janua, nunquam ullis epulis contenta. (*Cyrill.*) Gula ſexcentos morbos appendices habet, dolores capitis, vomitus, apoplexias, paralyſes; fere omnium malorum ſtirps, Voluptas

ſenſus

ſenſus eſt ; tam miſera eſt, ſuis opprimitur ramis. [*Nier.*] Sunt enim Gula & Laſcivia collegæ, ac veluti conſules cæteri vitiorum Vulgi. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut piſcis per guttur capitur cum hamo, & avis per collum cum laqueo tenetur; ſic Guloſus per guttur & collum capitur Gulæ vitio. [*Bonav.*] Nullus homo ex iis, qui ſunt ſub cœlo poteſt eſſe prudens, utpote qui mentem in ventrem infuderit, ſimilis piſci, qui Aſinus dicitur, quem dicit Ariſtoteles ſolum ex animalibus cor habere in ventre : Tales ſunt ii, qui in ventrem crediderunt, quorum DEUS venter eſt, finis interitus. (*Clem. Alex.*) Ut fons aquæ, ſi in plures rivulos ſit diſſectus, vicina rivulis illis loca omnia herbarum viriditate conveſtit, & quaſi pubeſcere facit ; Sic Vitium Gulæ, ſi per cordis tui venas ſe effuderit & diſtraxerit indeque permeans ſenſus tuos omnes irrigârit ; ubi libidinum multarum in te Sylvam conſeverit, animum tuum ferarum habitaculum efficiet. (*Baſil.*) V. EBRIETAS, VINUM.

GULOSUS. Fráßig. *Gourmand.*

SYN. Cupes, *idis*, Edo, Comedo, Mando ; Manduco, Ganeo, Catillo, Curculio, Helluo, Gnatho, Phago, Gulo, Gluto, Barathro propino, *onis* ; Vorax, Decoctor, Prodigus, Aſôtus, Polyphagus, Patinarius. Gumia. PHR. Gulæ deditus. Ciborum gurges. Eſcarum vorago. Mera ingluvies. Manduco & Potator ſtrenuus. Tetrâ & prodigioſâ ingluvie laborans. Portentum famis, & quòd pænè ſuperet Eriſichthonis gulam. Cupediarum amans : Cupediæ ſtudioſus : Cupediis indulgens. Dixiſſes eum, quò plus ingereret, eò vehementiùs eſurire. Ita paulatim acciſæ opes, & in rem eſcariam exhauſti loculi. Cujus appetentiam inſaturabilem nemo ſedare poteſt. Qui Helluationibus continuis indulget : Qui comeſa-

ſatur perpetuò: Qui commeſſatorem jugiter agit. Qui rem ſuam abligurit; cupediis profundit, dilapidat, diſperdit. Profundiſſimus gurges. Impurus, nequiſſimus, ſpurciſimus Helluo. Abdomini ſuo inſerviens, indulgens: Abdomen inſaturabile. Impuriſima atque intemperantiſſima pecus, liguritor inexplebilis. Intemperantiæ deditus, addictus. Qui nepotando, græcando, congræcando, pergræcando, abligurit, diſperdit, diſſipat, confringit, dilapidat, profundit, decoquit, conficit rem: dignus, qui ſummam cum Apicio potionem ducat. Quæ charybdis tam vorax, quæ tot res, tam citò obſorbere potuiſſet? Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum Reip. ſanguinem. Gurges & vorago patrimonii. Natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ. Homo non profundæ modò, ſed intempeſtivæ quoque ac ſordidæ gulæ. Ventri atque profundæ libidini ſumptus quærens. Medio diei temulentus & ſaginâ gravis. Guloſiùs cibos condiens. Per luxum animi, parata atque facilia faſtidiens, per improbam ſatietatis laſciviam. V. Ebrius.

H

HABITARE. Wohnen. *Demeurer.*

SYN. Colere, incolere, tenere, frequentare. ADV. Gratis *in alieno*, laxè, magnificè, meliùs, planè *cum aliquo*. (*Ex Cic.*) PHR. Domicilium habere. Aliquem locum colere. In aliquo loco habitare, habere, degere vitam, incolere. Aliquem locum accolere. Loci illius habitator, incola eſt.

Ejus

Ejus habitatio eſt in illo loco. In illo loco manet, verſatur, commoratur, reſidet, conſiſtit, durat.

HÆREDITAS. **Erbſchafft.** *Heretage.*

SYN. Hæredium, hæredíolum, poſſeſſiuncula, patrimonium; patriæ opes, bona, prædia, fortunæ. ADJU. Ampla, communis, fraterna, permagna, reliqua, tanta; caducæ, non honeſtæ, veræ, permagnæ, privatæ [*Ex Cic.*] PHR. Agnationis jure quæſita poſſeſſio. Teſtamentô parta, *vel* parata hæreditas. De adeunda, *vel*, de cernendâ hæreditate deliberare. Hæreditatem adire, obire, capere, admittere, attingere, accipere. Hæreditatem nanciſci. Hæreditate poſſeſſionem nanciſci, adipiſci, quærere.

HÆRES. **Erb.** *Heritier.*

SYN. Succeſſor. ADJU. Legitimus, juſtus, ſecundus, fiduciarius, proximus, extraordinarius, repentinus, verus. (*Ex Cic.*) PHR. Succeſſor in defuncti bonis. Bonorum dominus ab alterius morte. Multorum factus, inſtitutus, relictus fuit hæres.* **Er hat von ſeinem Vatter viel Güter ererbt.** *Il a heritè de ſon Pere beaucoup de biens.* Luculentam, effertiſſimam à Patre hæreditatem nactus eſt, adeptus eſt. Ampliſſimas à Parente fortunas hæreditate adeptus eſt: Luculenta & ampla prædia, hæreditate, *vel*, hæreditario jure illi obvenerunt, venerunt, contigerunt, obtigerunt, relicta ſunt. * **Er hat mich zum Erben gemacht/ ohne daß er mir was auff gebürdet.** *Il m' a fait ſon heritier ſans aucune charge.* Hæredem me liberâ cretione ſcripſit. Me nullius cretionis conditione interpoſita hæredem fecit. * **Ent-erben.** *Desheriter.* Liberos exhæredare; exheredes ſcribere, facere; hæreditate multare, orbare, pri-

vare, excludere; ab hæreditate removere, ſubmovere, jure hæreditatis.

HÆRESIS. Ketzerey. *Hereſie.*

SYN. Secta. ADJU. Impia, ſcelerata, nefanda, exitioſa, tetra & execranda, deteſtanda, effrenis, audax, infeſta, inſana, probroſa, fallax, doloſa, perfida, impia. PHR. Error hæreticus. Dogma perverſum, falſum, à fide alienum. Secta novitatis amans. Pietatis, veræ fidei hoſtis, inimica. Filia noctis; ex inferno prodiens, orcô prognata. Bellua, *vel* Hydra multorum capitum, ſibi diſſona, pacem exoſa. Impia de fidei rebus opinio. Impietate ac errore mixta ſententia. Aliena à Chriſti fide opinio. Prava circa Chriſtianæ Religionis myſteria, & contumacior opinio. Hæreſis moliens inſidias, nectens fraudes, neces anhelans; enſes, ſecures, ignes, laminas, funes, aculeos nefariè minitans.

AMPLIFIC. Hæc eſt illa meretrix, quæ Prophetam adulteravit, quæ à DEO avulſit malè dementatum, quæ in fugam compulit, quæ in extremum vitæ & ſalutis diſcrimen præcipitavit. * Inaudita quâdam ante hoc tempus calamitate, multorum ex noſtris hominibus animos nefariæ quædam & exſecrandæ opiniones occuparunt, atque in eis inſederunt, ut ipſi nihil ſibi non tentandum putent, quo nobiliſſimum regnum ab Eccleſiæ communione, & ab hujus ſanctæ Sedis obedientiâ abducant. * Immanis ille Draco; aut illa potiùs multorum capitum hydra, quæ non paludem aliquam Lernæam, ſed potentiſſimum regnum tàm diu obſederat. * Ubicunque pedem hæreſis poſuit, vultum fraude plenum oſtendit, manum ferrô armatam extulit, protinus jura honeſtatis convulſa corruerunt, Eccleſiæ auctoritas depreſſa jacuit, ſacrorum miniſtrorum cer-

vi-

vices, ſecuribus gladiisque ſubjectæ multô ſanguine aras, domos, plateas infecerunt. * Hæreſis, quæ blanda primùm irrepſit ad libertatem, truculenta poſtmodùm laceravit ad perniciem. * Iſtæ ſunt, quæ in Chriſtianâ Repub. natas DEO proles confundunt, legitimas incertas reddunt, matrem dubiam efficiunt, ſacros ejus miniſtros deſpiciunt, exterminant, contrucidant. Ità nulla unquam hæreſis in civitatem aliquam admiſſa fuit, quam non ſacro Sacerdotum ſanguine redundantem, temporum incendiis ac devaſtatione deformatam, civium fidelium miſeriis calamitoſam reddiderit. * Eccleſia eſt, quæ numinis unius ſupremi majeſtatem, unius Mediatoris & Salvatoris ſacram autoritatem, uniusEccleſiæ certius tripode quovis oraculum, unius fidei baſim ac legem eandem, eosdem templorum ritus & ceremonias, eosdem animorum ſenſus & opiniones oſtendat; ſed quæ DEO cœloque diſtincta ſine capite libera, aris diverſa, ritibus ſeparata, animis & opinionibus diverſa Monarcharum inter ſe vires collidit, & non ſinè tonitru aliquo, imbreque ſanguineo noſtras in terras bellorum fulmina diffundit, Hæreſis eſt. * Trajecit illa quidem paucos abhinc annos, Oceanum Atlanti, cùm, & partim in eam Americæ regionem, quæ eſt in ditione Luſitaniæ Regis, partim usque in Indiam cis Gangem navigavit; ſed ex Indiâ revincta catenis in Luſitaniam, undè occultè conſcenderat, publicè navibus eſt reportata in America, ubi jam ſibi luſtrum communierat Luſitani Prætoris armis, qui cum imperio tum oram illam maritimam obtinebat, oppreſſa penitus & extincta eſt. * Omnes quæ vel jam exortæ poſt Conſtantinum aliquamdiu viguerunt, vel Conſtantino regnante, aut poſteà exiſtentes ad ingentem magnitudinem pervenerunt, in factiones adverſas diviſæ non minus, à ſe invicem, quàm

ab Eccleſia univerſa diſcreparúnt. * Quæ orbem terræ infinitâ cæde funeſtavit, turpitudinem illiberalem in hominum ſermonem induit, inſignium hæreticorum veſtigia ſtudiosè legit omnium rationum, quarum mentes occupavit, publicos privatosque mores depravavit. * Illa quæ hodiedum omnium noſtrorum oculis obverſatur miſerrima Europæ facies tot cladíbus deformis, tot exulcerata malis, unde, niſi à ſpretâ religione calcataque provenit? reducatur in antiquam ſedem fides, & pietas, neque in ipſis ſacrorum adytis Divorumque baſilieis iniquitas, & perfidia triumphet; ſtent aræ ac templa ſuô in cultu ac ornamentis priſtinis; veneremus atque etiam imitemur Majorum noſtrorum ſanctitatem, illa religioſorum hominum clauſtra inviolata maneant: non invertantur ſacra pœnitentium aſyla, piorum domicilia, virginum receptacula, pſallentium odea: ornentur hæc etiam benevolorum hominum, & frequentiâ, & munificentiâ; verbo, pii religioſique viri Remp. incolant: nihilque ad illorum felicitatem defuturum eſt

Quid mali aut ſceleris fingi aut excogitari poteſt, quod non in Anglia hæreſis ſuſceperit, & patraverit? Quod toto Orbe flagitium, quod latrocinium, quod parricidium, quæ ſuperbia, quæ avaritia, quæ ventris ingluvies, quæ iracundia, quæ odii magnitudo, quod adulterium, quod ſtuprum, quæ libido: quod dedecus infamiæ ab hæreſi remotum fuit? Quis improbus non hæreſi fuit affinis, atque reus? Quis proditor divinæ Majeſtatis, quis deſertor Religionis, quis prædo ſacrorum, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri poteſt, qui ſe in hæreſi non familiariſimè vixiſſe fateatur? quæ cædes per annos multos ſinè hæreſeos factione factæ? quod nefarium ſacrilegium non per illam admiſſum. Jam verò, quæ tanta in ullo unquam homine voluptatis illecebra fuit, quanta in hæretico? Hic alios amat tur-

turpissimè: aliorum amori flagitiosissimè servit: aliis fructus divitiarum pollicetur: cum aliis necem bonorum, non modò impellendo, verùm etiam adjuvando, facit. Jam verò quàm subitò non solùm ex urbe, verùm etiam ex omnibus locis ingentem numerum perditorum hominum colligit? Nemo non modò perditus Londini, sed nec ullo in angulo totius Angliæ libidinis, & libertatis appetens erit, quem non ad deserendam fidem, ad evertenda templa, ad stupra sacris virginibus facienda, ad rapinas & prædas non asciverit. Atque iidem isti Hæretici scelerum & flagitiorum consuetudine assuefacti, stimulos & morsus conscientiæ cùm ferre non possint, Ecclesiam per se fingunt, atque mentiuntur, & mentientes caput illius hæreseos ream, & adjutricem mulierem insanam & furentem Elisabetham. [*La Cerda*] Reportâsti victoriam ex Hæresi, hoc est, ex eo hoste, qui, cùm se suosque jàm antè perdiderit, omnia quoque perdendi artem egregiè novit: qui bella, qui cædes, etiamdum maximè comprimitur, tum maxime meditatur. Et, quod caput est, eo tempore reportasti; cùm ubique terrarum publicè debacchatur: cùm extrema tentare consilia, machinasque omnes ac vires adversùs Catholicam Religionem, non ut anteà clàm ac per cuniculos, sed palàm atque impunè sed in oculis omnium, sed cælo ipso teste, per summam impudentiam moliri cœpit. Quid, rogo, quid non potuit in Germania vel exigua timoris scintilla, quæ genus hoc hominum invasit, inusitque suspicionem, nè justiùs aliquantò atque severiùs, quàm eorum patitur effrænata libertas, in officio continerentur: quid, inquam, illa non potuit? quantum, in rigidissimis etiam regionibus, suscitavit incendium? quod neque civium fortitudo neque militum robur, neque industria sociorum, neque Ducum Regumque subsidia, neque ipsæ terrarum Orbis lacrymæ, ad hanc usque diem, sa-

tis

tis extinguere potuerunt. Hoc tu tempore tàm periculoso, tàm malis obnoxiô, vicisti, Ludovice, felicitate tantâ ac celeritate; ut priùs hostem expugnaveris, quàm te pugnasse sentires.* Hæresis ingentis instar vastique fluminis invaluit, quæ suo ab ortu exigua quidem, sed perpetuô aucta, & tumefacta progrediendo, cùm refractis undique imperiorum regnorumque repagulis, fuerit per universam Germaniam in summâ impietate debacchata, etiam in hæc loca cum innumerabilium animarum oppressione inundavit, divina humanaque omnia bellis & cædibus commiscens.

Hâc duce vastatos luget Germania campos:
Omnis ubi sparsis ossibus albet ager.
Hâc duce civili maduerunt sanguine rivi:
Anglia sive tui, Gallia sive tui.

HÆRETICUS, Ketzer. *Heretique.*

SYN. Novator, sectarius, hæresiarcha. ADJU. Impius, sceleratus, impurus. PHR. Alienus à recto fidei tramite. Hæresum pestilentiâ inquinatus. Pestiferâ pravarum opinionum labe contaminatus. Hæreseos venenô pollutus. Depravatæ religionis erroribus imbutus. Hæreseos maculis fœdatus. Pastus in harâ Nestorii, aut è Priapi pascuis eductus Schropha. Nobilis scurra, insanus tenebrio. Erroris impii conflator & propagator. Religionis avitæ & orthodoxæ hostis. Qui indutus nomen CHRISTI, veram CHRISTI Religionem falsis criminibus obterit. Contuberna[les] superstitionis novæ, ac maleficæ.

AMPLIFIC. Infinita quædam non è superiore loco demissa, sed ex inferis emersa exstitit anguium vis, qui & pestilenti afflatu suô omnia contaminare, & terrimum virus suum longè lateque spargentes, non ipsi modò regni adhuc puero, & regnum & vitam adimere, sed & ex toto regno verum DEI cultum, quô unò

imò æternæ vitæ ſpes continetur, exterminare conarentur. * Hæretici pietatis & religionis integumento fallaciter implicati, in eam cogitationem operam ſedulò dantes, ut inconditæ plebis mentes falſis opinionibus oppleant, & turpiſſimis erroribus obſtringant. * Hæretici proruptâ audaciâ efferati, inſigni ſcelere tetri, & ab omni pietatis religionisque ſenſu ſimulationeque alieni. * Hæreticorum factio adeò potens eſt, ut divini cultus nè veſtigia quidem relinquantur, evertantur templa ſacerdotes crudeliſſimè contrucidentur, * Harum furiarum, & peſtium humani generis amentiâ atque ſcelere, tantam fecit Eccleſia Chriſti jacturam, quantam vix multis ætatibus complurium pietas ſingularis, cum admirabili quodam doctrinæ genere conjuncta, reſarcire queat. * Taceo Julianum deſertorem religionis, Chriſti Servatoris capitalem hoſtem : taceo cæteros, qui jam olim, dum veræ pietatis ſtudium contemnunt, cujusdam ſcientiæ puerilis opinione cæci ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ vehementer perturbarunt. * Qui evertunt omnem morum ſanctiorem diſciplinam; labefactant non doctiſſimorum hominum non modò ſententias, quorum & literæ quondam & religio plurimùm enituit : verùm ipſius etiam Eccleſiæ univerſæ ſanctiſſima decreta, ſacra, profana omnia habent promiſcua: [*Idem.*] Qui ex officinis, & tabernis, non tanquam ex equo Trojano, ſed velut ex Apollinis Delphici ſpecu repentè nobis Doctores prodierunt, ſe dicunt Sancti Spiritûs adferre doctrinam. * Generis humani peſtes, Eccleſiæ furiæ, faces patriæ, religionis hoſtes, ſacrorum prædones, labes, ac ruina Orbis terræ, vos, inquam, qui è ſtabulariis, & cerdonibus, facti eſtis repentè populi magiſtri, & doctores, tantâ eritis confidentiâ, & audaciâ, ut ſpreta antiquâ diſciplinâ ſanctiſſimis templis incenſis, effractis, atque proſtratis pietatis Majorum monumen-

numentis, pollutis religionibus, cùm omnia jura, divina, & humana, incredibili ſcelere violaveritis, in illis ganearum tenebris, cibo vinoque confecti, eructetis ſermonibus veſtris cædem piorum, direptiones urbium, regnorum vaſtationes & incendia. * Qui laudis aviditate, & opinione doctrinæ cæci omnia Chriſtianæ caritatis jura violarunt, qui rumorem humanum ſcelere collegerunt; eos non aliquo inflatu divino, qui vanitatem, arrogantiam, æmulationem, obtrectationem odit, veram docere pietatem, ſed ſcelerati dæmonis furiis inſtinctos, omnes perſequi credemus impietatis vias. * Impreſſa vidi, & propè ad ſempiterni temporis memoriam fixa veſtigia, oviculas neci deſtinatas, ubi ubi poſuerunt pedem, ea feciſſe, quibus graviora lupi feri, & immanes nunquam anteà fecerunt. * Iſti cœlo non delapſi, verum dejecti doctores in hâc ſalebrâ, nullo exitu inventô, ſic hærent, magis ut miſerandi videantur eſſe, quàm urgendi. * Euchariſtiam profanis manibus tractandam abjecit, infeſta ſigna in templa intulit, imagines, & altaria demolitus eſt. * Quæris à me, quid hoc hominis fuerit, quem hîc depingo? Dicam: Non homo, ſed ſimulacrum fuit hominis, bonorum odium, dux improborum, perditorum magiſter, ganeonum inſtructor, ſceleratorum coryphæus, fraudum peritus artifex, dolorum fabricator peſſimus. Helluo eſt ſacrilegus & infamis, gurges vitiorum, ſentina turpitudinis, vorago nequitiarum, cloaca fœdiſſimarum libidinum, Chriſtianæ Reip. peſtis, religionis labes, vitæ, pernicies, ruina virtutum, diſciplinæ clades, malorum diſſeminator, Orbis incendium, mundi portentum, naturæ dedecus, luxurioſus ſcurra, lenoque impuriſſimus, plenus inconſideratiſſimæ temeritatis; atque ut verbo dicam; infernum monſtrum, quô tartara nunquam Effudêre, Deo irato, truculentius ullum.

SEN-

SENTENTIÆ. Oportet & hæreſes eſſe. (*1. Cor. 11.*) Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita. (*1. Tim. 3.*) Incurabili morbo laborantes averſemur; nè aliqui morbum antè eorum contrahamus, quàm illis ſanitatem noſtram impertiamus. (*Naz.*) Aut ex ambitione, aut ex anticipatâ aliquâ opinione, duabus expugnatu difficilimis affectionibus, hæreſes & ſectas natas eſſe arbitror. (*Ibid.*) Infandam humani generis luem perniciemque attingimus, quâ infecti, veluti caupones peſſimi (ut eſt apud Hieronymum *in Cap. 1. Iſai.*) faciunt ex vino aquam: cùm è converſo CHRISTUS aquam mutavit in vinum. Verè monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen omne, tam divinum quàm naturale ademptum: DEO inimicum, bonis omnibus inviſum. (*Anon.*)

SIMILITUD. Hæretici componendi cum ſcarabæis, qui luce creperâ, nocturno veluti murmure circumſonent: ſed iidem in ſtercore volutentur. (*Creſoll.*) Quemadmodum muſcæ vulneribus: Ità noſtris calamitatibus, aut ſimavis, erratis Hæretici imminent. (*Naz.*)

HALITUS. Athem. *Halene.*

SYN. Spiritus, anima. ADJU. Extremus, fortis, debilis. PHR. Verhaltung des Athems. *Oppreſſion d' halene.* Animæ interceptio, Halitûs interclusio, Spiritûs ſuppreſſio. Engbrüſtigkeit. *Difficulte d' halene.* Ægrè meantis ſpiritûs anguſtia. Impediti halitûs difficultas. Halitûs anxietas. Hoc Aſthma, atis Engbrüſtig. *Aſtmatique* Aſtmaticus, anhelus, anxiè anhelans, ſpirans cum anhelitu. Guter Athem. *Bonne halene.* Suavis anima, jucundus halitus. Qui ſuavem exhalat animam. Qui jucundum exſpirat halitum. Stinckender Athem. *Mauvaiſe ha-*

halene. Gravis anima, fœtidus halitus, teter anhelitus, anima fœtens. Qui fœtorem inhalat, exhalat. Qui tetrum odorem exſpirat, inſpirat. Qui malè & graviter olet. Cui fœtet anima, **Kurtzer Athem.** *Halene courte.* Anguſtus ſpiritus. Cujus anguſtior ſpiritus eſt. Qui anguſtiâ ſpiritûs laborat. **Athem/ der nach dem Wein riechet.** *Halene, qui ſent le vin.* Vini anhelitus. **In einem Athem-Zug.** *D' une halene.* Uno ſpiritu. Continenti ſpiritu. Non intermiſſâ reſpiratione. **Athem ſchöpffen.** *Prendre halene.* Reſpirare, interſpirare. Spiritum ducere. Animam excipere, ac remittere. **Den Athem halten.** *Retenir ſon halene.* Animam comprimere, continere. **Lauffen/ daß einem der Athem entgehet.** *Courrir juſqu'à perde d' halene.* Ad exanimationem usque, ad intercluſionem animæ, ad interceptionem ſpiritûs currere. Tanto impetu currere, ut ſpititus intercludatur, *vel*, ut ſpiritus ægrè ducatur. Ex curſu graviter anhelare; anhelantem ſpiritum ægrè ducere: vix ſpiritum trahere. **Einem den Wein einhauchen.** *Jetter une halenée, de vin.* Crapulam inhalare alicui. **Ein gäher Schrecken benimbt einem den Athem.** *Une frayeur ſubite fait perdre l' halene.* Subitus pavor exanimat, animam intercludit, *vel*, intercipit: affert exanimationem, animæ intercluſionem creat.

HEROS. Held. *Heros.*

ADJU. Fortis, clarus, potens, inclytus, illuſtris, invictus, magnanimus, generoſus, virtute & armis inclytus. PHR. Heros natalibus inclytus, ſed temporum malignitate depreſſus. Vir hoc ſæculo major, & dignus fabulantium miraculis Vatum. Pro pudicitiâ in pace bellicoſus, ac pro patriâ in bello pacis aſſertor. Excelſi invictique animi exemplum. Heros, non homo; qui reluctantem alibi vaſto armorum molimini fortunam, freno ingenii coërcuit; intre-

intrepidâ fiduciâ teſtatus, quantum ingens hominis unius animus in rebus humanis poſſit. Quis eſt, qui ad aſſecutum ſe ſperet orando, quod ille divinus Heros, nonniſi cæleſti corroboratus auxilio, ad omnem poſteritatis admirationem memoriamque perpetravit. Illuſtriſſimi Heroës, qui ramis ſuis & egregiis facinoribus, ſæculorum immortalitatem impleverunt.

AMPLIFIC. Quis ardentior illo fuit? qui animoſior labentem unquam aciem erexit? quis fortior ullius imperii, mediis in odiis conſurgentium undique provinciarum, fundamenta jecit. * Barbararum Gentiũ terror, & Romanæ virtutis fulmen Cajus Marius. O virum ſeculis omnibus admirandum, populis omnibus reformidandum! unicum armorum decus ac verè DEUM! Loquantur Cymbri, Teutones, Tigurini, Numidæ ac Mauri, hi enim victorias ejus ſuô ſanguine, triumphos ſuis ſpoliis ornaverunt. Quid dicent aliud? quàm hunc unum Romanâ Aquilâ dignum Imperatorem, triumphis omnibus ſublimiorem exſtitiſſe; quid aliud teſtabuntur, quàm eum Martem quendam, bellique Deum, virtutis hæredem, fortunæ domitorem, ità mundum, famâ, terrore, gloriâ occupaſſe, ut apud ſuos Urbis conditor, apud exteros Orbis terror ſalutaretur. * Quorum ità robur comite fortunâ proceſſit, ut in inferiores Orientis regiones ad Danubium usque Nilumque penetrarint. * Veteris Romæ Patres, quorum ſemper in pectoribus ab avo ſuo Marte, virtus & generoſitas derivata, gloriæ faces ità accendit, ut omnem nationum omnium famam ſuis armis obtinerent. V. AUDAX. BELLIDUX. FORTIS. GENEROSUS.

S. *HIERONYMUS.*

AMPLIFIC. Theologorum Homerus. Natus Stridone, oppido Dalmatiæ. Magnus noſtræ Religionis

interpres. Qui in omni genere dicendi sic enituit, ut meritò elegantiæ princeps & coryphæus eloquentium habeatur. *Eximiam quidem, admiranda ingenii vis ac celeritas, quâ celeberrimum Ecclesiæ Doctorem Hieronymum floruisse constat, laudem ac venerationem meretur: summam illius eruditionem, cumulatamque linguarum omnium notitiam, omnium ingenuarum artium cognitionem perfectissimam, quâ præcelluit, omnibus encomiorum ornamentis, nemo dignè satis illustret: Nulla mihi tamen, ex innumeris, quæ illum commendavêre, animi dotibus, sublimior videtur aut major, quàm inusitata illa Sapientiæ virtus, cùm in omni ejus vitâ, clarè renidens, tum præcipuè in sententiarum majestate, quibus ea, quæ nobis tradidit, doctrinæ monumenta pereruditè illustravit, incredibili splendore præfulgens. Quæ, nè quis magnificentiùs à me dicta, quàm veriùs, forsan existimet: placet ex iis unam proferre in medium, omnibusque demirandam proponere. Sola, inquit, libertas est, non servire peccatis. * Qui custodiendæ, præcepta virginitatis è cœlesti Palæstinæ solitudinis academiâ Romanæ nobilitati præscripsit. * Hieronymum, canæ jam eloquentiæ senem, Hebræa rudimenta balbutire non puduit divinas Bethlemis ad cunas: ut mirandum non sit, si Deum deinde personuit eloquentior: si turbulentissimis Christianæ Reip. temporibus frequenti sacris super literis quæstione gravia ex ipso effata, & responsa petebantur. Quænam enim enthea Deum spelunca efficacius Hieronymo afflaret, quàm quo Deum genuerit? aut quod eloquentiæ genus uberius atque amabilius, quàm quæ corporata sapientia locuta sit. * Quem destinaverat Deus melioribus studiis, librorum divinorum, designaverat sacrorum codicum excellentissimum interpretem, magistrum de primariis Christianorum Doctorem Ecclesiæ scientissimum, à quo vi-

vo

vo tanquam ab oraculo quodam ex universo Orbe responsa peterentur: cujus mortui lucubrationes, epistolæ, commentarii, defensiones posteris quasi lumina clarissima lucerent; ut lucent ac lucebunt in perpetuum. * Hieronymum illum intelligo, Doctorem Christianorum eximium in paucis, qui propter ingenium acerrimum, doctrinarum varietatem, omnium linguarum nobilium licentiam, assiduum stúdium potest optimè de M. Tullii stylo compositioneque judicare. * Divus Hieronymus, magnum illud ac incomparabile columen Ecclesiæ ac decus, cujus pietatem tam in scriptis quàm in vitâ mirari nemo satis potest; cujus exercitia præcipua jejunia, lacrymæ ac preces fuerunt; cui frequentiùs Deum immortalem gemitibus quàm verbis compellabat; qui relictâ rerum vanitate Bethlehemum est profectus, ut quô locô Salus nostra nata est, eum sedem vitæ, pietatis domicilium, studiorum Musæum haberet.

HIEROSOLYMA.

SYN. Solyma. Urbs Solymorum. ADJU. Sancta, veneranda, Sanguine Filii DEI tincta. PHR. Domina Gentium, princeps provinciarum. AMPLI. Est illa speciosa quondam Hierosolyma, veterum domicilium justorum, figura cœli, umbra paradisi, Schola Prophetarum, sedes æterni DEI, prima Ecclesiæ militantis ara, celeberrimorum cunæ mysteriorum, hodiè tumulus Salvatoris. * In quâ rabies humana furialibus armata diris arenam miscuit, ut Christi Sanguine imbueretur, in quâ inferorum mundique vires conspiraverunt, & iniquissimum fœdus innocenti sanguine sanciverunt: in quâ seculorum omnium scelus uno die comparavit, ut ex omnibus omnium hominum delictis fabricatâ cruce, vitæ dator ad mortem suppliciumque produceretur. * O Hierosolyma, vel potiùs crudelissima Babylon! túne

ergò civitatum omnium caput fuisti, ut sacratissimum Messiæ tui caput tàm funestâ ruinâ involveres? ideone tuo in sinu, tot annis innocentissimus, mansuetissimusque agnus conquievit, ut tuis unguibus ac dentibus, tuis gladiis ac hastis, factus præda, tandem lacerareturr? & hunc animum tàm inhumanum, tàm efferatum, tàm crudelem tuorum è scholâ Prophetarum retulisti? hanc mentem tàm immitem, tàm dolosam, tàm barbaram, tuo in templo ad aras præsentâsti: ille ut ardentissimum tibi suum amorem testaretur, pro te flevit, ac ingemuit; tu ut odium ipsi tuum acerbissimum declararet, adversùs illum fraudulenter risisti, crudeliter frenduisti. Ille suæ misericordiæ & benignitatis alas expandit, ut te filiam suam amantissimam patrocinio suo complecteretur; tu sævitiæ tuæ ac furoris portas aperuisti, ut illum DEUM tuum ac parentem contrucidares. Ille toties tot ingentibus te beneficiis cumulavit; tu omnia ejusdem sanguine uno die delevisti. Loquere, emitte vocem, ingrata Sion, tibinè ergò gemitus & lamenta Jeremiæ perierunt; qui tuæ superbiæ ruinam lacrymantibus oculis & attonitâ mente prævidit? Loquere iterum, Regem tuum fraudulentatantô applausu triumphoq; exspectabas, ut non aliter, quam mancipium ad crucem condemnares? porrigebas illi, repræsentabasque pacis olivam, mortem interim machinabaris; sternebas illi ramos viventi, crucem interim morituro fabricabas? benedictum in triumpho appellabas, maledictum in morte compellabas. * O Solymæ, ô adyta! ô læti colles Sionis! Hæccine illa beata urbium mater, quam penè æternam Cœlum sponderat? Quid ergo diuturnum, si æterna pereunt: cecidit, cecidit superba regia, jam nihil nisi fumus & funus! ô fumum semper aulæ molestum! Quò rediit excelsa templi moles, Angelorum colonia, cœli pomærium! Evertitur mortali manu divinus ille lapis,

eodem-

eodemque elemento profanatur ſanctuarium, quô lui ſtrabatur! ubi vaſa, ubi ſacra, ubi fontes? ignav fontes & naturæ obliti, ignem non extinguunt, quem culpa ſuccendit. Ubi menſa, ubi ara? ubi lampas æterni Solis æmula? jam nihil eſt, niſi lampas una totum templum. Quas iteratura preces inibis infelix turba? altiora votis incendia ſunt, cui ſupplices feretis palmas linteati ſenes? abiere Angeli, templi indigetes: poſtremò exuſta Domo abiit Deus incola! ô avida ignis potentia! quam nobis Patriam linquet, qui exulem fecit Deum! Quò congeſtæ opes? quò exoticæ merces? quò armillæ? incumbit ſpoliis hujuſmodi deprædator ignis.

HIPPOCRATES.

PHR. Medicorum princeps. Medicinam diu neglectam in lucem revocans. Filius Hæraclidæ, longâ malorum ſerie. Ab Aeſculapio quoad paternam originem, ab Hercule verò, quoad maternam originem ortus. Empiricus maximus, ſed ratione interim inſtructiſſimus. Vir honeſtus, nullâ ambitione, aut cupiditate gloriæ incenſus, ſed veritatis amans. Qui Medicinam certè perfecit, & in artem primus redegit.

HISTORIA. Hiſtori. *Hiſtoire*

SYN. Annales, narratio, diarium, ephemeris. ADJU. Finitima, mendacior, pura, multa, plena exemplorum, vetus, priſca, memorabilis, immortalis, celebris, nova, recens. PHR. Veterum monumenta, ſcripta. Memoria publica. Memoria, *vel*, monumenta rerum veterum. Commemoratio antiquitatis. Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum, omnium ſæculorum memoria. Hiſtoriæ fama, ſeries, fides. Hiſtoria perpetuô veluti filô ducta & colligata. Antiquitatis iter,

& exemplorum copia. Memoria rerum gestarum. Notitia historiæ fabularis. Opus historiale. Libri chronici. Rerum gestarum vel expositio, vel demonstratio. Fructuosa antiquitatis scientia. Historiæ cognitio Imperatori non minùs, quàm armorum necessaria.

AMPLIFICAT. Historia testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis. (*Cic.*) Historia magistra est prudentiæ, deque futuris consultaturo prudenter, atque in posterum provisuro, præteritorum exempla, quæ in armario memoriæ conduntur, præbet. (*Nigron.*) Historia, unde omnis pene rerum agendarum prudentia, & actionum vitæque totius ad salutem inter pericula dirigendæ norma describitur. (*Idem.*) Quid de historia, Dii boni! sentiemus? ex quâ non unius ævi aut Orbis exemplo, sed omnium temporum, omnium gentium, quasi in diffuso theatro res gestæ spectantur. (*Lips.*) Historia illa rerum agendarum quasi anima. (*Idem.*) Ego inter historiarum fructus illum eximium habeo, qui ad sapientiam & rerum in Orbe admirandarum cognitionem ducit. (*Idem.*) Historiarum lectio utile ad remp. & consilia actionesque dirigenda instrumentum. [*Idem.*] Historia poëticè nimis ac tragicâ lamentatione docens, aut exaggerato oratorum more magnificeque narrans, in permovendis animis, argumentorumque telis intorquendis insistens, ubique certa per intervalla numerorum percussionumque modos verba modulans. * Historiarum incumbat lectionibus cujuscunque ævi, è quibus gentium mores, dicta, facta fortiter, clementer, justè, prudenter, moderatè, magnificè, constanter, munificè, piè colligat & imitetur, vitia detestetur, damna fugiat; periculis se suosque subducat. * O sola rerum gestarum digna commemoratio, quæ nomen historiæ nobilitet! opus ipsum scriptori fructus in-

ingens eſt non aliam quærat mercedem, ſuô labore ſaginetur. Non eſt, quod incruſtet narrationem coloribus, quod inſpergat ſtellulis dictionum, quod ſecet verborum agmina, interſectis oratoriis gemmis, Habet illa ſimplicitatem pro decore, pro ornamentis nuditatem, veritatem pro commendatione, pro ætate æternitatem, legentium ſalutem pro fine. * Hiſtoria ad orationem alendam, & firmis veluti adminiculis ſuſtentandam plurimùm valet. Nec is à verô aberrarit, qui eam veluti eloquentiæ horreum quoddam nominarit. Eſt ejus certè vis admirabilis, ex quâ efficitur, ut unius hominis mens ex omnium mentium & ſeculorum perfectione, in unum ſapientiæ acervum coaleſcere videatur. Quid divinius, quàm omnia noſſe, quàm diſjunctiſſimas regiones velociſſimi ſyderis more luſtrare? quàm omnium ætatum memoriam, res geſtas, facta, exempla percenſere? quàm imperiorum ſtatus, ortus, progreſſus, viciſſitúdines, decurſus, exitus monumentis aſpectu contemplare? Quid illuſtrius, quàm regendi militandique diſciplinam, clariſſimarum virtutum effigies, in unam veluti tabulam congeſtas inſpicere, præterita cum præſentibus comparare, alieno damno ſapere, ſalutaria inde præcepta ad omnem vitæ culturam decerpere.

In quâ pura eſt, atque illuſtris claritas; in quâ diſtinctæ, ornatæ narrationes habentur, & regiones ſæpenumerò atque pugnæ deſcribuntur, interponuntur etiam conciones & cohortationes: nihil in eâ falſi, nulla ſuſpicio gratiæ, nulla ſimultatis; & exitu plerumq; tali concluditur, ut expleatur animus jucundiſſimâ lectionis voluntate. * Quæ res geſtas, veteremque memoriam omnem continet, quæ bellicoſarum gentium, imperioſorum populorum, potentium Regum, fortiſſimorum virorum glorioſa & illuſtria facta com

memorat; quæ continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei, fortitudinis, atque omnis denique virtutis exempla quamplurima, & quàm pulcherrima ante oculos ponit; quæ ipſi non modò magnâ cum voluptate & admiratione legentes intueantur, ſed maximò etiam cum fructu imitentur. * Quæ Philoſophus inſtruit; minores omnes artes adornat, juvenes prudentiâ cum ſenioribus æquat, ſeniores eorum, quos experti ſunt, caſuum comprobatione confirmat, Senatorum ad Rempubl. Imperatorem ad rem bellicam complectendam impellit, & quod caput eſt, omnes homines ad virtutem colendam incredibili quodam gloriæ ſtudio, atque eximio immortalitatis amore accendit. * Ex quâ uberiora exempla aut fortitudinis ad mortem pro Republ. oppetendam, aut prudentiæ ad perniciem præcavendam; aut induſtriæ ad propulſandam ornat. * Hiſtoria ſimulachrum quoddam eſt Philoſophiæ, quæ in actione conſiſtit; ut ſive virtutum ad imitandum, ſive vitiorum ad declinandum exempla cupiamus, ſive morem Majorum ad cognoſcendum; ſive res geſtas ad providendum, quæramus, non à Philoſopho aliquo facilius, quàm ab egregio ſcriptore hiſtoriarum aliquo petere nobis liceat. * Magnum profectò illud eſt, ac neſcio an dicam maximum tantæ artis, quanta eſt veterum temporum antiquitatisque cognitio, magnitudinem verbis conſequi, atque oratione complecti: quæ nè animo quidem ſatis ac mente comprehendi univerſa videtur poſſe. Hæc enim cùm ſuis per ſe inſtrumentis, ac ſuâ ſupellectili inſtructiſſima atque ampliſſima eſt, tum vetò reliquis disciplinis omnibus tanta adjumenta atque ornamenta ſuppeditat, ut qui hujus notitiæ ſit expers, is planè nihil ſcire, nihil ex iis, quæ aut ad vitæ uſum, aut ad humanitatis cultum attinent, intelligere videatur. * Certiſſima divinæ benignitatis obſes, veritatis mater vitæ norma, actionum propagatrix pru-

prudentiæ, ut quidam apud Græcos loquitur, metropolis. Hæc ætatem hominis cum ætate æquat universi, hæc imaginem non corporis, sed vitæ, sed consiliorum, sed animi, ad posteritatem transfundit & expressam, non in ære aut ferro, non picturæ beneficio aut plasticæ, sed in literarum monumentis, immortali rerum ac verborum copiâ delineatum, omnibus spectandum exhibet. * Non minùs interest Reipublicæ, esse, qui præclara gerant, quàm qui præclarè gesta, nunquam intermorituris literarum monumentis consecrata, ad memoriam Posteritatis transmittant; nè in ipsâ patriâ qu si in remotissimis terris peregrinari videamur. Ac cæterorum quidem Populorum prospera vel adversa claris Authoribus memorata sunt; nec defuisse putem primis clarissimæ Gentis temporibus dicendis decóra ingenia, sed Ducum quàm Scriptorum copia uberior, & major famæ aut rerum, quàm literarum librorumque cura fuit; cùm optimus quisque facere quàm dicere, & sua ab aliis benefacta laudari; quàm aliorum ipse narrare mallet. Pulchrum quidem est benè scribere Reip. etiam benê scribere haud absurdum. Solos verô in conscribendis egregiè factis & institutis suis. (*Gallos*] elingues extitisse, id demum vehementer miror. Unum illud est, quô nobilissimæ Gentis supina incuries excusari possit: scriptis facta antepositi, & publico Orbis terrarum sensu ac voce, meliùs ac laudabiliùs ad posteros propagatum iri sua facta existimavit: quàm si popularium suorum literis consignata legerentur. - - Tantum famæ ac nominis apud Posteros; quantum suis pro Rep. factis peperissent: memoriam virtutis suæ altius in liberorum suorum animis, quàm librorum monumentis per continuam & traducem laudem infigere malebant... Verùm cùm aut nostris, aut non ità remotis retrò annis, in hominum manus nonnulla exierint, quibus passim ex

incondito memoriarum acervo propè collectis, gentis illius gloria haud parùm enituit : quia Reip. intereſt, ut facta quæque Poſteritati tradantur ; eadem cupido incesſit vindicandæ ex tenebris obſcurioribus, ac fœdo propè oblivionis ſitu eruendæ (*veteris Galliæ*) ut & Majorum præclaræ res videantur memorenturque, & his excitati, qui à tam claris Parentibus oriundi ſunt, avitum decus adæquent augeantque. Mihi Hiſtoriam ſcripturo (*Carolus.*) velut libamentum duraturæ induſtriæ placuit: ſimul tueri munus meum à [*maximo Rege*] injunctum ; opere, ſi non vaſto, vario tamen, quia Martiali, &, ut nullum ſinè cladibus bellum eſt, cruento. Te tibi ego reddam, *famæ et ſimul veritatis myſtæ*, nulloque corruptus beneficio, pari ingenio & fide ab æternis virtutibus tuis omnem temporis hominumque injuriam depellam. Vos, qui nunc vivitis ; & qui victuri poſteà, amate immortalitatis curam ; tum ſi hæc geſta & ſcripta placent, gerite ipſi, quæ ac ſcribi poſſint, aut ſcribite, quæ ſic geſta ; ut rara ſint & ſcitu digna, cùm nullâ facundiâ celebrantur, famâ & æternitate excidunt.

SENTENTIÆ. Hiſtoria tibi à nobis columna, Herculeis columnis ſublimior ac ſplendidior. [*Naz.*] Hiſtoriam conſecratam volumus, retinendæ veritatis causâ. [*Halicar.*] Hiſtoria egredi non debet veritatem ; cùm honeſtè factis veritas ſufficiat. (*Plin. jun.*) Haud voluptatis ergô tantùm hiſtoriarum cognitione oblector ; ſed potiſſimùm quòd ea ad benè beateque vivendum viva exempla & commonefactiones ob oculos ponant. (*Frid. Six D.*)

SIMILITUD. Ut in picturâ faciem prævisam faciliùs agnoſcimus : Sic in Hiſtoriâ noti moris exempla. (*Laps.*) Ut vita noſtra publica eſt, ſic ſcriptio. Illa ab ævô in ævum : ſic & Annales, qui ævum repræſentant. [*Idem.*]

HIS-

Digitized by Google

HISTORICUS. Hiſtori-Schreiber. *Hiſtorien.*

SYN. Hiſtoriographus. ADJU. Sincerus, prudens, ſeverus, gravis, litteratus. PHR. Hiſtoriarum auctor. Rerum Romanorum florentiſſimus auctor. Hiſtoriæ ſcriptor. Qui monumenta hujusce belli compoſuit. Qui res geſtas monumentis conſignavit, litteris complexus eſt memoriæ ac litteris mandavit, publicis litteris proſecutus eſt, hiſtoriæ mandavit, publicis commentariis conſignavit, in commentarios retulit, commentariis inſcripſit, annalium monumentis commendavit, & poſteritati propagavit. Qui ſtudium ſuum conſumpſit in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Qui ſcripſit Hiſtoriam univerſalem ab exordio Mundi ad hæc usque tempora. Qui conſcripſit dicta & facta memorabilia. Qui Hiſtoriæ univerſalis amplisſimum poſt ſe volumen reliquit. Qui ea, quæ ab hominum memoriâ propter vetuſtatem remota, è litterarum monumentis eruit. Prudentiſſimus Annalium conditor, & aulicarum artium vaferrimus indagator. Qui res gentium, conſuetudinesque variarum varias litteris ſuis incidunt, ac poſteritati transmittunt. Qui ſummis ingenii viribus res fortiter geſtas ab interitu vindicant; & in Orbis terrarum memoriam ſempiternam ſpargunt ac diſſeminant.

AMPLIFIC. Hiſtoriæ ſcriptor perfectus, in rebus, ſeu recenſendis, ſeu omittendis, apprimè prudens ſit oportet, in judicandis ſincerus & integer; in exponendis, ubi convenire viderit, libertè audacterque conſtans; in multiplici earundem rerum narratione pertexendâ, ſibi conſentiens; in iis, quæ laude aut vituperiô digna ſunt, internoſcendis, ſagax & conſideratus: antiquitatis exemplorumque intelligentiâ præſtans; in ſententiis creber, acutus, & gravis; in publicæ rei, communisque vitæ ratione peritè verſa-

tus;

tus; actionum latentium ſolers & curioſus explorator; rei bellicæ intelligens; veritatis ſeverus aſſertor, doctrinâ excultus, dictione limatus, ſermone elegans.* Hi ſunt illi viri, qui tam in auguſto loco poſiti, quibus Magnus Alexander, quod jam vivit; Caſus Cæſar, quod adhuc triumphat; omnes denique & ubique Reges immortalitatem debent ſuam; Hi ſunt ſapientiæ Magiſtri, Præceptores veritatis, diſciplinarum omnium conſulti, delibati & decerpti ex æternitate animi; quorum alii ſexcentos, alii nongentos, alii etiam bis mille annos ſunt locuti; & humanæ vitæ brevitatem, claritate mentis extenderunt.

Hiſtoriæ multum operæ ac ſtudii deditus, gnarus illuſtria præcepta nullâ re magis, quàm exemplis illuſtribus cônfirmari. Et tùm ſacram, tùm prôfanam, tùm veterem, tùm novam, tùm domeſticam, tùm externam ita pertractabat, ut quacumque de re dicere ingreſſus eſſet, optimis & accommodatiſſimis exemplis ad confirmandum id, quod volebat, nunquam non abundaret. Quid de temporum ratione: quid de terrarum ſitu: quid de populorum inſtitutis, ingeniis, moribus, fœderibus; quid de quarundam gentium inter ſe, aut naturali conſenſione aut odio vetere & ingenito loquar? quarum ille omnium rerum tantam notitiam habuit, ut id unum totâ vitâ egiſſe videretur. * Si in Romanâ verſetur hiſtoriâ, natat cum Cocle, cum Quinctio arat, cunctatur cum Fabio; cum Marcello Pœnum, cum Nerone Aſtrubalem invadit. Si in Græcâ, cum Themiſtocle in mari, cum Lyſandro in terrâ, init prælium, fugit cum Ariſtide, cum Cimone carceri includitur. * Qui civitatum origines, ac inſtituta, qui inteſtinos motus ac bellorum incendia, qui conſilia, cauſas atque ventus omnium civilium actionum ſibi ad poſteritatis memoriam literis conſignanda, atque ab oblivione hominum vindicanda putavit. * Qui finem habet

pro-

Digitized by Google

propoſitum perpetuitatem, immortalitatemque rerum geſtarum, quarum transmiſſione ad poſteros faciliùs homines ad honeſta ac ſalutaria concitentur, èturpibus verò noxiisque terreantur; atque in univerſum diſcant ex præteritis conſilia capere in poſterum, remque ſuam cùm privatam tùm publicam regere Majorum exemplis. * Quem æras & longa rerum experientia, & pertractatæ res manibus & oculis luſtratæ docuerunt, qui nec damna timeat, nec honores, opes, gratiam à calamo ſperet; & quem nullus affectus in transverſum rapiat, nullæque ſecures à vero deducant, cum omnibus ſit minor, & ferro major, ut cui cum Socrate pro vero mori etiam jucundum. * Historici Mendaces. O qui noſtri temporis legat hiſtoricos, non videat, & ſimul indignetur? Ubi nunc veteres Satyri? ubi meriti calamorum dentes? & illorum quisquam hiſtorici mereatur nomen? quantæ mixtæ veris fabulæ? nec ſua ſcivere, nec aliena, quid quòd tam densè in ſuis, quàm mentiantur in alienis? quos non hiſtoricos, ſed perpetuo rerum ſuarum laudatores reperies, tam plenos adulationum, quàm verborum, tam confertos mendaciis, quàm ſententiis: & cùm aliena damnent omnia, ſua probant omnia, & quocunque capillo trahunt in id, quod volunt, non quod fuit. Alii tam minutis dictis, factis, amoribus, odiis, adeoque & cogitatis hiſtoriam implent, ut nec hiſtoricos, nec morum ſcriptores, nec laudatores, nec accuſatores, ſed miſtum quoddam genus, Æſopi graculum enaſci videas, & dici tamen, & haberi hiſtorici volunt. * Qui extra omnesomninô Hiſtoriæ leges vagantur; omnium aut ignari, aut inſitâ animis improbitate; ſpontanei prævaricatores, bis ſceleſti, mente & calamo; bis naufragi veritatis, & probitatis, in Deum & patriam; bis impudentes ore & manu, idque tam coævis quàm poſteris. * Paucisſimi in hiſtoriam nati, quia

quia pauci in prudentiam, & quia rara prudentiæ & elegantis dictionis miſtio, perdifficilis hiſtoriæ ſcriptio eſt, quæ prudentiæ plurimum depoſcit, cùm prima hiſtorici virtus prudentia ſit veritati innixa, altera conſtantia, tertia animus in neutram partem degenerans. * Quid agas cum hac impudenti noſtri ſeculi ſcabie? In omnium oculis tam apertè mentiri quenquam? Ego ſanè veriora mihi à Plauti, Terentii, Senecæ Tragici, quâm ab illorum calamis ſpondere poſſum, ut non ſemel in illis Apulei Aſinum legere me arbitrarer. Et neſcio, qui propiores vero ſint. * Ubi ætatis noſtræ verecundia? Cœnatum iviſſe credo ad Æthiopes, & non ſemel cœpi dubitare, annon aſſiduâ mentiendi licentiâ eò veniſſent, ut nec ſi vellent, vera dicere poſſent; & fortuitò vera dicerent, ſi quando dicerent præmeditatò falſa: Eoque mentiendi conſuetudinem veniſſe, ut falſa pro veris haberent & haberi ab omnibus vellent. Et propè omnium linguis libuit ſcribere; ut omnibus linguis liceret mentiri. O quis mihi Deus ſcriptores hos omnes trabalibus voluminibus immergat mari, Ægyptiaco ſepulchro.

HISTRIO. Gauckler. *Charlatan.*

SYN. Mimus, ludio, *vel*, ludius, comœdus, circulator, geſticulator, actor, archimimus, præſtigiator, veterator. ADJU. Lætus, navus, ſolers, palæſtricus, dexter, peritus, hilaris, feſtivus, verboſus, jocularis, ſcenicus, invenuſtus, protervus, argutus, induſtrius. PHR. Hiſtrionicâ clarus. Geſticularius Tragœdiarum Hiſtrio inter cœteros clarus. Tibicen, & ſcenicus artifex. Hiſtrio famâ celebris, qui geſtûs & vocis claritudine & venuſtate cæteris anteſtat. Scenæ artifex, qui tragœdias Poëtarum nobilium ſcitè atque aſſeveratè actitare ſolet. Scenarius artifex, Roſcii perſonam præclarè in ſcenâ tractans; Fabulam

pera-

peragens; agens in ſcenâ geſtum. Neurospaſtæ, aut, ii, qui agilitate quâdam ac celeritate manuum levibus ac politis calculis huc illuc movendis, ſpectantium oculos eludunt. Hiſtriones ſcenici, infelix claudicantium agmen, qui chorago intus rem gerentes, ſpectatores cum tibicine delectant. Qui ut propter probitatem indignus, ità propter artem ſolus ſcenâ dignus judicatus eſt.

DESCRIPT. Spectatis, nî fallor, aliquando cum riſu, cùm neque dum ex ephebis exceſſiſſetis, præſtigiatores neſcio quos, in foro jucundiſſimis quibusdam jocis oblectantes detinentesque plebeculam. Ubi pecuniarum corraſum eſt ſatis, ubi ſpectatorum crumenæ ſatis emunctæ, ſatis exinanitæ ſunt; ſublatâ cortinâ nugarum verſipellis architectus, in proximum pegma, cadurco centonique ad imum usque obductum ſubit. In fronte ſuprà eleganter depicta, ſcenâ in hemicycli formam ſinuata panditur. Mox intus audias totum muſſitare choragium, ſtrepere, turbas ciere, dando ludo ſe adornare. Hiſtriones, mimi, ſanniones jam in proſcenium geſtiunt prodire. Nec mora; proſiliunt ſubitò, hinc ex argillâ fictæ imagunculæ, illinc ex ſcrutis fartæ compactæque Rupæ, hinc venuſtula oſcilla, illinc argutula ſigilla, torno affabrè elaborata. Hæc cùm ſenſu ſpirituque careant, artificio ac technis animantur. Cernas illa corpuſcula nunc ſeſe librare in ſaltus, nunc choreas ducere, nunc in factiones diviſa concurrere. Quid? larvata illa ſpectra, perſonatique, ut ita dicam, lemures, brachia dexterè in orbem torquent, caput modicè inclinant, argutiis digitorum perquàm blandè micant. Voce, ad aurium captandam voluptatem utuntur acutiſſimâ; ſibilant potiùs, quàm loquuntur. Officiosè aliquantiſper, ac familiariter inter ſe agunt. Si ſpuunt, ſales ſpargunt; ſi ridere conantur, hinniunt; ſi queruntur, gallinam glocire, aut gannire vulpem putes; ſi minantur,

tur, mures acutum quid ſtridere videntur. Interim tota concio in cachinnos diffuſa riſu diſrumpitur. Quid plura? A facetiis tranſitur ad jurgia, à jurgiis ad manus, à manibus ad plagas. O præſtigias oculorum! O illecebras! En commentitii homunculi ſubirati, pictos è vaginâ nudant gladiolos, ſicis enſiculisque minitabundi, alii in alios invadunt; altè librant hi in hoſtem ictus; illi ſupernè cædunt, iſti pectus fodiunt; illi latus ſubjacto mucrone hauriunt; donec ſicariorum unus ex illis audacisſimus, palmari è fiſtulâ, quid dico palmari? vix digitali ex tubulo, repentè diſplosâ papyri glande, primum quemcunque temerè obviam factum reſupinat. Audito bombo omnes terga vertunt, pedes in fugam avolant. Quis jam Cato tam rigidus, quis caperatæ adeò frontis Fabricius, tam feſtivo ſi interſit ſpectaculo, rugas non remittat?

HOMERUS.

ADJU. Magnus, vinoſus, inſignis, æternus, antiquus, cœcus, ſapiens, divinus, ſacer, gravis; ſublimus, jucundus, immortalis. PHR. Mœonius vates. Paranymphus Achillis. Antiquisſimus, & omnium Poëtarum Pater. Numine afflatam, & divinam ſortitus naturam. Qui verſus tantâ fudit ſuavitate, ut toti poſteritati ſint admirationi. Cujus Poëma, æternum laborum & rerum geſtarum in Græciâ præconium. Fons ille, imo Oceanus ſapientiæ. Homerus omnis Philoſophiæ Pater graviſſimus, & ſapientiſſimus author, à quo ceu fonte perenni, quidquid in omni doctrina eximium eſt, emanavit. Ille ingeniorum fons, rerumque omnium comprehenſione feliciſſimus. Antiquisſimus Poëtarum, qui fons quidam fuit eruditionis & copiæ, cuique nihil latuit eorum, quæ in naturis hominum magna & memorabilia videri poſſunt.

AM-

Digitized by Google

AMPLIFIC. Ingeniorum ille Phœnix ſcientiarumque fons Homerus, & humanæ terminus admirationis, quem antiquitas veneranda ore patulo vomentem ità repræſentavit ; ut defluentes ab ejus ore liquores ac flores, in amphoris & caniſtris colligerent Philoſophi, Jurisconſulti, Oratores, Aſtrologi, Poëtæ, Medici, Pictores. * Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum : Chii vendicant ſuum, Salaminii repetunt : Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant. Itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt : permulti alii præterea pugnant inter ſe atque contendunt. * Dionyſius Longinus Homerum modò Soli orienti, modo Oceano comparat, & rectè : Ut enim Sol fons lucis, Oceanus ortus puteorum & aquarum omnium parens : Sic Homerus omnis doctrinæ, addo cum Juſtiniano Imperatore, omnis virtutis pater. Atque ut Solis radiis veſtiuntur, calore animantur, Oceani venis reſperguntur, & aluntur omnia : ſic ex divinis Homeri carminibus, lumen, ſpiritum, alimentum, Nectare & Ambroſia ſuavius, literæ perceperunt. Accedit, quòd ut in Sole oriente & occidente gratiſſimi colores & oculorum miraculum cernuntur ; In Oceano tot rerum opulentia, tot litorum decor, tot inſularum amœnitas delectationem conciliat : Sic in Homeri Poëſi tot margaritæ, tot lumina, tot faces, tam varia, tam recondita, tam prompta rerum omnium copia, decus, voluptas ſinè ſatietate delectet. * Quanquam non eſt publici ſaporis Poëta, nec eos capere poteſt, qui Græcarum literarum imperiti eundem Latinè legunt, aut puerilis amplificationes ſententiarum ponderi & eloquentiæ gravitati præferunt. Quos nihil mirum eſt de Homero pro ſui ingenii modulo ſentire, longè aliter ille Antipater Sidonius, qui non modò Poëtam, ſed Oratorem ; non Oratorem tantùm, ſed Suadæ medullam : nec Suadæ medullam modò, ſed Suadam

ipſam mundi & magnum Os nuncupat. * Magni viri eſt, ut ait Quintilianus, virtutes Homeri non æmulatione, quod fieri non poteſt, ſed intellectu ſequi: quippe: qui humani ingenii modum excędat, & omnes ſinè dubio in omni genere doctrinæ procul à ſe reliquerit: Ità poſteritates non tantùm poëtæ, ſed etiam Philoſophi cæteriique Scriptores ab Homero plurima ſumſerunt: Unde non ſinè causâ clamat Ovidius:

Aſpice Mœonidem; de quo ceu fonte perennì
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

HOMO. Menſch. *Homme,*

SYN. Mortalis, Homuncio, Homulus, Homunculus, Terrigena. ADJU. Fragilis, caducus, vilis, miſer, infelix, imbecillus, ærumnoſus, eruditus, prudens, abundans conſilio, abjectus & ſemivivus, auſterus & gravis; non modò incolumis, ſed etiam ampliſſimus atque ornatiſſimus; perfectus & politus, & conſtans; infirmiſſimus, ac deſperatiſſimus, ingenioſus, atque eruditus & furioſus; religioſus, & ſanctus; timidus ac tremens: væcors, efœminatus, injuſtus, otioſus, paratiſſimus ad omne facinus; ſapiens, & altâ quâdam mente prædituſ; doctus, & philoſophiæ deditus, imprimis ingenuus, perurbanus, inconcinnus; perfacilis in audiendo, & perpugna in diſputando; à juris ſtudio non abhorrens; cupidus & locuples: clariſſimus in judicio, maximisque in rebus probatiſſimus, & omnium exiſtimatione ornatiſſimus; frugaliſſimus, atque integerrimus; ſtudioſiſſimus cupidiſſimusque exiſtimationis; acer & acutus in cogitando; graviſſimus & ſeveriſſimus; litigioſus, nocentiſſimus, pecunioſiſſimus; compoſitior ad judicium; perditiſſimus

mus atque alieniſſimus; acrior in rebus gerendis, diſertiſſimus in defenſione, frigidus in accuſatione; tardus & parùm efficax; vitæ communis ignarus; fereus, omnium nequiſſimus; ſceleratior; improbiſſimus longè poſt hominis natos; turbulentus; vigilans & induſtrius; calamitoſus; ferus ac perinhumanus; ad ſingularem quandam facultatem natus; impeditiſſimus; taciturnus, ſubhorridus, atque invictus; flagitioſiſſimus; inconſideratus, luculentus, profligatus. [*Ex Cic.*] Turpi ex luto concretus, natus in curas, variis fortunæ vicibus *vel* caſibus expoſitus, obnoxius; irrequietus.

PHR. Animal divinum, Mundi miraculum magnum; præclarô rationis donô ornatum; præpotentis DEI præ ſe imaginem ferens. Quem natura ingenii acumine illuſtravit, & mentis divino munere cumulavit. Quem generis noſtri parens ex animo & corpore compactum, hujus miſeræ univerſitatis Dominum deſignavit. In lucem procreatus, & in lucem editus, atque illo admirabili divino munere mentis ornatus. Qui non ad otium, non ludum, non illecebras ac voluptates; ſed res graves atque arduas eſt procreatus. In quem DEUS congeſſiſſe videtur omnia, quæ in res cæteras, aliud alii tribuens, diſpertiit. Microcoſmus, i. e. parvus mundus. Qui ſpiritu cælitùs hauſto eſt afflatus; & impreſſam divinitatis imaginem animo ſuo circumfert in hoc Orbe. Inter animantes Homo, dominus eorum ac domitor, mundi miraculum, ſimulacrum DEI.

AMPLIFIC. Hominem monſtrum dixeris teterrimum, cujus intellectus ſit abyſſus caliginis, & tenebrarum; Mens officina malitiæ & impietatis; Voluntas, Euripus continuus perturbationum iræ, invidiæ, odii, triſtitiæ, timoris, ſpei, puſillanimita-

tis fluctibus exagitatus; Appetitus infernus, in quo mille cupiditates, mille abominationes dominantur; Cujus oculi velut duo canales ignei, ex quibus concupiſcentiarum carnalium ſcintillæ evibrantur; Lingua inſtrumentum blaſphemiarum, execrationum & juramentorum; Facies larva fallaciſſimæ hypocriſis, picta fictaque adulterinis coloribus, Corpus ſpongia fœdiſſimis tumens ſordibus atque ſtercoribus; Manus Harpyarum purulenti ungues; Tandem ubi perfidia & infidelitas pro fide, pro lege diſſolutio, pro ratione libido, iniquitas pro æquitate, venter pro numine eſt. * Arriſimus aliquando Græcis, qui Hominem Poëma à DEO deſcriptum nuncupaverunt, cujus in fronte imago Auctoris impreſſa, cujus titulus, Compendium Divinitatis. Sed ô quantis ille mendaciis eſt corruptus, quando unius hominis errore factus eſt omnis homo mendax! quantis involutus eſt obſcuritatibus, quando per intempeſtivam lucis ambitionem obſcuratus eſt omnium intellectus! quantis reſperſus eſt maculis, quando per unum hominem peccati macula ingreſſa in mundum pertranſivit in omnes! quam abominandâ & plusquam Ulyſſæâ Metamorphoſi, pluſquàm Pythagoricâ Metapſychoſi deformatus eſt, quando comparatus jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis: quando homines verſi in malitiam (cùm Boëtio loquor) humanam quoque amisêre naturam; quando expunctâ ſui Auctoris imagine pro variô quisque degenerantis à DEO animi inclinatione ambitiòſus leonem, ſuperbus equum, luxurioſus ſuem, invidus canem, doloſus vulpem, inſidiator aſpidem induêre; ut Boëtii effato, transformati vitiis non potuerint homines æſtimari! quando quem *Deus* præfixerat titulum, Compendium *Divinitatis*, faſtidioſè dedignati, Typum mundi inſcripsêre.

Homo

Homo quem vocavit Plato miraculum, Plotinus aliquod omne bonum; Ariſtoteles parvum mundum, Socrates parvum *Deum*. Cur miraculum? quia fictus ratione *DEI*, ſuper rationem hominis. Cur aliquod omne bonum? quia quicquid eſt extra hominem boni, id eſt in uno homine boni. Cur parvum mundum? quia quicquid eſt per ſingula ſparſum, id eſt in unius hominis anguſtias coactum; vegetat ut planta, ſentit ut bellua, ratiocinatur ut Angelus. Cur parvum DEUM? facit in magno mundo multos quaſi parvos mundos, ſive fingat ex argilla, ſive formet manu. * Quid, quæſo, habet homo, cùm primùm in hoc corporis gurguſtio habitare inceperit, quæ laudes, quidque admireris? ac potiùs quæ non repellis? quæ non deteſteris? nam ſi pulchritudinem ſpectes, putidiſſimô pudore omnia inficit, ſanguineâ tabe undiqne ſqualet, ità ut videatur totus ex turpitudine pluſquam belluinâ concretus, ità ut nihil tetrius, erubeſco, dicendo, ſi felicitatem cogites, clamoribus omnia complet, periculis undiquaque implicatus cùm nec vires languentes cibo fulcire, nec pericula imminentia conſilio ſubterfugere, nec malum a bono, ſuave ab amaro, inditâ naturæ vi innoſcere poſſit, ità ut nihil ſit eô abjectius, contremiſco cogitando. Si prudentiam deſignes, in nullum non genus periculi irruit: matrem, in cujus viſceribus miſellus incluſus fuerat, labore conficit, angore percellit; in fimo ſuo tanquam lutulentus ſus volutatur, ut nihil eo ſtultius, nihil miſeriùs: perhorreſco ſcribendo. At verò poſtquam acceſſerit nutricis labor, poſtquam parentum diligentia ejus vitam moribus finxerit, præceptorisque induſtria mentem pietate imbuerit, habebis quod admireris, quod ſuſpicias, in quo obſtupeſcas. * Cœleſte hoc animal, cui homini fecêre nomen, quid divinæ in terris pro-

videntiæ, quandam quasi repræsentat imaginem, urbes constituit ac fundat, bella gerit; pacem moderatur, eventuum diversitates examinat ac intuetur, & ex illis quod ex usu sibi aliisque sic constituit, momentum unum supereſſe.

Homo animal ratione præditum, providum, sagax; acutum, multiplex, memor, plenum consilii, quod maria, terras, cœlum mente atque cogitatione complectitur: quod unum ex tot animantium generibus, ratione ac sapientiâ DEUS, socium assumsit. * Qui formatus est ab initio, non ex auro, quod plurimi homines majori, quam DEUM ipsum, amore prosequuntur; non ex argento, quod ab omnibus pretiosum æstimatur: non ex smaragdis, unionibus, chrysolithis, aut aliis id genus lapillis, qui pretiosissimi creduntur: sed ex limo terræ; hoc est: è luti flore. * Quid est Homo? somnium umbræ, respondebit Pindarus: Quid est Homo? Simulacrum quoddam, dicet Sophocles. Quid est Homo? Ipsa calamitas, dicet Herodotus. Quid est Homo? occasio miseriarum, dicet Philemon. Quid est Homo? folium caducum, dicet Gomerus. Quid est Homo? imbecillitatis exemplum, temporis spolium, lusus fortunæ, mutationis imago, invidiæ & calamitatis trutina: præter illa: nihil aliud nisi pituitæ aliquantulum & bilis, dicet, & jam olim dixit Aristoteles. Hoc sive animal sive monstrum potiùs, cujus totus Orbis ambitionem non capit, fletu spectatores salutat, neque oratione primas agit partes, sed lacrymis. * Interjectum quodammodo & intermedium est hominum genus, inter animantes consilii expertes; & inter purissimas illas mentes, ab omni corporis societate secretas: ità ut illis quidem superius perfectiusque sit, his autem inferius, minusque perfectum.

Crea-

Creatus ab omnipotenti rerum omnium Conditore Imperator Orbis homo; talem ipsum agnoscunt universi, nec imperium ejus animantia recusant; cœlum erecto vultu spectat, & animo suo stellarum claritatem æmulatur. Ità conformare se contendit, quantum quidem fas esse potest ad excellentiam majestatis Conditoris sui: abhorret ab eo, quod aspectum turpitudine lædit & animam offensione quadam percellit: sic ad honestatem duntaxat illum DEUS excitavit, & quâdum prædituм illi gravitate corpus est largitus. Quem naturaliter animantes metuunt, aspectum, umbram, vocem, minas ejus fugiunt: verborum metu non modò mansuetas oves in gregem agit: sed etiam feroces equos pati frenum, onera ferre, currus trahere; vastæ molis elephantos subire turres, per extentum funem ambulare, canes avidos prædam finè vulnere dimittere cogit: ursos leonesque mansuefactos habenis ducit: nec in hominem insultare audent feræ, nisi vel injuriis irritatæ, vel fame stimulatæ, vel aliâ perturbatione incitatæ.

Homo suis propè coloribus depictus? hoc nobilissimum animal cœlo erectum, cœlo factum, cœlo destinatum, meritò desinit esse non modò providum, sagax, multiplex, acutum, plenum rationis & consilii: sed etiam memor. * Quem Animam divinam, magni DEI simulacrum! parvum mundum, audaciſſimæ naturæ miraculum: mortalem & terrestrem DEUM: vicariâ DEI potestate dominum omnium procreatarum rerum sapienter vocant. * Homo animal illud naturâ civile, id est, civitati, hominumque cœtui colendo natum; & congregabilius quàm apes, quàm animantia quædam. quæ gregatim vivunt. * Homo concedens, erectus status: caput in vertebris suis mobile, oculi ignei, & altum petentes: manus & pedes agiles: omnia membra in mutuum auxilium apta & nexa: stylus defi-

cit in exteriore illa formâ describendâ: interiores dotes audebit liberare. * In quo quemadmodùm in magno mundo cuncta rerum genera divinitùs illigantur; mortalium & immortalium; cœlestium & terrestrium, sicut complexu devinciat suo vitam arborum, sentum animalium, rationem beatarum mentium, divino simile imperium; tum terram, aquam, aërem, ignem; & supra omnia simulacrum quoddam cœli capite præferat stellis illustribus splendens, quæ si non claritate cœlestia sidera, certè præstantia lacessunt. In hoc præter astra minora sensuum, duo splenditissima sidera collucent, rationis & o rationis nominibus consignata; quæ lampades illas maximas astrorum principes, geminos cœlestis Orbis oculos; diei noctisque arbitros, Solem & Lunam similitudine referunt. * Quem confictum ex argillâ, duabus tamen præstantissimis facultatibus DEUS adornavit, quibus à reliquis animantibus segregatus illis præstantior esset dignitate cœlestibus mentibus penè par, & ipsi DEO ratione quadam admirabili simillimus. * Qui timoris aliquid à lepore, non parum calliditatis à vulpe, ambitionis plurimum à pavone, à tigride satis ferociæ, nonnihil magnanimitatis à leone, ab asino stoliditatis quantum sufficit, aliaque excerpsit, hominique opportunè inseruit aque in loco simulacrum hominis collativum absolvit.

Quem, amabò, hominem esse judicas? Quem hocillustri nomine dignum arbitraris? Eùmne, qui felicitatem turpissimis in rebus sitam existimans, nihil sibi expetendum putat, nisi quod corporeos sensus, inani aut obscœnâ delectatione permulcet? qui nihil cogitans, de honestate vitæ, & officio rationis, eò fertur amens, quò voluptas illicit, quò libido rapit, quò cupiditas incitat? Eum tu hominem appelles, qui curas omnes suas ac cogitationes refert

refert atque consumit, in coarcervandis per fas & nefas opibus, auroque cumulandis arcis, ac proferendis latifundiorum limitibus? Hominem nominare audeas, qui in id opum incumbit, ut omnes umbras falsæ gloriæ consectetur, ut luxu diffluat, otio torpeat, epulis indulgeat, gulæ abdominique serviat, in omni voluptatum genere sese volutet & immergat? Egregiam verò speciem, dignitatemq; Hominis, quem summus omnium Opifex Deus, præposuit terrarum Orbi, cujus imperio subjecit omnia, cujus causâ universam condidit mundi molem! Ille, ille Homo dicendus est, qui magnitudine consilii, tolerantiâ rerum humanarum; virtutibusque omnibus ut mœnibus septus, spernit voluptates, refrænat libidines, coërcet avaritiam, improbissimis dominis dedecori ac turpitudini non paret. Ille homo est, quam effrænatus non impellit amor, non abducit odium, non extollit audacia, iracundia non accendit, lætitia non effert, voluptas & timor non frangit; qua nec molestiâ tabescit, nec mœrore conficitur, nec futuli gestiens alacritate deliquescit. Hic ille Homo est, quem Diogenes olim quæritabat, quemque ut faciliùs inveniret, lucernam accenderat. * Quid est Homo? quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile. Jactatu, non tempestate magnâ, ut diffliperis opus est, ubicunque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus, & fragile, nudum, suaptenaturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, cùm benè lacertos exercuit cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima, ex infirmis, fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstûs, laboris impatiens, ipso rursus situ & otio iturum in tabem. Alimenta metuens sua, quorum modò copiâ, modò inopiâ rumpitur, anxiæ sollicitæque tutelæ precarii spiritus & malè cohærentis. Soli semper nutrimen-

tum vitioſum, & inutile. Miramur in hoc mortem unius qua ſingulis opus eſt? nunquid enim, ut concidat, res eſt magni molimenti? Odor illi, ſaporque & laſſitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & ſinè quibus non poteſt vivere, mortifera ſunt, quocunque ſe movet, ſtatim infirmitatis ſuæ conſcium, non omne cœlum ferens, aquarum novitatibus, ſtatusque non familiaris auræ, & tenuiſſimis cauſis, atque offenſionibus morbidum, putre, caſſum, à fletu vitam auſpicatum. Cùm interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal movet? in quantas cogitationes oblitum ſuæ conditionis venit? immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes, pronepotesque diſponit: cùm interim longa conantem eum mors opprimit, & hoc quod ſenectus vocatur: pauci ſunt circuitus annorum.

SENTENTIÆ. Homo naſcitur ad laborem, ut avis ad volatum. (*Job. 5.*) Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. (*Job. 14.*) Homine nulla immanior fera, ſi ſibi relinqueretur. (*Aug.*) Homo ad contemplandum Creatorem ſuum conditus eſt. (*Greg.*) Quia Homo de humo ſumptus eſt, judicia DEI diſcutere illius non eſt. (*Idem.*] Vide, Homo, dicit Mundus, quomodò amavit te, qui propter te fecit me? Servio tibi, quia factus ſum propter te? ut ſervias illi, qui fecit me & te: me propter te, & te propter ſe. Si ſentis beneficium, redde debitum: Si accipis benignitatem, reddo charitatem. (*Hugo.*) DEUS animal unum ſpectabile, Hominem, in quo omnia animalia continerentur, effecit, [*Cic.*] Animal hoc providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilii, quem vocamus Hominem, præclarâ quâdam conditione generatum eſt à ſupremo DEO. [*Idem.*] Omnium animantium formam vincit hominis figura. (*Id.*) Omnia aliorum animantium cauſa

ſunt

sunt generata. Ipse autem Homo ortus est ad Mundum contemplandum & imitandum. (*Idem.*) Hoc natura præscribit, ut Homo Homini, quicunque sit, ob eam ipsam causam tantùm, quod is Homo sit, consultum velit. (*Idem.*] *Homo* putredo est in exortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. [*Solon.*] Nihil videtur *Homine* stultius. [*Diog.*] *Homo* est imbecillitatis exemplum, temporis spolium fortunæ lusus, inconstantiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina; reliquum verò pituita & bilis. (*Aristot.*) *Homo* est magnum miraculum. (*Trismeg.*) *Homo* est DEUS mortalis. [*Pythag.*) *Plato* Hominem divinum genus appellavit; *Plotinus* Hominem Universum quoddam nominavit *Gregor. P.* Hominem universam creaturam vocavit. Homo est mens in carne, spectrum temporis, speculator vitæ, mancipium mortis, transiens viator, anima laboriosa. (*Ambr.*) Homines sumus sub incerto viventes; Et nescimus, quid pariat superventura dies. (*Cryfolog.*) Nos quid sumus? Humiles, imo humus. Quid sumus Homines, i. e. labi faciles. Quid est Homo? Respondet Seneca: Quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile; jectatu, non tempestate opus est, ut solvâris. Quid est homo? Audi Plinium: Lucerna in vento posita. Quid est homo? Qui ab ipso lucernæ odore perire potuit, à quo plerumque abortus. *Homo* umbra, pulvis. Quid est homo? Lutum, ut ille ait, scitè mixtum. (*Lips.*] *Homo* inconstantiæ imago est, temporis spolium, fortunæ lusus, corruptionis speculum, bulla detumescens, umbræ somnium, somnus vigilantis, pila quâ ludit DEUS, animal projectum ad omnem fortunæ contumeliam, & cunctas naturæ infirmitates. Videtur *Herodotus* inducere dicentem Solonem: *O Crœse, quivis homo nihil est aliud, quàm calamitas.* Necdum planè lucem vidit, & tenero vagitu ærumnas præsagit, lacrymulis prophetis infaustè sibi ominatur? nondum natus homo, fasciis

ut vinculis ligatur: ob quem alium reatum, nisi quia natus est ad vitam brevem, inconstantem & calamitosam? (*Anon.*) Homo est fortunæ lusus, mortis mancipium, versatile sepulchrum, fragile simulacrum, tenuis umbra, spirans cadaver, viva mors, pila quâ ludit DEUS. [*Idem.*] Quid est Homo; nisi ampulla sanguinis consecrata religioni, patriæ, veritati? (*Radau.*)

SIMILITUD. Sicut arborum illæ optimæ, quæ non florem solùm, sed fructum ferunt: Sic hominum, quibus præter ornamenta doctrinæ, vita etiam est ad frugem. (*Lipſ.*] Ut, pisces in salo nati & alti, salem tamen non referunt: Sic censendum homines, in hâc Mundi fæce, esse ipsos fine fæce. (*Idem.*) Sol post occubitum redit novus: Homo non item: [*Eraſm.*] Ut qui se meminerint inquilinos esse, & in conducto habitare; & modestiùs fugerunt, & minùs gravatim exeunt: Ità qui intelligunt, domicilium corporis ad breve tempus à naturâ commodatum esse & vivunt temperantiùs, & libentiùs moriuntur. [*Sen.*] Testâ nihilo melius sese habet naturæ humanæ fragilitas; adeò offensionibus patet; ac morte, & commodis facilè dissolvitur. [*Chryſoſt.*] Quid est Homo? Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent; sic corpora nostra, aut matura cadunt, aut citò acerba ruunt. Quid est Homo? Loci hospes, Legis imago, calamitatis fabula, mancipium mortis, vitæ mora: quo fortuna sæpè suos ludos facit. (*Epict.*) Platonis de homine commentum, quem currui similem cogitatione formabat: quia rationem pro auriga cursum equorum moderante dabat: pro equis currum trahentibus appetitum, & iram, inferioris animi partis vehementiores affectus tribuebat; qui sæpè, ut cum damno luctuque videmus in nobis, vel auriga turpiter ex incuriâ dormitante vel ex ignaviâ,

viâ, naturalis imperii habenas ſponte laxante ; vel de manibus ejus ac poteſtate per vim, atque furorem excutientes, currum per itinera devia, periculoſa, lubrica, prærupta ſcelerum & flagitiorum ferunt, trahunt, raptant; ac tranſverſum præcipitemque in imas valles ſaxis aſperas, rapidis torrentibus metuendas immittunt; ubi miſerabiliter, aut lapſu frangitur ac diſſipatur: aut undis obruitur jam vitioſus adoleſcens re familiari, valetudine, patriâ, exiſtimatione atque amicis amiſſis, & impotentia perturbationum indomitarum, in quandam miſeriarum omnium voraginem calamitatumque demergitur. * Ut doceam unumquemque noſtrum navi ſimilem eſſe, cùm ſcilicet è maternâ alvo, quaſi è cimba tecta, & fluviatili, in apertam egreſſi navem; quæ fertur Oceano, ex ipſo ortu tanquam é littore contendamus ad portum, quem tum denique invenere omnes, diverſo tamen exitu, ac fine, cùm mortem obiere; ut rectè vir ſummâ eloquentiâ & ſanctitate Gregorius Nazianzenus, à quô, ut pii ſolent ſæpiùs cogitare, & crebris uſurpare ſermonibus, retunditur faſtus oratorum Poëtarumque Græcorum, ut ità dicam exterorum, hominem ipſum mito cuidam piſci, cui nomen nautilus, compararit. Supinus hic, de quo loquimur, piſcis (quidni utar Plinii verbis, quando fieri ut arbitror meliora non poſſunt?) in ſumma æquorum pervenit, ità ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtula aqua, velut exornatus, ſentina facilè naviget. [*Bencius.*]

HONESTAS. Ehrbarkeit. *Honneteté.*

SYN. Honeſtum, Urbanitas, Ingenuitas, Comitas, Sermonis affabilitas. ADJU. Gravior, perfecta undique & abſoluta, ſimplex, ſumma, vera. PHR. Ehrbar. *Honête.* Humanus, Benignus, Commodus, Comis, Decorus, Honeſtus. Vir honeſtus,

neſtus, honore ac laude dignus. In quo, *vel*, cui ingenua agendi ratio. * **Ein grober Geſell.** *Malhonete Homme.* Agreſtis admodùm & inurbanus homo. AMPLIFIC. Tanta vis honeſtatis eſt, tantumque ea rebus omnibus præſtat & excellit, ut nulli nec ſuppliciis nec præmiis demoveri poſſit, ex eo, quod rectum eſſe decreverit. [*Cic.*]

SENTENTIÆ. Utilitas & delectatio mantiſſæ honeſtatis ſunt. [*Nier.*] Eligenda eſſet honeſtas periculoſa, quàm utilitas tuta. [*Idem.*] Honeſtum, etiamſi nobilitatum non ſit, aut etiamſi à nemine laudetur, tamen laudabile eſt à naturâ. Quod ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. (*Cic.*) Si ipſam Honeſtatem undique perfectam & abſolutam, rem unam præclariſſimam omnium maximeque laudandam penitus videremus: quonam gaudio compleremur, cum tantoperè ejus adunbratâ opinione lætemur? (*Idem.*) Debent ipſa quoque rerum honeſtarum ſignificationes & ſpecies turpitudine vacare. (*Nyſſ.*)

HONOR. Ehr. *Honneur.*

SYN. Honeſtum, Honeſtas, Exiſtimatio, Dignitas, Amplitudo, Reverentia, Veneratio, Obſervantia. * ADJU. Amplior & honeſtior, amplisſimus, jucundiſſimus, paternus & avitus, popularis, priſtinus, ſingularis, ſummus, uſitatus, pervulgatusque. *Debiti, divini immortalesque, eximii & prope ſingulares, meriti & debiti, novi & ſingulares, vulgares.* (*Ex Cic.*] PHR. Gradus honoris. Nomina honorum ampliſſima. Inſignia honoris. * **Ein ehrliebender Mann.** *Un Homme d' honneur.* Vir honeſtiſſimus, honore ac laude dignus, meritis præſtans, virtute clarus, famâ inclytus. Vir ſplendidiſſimus atque ornatiſſimus. Homo clariſſimus & amplisſimus. Vir honeſtus & ſummo ſplendore prædi-

us,

tus. Homo honesti observantissimus, *vel*, honestatis retinentissimus. * **Ein Ehrloser Mann.** *Un Homme perdu d' honneur.* Homo infamis, ignominiâ notatus, oppressus dedecore & infamiâ, omni dedecore infamis; profligatæ famæ, nullius existimationis ac nominis. Homo inhonoratus, inglorius, ignobilis. Vitam inhonoratam & ingloriam ducens. * **Ein Ehrliebendes Weib.** *Une femme d' honneur.* Mulier pudoris observans, pudicitiæ retinens, castissima, pudica, religiosa, sanctissima, probatissima, gravissima, lectissima, spectatissima. * **Ein Ehrloses Weib.** *Femme, qui a perdu son honneur.* Qui pudori labem aspersit, turpitudinem inflixit, infamiæ notam inusit, labem intulit, probrum attulit. Pudorem aspersit infamiâ, luxuriæ maculis inquinavit, libidine violavit, dedecore affecit, sordibus inspersit, turpitudine obscuravit, flagitio contaminavit. * **Die Ehr einer Jungfrau benemmen.** *Ravir l' honneur à une fille.* Virginis pudicitiam expugnare, violare, inquinare. Virgini vim inferre, probrum afferre, stuprum inferre, *vel*, offerre; pudicitiam eripere. Virginem constuprare, spoliare pudicitiâ, deflorare, opprimere. * **Zu grossen Ehren erhaben werden.** *Etre élevé â de granas honneurs.* Amplissimos dignitatis gradus adipisci. In excelsissimam dignitatis & honoris sedem ascendere. Amplissimos honores gerere. Ascendere ad honores. Summum atque altissimum dignitatis gradum obtinere. Honestissimo loco esse in civitate, vel locum obtinere. Honestissimo loco esse in civitate. Locum obtinere, honestissimum in Republicâ. * **Er hat grosse Ehr empfangen.** *Il a recen de grands honneurs.* Summis honoribus, *vel*, magnis honorum præmiis ornatus est, affectus est, illustratus est, cohonestatus est, exornatus est. Magna laudum præmia consecu-

ſecutus eſt, adeptus eſt. Amplisſimis honoribus & præmiis decoratus eſt.

Einen ehren. *Honorer quelqu'un.* Alicui honorem habere, deferre, tribuere, præſtare, cultum & honorem adhibere, exhibere. Aliquem honoribus, honorum præmiis decorare, ornare, obſervare, honeſtare, revereri, in honore habere, venerari, perofficiosè & peramanter obſervare, ſtudio proſequi. Ampliſſimis honoribus & præmiis decorare. Majoribus natu aſſurgere, *vel*, honorificè conſurgere. * **Die Tugend wird nicht geehret/ wie es ſeyn ſoll.** *La vertu n' eſt pas honorée comme elle merite.* Suus virtuti honos non habetur. Non tribuitur debita virtuti merces. Debiti honores virtuti non perſolvuntur. Virtus, non qua deberet loco eſt; non quem deberet locum obtinet: non admodùm in honore eſt. Virtuti parùm defertur, *vel*, locus honeſtus non eſt, non tribuitur. * **Deine Wiſſenſchafft hat dir groſſe Ehr zuwegen gebracht.** *Votre erudition vous à fait grand honneur.* Multam laudem, *vel*, magnam exiſtimationem tua tibi conciliavit eruditio. **Er iſt ſeinem Hauß ein groſſe Ehr.** *Il fait honneur à ſa maiſon.* Familiæ ſuæ honori, *vel* ornamento eſt, *vel*, genus ſuum non mediocriter ornat. * **Der Adel eines** Prælaten/ **ehret ſeinen** Characterem. Præſolis nobilitas ipſius ornat dignitatem, *vel*, ipſius muneri ſplendorem, *vel*, dignitatem addit. * **Er handlet nicht / wie ein ehrlicher Mann.** *Il n' agit pas en homme d' honneur.* Diſcedit à dignite ſapientis. * **Ich thue dir mehr Ehr an / als du verdieneſt.** *Je vous fais plus d' honneur, que vous ne meritez.* Honorem tibi habeo tuis majorem meritis. Te honore afficio meritis haud debito tuis. * **Du vermeineſt / deine Ehre beſtehe darinnen.** *Vous croyez, qu'il y a eu' cela de vôtre honneur.* In eo agi putas ſummam tuæ exiſtimationis. Eâ in re nomi-

nis

nis tui existimationem collocas, *vel*, sitam esse credis. Existimationem tuam hîc verti putas. * **Wilt du dich dann um eine zeitliche Ehr verdammen?** *Tu te veux donc damner pour un point d'honneur?* Ergò vanissimi, inanisque honoris causâ æternæ salutis discrimen vis subire? **Ich will mit Ehren auß dieser Sach kommen.** *J'en veux sortir avec honneur.* Eâ re defungi volo cum laude. Ex eâ re laudem cupio colligere, capere, percipere. Ea res mihi volo honori sit. Hoc ego negotium gloriosè, *vel*, cum laude conficiam. Hæc res, uti spero, prosperè feliciterque mihi succedet. Magnam ex hujus negotii confectione laudem reportabo, magnum honorem adipiscar. * **Ich halte mir dieses für eine Ehr.** *Je le tiens à honneur.* Illud in honore pono, honori duco, tribuo, verto. * **Er hat mit Ehren zu melden gelogen.** *Sauf vôtre honneur il a menti.* Honos sit auribus, *vel*, Bonâ audientium veniâ, *vel*, Pace audientium dixerim, *vel*, Cum bonâ adstantium veniâ, *vel*, Dicto sit venia, *vel*, Quod liceat dicere, salvo audientium honore, *vel*, Quod mihi fas sit loqui, inviolatâ hujus coronæ reverentiâ, mentitus est impudenter.

Geehret. *Honoré.* Maximus illi honor est exhibitus. Præstantissimus illi honos habitus est. Ei decus honoris accessit. Honorum culmen indeptus est. In cumulum gloriæ provectus est. Ad parentum & Deorum prope vicem honoratus est. Nullo non est afficiendus honore. Cumulandus est honoribus. * **Wann ich es nur mit Ehren thun kan.** *Pourveu que je le puisse faire avec honneur.* Sit modò dignitas incolumis: Liceat dignitatem tueri, incolumem servare: Modò nè cogar de statu meæ dignitatis demigrare: Modò dignitas mea non diminuatur, jacturæ quid faciat.

Der Ehr dienen alle. *Tous ſervent à l' honneur.* Honori ſubdunt ſceptra Reges: Honori ſubmittunt vexilla Duces: ſuas ei palmas & lauros Victores ac Triumphatores ſubjiciunt: Ei Præſules infulas, Antiſtites tiaras conſecrant, Artes omnes ac ſcientiæ ſuas illi elucubrationes inſcribunt dedicantque: in honore quærendo curas omnes, ſtudia, cogitationes, vigilias univerſi figunt & locant.

Du haſt dein Ehr verlohren. *Vous êtes dans le deshonneur.* Malè audis. Infamiâ flagras. Famam exiſtimationemque perdidiſti, amiſiſti. Æternam ignominiæ labem ſubiiſti. Sempiternam ipſe tibi ignominiam impoſuiſti. Æterna tibi eſt inuſta infamiæ nota. Ipſe te aſperſiſti atque inquinaſti macûlis infamiæ ſempiternis. Nomen tuum iis ignominiæ maculis obſcuraſti, quæ nullâ temporum longinquitate abſtergi poſſe videantur. Iis tuum nomen ſordibus, maculis affeciſti, inquinaſti, inſperſiſti, quas nulla dies, nulla deinde res poſſit eluere, abſtergere, delere. Æterna flagrabis, laborabis infamiâ. Tuæ laudi nocuiſti, tenebras offudiſti, maculas injeciſti; jacturam, obſcuritatem attuliſti. Te notaſti infamiâ. Exiſtimationem tui nominis violaſti. Honorem tuum turpi labe infeciſti; quaſi tenebris circumfuſis, offuſis, circumjectis obſcuraſti. In perpetuâ verſaris infamiâ. Omnium ſcelerum maculis notatiſſimus, contaminatiſſimus es.

Honor quid eſt aliud, quam major quædam graviorque ſervitus? Ut rectè ab Homero ſit dictum, Reges quidem faſtûs ſpecie cæteris præcellere, ſed reipsâ miniſtros eſſe & ſervos multitudinis. * Honos alit artes, omnesque incenduntur ad ſtudia gloriæ: jacentque ea ſemper, quæ apud quosque improbantur. [*Cic.*] Cùm honos ſit præmium virtutis, judicio ſtudioque civium delatum ad aliquem: qui eum ſententiis, qui ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus,

&

& honoratus videtur. (*Idem.*) Quàm multa ſunt commoda, quibus caremus: quàm multa moleſta & difficilia, quæ ſubimus? Atque hæc omnia tantùm honoris & amplitudinis compenſantur commodis. (*Idem.*) Is denique honor mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur & datur. (*Idem.*) Nam ut præclarè ait magnus ille rerum gerendarum artifex Symmachus: Scimus bonos honore nutriri. * Quæ cupiditas honoris tam multos milites inconfertas hoſtium armatorum crudeliumque turmas immittit: quâ nuda propemodùm corpora infectis Barbarorum telis, haſtarum gladiorumque mucronibus & bombardarum pilis ferreis exponit. * Cui quoniam non licet per Chriſtianam religionem extruere templa; excitare aras, ſigna ſtatuere, quod hi honores habeantur divini, ſaltem humanos honores habetote. Colite illum ſtudio; ſuſpicite ingenium: verba, ſenſa, ſententias, doctrinam, ordinem admiramini ſingularem: erigite illi in animis pectoribusque veſtris aras geminas, mentis & veritatis; locate in aris duplices ſtatuas, admirationis & benevolentiæ, quibus honoretis ejus quidem ingenii vim & acumen admirando; veritatis verò ſtudium peramando. Sapientiæ Peripateticæ dedicate pro delubro pectus; pro arâ caput; pro ſede mentem; pro ſimulacro memoriam; pro lumine ingenium; pro miniſtris ſenſus; pro incenſis odoribus, quotidianæ commendationes; pro ſacrisdenique hymnis & muſicorum ſymphoniâ laudtationes cultas, ardentes diſputationes, acclamationesque ſecundas. * Quisquis honores amas, virtutem amplectere. Nemo umbram ſinè corpore conſecutus eſt; & nonne honor umbra virtutis eſt? etiam invitos & refugos comitatur. Sed ut umbra nonnunquam antecedit, inde ſequitur; ità honor aliquando præit, & viſendum ſe præbet, aliquando in a-

verſo eſt; major, quo tardior, maximè ubi invidia ſeceſſit, quam prudens exhorruit: ſcit illam virtutis & magnitudinis calcaneo inhærere, ità catelli, generoſiſſimorum equorum veſtigia latratu & caudâ verrunt, ac nullus equus latratus hoſce vel aſpectu ſuo, non dicam calce, dignatur.

SENTENTIÆ. Sapiens in populo hæreditabit honorem; & nomen illius erit vivens in æternum. (*Eccli.* 37.) Pediſſequa plerisque novi honoris eſt arrogantia. [*Salvian.*] Sit licèt (*Tertullu.*) : b omni ambitione longè remotus, debet tamen ei jucundus eſſe honor ultrò datus, (*Plin. Jun.*) Difficile factu eſt, ut honor anguſtis rebus addatur. [*Symmach.*] Macte primi honoris auſpiciis, & in uberiorem felices tende conatus: ut ibi ad celſiores gradus januam pandas: & Romanum nomen claritudine adminiſtrationis illumines. [*Idem.*] Non eſt dignum, ut inde exigas honorem, unde refugis laborem. [*Hier.*] Dejeciſti eos, dum allevarentur. Cum elevatur, dejicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. (*Greg.*) Honor verus virtus animi eſt. Hic honor nec à Cæſaribus præſtatur, neque adulatione conquiritur, neque pecuniâ præparatur: nihil fucati in ſe habet, nihil ſimulati, nihil occulti hujus honoris ſucceſſor eſt, nullus eſt accuſator, nullus ingratus, (*Chryſoſt.*) Pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit. (*Sen.*] Qui verus appellari poteſt honos, non invitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. (*Cic.*] Peſſime fiunt arbitri morum honores, virtutis tyrtes. (*Nier.*] O delicatiſſimum bonum honoris! ô timid am felicitatem, ô linguâ invidi pendulam! (*Idem.*) Honor ſolùm eſt accidens virtutis. & potiùs argumentum dixerim, quàm ſtipendium. Appendix virtutis honos eſt. [*Idem.*] Virtutis umbrâ honos fertur, cadet, qui inniti ſuæ vehit umbræ. (*Idem.*) Non major virtuti datur-

datur honos, quàm fago, quàm platano, si propter honorem colatur: æquè ut insensiles illæ animæ, ut stupidæ naturæ propter umbram colentur. (*Idem.*]

SIMILITUD. Ut non quævis corona quemvis decet victorem: Ità non quivis honos quemcunque hominem. [*Plut.*] Ut Colossi, seu statuæ malè libratæ sæpius subvertuntur: Ità nimius honor per invidiam evertit multos. [*Idem.*] Ut deciduæ stellæ subitò extinguuntur: Ità quos fortuna subitò in summa provexit, repentè solent corruere. (*Idem.*] Rivulos videmus, quamdiu manent rivuli, leniter fluere, & intra metas facilè contineri: at ubi plurimis aquis collectis in fluvios accreverint, vagari liberiùs: sæpè etiam oppositis molibus superatis, cum stabulis armenta trahere: Sternere sata læta, boumque labores. Non dissimilis multorum conditio est: pauperes cùm sint, & obscuri, modestè honestéque vitæ suæ rationes instituunt. Ditiores verò facti aut ad honores atque potentiam aliquam evecti, elati & superbi redduntur: frena cupiditatibus laxant: sibi denique nocere plurimùm, & prodesse parùm aliis solent. (*Junius.*)

HORATIUS.

PHR. Princeps Lyricorum. Deliciumillud Mecœnatis, & Romanæ fidicen Lyræ, qui inter Lyricos sublimi vertice vates, sidera summa ferit. Numerosus ille Horatius. Latinus Pindarus. Venusinus ille vates.

AMPLIFIC. Qui præclara ingenii sui monumenta posteritati commendavit; non ad poësin solùm summâ cum absolutione exprimendam, sed ad hominum, & præcipuè adolescentum animos, qui cùm se corroborassent, & viri inter viros essent Reip. gubernacula accepturi erant, salutaribus consiliis, & bonis moribus imbuendos. * Quicunque multitudinem &

varietatem carminum Lyricorum, quibus Poëtis cujuscunque ætatis ac memoriæ præstitit, qui sermonum&epistolarum duo præstantissima opera perlegerit, inveniet profectò sic cum Heroibus maximis, cum Principibus Reipub. cum ipsis Diis, quorum fabulas lepidè acuteque carminibus prosequutus fuit, colloquutum fuisse, ut ad mores, ad virtutem, ad Rempub. ingenii quod in Illo maximum fuit & acerrimum, vim omnem contulerit. Itaque præter nonnulla, nihil unquam, neque verum, neque credibile, neque fictum & commentitium tractavit, nisi Reipubl. utilitatem, amplificationemque contendens. Id quod in homine expertæ fidei Christianæ, & erroribus ac superstitionibus idolorum constricto magni fuit faciendum: & ob eam rationem magis, quàm alii veteres quicunque Poëtæ, detractis nonnullis & ad legendum,& ad imitandum juventuti præponi jure quidem optimo debuit Horatius.

HOROLOGIUM. Uhr. *Horologe.*

SYN. Solarium. ADJU. Rotatum, hydraulicum, arenarium, sciotericum, regulare, *vel* solari aspectui parallelum, irregulare, horizontale, verticale, æquinoctiale, polare meridianum, orientale, occidentale, declinans, inclinans, astronomicum, Babylonicum, Italicum, Judaicum; manuale rotatum; rotatum & sonans; in pariete descriptum; gemino ad horas pulsandas instructum simulacro. PHR. Machina horaria. Horologium ex iis, quæ inæquali ponderum examine, pluriumque rotarum denticulis inter se implicatis, lento motu, ac perpetuo temporum intervalla distinguunt? quam Europææ solertiæ machinam Saponii mirantur.

DESCRIPT. Horologium sciothericum, vulgò Solarium, egregiè satis effictum, numeris horarum clarè perspicueque incisis, per orbem suum legitimis spatiis

ſpatiis interjectis elaboratum facit, ut horarum ſpatia legitima è Solis umbrâ dignoſcamus. Cùm ergo horam unam aut alteram tenere cupias, verutum umbram faciens ſuſpicies, vel indicem alium, & ille tibi legitima horarum intervalla (nè vel punctum temporis ab horologio intus clauſo contentoque, vel planè dicam, ſi horologium benè compoſitum conſtitutumque fuerit, nec à Solis curſu diſcrepet] notabit, deſignabitque. Stylus ènim umbræ indagator, ſive verutulum, quod in medio ſciotherici collocatum eſt, umbræ projectu horarum diſcrimina deſignat. Sic quondam Romæ L. Papyrus Curſor ſolarium ad ædem Quirini, duodecim annis, antequam cum Pyrrho debellatum fuit, propoſuit ſpectandum. Nam priùs ortus duntaxat, & occaſus Solis nominabantur, aliquot poſt annos adjecto meridiè.

HORRERE. Abſcheuen tragen. *Avoir de l'horreur.*

SYN. Aliquid, aut aliquem abhorrere, exhorrere, horrere, refugere, perhorreſcere, exhorreſcere, abominari, execrari, odiſſe, deteſtari. Ab aliquâ re abhorrere. PHR. Refugam ab aliquâ re nauſeam perſentire. Simul ac ingreſſus ſum in eum locum, cohorrui: *vel* me horror invaſit, *vel* me ingenti quodam perfuſum horrore ſenſi. Refugit, *vel* reformidat animus dicere. Illius memoriam, *vel* illius rei recordatione perhorreſco.

HORTARI. Ermahnen. *Exhorter.*

SYN. Quempiam ad aliquid hortari, adhortari, cohortari, acuere, excitare], incitare, impellere, inflammare. ADV. Amicè, etiam atque etiam, jamdudum, magnoperè, ſeparatim, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. Exhortari ad virtutis ſtudium. Vocibus inſtinctos milites ad prælium ducere. Suos hortando ad vir-

virtutem arrigere. Injeci manum, exhortatus ſum, addidi ſtimulos: nec lentè ire paſſus ſum, ſed ſubinde incitavi. Eâ epiſtolâ curæ diligentiæque in diſciplinas liberorum hortamentum eſt. Mutuâ adhortatione firmati. * Ermahne mich nicht darzu. *Ne m' exhortez pas à cela.* Noli me hortari, ut hoc faciam. Nè mihi ſis auctor hujus conſilii. Nè me rationibus ad hoc incites. Nè cohortatione utaris; Nè exhortationem ſuſcipias; Suadere mihi noli, ut id agam.

HORTUS. Garten. *Jardin.*

SYN, Viretum, viridarium, pomarium. ADJU. Apricus, paternus, pretioſisſimus. venalis, florens, pictus, ſuburbanus, odoratus, irriguus, ſecretus, umbroſus, jucundus, odorus, placidus, exultus, viridis, floridus, riguus, pomoſus, ferax, fertilis, fœcundus, ſeptus, amœnus, flagrans, halans, gratus; lætis fructibus luxurians, *vel*, uber, *vel* dives; florum gemmis collucens; crebris fontibus irriguus; voluptarius, olitorius, coronarius, penſilis; ad amœnitatem & delicias conſitus. PHR. Horti nitor, divitiæ, opes, deliciæ. Rus amœnum. Solum floribus, pomis, herbisque cultum. Hortus ditisſimus, areis diſtinctus ſuis, arboribus fructiferis circumcinctus, Nymphis ſacratus autumnalibus; arboribus in quincuncem digeſtis conſitus: odoratis herbis cultisſimus: nitidis floribus decoratus: dulcibus delieiis plenus: amœnis collibus cinctus, *vel* ſeptus: amœnitatis causâ paratus: innumeris florum diſtinctus areolis: ex quo æterni ſpirant odores. Ad quem propter amœnitatem loci plerumque Rex divertit. Tantâ varietate pomorum nobilis, ut præmaturis nova ſtatim renaſcantur. Genialis totus ac plenus deliciarum: virentibus herbis veſtitus, recentisſimis floribus ornatus, pellucidis fontibus irriguus

us, felicisſimis arboribus conſitus, reſupinus pulvinorum toris compoſitus, ſingulis tramitum ſulcis diviſus, omnibus gaudentis naturæ donis accumulatus.

AMPLIFIC. & DESCRIPT: Hortus erat amœnisſimus, & propè Paradiſi æmulus. Strabant foliorum germine renitentes arbores, quæ cum hilari odore gratas diffundebant umbras, & elementi brachiorum motu dulces ſuſurros obſibilabant. Has inter loquax rivulus, & omni cryſtallo nitidior, errantibus ludebat aquis, & querulo rore lapillos vexabat, unde penè muſico concentu pulſabatur. Utrinque flores, & copioſa Zephyri familia, hinc è viridi prati argentea ridebant lilia; illinc purpuraſcentes roſæ promicabant; iſthinc narciſſorum nivem & ebur, hyacinthorum ſanguis & aurum acuebat; ventulus ab omni parte placidisſimus aſpirabat. Hortus quem luto diligens olitor ſaturarit? quid illo virore ſpecioſius? quid illâ amœnitate jucundius? hîc ingentes braſſicæ ſolido caule brachia latè fundunt: illic virentes amplo capite porri ſubalbeſcunt: hîc longè diffuſæ betæ luxuriant, illic ciborum requies lactuca criſpatur, hîc gravis cucurbita ventrem in longum porrigit; illic aſparagi ſub luto tenerrimi caput amplisſimum exerunt.

Horti artificioſisſimi alicujus Viri principis; ubi blanditur ſenſibus, hic viridicata ſylva minorum ferarum & avium libertarum plena: illic pratum floribus variis ac benè olentibus depictum: alibi pomarium arboribus in quincuncem diſpoſitis conſitum & arbores maturis fructibus onuſtæ. Viſuntur ambulacra roſarum ſepibus utrinque munita, frigidæ atque umbroſæ cavernæ vocem multiplicatam referentes; rivuli gelidarum aquarum artificio mirabili per occultiſſimos tubos vel in ſummum collis jugum erum-

pere : vel in organorum muſicorum fiſtulis ſonum edere ; vel in avium fictarum gutture cantum æmulari; vel è lapideo cratere per ſiphunculos æneos, impellente ſpiritu, ſalientes in ſublime pellucidi ; ac murmurantis fontis blanditias imitari. Præterea piſcinæ ludentibus piſcibus ? caveæ garrientibus aviculis refertæ : plantæ opere topiario in mille figuras attonſæ : marmores frondoſa umbracula ſubnixa columnis, labyrinthus , odeum , opaca porticus , aprica palæſtra. * Proceras admiramur platanos ab ſtirpe ad primos usque ramos hederâ ità veſtitas, ut ſummæ quidem arbores ſuis frondibus, imæ verò alienis vireant ; concedimus in proximum Xiſtum , quem gradata hinc buxus , & conciſa in plurimas ſpecies, inde Tarentina myrtus variè tonſa , aliæque preſſæ atque retentæ manu arbuſculæ belliſſimè concludebant. In medio fons æſtuabat intra marmoreum cratera, è cujus labro caducus, veli inſtar tenuiſſimi expandebatur, dimittebanturque in ſubjectam piſcinam quam circum ſiphunculi plures expreſſi micabant è ſolo, atque in cratera reciproci miſcebant ſuaviſſimum murmur. * Quem Dominus novis quotidiè conſerebat arboribus, quibus emortuis , ne pomarium rareſceret, novellam ſobolem ſubſtituebat, aquarum corrivatione , piſcinâ, roſario, hortenſi pergulâ , oſculis, & floribus coronariis bellè diſtinxerat ornaveratque. * Ite nunc veriſſimæ vocis meæ teſtes , ite acerrimi ſpeculatores, mortalium oculi : veſtram cùm ubique tum Romæ feliciſſimam in urbe florentem legite felicitatem : inter fugaciſſimas anni quadripartiti vices conſtantiſſimi veris ſuſpicite amœnitatem ; ſive ubi fluviorum Rex Tyberis Farneſi alia è regiis utriusque ripæ hortis conſpicuæ famularibus aquis irrigat , ac domintaricem ſemper educat , in coronam : ſive ubi Medicea Flora ſuam ubique florentinam ſpirant, Romam urbium florentiſſimam exornat :

ornat : ſive ubi Burgheſius Draco ad aureos Heſperidum hortos, quos novus Africæ victor, major veteri Scipio Mauritanis longè nitidiores Romano ſplendore fundavit, verè ipſe aureus invitat, non arcet; quia Domini mores habet: ſive ubi Ludoviſiæ virtutis inſignis flos, & purpurea, & aurea felicitas micat: ſive ubi Cæſarina Domus gemellô vere beatiſſima eximiis vernat & floribus, & fratribus: ſive ubi Cœtanæ Ditionis oppida ſu burbana urbaniſſimo ſub Principe floream urbi non invident voluptatem: ſive etiam ubi tum Perettæ, tum Mattheiæ villæ opulentia lucet aurea in ædificiis & ſmaragdina in viretis. * In amœniſſimi Principum hortis viridicatæ ſylvæ Regum; arte conſita viridaria teſtantur; ubi laurus, buxus, hedera, myrtus mille formis animantium, navium, caſtellorum, aliorumque rerum vel naturâ, vel arte factarum, tum putatione, tum traductione finguntur: ubi conveſtiti parietes opere topiario, concameratæ pergulæ, circumducta ſepes vel attonſis, vel adductis arbuſcularum ramulis frondibusque viſuntur: ubi vacua ſeminibus uva gignitur; & hyeme mediâ roſæ naſcuntur, quas non tam aëris tepor & clementia cœli de ſpinis educit, quàm artificioſa cultura, & induſtriorum hominum educatio

Quæ eloquentia coloribus exprimat eruditis artificio multiplici eloboratam hortorum pulchritudinem, ipſis idcircò, quibus parata eſt, æmulam in floribus ut pulchri hoſpites pulchrè habitent: Quænam oratio callida eloquenti filo percurrat areolarum Dædalea clauſtra, ideô flexuoſis anfractibus implificata, ut fugaciſſimæ florum formoſitati labyrinthum & moram faciant? * Nusquam elegantiùs, quàm in tuis elegantiſſimis hortis coloratur: ubi lectiſſimi flores tuis è moribus, qui florum Princeps ac flos Principum es, colorem trahunt. Vidi ego ſinter ea Tempe, quæ tu Romæ Theſſalicis amœniora condidiſti,

Ro-

Romano cultu vetuſtiſſimam Anemonem, cujus candidam foliorum prætextam ità purpureus limbus obſibat; ut morum candori tuorum purpuram promittere videretur. * Horti qui proximo Veſpaſiani Amphitheatro feliciores inuſitato antiquitùs miraculo perpetui veris theatrum ſunt, ubi ludus non ſæva hominum mors, ſed amabilis florum vita eſt, ubi curioſos oculos non morientium gladiatorum plaga funeſtè, ſed naſcentium roſarum purpura jucundè cruentat. * Veteres illos vides ſapientes? in hortis habitarun. Eruditas hodiè doctasque animas? hortis delectantur; & in iis divina illa pleraque ſcripta procuſa, quæ miramur, & quæ nulla temporum ſeries, aut ſenectus abolebit. Viridi illi Lycæo tot diſſertationes de naturâ debemus. Umbriferæ Academiæ de moribus, & ex hortorum ſpatiis diffuſi uberes illi ſapientiæ rivi, quos bibimus, & quæ fœcundâ diluvie Orbem terræ inundârunt. Scilicét attollit ſe magis erigitque ad alta iſte animus, cùm liber & ſolutus videt ſuum cœlum: quàm cùm ædium, aut urbium carceribus tenetur incluſus. Hîc mihi vos Poëtæ duraturum aliquod carmen pangite. Hic mihi vos Philoſophi de tranquillitate, de conſtantiâ de vitâ & morte diſputate. En! quæ vera hortorum uſio & finis. * Quis locus ſapienti huic ſermoni aptior, quàm ille ſapientiæ tuæ domus? (hortus ſcilicet) pergulam hanc dico, quæ mihi quidem velut templum eſt, & menſula in eâ tanquam ara, ad quam ſedentes ritè faciamus huic Divæ (ſcilicet conſtantiæ.) * Ut ii, qui in tabernâ aromatum aut unguentorum ſederunt, in veſtibus ipſis referunt ſecum odorem loci. Sic mihi ſpes ut halitus ſapientiæ aliquis animo adhæreſcat ab inſeſsâ hac pergulæ officinâ, * Nec idem ille ego tam marcidus, imò tam mortuus ut recondam, & velut ſepeliam me in his hortorum umbris, Negotium enim in illo otio reperio, & invenit ibi animus, quod ſine actione

actione ullâ agat, sinè labore ullo elaboret. Nunquam minùs solus sum, ajebat ille, quàm cùm solus: nunquam minùs otiosus, quàm cùm otiosus. Vox egregia & quàm ausim dicere natam in his ipsis hortis! scilicet menti parati illi, non corpori: ad eam recreandam, non ad hoc laxandum: & ad salubrem quendam secessum à curis & turbis. Homines tibi molesti? hîc apud te eris. Occupatio exhausit? hic replebere. Ubi animo quietis illud pabulum, & aurâ puriore velut inspiratio novæ vitæ.

Miratus ex animo elegantiam, & cultum loci; quæ hæc amœnitas est? inquam, quis splendor? cœlum hîc habes, non hortum, nec astrorum illi ignes profectò magis nitent in serenâ nocte, quàm hi tui scintillantes micantesque variè flores Adonidis, aut Alcinoi hortos loquuntur? Nugæ, ad istos comparati, & imagines muscarum. * Seriò hoc dico, & ex animo meo sensu, campi Elysii, non sunt Elysii præ hoc tuo rure. Ecce enim quæ hîc ubique nitela est? quis ordo? quàm aptè omnia in areolas suas pulvinosque disposita? ut non elegantiùs tessulæ aliquæ in pavimento. Jam quæ florum, herbarumque copia? quæ raritas, & novitas, ut videatur in exiguum hunc locum natura concluisse, quidquid eximium habet noster, aut alter Orbis. * O gaudii, & liquidæ voluptatis verè fons! ô Venerum & Gratiarum sedes! mihi in vestris umbraculis quies, & vita sit: mihi fas remoto extra civicos tumultus inter has herbas, inter hos noti ignotique Orbis flores hilari, & hiante oculo oberrare, & modò ad hunc occidentem modo ad illum exorientem manum vultumque circumferre, & cum vagâ quâdam allucinatione curarum hîc omnium falli, & laborum. * Hortos laudas, & ità ut pleraque vana in iis mirere, aut externa, vera, & legitima eorum gaudia omittas. Colores enim dun-

duntaxat inſpicis, & in pulvinis quieſcis, & flores petis à noto ignotóque Orbe. Obſecrò ut quid? ut te quóque eſſe ſciam in hac ſecta, quæ exorta hodiè malè curioſorum hominum, malè feriatorum? qui rem optimam ſimpliciſſimamq; inſtrumentum duorū vitiorum feceruht, vanitatis & corporis, huic enim fini habent hortos. Herbulas aliquot, & flores exoticos ambitiosè conquirunt, & quæſitos anxiè fovent & tuentur, ut nulla mater ſuum filium. Hi ſunt, quorum literæ in Thraciam, Græciam, Indiam diſcurrunt; idque ſeminis exigui aut bulbuli caussâ. Hi, quibus ægriùs ſit, florem aliquem novum mori, quàm veterum amicum. Romanum illum riſerit aliquis, qui piſcem ſuum atratus luxit? iſti plantam. Jam ſi quis ex his Floræ candidatis novius aliquid, aut rarius nactus ſit ut oſtendat? aut alii competitores æmulantur, invident? à quibus nonnemo triſtior domum diſcedit, quàm olim inpræturæ petitione victus Sulla aut Marcellus. Quid dicam niſi hilarem hanc quandam inſaniam eſſe; nec abſimilem illi puerorum pallentium & rixantium circa pupas ſuas & ſigilla. At eorundem induſtriam in hortis etiam cognoſce. Sedens, circumambulant, oſcitant, dormiunt, nec aliud prorſus, ut non otii ſui ſeceſſum hunc habeant, ſed deſidiæ ſepulchrum. Profanum genus! & quos jure arceam ab orgiis viri arcanique horti: quem moleſtæ voluptati natum ſcio, non vanitati: quieti, non torpori.

Profectò egregium, & laudabile hoc ſtudium in re hortorum. Studium ad quod, niſi fallor, optimus. & modeſtiſſimus trahitur quisque à naturâ ipſâ. Cui argumentis quòd non facilè voluptatem aliam dixeris in quam ab omni ævo tam cupidè conſenſerint ſelecti inter gentes Sacras litteras noſtras? videbis unâ cum Orbe nato natos hortos? quos DEUS ipſe primo homini domicilium attribuit, & velut ſedem beatæ vitæ.

Digitized by Google

vitæ. Profanas? ecce Adonidis, & Alcinoi, & Tantali, & Heſperidum hortos proverbia & fabulæ loquuntur; & in veris certisque hiſtoriis reperies Cyri Regis manu plantaria inſtituta & Semiramidis aërios penſilesque flores, & Manſaniſſæ novum & celebrem cultum Africâ mirante, &c. * Eſt profectò arcana quædam & congenita nobis vis, cujus intimas cauſas non facilè reddo, quæ ad innoxiam & ingenuam delectationem nos non tantùm trahit, qui reniuntur & irrident. Atque ut cœlum, & æternos illos ignes nemini adſpicere fas ſinè occulto horrore & religione: non item terræ ſacras opes, & hunc inferioris mundi mundum, ſinè tacita quâdam gaudii titillatione & ſenſu. Animum tuum mentemque percontare: capi ſe hoc adſpectu dicet, imò paſci. Oculus ſenſumque, fatebuntur non alibi libentiùs ſe acquieſcere, quàm in his hortorum areis, & pulvinis.

Hodiè tandem mihi Hortenſius videor, dum hortenſe mihi proponitur argumentum. Imò cùm theatrum & ſcenam flores inſtruant, videor mihi Roſcius inter roſas. Age ſi quid florum, ſi quid Attici coloris & gratiæ reconditum geris Eloquentia: Totum in hujus Floræ ſinum & encomia effunde. Quid hîc non aſpectabile? areolas vide: in illis herbeſcens viriditas intermicantium florum varietate velut artifici naturæ penicillo depingitur. Quæ illa roſarum purpura? quæ in areolis deſcriptâ candentium florum ſerie via lactea? quantus liliorum fulgur? quàm excelſa ſpecies? ut majeſtate cinctum caput! ut argenteorum foliorum ſtriati ordines! ut paulatim in amplitudinem ſe explicant anguſtiæ, ut reſupina per ambitum labella, ut delicatiſſima, quæ interius emicant, fila! ut filiorum ſtantia aureolis crocis capita! ut odor, ut candor eximius, etiam me tacente florem hunc prædicant! Quid arborum minantia Cælo capita! quid pulchram

chram in iis foliorum luxuriem, fructuum abundantiam eloquar? Hic malus Persica, &c. Hîc platanus diffusis latè ramis Solis æstum defendit, hîc vites diffusa corymborum luxurie molliter inserpunt collibus: hîc melliti avicularum cantus, & grata rivi decurrentis murmura,

SENTENTIÆ. Feci Hortos & Pomaria, (*Eccle.* 2.) Veniat Dilectus meus in hortum suum. (*Cantic.* 5.) Erubescetis super hortis, quos elegeratis. (*Isai.* 1.] Hortorum cultura sæpè est vitiorum schola: & ubi floreſcunt arbores, non rarò deflorantur mulieres. (*Anon.*)

HOSPES. Gast. *Hoste.*

SYN. Conviva, advena, peregrinus. ADJU. Antiquissimus, edax, minimè edax, tum inimicus cænæ, & sumptuosus, gravis, nobilis, nobilissimus & sanctissimus; Splendidissimus atque ornatissimus; vetus & amicus: illustris, acceptus, inurbanus, molestus. PHR. **Einen Gast wohl empfangen.** *Recevoir un Hoste avec beaucoup d' honnetete.* Excipere aliquem summa comitate & humanitate. Benignè humaniterque excipere. Explere omnes hospitalitatis numeros. Excipere aliquem humanissimè, Læto vultu, benè, magnificè, splendidè, honorificè. Semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum fuit. Ejus domus apertissima est & perhospitalis. Impendio est hospitalis. * **Du hast mir einen grossen Gefallen gethan/ bey mir einzukehren: du wirst aber übel** accommodirt **werden.** *Vous m' obligez, d' étre venu loger chez moy: mais vous serez mal receu.* Magnam à me inis gratiam, quòd ad me diverteris: at parum lautè, nec pro meritis accipiere.

Dextrâ ad opulentissimas ædes trahit, ubi strata, triclinia, cibique capaces invidiæ, expectabant; convivarum aut negotia, ut ferebant, aut dissipatorum manus.

Digitized by Google

manus. * Expecto benignitatem hoſpitii, quod & nauſeantem ex mari ventriculum opportunâ tranquillitate levet, & illuviem itinere contractam diluat. * Non blanditiæ verborum deerant, non obſequia miniſtrorum, & optimi familiæ vultus cum officioſo apparatu certabant deductus in triclinium cum magnâ comitantium turbâ, ſubitis primùm dapibus extruxi reliquias curarum; mox cœnâ levi ambulatione percoctâ, cùm interim nulla colloquentium ſuavitas deeſſet, molliſſimis plumis omnia membra immerſi. Ità pingui obrutus ſomno pacatiſſimam exigo noctem; & ſive malorum laſſitudo ſive felicitas recens hoc fecerat, ſoporem etiam in altiſſimam lucem deduco. * Nec moratus diverſitor occurrit intrantibus, & humanitatis officia pollicitus mox in triclinia deducit.

SENTENTIÆ. Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ægrotos; & ad hæc amara audiet. (*Eccle. 29.*) Hoſpitalitatem nolite oblivíſci, [*Heb. 13.*) Hoſpitales eſtote invicem ſinè murmuratione. (*1. Pet. 4.*) Socrates admonitus ab amico; quòd excepturus hoſpites admodùm tenuem feciſſet apparatum. *Si boni ſunt*, inquit, *ſatis erit*: *Sin minus*, *plus ſatis*. (*Laert.*) Quis ignorat, Jovem hoſpitalem eſſe, eamque principem eſſe DEI appellationem; ut quovis donario gratius illi ſit, hoſpitii munera rectè ſe habere; contrà omni ſacrilegio gravius, ſi quid vel injucundum hoſpiti contingat ab eo, qui cum benevolentiâ acceptus eſt. (*Liban.*) Diſce, Chriſtiane, ſinè diſcretione exhibere hoſpitalitatem: nè forte cui domum clauſeris, cui humanitatem negaveris, ipſe ſit DEUS. (*Aug.*) Hoſpitalitatis officio ad Chriſti cognitionem venimus. (*Idem.*)

HUMANITAS. Leutſeeligkeit. *Affabilité.*

SYN. Lepos, comitas. affabilitas, facilitas, lenitas, placabilitas, manſuetudo, comitas, urbani-

tas. ADJU. Communis, nimia, excellentior, mira, politior, ſingularis, ſumma, digna ſcientiâ. (*Ex Cic.*] PHR. Mores ſuavisſimi. Manſuetudo morum, ac facilitas. *Suavitas* ſermonum atque morum. Comitas affabilitasque ſermonis. *Sociorum* comitas, vultùsque benigni & alloquia, Vultus ac ſermo in omnes placatus. Dexteritas quædam benevolentiaque erga omnes homines promiſcua. V. AFFABILITAS. COMITAS.

HUMANUS Leutſeelig. *Humain.*

SYN. Affabilis, benignus, comis, blandus, facilis, moderatus, tractabilis, commodus, urbanus. Quis eo comior, quis jucundior? Eos omni meâ comitate ſum complexus: Eos familiariter atque hilarè ſum amplexatus: Nihil fieri potuit amantiùs, Ei facillimum me præbui. Eos comitate nimiâ colui. Multa alia eruditè ſimul & affabiliter dixit. Rationem habebat humanitatis, & incredibili ſeſe facilitatis, & liberalitatis opportunitate cæteris dabat. Nihil illius ingenio commodius, nihil facilitate tractabilius, nihil eâ lenitate jucundius, aut elegantius habebatur.

AMPLIFIC. At quàm ſuavis conſpectus tuus; quàm amabilis conſuetudo, quàm blanda converſatio; nemo te aſpexit, cui vidiſſe ſemel ſat fuerit: nemo adivit ſemel, qui adire ſæpiùs non optarit; nemo à te receſſit mœſtus, nemo exivit iratus, nemo adivit malus, quem bonum non feceris, nemo bonus, qui melior non redierit: nemo conſilium petiit, cui honeſta non ſuaſeris; nemo dubitavit, quem eruditum non reddideris. * Cui vultus ſemper idem, frons explicata, ſerenitatis area; oculus aquilinus, gratiarum theatrum; ſupercilium modeſtum, amoris arcus; os ridibundum, affabilitatis ſedes; color ſanguineus lacte permiſtus, ſinceritatis inſigne; vultui con-

concolor habitus,&amœnisſima totius corporis compoſitio. * At verò Humanitas non una eſt virtus, Auditores, Ejus imaginem ſi fingere aliquando laboret Apelles, pingat in fronte amœnitatem, in ſuperciliis clementiam, in oculis Gratias, in genis ſuavitatem, in ore blanditias, in labiis affabilitatem, in vultu illicia, in pectore candorem, in ſinu pietatem, in corde amorem,in manu liberalitatem,in geſtu modeſtiam, in voce lenitatem, in affectu facilitatem, in toto corpore manſuetam compoſitionem. Pingat pro amictu purpuram, pro zonâ candorem, pro paludamento præmia,pro coronâ illicia, pro tæniis munera, pro ſceptro munificentiam, pro armis dona, pro clypeo corda populorum. Pingat deſuper in nube cœlum,Solemque meridiano ſplendore radiantem; circùm latera colludentes Favonios; ſub pedibus univerſam Floræ ſuppellectilem.Pingat eminus extinctas Deucalionis fabulas, rudia ſaxa mendaciPoëtarum calamo ad Humanitatem animata, convolantia ad Amphionis lyram marmora in Thebarum propugnacula, feras ad Orphei modulos cicuratas, & magnis ex delirante Poëtarum cerebro, quàm exGalliis oriundum Herculem per aureas catenas efferatis barbararum nationum affectibus dominantem. Quæ omnia ſi ductis in tabellam coloribus ad vivum expreſſerit: umbram delineaverit Humaniſſimi Principum *Leopoldi*. Nam ſi præcipuæ illæ ſunt partes Humanitatis, frontem explicare, ut cor videatur; oculos aperire, ut affectus cernantur; miſeros aſpicere, ut felices facias; è ſolio, velut è ſpecula deſpicere, ut multorum utilitati proſpicias; ſubditos ità regere, ùt vel te illis, vel illos tibi reddas æquales; cives complecti, ut patrem agnoſcant; fores nulli oppeſſulare, ut expeditus ſit ad animum acceſſus; arcas nemini obſerare, ut aurum liberè diffluat; manus habere apertas, ut nihil tenaciter poſſideas; propria denique ità commoda

quærere, ut nulla omninò cenſeas, niſi quæ aliorum fœnerantur utilitati: unus, unus ad retroactæ antiquitatis invidiam omnes Humanitatis partes implevit *Leopoldus*. Non indiguit Philiſci ad Alexandrum Macedonem documento: Ne ſis peſtis? qui omnium ſaluti à DEO conceſſus, ſemetipſum publici juris effecit. Non indiguit Paraſatis monito, ut imperantium verba ad ſubditos ſint byſſina; cujus in ore feliciùs conſedêre Charites, quàm olim in Homeri labiis apes nidificarint. Sepelivit glorioſam Tibi memoriam, qui eam diem ſe perdidiſſe ingemiſcebat, quo nullum humanitatis officium exhibuiſſet; cùm nè diem perderet beneficiis, antevolavit auroram. V. MANSUETUS.

HUMILIS. Demüthig. *Humble.*

SYN. Demiſſus, abjectus, ſubmiſſus, non elatus, vilis. PHR. Homo demiſſi animi, ſubmiſſæ mentis. Sui deſpiciens. Demiſsè de ſe loquens. De ſe in omnibus abjectè ſentiens. Humilis, ſuique contemptor. Humilitatem colens. Se inſolentiùs non efferens. Ab omni ſupercilio faſtuque remotus. Summæ eruditioni ſummam modeſtiam conjungens. Seſe omnibus haut gravatè incurvans. Hæc quàm poteſt demiſſiſſimè, & ſubjectiſſimè exponit. Orat multis & ſupplicibus verbis, ut liceat, &c.

AMPLIFIC. Dicebas, ô ſanctiſſime adoleſcens, tûtelam & initium omnium virtutum eſſe humilitatem, ſciebas eum ſpargere, qui ſinè humilitate colligit, non ignorabas eum deſtruere, qui non ſupra humilitatem ædificat: judicabas eum, qui à ſe repellit humilitatem, etiamſi in cœlo domicilium haberet, à Domino eſſe repellendum: cogitabas eum, qui in ſinu ſuo collocat humilitatem: etiamſi in cœno peccatorum jaceret, in ſinu DEI eſſe collocandum. * Qui ſe præfert nemini, omnes ſibi, tantum à calum-

niis

niis aliorum, abeſſe ſe exiſtimat, quantum ab eruditione ac ſcientiâ. Cujus indoles ſuperbum illud nomen detrectat, & abhorret natura ab elatione; quæ cum pudore priùs ac modeſtiâ certat, quàm aliquam ſibi arroget doctrinam. * Cadent illa ſinuoſa volumina vanitatum tuarum; demittetur criſtatus ille tuus apex, ſordeſcet tibi tua opulentia, tua doctrina, tua nobilitas: * Qui nihil gratioſius de ſe prædicat, ingenio nihil, induſtriæ plurimum tribuit, illud extenuat, hanc auget, illud diſſimulat, hanc præ ſe fert. * Quamvis hic ingenii memoriæque gloria facilè omnibus antecellit, nemini tamen unquam ſe præponit, ſed mirificâ quâdam animi moderatione facilè omnes cum quibus eſt, perfert ac patitur. * Non in faſtum attollor. Novi me aut imparem, aut imbecillum in me hominis, & ut Junonia avis, cùm plumas aſpexi, ad pedes oculos demitto. * Vicit alios, ſed ſeipſum vicit priùs: vicit populos ſplendore virtutis, vicit ſeipſum maceratione carnis: alii ipſum admirabantur & extollebant, ipſe ſeipſum deprimebat. * Privatâ viâ & egeſtate religioſâ contentus, nullam unquam lautiorem ſplendidioremque fortunam appetiit, paupertatis eſt. Propter ingenii præſtantiſſimi dignitatem & nobilitatem nunquam ſuperbiit, propter generis clariſſimi dignitatem & nobilitatem nunquam aut animum aut vultum erexit, virtutis eſt. * Alienæ, non ſuæ utilitatis causâ petunt; neque ſi adepti ſunt, exultant: neque ſi repulſam tulerint, anguntur animo; ſed pacatè & moderatè ferunt; aut ſi quando dolent, Reipublicæ dolent vicem, non ſuam. * Cujus humilitas tàm depreſſa eſt in terram, ſeu potius tàm erecta eſt in cœlum, ut primas præripiat omnibus, ſecundas vix relinquat ulli. * Qui humili loco conſtitutus non fidelis modò, verùm ſuâ etiam ſorte contentus, majora illegitimè non affectat, non quærit. * Si humili-

ratem ejus non humili, ſed alto ſermone proponam, quantam obſecro rem dicam? maximam certè, atque illam, quæ cùm omnes nefariorum ſpirituum artes infringat & per obſtantes Dæmonum cuneos, laqueosque penetret in cœlum, nulla poteſt humanâ voce ſatis aperiri, & tamen illam operiendo adhuc in tantæ gloriæ fundamento ſermonem omnem conſumam. * Cui Majeſtas vileſcebat, purpura gravis erat, ſublimis illa fortuna diſplicebat, acerba voluptas, odioſus honor, in gratum otium erat. * Ego verò nihil admiror magis: quàm incredibilem tuam in ſummâ poteſtate rerum omnium moderationem animi: ut in tantæ dignitatis faſtigio nihilominùs, quàm cùm privatus ageres, intemperantiam oderis & inſolentiam, nullo ſacerdotii culmine, nullis adulatorum vocibus nullo plauſu populi acclamantis elevatus.

Magnâ verborum modeſtiâ ac ſubmiſſione utatur, abſit quidquid oſtentationem ſapit, quidquid faſtum; quin & ſcientiam ſuam deprimat verbis, & ingenii altitudinem, regat potiùs quàm extrudat: maximè ſi quæ cum ſuperiore concertatio inciderit, nolit videri viciſſe, durum enim principi, ſuperiori, parenti, ab inferiore vinci. Quin adeò patiatur non rarò ſe ſuperari, ac licèt improbanda quædam occurrant, non damnet; probet potiùs in iis quædam, ſed ita ut ſaniora exinde proponat, non monendo; ſed tanquam in deliberationem adducendo, & ut olim audita, lecta, aut à majoribus tradita. * Fugiat omnem unam oſtentationem, jactantiam omnem. Quò modeſtior ſubmiſſiorque quisque fuit, fuit tutior. Securitas à modeſtiâ, periculum ſemper ab inſolenti faſtu fuit. * Modeſtiam unam virtutum amare me fateor, eximiè reliquarum parentem, & ſapientiæ prolem. * Modeſtia fulcrum eſt omnium virtutum & vinculum, quæ labuntur aut diffluunt, niſi eâ nixæ, niſi eâ nexæ. * Noluit famam præcocis ingenii, non boni ominis

apud

apud ſapientes ; repudiavit commendationem audaciæ puerilis, quæ in ætatem inſequentem ad infamiam redundaret: neglexit illas laudes, quibus auditores in adoleſcentibus partim blandiendo, partim aſſentando ut animos addant; non fructus, ſed flores; non rem, ſed ſpem; non maturitatem, ſed expectationem: non eloquentiam, ſed conatum laudant. * Is ſum vel inſtitutione domeſticâ puerili, vel profeſſione religioſæ vitæ, qui mihi conſcius ingenii mei, quòd ſentio quàm ſit exiguum, conſcius dicendi facultatis, quam in me video non eſſe notabilem; conſcius doctrinæ, quam per ætatem fateor eſſe mendabilem; conſcius denique ætatis, quàm planè ingloriam eſſe perſpicio, qui nihil ſibi arrogat; * Pietas tibi in mente, & modeſtia ante oculos & demiſſio animi, ad quam nunquam ſatis te horter. Illa fundus bonorum omnium & fundamentum: nec alia peſtis plura ingenia abripuit, quàm confidentia & æſtimatio ſui. * Modeſtia eſt, quæ ad cognitionem noſtri nos ducit, hæc ad virtutem & ad DEUM, in quo omnis felicitas. * Serva te ad meliora fata, ſed ſub tegmine ſemper & umbrâ modeſtæ virtutis. * Modeſtiam retine, nec opinio te nulla inflet, peſtis omnis profectûs. Sicut in Iberia equas à vento Favonio concipere jajunt, ſed fœtu evanido: Sic in iſtâ re fit, & qui ab opinione gravidi blandiente, ſerium nihil pariunt, tumidi tantùm utres. * Poſtremas ubique partes occupabit, qui primas amat. Etiam genere & dignitate inferioribus lubens cedet. De ſe autem ſuisque demiſsè ſentiet, loquetur etiam demiſsiùs: Magna de aliis, Si quid laude, gloriâ præmioque dignum fecerit, ſubmiſsiſsimis verbis facti magnitudinem extenuabit, aliisque laudem, non ſibi aſſeribet. Potiora dein aliis, deteriora ſibi tribuet. Nusquam generis ſui, majorumque nobilitatem, licèt poſſit, attingit. Quòd ſi quæ mentio injecta, aliò

sermonem vertat; si omnem advertere non potest, quàm modestissimè de eo loquetur: laudabitque illos, qui virtute suâ viam sibi ad magna straverunt. Virtuti verò factisque fortibus modestiam miscebit. * Venerantur alii in te magnitudinem, & clarum terris nomen: tu tantò submissius te habe, quanto illi efferunt magis. * Qui geminos frenos, geminis hisce non tam equis quàm feris asignasse prudenter est visus; quorum priore bestia ferox ire cohiberetur: posteriore bellua cupiditatis æque immanis frenaretur. * Qui, sive in Rhetorum officinis agat, sive ad Academiæ spatia deflectat, utrobique existimatorem se esse meminerit, non magistrum. * Nihil illo tranquillius, nihil pacatius, nihil sereno puroque cœlo similius. * Cujus oratio pudore plena, & castarum similis quæ alienos cœlos fugiunt, nè aut capiantur, aut capiant, sponsionibus pauper, rebus dives; nihil in hac tumidum, & inanes plena sunt omnia nihil insolens, & novitate suâ descrimina generans; ferre hæc didicit, non inferre injuriam; ubique lenis & suavis, nusquam aspera, & varicosa. * Cujus oratio verecunda & tumida est, & tanquam rubore perfusa; moderata, imò & submissa, & instar camomillæ aut violæ terram legentis, quæque omnium laudes, sui spirat contemptum.

SENTENTIÆ. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. (*Prov.* 29.) Qui se humiliaverit, exaltabitur. (*Matth.* 25.) Nec ullum majus est amoris machinamentum, quàm humilitas. Thronus & regnum gratiæ, & gradus ad gloriam est profunditas humiliationis nostræ, cum afflictione corporis. (*Nier.*) Exaltabitur DEUS in te, quò magis humiliaberis. DEUS & Homo se habent ut Quantitates, Continua & Discreta. Numerus in infinitum augeri potest, lignum in infinitum minui; quò magis diminuitur, & deciditur à ligno, magis augmentatur

tur numerus, quò magis te viliorem existimes, majorem DEUM cognosce. DEI cognitio potest augeri in infinitum, tui aspernatio & notitia indignitatis potest in infinitum crescere. (*Idem.*) Rarò navis allisa est, quæ modico velo legit littus. (*Lipsi.*) Humilitate omnia facta nostra condiantur. (*Aug.*) O Medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescentia reficientem, omnia superflua resecantem; (*Idem.*) Non magnum est esse humilem in abjectione. Magna prorsus & rara virtus humilitas honorata. (*Bern.*) Glorioſa res humilitas, quâ ipsa quoque superbia palliare se appetit, nè vilescat. (*Idem.*) Beatus, cujus vita est excelsa, spiritus autem humilis. [*Clemens.*] Inanis gloriolæ mancipia ei Virtuti non student, quam semper hæc consecuta est gloria, omnibus placuisse. Hanc ementiri non possunt incompositæ mentis adolescentes, quæ speculum est animam inhabitantis DEI. Virtutis color est modestia: vitium non pingit. Concinna est decori harmonia: non consurgit ex scurrili jactantiâ, vel petulanti strepitu sannionum. Character est destinatæ cœlo animæ, quò vix tumidi cogitatione pertingunt. (*Autor.*) Dignum Cœlo spectaculum Rex humilis sub purpurâ, & modestus sub coronâ. Vulgare est, sub sacco & cilicio superbè non sapere. Illud difficile & heroicum est sedere in throno, & humilem esse. Quàm grata sit DEO hæc virtus, ex eo colligo: Fecit se hominem DEUS, ut faceret Humilem, & flere didicit, ut DEUM celaret; disce à DEO hanc virtutem. Magnum te vult DEUS, & Humilem. Novum magnitudinis genus est, unde decrescis, inde magnum esse. (*L' Abbé.*) * Mirum planè est, quam inter hæc nullus ei de se, quàm de cæteris eximius sensus ubique fuerit. Tranquillæ mentes cùm esset, eundem semper tenorem præferebat ac vultum: nisi propriæ existimationis fastidio ca-

ptus, faciem aliquando contraheret, ut conjectas in se laudes amoliretur. Aliena semper commendare, sua despicere, nemini obloqui, omnia probare, tam laudis inpatiens suæ quàm studiosus alienæ. In ore cùm esset omnium, unus ignorabat seipsum. (*Anon.*)

SIMILITUD. Sol cùm est altissimè provectus in Zodiaco, tum tardissimi motûs est: Ita quô fortuna te subvexerit altiùs, hoc oportet animo leniori minusque feroci esse. (*Erasm.*) Sicut in segete spicarum vacuæ attolluntur; gravidæ & feraces inclinant: Ità quò quis sapientior, eò magis se demittit, & sustinet: (*Lips.*) Sicut rosa, quæ in terrâ volvitur, parte imâ & minimâ eam tangit: Sic nos oportet decurrere per hæc humilia, optimâ & maximâ parte, altos & sublevatos. [*Idem.*]

HUMILITAS. Demuth. *Humilitè.*

SYN. Demissio, submissio, moderatio, temperatio. ADJU. Modica, sapiens, divina, summa, infima, Christiana, vera & voluntaria. PHR. Animi Christiana abjectio. Contemptus sæculi, & abjectio sui.]*Hugo V.*] Sensus propriæ vacuitatis. [*Hugo C.*] Propriæ vilitatis cognitio. [*Idem.*] Ex vera & DEI sui cognitione sibi vilescit. [*Bern.*]

SENTENTIÆ. Humilitas dissimilis est superbiæ: nam ipsa superbia Luciferum de Cœlo dejecit; sed humilitas DEI Filium incarnavit: Superbia Adam de Paradiso expulit; sed Humilitas Latronem in Paradisum introduxit: Superbia Gigantum linguas divisit & confudit; sed Humilitas cunctas linguas congregavit dispersas: Superbia Nabuchodonosorum in bestiam transmutavit; sed humilitas Joseph Principem Israël constituit: Superbia Pharaonem submersit; sed Humilitas Moysem exaltavit. [*Aug.*] Bona & vera Humilitas, blanda est semper & officiosa; in amicitiis grata, in contumeliis otiosa: non extollitur prosperis;

non

non mutatur adverſis. (*Valerian.*) Vera humilitas inter quoslibet meritorum gradus, nunquam ſui poteſt eſſe diſſimilis. [*Ambr.*] Quisquis cupis Divinitatis tenere faſtigia; Humilitatis ima ſectetur. [*Idem.*[Si Humilitas corrumpitur, cæterarum virtutum fabrica diſſipatur.[*Ant. Pad.*] Sinè Humilitate nulla virtus, nulla perfectio aut acquiritur, aut ſervatur. (*Bonav.*) Humilitas Regina Virtutum. (*Idem.*) Janua DEI eſt Humilitas. (*Anon.*) Arbor vitæ eſt in excelſo; & aſcendit ad eam Humilitas. (*Idem.*) Humilitas medicina eſt animarum ſaluberrima; omnibus conſulit, tumentia ſpiritûs ulcera comprimit, tabescentia reficit, depravata corrigit, excreſcentia tollit. [*Trithem.*) Vera Humilitas hilaris eſt, non diſſoluta; gravis, non melancholica; larga in miſerationibus, non prodiga; infirmis compatiens, non remiſſa. [*Idem.*] Humilitas eſt cœleſte inſtrumentum, quod ex abyſſo peccatorum in Cœlum animam levare poteſt. [*Jo. Clim.*] Propriè interemptrix vitiorum Humilitas eſt; quam qui poſſident, omnia vincunt. (*Idem.*]

SIMILITUD. Sicut magnes trahit ad ſe ferrum; Ita Humilitas gratiam & cæleſtem conſolationem. (*Antonin.*) Sicut impoſſibile eſt, navim firmam fieri ſinè clavis; ita impoſſibile eſt. Hominem ſine Humilitate ſalvari. [*Anon.*] Ubi vera eſt Humilitas, Dæmones ſubſiſtere nequeunt. Quoniam ſicut glacies ab igne reſolvitur; ità maligni Spiritus à præſentiâ Humilis diſſipantur. (*Trithem.*)

HYEMS. Winter. *Hiver.*

SYN. Bruma. ADJU. Extrema, maxima, ſumma, teterrima. (*Ex Cic.*) Frigida, aſpera, pluvioſa, immitis, nivoſa, horrida. PHR. Aſperitas hyemis. Brumæ intractabilis horror. Hibernum tempus. Tempeſtas perfrigida. Intemperies cæli. Hiber-

bernantis anni acerbitas. Gelati Decembris rigor.

AMPLIFICAT. Hyems gelu terram confringit, frigore vapores noxios coërcet, tabes & macies supprimit, nive, fata; quæ sunt, obnubit, & quasi tegmine involvens, à cœli injuriâ defendit. At verò interim tristis, dura, deformis, suo arbores honore exuit, viduat foliis, squallere prata, lugere hortos, concrescere flumina, montes, sylvas, tellurem niveis aggeribus obrui facit. Hinc clauditur in stabulis pecus, sæviunt venti, tempestates tumultuantur, caput lanosis pellibus, corpus operimentis tanquam adversus hostem obarmatur. Cœli facies tum semper turbida, minax, irata. * Quo tempore cœlestis ille fulgor, calorque *Solis* recedere incipit, omnia quodammodo statim examinari, terram suis omnibus ornamentis spoliari, folia ex arboribus decidere, herbas exarescere, omnia plena horroris, plena frigoris, nullam viriditatem, nullos flores, nullos fructus apparere videmns. * Sed ecce, siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus; post mustulentas autumni delicias, ad hibernas Capricorni pruinas deflexímus.

HYPOCRISIS. Gleißnerey. *Hypocrisie.*

SYN. Simulatio. ADJU. Ficta, insidiosa, mendax, fallax, infida, subdola, speciosa. aperta, bella & quæstuosa, difficilis, diuturna, inveterata, vitiosa. Fucata, fraudulenta, iniqua. PHR. Virtutis fallax simulatio. Vana probitatis simulatio. Affectata virtutis asimulatio. Simulatæ virtutis fucata ostentatio. Simulatio conjunctior vanitati, quàm liberalitati. Ars simulandi.

SENTENTIÆ. Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas: quia iniquitas est & simulatio. (*Aug.*) Hypocrisis est, virtutum simulatione clau-

Digitized by Google

clauſum vitium abſcondere, & palliare. [*Greg.*) Serpit hodiè putrida tabes Hypocriſis per omne corpus Eccleſiæ: & quò tolerantiùs, eò deſperatiùs; eoque periculoſiùs, quò communiùs. (*Bern.*) Hypocriſis ſubtile malum, ſecretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis. (*Chryſolog.*) Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. (*Cic.*) In animis hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus. (*Idem.*) Fronte atque vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut vinum dilutius magis provocat vomitum, quàm vel aqua ſimplex, vel etiam vinum merum: Ità intolerabilior eſt nequitia pietatis ſimulatione condita; quàm ſimplex aut aperta malitia. (*Eraſm.*) Opalum gemmam indiſcretâ ſimilitudine adulterant Indi; experimentum in Sole tantùm facientes: Ità virtutes quædam vitia ſic imitantur, ut difficillimum ſit dignoſcere; niſi ad ſummam lucem proferantur. (*Plin.*]

HYPOCRITA. Gleißner. *Hypocrite.*

SYN. Aſſentator, irriſor. ADJU. Dulcis & facetus, ſtudioſus. (*Cic.*) PHR. Vanus probitatis ſimulator. Simulatæ virtutis vanus oſtentator. Vultu habituque ementiens perſonam hominis pii. Sub manſuetudinis ſpecie, atque obtentu, morum pravitatem occultans. Speciem boni viri præ ſe ferens. Speciem quandam aſſimulatæ virtuti inducens, induens. Probi hominis quandam imaginem ſibi affingens. Fictæ probitatis commendatione, boni viri ſpeciem ſuſtinens, tuens. Vitam bonam ementiens effingens, adumbrans. Qui aliter loquitur, aliter animo affectus eſt. Qui aliter ſcribit, dicit, ac ſentit. Cujus Facta Orationi non conveniunt. Cujus Vultus cum oratione non conſentit. Qui aliud clauſum in

pectore

pectore, aliud linguâ promptum habet. Cujus linguâ promptum habet. Cujus lingua & Oratio in melle ſita, cor verò in felle atque acerbo aceto. Qui linguâ dat dicta dulcia, corde amara facit. Qui ad omnia aliter, atque animo gerit, placidè reſpondet. Cujus Vultus fallit, mentitur, fraudem inducit. Diſſentit animus ejus â vultu. Fictâ ſpecie diſſimulatur animus. Aliud vultus præ ſe fert, aliud animus celat, occultat, tegit Quaſi velo aut involucro animus obtegitur atq; obtenditur. Veram imaginem animi vultus non præfert. Senſus animi cum ſpecie vultus minimè congruit. Qui ab omni ſimulandi ſtudio longè abeſt. Hebes Davidis prudentiâ, infidus Abrahæ fide, torpens Pauli Zelo, vagus Petri conſtantia, à Martyrio alienus Stephani ſpiritu, pietatis denique color potiùs tinctus, quàm imbutus.

AMPLIFIC. Cujus frons non rarò fallit: crebrò oculi decipiunt, ſæpè vultus mentitur: ſæpiùs in fraudem ducit oratio. Latet ſub probitatis ſchemate morum depravatio, occulit ſe ſub pietate ſuperſtitio, ſub fortitudinis quaſi pallio ſeſe tegit temeritas, atque audacia: abſcondit ſe ſub amicitiæ velamine adulatio.* Ut certè jurares Romanas illas, aut Florentinas ſtatuas vivos homines, niſi tangeres: ſic iſtos homines veros Chriſtianos, niſi probares. Petit hoſtes? timent: vitium invaluit? rident: hæreſis dominatur in templis? torpent. Chriſti honori aut cauſæ perit? hilum, hilum dicunt eſſe, de quo hominem non æquum ſit, movere digitum. * In quibus virtutis ſpecies, & umbra non parva; amant quidem DEUM, non DEO, ſed ſibi. Volunt ſcire, ut ſciantur, amare ut amentur, laudare ut laudentur, ſubmittere ſe, ut efferantur; mori mortem corporis, ut vivant vitam cœli: Ità ut gloriam DEI dum obtendant, ſuam ſolam quærunt: percunctare hos, velint

lint relinquere cum Abrahamo patriam, annùent propter terram promisſionis: ſerviunt etiam cum Jacobo Labano, ſed certè ut potiantur Rachaele: Chriſto ſe miſcent in nuptiis quidem, non apud Herodem; in monte Thabor; non apud crucem. Quid crucem? qui vel negant ter cum Petro, vel cum Apoſtolis fugiunt. Qui perſeverent, ſeque potiùs DEO, quàm DEUM ſibi ament, paucos inveneritis Johannes, Marias, &c. * Hypocritæ volunt eſſe humiles, ſed ſinè deſpectu, benè veſtiri, ſed ſinè ſolicitudine, delicatæ pacis poſſeſſores, sed ſinè labore: aliis detrahentes, mordaces ut canes, doloſi ut vulpes, ſuperbi leones; intrinſecus autem lupi rapaces: mellis dulcedinem, hoc eſt, inanis gloriæ & latentis laſciviæ, ut urſi quærentes. Volunt eſſe judices, ſed ſine auctoritate; teſtes, ſed ſine viſu. Verum ſunt falſi accuſatores, & omni veritate carentes.

SENTENTIÆ. Omnis Hypocrita eſt nequam. [*Iſai.* 9.) Spes Hypocritæ peribit. Et ſicut tela aranearum fiducia ejus. [*Job*: 8.) Non enim veniet in conſpectu ejus omnis Hypocrita. (*Job.* 13.) Gaudium Hypocritæ ad inſtar puncti. (*Job.* 20.) Nemo cautiùs malus eſt, quàm qui abſconditur ſub appellatione pietatis. Tutum eſt iniquitatis exercitium, quod honeſtatis tegitur indumento. [*Ennod.* Nunquam bonæ honeſtatis longa eſt ſimulatio. (*Sen.*] Nemo poteſt perſonam fictam diu ferre: ficta in naturam ſuam citò recidunt: quæcunque autem ex ſolido enaſcuntur, in majus meliusque procedunt. [*Idem.*] Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quam qualis aliis videris. [*Idem.*]

SIMILITUD. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ! Quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa; intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitiâ. (*Matt.* 23.) Carbunculi ignis & nomen & ſpeciem habent, cùm ignem

ignem non ſentiant; unde & Apyruſtæ: Ità quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cùm à re ſint alieniſſimi. (*Plin.*) Interdum aliquis Regis perſonâ utitur, cum ſit ipſe plebejus: aut etiam Domini, cùm fortè ipſe ſit ſervus. Ità hâc in vitâ quamplurimi hominum, tanquàm in theatro ſimulatis perſonis utuntur & factis: & cùm ſint intrinſecùs aliud, aliud ſe eſſe hominibus oſtendunt. (*Zeno.*) V. ADULATOR. *Et ſupra â Pag.* 128.

I.

JACTANTIA. Brallerey. *Vanterie.*

SYN. Jactatio, oſtentatio, venditatio, gloriatio, magniloquentia, faſtus, ſuperbia. ADJU. Vana ſtulta, thraſoniana, magnifica & glorioſa, immoderata, ridicula. PHR. Oſtentatio glorioſa. De ſe ac ſuis jactantia. Sui ſuarumque rerum inſolens commendatio, putida prædicatio. Jactatio eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentiùs. * JACTARE: Sich ſelbſt rühmen. *Se vanter.* Jactare ſeſe præconiis. Sua ipſius præconia canere, buccinare, celebrare, Se ſuaque arrogantiùs laudare, dilaudare, prædicare, commendare. De ſeipſo glorioſiùs prædicare. Suas laudes canere, extollere verbis. Se magnificè jactare & oſtentare. Gloriâ ſe ſe, & prædicatione efferre. Jactare ſe magnificentiſſimè in aliquâ re: Re quâpiam, *vel* de re quâpiam gloriari. Extollere ſe gloriando & prædicatione. ADV. Dupliciter, graviſſimè, vehementiſſimè, inſolentiùs, ſumptuoſiùs, intolerantiùs, leniter, turbidè, non ità diu, valde, vehementius. (*Ex Cic.*] Qui ſe inſperatis ac repentinis pecuniis ſumptuoſiùs inſo-

insolentiùsque jactarunt. Ubi illa ostentatio, quâ te venditabas? Nihil unquam de me dixi sublatius, adsciscendæ laudis causa potiùs, quàm criminis depellendi. De tuis divitiis intolerantissimè gloriaris. Facto egregio magnifica verba adauxit. * JACTATOR. Brauler. *Vanteur.* Sui vanus commendator, Sui suarumque rerum ambitiosus ostentator, Suæ laudis tumidus buccinator, Suæ gloriæ fastuosus prædicator, Sui suorumque putidus admirator. Immodicus æstimator sui, celebrare quæ gesserar cœpit. Famæ nec incuriosus, nec venditator. Prompti post eventum, ac vaniloqui erant. Adolescens loquacior impendio & promptior. Multa atque immodica de Philosophiæ doctrinis intempestivè atque insubidè differebat! præque se uno cæteros omnes rudes esse & agrestes prædicabat. Has ille inanes cum flaret glorias. Apitio studioque ostentationis factus ipse loquacior. Laudabat venditabatque se homo ineptè glorioſus. Gloriarum plenior. Magnidicus. Jactabundus Thraso.

AMPLIFICAT. Cujus oratio utrium instar inflatur, solis promissionibus dives, rerum egena, umbraque verius, quàm corpus, dicta illa factaque nec dicta nec facta unquam; omnia sibi arrogat, omnium indiga; verborum audacissima, cætera pavida & imbecilis; meretriciæ cujusdam frontis nescit erubescere ne inter mendacii quidem montes, & falsitatum maria projicere & evomere; non eloqui mendacia didicit, tanto sibi elegantior, quanto illis cumulatior.

SENTENTIÆ. Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam, (*Psal.* 11.) Jactantia non est vitium laudis humanæ, sed vitium animæ perversæ, amantis laudem, specto testimonio conscientiæ. (*Aug.*) Mirabile Jactanitæ genus, ut non possis putari sanctus, nisi sceleratus appareas. (*Bern.*) Nihil est, quod magis diminuat laudis præ-

conium, quàm ſuos aſſiduè jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere diem unum. [*Val. Max.*)

SIMILITUD. Gallus victor illico cantu ſuperiorem ſeſe teſtatur: Ità quidam ſua facinora jactant ipſi, & ſuarum laudum ridiculi ſunt tibicines. (*Eraſm.*)

; *IDOLOLATRIA.* **Abgötterey.** *Idolatrie.*

PHR. Idolorum cultus. Falſorum Deorum ſacrilega veneratio: vana ſuperſtitio. Impius cultus commentitiis Diis adhibitus. IDOLOLATRA. Inſanus, ſceleſtus, fidei expers. Idolorum cultor. Fictor numinum, cultor ſacrilegus. Qui fictis Numinibus divinos honores adhibet, impertitur, tribuit. IDOLUM. Fictus DEUS. Fictum Numen. Commentitius DEUS. Ficti Numinis imago, ſimulacrum. Adſcititia larva mentitæ divinitatis.

AMPLIFICAT. Qui colebant ignem pro DEO, ei aras, ei templa ponebant, eum ſummâ diligentiâ in celeberrimis quibusque oppidis perpetuum aſſervabant. Flumini quoque divinitatem quandam ineſſe credebant, idque ſuâ linguâ DEUM percunum nominabant; ſed & lucos & ſelectas quasdam in ſylvis eximiæ proceritatis arbores venerabantur, ut DEOS. Viperis quoque & aliis ſerpentibus eundem tribuebant honorem. Qui quid horum violâſſet, inexpiabile ab eo ſcelus, conceptum putabat. * Solem DEUM cum eſſe credatis, conditorem ejus opificemque non quæritis? Luna cum apud vos Dea ſit, non ſimiliter ſcire curatis, genitor ejus & fabricator quis ſit? Nonne cogitatio vos ſubit conſiderare, disquirere in cuja poſſeſſione verſemini? cujâ in re ſitis! cujus iſta ſit: quàm fatigetis, terra? cujus aër iſte, quem vitali reciprocatis ſpiritu? cujus abutamini fontibus? cujus liquore? quis ventorum diſpoſuerit flamina! quis undoſas excogitaverit nubes! quis ſeminum frugiferas poteſtates rationum proprietate diſtinxerit?

xerit? Apollo vobis pluit? Mercurius vobis pluit? Æsculapius, Hercules, aut Diana rationem imbrium tempestatumque finxerunt? Et hoc fieri quî potis est, cum in mundo profiteamini eos natos, cæteraque tempora sensum irripuisse vitalem? [*Arnob.*) Venerabor(ô cœcitas)nuper simulachra modò ex fornacibus prompta incudibus Deos, & ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus tænias: si quando conspexeram lubricatum lapidem & ex olivi unguine ordinatum, tanquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam nihil sentiente de trunco: & eos ipsos divos, quos esse mihi persuaseram, afficiebam contumeliis gravibus: cum eos esse credebam, ligna, lapides, atque ossa, aut in hujusmodi rerum habitare materiâ. (*Idem.*) Cum enim quis esset DEUS, & quod tantæ majestatis Numen potentissimum homines non cognoscerent, in profunda rerum caligine versabantur, & Deos acDeas innumerabiles Idolatriæ superstitionibus,&erroribus nefariis implicati venerabantur, & eos summo studio ac religione, amentes & cœci, & in exitium ac perniciem animorum ruentes colebant. Hinc tanta Idolorum multitudo, infinitusque deorum ac dearum numerus. * Ut autem magis insciti am, & ignorationem hominum miremur, Crocodilos, feles, mures Deos habebant & nominabant. Ex rebus autem terræ istius insimæ allia, cæpe, quod acrimonia tanta fuissent, ut lacrymas exprimerent, Deorum honoribus judicabant dignissima. Sed dies me protecto deficeret, si rerum quas divinis honoribus homines olim prosequebantur,oratione commemorare vellem. Illud verò stupore suo mentes opprimet, sic fuisse stupidos, & ad omne flagitium, & voluptates turpissimas præcipites potuisse ferri mortales, ut scelera ipsa flagitiaque, obscœnitates&impuritates libidinum intemperantissimarum,

Dearum ſanctitate proſequerentur. Atqui ſanctum & honeſtum habebatur ipſis templis inferri ſtupra, committi adulteria, libidines omnes ſuſcipi, & has Dearum affici nominibus, eisdem ſacrificia fieri ſtata ſolenniaq; ô ſummam hominũ ignorantiam! ô profundam generis humani caliginem! Quæ quondam templa ædificabantur? quæ excitabantur aræ? quæ ſacrificia fiebant? qui honores tribuebantur? non tauro ſolùm, & infinita animalium ſtrage, ſed mortalium ſanguine profuſo templa funeſtabantur,? Quid hoc tetrius? quid ſceleratius? quæ major hominum ignoratio excogitari fingique potuiſſet? Totus terrarum orbis idololatriæ ſuperſtitionibus, dæmonis ſceleratiſſimi nequiſſimo dominatu tenebatur. Nullus erat angulus, nulla pars præter Judeæ fines exiguos, quibus DEUS verus & immortalis agnosceretur.

SENTENTIÆ. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus DEUS veſter. [*Levit.* 19.) Quoniam omnes dii gentium Dæmonia. (*Pſal.* 95.] Omnium malorum extremum ac primum eſt Idolorum cultus, adorationisque à Creatore ad Creaturam translatio. [*Naz.*] Igitur Gentium Sacrificium quàm execrabile eſt, tam inane eſt: colunt enim vani vana figmenta, in quaslibet formas, vultus, ſexus, ætates, auri argentique detrimento, matris limæ moderato dente figurata. Quæ eſt ergò iſta dementia? Sacrificium nescientibus procurare, lumen cœcis inferre, thura non ſpirantibus concremare, allegare preces ſurdis; ab his cuſtodiam petere, quos fur non timet involare. (*Zeno.*]

JEJUNARE. Faſten. *Jeûner.*

PHR. Cibis abſtinere. Sacrum jejunium colere, celebrare. Indictivam inediam ſervare, obſervare.

Reli-

Religiosis diebus jejunum esse, jejunum agere. Cibo abstinere, *vel*, se abstinere. Inediam sustinere. Tolerare jejunium. Inediâ corpus macerare. * Jejunium, Inedia, Cibi, *vel* Esûs abstinentia. Jejunii sacri Dies, sacræ, *vel*, solemnis inediæ tempus. * **Die Fasten halten.** *Garder les jeûnes ordonnez.* Instituta jejunia observare. * **Er fastet sehr.** *C'est un grand Jeûner.* Est homo multi jejunii, frequentis inediæ, abstinentiæ plurimæ. Jejunii valdè amans & patiens. Jejunii amans toleransque. * **Ich will auff diese drey Täg fasten:** *Je jeûneray ces trois jours.* Ternos hos dies jejunus agaim.

AMPLIFIC. Quindecimipsos annos, nunquam intermissâ severitate jejunii, corpusculum inedia sic (*B. Agnes*) afflictavit, ut semel duntaxat in diem, idque vesperi, sitim aquâ, famem cibario pane sedaret. Sæpe de multis acceperat, & ipsa legerat sæpius, palustrem illum humorem, & olidam quasi lernam mentis, fluentis in luxum carnis contagione collectam, epularum exarescere parsimoniâ, affluentiâ redundare! nec ante siccatam & exhaustam maculosæ sentinæ luem, in cujusquam animo liquidarum sensum voluptatum, & honestissimas voluntates, & cognitiones verissimas facili negotio commoveri. * Quantus erat ille puer, qui cum de temperantia nihil adhuc audivisset, jam temperantiam colebat, abstinentiæ nomen nondum intellexerat, & jam tamen abstinens erat, jejunii rationem nondum perceperat, & jam jejunio corpus suum macerabat: * Qui tanta in victu temperantia utitur, ut non nisi tantum cibi potionisque sumat, quantum satis sit, non ad satiandum, sed ad mitigandum famis sitisque cupiditatem, & benè observat illud dictum, nullo modo fieri posse, ut pinguis venter tenuem sensum atque intelligentiam gignat: Neminemque multo cibo po-

tioneque repletum mente rectè uti posse. * Qui à rebus alienis manus, oculos, mentem continet, qui nullis vitiorum illecebris irretitur, qui parce, continenter, sobriè, vitam agit, neque ullâ unquam luxuriâ diffluit. * Eadem jejunia erant, eædem preces, eadem statis anni temporibus à certis ciborum generibus abstinentia, eadem interioris vestitus asperitas: neque quisquam unquam intemperans tanto studio voluptates corporis consectatus est, quanto ille eas perpetuò repudiavit. * Qui continenter vivit, continentiæ deditus à nullis se patitur voluptatibus superari, truculento Domino ventri morem neutiquam gerit, cibo esuriem magis concitat, quàm restinguit. * Nulla est vino ciboque nimio sapientiæ capitalior pestis, quantoque minus corpus alitur, tantò magis animi vires excitantur.

JEJUNIUM. Jeûne. *Jeûne.*

SYN. Abstinentia, inedia. ADJU. Langüens, triste, durum, longum, acerbum, molestum, pium, sanctum, castum, DEO gratum, acceptum, corpus attenuans, vires debilitans. PHR. Sacri jejunii Dies. Solemnis inediæ tempus. Instituta jejunia observare. Durities voluntaria, non necessaria,

SENTENTIÆ. Bona est oratio cum jejunio & eleemosynâ. (*Tobia.12.*) Humiliabam in jejunio animam meam. (*Psal.34.*) Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subjicit, cor contritum & humiliatum facit, concupiscentiæ, nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit, (*Aug.*) Jejunium verbositatem non amat, divitias superfluitatem judicat, superbiam spernit, humilitatem commendat. (*Idem.*) Jejunanti color honestus est, non efflorescente lascivo rubore, sed palore sobrio ornatus. Oculus mitis, compositus gressus,

ſus, vultus cogitabundus, non luxurioſo riſu indecenter, affectus, modeſtia ſermonis, puritas cordis. (*Idem.*) Jejunii labor compenſatur mentis placiditate, levatur uſu, ſuſtentatur otio, aut fallitur negoto. (*Amb.*) Jejunium non ſolùm perfecta virtus, ſed ceterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio, & pudicitia atque prudentia, ſinè quâ nemo videbit DEUM. (*Hier.*) Melius eſt, ſtomachum tuum dolere, quàm mentem: imperare corpori, quàm ſervire: greſſu vacillare, quàm pudicitiâ, (*Idem.*) Sint moderata & ſancta in omni mentis humilitate jejunia, quæ ità attenuent corpus, non mentem èlevent. (*Idem.*) Jejunium ſcimus eſſe DEI arcem, Chriſti caſtra, murum ſpiritûs, vexillum fidei, caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum. (*Chryſol.*) Jejunium eſt ſingulare Sanctitatis aratrum: colit corda, eradicat crimina, evellit delicta, vitia ſubruit, charitatem ſerit, copiam nurrit, parat innocentem meſſem. [*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut utres pellium ab omni ſquallore purgantur, & pigmentis liniuntur odoratis, ut ſaporem vini poſſint inviolabilem cuſtodire. Ita jejuniis corpora humana ab omni carnalium delictorum ſquallore purgantur: & fiunt utres divinis trocularibus apti: ut de prælo Crucis accipiant vinum novum, & incorruptam novitatem conſervent. (*Chryſoſt.*) V. ABSTINENTIA.

S. IGNATIUS LOYOLÆ.

PHR. Patriarcha, Parens, Fundator Societatis JESU. Publico bono datus: Cui animus Herous, inter inſanientes Gallici furoris metus imperterritus, inter obſcuras Gradivi nubes ſerenus, in fatali lapſu erectus. Uti virtus Regnorum Rerumque publicarum Mater: ità *D. Ignatius* communi orbis emolu-

mento cœlitus conceſſus eſt, publici bono propagator.

AMPIFIC. Utinam in arcanum Ignatii penetrale libera ſubingrediendi nobis concederetur poteſtas! Intueremur ſcilicet in auguſto illo pectoris ſolio Reginam dominari Charitatem; ſpectaremus in ſcelus deſignari prælia, damnandæ licentiæ refigi tabulas; impuritatis antiquari decreta, revocari in urbes æquitatem, in lares concordiam; in templa religionem. Videremus Juventutis licentiæ parari fræna, ſenectutis deſidiæ incitamenta, caſtimoniæ aſyla, morum innocentiæ munimenta. Animadverteremus Dominam in animos reſtitui rationem, domitam ab membris ejici cupiditatem; reduci in penetralia ſanctimoniam, expelli à moribus corruptelam; neglectum in domibus calcari luxum, cultam in compitis obviare modeſtiam! proſtratam id tribunali jacere injuſtitiam, erectam in foris ſtare æquitatem. Conſpiceremus præſtandis impendi conſiliis linguam, exhibendis auxiliis manus; adeundis periculis pedes; ſubeundis oneribus humeros; animum animis excolendis. Conſpiceremus fluctuanti conſtantiæ recludi portum, æſtuanti impudicitiæ affundi frigidam, graſſanti calamitati repagula objici, calcitranti formidini ſtimulos ſubjici; exultanti audaciæ habenas imponi. Intueremur denique ab animoſa Ignatii Charitate Idolorum vaſtari fana, æterno Numini dedicari altaria, impietatis aras everti, Religioni templa conſecrari & barbaras illas nauſeantis naturæ vomitu extra mores, extra humanitatem ejectas regiones ad humanitatis ac virtutis conſortium advocari. * Quem ſi nunc, & coram adſtantem liceret intueri, in ipſa Ignatii compoſitione charitatis exemplar agnoſceretis. Corpus enim illi erat, quale charitas ipſa; ſi quod mortalibus videnda oculis corpus aſſumeret, induiſſet. Statura mediocris, ſed in ipſa tamen mediocri-

diocritate ſublimis, ut paulatim à terra diſcedens cœlo ſeſe attollere videretur. Frons illi erat ad ſerenitatem explicata, in qua aptiſſimis characteribus amoris comes deſcripta legebatur affabilitas: ſupercilia nè in tumorem aſſurgerent, gratiſſima animorum conciliatrix modeſtia deprimebat: gemini oculi geminæ erant amoris faces, quas nec ſine demiſſione attollebat, nec ſinè laudabiliter ſuperba elatione depriuebat. Vultus colore fuſcus, quaſi emicantem laborabàt virtutem modeſtiâ obvelare; niſi permixtus igneus interiorem amoris flammam prôderet: humeri ad ſuſtentanda onera ampli, pectus magnæ animæ capax, totus Ignatius viva Charitatis effigies.

Etenim ſicut nulla eſt tam remotum ad mundi limbum damnata regio, nulla tam barbara Natio, nullus tam vaſto ſecretus Oceano populus, ad quem laborioſa Ignatii Virtus, non famâ tantùm & vacuâ narratione, ſed liberali etiam beneficentiæ ſuæ impendio pertigerit, ita nullus eſt inter homines dignitatis ordo, nulla fortunæ conditio, nullum naturæ diſcrimen, quod cùm ea præſtitiſſe Ignatium experiatur, quæ ab omnibus prædicari debeant: illud tamen effeciſſe non confitea tur, ut nullo ſæculorum ambitu pro dignitate valeant prædicari. Nam ſi conſideretur impenſorum ab Ignatio beneficiorum multitudo, omnem Arithmeticæ numerum; ſi expendatur magnitudo, omnem Geometriæ decempedam; ſi ſuſpiciatur ſingularitas, omnem Sapientum æſtimationem, ſi expendatur utilitas, omnia populorum deſideria ſuperavit. Ut facilè mihi perſuadeam, ſi in Romanæ ſuperſtitionis ſæcula incidiſſet Ignatius, nullas intra mœnia futuras fuiſſe Laureas, quas non glorioſo vertice ipſe impleret; nulla theatra, quæ communi civium plauſu non occuparet; nulla fana & delubra, quæ ſui Numinis religione non conſecraret. Sed non indiget inani admiratorum ſuperſtitione, qui

ſolidæ Virtutis meritis omnem veræ gloriæ ſemitam occupavit. Suis ipſe major eſt incrementis, quam fictæ religionis mendacio. Non eſt pulchrum, quod eget calamiſtro: non eſt Virtus, quod vitio conſecratur. Faceſſat ergo ſuperſtitioſa Antiquitatis religio, & exaggerata per ſacrilegium commendatio; dum ipſa materia omnem facilè cultum verborumque facundiam ſupergreditur. Ipſe ſuorum geſtorum ampliſſimum eſt ornamentum; ut quisquis ſeu adſcititio cultu, ſeu orationis pigmento ornare voluerit; meritò timeat, ne corrumpat. Quare & ego mitto omnem de Eloquentiæ cultu ſollicitudinem, quando ipſum ſibi argumentum amplisſima eſt panegyris. Quidquid tamen de te dixero, glorioſisſime Patriarcha, dictum erit ad ſplendorem magnificè, quia nihil feciſti ad memoriam poſterorum humiliter, ampliſſimè laudaberis, ſi quidquid protulerimus, necdum laudandi obligationi ſatisfeciſſe arguemur. * Spectant ad Patrum encomia filiorum laudes, eidemque debent ſua, cui debent ſeipſos. Quare ſi aptè & ad laudem magnificè Maurolycus Abbas Societatem appellavit inexpugnabile Eccleſiæ munimentum: Ignatium illius ſolidum eſſe fundamentum gloriemur. Si à Valerio Ximenez eximio in Carmelitana familia Theologo firmiſſima Eccleſiæ columna eſt nuncupata, Ignatium illius eſſe Columnæ baſin aſſeveremus. Si a Clemente VIII. dexterum Eccleſiæ brachium eſt nominata: Ignatium ejus brachii nervum cogitemus. Si à Gregorio XV. dicta eſt Sacra militia, Catholici nominis defenſione & hæreticorum excidiis clariſſima; Ignatium ejus militiæ Imperatorem aſſeramus. Si verò Rerumpubl. fundamenta ſuſtinendis urbium ruinis ſubjectæ columnarum baſes, in militum brachiis nervorum vigor, Legionis fortiſſimi Ducis exemplo animatæ, quidquam publicæ utilitati conferunt, concludamus vel cum Romano Oratore Zambeccaro, Ignæ-

gnatium, hominem juvandis hominibus vere natum; nisi fortè Angelum cogitetis destinatum à DEO totius orbis Tutelarem; vel cum Gregorio XV. Ignatii animum mundo majorem suæ pietatis opera ultra unius ævi terminos extendisse.

At tu, IGNATI, quid vestes frustra mutas? quid te mendicorum gregibus inseris? quid sub Manresana rupe obliteſcis, & barbam fœdum in modum, capillosque sinis excreſcere, ut famam minuas, ut laudes obteras, ut ostentationem devites pulchrum illud, digito monstrari, effugias? Nihil agis, Vir sanctissime, nihil agis: Te digito, vel invitum monstrabit Laus, perque omnia mundi loca, temporumque spatia, spirantem tuarum virtutum effigiem, Fama circumferens, voce ab omnibus exaudiendâ posteris, dicet, hic est, Hic est, virtutum sator, vitiorum domitor, expulsor ignorantiæ, pietatis assertor, profligator hæresum, dæmonum victor, orci terror, ac mundi stupor. Hic est, unus ille homo, qui cunctando, certandóque pariter, cum Romanæ Sedis hoste, publicam restituit rem: orbi scelerum mole laboranti, nutantique suppoſuit humeros, labentemq; solus sustinuisse visus est, & erexisse claudicando. Hic est, cui suum debent Templa nitorem, Cœnobia celebritatem, splendorem Academiæ, Artes optimæ dignitatem, institutionem Juventus, Familiæ nobilissimæ, vitæ sanctimoniam; decus religionis illibatæ, Urbes, Provinciæ, Regna, Europa tota, atque adeò, Orbis terrarum, quàm latè patet, universus. Hic est, quem in irritum petiêre invidi, horruêre impii, odêre scelesti, oppugnant hæretici; quem Boni contrà colunt, Sapientes prædicant, honorant Populi, mirantur Optimates, suspiciunt Principes, Reges venerantur, gentes florentissimæ reverentur; quem omnes amant, omnes obſervant, omnes ornant, & satis dignè nemo laudat.

IGNA-

IGNAVUS. Liederlich/ Faul. *Pareſſeur.*

SYN. Deſes, deſidioſus, iners, piger, vecors, imbellis, ſocors, indiligens, ſegnis, veternoſus, oscitans & dormitans; diſſolutus & negligens. PHR. Deſidiæ plenus. Torpore languens. Otio, pigritiâ, deſidiâ frigens, languescens, hebescens. In quo diligentia requiritur. Pigritiæ morbo laborans. Ignaviæ labe infectus. Inertiæ deditus. Ex deſidiâ languens. Deſidioſam vitam agens. Hebescens in otio. Negligens, remiſſus & otioſus. Vir omnium ignaviſſimus. Qui torpet & diffluit, dormit; Et cucurbitas, quod dicitur, pingit. Homines otio ſe atque ignaviæ dedunt; mollemque vitam, ac voluptariam, ſequuntur. Qui per totum anni tempus vel ad focum decurrunt, tanquam languidi boves; vel in lecto volutantur tanquam lutulentæ ſues; omnemque in otio extrahendo curam figunt. Qui ignaviâ præditus eſt; qui lutulentis in vitiis jacet, ſicut ſus in volutabro cæni, qui nunquam ſe erigit, nunquam reſipiſcit; qui nihil homine dignum judicat: Sed ſtupore quodam inertiæ preſſus, quovis modico labore frangitur. Qui tum ſe felicitatis cumulum conſecutum putat, cùm otio languet, mollitieque quâdam carnis incredibili diffluit; quaſi contra laborem diligentiamque bellum quoddam inexpiabile ſuscepiſſe videatûr. Qui torporem ac deſidiam amplexi, vitam luxu atque inertiâ tranſigunt; nihil agentes, quo ſe homines eſſe teſtentur. * IGNAVIA. Faulheit. *Pareſſe.* Pigritia, deſidia, negligentia, inertia, indulgentia, ſegnities, languor, torpor, veternus. ADV. Ignavè, ſegniter, indiligenter.

AMPLIFIC. Quid? Eſtnè ignavia hæreſeos fomentum? hæreſeos fomentum. Perpuſillum illud eſt, nectanti flagitii teterrimam labem ſatis exprimit. Eſtnam Atheismi fons & principium, quid? Atheismi

mi origo ignavia ? Atheismi origo ? etiam minutum est hoc nomen, tantoque scelere, quod omnia in se flagitia videtur, levius. Nam quo tu digno nomine illam humani generis pestem, illam bonorum omnium stragem, illam religionis maculam, illam Ecclesiæ labem ignaviam potes appellare. * Qui ignaviæ extabuit, in omnia se flagitia ingurgitantem videmus. Mendacio inficitur, nisi manum callum obduxisset, odio flagrat, invidia consumitur, Venere contaminatur, perfidia inquinatur : quid multa ? omnia tàm divini quàm humani Juris repagula perrumpit, atque adeo tàm est perrupta audacia, ut Deum ipsum incesto ore violare, maledicoque dente insectare conetur * Ignavia, qua mentes humanæ obstrictæ extabescunt, ita omnia occupat, ut quas res nostri majores præclarissimi viri diligentiâ summâ inventas, & ordine digesserant, & ratione constrinxerant, ignavia & desidia nostrorum labefactatæ pessum ire, atque (nisi divino nomine fultæ cohærerent) multis abhinc annis concidere videantur. * Qua nihil est fœdius, nihil tetrius, nihil detestabilius ignavia : quod qui non viderit, senserit, judicaverit, quid possit aut videre clarè, aut sentire sincerè, aut judicare incorruptè, planè ignoro. * Qui potius omni claritati naturæ, ipsiquè DEO charitatis authori, & naturæ totius suprema architecto bellum plenis buccit & buccinis denunciare videntur. * Qui sic suas cogitationes instituunt, ut si quid otii sui cursum leviter inhibere possit, illud quamprimum obstaculum summâ diligentiâ, attentissimâque curâ removere conentur. Unde fit, cùm nihil arbitrentur otio suo magis repugnans virtutibus, virtutes obterant, nihil magis contrarium pietati, pietatem comminuant, nihil infestius DEO, opinionem omnem de DEO in ipsis communibus sensibus infixam è medio tollere contendant, & pro suâ in DEUM malitiâ odioque incredibili enixè contendant

tendant. * Si qua negligentia, si qua desidia, si qui languor vobis minus advertentibus inhæret, qui nec membris corporis, nec animi sensibus uti permittit, ad exercitationis labores subeundos, excitate, tollite, depellite tantum morbum, perniciem, atquè pestem: Et facite, ut in eorum locum diligentia, celeritas, & industria suscendentes, tanquam arbores bonæ verno tempore crescant, vireant, & florescant. * Adhuc nemo extitit; qui solius ignaviæ passibus ad immortalis gloriæ fastigium evaserit. Altius equidem illud est, quam ut illuc testudo hæc pertineat: Nec Alpes Annibali, nec juga sublimioris famæ citra sudorem ulli patuere. Caro emitur? nec facilè molli committitur ingenio Nomen Immortale, Odit inertem gloria, nec inertiæ manibus bene tanti pretii gemma teritur. Sudandum: oam etiam ad hoc Famæ non intermorituræ Latium per discrimina tenditur. Conjurata ventorum agmina non ignavus toleres necesse est, antequam hoc tam beatum littus teneas, Scilicet absque meritorum pennis ad sudum Immortalitatis evehare: Jacent hujusque & situ oblivionis squallent, qui delituere otio, desidiâ diffluxere. Adeo nusquam ignavis immortalitas obtingit, qui Campanis emollire deliciis Sybaritarum luxu virtutem atteri quondam passi sint.

SENTENTIÆ. Maledictus, qui facit opus DEI negligenter. (*Jer. 48.*) Usquequò Piger dormies? Quando consurges è sommo tuo? (*Prov. 6.*) Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur. (*Matth. 7.*) Non dormientibus provenit regnum cœlorum: nec otio & desidiâ torpentibus beatitudo Æternitatis repromittitur. [*Leo. P.*] Nihil agere semper infelici est optimum. [*Sen.*] Demetrius vitam securam, & sinè ullis fortunæ incursionibus, Mare mortuum vocabat. In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, mallacia

est

eſt. Attalus ſtoicus dicere ſolebat : Malo me fortuna in caſtris ſuis , quàm in deliciis habeat. [*Idem.*] Deſidia eſt mors ſuperſtes , vigil ſopor. [*Nier.*] Ignavia magnorum ingeniorum ſæpe peſtis. [*Lips.*] Ignavi animi ad primùm ictum concidunt. [*Idem.*] Ignavia & ſuperbia , duæ peſtes juventutis? [*Idem.*] Qui nihil agunt, mortui ambulant inter vivos. (*Idem.*) Socordiæ breve, & penè ſine ſenſu , gaudium eſt: Diligentiæ fructus ſe exerit ; neque nunc ſolùm , ſed in futurum delectat. (*Idem.*) Deſidia humectat, & imbecillum corpus fluidumque reddit: labor ſiccat ; & robuſtum ſtrictumque corpus facit. (*Hippocrat.*) Ipnavia in rebus divinis eſt nefaria (*Ariſtid.*)

SIMILITUD. Ut venenum in viſceribus noſtris incluſum corporis plusquam gladiatorii vires infringit. humores puros, & ab omni turpiori agitatione integros inficit. Sic ignavi in ipſis Reipubl. medullis penitus inſidentes juventutem Reipubl. florem ſuo exemplo corrumpunt ; facultates Reipubl. firmamenta luxu exhauriunt, & tandem ipſius Reipubl. legibus optimè conſtitutæ nervos incidunt. (*Turner.*) Quid ſperari poteſt vel è fonte amaro, niſi rivi amari? Vel è ſcaturigine noxiâ, niſi fluvii noxii? vel è venenario torrente, niſi exitus funeſti? At torrens venenarius Ignavia eſt? & vos felicem exitum ; noxia ſcaturigo torpedo eſt, & vos ſalutiferum fluvium ; fons amarus otium eſt, & vos inde expectatis dulcem rivum? (*Steinbr.*) Ut lignum occulta teredo conſumit : Sic animum delimat paulatim & exedit ignavus affectus. (*Lips.*] Ut aquæ diutino ſitu vitium contrahunt : Sic noſtri animi aſſiduâ ſeſſione, vel quiete. [*Idem.*) Sicut navis, quæ è littore ſpectantibus ſtare videtur, celerrimo curſu ſæpe labitur : Sic eſt aliquod etiam actuoſum otium, cui litterati conſecrati ſunt: [*Idem.*] V. Otium.

IGNIS. Feur. *Feu.*

SYN. Igniculus, flamma, rogus, incendia, *orum.* ADJU. Clarus, exiguus, æthereus, æternus, artificiosus, vitalis & salutaris, hibernus, novus, perpetuus & sempiternus; *funesti ac nefarii, æstiferi, altissimi, pestiferi, religiosissimi.* (*ExCic.*) Damnosus, artificiosus, vehemens, rapidus, scintillans, vorax, flagrans, edax. penetrabilis, volucer, lentus, vagus. PHR. Ignis innoxius & ardore carens, animalium adlambens capillos. Ignis confector & consumptor omnium. (*Cic.*) Elementum naturæ calidissimum levissimumque. Flammarum fulva & tortuosa volumina. Flammarum violentia. Ignem modò convalescentem extinguere. * Feuer von Kohlen. *Feu de charbon.* Carbonarius ignis. Coctili, *vel*, Coctivo ex carbone ignis. * Feuer-Wüsch. *Feu follet.* Ignis fatuus. Flammæ fatuæ. Ignitæ exhalationes. Flammati halitus. Ignes volatici. Volucres flammæ. Hujusmodi plerumque ignibus campi in Æthiopiâ latè collucent. * Feurig. *Qui est en feu.* Inflammatus. * Das Hauß brennt. *La maison est en feu.* Domus flagrat, deflagrat, conflagrat. Igne celeriter concepto latè fundit incendium. * Zu Feuer werden. *Devenir en feu.* Ignescere, In ignem verti, converti, commutari. * Feuer anmachen. *Faire du feu.* Ignem excitare, facere, accendere. Ignem ex silice excutere, elicere, elidere, excutere. Attritu chalybis ignem excitare, flammam ciere. * Das Feuer verzehrt alles. *Le feu consume & devore toutes choses.* Flammæ vis omnia absumit, consumit, corrumpit, perdit, abolet, in nihilum redigit. Hic noster ignis, quem usus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium, & quocunque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. * Freuden-Feuer. *Feu de joye.* Ignis festus

festus, *vel*, festivus. Publicæ gratulationis festus ignis. Publicæ lætitiæ compitales ignes. Gaudii publici festa pyra, æ. Ad celebrandum Primogeniti Cæsaris natalem diem, in omnibus hujus urbis regionibus excitati sunt ignes, extructæ sunt festæ pyræ: festis colluxere ignibus omnia hujus urbis compita: festis ignium flammis tota latè reluxit civitas.

Ignis cæteroqui violentus in suo feriatur regno & aëri leniter insidens, caloris & luminis jucundissimam terris temperiem impertit. * Quemadmodum ignem in materiâ latentem, etiamsi nondum in luculentam flammam attollatur, emicantes tamen scintillæ quædam, aût fumus è profundo subindicant. * Reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura fervida est, & cæteris naturis omnibus salutarem impertit, & vitalem calorem. Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili parique natura diuturnitate servari eoque magis, quod intelligi debet, calidum illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis, & causa gignendi, à quo & animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, & nasci sit necesse & augescere.

Habet (non diffitebor) habet ignis, quo minatur; sed habet & quo blanditur: ut terrere quantumvis possit, possit tamen & animare. Si forte vos terret, quod Spartanorum aliquando ritu pugnaturis prælatus est ignis; me ad spem viam serenæ pacis animat, quod vetusta Romanorum lege ad Concordiæ aras accensa flamma Sponsis nuptiali festo prælucebat. Si vos terret, quod imis Vesuvii, aut Æthnæ visceribus incluſus ignis violento impetu disjectas rupes in procul dissitas regiones effundat, me ad spem pacis animat, quod idem ignis sub opulentis Dalmatiæ montibus aurum excoquat ad maturitatem. Si vos

terret, quòd in ſuprema aëris regione coactos vapores in fatales accendat cometas; me in ſpem pacis animat, quod idem in Sole cœlum ſerenet, & amœniſſimâ ludat in ſtellis ſerenitate. Si vos terret, quòd delicioſarum ſæpè ſilvarum voluptates unico incendio deponat in cineres; me in ſpem pacis animat, quod eandem terram fœcunditate donet, quam flammis exuſſit. Si vos tertet, quod militari obſidione coronatas in urbes poſtremum excidium injiciatur: me in ſpem pacis animat, quòd ad religioſas Veſtæ Concordiæque aras conſervabatur immortalis. Si vos terret, quòd ampliſſima aliquando regna exundante flammarum voracitate devaſtaverit; me ad ſpem pacis animat, quòd innoxio circùm Aſcanii crines affluxu Regiam portenderit dignitatem. Si vos terret, quòd fulguritæ fruges afflentur veneno; me in ſpem pacis animat, quòd tactis cœleſti flammâ ſerpentibus, virus omne conſumatur. Si vos terret, quod eliſo de nubibus igne exuſta loca deſolentur in vaſtitatem; me ad ſpem pacis animat, quod iisdem in locis fulgorem ſiderum imitata gemma, Plinio teſte enaſcatur. Si vos terret, quòd bellorum anteſignana Diſcordia facem rotet; me ad ſpem pacis animat, quòd ſuâ etiam Amor ad innocentes delicias flammâ inſtruatur. Si vos terret, quod nocturnus viator ignium fraude deducatur in devia: me ad ſpem pacis animat, quòd peregrinus Iſrael ad terram lacte & melle manantem pervenit. Si vos terret, quod nunquam extinguendo per æternitatem incendio tortor ignis infernum accendat; me ad ſpem pacis animat, quòd ad expellendas ſolo poteſtates tenebrarum ſola flamma ſubſervit. Si denique vos terret, quòd ultrice criminum flamma torqueantur Dæmones; me ad ſpem pacis animat, quòd Miniſtros quoque ſuos Deus facit ignem urentem, quos Angelos eſſe pacis non ignoramus.

Digitized by Google

IGNORANTIA. **Unwiſſenheit.** *Ignorance.*

SYN. Ignoratio, inſcitia, inſcientia, imperitia. ADJU. Craſſa, rudis, turpis, inhonorata, noxia, ſumma, ſupreina, ſupina. IGNORANS. Indoctus, illiteratus, imperitus, idiota. Omnis eruditionis expers atquè ignarus. Qui litteras noſcit. Qui inſcitiâ laborat. Intelligentiâ, & rerum cognitione peregrinus & hoſpes. Cujus animus nullâ vetuſtatis cognitione, nullâ antiquorum temporum notitiâ, nullâ denique quaſi ſenili & canâ ſcientiâ eſt imbutus. V. INDOCTUS.

AMPLIFIC. Fac, ab infantiâ jacuiſſe in illâ doctrinarum omnium, ingenuarumque artium ignorationem, in quam ab naturâ, potiùs hâc in re noverca, quàm parente projicimur. Fac, nunquam aſpexiſſe lucem illam ſapientiæ, quæ mentis aciem, ad res quocunque gerendas, conſuevit illuſtrare. * Ignorantia mentibus noxia, veritatis inimica, inauſpicato acquiſita ea eſt, quæ per doctrinæ ſpeciem pravis opinionibus, veróque contrariis nixa, quorundam in animis velut marina concha ſcopuloſis ſaxis inhæreſcit adeò atque infixa eſt, ut cum neque ex aditu, neque èx receſſu poſſit avelli, veritatem in arcem animi diſcentis ingredi parantem impediat, repellat, extrudat: vel eam ingreſſam, quod locum ubi veſtigium ponat non invenit, retrorſum pedem referre turpiter cogat.

SENTENTIÆ. Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum. (*Prov.* 19.) Rex inſipiens perdet populum ſuum. (*Eccl.* 10.) Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te. (*Oſe.* 4.] Si quis ignorat, ignorabitur. [1. *Cor.* 14.] Melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia. (*Aug.*) Hebetudo mentis eſt acutæ rationis obtuſio, carnalis intemperantia craſſis ſenſibus inducta. (*Hugo.*) Ignorantia ſui initium omnis

peccati: Ignorantia DEI consummatio omnis peccati. (*Bern.*) Non parum cognovisse; sed in parum cognito, stulte & diu perseverâsse turpe est. (*Anon.*)

SIMILITUD. Cor fatui quasi vas confractum; & omnem sapientiam non tenebit, (*Eccl.* 21.) Ut morbus non celandus est, sed in publicum efferendus, quo sanari possit, ut dixit Heraclitus: Sic insciția non est tegenda. (*Plut.*) Sicut vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos, pro corporum habitu: Ita eadem stultitia & ignorantia veri, quosdam incitat ad studium pecuniæ, quosdam ad voluptates. (*Arist.*)

IGNOSCERE. Verzeyhen. *Pardonner.*

SYN. Parcere, indulgere, condonare. PHR. Noxam remittere. Veniam roganti concedere, tribuere. * Ich verzeyh dir diesen Fehler. *Je te pardonne cette faute.* Illius noxæ tibi gratiam facio, veniam do, pœnas condono, *vel* remitto, impunitatem do. Culpam illam tibi condono. Tibi ignosco. In hâc tibi culpâ ignosco. * Pœnam, quam meruisti, parenti tuo remitto, condono, concedo. Inimicitias meas omnes tibi dono, tibi permitto atque condono. Homo, cui maximorum scelerum venia nulla ad ignoscendum dari potest. * Du verzeyhest gar zu leichtlich. *Vous êtes trop facile à pardonner.* In parcendo nimius es. Ad nimiam lenitatem incumbis. Nimiam clementiam adhibes. Plus justo benignus & humanus es. * Du verdienst/ daß man dir verzeyhe. *Tu merite, qu'on te pardonne.* Dignus es, ut tibi parcatur, ignoscatur, condonetur, indulgeatur, remittatur, venia detur. Mereris veniam, *vel* impunitatem. Mereris, ut impunè abeas, feras, ut impunè tibi sit, ut impunitus abeas. Veniâ, *vel* impunitate dignus es. Dignus es, ut ad hanc culpam connivea-

tur;

Digitized by Google

tur ; ut multa & impunita injuria dimittatur. * Vergebt mir/ es iſt dem nicht alſo. *Pardonnez moy, celan' eſt pas.* Tuâ pace dicam, *vel* Tuâ pace dixerim, *vel* Bonâ tuâ veniâ dixerim, *vel* Per te mihi hoc aſſerere liceat ; res non ita habet. * Verzeyhe mirs. *Pardonnez le moy.* Si quid in te peccavi, ac potiùs quoniam peccavi, ignoſce. Culpam fateor, oro veniam, noxæ me dedo. Hunc meum errorem ſi mihi condonaveris, ego officiis abundè penſabo. Si mihi hujus delicti gratiam feceris, habebis me poſthac tibi multò addictiorem. Ut hoc errati mihi condones, cogita omnes homines aliquo interdum errore duci. Ut jure peccanti mihi ſuccenſuiſti, ità pœnitenti mihi æquum eſt ignoſcere.

SENTENTIÆ. Dimittite, & dimittemini. (*Luc. 6.*) Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris. [*Matth. 18.*) Hæc res ſi attentiùs cogitaretur, optare quisque deberet habere aliquos, quorum offenſiones eſſent remittendæ, (*Iſid. Clarius.*) Magna gloria eſt, ſi cui potuiſti nocere, parcas. (*Bern.*] Non dedignetur quod fecit CHRISTUS, facere Chriſtianus. (*Aug.*] Finio cum Titulo expreſſo ſuper caput CHRISTI Crucifixi, his quatuor litteris, I. N. R, I. Quæ hæc verba indicant ? Hæc ſanè non incongruè : *Injuriæ Ne Recorderis Illatæ.* (*Steph. a s. Paulo.*) V. INJURIA.

SIMILITUD. In Regionibus, in quibus vina non producuntur, absque dubio ibi vina ipſa pluris fiunt, majoremque habent valorem : Cùm igitur nullum in Adverſario noſtro ſit amoris vinum, manifeſtè ſequitur, ſi ibi amorem reponimus, illum maximi pretii & valoris eſſe. [*Diez.*) Prudentes Mercatores mercimonia ſua eò portare ſolent, ubi illorum major eſt penuria ; nam ibi cariùs venduntur. Quarè ergò amo-

rem tuum non aſportabis in terram, quæ tantam ejus penuriam habet, qualis eſt inimicus tuus, ut ibi illum cariùs vendas? (*Idem.*)

IMITARI. **Nachfolgen.** *Imiter.*

SYN. Simulare, adumbrare, exprimere, ſequi, exequi, effingere, æmulari. RHR. Aliquid imitatione exprimere. Exemplum ab aliquo transferre. Aliquem imitatione aſſequi, exprimere, reddere, referre, conſequi. Ad aliquem imitando proximè accedere. * **Seine Tugend verdienet von dir nachgefolget zu werden.** *Sa vertu eſt digne d'être imitée de vous.* Tibi illius imitanda virtus eſt. Digna eſt ejus virtus, quam imitatione exprimas, quam tibi proponas ad imitandum. Ob virtutem præclaram digniſſimus eſt, tuorum factorum exemplar ex illo petas. * Aliquem ſibi ad imitandum proponere. Quod illuſtre ac magnificum miratus claſſicorum Autorum in libris eram, aſſectari delineando ac reddere, tractandis argumentis finitimis ſum conatus. Cujus ſolertiam nemo opifex conſequi poſſit imitando. Cujus veſtigia perſequi cupiunt. Tu ſimilitudine illius divini ingenii in eadem incurris veſtigia. Imitabilis, *vel* inimitabilis videtur eſſe. Cùm ipſi ſe homines in Regis, velut unici exempli mores formarent. In avi mores atque inſtituta abiturus erat. Patris ſui veſtigia ingreſſus. Ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Honeſtiſſimum eſt, majorum veſtigia ſequi, ſi modò recto itinere præceſſerint. Illius debes implere veſtigia. Dictus eſt ſimia temporis ſui. Ad privatum in ſcribendo uſum atque imitationem quidquid legimus conferre. Illorum hominum induſtriam continentiamq; maximè imitari debemus qui omni ſuum tempus perdiſcendis litteris tranſmittendum eſſe voluerunt. Eligere debemus authores præſtantiſſimos, quorum in dicendo veſtigiis inſiſtamus.

Pul-

Digitized by Google

Pulchros incipiamus ſectari, & horum in oculis ſemina divinitatis rimemur. Demoſthenem ſibi ſumpſit omnibus viribus imitandum ; non aliud agere, non aliud optare, niſi ut illum referat.

AMPLIFIC. E clariſſimis quibuſque Oratoribus Græcis, quorum extabant orationes, unde lumen peteret ; virtutes omnes, quæ ſplendidiùs eminerent, excerpſit. Itaque non modò vim Demoſthenis effinxit, qui ferebat palmam ; ſed etiam Platonis copiam, jucunditatem Iſocratis, ſubtilitatem Lyſiæ, ſplendorem verborum, blanditias, lenitatem ac ſonitum Æſchinis, acumen Hyperidis & argutias. * Cur ſingulorum virtutes obſervavit, enumeravit, protulit è tenebris in lucem ; niſi ut id libaret, in ſe fingeret, atque imitando exprimeret, in quo quisque præcelleret ? * Detorſit Gravitatem Catonis, ardorem Callæ, ſapientiam Lælii, Philippi aculeos, Lepidi ſtylum, Julii facetias, Carbonis profluentiam ; avidiùs recentiores æmulatus expreſſit grandiloquentiam Sulpitii, vim Antonii, Craſſi leporem, ſuavitatem Catuli, proprietatem Cottæ, ſplendorem Cæſaris, Hortenſii flores & actionem. * Panegyricorum auctores, ſi quid habent elegantiæ, ſi quid nitoris, ſi quid artificii, ſi quid laudis, totum id habent ex imitatione Ciceronis ; ex eo fonte derivarunt illi ſuos rivulos ; ex eo Sole mutuati ſunt illi ſplendorem ; ex ejus officina per imitationem illi ſua tela promſerunt. * Quod in quoque optimum eſt, colligo, & quoad poſſum facio meum ; ingenium ſaginato, memoria conforta, ſtiloque locupletato, tum linguam, tum orationem ad ſummi Oratoris imitationem effictam novis ornamentorum floſculis aſpergo, telam auream punctis argenteis aliorum ſcriptorum diſtinguo, nonnullis quoque gemmis illumino, quia neminem ſperno, cunctos approbo, nullius vel adjumenta vel ornamenta repudio. ſtudium primarum uni Magiſtro, Duci exemplari dicavi.

cavi. * Bonum ſimiliter ingenium, quæ per lectionem hauſit, ex optimis auctoribus, tametſi multa, varia, diſſimilia, recondit, intus ſolertia commiſcet, commendatione concoquit, artificio commutat, in unum ſuccum propemodum & ſanguinem abſcondit, & unum oſtendit, quod efficit. Hunc liquorem ſibi ſemper ſimilem, calamo pro atramento ſuppeditat: in quo nec phraſes è Saluſtio decerptas; nec periodos à C. Cæſare depromptas; nec figuras à M. Tullio deſcriptas ad verbum recognoſcas. Stylus hic qui tam bono imbuitur atramento, non metuit; ne fiat repetundarum reus; non vereretur, ne peculatus accuſetur; non timet, ne furtum ullum deprehendatur, quia ſuum fecit jure, totum id, quod aliunde videatur abſtuliſſe. * Mutatus eſt ordo rerum, aut ſeries ipſa verborum, ſententiæ, ſi ſunt eædem, verbis aliis conveſtitæ, verborum figuris aliis ornatæ viſuntur: verbis & ſchematis verborum, ſi ſine ulla mutatione retenta ſunt; aliæ res, aliæ ſententiæ veſtiuntur: nihil in alienum locum irruiſſe; nihil vi ductum alienam ſedem occupaſſe: rogataomnia tanquam inlocum aptum ac ſuum deveniſſe putantur; ut verè ſtilus non fur argumentorum, emblematum, aut ſignorum, ſed verus ac ſincerus colorum & ſchematnm imitator eſſe videatur,

Quæcunque ſumit per auditionem præſertim & lectionem â magiſtris, & libris tanquam in fornace cogitationis, commentationisque calore, quantumvis varia & diſſimilia, conſtat, coquit, permiſcet, & facit ſua; vel furum imitatione, qui vaſa argentea ſublata furtim, & aurum inventum illico conflant, ne recognoſcantur à Dominis; vel more ſtomachi, qui varios diverſosque cibos in unum convertit ſanguinis purpurei ſuccum; tum in unum conflata, & à noxiis, vitioſis, ſupervacuis, expurgata typo ſuo formar, ac figurat

gurat, quaſi nova numiſmata, ſic ut quæcunque poſteà dicuntur, ſive ſcribuntur, tum ab ore, tum à calamo defluant uno modo; atque unius tenoris; ejusdem linguæ motu dicta; ejusdem ſtyli ductu ſcripta videantur. * Ab Epicuro eſt: Aliquis vir bonus nobis eligendus, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo ſpectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna vox ab Epicurea Cathedra, ô ubi ſumus Chriſtiani! ab Epicuro voluptatum magiſtro vincimur. * Imitatores, qui de vinis aureis & argenteis optimorum autorum orichalcum atque ſtannum effodiunt: de fluminibus eloquentiæ pro gemmis arenas, pro margaritis calculos expiſcantur: de fontibus ingeniorum pro pura & clara turbidam & inquinatam hauriunt aquam, imprudentia ſtultitiaque ſuæ debitas meritasque perſolvunt pœnas. * Imago, quàm ſibi ante oculos collocet, quàm attentiſſimè contueatur, cujus præſtantiſſimas quasque proprietates animo notet ac deſignet ad imitationem; ex qua virtutes ingenio, manu linguaque decerpat; atque in ſe quodammodo transferens in charta ſtylo deponat primum, deinde mentis agitatione memoriæ commendet, poſtremum in oratione depictas, inſculptas, impreſſas earum virtutum imagines ſimillimas referat, objiciatque auribus & oculis auditorum pronuntiando.

IMITATIO. Nachfolgung. *Imitation.*

PHR. Scriptorum veterum expreſſio. Ingenioſæ cujusdam ac liberalis; non vilis, ac circà patulum verſantis orbem Imitationis ſtudium.

AMPLIFICAT. Imitatio eſt, quæ in dicendi arte tradita præcepta in memoriam revocat, confirmat, ad uſum transferre docet: ſcribendi faſtidium tollit. reprimit confidentiam, ſolicitudinem nimiam adimit, naturam vitioſam emendat, bonam extollit, abſolvit,

ſolvit; intra quaſi cancellos ſeptaque continet. Ita naturâ comparatum eſt, ut quò fuerit imitator in depravato exemplari imitando diligentior; quò fuerit in exprimenda propoſita forma fidelior; eò turpior ac vitioſior inde ſuſcepta imitatio proveniat; eò qui fideliter atque ad vivum expreſſit ideam, ejus inquinatior maculis appareat, & fœditate deformior.

SENTENT. Chariſſimè, noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. (*3. Joh. 11.*) Eſtote ergo imitatores DEI. (*Epheſ. 5.*) Imitatores mei eſtote. (*1. Cor. 4.*) Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. (*Exod. 25.*) Imitatio CHRISTI eſt humilitas, imitatio Diaboli eſt ſuperbia. (*Baſil.*) Sanctarum animarum imitatio atque doctrina, & præcepta vivendi, norma virtutum eſt. [*Hier.*] Proclivis eſt malorum imitatio; & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia, (*Idem.*) Sit nobis vita majorum diſciplinæ ſpeculum, non callidatis commentarium; imitandi reverentia, non diſputandi aſtutia. (*Ambr.*) Illa tantùm digniora ſunt imitatione, quantum excellentiora pietate. (*Aug.*) Homines bonos imitare, malos tolera, omnes ama. (*Idem.*) Error miſerabilis eſt, ut religione colas, quem imitari nolis: cum religionis ſumma ſit, imitari quem colis. (*Idem.*) Qui preces ſuas exaudiri vult, æmulus debet eſſe vitæ Sanctorum. (*Amb.*] Pronior eſt enim ad imitationem mali humana fragilitas: [*Euſeb. Em.*] Ipſa Imitatio CHRISTI non eget tempore, nec arte; ſed ſolâ liberi animi electione. Nam in Statuarii cujusdam ingreſſi officinam, non poterimus imitari imaginem, etiamſi eam millies viderimus: hunc autem vel ex auditu ſolo licet imitari. [*Chryſolog.*] Ad majoris culpæ cumulum eſt impiis, Scire quod ſequi debeant, & ſequi nolle quod ſciant. [*Greg.*] Imitati eſtis errantem, imitamini & correctum. [*Hier.*] Nihil nobis aliena virtus ad ſalutem proficit; Si ad imitationem

nem se animus non extendit. [*Trithem.*] Ille dignus est laude bonorum, qui nititur sequi virtutes eorum. [*Thomas Kemp.*] Optimum est, majorum vestigia sequi, si rectè præcesserint. [*Sen.*] Oportet omnibus in rebus præstabiliorem imitari. [*Arist.*] Si non vis sequi CHRISTUM, saltem nè fugias illum; Si non audes imitari; cur audes repugnare, & contemnere ejus similitudinem? Intolerabilis inverecundia est, & miserabilis cœcitas, cùm superabundans charitas DEI adeò beneficentissima aliquibus sit, ut illos etiam reluctantes faciat conformes Filio suo. Gratias deberent agere DEO, quòd sine labore suo, & sine ullo periculo similitudinem Unigeniti sui dederit; quæ tantopere illi placet, & præ summâ indulgentiâ erga ipsos, cùm alios vocet ad imitationem Christi, illos locet in illâ. Sed ingrati reluctantur, ut evadant similes superbo Lucifero; imò superbiores. Nunquam Lucifer se putavit meliorem DEO: illi verò tanquam si essent majores, cùm JESUM afflictum sinè culpâ videant, ipsi ob infinitas culpas nolunt tangi; & se, qui peccatores sunt, volunt haberi velut meliores, & minùs dignos supplicio, quàm innocentissimum JESUM. (*Nier.*]

SIMILITUD. Qui imitatur Authores, dabit operam, ut similis illis sit, quemadmodùm filius similis est patri; non quemadmodum imago picta. [*Sen.*] Ut oscitant permulti, quod oscitantem conspiciunt; & micturiunt, quòd mejentem viderint: Ita quidam nullo certo judicio ad suscipienda negotia permoventur; sed quidvis in aliis imitantur ac referunt. (*Erasm.*)

IMMORTALIS. Unsterblich. *Immortel.*

SYN. Æternus, perpetuus, perennis. PHR. Mortis expers, nescius. Immunis fati. Mori nescius. Nullo ævo periturus. Fato major. Cujus

vivit

vivit immortalis memoria. Quem immortalem atque indigetem futurum asseruit. Quam vitam ipsa æternitas semper intuebitur. * **Eines andern Namen unsterblich machen.** *Immortaliser la memorie de quelqu'un.* Alicujus memoriam reddere immortalem, immortalitati commendare, consecrare, mandare, cum omni posteritate adæquare, immortalitate donare, in omnia sæcula dissipare, ab interitu vindicare, æternâ gloriâ decorare; posteritati tradere, omnium scriptis & sermonibus exornandam, extollendam, celebrandam. Alicui immortalitatem, æternitatemque donare, tribuere. * **Ihr werdet euren Namen verunsterblichen.** *Vous immortaliserez vôtre nom.* Perpetua, æterna, immortalis erit tua fama. Fama tua nunquam deficiet, nunquam consenescet, nunquam obscurabitur, nullo tempore extinguetur, nullâ temporis longinquitate delebitur. Tuam famam non ulla dies terminabit, nullum temporis spatium circumscribet, nulla vetustas corrumpet; non simul cum corpore mors illam extinguet, delebit, auferet. Tuum nomen vigebit in omnes annos; vigebit in consequentes annos, multis testata expressaque rectè factorum monumentis. De te posteritas omnis & audiet & loquetur. Immortalitatis præmia consequeris. Memoriam tuam excipiet ac tuebitur immortalitas. Laudem nominis tui, ad sempiternam memoriam temporis propagabis. Immortale tibi nomen paries, facies. De tuis laudibus, nullæ litteræ tacebunt, nulla posteritas contiscet. Nullæ reperientur tam ingratæ litteræ, quæ tui nominis gloriam, non immortalitatis memoriâ prosequantur. Ipse tibi tuis scriptis extruxisti monumentum ære perennius. Tu fac, ne ignoret vel meum erga te judicium posteritas. Vir es cumprimis insignis, & æternæ hominum memoriæ commendatus. Tuum nomen æternæ hominum memoriæ vis dedicare. Vindicabis ab oblivio-

ne tui memoriam, Tuæ virtutes in ſtuporem poſteros deducent, Vives ipſe, & per hominum volitabis ora. Tuis monumentis immortalitatem apud poſteros tibi parabis. Relinquis quo te vixiſſe teſtetur. Relinquis perpetuum tuum tuæ gloriæ monumentum. Tuis præclaris operibus poſteritatem tibi devincies. Immortalitatem nominis tibi conciliabis. Relinques poſteris admirationem tui nominis. Nomen æternum tibi paries. Multa relinquis argumenta, quibus vixiſſe te probatur per ætatem. Memoriam tui nominis à ſitu & pulvere vindicabis. V. GLORIA. LAUS, VIRTUS.

IMPEDIRE. **Verhinderen.** *Empeſcher.*

SYN. Interpellare, obſtare, excludere, prohibere, inhibere, vetare, obſiſtere, reſiſtere, oblucłari. PHR. Alicui impedimentum inferre, afferre. Alicujus votis obſtare, obeſſe. Aliquem implicare, irretire. Alicui incommodare, officere: Incommoditatem parere: moram afferre. Alicui difficultates objicere: Impedimenta opponere. * **Ich werde in dieſer Sach nicht verhinderlich ſeyn.** *Je n' apporteray point d' empeſchement à cela.* Huic rei nullum interponam, *vel* objiciam impedimentum. Huic negotio non intercedam adverſarius, non contrarius interveniam, non obſiſtam, moram non inferam. Id non impediam, non inhibebo, non prohibebo. * **Alle Verhinderuuß aus dem Weeg raumen.** *Oter tous les empeſchemens.* Omnibus impedimentis ſe expedire; *vel (abſolutè)* Expedire ſe. Explicare, *vel* Extricare ſe. Impedimenta ſuperare omnia. Removere omnia, quæ obſtant. * Hujusmodi veſtes ſunt importunæ, incedenti valdè incommodant. * Adverſus ventus portu nos prohibuit, inhibuit, arcuit, abſtinuit. Quò minùs portum teneremus, contrarius ventus impedivit, obſtitit, vetuit. * Impedit, quò minùs

id

id agam. Nulla exorietur mora, quò minùs id fiat. Per me ſtetiſſe credit, quò minùs hæ nuptiæ fierent. Id caſus quidam, nè facerem impedivit. Illos flumina continebant. Deduci non potuit, quò minùs id ageret. Ad hoc agendo abduci, revocari, avocari, abſterreri non potuit. Illum aditu excludam, aditu arcebo, prohibebo, ab ingreſſu prohibebo. Illum progreſſu arcuit, à reditu retrænavit. Abi lane, nihil ego moror, nihil remoror, per me licet. Abi, quò voles, per me licet, non impedio, moram non affero. Illum metus à mentiendo avocat, abſterret, prohibet. Homo negotiis diſtentus, implicatus, occupatus. Niſi quid te tenet, *vel* habeat occupatum. Niſi quà re impediaris, atque illigeris.

Ich förchte dir hinderlich zu ſeyn. *Je crains, de vous empeſcher.* Timeo, nè tibi aliquid impedimenti afferam; Nè tibi negotium faceſſam, moleſtiam exhibeam, creem; Nè tibi ſim moleſtus; Nè tibi obſtrepam; Nè tuas occupationes interpellem, interturbem, interrumpam, diſturbem, impediam. * **Was wird dich verhinderen/ zu kommen?** *Qu'eſt ce qui vous empechera de venir?* Quid erat moræ, quò minùs venires? Quid vetabat, *vel*, Quid te inhibebat, quò minùs accederes? Quid obſtabat, nè advenires? Quid tibi moram & impedimentum afferebat, quò minùs, &c. Quid adventum tuum impediebat, morabatur? Quid te tenebat? Quid cauſæ erat, cur non venires? Quid impedimento erat, quò minùs recederes: Quid te venire prohibebat? Quid interpellavit, quin venires? * **Die Kranckheit hat mir den Sieg verhindert.** *La maladie m' a empêchê de vaincre.* Impedimento morbus fuit, quò minùs vincerem. Ex morbo contigit, ut non vicerim. Fecit morbus, nè vicerim. A vincendo morbus me prohibuit, arcuit, ſummovit. Aditum ad victoriam moribus intercluſit. Victoriæ viam impediit; Victoriæ curſum

mora-

moratus morbus eſt. Ad victoriam aſpiranti, magnas mihi morbus difficultates objecit, magna impedimenta oppoſuit, viam obſtruxit. * Er hätte groſſes Unheil angeſtelt/ wann der Senat ihn nicht verhindert hätte. *Il eût fait beaucoup de mal, ſi le Senat ne l eût empéché.* Magna damna intuliſſet, ni Senatus ejus furorem compreſſiſſet, repreſſiſſet, frænaſſet, coërcuiſſet, retudiſſet, refrenaſſet, arcuiſſet, inhibuiſſet. Niſi ejus cupiditati occurriſſet, obviam iuiſſet, impedimenta objeciſſet, impedimento fuiſſet, moram & impedimentum attuliſſet. * Ich hab all Unheyl und Unordnung verhindert. *J' ay empéché tous les des ordres.* Ignem ab ædibus prohibui; ſacrilegia & rapinas arcui ab aris & templis; à mœnibus ruinam averti; tyrannidem repuli à curiâ; vim à fœminis, ferrum à viris, calamitatem propulſavi ab omnibus; peſte præſentisſimâ Rempubl. liberavi. Ignem ab ædificiis, ferrum à ſenibus, vim à mulieribus abſtinui.

IMPENSA. Außgab. *Deſpenſe.*

SYN. Impendium, ſumptus, jactura, expenſa, *vel* expenſæ. ADJU. Magna, major, minor, multa, tanta, turpes *cupiditatum*, annua, certa, exigua, *infinita*, *perpetuæ*; *nec ſolum neceſſariæ, ſed etiam liberales*; nimis magna, *tantæ tamque profuſæ.* (*Ex Cic.*] PHR. Sumptus in lites. Impenſæ in perſequendas lites, Lite ſumptibusque cadere. Litis ſumptuumqúe jacturam pati. Cauſam impenſasque perdere. Lite cadere, & impenſis multari. * Meo damno. Cum meâ impensâ. Meo periculo. Meis impendiis. * Sibi parat commoda ex aliorum incommodis. Alienis impendiis, *vel* de alieno cutem curat. Olet unguenta de meo. Id minore ſumptu fiet. * Tantos ſumptus ſuſtinere, *vel* tolerare non poſſum. Convenit ratio expenſi & accepti. *

Groſſe

Groſſe Unkoſten an etwas verwenden. *Faire de grandes depenſes en quelque choſe.* In aliquam rem ingentes ſumptus facere, impendere: Impenſas facere: Magnam pecuniam conjicere, pecunias profundere, magnam impenſam facere. * **Sein Geld unnützlich anwenden.** *Dépenſer ſon argent en choſes inutiles.* In res vanas pecuniam impendere. Inanes ſumptus impendere, facere. Inutili impensâ æs conſumere, profundere, prodigere. In quos ſumptus abiit tanta pecunia, *vel* tantam pecuniam convertiſti? Conviviis illam abligurivi, abligurii, heluatus ſum, diſſipavi, effudi, diſperdidi, conſumpſi. Homo juſto ſumptuoſior. Effuſus in impenſas. Profuſus in ſumptum. * Impendia exequendi Mandati gratiâ facta, reſtitui debent. Non etiam Patrimonium ſuum effudit, ſed in ſalutem Populi Rom. collocavit. Plusquàm oportet impendere. Certus quotannis labor, & certus ſumptus impenditur. Impenſum facimus in Macrocollâ. Propter impenſas, quas in litem fecit. Litis impendia bonâ fide facta. Cum tibi etiam Impenſas donaverit, quæ in collectione fructuum impenduntur. Ut nullus Teruntius inſumatur in quemquam. Inſumere ſumptum aut laborem in aliquam rem. Ita vivam, ut maximos ſumptus faciam. Præſtabo, ſumptum nusquam melius poni poſſe. Sumptus effuſi cum probro atque dedecore. Tyronem Curio commenda, ut ei, ſi quid opus erit, in ſumptum eroget.

IMPERARE. **Befehlen.** *Commander.*

SYN. Jubere, edicere, præcipere. ADV. Gratis, publicè, juſtè, latè. (*Ex Cic.*) PHR, Optimè ſuo gregi præeſſe. Imperiali arce ſceptra tenere: animos ſubditorum mollire, iras temperare, & prudenter moderari. Luctantes populos benigno premere

mere imperio. Leges alicui imponere, præscribere. Superbè avareque imperitare victis. Rei Romanæ arbitrium obtinuit. Quàm benè humeris tuis sederet imperium. * Der Armee befehlen/ daß sie marchiren soll. *Commander a l' armée de partir.* Exercitui indicere, *vel*, edicere profectionem. Imperare. *vel*, jubere ut proficiscatur, ut vasa colligat ad profectionem. * Ich hab dir befohlen zu schweigen. *Je vous ay commandé de vous taire.* Edixi, præcepi, jussi, imperavi ut taceres. Indixi: imperavi tibi silentium. * Thue/ was ich dir befehle. *Faites ce que ie vous commande.* Fac, quod juberis, *vel*, quod impero, *vel*, quod te jubeo, *vel*, quod tibi jubeo, (*juxta Ciceronem & Cæsar.*) Fac quod jussus es. * Der König hat mir befohlen / die Waffen zu ergreiffen. *Le Roy m' a commandè, de prendre les armes.* Jussus sum à Rege arma capere. Me jussit Rex arma capere. Edixit Rex, ut arma caperem. * Dem Befelch nachkommen. *Obeir.* Ad præscriptum omnia gerere. * Du bist nicht befugt mir zu befehlen. *Vous n' avez point de droit, de me commander.* In me nullum tibi est, *vel*, nullum habes imperii jus. Tibi, *vel*, tuo imperio non subsum. Tuo imperio non sum obnoxius. In, *vel*, sub ditione, potestate, jurisdictione, imperio tuo non sum. Nihil in me juris habes. * Ohn meinen Befehl. *Sans que ce luy aye commande.* Injussu meo. * Ich hatte dir dieses nicht befohlen. *Ie ne vous avois commandè cela.* Tibi mandatum non dederam hac de re. Illud à me non habebas, non acceperas in mandatis.

IMPERIUM. Befehl. *Commandement.*

SYN. Jussio, jussum, edictum, præceptum, mandatum, ADJU. Annuum, clarissimum, consulare, cruentum atque funestum, diligens ac moderatum, divinum, infinitum, domesticum, extraordinarium

atque ventoſum, legitimum, honorificum, illuſtre, militare, moleſtum, prætorium, regium, juſtum. [*Ex Cic.*) PHR. Befehl bey Straff. *Commandement ſur peine.* Sanctio. Imperium pœnâ ſancit im. Edictum ſanctione firmatum. * Aus Befehl des Kayſers. *Par commandement de l' Empereur.* Cæſaris imperio, *vel* ex imperio: Ex edicto Cæſareo. Edicente Cæſare.

AMPLIFICAT. Quid in civili ſocietate bonâ Imperii conſtitutione, ſive velis utilitatem, ſalutarius, ſive quæras delectationem, jucundius? Fulcrum rerum humanarum eſt, quo ſine nec ulla civitas, nec domus ulla, nec univerſa hominum natio, ubi gentium ſit, ſtare, nec natura illa rerum omnium parens dædala, ſic Lucretio; ſagax, ſic Mantuano; omniferens ſic Marullo dicta, nec ipſe mundus, quo nihil genitum vel majus, vel ornatius, vel mirabilius, ad oculi ictum ſeſe ſuſtinere poteſt. * Vinculum eſt per quod Reſp. cohæret, cohæret firmiter, cohæret tenaciter, ſine quo illa nil niſi onus eſt, nil niſi præda eſt. Circes illius virga eſt, quâ tactæ feræ, feræ rigidæ, feræ rapidæ, feræ rabidæ miteſcunt, quâ tacti homines, homines inquieti, homines turbidi, homines immorigeri manſueſcunt.

SENTENTIÆ. Imperio animæ carnis conditio obſecundet, nè effrænatâ licentiâ ancilla ejiciat dominam ſuam. (*Gaud.*) Imperare ars eſt, & non ſolùm dignitas: imò ars eſt omnium ſumma. (*Chryſoſt.*) Ecquod tutius imperium eſt, quàm illud, quod amore & charitate munitur? (*Synes.*) Hæc tria plurimùm faciunt ad conſtabiliendum imperium: Majeſtas, Gravitas, Beneficentia. Majeſtas parit reverentiam: Gravitas metum; Beneficentia benevolentiam, (*Philo.*) Rectè dicitur, neminem benè imperare poſſe, qui non priùs ſub imperio fuerit. (*Ariſt.*) Sinè imperio nec domus ulla, nec civitas, nec hominum univerſum

ſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe Mundus poteſt. (*Cic.*) Refrænet primò libidines, ſpernat voluptates, iracundiam terat, coërceat avaritiam,& cæteras animi labes repellat, tunc incipiet imperare, cùm ipſe improbiſſimis dominis dedecori, aut turpitudini parere deſierit. (*Idem.*) Neceſſe eſt, malàm animam & malè imperare: bonam contra animam hæc omnia rectè agere. [*Plato.*) Ut in corporibus, ſic in imperio graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. (*Sen.*) Hoc quam arduum munus ſit, cum ratio nos docet, tum exempla. Illam ſi inſpicimus; quantæ molis, ab uno capite tot capita coërceri, & univerſam illam multitudinem inquietam, diſcordem, turbidam, leniter redigi ſub commune quoddam obedientiæ jugum? Si hæc, quam pauci ab omni ævo reperti, qui laudabiliter hoc munere defuncti? nimirum majus quiddam eſt, quàm imperiti ſuſpicentur, curſum rectum in undoſo illo mari tenere, & in ſummâ fortunâ non abripi licentiæ ventis. Quam multis virtutibus opus eſt, quibus velut anchoris navis hæc firmetur; quàm variâ prudentiâ, quâ velut clavo gubernetur! ut veriſſima dixerim, difficile eſſe homini in hominem imperium: nec unius mente unquam dirigendum. [*Lipſ.*)

SIMILITUD. Ut non debet ſumere Cytharam, qui canendi ſit imperitus: Ita non debet imperium ſumere, qui non ſit prudentiâ præditus. (*Eraſm.*) Ut magnes ad ſe trahit omne ferrum: ſed Æthiopicus magnetem quoque alium ad ſe rapit: Ita Rex populum, quò lubet cogit; At ingens aliquis Rex, etiam Regibus cæteris vim facit. (*Idem.*) Ut non queas cognoſcere vas integrum ſit, nec nè, niſi liquorem infuderis: Sic nec hominem: niſi imperium commiſeris. V. Belli dux, Gubernator.

IMPERIUM ROM. Römiſch-Reich. *Empire Romain.*

AMPLIFIC. Qui hanc Romani imperii molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium elatam tuarum luce flammarum illuſtras, nationibusque univerſis ſpiciendam facis; eorum exardeſce in animis; quorum fulges in purpuris. * Terra marique patebat Imperium Romanorum; quod gentes ac nationes penè omnes, totumque fermè terrarum orbem complexu dominatuque ſuo continens iisdem propemodum finibus, quibus Solis curſus, terminabatur. * A Cæſare Auguſto in ſæculum noſtrum haud multò minus anni ducenti: quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit atque decoxit; niſi quòd ſub Trajano Principe movet lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus Imperii, quaſi redditâ juventute revireſcit. (*Florus.*)

IMPIUS. Gottlos. *Impie.*

PHR. Homo impius, in DEUM nefarius, in Numen ſceleratus, in Divina injurioſus, in ſacra ſceleſtus. Qui infeliciter cum DEO bella ſuſcipit: Qui regnum DEO nomen extorquere conatur. Qui ſe multos cum ſcelerato Dæmone ſalis modios êſſe glorietur, ſenſus ejus omnes pulchrè callens. Qui ſuas animas, & ſe totos Dæmoni conſecrant ac devovent, imo etiam vendunt. V. IMPROBUS.

IMPORTUNUS. Ungeſtüm. *Importun.*

PHR. Aſſiduus & moleſtus lagitator. * Ich will dir nicht überlaſtig ſeyn. *Je ne veux pas vous être importun.* Nolo tibi eſſe importunus, moleſtus, gravis, odioſus, incommodus, infeſtus. Noli tibi incommodare, tibi obſtrepere, tibi eſſe incommodo, te obtundere, te afficere incommodo; Tibi meâ importunitate moleſtiam exhibere, negotium raceſſere. Tibi impor-

importunitatem creare, afferre, parere. Nolo te interpellare, Tibi importunus interveni re.

IMPROBUS. Bös. *Méchant.*

SYN. Impurus, sceleratus, perfidiosus, facinorosus, nequam, sacrilegus, nefarius. Pessimus, consceleratissimus. ADV. Callidè, jam pridem, insignitè, longè post homines, omninò. (*Ex Cic.*) THR. Multis flagitiis contaminatus, facinorosus, perversus, profligatus, omnium mortalium deterrimus, bipedum nequissimus, furens audaciâ & scelus anhelans, omni flagitiorum genere coopertus, spumans ex ore scelus, & crudelitatem anhelans. Omni vitiorum labe conquinatus. Homo immani acerbaque natura, furore atque amentia incensus, Naturâ truculentus, terribilis, deterrimusque debachator. Impurus, impotens, semper eò contendens, quò furor rapit. * Promptus ad vim, paratus ad seditionem, audax ad omne facinus, ad audendum projectus. Omnia in hoc portento, cùm summâ turpitudine, tùm singulari stultitia sunt oblita. Homo infamiâ fractus, furore atque amentia inflammatus, omnium scelerum improbissimus machinator, flagitiorum architectus, fabricator maleficiorum; Amens atque perditus, ad omnem nequitiam projectus, eruditus, educatus. Ex omnium vitiorum colluvione natus, fictus pravitate, & turpitudine concretus. Quæcunque in homine infami, perdito ac damnato vitia reprehendi possunt, ea in hoc universa redundant. Qui ab omni honestate, virtute & castitate alienus est; & obscænis tantùm voluptatibus deditus ac præditus. Improbus scurra, & profligatus nebulo, qui nihil differt à brutis pecudibus, ab asino calcitrone, aut à bove cornupetâ. Illa hominum monstra, quæ nullum toto imperio vestigium Integritatis sinceritatisq; reliquerant. In quo turpis adolescentia, omnibus flagi-

tiis vita inquinata, ſumptus effuſi cum probro atque dedecore, prorupta audacia; tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab inſaniâ. (*Cic.*) Quorum oculi libidine, linguæ maledicentiâ, animus malitiâ, aures ſpurcitie, manus truculentiâ, reliqua tota vita omnium flagitiorum ſordibus eſt oblita. Acujus manibus nullum facinus, à reliquis partibus corporis nullum flagitium unquam abfuit.

AMPLIFIC. Effrenatus eſt & imtemperans adoleſcens, quem neque ratio, neque exiſtimatio populi, neque adhortatio Præceptorum, neque minæ Magiſtratuum, neque leges ſa, ienter atque prudenter inſtitutæ poſſunt à turpitudine revocare, qui ſpretâ religione, contemtis diſcipliuis, eam tantùm, qua nulla capitalior peſtis eſt, corporis voluptatem ſequitur.

SENTENTIÆ. Abominatio eſt Domino via impii. (*Prov. 15.*) Longè eſt Dominus ab i npiis. (*Idem.*) Similiter autem odio ſunt DEO impius & impietas ejus. [*Sap.* 14.] Improbo nemini benè poteſt eſſe. [*Cic.*) Impiis apud Imferos ſunt pœnæ præparatæ. (*Idem.*) Animo improbo qui ſunt, fiunt deteriores rogatu. (*Idem.*] Sua quemque fraus, & ſuus error maximè vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctesque pœnas â ſceleratiſſimis repetunt. (*Idem.*) Solers & ingenioſa eſt ad excogitanda mala Impietas; atque ad aliquid aggrediendum mirè audax. Quonam autem modo hominibus parcerent, qui Divinitati non pepercerant? [*Naz.*]

SIMILITUD. Quemadmodùm Cœcias ventus, contra aliorum ventorum Septentrionalium naturam, nubes non à ſe pellit, ſed potiùs ad ſe attrahit: Ita quoque Improbitas probra ad ſe attrahit. [*Plut.*) Ut

Cru-

Digitized by Google

Cruciarii Romano ritu crucem ſuam ferebant, ipſi ab eâ mox ferendi : Sic impiis omnibus conſcientiæ crucem Deus impoſuit, in quâ pœnas luant, priusquàm luant. (*Lips.*) Ut ſagitta ad emittentis ſcopum pervenit ſine ullo ſuo motu : Sic impii. Frænat videlicet coërcetque humanam omnem vim ſuprema illa vis : Et exerrantes eorum greſſum dirigit ad ſalutarem metum. (*Idem.*] V. Vitiosus, &c.

IMPRUDENS. Uuverſtándig. *Imprudent.*

SYN. Incautus, improvidus, inconſultus, inconſideratus, inſciens, ignarus, errans. PHR. Cui deeſt conſilium. In quo conſilium & prudentia deſideratur. Expers conſilii. Inops rationis & conſilii. Propenſus ad temeritatem. Nimis in agendo præceps. Præcipitis conſilii, immoderati ſenſus homo. Temerè agens, ſine ratione, ſinè conſilio. Imprudenter, inconſulteque ſe gerens. In quo inconſiderata agendi ratio, inſcitia, inſcientia, error comperitur. Qui ex imprudentiâ *vel*, per imprudentiam, per incogitantiam, per inconſiderantiam labitur. Ne hoc, amabo, ſceleri meo potius, quàm imprudentiæ aſſignes, adſcribas, tribuas, imputes. Quis facilitatem noſtram væcordis imprudentiæ non condemnet, ſi deinceps in eundem lapidem impingamus? V. Stultus.

IMPUDENS. Uuverſchámt. *Impudent.*

SYN. Inverecundus, ſubimpudens, effrons, procax, protervus: temerarius, audax. ADV. Benè, naviter, inſigniter. PHR. Pudore, *vel*, pudorem exutus. Duri oris homo. Perfrictæ frontis homo. Fronte carens. Pudoris expers ac modeſtiæ. Qui verecundiæ fines tranſiit : Qui nullo pudore ſuffunditur, neque ullâ modeſtiâ retinetur. Qui nihil habet oris, nihil frontis. Qui depuduit. Qui ore eſt duriſimo. Qui

os habet ferreum. Qui pudorem exuit, *vel*, dedidicit. Qui verecundiam abjecit. Qui perfricuit frontem, *vel*, faciem. In quo ſumma confidentia. Vos ubi contemptis rupiſtis frena pudoris. Cujus frons ferrea & exſanguis depudere didicit; atque omnem humanitatis ſenſum à ſe penitus abdicavit. Qui eſt incredibili importunitate & audaciâ. Tam inſignitè impudens. Qui præmortui pudoris eſt. Cui frons inverecunda. Homo pudore amiſſo, importunâ induſtriâ, corruptis moribus audax. Nunc refractis pudoris & reverentiæ clauſtris omnia patent omnibus. (*Plin. Sen.*) Impudenter impudens. Idcircò pudore non confunditur, quia meretriciam frontem perfricuit.

AMPLIFIC. Illi ſatis os fuit impudiciſſimum, habitumque turpiſſimum atque alieniſſimum à loci perſonarumque moderatione, in domicilium temperantiæ, ſcholam modeſtiæ, ſedesque virtutis intuliſſe. conſedit quoque inter graviſſimos viros temulenta laſcivia, juvenilique licentia diſputationem interpellando turbaturus. * In proximâ civitate juvenis natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniæ ſimul ſatis locuples, ſed luxuriæ popinalis, ſcortisque & diurnis potationibus exercitatus. * Caſti occludebant obſtinatè aures, hi præbent ultrò & quidem ſitienter: illi vel ſemel audire pauca haud magno cum diſcrimine ingens flagitium ducebant; hi certiſſima cum pudoris fraude multa quotidiè lectitare, interdum communicare cum aliis, ſemper animo ac memoriæ affixa retinere, eruditam ſcilicet oblectationem, nullum in mente relicturam maculæ veſtigium, arbitrantur.

SENTENTIÆ. Sunt homines, quos libidinis, infamiæque ſuæ neque pudeat neque tædeat; qui quaſi de induſtriâ in odium offenſionemque populi irruere videantur. (*Cic.*) Perditiſſima ratio eſt, pudorem fuge-

fugere. (*Idem.*) Quid aliud est Impudentia quàm præceps, & effrænata malitia? (*Rich. Vict.*) Impudentia fornicationis mater. (*Ephram*] Recedit ab omni respectu honestatis & pudoris; qui peccati acerbitate involvitur. (*Ambr.*) O nimis inimica amicitia, seductio investigabilis, cùm dicitur: Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. (*Aug.*) Impunitas radix impudentiæ est. (*Bern.*) Satiari non potest Impudentia, neque repleri; verùm ad omnia se expandit. (*Epiph.*) Frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens; ut quò crebriùs committitur, eò de illâ committentis animus minùs verecundetur. (*Greg. M.*) Nihil ita impudentem hominem facit, sicut mala conscientia. (*Chrysost.*] Humanus animus postquam verecundiæ fines semel transire coactus est, in insolentiam dilabitur. (*Idem.*) De nullâ turpitudine erubescere fœdissimi animi argumentum est. (*Isid. Pel.*] Impudentiam definire licet famæ neglectum turpis quæstûs gratiâ. (*Theophrast.*)

IMPUDICUS. Unzüchtig. *Impudique.*

SYN. Homo impurus, obscœnus, contaminatus, impurus & sceleratus, turpissimus & contaminatissimus, PHR. Qui impurè & flagitiosè vivit; impurè & intemperanter vivit: libidini luxuriæque paret. Qui stupris se omnibus ac flagitiis contaminat; Qui omnes impuritates suscipit; Qui se omni turpitudine fœdat; Qui obscœnis voluptatibus indulget. Luxurio sus ganeo, qui eò semper trahitur, quo libido rapit; qui ea cupiditate flagrat, ut eum nec pudor ab infamia, nec pudicitia à libidinum turpitudine avocare queat. Homo plenus stupri, sceleris, flagitii, ad omnem libidinem, sensus suos atque mentem versans; qui in omni dedecore, qui in cœno omnium turpitudinum, per omne

vitæ tempus, volutatus eſt, verſatus eſt. Impudicus helluo, ab cujus corpore nulla libido, ab cujus moribus, ſceleratiſſimisque factis, nullum flagitium abfuit unquam; qui pudoris & naturæ ornamenta, pudore ac cupiditate perfregit.

SENTENTIÆ. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. [*Aug.*) Impudicitia eſt hoſtis continentiæ, cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ, ruina melioris ætatis, contumelia generis. (*Cypr.*) Impudicitia gravior eſt fornicatione; quaſi monſtruoſa turpitudo. [*Hier.*) Nihil eſt tam inviſum DEO, quàm mens inceſta, & animus impurus. (*Lact. Firm.*) V. LUXURIA, &c.

INCARNATIO CHRISTI.

AMPLIFICAT. Ille magni conſilii Angelus, immortali poſthabito Beatorum conſilio, ex inacceſſæ Majeſtatis Auguſtali ad mortalitatis noſtræ curiam, curis ærumnisque leptam ſeſe demiſit: ut de humanâ ſalute reſtituendâ non ſine homine conſultaret. * Virgineus labor eſt, isque perlevis tenui DEUM vitta vincire, vinctumque deducere. Venies brevi, captivus virgineis, venies maximè Imperator: in breve corpuſculum temet contrahes ad amplexum, purpurea labia tua vincula oſculaberis. * Cœli apex Divinitas liberali ſeſe pondere adjecit ad terram; ut iter homini ſterneret in Cœlum. Quo tempore nimirum annus debuit, dum prodiret in publicum ſive Sol Divinitatis, ſive flos virginitatis. * Dum divina formoſitas genitabili ſanguine corporata floridè purpuraſcit Quod igitur præſtantiſſimorum nemo pictorum poſſit, una poteſt virgo, virgineo materni ſanguinis minio Deum hominibns ad vivum colorare. ** Dum incunte vere virgo purpureo pudibunda flore ſuaviſſimè

mè vernat, verius è virgine, quàm ex Arietis vel Tauri aſtro florida veris amœnitas inchoabitur.

SENTENTIÆ. DEUS Homo factus eſt, ut totum Hominem in ſe beatificaret. [*Aug.*] Factus eſt DEUS Homo, ut Homo fieret DEUS. Ut enim Panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factus eſt Homo. (*Idem.*) Abyſſus planè imperſcrutalibilis. Incarnationis Dominicæ Sacramentum: abyſſus impenetrabilis, *Verbum Caro Factum.* Quis enim inveſtiget, quis attingat, quis apprehendat? Puteus altus eſt. [*Bern.*] O venter diffuſior cœlis, terrisque amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo DEUS gloriæ reclinatur. (*Idem.*) Incarnatio Verbi beneficium eſt beneficiorum. [*Bonav.*] Excelſum Incarnationis opus totius TRINITATIS fuit. (*Idem.*) Incarnatio Domini miſericordiæ ipſius eſt mirabilis altitudo, inæſtimabile donum, incomprehenſibile myſterium. (*Caſſiod.*) Diabolus in hamo incarnationis CHRISTI captus eſt; quia dum illo appetiit eſcam corporis, transfixus eſt aculeo Divinitatis. (*Greg. M.*) Caput ſalutis noſtræ Incarnatio Verbi eſt. [*Greg. Thaum.*] Opus reſtaurationis eſt Incarnatio Verbi. [*Hugo V.*] O inæſtimabilis DEI charitas! Quæ fecit Hominem ſine Homine, factus eſt Homo pro Homine. [*Innoc. III.*] Incarnatio Chriſti nobis principium & fons eſt innumerabilium bonorum. (*Chryſoſt.*) Propter hoc DEI Filios carnem de humanâ ſumpſit propagine, ut peccata deleret, [*Laur. Juſt.*] Niſi enim eſſet verus DEUS, non afferret remedium; niſi eſſet Homo verus, non præberet exemplum. [*Leo I.*] Ideò DEUS Homo eſt incarnatus, ut Homo in DEO eſſet perpetuò beatus. [*Thom. Kemp.*] V. NATIVITAS CHRISTI.

Digitized by Google

INCENDIUM. Feuerbrunſt. *Incendie.*

SYN. Ardor, flamma, incenſio. ADJU. Acerbum, acerrimum, commune, domeſticum, fortiſſimum; non fortuitum, ſed oblatum; impium, majus, maximum, præſens, tantum, univerſum. (*Ex Cic.*) PHR. Univerſæ urbis deflagratio, conflagratio. * Incendium excitare. Faces ac incendium ſubjicere, ſuggerere, admovere, ſubdere. * Ein Mord-Brenner. *Incendiaire.* Incendiarius. Incendii auctor. Flammarum ad incendia ſubjector.

INCIPERE. Anfangen. *Commencer.*

SYN. Inchoare, inſtituere, ordiri, exordiri, aggredi. PHR. Alicujus rei initium facere, ducere, ſumere, fundamenta jacere. Aliquod negotium ingredi, aggredi, adoriri. Ab aliquâ re ordiri, initium ducere, initium petere, exordium ſumere, principium conſtituere, capere primordium, initium facere. Initium repetere ex aliquâ re. Ab aquæ potu cœnam auſpicari. A ſuppliciis vitam auſpicatur animal. * Du haſt wohl angefangen. *Vous avez bien commencé.* Benè tibi habent principia. Bonis initiis exorſus es. Ubel anfangen. *Commencer mal.* Malè ponere initia. Inauſpicatò inſtituere aliquid. Ein angefangene/ aber nicht außgemachte Sach. *Une choſe commencée, & non encor achevée.* Res inchoata, ſed nondum peracta. Res affecta, ſed nondum perfecta. Res cœpta, ſed nondum perpetrata. Inſtitit diſſerere de, &c. Celeberrimi carminis auſpicari principia. Exorſa hæc tela non malè eſt omninô initii. A diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. Ut à facillimis ordiamur. Ego ab ultimis temporibus ſcribendi exordium capiendum cenſeo. In omnibus negotiis, priusq; aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Ut magis pœniteret

niteret cœpiſſe, quàm deſiſtere. Pertexe modò, *Antoni*, quod exorſus es. Ut incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Sed quod nos facere nunc ingredimur. Ut malè poſuimus initium, ſic cætera ſequentur. Initium cum hoſtibus confligendi fecit. Neutri initium tranſeundi faciunt. Tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt. Repetere initium amicitiæ ex Parentibus. In ſpem ingredi. Quod nos facere nunc ingredimur, Cœptat appetere. Inchoata perſequi. Ab iſto initio tractus eſt ſermo. Vis oriens & congregata. Agere occepit. * Incoepta ſecundet DEUS. Sit fauſtum ac felix, quod aggrederis. Benè vertat, quod agis. Fortunet DEUS tuos labores. Faveant ut Superi tuis conatibus. Feliciter cedat, exeat, proſperè ſucceſſerit, quod inſtituiſti, aggreſſus es, auſpicatus es. Felix ac proſperum Numen pulcherrimis Cœptis aſpiret. Bonis avibus cœpta res, melioribus exeat. * **Anfang.** *Commencement.* Initium, exordium, principium. **Der Welt Anfang** *Le Commencement du monde.* Mundi origo, ortus, incunabula. Rerum primordia. **Der Anfang eines Wercks.** *Le commencement d' un ouvrage.* Operis incœptio, exorſus. **Der Anfang einer Kunſt.** *Le commencement d' un Art.* Artis prima rudimenta, initia, elementa. **Im Anfang des Jahrs/** &c. *Au commencement de l' annee, &c.* Ineunte anno, menſe, &c. Ineunte æſtate, &c. Ineunte ætate **Gleich im Anfang.** *Tout en commencement.* Ipſo exordio. Ipſomet principio: Ipſo exortu. Sub initium, circà exordium, ad initium. Ab initio, ab exordio, jam inde à principio. * Et certè cujusque rei potiſſima pars principium eſt. An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis? Hujus Inctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Stirps ac ſemen malorum omnium. Extat illius liber, qui veluti cunabula juris continet.

SENTENTIÆ. Melius erat non incipere; quàm cæpisse, & defecisse. (*Aug.*) Non est magnum bonum inchoare, quod bonum est; sed consummare, hoc solum perfectum est. (*Idem.*] Solicitudinis plena sunt cœpta, donec perducantur ad finem. (*Idem.*) Hominis est incipere; DEI autem perficere. [*Gloss. ord.*] Origo pravæ inchoationis, causas culpæ etiam præsumendò multiplicat. (*Greg. M.*) Omne bonum, quod incidimus, etiam perseveranti fine compleamus. (*Idem.*] Nemo repentè fit summus; sed in bonâ conversatione à minimis quisque inchoat, ut ad magna perveniat. (*Haymo.*) Magna cæpisse, & excelsa sectari, perfectæ ætatis gradum scandere est. (*Hier.*) Non quæruntur in Christianis initia, sed finis; Paulus malè cæpit, sed bene finivit; Judæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. (*Idem.*) Inchoâsse non sufficit, sed perfecisse justitia est. (*Idem.*] Incipere plurimorum est, perseverare paucorum. (*Idem.*) Non cæpisse, sed perfecisse virtus est. (*Idem.*) Nil proderit sublimiter inchoâsse, si similem principiis non exhibuerimus & fidem. (*Joan. Cass.*) Non exordia sola oportet habere clara, sed etiam & fine n clariorem. (*Chrysost.*) Quidquid intentione vanâ incipitur, bono fine rarò consummatur. (*Trith.*) Qui cœpta bona districtè non exequitur, dissolutione negligentiæ manu destruentis imitatur. (*Pet. Dam.*) Qui proficere vult, omni die incipere debet. (*Th. Kemp.*] Principium omne difficillimum perfectu est. (*Arist.*] Quàm serum est, tunc velle incipere, cùm desinendum est. (*Sen.*) Omnes, qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debent, an quod inchoatur, Reip. utile, ipsi glorioſum, aut promptum effectu, aut certe non arduum sit. (*Tac.*)

INCITARE. Anreitzen. *Inciter.*

SYN. Quempiam ad aliquid concitare, excitare, in-

impellere, ſolicitare, ſtimulare, compellere, hortari, cohortari, invitare, adducere, inducere, incendere, inflammare, inſtigare, permovere. ADV. Valdè, aliunde, effrenatè *ad potiendum*, & temerè. (*Ex Cic.*) *PHR.* Alicui ſtimulum addere, calcaria adhibere. Aliquem ſtimulis concitare, * Domeſticâ etiam gloriâ accenſus ad prælium. Nunc inſider quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. Animos eorum nunc irâ in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe præmiorum accendit. His rebus adducti, & autoritate Regis permoti. Ad illa arma fato neſcio quo compulſi. Graviſſimè autem in hanc mentem me impulit Pompeii fides Admirabili quodam ad *P*hiloſophiam ſtudio concitatus. Si aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit. Omnes incenduntur ad ſtudia gloriæ. Genus belli eſt hujusmodi, quod maximè noſtros animos excitare atque inflammare debet. Quæ cura exuſcitat etiam animos. Si eos vehementer inſtigare volumus. Hinc ſpes, hinc deſperatio animos irritat. Vultus hujus te oculique perpulerunt. Hoſtem ad pugnam elicere. Er bewegt mich zur Rach. *Il m'incite a la vengeance.* Me ad ultionem inſtigat, concitat, exſtimulat, provocat.

Zur Sünd anreitzen. *Inciter au peché.* Aliquem ad peccandum allicere, illicere, pellicere, allectare, prolectare, pertrahere, impellere, incitare blanditiis, illecebris, lenocíniis. * Virtus allicit homines ad diligendum. Similitudo illicit atque attrahit ad amicitiam. Ad agrum fruendum non modò non retardat, verùm etiam invitat atque allectat ſenectus. *P*ompeium in eam voluntatem adduxi, ut faceret. Captare aliquem aliquo emolumento. Ea animum adoleſcentis pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt. Ita me ad credendum tua ducit oratio. Elicère aliquem præmiis, ut aliquid faci-

faciat. Idque ut facerem; orationibus inducebar tuis. Eum qui audit permulcere atque allicere. Trahimur omnes laudis ſtudio. Lex vim habet ad recta facta vocandi, & à peccatis avocandi. Aliquem donis pellicere. Aliquem ineſcare.

Dein Ankunfft hat uns zum ſtudiren angereitzt. *Vôtre arrivée nous a porté à l'étude.* Tuus hic adventus tanquam hortator quidam atque impulſor ingenia noſtra expergefecit, excitavit ſtudium, induſtriam exacuit, calcaria, ſtimulos, faces tardioribus admovit ſic, ut in cunctis réviviſcente cupiditate ſciendi, te authore viſuri ſumus in nobis ipſis brevi efflorelcentem eloquentiam, & parentes noſtri fructus dulciſſimos maturiſſimosque guſtaturi.

SIMILITUD. Euge me quoque hâc commemoratione incendis; & ut ſcintilla in aridam materiam incidens facilè comprehendit ; ſic ego inflammor in nomine & virtute Romanâ. (*Lips.*)

INCONSTANS. **Unbeſtändig.** *Inconſtant.*

SYN. Levis, volaticus, mobilis, mutabilis, fluctuans, inſtabilis, commutabilis, commutabilis volubilisque. PHR. Homo inconſtantis animi, animi parum firmi, animo mobili. Naturâ inſtabilis, infirmus, nunquam idem. Foliis levior. Cujus voluntas flexibilis eſt, arundine ventis omnibus obnoxiâ levior. Non ſibi conſtans. A ſeipſo diſcedens, deſciſcens. Chamæleonte mutabilior. Cothurno verſatilior. Homo parum conſtans, lubricâque fide quique incertæ & ancipitis factionis. De ſuo ſtatu demigrans. In ſententiâ labans. Nullâ, *vel* levi de causâ, mentem ſuam voluntatemque mutare. Suſceptum conſilium abjicere , deponere. De ſententiâ deduci. Animo eſſe mobili. Quarè in re mihi ridiculè es visus eſſe inconſtans. (*Cic.*) Inconſtanter & tur-

Digitized by Google

turbidè jactatus. Homo ventosissimus. Varia vitæ commutabilisque ratio. Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus. Signum vacillantis animi ac nondum habentis tenorem suum. Duos vult parietes unâ dealbare fideliâ.

AMPLIFIC. Qui sunt eâ teneritudine & imbecillitate frontis, ut hominum frequentiâ vel raritate, quasi adverso vel ferente vento, nunc extollantur inani gloriâ, nunc mœrore ac tristitiâ deprimantur. * Qui Christo se miscent, in nuptiis quidem, non apud Herodem; in monte Thabor, non apud crucem: quid crucem? qui vel negant ter cum Petro, vel cum Apostolis fugiunt. Qui perseverent, seque potiùs DEO, quàm DEUM sibi ament, paucos inveneritis Johannes, Marias. * Si pericula sese aliqua ostendant, ad quæ vel per transennam ostensa, ita illi sunt constantes, ut ad tympana lepores solent. * Cujus oratio nusquam certò figit pedem, semper varia dubia, hæsitabunda, ignara, quò se vertat; vult, non vult; probat, mox eadem improbat; aggreditur multa, sed in medio ferè cursu refert, pendet; & destituit inchoata, immemor ubique sui; potentia illam non sequitur sed comitatur. * Cum homine, cujus ingenium, per se latens, multiplex ac tortuosum, ubi se quæri sentit, deque rebus suis agi, ita se nescio quos intra flexus, atque anfractus abdit, sepit, obstinateque concludit, ut nulla via nisi Thesei filo, id est sagacis prudentiæ ductua diri extrahique posse videatur. * Ego neque cœlum unquam magis varium, neque fretum vel Euripum magis incertum, neque ventum istorum animis mutabiliorem aliquando cognovi.

INCONSTANTIA. Unbeſtändigkeit. *Inconstance.*

SYN. Levitas, instabilitas, mutabilitas, nobilitas. ADJU. Maxima, tanta & tam turpis. (*Ex Cic.*)

PHR. Animi levitas. Mentis mutabilitas. Consiliorum instabilitas. Summa levitas & inconstantia. Flexibiles hominum voluntates. Inconstantiâ labat Animus, & reciprocâ mutatione variatur, Cum mecum ipse perpendo Fortunæ varietatem, volubilitatem, &c.

SENTENTIÆ. Maximum judicium malæ mentis est fluctuatio;& inter simulationem virtutum, &amorem vitiorum assidua jactatio. (*Sen.*) Frequens migratio instabilis est animi. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut amphoræ facilè circumaguntur auribus: Ita quidam quovis sermone huc aut illuc impelluntur. (*Plut.*) Ut æstum maris, aut decrementa lunæ magis sentiunt imbecilliora corpora : Ita rebus contrariis vehementiùs commovetur animus minùs sibi constans, & affectibus vitiatus. (*Erasm.*) Ut Euripus in Eubœâ septies, in die defluit, ac toties refluit mirâ celeritate:at idem tribus diebus unoquoque mense stat immotus, septimâ, octavâ, nonaque lunæ. Ita quidam inæquales sibi, aut nimiùm præcipites sunt, aut nimiùm lenti ; in utramque partem plus satis vehementes. (*Idem.*) V. FORTUNA.

INDICARE. Anzeigen. *Declarer.*

SYN. Aliquid explicare, declarare, nunciare, renunciare, denunciare, significare, patefacere, aperire, proferre, indicare, expromere, perspicuum facere. ADV. Ridiculè, aperte. (*Ex Cic.*) PHR. Sua consilia patefacere. Mentem suam aperire. Animi sensus expromere. * Cum est allatum ad nos de temeritate illorum. Is insidias mihi ab amicis meis paratas detulit. Res occultas in lucem proferre. Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Rem omnem ad Patres retulit. Unum tamenillud non celant. Me velim de tuis rebus consiliisque facias diligentissimè certiorem. Demonstravi hæc Cæcilio, simul & illud ostendi.

di. Non ſupprimenda res erat, ſed divulganda. Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat. Qui Sociorum conſilia adverſariis enunciavit. Ab initio, res quemadmodùm geſta ſit, exponam. Quæ nunc expromam abſens audaciùs. Quid me Patri nunciare vis tuo? Alicui rem geſtam renuntiare. Non eſt, qui aperiret Sententiam ſuam. Explana mihi. Rem tibi elocutus ſum omnem. Amorum Summam edictavi tibi. Seni faciam palam. Poſt nudata utriusque intima & ſecreta negotiis aperta. Qui proditionis conjurationem indicio ſuo detexerat. Secreta judiciorum publicare. De re in vulgus promulgatâ loquitur. Datæ litteræ manifeſtum facinus fecêre.

Ich werde dir anzeigen/ wie groß meine Liebe gegen dir ſeye. *Je vous declareray, quel eſt l' amour, que ie vous porte.* Tibi animum indicabo, patefaciam, ſignificabo, declarabo, aperiam, teſtificabor, probabo, in lucem proferam. Extabit, patebit, conſtabit, perſpicuus erit meus in te amor. Significationem, ſigna, notas, argumenta, indicia mei in te ſtudii, dabo, oſtendam, præbebo. Ex apertis, minimè obſcuris, minimè dubiis argumentis, ſignis, indiciis, teſtimoniis, animum meum, meos ſenſus, voluntatem meam cognoſces, perſpicies, intelliges, conjicies. Efficiam ut major ſit, illuſtrior meus in te animus. * **Ich kan mit Worten nicht anzeigen/ was ich in Gedancken hab.** *Je ne ſcaurois par mes paroles, ce que je penſe.* Mentis cogitata, conſilia, animi ſenſûs, ſenſûs intimos eſt ut non poſſim proloqui; Non poſſum denunciare verbis, oratione, ſermone depromere, explicare, conſequi, complecti, exprimere, efferre, enunciare, patefacere, oſtendere, explanare, aperire. Mentem meam oratio non aſſequitur. Quod ſentio, eloqui non poſſum.

INDOCTUS. Ungelehrt. *Indocte.*

SYN. Ineruditus, non literatus, imperitus, ignorans. PHR. Literarum neſcius, rudis, ignarus, expers, inſcius, exors. Bonarum artium rudis. Bonarum litterarum imperitus. Semidoctulus blatero. Adeò hebes, ut nè prima noverit elementa. Hebes ingenio, & ad litteras politioremque cultum ineptiſſimus. Prægravi corpore, Cæterum inſulſus & indoctus. Eloquii latini inops. Latialis eloquentiæ penitus expers. Nondum bonæ litteraturæ ſacris initiatus. Ex imperitiæ tenebris pedem nondum excuſſit. Melioris litteraturæ rudis, jejunæ. Trivialiter doctus. Ex inſcitiâ laborat. Sylveſcentem cum corpore ſuo honeſtarum rerum ignorantiam nondum exuit. Nè Æſopum quidem trivit. Eſt planè impolitus, & litterarum veſtibulum vixdum ingreſſus. Adulterinâ eruditione leviter imbutus, illitus. Muſas è limine nondum ſalutavit. Cimmeriis tenebris implicitus. Multum abeſt ab eo, ut in re litterariâ meritò laudetur. Nihil grande in illo eſt. Eorum, quæ ſunt in litteris præcipua, nihil conpertum habet. Siquid eſt in me ingenii, ſatis ſanè ſentio, quàm ſit exiguum. Si quâ in me exercitatio dicendi, ſatis ſcio, me vulgariter in eâ eſſe verſatum. Ego ſum planè ignarus; hoc ſi carerem infortunio, cæteros mortales præ me uno infeliſſimos crederem. Homo tum à cæteris rebus tenuiter inſtructus, tum in hoc genere penitus rudis. Ita exercitatus, ut errore ductus, rerum pondera & momenta ſatis acutè atque intelligenter perſpicere ac judicare non poſſit. Qui de rebus cognitu digniſſimis dicere dum ingreditur, ea verborum portenta ſic evomit; ut qui adſunt, non hominem loqui, ſed aſinum rudere exiſtiment.

AMPLIFIC. Indocti qui omnium diſciplinarum liberalium imperiti, omnisque eruditionis expertes, in ſumma

ſumma rerum præclariſſimarum ignorantia verſantur; contemnuntur, poſtremum ubique gentium, locum obtinent, ab omni prorsùs exiſtimatione inopes; nec diſpiciuntur ſolùm ab omnibus, tanquam inutiles ac vani; ſed etiam, in infimam dejecti conditionem mortalium, velut in piſtrinum ignorantiæ compinguntur. * Indocti qui nulla litterarum cognitione præditi, nullo ornati laude ſcientiarum, nulla eruditionis ſplendore, decorati ſunt; (contemnuntur) Ii, nullis, etiam inſignes honorum titulis, nullâ nominis fama nobiles, nullâ commendatione præſtantes, ad nullos dignitatum gradus, aditum invenire poſſunt; nullaque incitati ſpe adipiſcendæ gloriæ, inhonorati ignobilesque vivunt, inglorii contemtique jacent nullo prorsùs in loco ſunt. * Vidimus perſæpè magnos viros, neque in mediocribus verſatos, qui Grammaticam pueri neglexerunt, in minimis rebus fœdiſſimè labi, excellentis doctrinæ ſplendorem tam parvi artificii ignoratione infuſcare. Unde fit, præpoſteris uſi conſiliis, quod imprudentia prætermiſerunt, temporis admonitu reprehendant, & firmatâ ætate non ſine pudore repetant, quod in puerili ſine ratione omiſerunt. * Delicati iſti & molles, quos, perinde ac parvos puerulos ſevera & contra quodammodo Philoſophiæ facies ita deterret, ut ad eam propius accedere non audeant. (Muretus.) * Non eloquentiæ operam dare; veritatis ſimplicem eſſe orationem; verborum pigmenta, orationis floſculos, dicendi lumina, colores varios nihil aliud eſſe putare, quam calamiſtros quosdam & fucati ruboris medicamenta, quibus capi inque errorem duci antiquæ fidei ac religionis homines, cauſæ opprimi bonæ juſtæque ſolent. * Qui multa ſæpe pro feris falſa docuerunt & referſerunt libros ſuos alieniſſimis quæſtionibus, & ſine ullo ordine omnia tradiderunt: & cum latine loqui neſcirent, novum quoddam & monſtro-

ſum ſibi confinxerunt loquendi genus, ut ſi veteres illi Pauli, Ulpiani & Papiniani & cæteri juris antiſtites reviviſcant multis interpretibus eis opus futurum ſit, ad eos, qui ſcripta ſua interpretati ſunt, intelligendos.

Hujus doctrinam vulgarem eſſe, plebejam, arreptam è trivio: primoribus illum labris guſtaſſe, non ore pleno veram potaſſe Philoſophiam: à limine ſalutaſſe, non ingreſſum eſſe in adyta Peripateticorum; in Academia denique umbroſa conſediſſe; non ambulaſſe in ſpatiis atque in Sole Lycei, docent ſapientes.* Qui etſi videntur multa parare ſibi, magnaque rerum cognitione diteſcere, nihil tamen ſolidum, nihil firmum, immittunt in animum: pinguntur extrinſecus doctrinarum earum coloribus non tinguntur; ſcientiâ leviter aſperguntur, non infecti penitus imbuuntur. * Philoſophiam à limine ſalutavit, non ingredi per tempus licuit in adyta, non in penetrales, intimosque receſſus, ubi ſapientiæ theſauri reconduntur. * Declamator hic latrans ad clepſydram, homo nullius ingenii, Ciceroni infeſtus adeò, ut jactaret eum neſciviſſe litteras, auſus eſt mortui Ciceronis, qui jam mordere non poterat, orationibus reſcribere, quibus magnus Orator nobiles reos ſuo patrocinio ac voce defendit. * Hi furiarum incubi, pecora ſunt tam jejunè indocta, tam ſtolidè indocta, tam ſcabiosè indocta, tam leproſè indocta, ut ſi per artem tam parvæ fieri poſſent, ſive bigæ, ſive quadrigæ, vel unum animalculum, quod olim Floro Poëtaſtro infeſtum erat, ſingulorum eveheret eruditionem non per laborem, ſed per ſaltum.

INFAMIA. Schand. *Infamie.*

SYN. Ignominia, labes, decus, probrum, convicium, contumelia. ADJU. Turpis, pudenda, probroſa, ſumma, ingens, perennis, mendax, maculoſa

culosa, sempiterna. PHR. Turpitudinis, infamiæ nota. Dedecus æternum. Dispendia famæ. Hæc inusta est à te Cæsari nota ad ignominiam sempiterna. *Du wirst dich in eine ewige Schande stürtzen. *Vous encourrerez une èternelle infamie.* Æternam ignominiæ labem subibis. Sempiternam ipse tibi ignominiam impones. Ipse te asperges atque inquinabis maculis infamiæ sempiternis. Iis tuum nomen sordibus afficies; inquinabis, insperges; quas nulla dies, nulla deinde res possit eluere, abstergere, delere.

SENTENTIÆ. Infamiæ apud prodigos novissima est voluptas. (*C. Tacit.*) Ignominiâ affectis non licet orationem habere. [*Libam.*] Si nec gehennæ, nec cælestis regni cura ulla te afficit; id saltem te operam dare æquum fuerit, ut præsentis vitæ dicteria propulses. (*Zeno.*) V. CALUMNIA. CONVICIUM, &c.

INFAMIS. Beschreyt. *Infame.*

SYN. Turpis, famosus, probrosus, inhonestus, contaminatissimus, pudendus. PHR. Habens infamiam. Omnium scelerum libidinumque maculis notissimus. Sceleribus notatur. (*Ex Cic.*) Infami notâ aspersus. Opprobrium generis sui. Semper curato, nè sis intestabilis. Virginis castitas infamiæ nube obscurata emersit. Inter maximos & gravissimos infamiæ fluctus emersit. Nomen infamiæ subjectum. Non modò suspicione, sed nè infamiâ quidem est adspersus. Sese gravissima infamiâ levare. Infamiâ vetere ac diuturnâ flagrare. Res infamis, ignominiosa, probrosa, turpis, cum dedecore conjuncta. O lutum! ô cœnum! ô labes! ô tenebræ! Sempiternam ignominiam subire. Infamiam sibi inferre, suo nomini inurere. * Es ist ein beschreyter Mann. *C'est un homme perdu de reputation.* Homo est infamiâ flagrans. Famâ deminutus, Existimatione minutus,

Oppreſſus dedecore & infamiâ, Ignominiæ maculis notatiſſimus. Omni dedecore infamis. Famoſus. Homo ſine exiſtimatione, ſine honore; Exiſtimatione damnatus: Cui nota turpitudinis inuſta eſt: Cui dedecus hæret infamiæ, Omnibus vitiis atque omni dedecore infamis. * Einen beſchreyen. *Rendre infame quelqu'un.* Alicui inurere infamiæ notam, inferre infamiam, turpitudinem infligere, labem aſpergere, inſignem inurere turpitudinis notam. Aliquem ignominiâ notare, dedecore afficere, infamiâ aſpergere, ignominiæ maculis obſcurare, notare.

AMPLIFICAT. Illa vivet memoria, vigebitque ſemper, nec ei finem ulla unquam afferet vetuſtas; verùm ita vigebit, ut Herodis regis, qui omnes pueros intra biennium natos jugulavit: ut Herodis alterius tetrarchæ, qui Joannem cognomento Baptiſtam ſecuri percuſſit: ut Judæ Iſcariotæ, qui magiſtrum cœleſtem prodidit Judæis: ut Annæ, & Caiphæ, qui multitudinem ad opprimendum liberatorem a Deo ſibi promiſſum concitarunt: ut Pilati, qui damnatum illum in crucem ſuſtulit; ut tertii Herodis regis, qui cum Jacobum Zebedæi filium necaſſet, & à populo divinis honoribus affectus eſſet, pediculari morbo exſtinctus eſt; denique ut eorum omnium memoria, qui inſigni aliquo facinore, aut flagitio nobilitati ſunt, etiam nunc viget.

INFELIX. Unglückſeelig. *Malheureux.*

SYN. Miſer, infortunatus, ærumnoſus, miſerabilis, calamitoſus, afflictus, infauſtus, ſiniſter. PHR. Iniquâ fortunâ vexatus. Fatis iniqui agitatus. Fatis acerbis, duris caſibus actus. Rebus acerbis concuſſus. Quem infelix fortuna fatigat, premit. * Ich bin der Unglückſeeligſte unter den Menſchen. *Je ſuis le plus miſerable des hommes.* Miſerrimæ ſum conditionis. Miſerrima ſum conditione, & fato deteriori

teriori, quàm qui vis omnium qui in terris degunt. Nemo eſt iniquiore conditione, quam ego ſum. Vitam calamitoſiſſimam duco, fero, ago, exigo, vivo. Verſo in magnâ calamitate. In ſumma infelicitate conſtitutus ſum. Omnibus vexor, perturbor, exagitor infortuniis, calamitatibus, malis, miſeriis. Perpetuis angor, crucior, torqueor, affligor, opprimor, conflictor, afficior malis. Ad ſummam infelicitatem redactus ſum. In ultimum diſcrimen, in miſerrimum ſtatum, in deterrimam omnium, omnibusque miſerandam conditionem adductus ſum, detruſus, deturbatus, dejectus ſum, incidi. Perii. Occidi. Nullus ſum. Fortunis omnibus everſus ſum. Peſſimo ſunt loco rationes meæ. Miſerrimè, peſſimè mecum agitur. Nulla eſt tam miſera fortuna, quam mea fortuna non ſuperet. Nemo omnium qui vivunt, me uno infelicior aut infortunatior eſt. Afflictæ, everſæ, perditæ ſunt fortunæ meæ. Me Fortunæ adverſitas perennibus planctibus condemnavit. Agilis atque præclarus ille eventus Fortunæ meæ ſævitiem anteire non potuit, (*Apul.*) Ubi proſpero felicitatis humanæ curſu navigantem ſecunda populari favoris aura defecit; & adverſariorum quorundam civium potentiſſimorum conſpiratione tanquam procella, coorta tempeſtas tranſverſum egit in exilium.

INFERNUS. Hölle. *Enfer.*

SYN. Avernus, tartarus, erebus, orcus, inferi. ADJU. Opacus, ater, profundus, horrendus, immanis, triſtis, ſquallidus, tremendus, formidabilis, tenebroſus, teter, ſtygius. PHR. Immanes Erebi hiatus. Vindices ignes; Ultrices flammæ. Barathrum irremeabile. Ignis ubi ardebit, nullo delebilis ævo. Palus Phlegethontis, vallis tenebrarum, locus tetras gemituum fauces expandens. Voraciſſimæ

flammæ Tartari. Portentoſæ fauces Erebi. Immane os hiantis Inferni, ex quo flammantes Veſuvii, flagrantes Liparæ, igneſcentes Vulcani prorumpere videntur. Sceleratorum ſedes atque regio. (*Cic.*] Perennatura damnatorum apud Inferos incendiorum ſupplicia.

AMPLIFIC. Tunc mittet eos in locum tormentorum, in ſtagnum ignis, in labyrinthum inextricabilium pœnarum. Ibi cruciabuntur Oculi, viſuri ſpectra, ipsâ fronte millies mortem ingeneratura; ibi Aures percepturæ ſtridores, fremitus, ululatus, blaſphemias, maledictiones, &c. Ibi nares fœtore opplebuntur intolerabili. Ibi Guſtus aut ſiti excruciabitur inexplicabili, aut ſaginabitur ſulphure, piceque, flammâ etiamnum eliquante. Ibi totum corpus ignis vivaciſſimæ flammæ nunquam extinguendæ depopulabitur. Ibi futura mors ſemper reviviſcens, & vita ſemper moriens. Ibi abyſſus miſeriarum omnium ſimul collectarum. O *Academici*! quantum temporis impenditis, ut, quod ad ſalutem non pertinet, ſciatis. De Terminis, in quos reſolvitur Propoſitio, multum diſputatis, & de Terminis humanæ vitæ nihil cogitatis. De medio ſyllogiſtico crebro diſceptatis, & de mediis ad Salutem nunquam curatis. De Categoriis Ariſtotelicis ſerventer litigatis, & de Prædicamentis Tartari non interrogatis. Audite, audite Inferni Prædicamenta, quæ ſi ſuper Categorias Ariſtotelis Damnati expendiſſent, in ſemper duraturos ardores non decidiſſent. O quàm horrida Prædicamenta! Vultis *Subſtantiam Inferni*? Eſt ignis tam vehemens, ut nec omnes omnium hominum lacrymæ, nec omnes fontes, omnes lacus, nec omnes fluvii, nec omnes torrentes, nec omnia maria, nec omnes abyſſi, nec omnes Dæmones, nec omnes Angeli vel unicam poſſint ſcintillam extingvere. *Flatus Domini, ſicut torrens ſulphuris ſuccendit eum.* (*Iſai.* 30.)

Digitized by Google

30.) Vultis *Quantitatem Inferni*?. Si *Continuam* Loci quæritis? In centro terræ, in puncto ſunt, & à Cœlo Empyreo ducentis millionibus millionum, quingentis nonaginta millionibus, & centies mille quinquaginta novem milliaribus diſtant. Si *Diſcretam* Incolarum deſideratis? Sunt prope innumeri; & adhuc quotidiè illuc de mundo decidunt, velut flocci nivei. Vultis *Qualitatem Inferni*? Ah delicate Mundi Troſſule! Hîc non ſunt peregrini muris olentes pelliculæ, ſed pro ſuavi odore fœtor. (*Iſai. 3.*) Humor peſtilens igne circumfuſo bulliens, graveolens vomica, omnium mundi ſordium ſentina. Vultis *Relationem Inferni*? Ratio diſſimilitudinis inter eos & Beatos. O quàm enormiter diſſimiles! Hi in Roſis æternam quietem, illi in flammis æternum dolorem. Hi converſationem amabilem, illi ſtridorem dentium horribilem. Hi natant in gaudio, illi raptantur in incendio. Hi afflantur cœleſti zephyro, illi excœcantur fumo tartareo. Vultis *Actionem & Paſſionem Inferni*? Agunt infernales Carnifices, patiuntur Inferni rugientis hoſpites. Illi tumultuosè fulminant, hi tanguntur: illi furiosè cremant, hi comburuntur. Aures impudicæ ululatu rumpuntur, impudentes oculi monſtroſis unguibus eruuntur, impudica lingua ignitis forcipibus diſcerpitur. Corpus olim illicitè pollutum immaniter dilaniatur. O crudelis *Actio*! ô acerba & inſeparabilis *Paſſio*! Vultis *Locum Inferni*? Eſt ſubterraneum Spelæum, in terræ meditullio profundè excavatum, ſinè luce fumoſum, ſine aditu inacceſſum, ſinè exitu clauſum æternis ſeris, æternis clauſtris, æternis repagulis, æternis catenis munitum, & ſupernè horridâ DEI irâ obſignatum. Vultis *Tempus Inferni*? Ah infandus dolor! Quid Tempus quæritis? O Æternitas! Quàm diu DEUS, DEUS erit; tam diu Infernus Infernus erit. 50. Annis pati, quid: hoc ſit, càpio. 1000 annis pati, quid hoc ſit capio

mille

mille millionibus millionum annorum pati, quid hoc ſit, etiam capio. Sed æternum pati! Ah Æternitas! Vultis *Situm Inferni;* Eheu! jam in mediis flammis ſtant, jam in cratibus ignitis ſedent, jam quaſi colligati lignorum faſces in pyrâ jacent. Vultis *Habitum Inferni?* Pileus doctoralis lapis molaris eſt, quo damnati caput obruitur: Torques doctoralis ſerpens & vipera eſt, quibus pectus inceſſanter mordetur. Epomis Doctoralis, veſtis eſt flammea, pice & ſulphure intexta, quâ humeri ferociter cremantur.

SENTENTIÆ. Miſeris in Inferno mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors ſemper vivet, & finis ſemper incipiet, & defectus deficere neſciet. (*Aug.*) Mors perimet, & non extinguet; dolor cruciabit, & pavorem non fugabit; flamma comburet, ſed tenebras non diſcutiet: erit enim in igne obſcuritas, in obſcuritate pavor, in combuſtione dolor. (*Idem.*) Ibi erit tortor cædens, vermis corrodens, ignis conſumens: Ibi peccata deplangentur, rei punientur, & hoc totum perenne. (*Idem.*) Locus inferni plenus eſt tenebrarum, diſcordiæ, odii, ſtultitiæ, miſeriæ, turpitudinis, amaritudinis, offenſionis, doloris, aduſtionis, ſitis, famis, ignis inextinguibilis, triſtitiæ, vindictæ perènnis, & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari poteſt. (*Idem.*) In Inferno nihil invenitur, quod deſideratur: in lacu miſeria perennis nihil videtur, nihilque ſentitur, niſi quod diſplicet, niſi quod cruciat. (*Idem.*) Omne malum abundat in carcere Diaboli, (*Idem.*) Infernus latus eſt, & menſuram non habet; profundus eſt, & nullum fundum habet; inſatiabilis eſt, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plus omni dolore innumerabili. (*Idem.*) Eſt apud Inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum æternitas. (*Bernardin. Sen.*) Per mil-

lia

lia millium annorum in Inferno cruciandi ſunt miſeri, nec inde unquam liberandi: ubi nec qui torquet, aliquando fatigatur; nec qui torquetur, aliquando moritur. (*Bern.*) Dirum, execrabile, & horrendum ſepulchrum Infernus. (*Idem.*) Regio gehennalis, regia dura & extimeſcenda, terra maledictionis & mortalitatis, terra ſitis & famis, terra afflictionis & miſeriarum, terra turbinis, & caliginis, terra combuſtionis & frigoris. (*Idem.*) In Inferno eſt vita ſemper moriens, & mors ſemper vivens. (*Bonav.*) Tanta erit in Inferno vis doloris, ut ſe non ferat altiùs intentio cogitationis. (*Idem.*) Ignis Infernalis ſic abſumit, ut ſervet; ſic ſervat, ut cruciet. (*Caſſiod.*) Poena ingens formidoloſa damnatio, de amœniſſimo Domini tabernaculo evelli, & in perpetuis ignibus mancipari; ubi nec virere cuiquam datum eſt, nec florere conceſſum; ſed tanquàm arbor grandæva radicitùs evulſa, æternâ ſterilitate ſiccari. (*Idem.*) In Inferno mors perimit, & non extinguit; dolor cruciat, ſed nullatenus pavorem fugat; flamma comburit, ſed nequaquam tenebras diſcutit. (*Greg.*) Infernus commune hoſpitium eſt, & luctuum officina. (*Joan. Dam.*) Cogitate, quale malum ſit, exundantis incendii terribiles crepitus pati, Barathri ſumantis amarâ caligine oculos obcœcari: profundo Gehennæ fluctuantis immergi: edaciſſimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri. (*Proſper.*) Eſt carcer Infernus, & perpetuâ nocte oppreſſa regio. [*Plato.*] Plenam multis ſceleribus animam ad Inferos deſcendere; illud omnium malorum extremum eſt. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut lana ovium tonſa permittitur creſcere, ut iterum tondeatur: Sic moriendo in Inferno vives, & non deſines mori. (*Petr. Bles.*) Sicut in hoc mundo multi ſub uno ſole conſiſtunt, nec tamen ejusdem Solis æquanimiter ardorem ſentiunt; quia alius plus æſtuat, alius autem minùs. Ita illic in

uno igne non unus est modus incendii; quia quod hîc diversitas corporum, hoc illic agit diversitas peccatorum: ut & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. (*Greg.*)

INGENIOSUS. Voller-Verstands. *Plein d'esprit.*

PHR. Excellenti Iugenio præditus. Ingenio abundans, *vel* valens. Præstantissimo ornatus Ingenio. Summâ Ingenii laude præstans, *vel* florens. Egregio à naturâ instructus Ingenio. Acer investigator rerum, quæ à naturâ involute videntur. Qui Ingenio est excellenti, & singulari, præclaro, præstantissimo, eximio, summo, maximo, illustri, splendidissimo, divino. Ingenio promptus, acer, acutus, subtilissimus. Qui Ingenio acerrimo, peracri, peracuto. Plurimùm Ingenio valet, Judicio parum. Ingenii excellentissimi: Non vulgari Ingenii dexteritate conspicuus. Abundantiâ quâdam Ingenii præstat. Ei innata est felicitas, præstantiaque Ingenii. Innata est illi claritudo Ingenii. Ingenio multò maximè validus. Est illi mite ac tractabile Ingenium. Solertiâ ingenii plurimùm valet. Ingenii dotibus cumulatissimus. Felicissimo natus ingenio. Perurbano & maximè festivô natus ingenio. Vir absolutissimi Ingenii. Ejus eminentissimi Ingenii acies extra aleam est collocata. Tuo Ingenio quid acutius? quid altius; quid emunctius? Illi, cui natura beneficentissima parens fuit, non noverca: cui Ingenium optima exornavit memoria.

AMPLIFICAT. Qui præsentia per acumen internunciis præsertim sentibus agnoscit, memoriæque commendat: futura providens per sagacitatem administro judicio quasi divinat: Præterita verò per memoriam colligens, complectens, atque asservans tanquam depositum, cum reposcitur, quia bonæ fidei

prompt-

promptè reddit ac fideliter. * Ingenii Tulliani præstantia, vis, magnitudo, sive spectes acumen ac solertiam in inveniendo: sive consideres memoriæ facilitatem in reddendo; sive prudentiam in judicandis rebus ordinemque in disponendis intuearis. * Cui natura perspicax ingenium tribuit, acutum, in judicando de rebus acre, tum in inveniendis ac seligendis idoneis ad finem consequendum adjumentis providum ac solers. * Existimans ingenium M. Tullii vel humanorum ingeniorum fines excedere, vel in nullo mortalium ejus simile, aut æquale reperiri, vel apud posteros historicorum commendatione gloriaque suorum scriptorum immortale futurum. * Animi diviniores, qui tàm celeriter arripiunt res specie dissitas; numero infinitas, tanquâm genio suo cognatas & consentaneas. * Nulla est omninò scientia, tàm difficilis, tàm ardua, tàm admirabilis, quam non ejus ingenium tanquam rupem præruptam superat. Nulla virtus est tàm excelso arduoque loco posita, quo non ejus animus, generositatis sublatus alis, anhelat ac pervenit. * Illud maximè mirandum est, in hoc homine, perpetuam ingenii alacritatem, & juventutis indolem effloruisse, nec iltum ex senectute deliquium mens ejus unquam sensit, sed accessionem prudentiæ, & judicii maturitatem reportavit. Veneres & festivitates comitatæ sunt eum, usque ad extremum ævi decursum. * Ingenium ad omnes honestas disciplinas docile, & ad eas percipiendas ita factum, ut quæ discebat, non tàm accipere à Magistris, quàm ipse ex se parere, & eorum reminiscì quodammodo ac recordari, ex illâ vetere Platonis tententiâ videretur. * In quibus sunt animi & ingenii celeres motus, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum uberes, & ad rectè faciendum prompti videntur. * Ad litterarum & sapientiæ studia capax omnium disciplinarum ingenium contulit; quas quiden

dem tantâ celeritate arripuit, non ut discere illas, sed repetere, nec audire tùm primùm, sed reminiſci videretur, quodque de æternitate animorum Plato dixit, omnes in hoc verum putarent.

INGENIUM. Verſtand. *Esprit.*

SYN. Induſtria, ſolertia, docilitas. ADJU. Acre, acutum, acre & non inelegans, acutiſſimum, excellens & ſingulare, acrius, majus, acerrimum, *acuta, retuſa*, ſingulare, *acuta atque acria, excellentiſſima, liberrima, acutiora ad intelligendum, aptiora, hebetiora*, bonum, *præclara*, dignum immortalitate, peracre, divinum, humanum, *ſumma* elegans, immemor, leviſſimum, maximum, oratorium, parvum, ſanè probabile, excellens, exiguum, eximium, hebes atque nullum, fidum, tardum, præſtantiſſimum, illuſtre, inverecundum, *magna*, optimum, ſplenditiſſimum, *maxima*, mediocre, *parata ad fatendum*, mirum, miſerum, muliebre, multiplex & tortuoſum, optimum, ſplendidiſſimumque, par voluntati, præſtans, probum, ſummum, *varia*. (*Ex Cic.*) Come, liberale, jucundum, & quod idoneam (*Dominici.*) diſciplinam aliquando nactum nullam officii decorique partem præterire poſſet; Aſperius, ſplendidum & politum, fœcundiſſimum, hebetiſſimum, abſurdum, præpoſterum; litteris capeſſendis ineptum; ad aratrum mittendum; preſſum & exile, magnarum rerum capax, verſatile, excultum, auro pretioſius, docta arte politum, verſutum, loquax, callidum, vividum, ſublime & erectum, ſervidum, frigidum, humile, generoſum, languidum, iners, paupertinum, vanum & mutabile, percitum & ferox, facile, ſubitisque deſideriis exardeſcens, oblivioſum, felix & benè natum, Impigrum atque acre, flagrantitſimum, amœnum, omnium ſcientiarum capax, deſultorium, extra ſortem ſuam agens.

agens. PHR. Vis ſive intenſio animæ, quâ anima ſe extendit & exercet ad incognitorum cognitionem. Mirabiles animi notiones. Ingenii acies, acumen, dexteritas, vigor, flumen, facultas, ſolertia, perſpicacitas. Excellens Ingenii magnitudo. Sapientia naturalis. (*Non.*) Ingenio ſane probabili. Nullius eſt tantum flumen ingenii. Incredibilis quædam ingenii magnitudo. Incredibilis quædam & prope ſingularis & divina vis ingenii. Alta indoles animi. Suberat vigor animi, ingentibus negotiis par. Efferveſcit enim vis pulcherrimæ naturæ ſuæ. Celeres Ingenii motus, ad excogitandum acuti, ad explicandum exornandumque uberes, & ad memoriam firmi, atque diuturni. Extenſio intellectûs ad intellectorum cognitionem. Velocitas diſcendi. (*Plato.*)

AMPLIFICAT. Nunc etiam pravâ decepti opinione plerique, evanuiſſe olim ingeniorum credunt florem, & ad fæces vigorem ſubſediſſe. Accuſatores omnium Ingenium à verâ laude removent. Atque iſti oppleverunt velut cineribus igneam vim animi, & otio torpentes mortuorum imaginem habent. * Quia ad res minimè congruentes invita Ingenia detrudimus, ſiniſtra ac detorta videmus exire pleraq; omnia. Eſt enim omnium Artium ac diſciplinarum inventor Ingenium, acumine & dexteritate quærendi præditum ac inſtructum : ſed diligentiâ, uſu, ſtudio, labore omnium ſtudiorum communi artifice, quibus vires omnes animi explicantur, vehementer adjuvantur. Acre igitur Ingenium diligentiâ, uſu, ſtudio vel neceſſitate urgetur vel delectatione allicitur, vel admiratione magnitudinis & delectatione rei capitur; deinde cupiditate aliquâ excitatur decoris, juxta illud : *Honos alit Artes.* Poſtremo perficiendi ſpe capitur, & detinetur. * Vetus hoc verbum eſt, nihil rerum omnium eſſe, quod tam ex æquo diſpertie-

rit natura, quàm ingenium; cum nemo ſit, quin ab illo ſatis ſe liberaliter paratum & inſtructum putet. * Quanta eſt, DEUS immortalis! humanæ mentis pernicitas! quàm celeres ingenii motus! Vis, pervadat terras ac maria? jam pervaſit. Jubes, in cœlum evolet? jam evolavit. Cupis detinere? non potes. Quos enim obices objicies? pone terræ molem: penetrabit: oppone oceanum; tranſiliet: mundum ipſum univerſum objice; momento ſuperabit univerſa.

SENTENTIÆ. Ingenia potiſſimùm ita anguſta, ut in eâ diſciplinæ ſint ſenſim, & propè dixerim, guttatim inſtillandæ. (*Nier.*) Ingeniorum non minor, quàm corporum varietas. (*Scrib.*) Sæpe ſumma ingenia in occulto latent. [*Plaut.*] Poteſt Ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet cute latere. Poteſt ex deformi humilique corpuſculo formoſus animus ac magnus exire. (*Sen.*] Nullum Ingenium poteſt eſſe magnum, antequàm habeat aliquid admiſtum furoris. (*Idem.*) Non ſemper Ingenii vena reſpondet ad votum. (*Idem.*) Intolerabilis in magno Ingenio felicitas eſt. (*Idem.*) Nihil eſt tam mortiferum Ingeniis, quàm luxuria. [*Idem.*) Curioſum nobis natura Ingenium dedit. (*Idem.*) Nullum magnum Ingenium ſine mixturâ dementiæ. (*Idem.*) Severior loci diſciplina format Ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. (*Idem.*) Nullum ſeculum magnis Ingeniis clauſum eſt. (*Idem.*) Non eſt acutum ingenium, niſi à DEO. (*Aug.*) Quædam acutiſſima & excellentiſſima ingenia tantò in majores errores ierunt; quantò præfidentiùs, tanquam ſuis viribus cucurrerunt. (*Idem.*) Sinè verâ pietate & religione, omne quamvis laudabile ingenium, ſuperbiâ vaneſcit & decidit, (*Idem.*) Ingenioſum natci, felicitatis eſt. [*Idem.*] Exilis ingenii anguſta mediocritas, tenues admodùm fruges parit. (*Cyp.*) Grandes materias ingenia parva non ſuſtinent. [*Hier.*]

Caledi

Caledi acumen ingenii frigidus ſanguis obtundit. [*Idem.*] Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt. [*Idem.*] Ingenium à naturâ proficiſcitur, uſu juvatur, immoderato labore retunditur, temperato exercitio acuitur. (*Hugo V.*) Sicut humanum ingenium otium contundit & denigrat, & rubiginat, & conſumit; ſic exercitatio ſtudii ſalutaris illud exacuit. [*Hugo C.*] Naturæ nobilioris ingenium vitâ degenerante damnatur, (*Salvian.*) Recta ingenia debilitat verecundia; perverſa confirmat audacia. (*Plin. & Sen.*) Acerrimæ eſſe ſolent à primis annis ingeniorum velitationes. (*Strada.*)

SIMILITUD. Sicut Ignis quò clarior fulſit, citiùs extinguitur; Sic Ingenia quò illuſtriora, eò breviora ſunt. [*Sen.*] Ut qui ſpinas habet in pedibus, ubique ſpinas calcat: Ita ſterili ingenio omnis materia ſterilis eſt, (*Idem.*) Ut apis acriter pungit, & mel conficit; Sic in parva corpore anima ingenioſa & acerrima viget, & doctrinæ ſuavitatem profert. (*Glos. Int.*) Ut arbores quædam bellè florent, verùm nullum adferunt fructum: Ita quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem pollicetur; qui ſimul atque adoleverint, ad ineptiſſimas merſi voluptates, fallunt expectationem omnium. (*Plin.*) Oliva ſerò provenit; ſed fructum habet egregium: Salix ſtatim adoleſcit, ſed ſterilis eſt: Ita præcox Ingenium, [*Idem.*] Sicut vina languidiora vapeſcunt ætate: Ita deſipiſcunt Ingenia vulgaria; eximia etiam ad extremam ducunt ætatem. [*Eraſm.*] Ut Horologii umbram progreſſam ſentis; & fruticem, aut herbam creviſſe apparet, non apparet creſcere: Ita & Ingeniorum profectus, quoniam minutis conſtat auctibus, ex intervallo ſentitur. (*Idem.*) Niſi oleum inſtilles, continenter, extinguitur Lucerna: Sic exinanitur Ingenium Adoleſcentis, ſi lectionis ſubtrahas illi alimentum. (*Nigr.*) Quemadmodum vina generoſa, quæ recen-

tia, minùs placent : probantur contra, quæ primò dura, aſpera, & in dolia tumultuantur : & agri uberes maximè & fœcundi, non fruges ſolùm bonas proferunt, verùm etiam lappas, carduos, aliasque minùs utiles herbas proferunt : ita plerumque magnis excelſisque cum Ingeniis conjuncta petulantia quædam eſt. [*Jun.*]

INGRATITUDO. **Undanckbarkeit.** *Ingratitude.*

PHR. Mens ingrata, immemor. Animus ingratus. Ingrati animi palmare vitium. Beneficiorum ingrata memoria. Mentis ingratæ ſcelus, crimen. Acceptorum oblivio. Ingrati animi ſignificationes.

SENTENTIÆ. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. (*Prov.* 17.) Ingratitudo multum DEO diſplicet, quæ eſt radix totius mali ſpiritualis, & ventus quidam deſiccans & urens omne bonum, obſtruens fontem divinæ miſericordiæ ſuper hominem : qua & mala mortua jam oriuntur, & viva jam opera moriuntur. (*Aug.*) Nihil tam evidenter gratiæ adverſatur, quàm Ingratitudo pernitiola. (*Bern.*) Peremptoria res eſt ingratitudo : hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. [*Idem.*] Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. [*Idem.*] Peſſima ingratitudinis pars eſt, non attendere beneficia impertita, (*Lyon. Carth.*) Ingratitudinis eſt, beneficium non recognoſcere, gratias non referre, nec vicem pro poſſe rependere. (*Idem.*) Ingratiſſimum, damnabiliſſimumque eſt, ſi Benefactori grates & vicem non rependamus. (*Id.*) Dura gravisq; [*Greg. Thaum.*] Incredibilis profectò quædam Ingratitudo hoc eſt, cujus beneficiis ornatus ſit, ejus benignitatem ingratitudinis infamem trahere. [*Joan. Damaſc.*] Nihil eſt, quòd adeò indignationem provocet Altiſſimi, ſicut ingratitudo.

[*Thri-*

Digitized by Google

(*Thrithem.*) Grande prorſus malum eſt Ingratitudo, quæ Divinæ bonitatis exſiccat fontem, hominum benevolentiam dirimit, ſpoliat donis, dignitate privat, elationem parit, infert cœcitatem, amicos deſpicit, conturbat pacem, diſſeminat ſcandala, detractiones fovet, nutrit jurgia, odia auget, ſeque poſſidentem coram DEO & hominibus facit inglorium. (*Laur. Juſt.*] Nonne deteſtabile virus Ingratitudo exiſtit? qua adversùs benefactorem ſuum cordis cervîcem erigit. (*Idem.*) Inter plurima maximaque vitia, nullum eſt frequentius; quàm ingrati animi. *Sen.*] Ingratitudinem tu care, tanquam maximum crimen, ne admittas. (*Idem.*] Inter plurima maximaque vitia nullum eſt frequentius, quàm ingrati animi ſignificatio, [*Morell.*] Ingratitudine nihil mali non eſt. [*Cic.*]

INGRATUS. Undanckbar. *Ingrat.*

SYN. Injucundus, moleſtus, immemor. PHR. Accepti beneficii, *vel* meritorum officii immemor. In amicos malè gratus. Ingratum caput. Qui turpem ingrati animi labem ſuſtinet, infamiam ſubit. Qui memorem animum non præſtat. Qui ingratum ſe præbet. Qui non præſtat officium. Qui in vitium ingrati animi incidit. Qui nullam referendæ gratiæ curam ſuſcipit. Qui de referendâ gratiâ minimum laborat. Impiè ingratus. Qui ingrati animi notam effugere non poteſt. Plurima & maxima officia ſummis injuriis compenſavit. Omnium, qui vivunt *vel* quos ſol videt, ingratiſſimus. Ingratiſſimum monſtrum, pro officiis ea reponens, quæ hoſtis non faceret hoſti. Erga me non imitaris officia. Meis in te meritis non reſpondes. Ingrati crimine arguendus. Apud quem rara eſt beneficiorum memoria, & apud quem ultra beneficium memoria non eſt. Ingratiſſimus hominum, cui vel frons exemplo Macedonici illius mili-

tis inuratur. Pertuſum vas, ex quo omne, quidquid realis benevolentiæ & propenſionis offenditur, in nihilum profluit.

AMPLIFIC. CHRISTUS apud Malchum ſervorum ingratiſſimum, aure reſtituta, poſuit memoriæ beneficium; à quo deinde coram Pontifice depalmatus meſſuit contumeliam. * Ubi tot laborum prædicatio non auditur? Ubi ſaltem tot beneficiorum recordatio non admittitur? Ubi tot depulſorum periculorum remuneratio? ô inauditam ingratitudinem? mei ſanguinis capitisque in hoc tribunali poſtulatio, tot laborum ac periculorum remuneratio, & omnium hoſtis accuſatur, qui omnium protector eſt futuris.

SENTENTIÆ. Non eſt dignus dandis, qui eſt ingratus de datis. [*Aug.*] Quàm deforme eſt, ut pro beneficio ei, qui ſe adjuvit, rependas moleſtiam. [*Ambr.*] Creaturæ ingratæ Diaboli ſunt plasmata. [*Greg. Naz.*) Ingratus beneficii, dignus eſt ſalutis diſpendium ſuſtinere. (*Joan. Sarisb.*) Ingratus eſt, qui diſſimulat; ingratus, qui non reddit; ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt. [*Sen.*) Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel. (*Idem.*) Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. (*Idem.*) Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine uſurâ. [*Idem.*]

SIMILITUD. Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquàm aqua ſupervacua. (*Sap.* 16.) Tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum; & non vocas miſerum eum, qui ſenſum beneficiorum amiſit. (*Sen.*) Ut aves, quæ laceratione corporum aluntur, lapſo morbo corpora, & caſura à proximo ſpeculantur: Ita ingratus imminet morti, & circa cadavera volat. (*Idem.*) Ut hedera adhærens arborum ramis, ope alienâ in altum erigitur: Sic obſcuri conſuetudine potentium creſcunt; deinde

deinde præfocant eos, à quibus evecti ſunt in altum. [*Plut.*]

INHUMANITAS. **Unfreundlichkeit.** *Inhumanité.*

SYN. Immanitas, crudelitas, duritas, acerbitas, ſævitia, feritas. ADJU. Domeſtica, moleſta, tam imprudens, tam crudelis, tam immoderata. (*Ex Cic.*) Inhoſpitalis. PHR. Intractabilis animus, atque horrida quædam vis immanis agreſtisq; naturæ. Quæ eſt iſta tam impotens, tam crudelis, tam immoderata immanitas? Cujus acerbitas morum immanitasque naturæ, nè vino quidem permiſta temperari ſolet. Non enim modò id virtutis non eſt, ſed potiùs immanitatis omnem humanitatem repellentis.

INHUMANUS. **Unfreundlich.** *Inhumain.*

SYN. Ferus, ferreus, barbarus, crudelis, inclemens, immitericors, immanſuetus, acerbus, durus, difficilis, agreſtis, inurbanus. PHR. Derelictus ab humanitate. Crudelitate barbarus. Humanitate deſtitutus, Humanitatis expers, inops, immemor. Qui exuit omnem humanitatem. Aſperior, & inhumanior. Vitæ communis ignarus. Multum ab humanitate diſcrepans. Inſuavium morum. Non homo, & communi naturæ ſenſu carens. Qui à cultu atque humanitate longè abeſt. Quo nihil immanſuetius. Qui adeò eſt auſterus, ut omnem animorum remiſſionem adoleſcentibus adimat: atque ita inhumanus & agreſtis, ut honeſtæ voluptatis nihil ætati tribuendum putet. CRUDELIS. DURUS.

INIMICITIA. **Feindſchafft.** *Inimitié.*

SYN. Inimicitiæ, ſimultates, alienatio, diſſidium, odium, diſſenſio, bellum, disjunctio, antipathia. ADJU. Summa, hoſtilis, immitis, implacabilis, improba: *alienæ, apertæ, audaciſſimæ, gra-*

vissimæ, insitæ, majores, non mediocres, sempiternæ, veteres, justæ gravesque, tolerabiles, periculosæ, privatæ. (Ex Cic.) Capitalis. PHR. Machinatio nocumenti, quæ ex odio procedit. (*Hugo. C.*) Discordia, nocendique studium. (*Amb.*)

INIMICUS. Feind. *Ennemi.*

SYN. Adversarius, *vel* adversus, hostis, infestus, infensus, alienatus, *vel* alienus *ab aliquo*, non æquus, iniquus, invidus. ADJU. Acerbus, acerrimus, gravis & acer, pecuniosus, multò gravior atque acrior, voluntarius, perennis, potentissimus, odiosus in omni genere ac molestus, valentissimus, satis vehemens, satis perseverans, satis vigilans, verecundus; *aperti, præsentati, audaciissimi, communes, crudelissimi. minaces, paratiores.* (*Ex Cic.*) PHR. Er ist mein Feind. *Il est mon ennemy.* Mihi, *vel*, meus inimicus est. Inimico in me animo est. Infensum gerit in me animum. Me inimicè insectatur. Mihi infensus, infestus, adversarius est. Inimicè mecum agit. Adversarium illum habebo gravem & infensum. Adversarium te habeo grauem & infensum. Acerbus adversarius mihi es. Adversario te utor infenso & graui. Adversaris mihi, quàm potes acerrimè. Irruis in me, quo potes impetu. Quidquid habes virium, contra me confers. Totus incumbis in meam perniciem. Oppugnas me quàm vehementissimè potes. * Wir seynd Feind untereinander. *Nous sommes ennemis.* Odio capitali dissidemus. Cum illo inimicitias exerceo. Graves mecum habet & gerit inimicitias. Graves inimicitias exercemus. Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Gravis mihi est cum illo simultas, *vel* alienatio, *vel*, contentio, *vel*, disjunctio. Mihi sunt simultates cum illo. Simultatem cum illo gero. * Er ist sein Feind. *Il est son ennemy.* Pertinacem se illi exhibet

hibet inimicum. Inimicissimè atque infestissimè contendit cum ipso. Hic odio illius exacerbescit. Hi simultatibus conflictantur, Gravem cum illo habet offensionum acerbitatem. Ei nemo inimicior, quàm ille. Agit cum eo inimicè, animo inimico, infesto hostili, infensò.

AMPLIFIC. Qui excelsæ dignitatis meæ splendorem caligantibus invidiæ oculis ferre non possunt non modò calumniarum nebulis obscurare; sed meipsum etiam tuæ illius benignitatis admirandæ præclarissimum monumentum labefactare deturbareque conantur. * Eas simultates ii plerumque solent habere, qui militarem artem, aut exercent, aut profitentur, in quorum animis, nescio quâ generis humani calamitate, & inveteratâ consuetudine figuntur altissimis illatæ contumeliæ radicibus: & inter quos majoribus iracundiæ flammis de honore contentiones exardescunt: sive quod falsis suspicionibus contemtæ dignitatis, quæ vix evelli possunt, oriantur sive maledicorum quorundam, & malevolorum hominum mendaciis, & perfidiâ concitentur, & pascantur. * Nunquam hostem contemne, contemtus neglectum parit, inde clades & regna jam nulla. Quid? quod à cuniculis, adeoque à formicis; subversas civitates accepimus; quid fiet ab armatâ manu, etiam imbelli? contemsisse? arma subministrasse, animos exacuisse est. Quid mollius stillicidio? & à tàm molli elemento saxa exeduntur & rupes: & quæ ferrum, chalybem excusserant, à tam tenero illapsu ingloria jacent. Eadem contingunt, homini, nec nullâ re magis florentissima, & validissima olim regna orbi fabula facta sunt, & cinis audiunt; scintilla quantas contemta flammas dedit? hora aliquando vix una intercesit inter urbem magnam & nullam, Deteriora à contempto hoste evenerunt.

SENTENTIÆ. Ab inimicis tuis ſepara te. [*Eccl.* 6.] Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim æramentum æruginat, ſic nequitia illius. Et ſi humiliatus vadat curvus, adjice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. Non ſtatuas illum penes te; nec ſedeat ad dextram tuam. (*Eccl.* 12.) Adoleſcentes inimicitias vident cautiſſimè, ferant æquisſimè, finiant citisſimè. [*Aug.*] Infelix, qui habitationem inimico accommodans, de ſe arma miniſtrat Adverſario. [*Baſil. Sel.*] Non ſemper gladio, ſed ſæpe ſervitio vincitur inimicus. [*Bern.*] Quæ peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus? (*Boët.*] Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis acceſsibus ſerpit. (*Cyp.*) Omnis inimicitia beneficiorum aſsiduitate compeſcitur. [*Chryſoſt.*] Nulla ſunt arma tam valida diabolo, quàm inimicitia. (*Idem.*) Inimicitiæ pondus plumbo gravius eſt. [*Idem.*] Quid eſt homini inimicisſimum? Alter homo. Inimicitias tardè ſuſcipe, amicitias exerce moderatè. (*Sen.*) Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ. (*Cic.*) Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam eæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam cum, qui palam adverſarius eſt, facilè cavendo vitare poſſis: hæ verò occultum, inteſtinum ac domeſticum malum non modò non exiſtit, verùm etiam opprimit, antequàm perſpicere atque explorare poſſueris. [*Idem.*] Graviſsimum inimicitiæ genus, eſſe corde adverſarios, & linguâ ſimulare devotos. (*Caſſi. od.*) Cum inimico nemo in gratiam citò redit. De inimico nè dixeris malè, ſed cogites. Gravior eſt inimicus, qui latet in pectore. Grandius malum eſt omne, quod ſub aſpectu latet. [*Sen.*] Accuratiùs gerit rem, qui ſcit vitam ſuam ab adverſario obſervari. [*Idem.*] Non oportet immortales eſſe inimicitias: &

ita

ita demum tutum perpetuumque erit humanum genus, ſi amor ac fides nullam habuerint oblivionem. [*Quintilian.*].

SIMILITUD. Ut agricolæ juxta allia & cepas ſerunt roſas, quòd quidquid eſt illis moleſti odoris, in hæc tranſeat: Sic inimicus, ſi quid eſt in nobis mali animi, id totum in ſe recipiens ac conſumens, reddit nos amicis jucundiores. (*Plut.*] Ut vultures ad extincta corpora odore feruntur, ſana non ſentiunt: Sic inimicus, ſi quid deliquerit, ſtatim olfacit, atque eò confeſtim accurrit, ad rectè facta ſtupidus.)*Idem.*) Ut hoſtis ſemper imminens muris in causâ eſt, ut vigilet, ac ſobria ſit civitas: Sic inimicus obſervans quid agas facit, ut nihil agas, dicasvè temerè. (*Idem.*] Lynceus per quercum videt: Inimicus etiam per famulum, per amicum perſpicit, quid agas. (*Idem.*) V. INVIDIA. ODIUM.

INJURIA. **Unbill/ Schmach/ Wort.** *Injure.*

SYN. Convicium, contumelia probrum, opprobrium, maledictum, noxa, damnum; *vel* injuſtitia, iniquitas. ADJU. Acerba, non diuturna, acerbiſſima, *alienæ*, magna, tam atrox, inſignis, perpetua, gravis & non ferenda, publica, illuſtris, immanis, intolerabilis, inulta impunitaque, magna & gravis, nefaria, præterita, ſimilis, ſumma; *indigniſſimæ, innumerabiles, mediæ, leviores, atroces, communes, novæ, impunitæ, notiſſimæ, plurimæ, inſignes, multæ & variæ, privatæ, ſuperiores.* (*Ex Cic.*) Amara, moleſta, pudenda. PHR. Verbum contumeliæ convicium. Graves injuriæ, acerbæque contumeliæ, tametſi non tam ab iniquo profectæ animo, quam ab errore mentis impoſitæ ei. **Einem Unrecht thun.** *Faire injure à quelqu'un.* Alicui injuriam facere, imponere, irrogare, infligere, inferre. Aliquem offendere, lædere, injuriâ afficere, laceſſere, vio-

violare ; injurioſiùs tractare, accipere, adhibere. In aliquem maleficium admittere. Alicui injurioſum eſſe. Aliquem injuriâ provocare, commovere. Alicui convicium facere, dicere. Aliquem convicio afficere, petere, pungere, figere, jactare; maledictis appetere, lacerare, proſcindere, inceſſere, exagitare, contumeliis vexare, probris omnibus onerare, contumeliâ inſequi, *vel* inſectari, convicio perſequi, contumeliis operire & opprimere, concidere. Alicui maledicere. Maledictis in aliquem debachari. Injuriam in aliquem multo cum furore effundere. In aliquem voces contumelioſas jacere, immittere, conferre, congerere, conjicere, intorquere, probra ingerere. * **Er hat mich ſehr geſchändet und geſchmähet.** *Il m' a dit mille injures.* Mihi contumelioſiſſimè dixit. Omne conviciorum genus in me jecit, contulit, conjecit, ingeſſit, congeſſit. Me contumelioſiſſimè adhibuit. Graviſſimas verborum contumelias, mihi in os ingeſſit. Indignam mihi in os injecit verborum contumeliam. In me, ore impudentiſſimo, maledicta evomuit, deblateravit, effutivit. In me, quæcunque maledicta venere illi in buccam, effudit, congeſſit, ingeſſit. * Tamen tibi à me nulla eſt orta injuria. Cato, qui fortunam maledictis laceſſebat, conviciis onerabat, operiebat contumeliis. Infragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. [*Cic.*] Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perperi, quàm non de iſtius pravitate & injuriis deplorare, & conqueri mallent. (*Idem.*] **Die empfangene Injuri vergeſſen.** *Oublier les injures receues.* Acceptas injurias voluntariâ oblivione conterere, delere ex animo, obliterare.

AMPLIFIC. Hîc ſi te res ipſa, ſi indignitas injuriæ tuæ non commoveb.t, ſi facta adoleſcenti nobilia facti filio, facilè principi viciniæ tuæ: ſi loci celebritas apud te ponderis paru habebat, tu nè illud quidem

dem animadverteres, ejusmodi fuisse factam injuriam quam parentes ulcisci necessariò debuissent; cùm verbis non contumelioſis ſolùm tractaveris, ſed pedibus conculcaveris. Etenim quid erat, quod ad injurias addi potuisset acerbitatis? * DEUM nulla injuria tangere potest. Altius enim habitat quam ut ullius tela in eum cadere possint. Cui qui similis esse volet, ex alto offensam despiciat, ita ut quæcunque missilia, quacunque manu missa fuerint, nequidquam mittantur; aut sanè in mittentem relabantur generoso repercussu. Dignissimam omninô DEO patre mentem, quæ tam altè fixit sedem, ut Solis elementarii more infra labantes non sentiat minitantes nubes, rideatque insana harum murmura, aut jaculata in inane fulmina. * In acceptis à paribus injuriis, monent prudentes, nobilissimum victoriæ genus esse contemnere, aut tanquam non acceptas transire, aut ut indignas habere, ob quas animorum pacem exuamus. Ita quo generosior equus est, hoc adlatrantium canum minas magis contemnit. Fœminarum & vilissimarum è plebe animarum est, convitia convitiis repellere, & illum habere victorem, qui violentiùs convitia jaculatus est. Ferro verò injuriam vindicare, quid nisi belluarum est, quæ laniatu sæviunt, cum ratione tueri se non possint? his enim pro ferro dentes, pro telo calces sunt. Quanquam decentius hæ, quàm homines, domesticis enim illæ se tuentur armis; ascititiis, & extraneis, & aliundè mutatis, homines. Prudenter sanè ille, qui convitium passus, & sputa non magis retulit, quam si asini calces passus esset, aut prætervolantium avium sordes; laudemque retulit; & admirationem, & conviciator pro asino habitus: majusque convitium conviciator à contemtu, quam à ferro retulit. Neque poterat gravius quidquam in hominem dici, quàm aut asino componi, aut infra asinum poni. *

Omne

Omne ſtudium in eo ſit, ne quem offendas. Offendit te aliquis, nè fatere, & beneficium etiam, ſi potes repende: ſi non potes, vulnus tege, intercurrunt commiſerationes, qui ad conditionem aut innocentiam tuam defleant, hoſtium conatus damnent? tu innocentiam tuam teſtare, neminem damna, rejice, ſi qua injuria accepta eſt, in judiciorum diverſitatem rerumquè ignorantiam. Prolixè deinde oſtende, non credere te, veniſſe ab hac aut illa manu vulnus. Agite igitur, & de conditione, in quâ ſunt hodie non pauci Mortalium, Plautum ingeniosè conquerentem audite: *Ita ſunt omnes noſtri Cives, Siquid benè facias, levior plumâ gratia eſt, Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.* Nempe plumbeo plerumq; ſunt obtuſoque & jacente animo ii, qui rebus omnibus præterquàm injuriis, indormiunt. At contra evenire par erat. Gratia hærere debuit in animo ſtabilis, non quâlibet offenſionis curâ inſtar plumæ commoveri, aut etiam avolare atque evaneſcere: injuria verò & contumelia ægrè in pectus deſcendere admittivè, admiſſa non pertinaciter inſidere, & plumbo gravior immobiliorque conſiſtere. Sanè Pompejo M. non magis laudi datum lego, quòd tribus ampliſſimis triumphis tres Orbis terrarum partes complexus ſit, quàm quòd eſſet, ut Paterculus ſcribit, Amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, in accipiendâ ſatisfactione facillimus.

SENTENTIÆ. Injuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut convitio aures, aut aliquâ turpitudine vitam cujuspiam violant. (*Cic.*) Quos manet gloria, expectat injuria: (*Ambr.*) Tanta eſt humana fragilitas, ut ad ſibilum unius verbi dejiciatur. (*Antoni.*) Accipere quàm facere præſtat injuriam, (*Aug.*) Glorioſius eſt, injuriam tacendo tolerare, quàm reſpondendo vindicare. (*Beda.*) Quantò injuria major, tantò honorabilior eris. [*Bonav.*] Leve videbitur, quòd injuriâ percutimur, dum in actione noſtrâ conſpici-

ſpicimus, quia pejus meremur. (*Greg. M.*] Si contra veritatem injurias pertuleris, lucrum puta. [*Idem.*) Imitatione DEI glorioſius eſt, tacendo injuriam fugere, quam reſpondendo ſuperare. (*Idem.*] Iraſci, hominis eſt; injuriam non facere, Chriſtiani. [*Hier.*) Animæ fortis & conſtantis eſt, poſſe obluctari injuriis. (*Chryſoſt.*) Hæc eſt optima Philoſophia, nunquam eis, qui nobis injuriam faciunt, adverſari. (*Idem.*) Nemo poteſt injuriam tibi inferre, præter ſeipſum. [*Idem.*] Magnum bonum eſt injuriarum oblivio, & ſummo pere eâ DEUS placatur. (*Idem.*) Si vindicare vis, ſile: & funeſtam inimico dediſti plagam. [*Idem.*) Illa clariſſima atque fulgentiſſima victoria, quâ injuriam inferentem patiendo ſuperaſti. [*Idem.*] Injuriam reminiſci, eſt animæ nequitiam meditantis. [*idem.*] Ubi recordatio injuriæ in medio eſt, ibi Diobolus exultat. [*idem.*) Memoria injuriarum eſt furoris complementum, peccatorum cuſtos, juſtitiæ odium, virtutum perditio, venenum animæ, mentis aſſiduus vermis, orationis confuſio, deprecationis exciſio, charitatis alienatio, clavus infixus animæ, injucundus ſenſus, juge peccatum, nunquam dormiens iniquitas, horis ſingulis admiſſa malitia. [*Joan. Clim.*] Non meliùs vincitur injurians, quàm ſilentio injuriati. [*Thrithem.*] Vicem injuriæ reddere, humana ultio eſt: at inimicum etiam injuriantem diligere, vindicta cæleſtis eſt, [*Paulin.*] Viri magnanimi fortitudo gravioribus injuriis lacesſita grandeſcit. (*Petr. Bles.*) Memoria beneficiorum fragilis, injuriarum tenax. (*Sen.*) A quo accepiſti injuriam? ab Homine, an à malitiâ hominis? Ab iſtâ dices; ergò in illam iraſcere, illam perde, non hominem. (*Nier.*) Non enim ſapientis eſt, vomitûs ſolatio evacuare injurias integras, ſed digeſtione conſumere. (*Idem.*) Hæc ars eludendi elidendique injurias, contemnere. [*Idem.*] Si ſemel condonandæ ſunt injuriæ, ſemper

ſunt

ſunt condonandæ. (*Haineuſe.*) Quidquid profers, nè parcas aliis, contra te profers, nè parcat tibi DEUS. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut tela à duriſſimo reſiliunt, cum dolore cædentis ſolida feriuntur: Ita nulla magnum animum injuria ad ſenſum ſui adducit, fragilior eo quod petit. (*Sen.*) Quædam remedia triſtiora ſunt ipſo morbo, ut ſatius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem: velut ſugere ſanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: Ita quandoque ſatius, ferre injuriam, quàm majore incommodo ulciſci. (*Eraſm.*) V. CONVIVIUM.

INNOCENS. Unſchuldig. *Innocent.*

SYN. Jnteger, inſons, innoxius. Innocentiſſimus, inculpatus. PHR. Integer & religioſus. Vir bonus, & innocens. Qui nemini injuriam fecit. Qui nihil nocet. Qui eſt extra culpam. In quo nihil aliud reprehenditur, quàm quod culpâ caret. Quem non acta turpitudo vitæ non depravata ætatis malitia; ſed invidia, ſed furor malevolorum dejicere conatur. Qui nihil in ſe habet neq; criminoſum, neque iniquum niſi adverſariorum odio invidiâque confictum. Qui contendit, ut omnem labis ſuſpicionem & maculam, oriam ab improbis falsò affictam nomini ſuo ac famæ patronorum authoritate deleat. Regni crimine inſons. Crimine innoxius, Nullius probri compertus. A culpâ vacuus. Incorruptus & caſtus, & perinteger. Vacare culpâ, magnum eſt ſolatium. *Er iſt vor unſchuldig erklärt worden, *Il à été declarè innocent.* Purus à culpâ, expers omnis culpæ, nullius culpæ affinis, nullâ infectus culpâ, nullo ad ſtrictus crimine judicatus eſt. Exemptus eſt ab omni culpâ. * Du klageſt mich unſchuldiger weiß an. *Vous m' accuſez bien qui innocent.* Me immerentem, criminis expertem, à culpâ vacuum accuſas, Me immeritò, injuriâ, iniquè, injuſtè

ſtè contra quàm meritus ſum, contra jus & æquum, absque meâ culpâ inſimulas. * Ich bin unſchuldig. *Je ſuis innocent.* Culpâ careo, Abſum à culpâ. Culpæ ſum expers, Non hæret in me culpa. Nullam in culpam incidi. Nihil deliqui. Sum remotus ab omni culpâ. De hâc tuâ injuriâ ſum innocens.

SENTENTIÆ. Jnnocens manibus, & mundo corde.. hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à DEO ſalutari ſuo. (*Pſ.14.*) Innocentia eſt puritas animi, injuriæ omnem illationem abhorrens. (*Bonav.*) Eſt lætus, ac ſerenus animi ſtatus, omni adinventione ac figmento liber. (*Joan. Clim.*) Eſt affectio talis animi, quæ nocet nemini. (*Cic.*) Jlla eſt vera Innocentia, quæ nec inimico nocet. (*Aug.*) Cuſtodi Jnnocentiam pretioſa res eſt. (*Idem.*) Jnnocentiæ Mater pudicitia eſt. [*Cypr.*) Gaude innocentia, & exulta; gaude, inquam; quia ubique illæſa es, ubique ſecura: ſi tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas, vincis; ſi occideris, coronaris. (*Bonav.*) Nihil ſic placet DEO, ſicut ſimplicitas & Innocentia. (*Hier.*) Innocentia eſt janua cœli. (*Idem.*) Animæ ſoror eſt Innocentia. (*Chryſoſt.*] Omnium bonorum fons, atque origo innocentia eſt. (*Idem.*) O innocentia! tibi boni parent, mali invident, zelant æmuli, inimici ſuccumbunt. Te potentes honorant, ſuſcipiunt Principes, Magnates exquirunt. [*Id.*) Ubique Innocentia tua eſt. (*Sen.*) Vera felicitas Innocentiaeſt. (*Idem.*) Triumphus innocentiæ eſt, non peccare, ubi liceat. (*Idem.*) Si innocentes nobis ſimus, nullus nocebit. (*Nier.*) Sicut conſtantia, & hilaris ubique mens eſt innocentiæ fructus, & ornamentum neceſſarium; ita & memor noxiæ; ſequensque pudor quidam innocentiæ flos eſt, & ſpes bona. (*Idem.*) Apud DEUM vita longa non optima, ſed innocentiſſima. (*Lipſ.*) Nihil in vitâ ſecurum ſolutumque præter Innocentiam.

SIMILITUD. Ut ignis in aquam conjectus continuò restinguitur & refrigeratur : Sic ferens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur. [*Cic.*] Ut Nepenthes herba ab Homero prædicata, addita poculis, omnem convivii tristitiam discutit : Ita bona mens insita nobis, omnem vitæ solitudinem abolet. [*Erasm.*]

SS. INNOCENTES.

AMPLIFICAT. Heu! malè pretium pro filiis lacrymas offers, ubi cladem furor anhelat. Male precibus pugnas contra barbaros : malè querelis provocas superbos. Ut nesciam utrum furor an pietas divexet ac discruciet magis. At tu puer miserabilis, quid è colo matris avulsus tremula supplex brachiola tuum tendis ad carnificem ? sed frustrà. Ah potiùs districtum incitatumque in te gladium amplectere, Hic enim faciliùs sensu pietatis emollescet. Quis jam in furoris licentia funera numeret ? Velocior ferè trucidantis manus, quàm oculus intuentis : cum præsertim piis hic lacrymis hebetetur ad visum, pertusa illa sanguine acuatur ad scelus. Quis enim eos numeret, qui miserè confossi primulam vitam per suprema oscula matrum in ora exhalantes iis, à quibus accepere, ante usuram restituunt? Qui eos, qui ex hostili manu delapsis adeò parata mors est, ut obviis pedibus proterantur ? Quis alios, qui dum cautè maternis vestibus occuluntur, simplici vagitu se retegunt, innocentes sui ipsorum proditores? Jam funestissimum natat sanguine theatrum. * Cecidistis novelli flosculi vitalis ad Solis exortum? Defloruistis lacteola lilia, ut mucronum inter aculeos sanguineas imitaremini rosas ! Occidistis vix natæ, qua lacteam signatis viam, stellulæ, heu squallidam, atque atratam patriæ vestræ noctem relicturæ ! Fugitivis insontes animæ crudeles terras : at nunc vestris exutæ corpusculis tenebricosa per

loca

loca exulatis: Qui nuper inter crepundia cùm matre luſitabatis infantes, tandem inter arma cum ipſa morte luſiſtis! At iſte ludus ſanguine vobis & vita ſtetit. Qui nondum fari per ætatem poteratis, ut pro Regum Rege in tyrannum interfectorem veſtrum teſtimonium diceretis argutili Martyres, clauſiſtis ora, aperuiſtis vulnera, vulnere, quam ore eloquentiores, qui vitam pro voce fudiſtis. Imo verò, quot vulnera, totidem ora panditis etiam, à funere vocales famæ: ut Regem Imperatorem JEſum; tyrannorum anteſignanum Herodem conſequentium poſteritati ſeculorum conteſtamini. * Fortunatæ animæ, quæ vos ante ſenſiſtis felices eſſe quàm vivere, quæ confeſtim evolaſtis Chriſti genitoris in gremium, nè fortè hîc ſugeretis è nutricis papillâ venenum. * Avulſi ſunt à te Innocentuli tui, Rachel: at illi ipſi longè amabiliore Metamorphoſi, quàm Poëtarum Narciſſi, quàm Ajaces, quam Critiæ tranſierunt in Floſculos; namque ſic eos nova hodiè mater ſalutat: *Salvete Flores Martyrum, Quos lucis ipſo in limine, Tyrannis atra meſſuit, Ceu turbo naſcentes roſas.* Dicere, credo, voluit: Salvete vernantes violæ, ſalvete candida lilia, ſalvete purpureæ roſæ, quæ proprio rigatæ ſanguine hodie primùm purpurare & candicare cœpiſtis, hodie primùm effloruiſtis in hortulo aromatum, quam ſibi cæleſtis Agricolæ Filius, & ipſe etiamnum tener & puſillus plantavit, ubi aurum poſt meridiem captet, in eoque delicietur. * Vix è materni ſinûs portu ſolverant; ſuo in cruore naufragium faciunt. Nimirum hic etiam mare rubrum ſuo more naufragium eſt.

INOBEDIENS. **Ungehorſam.** *Deſobeiſſant.*

SYN. Immorigerus, rebellis, contumax, protervus, petulans. PHR. Relinquens obedientiam, & abjiciens. Jugum diſciplinæ detrectant. Detrectator, *vel*, contemptor imperii. Obſequii de-

ſertor. Obedientiæ neſciens. Adverſus præpoſitos contumax, *vel*, refractarius. Alicui non parens, non obtemperans, non gerens morem, obſequium denegans. Alicujus imperium detrectans, negligens, recuſans, verba non audiens. Alicujus dicto non audiens. Qui detrectat imperium, parvi conſilia facit, juſſa rider, mandata ſpernit. Contumaciter omnia agens. Durus ac retrogradus. Ob ſurdeſcimus neſcio quo modò; nec ea quæ ab illâ monemur, audimus.

AMPLIFIC. Excuſſo ac depulſo rationis jugo, cupiditas quaſi ſeditioſus aliquis ac turbulentus civis; faſces arripit, in arcem invadit, mentem de ſuâ ſede contrà jus faſque deturbat. * Qui in medio Eccleſiæ gremio nati atque educati, tot teſtimoniis, tot miraculis, tot Sacramentis confirmati, ſæpe vocanti Chriſto reſiſtunt: ſæpe ſub alas congregare cupientem refugiunt. * Qui ab inſtitutis ſtudiis libidine ad voluptatem, amœnitate urbis ad otium; improborum ſodalium conſuetudine ad luxuriam, aleam, commeſſationes, intempeſtivas cœnas, cæteraque vitia revocantur. * Deſerunt vos præeuntes in curſu virtutis; voces paternas non exaudiunt; veſtris clamoribus obſurdeſcunt; cohortationes, objurgationesque ſalutares aſpernantur. O tempora! o mores! Vos in curriculo doctrinæ & eloquentiæ relinquent prævolantes, idque oculis aſpicietis & æquo animo feretis? veſtras admonitiones: paternasque caſtigationes è benevolentia profectas contemni videbitis, & nullam adhibebitis proviſionem? * Vos otio turpiſſimo langueſcetis, illis pro communi tuenda patriæ, familiæque dignitate laborantibus? Vos voluptatibus diffluetis; illis vitam moderatiſſimè traducentibus? * Sapientum voces, aures veſtras non percelluat, animumque deſidia conſopitum exſuſcitant. Vos domeſtici ſtimu-

li non pungunt, impellunt, cogunt, ut parentes, avos, majoresque veſtros recta virtutis via gradientes inſequamini.

SENTENTIÆ. Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio . .ex decreto Judicis morietur homo ille. (*Deut.* 17.) Quid autem vocatis me, Domine! Domine! & non facitis, quæ dico. (*Luc.6.*] Per Inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. (*Rom.* 5.) Magnum eſt peccatum inobedientiæ, quâ totus ſalvatus eſt mundus. (*Bruno.*) Primus Homo inobediens factus, ſeipſum perdidit & nos: Secundus Homo factus eſt obediens usque ad mortem, ut ſalvaret nos. (*Idem.*) Quid deſperatius. quàm obedientiæ neglector, aut contemptor? [*Franc. Aſſiſ.*] O quàm deteſtabile vitium obedientiæ contrarium, per quod Angelus de Cœlo, Homo de Paradiſo cecinit! [*Bonav.*] Nullâ virtus, nullum virtutis opus Domino placet, ſi vitio Inobedientiæ contaminetur. (*Blos.*) Morbus Inobedientiæ languor eſt Animæ, & ex ſuperbiæ tumore procedens. [*Hugo. V.*] Rebellem eſſe ei, qui nobis ſuperior præſit, DEO & Homini illud nefarium & turpe eſt. (*Plato.*] Qui Sapienti non obtemperaverit, nec DEO obtemperabit. (*Sixt. Phil.*]

SIMILITUD. Ut navis diſcordibus acta ventis; ſic hominis vita contrariis & inter ſe pugnantibus fœdiſſimarum libidinum flatibus agitata, in omnem ſcelerum ac flagitiorum turpitudinem præceps ruit, & omnem obedientiam ſpernit. [*Muret.*] O confuſio ſumma! O perverſio deteſtanda! quia majoris ſunt obedientiæ bruta, quàm rationalia. Nam Apes in tantum Regi ſuo obedientes ſunt, ut ad ejus imperium exeant & ſubſiſtant, vadant, & redeant, & caſtra ponant, &c. [*Bonav.*] Quæ nequitia! Quæ perverſitas! Quia Leo rugit, omne animal, greſſum figit, expectans imperium ſui Regis; & ſummus, Rex ſummam utilita-

tem Servo mandat, & non est qui obediat. [*Idem.*) Sicut destructioni corpus est expositum, cùm membra discordant à capite. Sic ibi non est Monasterium, non Religiosi, ubi Subditis Obedientia deest ergà Prælatum. [*Hier.*] V: OBEDIENTIA.

INSOLENS. Frech. *Insolent.*

SYN. Protervus, petulans, procax, audax, temerarius. PHR. Effuse petulans, natura ferox, immani acerbaque natura, furore atque amentia incensus; naturâ truculentus; concitatus, impotens, deterrimus debacchator; semper eò contendens, quò furor rapit. Omni insolentia affluens. Eò insolentiæ progressus, nullius ut virtutem ferre possit. Plenus fastûs, superbiæ & contumeliæ. * Freyheit. *Insolence.* Insolentia, procacitas, petulantia, protervitas, immoderatio. ADJU. Intolerabilis, perexigua, singularis. [*Ex Cic.*] ADV. Superbè, insolenter, arroganter, petulanter, intemperanter, immoderatè.

INTELLECTUS. Verstand. *Esprit, Entendement.*

SYN. Mens, animus, ratio, ingenium, intelligentia. ADJU. Acutus, perspicax, hebes. PHR. Animi pars intelligens, compos intelligentiæ. Facultas rationis & intelligentiæ particeps. Intelligendi facultas. Rerum in se verè existentium perceptio, [*Antonin.*] Rei cujuscunque invisibilis certa & manifestata notitio. [*Bern.*] Acuta quædam perspectio Divinorum. [*Thom. Aq.*) Lumen, quod DEUS animæ infundit. * Der einen guten Verstand hat. *Qui a bon Entendement.* Ingenio valens. Intelligendi multâ facultate præditus. * Der einen schlechten Verstand hat. *Qui a l' Entendement pesant & grossier.* Qui tardo & obtuso ingenio est. Cui hebes plumbeumque ingenium est. * Er hat den Verstand

ſtand verlohren. *Il a perdu l' Entendement.* A mente diſcesſit. A ſeipſo diſcesſit, A mente deſtitutus eſt; Mente exturbatus eſt. Mente captus eſt. Mentem amiſit. Mens cum & ratio defecit, deſtituit.

* Eine Kunſt oder Handwerck verſtehen. *Etre Intelligent.* Alicujus artis intelligentem eſſe, ſcientem eſſe, peritum eſſe, multam habere notitiam. Artem aliquam apprimè nôſſe. Artis præcepta penitus habere perſpecta & cognita. Juris civilis intelligentiâ præſtat.

AMPLIFICAT. Quæ mens appellatur, in homine Princeps omnium & regina, cui tributum eſt ab optimo parente DEO, non modò ut cæteras animi facultates arbitratu ſuo moderetur, ſed etiam rebus, quæ Lunæ complexu coërcentur, tanquam propriis utatur, ac ſuis. * Illa præclariſſimis ſapientiæ, prudentiæ diſtincta, & illuminata ſideribus, leges appetitui repugnanti præſcribit, frenum iniicit erranti licentius.

SENTENTIÆ. Sicut per luxuriam abſorbetur Intellectus, & per gulam hebetatur, & per iram offuſcatur: Ita per caſtitatem ſupra ſe elevatur, per abſtinentiam acuitur, & per patientiam quietatur. (*Anton.*) Intelligere magna & honeſta, vel etiam divina, beatiſſimum eſt. (*Aug.*) Motus animæ ſecundùm carnem, ſe moventis, & in delicias carnales immoderatè diffluere cupientis regit Intellectus. (*Idem.*) Intellectus purus & ſimplex, incedens rapido volatu, ad ipſum pervenit Conditorem Angelorum, & Animarum, & omnium rerum. (*Idem.*) Non diſtas à pecore, niſi Intellectu. (*Idem.*) Erroris præoccupatio impedit veritatis intelligentiam. (*Idem.*) Animæ noſtræ oculus Intelligentia eſt. (*Bern.*) Intellectus ſi ſignata Fidei tentet irrumpere, reputatur effractor & ſcrutator majeſtatis. (*Idem.*) Cavendum eſt, nè intellectus nimis alta ſapiat: nè levitate ſubtilitatis à ve-

citate discedat. (*Hugo. V.*) Intellectus noster est sponsus summæ veritatis: ex quorum conjunctione generatur nobilis proles bonarum cogitationum. (*Hugo. C.*) Intellectus est corporeæ regionis rex. (*Philo.*) Intellectus purus inculpatusque, purificatus perfectis virtutibus, ipsa est tota DEO grata & sanctissima hostia. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut instrumenta artis cùm non exercentur, diu hebetantur, & rubiginem contrahentia destruuntur: Ita & intellectus hebetatur: si torpescat desidiâ, (*Antonin.*) V: COGNOSCERE.

INTEMPERANTIA. **Unmäßigkeit.** *Exeez.*

SYN. Immoderatio, intemperies. ADJU. Immoderata, impudentior, impura, inimica *alicui*, moderata, multa, tanta, turpior. (*Ex Cic.*) PHR. **Die Unmäßigkeit hat dich kraftlos gemacht.** *Tes Excés t' ont rendu tout foible.* Vires corporis tibi diminuit intemperantior, minimè moderata incontinentia tenuitatem corporis in te redegit: imbecilliorem te reddit minimè moderatæ vitæ ratio: minùs te firmum ac validum reddidit tua enormas vitæ incontinentia: minus te corpore valentem facit tuus immoderatæ vitæ status: valetudine te infirmiorem facit tua inordinata vivendi ratio: Intemperantiæ vitæ immoderatæ, tuas corporis vires debilitavit ac comminuit. * Etiam mentis intemperantia noces. (*Nier.*)

SIMILITUD. Quemadmodùm Temperantia sedat omnes appetitiones, & efficit, ut hæ rationi rectæ pareant, conservatque considerata judicia mentis: Sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat, *Cic.*]

INTENTIO. **Meinung.** *Intention.*

SYN. Mens, animus, consilium, ratio, voluntas. ADJU. Bona, mala, prava, recta, optima, lucida

lucida, ſincera. PHR. Probitas improbitasque actionis, ex agentis animo æſtimatur, cenſetur, di judicatur. Facti ratio ex conſilio petitur. Quo quidque animo factum ſit, conſiderandum eſt. Quid ſani conſilii in conſciſcendâ impietate tibi propoſitum eſſe potuit? **Was haſtu für eine Meinung.** *Quelle eſt vôtre intention?* Quæ tua mens eſt? Qui animus? Qui ſenſus! Qui conſiliorum ſcopus? Qui finis actionum? Quò ſpectat animus? Quò animum refers? Quò mentem intendis? * Mea fuit ſemper voluntas & ſententia, ut nemo, &c, Hâc ſemper mente fui, ut nemo, &c. Suum mihi conſilium expoſuit, animum aperuit, ſuam mentem declaravit. Bono animo id dicebam. Hæc non eô dicuntur à me, ut gloriam aucuper. Hæc non dico èâ mente, eo animo, eo conſilio ut exiſtimationem captem. * **Gute Meimung.** *Puretè d' intention.* Recta mens, intentio pura. Sincerum ſtudium virtutis. Amor honeſti purus & integer. * **Der eine gute Meinung hat.** *Bien intentionnè.* Homo cujus recta mens eſt. Qui ſolum id ſpectat, quod honeſtum eſt. Qui ad virtutis normam ſua omnia facta exigit. Qui mores, conſilia, cogitationes, vitam dirigit ex accuratiſsimâ virtutis amuſſi, ad religioſiſſimam honeſtatis diſciplinam. * **Der eine böſe Meinung hat.** *Mal intentionnè.* Cujus prava. *vel* haud recta mens eſt. Homo in Rempublicam malè affectus.

AMPLIFIC. In Principis noſtri vita, ut omne devium evitaretur, ita ſemper oculus lucidæ intentionis patuit, ut ab amuſſi virtutum non deviaret. Omnem offenſionis locum defenſurus, nullo in loco offendere voluit, niſi factorum ſcopum, divini honoris metam. Cor ſuum ad Dominum gubernans, Argo illo vetere vigilantior credi poteſt: qui cum unum duntaxat oculum haberet, eum nunquam clauſit, niſi ad mundarum reſpectum. Mirum eſt, ſed verum: inter Auli-

corum turbas nihil turbatum, inter licentias. Magnatum nihil illicitum, inter Curiæ ſolicitudines nihil in curis diſſolutum; inter relaxationes animi nihil laxum in eo ſpectari potuiſſet; quaſi ſolus potuiſſet, quæ Sancti voluerunt; & ſolus voluiſſet, quæ Sancti potuerunt. In uno Dei honore totus ſpectabatur per ſingula, quem unum & totum in ſingulis ſpectabat. Intra hos limites ità ſe continuit, ut nullo divini honoris incrementum limite, nullo humano honore probitatem terminaret. In quo tortuoſas Politicorum lineas neglexit; & inter duo puncta & ſui, & Dei, à ſe ad DEUM rectiſſimam duceret intentionem. Denique ita omnem vitæ circulum concluſit, ut quæ extra DEUM, quem centrum ſinè circumferentiâ noverat, exorbitarent, à centro excluderet intentionis.

SENTENTIÆ. Penes mentis intentionem ſumma poteſtas eſt. [*Aug.*) Ad divina enodatiùs explicanda limatior accedat intentio. (*Idem.*) Facies animæ intentio eſt. (*Bern.*] Oculus actionum Intentio eſt. (*Hugo.V.*) Sine periculo via actionum curritur, cùm intentio animi charitate duce gubernatur. (*Idem.*) Bona intentio eſt, quæ ſimplex eſt & recta: ſimplex ſinè malitia, recta ſine ignorantiâ, (*Idem.*] Quidquid intentione vanâ incipitur, bono fine rarò conſummatur. (*Idem.*) Corpus quidem tuum incedat in terrâ; anima autem ſemper ſit apud DEUM. (*Sixt. Phil.*)

SIMILITUD. Sicut lucerna corporis eſt oculus carnalis, lucens toti corpori: ita per radium Intentionis illuſtrantur merita actionis. (*Greg. M.*)

INTERCEDERE. **Fürſp rechen.** *Interceder.*

SYN, Intervenire. PHR. Alicui poſtulare precibus quidpiam. Prece & deprecatione uti, ad quidpiam alicui obtinendum. * **Für einen Ubelthäter fürſprechen.** *Interceder pour un criminel.* Alicui reo veniam poſtulare, pœnam deprecari. Ab reo de-

pre-

Digitized by Google

precari ſupplicium. Pro reo deprecari, deprecatorem ſe præbere. Reum aliquem, *vel*, illius mortem, *vel*, vitam, *vel*, pœnam, à Judicibus, aut à Principe deprecari. * Fürſprecher. *Interceſſeur.* Deprecator. Veniæ rogandæ patronus. Impetrandi beneficii ſuffragator. Patronus rebus interverſis. * Fürbitt. *Interceſſion.* Deprecatio. Gratiæ, *vel*, ad gratiam ſuffragatio. Imperandi beneficii patrocinium.

AMPLIFICAT. A me autem ii contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum poſſunt: quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam, * Erat enim Romæ ſumma copia, patronorum hominum eloquentiſſimorum atque ampliſſimorum, quorum certè aliquis defendiſſet equitem Romanum in municipio ſuo nobilem, ſi honeſtè puraſſet ejusmodi cauſam poſſe defendi. Nam Quintius quidem, quam cauſam unquam antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus eſſet? quis eum unquam non modo in patroni, ſed in laudatoris aut advocati loco viderat? * Jam hoc propè iniquiſſimè comparatum eſt, quod in morbis corporis, ut quisque eſt difficilimus atque optimus quæritur: in periculis capitis, & quæque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimusque patronus adhibetur. Autoritate poterat Alexander Farneſius plurimum apud plurimos, propè dixi omnia apud omnes. Ex quo factum eſt, ut multum eum hominum cœtus & collegia, religioſorum familiæ, civitates, gentes, nationes, tutorem ac patronum ultrò deposcerent: Quibus omnibus non tantum verbis & conſilio, ſed etiam rebus factoque benignè faciebat. Hujusmodi enim munera, non ad ſuam ſibi exiſtimationem, ſed ad aliorum utilitatem, referri volebat. * Cum ferire jugulum parabas, non tibi in mentem veniebat

niebat illius dici, quo te parricidii reum, nec tam dubia cauſa fluctuantem, quàm propè deſperata, jam jam damnatione obruendum ipſe patrocinio ſuo, de accuſatorum rabie, de ſeveritate judicum, de manifeſtiſſimo periculo capitis ereptum, in vitæ tranquillitatem priſtinam vindicavit. * Urbs Patronum (vere defuncto priore Epiſcopo) non amiſit, ſed mutavit; habitura præterea te Patrem amantiſsimum Collegii, te Scholarum fautorem ſtudioſiſſimum, te vindicem acerrimum, noſtræ dignitatis, illum in cœlis, te in terris defenſorem. * Si multa, ſi magna, ſi non vulgaria contuliſti in nos extra patriam, & Italiam poſitus beneficia; quid es in poſterum in tua pœne patria facturus? ſi tùm, cum Romani Imperatoris jura partesque tuebaris, dies noctesque de nobis augendis, ornandisque cogitebas: quid nunc facies, cum tui principatus Ducem te tantum cura ſolicitat. * Tuis auſpiciis ſeſe efferunt, mihi crede, te doctrinarum omnium quaſi altero Mœcenate, ad ampliores fruges effundendas ſchòlæ revireſcent. Tibi hæc cura reſervatur; te manet hæc defenſio; tua eſt hæc tutela, tibi jure debita, quod omnium doctrinarum ſcientiam mente complexus es adeo perfectè, ut nemo ſanæ mentis, qui hoc norit, avidè non exoptet animum ſuum, ſapientiæ rivulis è pectore tuo profluentibus irrigare. * Æquum eſt quando ſedis auctoritatis, dignitatis pontificiæ propemodum hæres inſtitutus es, ut eos in tutela colloces, qui cum hæreditate ſub tuam curam ſolicitudinemque venerunt ut cum patrimonio dignitatis. onera quoque hæreditatis ſubiiſſe videare. * Quis per Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, atque Italiam tot collegia ſtudioſorum adoleſcentum excitavit; tot Gymnaſia doctrinarum omnium aperuit, tot Doctores liberalium artium in ſingulis pœne urbibus atque oppidis largâ mercede conductos publicè conſtituit ad docendum: * Superant illæ quidem anti-

antiquitate, meritis, dignitate mediocritatem noſtram: Sed tu fidem tuam tot pignoribus nobis obligaſti, tot rationibus jam pridem oppignoraſti ut nos jure nullo poſſis tuis cogitationibus, curis, & vigiliis excludere.* Hac præſentiæ tuæ luce caliginem ac tenebras erroris ex eorum animis diſpuliſti, qui paſſim exſultantes vocem illam ſpargebant in vulgus, mortuo Dominico Bollano, qui te in Pontificatu, maximum ſui deſiderium relinquens, anteceſſit, nos eſſe derelictos, nos deſertos, nos amplius nullum habituros patronum, qui noſtra dicta, factaque tueretur.* In Germania calumnias invidorum, maledicorum morſus, hæreticorum incurſus à nobis ſæpenumero propulſaſti; Brixiæ ſi fuerit opus (quod non fore ſperamus) hoc noſtrum Collegium, familiam, Gymnaſiumque defendes. Quanquam enim in beneficii loco ponimus, nomen noſtrum ab imperitis nulla noſtra culpa lacerari: ut ei ſimiles efficiamur, cujus nomine, & inſignibus decoramur. * Quod huc ad nos cohoneſtandos nullis noſtris meritis provocatus, nullis invitatus donis, nulla ſpe commodorum tractus, ſed gratuito tantum impulſus amore veniſti tuo nomini mirabiliter laudabiliterque reſpondiſti.

SENTENTIÆ. Sanctorum quò majora merita, eò tutiora ſunt patrocinia. (*Ambr.*) Univerſi, omnes ſancti, omnibus, ſuis interceſſionibus proſunt. (*Idem.*) Officium Sacerdotii eſt inter venire pro reis. (*Aug.*) Sancti nobis favent, & adjuvant. (*Idem.*] Nè is quem crimen depravat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum. [*Greg. M.*] Janua cœli eſt. Sanctorum Suffragia. (*Hugo C.*) Quando quod ex nobis eſt ſimul afferimus, & accedit Interceſſio Sanctorum, plurimum nobis confert. (*Chryſoſt.*) Nemo ſanè eſt, quamvis ſit Sanctus, qui Sanctorum non indigeat patrocinio. (*Laur. Juſt.*) Singulare eſt B. Virginis auxilium; & quaſi è quodam ſublimi faſtigio pro

nobis

nobis intercedit. (*Pet. Bleſ.*) Multi precati non caruerunt ope animarum à corporibus ad mundum alium reverſarum. (*Ariſtot.*)

INVIDERE. Mißgönnen. *Envier.*

SYN. Æmulari. PHR. Alicui invidere quidpiam. Alieno bono dolere. Culpam invidere in aliquâ re. Alicui æmulari. Invidiâ cruciari, vexari, impelli, tabeſcere, liveſcere, marceſcere, rumpi, confici, exedi. Alienis bonis indolere. Rebus lætis ægreſcere. Livore maligno confici. Invidiâ diſrumpi. Contabeſcere Livore, *vel* cœcâ rabie. * Verſchiedene mißgönnen mir mein Glück. *Pluſieurs ſont envieux de mon bonheur.* Plurimi ſunt quos mea felicitas urit; angit, offendit, torquet, excruciat, graviùs afficit, malè habet; afficit dolore, curâ, moleſtiâ, ſollicitudine. Sunt, quibus dolori eſt honor meus. Multi moleſtè, graviter, acerbè, ægrè, inique, iniquo animo ferunt, tanta me felicitate potiri. Tangit animos multorum, ſolicitos habet plurimos ſplendor meus. Multi mihi eam dignitatem invident, Multos in invidiam rapit honor meus. Invidiam habent plurimi, permulti invidiâ flagrant, invidiæ incendio conflagrant; Dirumpuntur, quòd me dignitate florentem videant. Multorum animi in me malevolentiâ ſunt ſuffuſi. Multi meam mihi dignitatem invident. Multi ſunt, quos mearum rerum florens ſtatus malè afficit, malè habet. * Jedermann iſt dir mißgünſtig. *Vous étes enviè de tout lemonde.* Invidiâ publicâ laboras, ardes, flagras. Invidiâ es apud omnes. Tibi invidetur ab omnibus. Vocaris invidiam. Iis æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. (*Cic.*) V. Æmulari.

INVIDIA. Neid. *Invidie.*

SYN. Malevolentia, invidentia, invidiola, offenſio, vituperium, odium, livor. ADJU. Aliena, com-

communis, falſa atque iniqua, imbecilla, inveterata, ſenatoria, vehemens injudiciis, juſtiſſima, Magna, minima, popularis, recens, non recens, ſed vetus, ac diuturna; ſingularis ac divina, ſumma. (*Ex Cic.*) Exitialis, noxia, infelix, irritatior; implacata, inſomnis irrequieta, operta, gliſcens. PHR. Invidiæ livor, tabes tabum, virus, venenum, lebes, peſtis, ſtimuli, telum, dens, impetus, vis, rabies. Invidiæ metus. Invidentiæ offenſio. Obtrectatio gloriæ alienæ. Obtrectatio invidiæ, quæ ſolet lacerare plerosque. Mutua malignitas detegitur. Haud ignari, quanta Invidiæ immineret tempeſtas. Extinguere Invidiæ crimen. Né rebus feliciſſimè geſtis invidiam tali adulatione contraheres. Inundatus hâc ille invidiâ. Tantum invidiæ concivit. Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. Invidiam parit dolor, & deſperatio quædam adipiſcendi boni, quod contigit alteri. Non pateo invidiæ telis. Sum extra Invidiæ jactum. Conſulatus hoc tempore nullam habet Invidiam. Extinguit Invidiam mors. Illius mortis Invidiam in me confert. Hæc dicis ex Invidiâ, *vel* per invidiam, *vel* ex invidentia. In aliquem invidiam quærere. Aliquem rapere invidiam. Ille tam clarus tamque ſplendidus voluptatis publicæ apparatus, invidiæ noxios non effugit oculos. Judicandi vis odii, malevolentiæ, livorisque perturbationibus depravata.

INVIDUS. Obtrectator malevolentiſſimus. Beneficii alicujus obtrectator, virtutis hoſtis, laudis invidus. Alienis bonis mœrens. Jnvidus, malevolus & lividus. Jnvidioſus, qui invidet, & cui invidetur. Gliſcentis invidiæ felle flagrans. Jnvidiæ noxiæ ſtimulis agitatus. Quos ira invidiaque tanquam tædis ardentibus inſectatur; nec ſibi ſanos, nec alios ſedatos eſſe patiuntur.

AM-

Digitized by Google

AMPLIF. Quid eſt invidia? Ait quidam: invidia in clauſtro naſcitur, Aulâ nutritur, in hoſpitali moritur. Invidia eſt Papilio, qui ſibi comburit alas, dum vult lucem extinguere. Invidia eſt vipera, quæ dilacerat propriæ matris viſcera, dum incipit de utero exire. Invidia eſt ſagitta, ut Baſilius ait, quæ ab arcu in durum lapidem emiſſa, ſolet in jaculatorem redire. Denique Invidia & cum Aquilâ Promethei, & cum vulture Titii, & cum equo Diomedis non ceſſat ſuum authorem dilacerare, dilaniare, devorare. * O Invidia! tu ſcarabæus es, & aliorum fragrantiâ læderis. Tu noctua es, & ad illuſtre lumen proborum fugere incipis. Tu tigris es, & conſonantiâ bonorum morum irritaris. O Invidia! Alterius fortunæ, ſunt tua infortunia; alterius balſama, ſunt tua venena; alterius oblectamenta, ſunt tua pœna. * Quid eſt Invidia? O vitium abominabile! Audi, quid ſit. Invidia eſt malum genitum à bono; Caligo eſt, à ſplendore oriens; à pulchritudine, nata Deformitas; à riſu, Lachryma fluens. Rivus eſt fellis, à fonte mellis progerminans, è planta honeſtatis, nequitiæ fructus; proprius, ab aliena lætitia, Dolor; Calamitas domeſtica, ab externa gloria manans; Inteſtinum Infortunium, quod fortuna creavit proſpera. Umbra eſt, non corporum, ſed animorum, Ægritudo voluntaria, Crux fixa malevolis, & neceſſarius virtutis Hoſtis. *Quæ res invidiam illi apud ſummos juxta infimosque feſtinavit; inſitâ mortalibus naturâ (Taciti verbis utor) ut recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpiciant, modumque fortunæ à nullis magis exigant, quàm quos in æquo videre.

Qui tunc impetus & turbines tunt invidorum? quid non agunt ac moliuntur, ut aut è culmine ſperato honoris ac famæ deturbent illum, aut illius morte ſuum ſanguinis ſitim odiumque reſt nguant? non pati ſecum reſpirare poſſunt? non aliquod per labores & in-

dultri-

duſtriam nomen mereri, non cæterorum amores ambire: ringunt, indignantur, omnes odii atque iræ flammas oculis, ore, animo concipiunt, & eructant. At cum maximè ſuis illis furiis agitantur, ac perturbantur, cùm deplorandus aliquis miſeræ fortunæ caſus eam ipſis attuliſſe videtur occaſionem, quâ cum aliorum ſanguine ſuum odium evomant, & cum innocentis clade ſuam invidiam eructent. * Nihil eſt tàm integrum, quod non frangere, nihil tàm ſanctum, quod non violare, nihil deniqne tam munitum, quod non expugnare, vel nocendi cupiditas, vel invidia conetur. * Invidi, quos rerum optimarum præſtantiſſimarumque virorum hoſtis, Erynnis aliqua produxit, quorum depravata vitæ conditio ac propemodum natura, ùt cum aliquem magno atque erecto animo per arduam virtutis excelſæ viam ad dignitatis culmen tendere, aut jam certò perveniſſe animadvertunt, non priùs ceſſandum arbitrentur ſibi, quàm illum ex eo faſtigio, in quo ſuâ virtute & applaudente famâ triumphat, ſi omnino poſſint, præcipitem agant ac deturbent. * Qui excelſæ dignitatis meæ ſplendorem caligantibus invidiæ oculis ferre non poſſunt, non modò calumniarum nebulis obſcurare, ſed me ipſum etiam tuæ illius benignitatis admirandæ præclariſſimum monumentum, labefactare deturbareque conantur. * Qui claros & excellentes viros continenter mordent, vexant, lacerant, qui nobilium menſis aſſiſtentes, ut aliquid ipſi præter cæteros ſapere videantur, quos alii ſuſpiciunt & admirantur, eos mirô quodam ſupercilio deſpiciunt & aſpernantur: qui acceptâ cenſoriâ virgulâ de doctorum hominum lucubrationibus adeò temerè judicant, ut quæ rectiſſimè bonorumque Scriptorum auctoritate poſita ſunt, ea peſſimè barbareque dicta pronuncient; qui denique nullâ unquam in re ſibi æquè placent, atque cum de alicujus boni viri famâ detrahunt.

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Nè comedas cum homine invido, & nè desideres cibos ejus: quoniam in similitudine arioli & conjectoris æstimat, quod ignorat. Comede & bibe', dicet tibi, & mens ejus non est tecum. (*Prov. 23.*) Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. (*Sap. 2.*) Ubi Zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus parvum. (*Jacob. 3.*] Væ illis, qui in viam Cain abierunt. (*Epist. Judæ.*) Invidia si virtutis solem non excludit, obtenebrat, & tanquam interjectu nobis obfuscat, & prospectum adimit. (*Scrib.*) Intuere sordidorum etiam operum artifices: Vide in quantas exsurgant æmulationes, quantisque odiorum stimulis agantur, maximè si qua melior fortuna vicino accesserit, aut si quæ spes illius, aut nuda etiam opinio; quæ ferè magnum sylvam huic malo suggerit, ut verum sit illud: Fertilior seges est alienis semper in agris, vicinumque pecus grandius uber habet. Gratia apud Principem vales? exsurgent æmulationes, oblocutiones, doli, circumventiones. Sed & tot invidiâ contabescunt, quod se munere & gratiâ excluſos arbitrentur. Quid? quod satis ad odium sit esse magnum; satis ad subdolas pravasque molitiones placuisse Principi, satis ad insidias struendas, competitoribus prælatum. Ita semper invidiæ magna patuerunt, humilia intacta jacent: calamorum & linguarum ignara. (*Id.*] Serpentis est documentum Invidia, Diaboli inventum, inimici satio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni privatio; nam & ipsi fatentur ore hoc vitium invidi: aspectus illis est aridus & obscurus, gena subtristis, supercilium demissum. [*Basil.*] Invidia est tristitia ex alieno successu oriens. (*Id.*) Invidia est dolor, vel odium felicitatis aliena. (*Bonav.*) Invidia est amaritudo animi de bono proximi (*Gloss. Ord.*) Invidia est tristitia de bono proximi. (*Thom. Aq.*) Invidia est ægritudo

rudo animi ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant invidenti. (*Cic.*) Invidia eſt proles primogenita ſuperbiæ. (*Bonav.*) Invidia radix eſt malorum, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum. [*Cypr.*] Invidia eſt malorum principium mortis mater, prima peccati janua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſa, ignominiæ principium. [*Greg. Nyſſ.*] Invidi omnia ſuis æmulis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra ſe abſcondunt, & in ſuos cruciantur, proficientibus invident, peccantibus favent, de bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, de inimicitiis gratuitis ardent: Amici diaboli, inimici etiam ſui, omnibus odioſi; ad gaudenda anxii, ad plangenda læti, utrobique perverſi. Opinionum bonorum mendaciis decolorant, odiorum ſibi occaſiones pravis ſuſpicionibus coacervant; dæmones, quorum ſectantur facta, lætificant. [*Proſpr.*] Qui invidet, non alium priùs, quam ſeipſum occidit. (*Ambr.*) Qui bonis alterius arridet, Sanctis conſentit: qui verò invidet, Diabolis ſimilis eſt. [*Anſel.*] Invidi ſunt ſedes Diaboli. [*Art. Pad.*] Invidia Diaboli vitium eſt. [*Aug.*] Superbiæ & Invidiæ Diabolus præeſt. [*Idem.*] Invidia opus eſt Diaboſi. (*Idem.*) Horrendum malum: maligna peſtis eſt invidia. [*Idem.*] Invidia eſt vitium diabolicum, quo ſolus Diabolus reus eſt, & inexpiabiliter reus. (*Idem.*) O invide infelix, qui alienâ felicitate torqueris, alieno damno depaſceris: ipſis rebus probas, te ex parte Diaboli eſſe. (*Idem.*) Invidia omni vitio pejor eſt, & omni peſte deterior. [*Idem.*] Invidia nequiſſima peſtis; tormentum ſinè refrigerio, morbum ſine remedio, laborem ſine reſpiratione, pœnam ſine intermiſſione, famem ſine ſaturitate ſemper habere videtur. (*Idem.*) Invidus vermis mortiferest, qui in hederâ Jonæ quotidie naſcitur, igneus ſerpens, quo populus Iſraël pungitur;

hic eſt bruchus, quo fructus terrarum depaſcitur. (*Idem.*) Invidia eſt illa peſſima tinea, quæ purpuramenta virtutum demolitur; ærugo, quæ theſaurum ſapientiæ deprædatur; bruchus, qui terrarum virentia comburit; quia quidquid boni operis vireſcit in homine, penè peſtis invidiæ perdit. [*Idem.*] Hæc eſt, quæ Angelum de cœlo projicit, quæ hominem de paradiſo exulavit, quæ filios Iſraël in deſerto percuſſit, quæ contra Joſeph fratres armavit, quæ Danielem in lacum leonum miſit, quæ Judam ſuſpendi fecit, quæ Chriſtum cruci affixit. [*Idem.*] Invidia eſt illa fera peſſima, quæ fidem tollit, concordiam diſſipat, tertiam linguam multiplicat, juſtitiam diſperdit, & omnia mala generat. (*Idem.*] Hæc eſt quæ Abel occidit, Adam oneravit & exulavit, Judam ſuſpendit, Petrum jugulavit dum Chriſtum negavit, Paulum decollavit, & Joannem & Stephanum lapidavit, David decepit, muros Jeruſalem evertit, Romam depopulavit, Carthaginem deſtruxit, Trojam devaſtavit. (*Idem.*) Nulla perniciosior affectio animis hominum innaſcitur, quàm Invidia, quæ extraneos minimè lædens, primum & domeſticum malum eſt poſſidenti. [*Baſil.*] Invidia immanis eſt beſtia; flatu igneo quidquid attigerit, necat. [*Bern.*] Homo invidus membrum eſt Diaboli. (*Idem.*) Invidia tinea eſt animæ, priùs nocet ſibi, quàm alteri. (*Idem.*) Beſtialis Invidia, haud ſecus quàm telum vulnerat. (*Ephram.*) Invidia eſt ſubtilius quoddam rapacitatis penus. (*Gilb. Angl.*) Virtus ſemper invidiæ patet. (*Hier.*) Invidia Diaboli eſt inventum. (*Chryſoſt.*) Invidia ignis inextinguibilis eſt, & omni malitiâ cumulata. [*Idem.*] Invidia peſtiferum malum, hominem in Diaboli conditionem, ac in dæmonem immaniſſimum convertit. (*Idem.*) Quid ſceleſtius invidia? Hæc enim Eccleſias evertit, hæreſes deperit, fraternam manum armavit, dexteram in ſanguinem juſti immerſit.

(*Idem.*)

[*Idem.*] Invidia communis hominum naturæ hoſtis eſt, & expreſſa quædam Sathanæ imago, (*Idem.*] Invidia malum vetuſtum, prima labes, antiquum virus, ſæculorum venenum, cauſa funeris, inteſtinus hoſtis. (*Chryſol.*) Invidia ad felicitatem unicè intenta, ad merita cœcutit. (*Strada.*) Contentiùs invidiam à ſe removent, qui ſegniùs evitârunt. (*Idem.*) O virtutis comes invidia! quæ bonos inſequeris plerumque, atque adeò inſectaris. (*Cic.*) Quàm periculoſa res eſt invidia! quàm magnos viros oppreſſit! [*Sen.*] Non ultra mortem invidia eſt. [*Nier.*] Virus invidiæ licet valentiſſimum, non ſe vibrat; non magnum intervallum pergit; nec ultra vicinos & pares. (*Idem.*) Nulla eſt tam fortuna robuſta, quam non labefactet invidia. [*Idem.*] Impura invidentis felicitas ex damnis pendet, & infelicitate aliorum fortunatior. *Idem.*] Livor & obtrectatio paſſim bonorum operum impedimenta, aut venena. [*Lipſ.*] Ubique magnæ Fortunæ appendix eſt invidia, nec ulla tam modeſta ſors extitit, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. [*Antoni.*)

SIMILITUD. Ut ferrum ærugine conſumitur: Sic invidi ſuopte ingenio. (*Plut.*) Ubi nullum lumen, ibi nulla umbra: Ita ubi nulla felicitas, ibi nulla invidia. [*Idem.*) Ut Cantharidas maximè læto tritico innaſcuntur, & roſis florentibus: Sic invidia maximè comitatur eos, qui virtute florent. (*Idem.*) Sunt qui aſpectu effaſcinant hominem: Ita invidus oculus perniciem affert rebus lætis. (*Plin.*) Ut navim interdum improviſus vortex abſorbet: Ita homines nigra dea invidia, præſertim eos, quibus indoles melior, & ingenium ſupra annos. (*Lips.*) Quemadmodum viperas tradunt exeſo materno utero generari, ita & invidia animam ipſam parientem conſumere ſolet. [*Baſil.*] Invidus comparatur cani, qui blanditur in facie, & mordet à tergo. (*Zeno.*) Quem-

admodùm ſues lutosâ immunditiâ, & dæmoncs alienis damnis lætantur. Sic invidi calamitate proximorum exultant. [*Chryſoſt.*] Quemadmodum Scarabæi alieno ſtercore, ſic invidi adversâ aliorum fortunâ nutriuntur. (*Idem.*) Vir invidus ſimilis eſt navi, quæ jactatur fluctibus maris; in perturbatione eſt ſemper. Ut lupus rapax inſanit inaniter, in miſeriâ detinetur, & tabeſcens ad nihilum redigitur; ſemper furore plenus particeps dæmoniorum efficitur. (*Aug.*)

S. JOANNES BAPTISTA.

ADJU. Sanctus, purus, integer, intemeratus, prænuntius, præſagus; locuſtis paſtus, ſylvarumque favis, & amictus veſte cameli, PHR. Præcurſor Domini. Integerrimus Chriſti Prodromus. Leviſſimæ ſaltatriculæ præmium. Primus novi Teſtamenti Eremita. Qui Chriſtum ipſum ſuarum Virtutum Encomiaſten nactus eſt. Vox clamantis in deſerto. Qui infans è matris utero Joannes, in illo ſilenti ergaſtulo dum totius lætiti geſtit, toto corpore eloquentiſſimus fuit. Patriarcha Diſcipulorum Chriſti & Anachoretarum. (*Antonin.*) Joannes prænunciatus ab Angelo, ſanctificatus in utero, laudatus à Domino, inter natos mulierum major. (*Ant. Pad.*) Joannes Patriarcha, imò Patriarcharum finis & caput. (*Bern.*) Præco verbi, Judicis Præcurſor. (*Idem.*) Qui ſolem ante vidit, quàm diem cerneret; qui ante adolevit ad ſanctimoniam, quàm naſceretur ad vitam.

AMPLIFIC. Dum Genethliacam Joanni neniam. Amoris in eum noſtri teſſeram meditamur, tutiusne ſit penèerumpentem coërcere ſilentio vocem, an cupiditate arbitra ad dicendum fræna laxare, tam peri-

periculosum videtur experiri, quàm difficilè judicare. Etenim exaggerata nominis & tituli magnitudo in eam extulit infantiles cunas sublimitatem, ut par omnino scelus formidare debeas, sive laudatione ad eam sublimitatem nitaris ascendere, sive spe tuâ dejectus, cunis imparem eloquentiam taciturnitate compescas. Nam & silentio læduntur Virtutes, & commendatione sauciantur, Est quippe illud turpe debiti honoris sepulchrum, laudabilium factorum tumulus, nominis tinea, lucis injuriosa nubes, interritus famæ, occasus gloriæ, virtutum omnium ac præclarè gestorum densissima nox, quæ memoriæ diem eripit, historiæ nitorem funerat, commendationis pretium furatur, præconii majestatem velat, narrationis lucem detergit, triumphi radios premit, laudis splendorem tumulat, commendationis solem extinguit. Sed nec lacinioſæ minùs eloquentiæ fortuna sinceræ. Virtutis frontem obnubit; quæ dum procuratis intumescit verbis, minoris virtutis est argumentum. Est enim non minima infelicitatis nota precaria venustas, cui vel in labra rosæ, vel Aurora in genas, vel in frontem ebur, vel nives in collum, vel in oculos sidera, vel majestas in supercilia, fuliginis lactisque pugnâ, stibii cerussæque mendaciis revocantur. Deformis est virtus, quæ inani facundiæ ornatur calamistro, & peregrinæ lucis fumum emendicat. Vera virtus ipsa sibi laudem facit, ac pretium, & adscititiam exosa laudationis pompam taciturnitate suâ omni facundior eloquentiâ perorat. Non eget alieno splendore qui glorioſus triumphat in suo. Ut proindè operosâ commendationis nostræ veste ornari se non patiatur, cui innatâ melius luce venerationi est omnibus & amori. Quid agemus, Auditores, ubi & loqui nefas est, & nefas est silere? alterutram in partem inclinare cogimur, in neutram licet. Affulget tamen singulari na-

ſcentis populi beneficio ſpes non exigua, qua & dictionis crimine eximamur, & orationis culpâ vacemus. Vox clamantis eſt Joannes, fœcundiſſimæ ſterilitatis partus! cui vos excipiendæ cùm animos juxta auresque miniſtratis, ſilentii crimen facili excuſatione delebitis, nè vocis illius ſuavitas dictionis meæ aſperitate violetur. Vox clamantis eſt Joannes anilis ſterilitatis ſoboles; in cujus ego admiratione defixus, dum rubeſco, ſi à vobis imago ſoni, vocis effigies reſonabilis Echo audietur, loquacitatis me crimine abſolvetis, nè præpoſtero conſilio, vocem illam condemnetis, cujus ego ad vos refero ſimulachrum. Sed fortè exoſi ſimulachrum, rem ipſam, non umbratile ſignum, totis animis anhelatis. Audio ſollicitâ querentes indagine; Quis putas puer iſte erit? Quis certus augur, futurorum præſcius, Divorum interpres, petentibus certa dabit ſine ambage reſponſa? Equidem difficultatem pareret non mediocrem quæſtio ſollicito timidoque enodanda augurio; niſi pridem Juvenili ſub imagine ſpectabilis è cœlo nuncius eam Gabriel reſolviſſet. Quo cùm ego hodie ajo compendiosè, ajo liberè, ajo intrepidè Magnus coram Domino.

Apage inane nomen Alexandri, non eget populi ſuffragio, qui ſuo magnus eſt. Apage Magne olim, ſed parve nunc Philippe, quem aliena virtus fecit ſuperbum, inepta eſt excellentiæ menſura malorum plauſus. Apage Pompei, magnitudinis umbra, quem popularis iuflavit aura & non vera vulgo exemit magnitudo: qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur. Quod ſi ita eſt, jam ad omnium retrò ſæculorum invidiam intrepidè rogare licet: Quis putas puer iſte erit? in cujus laudum parte ea ſtatuentur, quæ in aliis ſola prolixè ſolent commendari; qui vel ſolo nomine apparatiſſimam dabit orationi ſupellectilem, & argumentum. Quis putas puer iſte erit; qui, ſi aſſe-

rendum

rendum Divinis legibus imperium, & populos in obſequia trahet, & Reges in amorem: ſi atterenda morum licentia, ſpiritu Eliæ armatus obibit compita: ſi reſtituenda in urbes æquitas; forum tenebit: ſi erigenda in foris Juſtitia, conſilio gravis Regum aulas penetrabit. Quis putas puer iſte erit? qui, ſi movenda publicæ impietati bella, ſanctiſſimarum virtutum acies diſponet; ſi extinguenda communis improbitas, provolabit in viros, excurret in oppida, penetrabit in urbes, infeſtas veritati Regias obſidebit? Quis putas puer iſte erit? qui ſi impuriſſima etiam potentiorum caſtigandi licentia, eriget in minas ſupercilium, in frontem nubila contrahet, in oculis accendet fulgura, in vocem impellet tonitrua, in verbis ac ſententiis fulmina jaculabitur. Quis putas puer iſte erit? cujus doctrina imperium animi obtinebit ratio, famula rationi ſubjicietur cupiditas; vias & compita obſervabit modeſtia, in penetralibus reviviſcet ſanctitas; affligetur in foro perfidia, inviolata Æquitas tribunalia occupabit. Quis putas puer iſte erit? cujus labor, ſi impudicitia æſtuet, faces extinguet; ſi furor præcipitet, frenum injiciet; ſi rebellet improbitas, arma obtundet; ſi labet Religio, humeros ſupponet: ſi exſultet audacia, moderatione coërcebit. Quis putas puer iſte erit? qui exemplo ſuo Paulos & Antonios, Hilariones & Macarios in obſcura Thebaidos deſerta evocâbit. Quis putas puer iſte erit? quem ſi Prophetam nomines, plus quàm Prophetam Veritas appellabit: ſi Apoſtolum diças, Hominem à DEO miſſum profiteris: ſi Martyrem voces, ſuffragium habes à cruento Herodis acinace: ſi Virginem colas, intra materna adhuc viſcera ſanctitate repletum pronuntiabit Archangelus: ſi Anachoretam ſuſpicias, etiam Judæa ſylvarum ſuarum, etiam Jordanis antrorum inquilinum atteſtabitur: ſi Doctorem venereris, Vo-

cem ad tradendas ſcientiarum diſciplinas ipſa Veritas nominabit. Quis putas puer iſte erit? in quo ita agendi docendique præcepta ad omnem latè Jordanis regionem demitabimur, ut ignoraturiſimus, utrùm dicamus conformius: Joannem egiſſe docendo, an agendo docuiſſe? & in difficili lite dubitaturi, expediatnè magis Doctorem audire, an factorum æmulatione Joannem ſequi.

Qui in puerili corpuſculo magnus coram Domino cœleſti oraculo præmonſtratus eſt, cum Domini mox orituri majeſtate (quantum ſervo fas eſt) magnitudinem ipſe ſuam indicet eſſe propius comparandam. * Qui beneficio ſui Solis acceſſu ſeipſo major clauſis oculis perſpicax Solem ante videbat, quàm diem cerneret, ante adolebat ad ſanctitatem, quam naſceretur ad vitam; totius corporis Numen adorantis loquaci motu totum ſe vocem eſſe perſuadebat, qui fari nondum poterat, præmaturo gaudio geſtiens, & maternorum viſcerum intra compedes licet adultorummore tripudiabat. * Vix natus puerulus tantus eſt, ut ejus robuſtiſſimæ Virginis brachiis excipi, geſtarique debuerit, quæ DEUM ſinu ſuſtineret. Nulla videlicet aptiora nobiliſſimo infanti cunabula inventa ſunt, quàm divinæ matris amplexus. Virginalibus ulnis Numinis immenſitatem complexuris metienda fuit Joannis magnitudo: cui ſingularis illa fuit conceſſa divinitus prærogativa, ut maxima virginibus brachia ipſo numine impleret. * Meritô nomen hoc cum Auguſtiſſimo divini Literatoris nomine in cœlo natum, ac cœleſti amplitudini par non hominum, ſed cœlitum voce primum potuit enunciari. * Qui non videt Domini matrem, vocem ejus agnoſcit conſpectâ nondum, in quâ vivimus luce, de luce verâ teſtimonium ſonat; qui ambulare concluſus & alligatus utero non poteſt, currere conatur & officium exercere præcurſoris.

SEN-

SENTENTIÆ. Non ſurrexit major JOANNE B. (*Matt. 11.*] Præcellit cæteros, eminet univerſis; antecellit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas; & quisquis de muliere natus eſt, inferior eſt JOANNE. [*Aug.*] Ipſe eſt aurora veri ſolis, Præcurſor Redemptoris, Miles ſuperni Regis, præco Judicis, Vox clamantis, Propheta venturi, Miniſter Domini, Index Agni, Baptiſta CHRISTI, Amicus Sponſi. Ipſe eſt prædicator pœnitentiæ, Amator caſtimoniæ, Perſecutor luxuriæ: Teſtificator Juſtitiæ, Defenſor innocentiæ. Ipſe eſt Sanctorum Parentum Filius cœleſtium Secretorum conſcius, propinquorum gaudium, vicinorum gratulatio, univerſorùm admiratio. Ipſe cum Apoſtolis, imò præ-Apoſtolis nuncius CHRISTI, lux mundi, Sol terræ, lucerna ſuper candelabrum, civitas ſuper montem poſita. Ipſe annunciatus ab Angelo, clarificatus in mundo, coronatus Martyrio, glorificatus in cœlo. Ipſe meritò per orbem terrarum Fidelium vocibus attollitur, verbis prædicatur, laudibus honoratur, ſolemnitatibus recenſetur. Ipſe verè eſt palma, verè cedrus: palma per juſtitiam, cedrus per gloriam. [*Hugo. V.*] S. JOANNES eſt Schola virtutum, magiſterium vitæ, Sanctitatis forma, norma juſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei diſciplina; major homine, par Angelis: Legis ſumma, Evangelii ſatio; Apoſtolorum vox, ſilentium Prophetarum; Lucerna mundi, CHRISTI metator, Domini teſtis, totius medius TRINITATIS. [*Chryſoſt.*] JOANNES naſcitur major homine, par Angelis: tuba cœli, præco Chriſti, arcanum Patris, Filii nuncius, ſignifer ſuperni Regis; peccatorum venia, Judæorum correctio, vocatio gentium, Legis & gratiæ fibula. [*Chryſolog.*] JOANNES B. eſt Sanctorum ſplendor, Juſtorum gloria, lætitia Angelorum, excellentiſſimus homo, conſanguineus Chriſti, amicus Spon-

si, Sponsæ præparator. [*Petr. Dam.*] JOANNES humanorum limes est meritorum. (*Idem.*) Pavet cœlum, stupet terra, Jordanis arridet, mirantur Archangeli, Dominum Sabaoth inter manus Baptizantis includi, [*Idem.*]

SIMILITUD. Quemadmodùm varia diversitas lapidum pretiosorum in vestimento; sic in B. JOANNE emicat diversarum virtutum multitudo, & ejusdem multitudinis pulchritudo. Scil. contemptus sæculi, amor DEI, abstinentia cibi, asperitas vestimenti, quies solitudinis, verbum prædicationis, virginitas corporis, humilitas cordis, rigor severitatis, confessio veritatis; virtus patientiæ, odor bonæ famæ. [*Hugo. V.*]

S. JOANNES EVANGELISTA.

PHR. Dilectus ille J. Christi Discipulus, Discipulus Amoris, Divini amoris intimus Amanuensis. Supremus Regis Regum Cancellarius dilectissimus. Discipulus ille, qui fluenta Evangelii de sacro Dominici Pectoris fonte in cœnâ potavit. [*Clem. XI.*]

AMPLIFIC. In B. JOANNE Evangelista multa sunt, eaque præclara ornamenta. Quibus mirum non est, carum adeo fuisse suo præceptori. Nam virtutes, quæ in reliquis nostræ Religionis Antesignanis sparsæ sunt, atq; diffusæ, in tanto Principe coactæ coacervataque reperientur. Atque inter alias (omnes enim enumerare velle, fuisset infinitum) quanta fuit demissione? qui cum se earum esse videret Assertori JESU præ reliquis, & dilecti nomine & honore affectum, nunquam tamen prærogativâ tantâ sese jactavit inaniter: sed cum suavissimum illud nomen usurparet, semper Divinæ largitatis gloriam & magnificentiam conferebat: cum rogare Dominum & percunctari posset, de multis rebus, humiliter atque demissè gerebat sese. Quæ fuit illius comitas & affabilitas, quâ discipulos sibi plurimos adjungebat & hominum

num colligebat benevolentiam, & gratiam omnium retinebat? quæ caſtitas & integritas corporis & animi, cujus nomine ſingulari eximium ſe præbuit CHRISTUS JESUS, & eidem Virginem de cruce Patri jam Æterno ſpiritum extremum exhalaturus commendavit? Ex Diſcipulorum delecto numero unus ille ſomnum cepit, in ſinu complexuque Aſſertoris ſui. Quæ fortitudo? quæ magnitudo animi, cum in mediis fluctibus cruciatum Præceptoris Chriſti, palatium Judicum ſolus ingrediebatur, & animum pate-faciebat alumnis veteris legis, in multis percontationibus, in multo ſtrepitu ſacerdotum, in multo furore, atque hoſtili amentia fortem & invictum retinuit animum? Quæ fides? quam clare & illuſtris? cum reliquis ſociis & comitibus fugatis atq; diſperſis, in paſſionis vehementiſſima turbulentiſſimaq; tempeſtate, ſolus ille permanſit cum Præceptore ſuo, plenus fidei, plenus animi. Ibat & redibat ad Virginem, ut faceret participem tantorum Matrem Domini ſanctiſſimam. Ad extremam crucem cum Maria fuiſſe ſcimus eundem, & morientis extremum ſpiritum excepiſſe teſtem locupletiſſimum admirabilium & ſtupendorum operum, quæ mortis Domini tempore graviſſimo divina virtute patrata fuerunt. Quæ fuit patientiæ magnitudo cùm tyrannorum comprehenſionem, cùm contumelias, & probra maxima, cum vim olei ferventis, cum flammas ignis ardentis; cum denique ſolitudinem deſertam, & per tot annos exilii gravitatem in tanta rerum penuria, & inopia maxima, radicibus & herbis veſcens ſylveſtribus, lætus & hilaris patiebatur? quæ denique caritas ardens & inflammata, qui nihil agebat, nihil loquebatur, nihil cogitabat, niſi facta caritatis? Hanc ſuis concionibus in publicis & privatis ſermonibus commendabat diſcipulis ſuis: hujuſce virtutis commendandæ cum finem nullum faceret, & ad ſeipſos amore mutuo com-

ple-

plectendos discipulos; hortaretur, erant illi cupidissimi mentis præceptoris tenendæ, & quò iterata, & toties geminata caritatis colendæ verba spectarent: per contantibus igitur discipulis de proposito frequentiore loquendi de caritate, responsum largitus est hujusmodi, quo maxima præclarissimaque caritatis dignitas cernitur: quoniam, inquit, omnes virtutes una caritas complexa est, quam si quis coluerit, aditum sibi clarum & illustrem ad cœlestis aulæ gloriam patefaciet. Has omnes virtutes cùm cogito tanta cum præstantia fuisse in B. Joanne Evangelista, jam nunc minimè miror, illum tantis è præceptore prærogativis & immunitatibus donatum esse.

S. JOB.

SYN. Hussita. ADJU. Purus, patientissimus, ulcerosus, afflictissimus. PHR. Primus ultimusque ejus patientiæ & nominis. Orientalium Regum maximus. Vir à patientiâ nobilitatus. Antitypus CHRISTI. Qui se, qui sæclum vicit, qui sæva suorum Funera, amicorum jurgia, pauperiem: Ulcera qui carnis, qui Conjugis impia verba: qui Cœlum iratum mente tulit placidâ. Qui contemptus & conventus, hostes hostiis lustravit. Qui regno, liberis, opibus, duplo auctior, suos ipse luctus cecinit, & calamitates calamo felices fecit.

AMPLIFIC. Magnum olim enim exemplum patientiæ & constantiæ Jobus dedit, quem frustra totis viribus diabolus ceciderat: cum nec damnis, nec carorum unâ ruinâ amissionibus, nec corporis conflictationibus succideret; & immundam ulcerum redundantiam, magna æquitate distringeret, solo sterquilinio suo dives, omnium tentationum jaculis, loricâ, clypeoq; patientiæ retusis. Post quæ tamen & corporis à Deo integritatem recuperavit & quæ amisit, reduplicata possidet. * Hoc te ultimo loco servavi pauperum ditissime Princeps; quia tu mihi per antecessum

CHRI-

CHRISTUS es. JOBUS enim in ſterquilinio, Chriſtus in cruce eſt: aut ut melius dicam, te in ſterquilinio Chriſtus; DEUS meus in Cruce JOBUS eſt. Alter patientia fuit: Vin' clariùs eloquar, mi Hutſita? Tibi patientia uxor fuit, quæ poſt obitum tuum Univira nulli poſt id hac nubere pertinax. Perenni-Virgo, & Perenni-Vidua ad tumulum tuum contabeſcere ſtatuerat: Sed ea fuit vitrea fœminarum conſtantia. Ut enim Chriſtum vidit, ejus ſic amore exarſit, ut Sichæi ſui Dido oblita, ad Æneam noſtrum aſpirarit, ambierit tædas, amorem extorſerit. Quid plura? Jam Dido tua, tua non eſt, quæ Perenni-Virgo tecum fuerat? quæ Perenni-Vidua poſt te vivere ſtatuerat, jam cum Chriſto, & poſt Chriſtum, perenni-Virgo, Perenni-Vídua, Perenni-Mater eſt, & populoſi examinis Parens Virginea. Hoc volui te ſcire, ne neſcius nè eſſes. Vale, & patere, ſi potis es. V. PATIENTIA.

S. JOSEPHUS.

PHR. Sponſus, Tutor beatiſſimæ Virg. MARIÆ. Pater putatitius, nutricius CHRISTI JESU. Prognatus ex ſtemmate David.; AMPLIFICAT. Sicut ajebat Socrates, Thus diis, laus verò viris bonis eſt tribuenda; conſectarium eſt, laudem non vulgarem magno CHRISTI Tutori, DEIque Matris Sponſo JOSEPHO, qui ab Evangeliographis VIR JUSTUS. [*Matth. 1.*] Nuncupatur, deberi. Sed quid erit minima laudis ſcintillula comparata ad Solem Gloriæ, quem infinitâ luminis acceſſione, è Cœlorum Prytaneo radiare faciunt JESUS & MARIA? Oculi mentis ad hunc caligant Solem: acies ingenii nimiâ claritate perſtringitur; ipſa vis intelligendi tantum ad fulgorem cœcutit. Optarem Quidem ego fœcundiore rore in illis pinguibus Joſephinarum laudum paſcuis totus immadeſcere; plenoque gutture fœcundo pertundi germine; & alternâ dextera libare mel-

la

la, calamo ludere, unoque penicillo, mille coloribus, licet ruſticâ manu, mente tamen bonâ, Gloriam S. JOSEPHI depingere: verùm, ut quidam Poëta canit: *Si deficiant vires, audacia certè Laus erit in magnis, & voluiſſe ſat eſt.*

SENTENTIÆ. *Ite ad Joſeph. (Gen. 41.)* Melius itur ad S. JOSEPHUM imitatione virtutis ejus, quàm laude. [*Haineufe.*] Et certè ut illa Pauli ad Hebr. Verba in JOSEPHI laudem uſurpem, *Tantò melior fuit Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit. Cui enim Angelorum dixit*: PATER MEUS ES TU? (*Hortens Pallavid.*) O miranda prorſus JOSEPH ſublimitas tua! O dignitas incomparabilis! quod Mater DEI & Domina mundi appellare te Dominum non indignum putaverit! Sed multò ſublimius fuit, cum obediente DEO voci hominis, ipſe JESUS Rex Regum, & Dominus Dominantium erat ſubditus illi. Hæc ſubjectio ſicuti inæſtimabilem notat humilitatem in CHRISTO, ita dignitatem incomparabilem ſignat in JOSEPHO. (*Gerſon.*) Ille frumentum ſervavit, non ſibi, ſed omni populo: iſte panem vivum è cœlo ſervandum accepit tam ſibi, quàm toti mundo. Fuit cherubinus terreſtris gemini Paradiſi, cuſtos JESU & MARIÆ. (*Bern.*) In illo facta eſt Salus univerſæ terræ Ægypti; at hic ſalutem totius Orbis ſervandam accepit. Ille triticum miniſtravit egenti populo: hic autem Verbum divinum, & Panem vivum, qui de cœlo deſcendit, fideliſſimè cuſtodivit. [*Aug.*] Credo JOSEPH fuiſſe mundiſſimum in Virginitate, Profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in charitate, altiſſimum in contemplatione. [*Bernardin.*] O beatiſſimè JOSEPH! tu es ille Cherub in aditu Paradiſi, hoc eſt ſanctiſſimi Præſepis poſitus, ad cuſtodiendum lignum vitæ, quod eſt JESUS. (*Bourgoin.*) O igitur nobiliſſimus Sponſus, qui propinqui-

quitate conjunctus est DEO Patri, & Filio, & Spiritui sancto, per hoc, quod CHRISTUS DEI Filius carnem assumpsit ex ejus Genealogia! (*Pelbart.*) In hâc comparatione non existimo esse temerarium, neque improbabile, sed pium potiùs & verisimile, siquis fortasse opinetur, Sanctum hunc JOSEPHUM reliquos omnes in gratiâ ac beatitudine antecellere; quia ex Scripturâ nihil est quod repugnet, neque in Patribus aliquid reperio. (*Suarez.*)

IRA. Zorn. *Colere.*

SYN. Iracundia, indignatio, vindicta, rancor, rixæ, jurgia, stomachus, dolor, odium, commotiuncula, furor, bilis, rabies, ADJU. Acerbior, inveterata, naturalis, recens, *graviores, tristes.* (*Ex Cic.*) Ardens, noxia, impatiens, trux ac præfervida, pervicacior. Natura præceps in iram, & quò obscurior, eò irrevocabilior; *altæ gravesque & introrsus versæ*; in animo inveterata. PHR. Iræ vis, impetus, ardor, stimuli. Irarum æstus, vesania, violentia, sævitiæ. Appetitio nocendi. (*Nyss.*) Cœcus mentis furor: præcipitans, turbans, excœcans mentem: in præceps omnia vertens. Ira furor brevis est: odii parens, coquens præcordia: comes indivisa furoris. Gravis, *vel* levis Iræ motus. Libido puniendi ejus, qui videatur læsisse injuriâ. Cum quâ nihil rectè fieri, nihil considerate potest. Iram Ennius insaniæ principium esse dixit. Excandescentia est ira nascens, & modò existens. Iracundias harum rerum recentes habebant. Acerbitas naturæ. Magnus animorum motus. Dum deferveſcat ira. Iracundia cos fortitudinis. Ulciscendi libido. Animi ad iram facilitas, ad subitam iram proclivitas, ad iracundiam subita propensio. Quæ, ut Leucippæ verbis utar, cor hominis circumlatrans, rationem sæpe furoris spumâ quasi undis obruit: ut quid moliatur, quidvè incep-

ptet minimè videat. Inordinatus appetitus vindictæ [*Antonin.*] Turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. (*Aug.*) Libido vindictæ. (*Idem.*) Appetitus vindictæ propter parvi penſionem, injuriamvè illatam. (*Dion. Carth.*) Strictus concitati animi furor, ulciſcendi libidine fervens. (*Hugo. V.*) Subita cordis excandeſcentia, nec diuturna. (*Jo. Clim.*) Toleratio occulti odii, memoria ſcil. injuriarum alte animò impreſſa. (*Idem.*) Ebullitio ſanguinis in corde. (*Damaſc.*) Ulciſcendi libido, & rationis velut ſatelles, ac vindex concupiſcentiæ. (*Idem.*) Cupiditas doloris rependendi. (*Lact. Firm.*) Provocatio animæ partis ad vindictam. (*Plato.*) Cupiditas pœnæ exigendæ, [*Sen.*] Concitatio animi ad ultionem, voluntate & judicio pergentis. [*Idem.*] Eſt enim quiddam ex iis omnibus, expreſſum, & exſpumans; ut in purum putum furorem, & impotentiſſimam rabiem exundet.

AMPLIFIC. Iracundia fervor ætatis, non tantùm ſanguinis eſt, non ſine cauſa hominibus data; qui eâ rectè utuntur, iis magnam affert utilitatem, calamitatem iis, qui abutuntur, etenim ſi viâ ac ratione ſuſcipitur, cotem quandam videmus eſſe fortitudinis; ſi præter modum atque ordinem, non multùm differre ab inſania. * Da vocem juſtè dolor; ſuccurre dolori indignatio: impelle indignationem iracundia. * Quid? beſtialis furia, ferox, Ira: quid excandeſcis maledicta. Excandeſcentia, ſicut ferrum candens, ferrea Ira? O Antiperiſtaſis monſtroſa! Ardet & horret. Ardet cor, & igneſcit à concentrato calore, horret capillus & erigitur ab ambiente frigore. Ardet & pluit. Ardent oculi ignem fundunt, pluunt oculi, aquam effundunt: nam fulgurant præ rabie, & flent præ dolore. Ardet & ringit. Ardet facies, ita rubet facies: ringit facies; ita pallet facies; confundit nives ex caucaſo cum flammis ex Veſuvio. Ad

duel-

duellum! duellum! Quid? furioſa chimæra! Ira fera! ex omnibus feris compoſita. Tu murmuras ut Urſus, tu mugis ut Taurus, tu rugis ut Leo, tu ſibilas ut Draco, tu mordes ut Canis, tu furis ut Tigris. Tu Terram percutis, tu Cœlo minaris, tu Superos inquietas, tu Inferos concitas, tu moves Acherontа. * Ira turbulenta animi cogitatio eſt, quam dolor audaciaque in appetitu concitant; ex quo fit, ut acceptæ injuriæ depellendæ cauſâ, ſeſe contrahat animus, ac velut intra ſeſe colligat; eodemque tempore, in id ipſum, quod injuriam intulit, ulciſcendi gratiâ, exſuſcitetur, excitetur, exardeſcat.

SENTENTIÆ. Virum ſtultum interficit Iracundia. (*Job. 5.*) Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor; & impetum concitati ſpiritûs ferre quis poterit. (*Prov. 27.*) Sol non occidat ſuper Iracundiam veſtram: nolite dare locum Diabolo. (*Eph. 4.*) Ira cum ſupra modum efferbuit, furorem parit. (*Nil. Abb.*) Ira mater eſt odii. (*Salvian.*) Ira eſt factiva inimicitiæ & odii. [*Ariſtot.*] Perturbata mente latiùs ſe ac longiùs fundit iræ appetitus, & tanquam efferato impetu frænos rationis non ſuſcipit, nec ulla ſentit aurigæ moderamina, quibus poſſit reflecti. (*Ambr.*) Inter cætera vitia nihil irâ aſperius, nihil invenitur amarius. (*Idem.*) Ira dum ultra modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, ſenſum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat. (*Idem.*) Ira gravis eſt Magiſtra peccati. (*Idem.*) Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patientiâ Filii DEI non ſanatur? (*Aug.*) Ira rationem ſuffocat, menſuram juſtitiæ ignorat, ſolem juſtitiæ neſcit, amicitias rumpit, aufert pacem mentis, ſapientiam calcat, ſapientes infatuat, monachos deviat, caſtitatem evacuat, gravitatem in Paſtoribus dilacerat. (*Idem.*) Humannum eſt turbari & iraſci, & iram incurrere, bonum & malorum communis eſt conditio;

ſed in irâ perſeverare, diabolicum eſt. (*Idem.*) Ira immanis eſt beſtia; flatu igneo quidquid attigerit, necat. (*Bern.*) Ira reddit hominem nequam. (*Bonav.*) Ira excœcat rationis oculum, reddit hominem ſtultum, & illi aufert ſeipſum. (*Idem.*) Homo iratus, non eſt homo, ſed incipit eſſe beſtia. (*Idem.*) Quando ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans, imperium animæ ſumpſerit, hominem penitus in feram convertit. (*Baſil.*) Superari nequit ab Iracundiâ mens, quæ ſe in facilitatis ſerenitate exercuit. [*Grill. Al.*] Iræ ſuæ ſtimulis cor accenſum palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies ignescit, exaſperantur oculi, lingua clamorem format; ſed quid loquantur, ignorat. (*Greg.*) Iraſci Hominis eſt; & finem iracundiæ imponere Chriſtiani. (*Hier.*) In iram exardeſcere ſeminarium eſt odii. (*Idem.*) Janua vitiorum omnium iracundia eſt. (*Idem.*] Ubi ira eſt odium, ibi DEUS minimè habitat. [*Ignat. M.*] Nihil diſpendioſius iracundiâ. [*Joan. Caſſ.*] Victoria contra iram, & quidem maxima eſt. (*Chryſoſt.*) Ira quædam ebrietas eſt; vel potiùs ebrietate gravior, & Dæmone miſerabilior. (*Idem.*) Melius eſſet, viperam vel ſerpentem in corde poſitam eſſe, quàm iram. (*Id.*] Nihil irâ turpius, nihil ignobilius, gravius nihil, nihil injucundius, damnoſius nihil. [*Idem.*] Mens iracunda nequitiæ eſt opifex. (*Jo. Clim.*) Ira eſt crudeliſſima peſtis. (*Trith.*] Ira ſi pervenerit ad totum furoris incendium; ſine ſanguine non ſedatur. (*Chryſolog.*) Per iram lux veritatis amittitur; & obtenebratæ mentis obtutibus in occidui Solis radiis occultatur. (*Pet. Dam.*) Quid irâ crudelius? quid irâ infeſtius? Ira eſt in exitium & nocere vult. [*Sen.*] Nullum eſt animal tam horrendum, tamque pernitioſum naturâ, ut non appareat in illo, ubi ira invaſit, novæ feritatis acceſſio. (*Idem.*) Nulla celerior ad inſaniam via eſt, quàm ira. (*Idem.*) Velut quidam Dæmon innatus agitat

agitat Iracundia; arreptitios reddit, quos corripit. [*Nier.*] Fulmen in mentem contortum Ira est: cor primum lædit lævo hominis latere: inde per omnes partes in scintillas fractum. Totus homo de interno est tactus; omnia icit membra, oculos, genas, labia, linguam, pectus, manus, crura; undique animum præcipitat. [*Idem.*] Immedicabilis Ira est, quam lenitas acerbat. [*Idem.*] Sæpissimè lenta Ira DEI meditatur tempestivum supplicium. (*Idem.*) Primus ictus iræ mentem percellit; & injuriam majorem sibi præripit, quàm hosti imprimit. [*Idem.*] Ira, vindicta, ultio, humani affectûs nomina sunt; & nata ex imbecillitate, cadunt tantùm in imbecillos. (*Lips.*) Iracundia flagrat, æstuat, ardet, adeò ut in humanis pectoribus Æthereis æqualia creet interdum, & conservet incendia. (*Nigr.*)

SIMILITUD. Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus. [*Prov. 19.*) Velut Apis in nullum sævit iratus, nisi cum suâ pernicie; pungit alium apis, ipsa perit. (*Nier.*) Cùm ira in animum cujusdam incidit, velut sæva tempestas tantos excitat fluctus, ut statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent. (*Lact. Fir.*) Sicut putredo quædam ac tinea; ita mentis nostræ radicem ira arrodit. [*Chrysost.*] Ut fumus aciem oculorum mordicante vi præstringit, ut vix ea, quæ ante pedes sunt, videre possimus: Sic ira judicium rationis obnubilat, nè verum & rectum intueri queat. [*Arist.*] Ut exulcerata & ægra corpora ad tactus leviſſimos gemunt: Ita Ira muliebre maxime & puerile vitium est. (*Plut.*) Ignis facilè accenditur in paleis; sed idem mox extinguitur, si nihil addas: Sic iræ amantium, aut nuper conjugatorum, si nemo se admiscuerit. [*Idem.*] Ut nautæ præsentientes tempestatem, anchoris firmant naves: Ita priusquàm ingruat tempestas iracundiæ,

ratione firmandus eſt animus, & in diverſum nitendum. [*Idem.*] Ut primis nunciis non ſtatim creditur; quemadmodùm Phocion Athenienſis, nuntiatâ Alexandri morte: *Si hodie*, inquit, *mortuus eſt, & cras, & perendie mortuus erit.* Ita non ſtatim Iræ fidendum dicenti: *Ille mihi fecit injuriam*: Sed proferenda fides in dies aliquos. (*Idem.*) Sicut canibus quibusdam inſitum eſt, ſine causâ aut diſcrimine latrare: Sic homini inquieto & turbido unum hoc ſtudium iraſci, & litigare. [*Lips.*]

IRACUNDUS. Zornhafftig. *Colerique.*

SYN. Fervens, iraſcens, amarus, acerbus, ſtomachoſus, rabioſus, clamoſus, difficilis, aſper, moroſus. PHR. Pronus, proclivis in iras. Concitus ad iram. Homo irritabilis. Naturâ iracundus. Præceps ingenio ad iracundiam. Qui ad iram facilè labitur. Qui levi de causâ irâ inflammatur. Qui excandeſcit, iraſcitur de nihilo. * Plenus minarum iræque. Occœcatus irâ. Præceps ingenio in iram. Impotens iræ. Irâ tumens. Iracundiâ turgens. Acerrimæ bilis noxio furore perfuſus. Acer, multi ſanguinis? fervidæ, præcipitantis, & inconſideratæ mentis. Iracundiâ percitus. Irâ incenſus, inflammatus. Irâ flagrans. Irâ & indignatione exardens. Protervè iracundus. Iræ tenax. Accenſus irâ inclementer locutus eſt. Provolutus, effuſusque in iram. Permotus mihi, & irritatus, Aſpicit eum atrocibus oculis ſtomachabundus. Commoto iratoque animo exſiliens. Iracundiſſimæ, ac pro corporis captu pugnaciſſimæ ſunt apes.

AMPLIFIC. Ex iratorum luminibus ſcintillæ emicant, flammæ æſtuant, anhelum pectus ſpiritum jacit ex ore, & ex verbis ardentibus labrorum ſiccitas inalbeſcit. * Ut furentium certa indicia ſunt, audax & minax vultus, triſtis frons, torva facies, citatus gradus, inquieta manus, color verſus, crebra

&

Digitized by Google

& vehementius acta ſuſpiria: ita iraſcentium eadem ſigna ſunt: flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſeipſos torquentium ſonos, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus [*Sen.*]

DESCRIPT. Inter animi perturbationes tam fœdè immutat ira Hominis vultum, ut nulla magis. Ardent enim & inflammantur oculi; lubricus eorum & acer obtutus eſt; nunc in obliquum torvi, nunc ſtupore defixi hærent, alias prominentes emicant, & quaſi proſiliunt. Supercilia modò depreſſa, modò elata, contracta nonnunquam. Contrahitur & ipſa frons, & in rugas exaſperatur; erecti inhorreſcunt capilli; diſtenduntur nares; turgeſcunt & retorquentur labra tremula, ſeque aliquando, comprimunt, aliquando autem ferum ſictumque diducuntur in riſum. Stridet dentibus, agit ſpumas, anhelantem ſpiritum ægrè ducit. Os exardeſcit; vox vehemens priùs & acuta horribiliter irrauceſcit; hæſitat ſubinde penitus: mox ubi voces formare in verba molitur lingua, balbutit, titubat, verba frangit, vocem intercidit, ſermonem implicat. Cùm ſilet, ſilentium identidem ſuſpiriis, gemitibus, inſanis clamoribus interrumpit, actus in rabiem. Impalleſcit vultus, accenditur & intumeſcit. Turgent atque intenduntur frontis venæ, temporum, ac colli. Micant arteriæ concitato vehementique pulſu; pectus incenditur, & violento ſuccuritur impetu, animamque crebro anhelitu reciprocat. Quis autem aptè ſatis exprimat jactationem capitis, manuum & brachiorum agitationes, ſupploſionem ac tripudia pedum, aliosvè aliorum membrorum inconditos motus, quos ira concitat?

SENTENTIÆ. Iracundus cùm iraſci deſierit, nunc iraſcitur ſibi. [*Hugo.C.*] Iracundus, etiamſi mortuum ſuſcitet, nulli placet. (*Beda.*) Homo iratus, non eſt homo, ſed incipit eſſe beſtia. (*Bonav.*) Verè miſer atque infelix, qui paſſionibus iræ vincitur; nam iracundus animam ſuam occidit. (*Ephr.*) Iracundus ſibi ipſi, & aliis eſt damnoſus. [*Chryſoſt.*] Nihil inſuavius homine iracundo, nihil oneroſius, nihil moleſtius, nihil fœdius. (*Idem.*) Meliùs cohabitare beſtiæ, quàm homini iracundo; nam illa ſi ſemel ciuretur, ſervat ſuam legem: illum autem quoties placaveris, iterum exaſperatur. [*Idem.*] Quid iracundo non turpe? Oculi ſunt inſuaves, os diſtortum membra tremula, lingua infrænis, nullique parcens; mens ſtupida, figura indecens, & multa inſuavitas. (*Idem.*) Qui iraſcitur, plusquàm vomens inflat venas, incendit oculos, diſrumpit viſcera, vomit verba, nihilque perfectum illum ſinit ira loqui. (*Idem.*) Qui iraſcitur, Diaboli ludibrium eſt, Dæmonum officina, & nequitiæ Diaboli dignus miniſter. (*Idem.*) Quam tenet ira, ebrius eſt. Huic turget facies; vox fit aſperior, oculi fiunt ſanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia ſubmergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiunt. [*Idem.*]

SIMILITUD. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. [*Prov.* 26.]

IRASCI. Zörnen. *Se mettre en colere.*

SYN. Indignari, ſuccenſere, excandeſcere. ADV. Admodùm, facilè & citò, furenter, juſtiùs, occultè, graviter, vehementer, omninò, non temerè. (*Ex Cic.*) PHR. Irâ incendi. Alicui iratum fieri. Animo incitari, exardeſcere. Stomacho & iracundiâ exardeſcere, *vel* effervelcere. Iracundi ardere, Efferri in aliquem iracundiâ & ſtomacho. In aliquem

aliquem exardeſcere, excandeſcere. * Atræ bilis vitio corripi, afflictari. Intendere in aliquem irarum atque indignationum aculeos. Truci vultu immaniſſimi in me odii acerbitatem concedit. Quid aliud Iraſci, quàm inſanire, quàm furere, quàm in ultionis libidinem ferri; & in alterius doloris crucem, efferati pectoris alienatione bacchari: Exulceratum fovere animum, iracundiæ faces accendere, & ad ſanguinis profuſionem ſe accingere. Hoſtes ringunt, frendent, furore & indignatione rumpuntur. Dies aliquot mihi ſuccenſuerat, priusquàm offenſionis cauſam poſſem olfacere. Sentio, te ſubſtomachari, quòd te inſalutato receſſerim. Subitario ardore iræ hoc crimen commolitus ſum. Accepi à nonnullis, quod me vehementer commovit; te mihi neſcio quid ſubiraſci. Tuis litteris ſtomachatus ſum in extremo. Iracundias harum rerum recentes habebant. Dolore ardere, atque iracundiâ furere cœpit. Uxor mea tota in fermento jacet. Dolore efferri, & iracundiâ longius digredi, quàm convenit. Ita ſum iratus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Eò irâ proceſſit: usque eò excanduit iracundiâ, ut dixerit, &c. In illum acerbitatis ſuæ virus evomuit. In illum iram effudit, ſtomachum effudit, erupit. Intimo odio & corde, acerbiorem iram concipere.

Zornig machen. *Mettre en colere.* Alicui iram movere, bilem ciere, commovere. Alicujus iraçundiam comitare, irritare, incendere. Irâ quempiam afficere, incendere, inflammare. Alicui ſtomachum movere, *vel* facere. Aliquem ad iram concitare, laceſſere, irritare, provocare. Iræ atque indignationis faces cuipiam admovere, ſubdere, ſubjicere. Subditis facibus iram indignationemvè alicujus incendere. * Me tibi fecit iratum. Ad id illi ſuccenſes? *

Ad illum ſcripſi ſtomachosè. Ad illum ſtomachoſiores dedi litteras. Epiſtolam miſi plenam ſtomachi & querelarum. * Animo irato, & percito, *vel* Per iram nihil eſt agendum. * Cùm iracundiâ nunc ardeat, laceſſendus non eſt. * Illius ira deferbuit, conſedit, concidit, conquievit, remiſit. Poſtquàm ira mente diſceſſerat.

IRIS. Regenbogen. *Arc en ciel*

ADJU. Nimboſa, pluvia, aquoſa, colorata, diſcolor, decora. PHR. Arcus cæleſtis, varios colores indutus, mille trahens varios adverſo ſole colores. Iris radiis ſolaribus tum refractis, tum reflexis figuratur in nube, quando in tenuem imbrem reſolvitur. AMPLIFICAT. Iris clementiæ ſedes, tribunal pietatis, cœli labium, riſus olympi, tricolor cœli baltheus, pons ætheris alti, Dei brachia ſeſe in terras protendentis, Sed addite, ad illam clementiæ ſedem noſtra judicari delicta; ad illud tribunal pietatis noſtros abſolvi reatus; illò cœli labio nobis imprimi pacis oſculum; illo olympi riſu nos iterum amicitiæ reſtitutos blandè arrideri; illo tricolore cœli baltheo triplici veluti funiculo nos DEO colligari, illum pontem nobis ſuper tumultuoſo hoc mundi pelago ſterni, ut ſecuriore ſolidioreque via cœlum ingrediamur; illa Dei ad nos protenſi brachia nobis dulciſſimos in amplexus explicari.

JUCUNDUS. Freudig/ Luſtig. *Joyeux.*

SYN. Hilaris, *vel* hilarus, amœnus, dulcis, ſuavis, feſtivus, lepidus, jocoſus. PHR. Homo hilari animo & prompto ad jocandum.

AMPLIFIC. Cæterum non aliud genus hominum illo feſtivius: lepores, urbanitates, & gratiæ nunquàm ab ore diſcedunt. Sunt enim in hominum ſocietate jucundi, ſunt liberales in locis, comes in facetiis,

cetiis, hilares in argutiis; ut horum in vultu tanquam in nummis antiquorum, legi ſemper epigramma videatur inſculptum, Hilaritas generis humani. Usque adeò nullæ in ſupercilio nubes, nulla in fronte torvitas, in oculis acerbitas nulla, nihil moleſtum, nihil triſte: ſed explicata, ſed quieta, ſed tranquilla omnia, cœloque, cùm ſudum eſt, ſanè ſimillima: ut per eam placidiſſimæ frontis ſpeciem, veluti perſpicuam translucentemque cryſtalium, ad ingenii ſedem ac penetrale candidiſſimum facilis atque expeditus introducatur aſpectus. V. GAUDERI. LÆTUS.

JUDAS ISCARIOTES.

PHR. CHRISTI proditor nefandus, impius, avarus. Satanæ laternarius, *vel* emiſſarius Judas. Monſtroſæ impietatis anteſignanus. Latro nefarius, ex aviditate pecuniæ in avaritiam ſanguinis, ex more degenerans. Fecialis omnium fœderum fœdator ac ruptor; inter amicos oſculorum anhelitus, odii venenena deſpumans. Quæ Dæmones fugare potuit, fugere neutiquam.

AMPLIFICAT. O portentum hominis! Tu inauditum perfidiæ prodigium, tu publicum terrarum orbis odium; cujus contagionem elementa mox omnia vitabunt; Cui viventi ſpiritum aër, extincto terra tumulum negabit. * Adeſt ante alios Magiſter officii qui necis eſt deſignator; Judas, inquam, è diſcipulo deſertor, & magiſtri ſui vitæ ſector è ſectatore doctrinæ: mercatorum nequiſſimus, venditor Divinitatis, emptor ſuſpendii; qui meritò ſalutem perdidit, dum prodidit Salvatorem. Et tamen ſalutare non erubeſcit quem ſalvum eſſe non vult. * A ſigno pacis exorditur bellum: oſculo amoris internuncio, & blandimentis abuſus amicorum. Amicitiæ ſymbolum vertit in teſſeram proditionis. Inſtrumento pacis, charitats pignore vulnus infligit: A-

moris

moris teſſera hoſtili ſervit odio. Nimis noverat, ex Amoris caſtris barbarus transfuga, nullis Amorem armis graviùs vulnerari, quàm ſuis. * Noctis tenebras flammis ſcelerum depellunt, ſceleris flammas detigit ſignum amoris, amorem fictum vincula injecta declarant. * Tu omnium proditorum caput es & princeps: perfide, fatue, deteſtande Juda; ergò tu ex Apoſtolo proditor, ex principe Eccleſiæ electo hoſtis, ex Doctore ſacrilegus factus es & latro? quò te faces furiarum ardentes impellunt? quô furioſo præcipitis inſaniæ impetu procedebas? non agnoſcebas quàm horrendum deteſtandumque facinus tentares? non amplius convivii illius recordabaris, in quo paulo ante ſacratiſſimum corpus ejus ore impuriſimo deguſtaras! ô peſtilentiſſime prædo! o impiiſſime Sicarie! O infernalis furia! ille te blanda voce amicum compellabat; tu armatis circumquaque ſceleris tui miniſtris & emtoribus, tenete eum, acclamabas: ille venerabilem vultum ſuum inclinabat, ut te oſcularetur, tu impudentiſimum proditoris oſculum offerebas, & inimicorum ſimul manibus tradebas.

SENTENTIÆ. O Juda proditor! Ungentum paſionis ejus trecentis denariis æſtimas, Paſſionem ejus triginta denariis vendis? (*Amb.*) Mira res! Latro honorificat patientem, quem Judas prodidit oſculantem. Ab hoc pacis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. [*Idem.*] Judas traditor Magiſtri, explorator Paſtoris, inſidiator Salvatoris, venditor Redemtoris. [*Aug.*] Judas cogitavit pecuniæ lucrum, & invenit animæ detrimentum. [*Id.*] O nefandiſſimum Proditorum, & juſtè à Beatorum ſocietate diſcretum! Per oſculum cauſam fecit venire interitus, per quod humani generis declaratur affectus. (*Caſſiod.*) Judas ſub blando oris oſculo, & linguâ pacem ſimulante dolum occultans, adversùs Dominum

minum molitus est, proditionem. (*Ephrem.*) Judas fuit vas aureum ; Sed posteà factus est vas testeum. [*Hugo. C.*] Scelestior omnibus, Jura, & infelicior extitisti; quem non pœnitentia vocavit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. (*Leo. P.*]

JUDEX. Richter. *Juge.*

SYN. Arbiter, disceptator, animadversor, æstimator, existimator. ADJU. Satis idoneus *officii*, acerrimus, verissimus ac sapientissimus, æqui simul attentus & docilis, benevolus integer quietusque severus, tristis, iniquus, inanis *disquisitis*, sanctissimus & justissimus, cupidus, fortis, surdus, durior, erectus, gravissimus, ignarus *causarum*, tam solers in discendo; nec obscurus, nec incertus : ingeniosus & peritus, melior aut sapientior, religiosus & sapiens, iratus, levis, nequam, severus; *Acres ac diligentes, animadversoresque vitiorum, jucundi, attenti, barbari, diligentes & religiosi, sapientes, veteres, clementes misericordes, fortes, gloriosi, inexorabiles, infesti, interpretes Legum, levissimi; sapientes, multumque inposterum prospicientes; severissimi atque integerrimi, timidi.* (*Ex Cic.*) Peritus & intelligens, incorruptus, inadulabilis, contraque improbos nocentesque immisericors atque inexorabilis, erectusque & arduus, ac potens, vi & Majestate æquitatis terrificus.

PHR. Justitiæ antistes, mysta, Litis arbiter. *Causæ, vel*, juris disceptator. * Gerechter Richter. *Juge equitable integre.* Judex æquissimus, sanctissimus. Qui rectum animi sensum in judicando sequitur. Incorruptus Themidis sacerdos, cujus judicium ratio dirigit, ac moderatur. Qui judicat, quod ratio præscribit & probat. Qui rectè, atque ordine judicat. Qui æqua & recta judicia exercet. Qui Juris civilis rationem, nunquam ab æquitate sejungit. Qui habet in consilio legem, religionem, æquitatem. Qui ita justus & bonus vir est, ut naturâ, non disciplinâ con-

consultus esse videtur. * **Ein ungerechter Richter.** *Juge corrumpu.* Judex levissimus & nummarius. Judex æratus: qui pretio, non æquitate jura describit. Judex corruptus. Qui emit & constuprat judicium. Qui aut errore ductus, aut cupiditate abreptus, permissa sibi potestate, secus quàm decet, utitur, ipsa veritatis fundamenta subvertit. Qui calcatâ Numinum religione, conscientiam suam fallens, perperam pronuntiat. * **Er hat den Richter bestochen.** *Il â corrumpu le juge.* Judicem pretio corrupit, delinivit. Animos judicum pretio solicitavit. Coruptelam Judicii molitus est. Judicem pecuniâ oppugnavit. Judicis fidem pretio labefactare conatus est. Jus civile pecuniâ adulterari non potest. Corruptis contaminatisque Judiciis. Erupto constupratoque judicio. Populus Rom. ita largitionibus corruptus est, ut se ac fortunas suas vænales habeat.

AMPLIF. Quis concipiat, satis unquam, quantâ æquitate, quantâ denique subtilitate lites intricatissimas enodavit, cùm in supremo Regni tribunali summa cum authoritate residens, magnificentissimum nobilitatis universæ consessum in sui unius admirationem pertrahebat. * Æquissimus Judex, qui nec amicorum precibus mollitur, nec potentiorum minis terretur, nec locupletum largitione corrumpitur, nec odio nec amore flectitur à Deo constiturus, in tribunali divino sedet, ut Chrysostomi verbis utar, & legem naturalem tanquam assessorem ascisit. * Nullum apud Judicem unquam debet esse personarum discrimen, quo minus pauperrimus quisque perinde ac ditissimus jus suum facillimè consequatur, neque in eo semper tantùm laboret, ut unicuique quod suum est, attribuatur, sed etiam communem utilitatem privatis commodis semper anteponat. * Qui in tota regione, pluribus oppidis vitæ necisque potestatem habet, & qui bonis omnibus gravissimus, improbis autem maxi-

maximè formidolosus extat. *Qui non tàm rationem muneris sui, quàm magnitudinem munerum alienorum, considerat: quisque libentius in nummorum, quàm in argumentorum. quæ utrinque adfert, ponderibus expendendis occupatur;& utrius gravior esset manus, ejus causam quoque meliorem videri pronunciat. * Scinduntur judicum vestes, sed mentes obdurantur, lavantur manus, sed animus sacrilegâ crudelitate coinquinatur, * Qui severitatis personam induens, debitâ in reum pœnâ animadvertit: nec patitur, ut benignitas severitatem iterum infringat, justitiam clementia retardet, dissimulatio veritatem obscuret.

Quâ fronte negabit pro donatore ferre sententiam, qui admisit dono? aureis cum teneatur compedibus, quomodo se in libertatem vindicabit? Aut leviora aurea ferreis vincula sunt? fortiora sunt. Fortissimum namq; metallorum aurum est, vix ignibus tentandum, minus sanè ferro, quod fornacibus fluit, cum aurum medios stet inter ignes. Jam ne ingratus audiat, ità cogitur in sententiam donatoris, nè inverecundus & imprudens, damnare non potest. Quid ergo faciet, cum hinc justitia invitet, inde aurum? ibi arroganda injustitia terreat, hîc injustæ rei pretium provocet? Nollet iniquius audire sed, neque dona negligere. Pulsat animũ justitia, & fortiter monet, fortius etiam aurum ad se trahit. Allicit æquitatis decor, nec minus auri fulgor? Utrinque premit sitis justitiæ & auri. * Tu fuge stillicidia hæc mellis de poculo venenato, nec tanti munera facias quanti periculum nominis & animæ. Nam munera admittere, nec in munerum partem flecti, cogitari & dici potest, credi non potest. Et non hunc, qui hæc faciat, bis injustum dixeris, bis impudentem, bis ingratum? pretium accipere, rem non exhibere datamque fidem fallere; privatim verbis adjudicare, inferenda sententia abjudicare; ibi laudare, hic damnare,

nare, quid eſt, ſi non bis circumvenire, bis ludere, bis injuſtum eſſe? fuge quisquis ſalutem tuam amas. Sepone hinc munerum ſpem, omnis æquitatis amans, & cui virtus altè ſedet animo. Nam illud unum audeo & finio: Accepiſti? periiſti. Separaſti? pro magnitudine ſpei juſtitiam exuiſti. Mutant juſtorum verba mores, animum accepta & ſperata etiam munera. * Nulla munera erant in cauſa non juſta: Sed nec ullis muneribus Judex parandus, ne ſi paratum quidem reperias, & ſe ipſo ad illa currentem. Nimis illa improbitati adnexa, & neſcia quæ lex permittere judici munera poſſit Nulla hoc ſecula probarunt; damnarunt omnia, & prodigium ſit æquitate inter munera ſtare, etiam in probo. * Qui ſibi indulget, inexorabilis aliis eſt; ignoſci qui ſibi vult, ipſe nulli laudari ab omnibus vult, damnat omnes; iratum exemplo provocat, pœna terret. Turpe adeoque & crudele ſua in aliis ſcelera puniri; barbarum in alio caſtigare, quod tibi indulgendum putas.

Ut ſui non deeſſent incorrupti Juſtitiæ Sacerdotes, Magiſtratus tales eſſe voluit, quos criminoſi non reperirent ſui ſimiles: qui æquitatem inſtruerent monitis, & docerent exemplis. Efficax enim recti perſuaſio eſt, innocentia Judicis. Nam fiunt exceſſus formidini, cùm ſciuntur Magiſtratus inculpati: & veretur quisque ſcelus, cujus non videt complicem in ſuggeſtu. Quibus judicii libram conceſſit, ab iis voluit merita ponderari, non munera. Gladius contemnitur, ubi aurum ſuſpicitur. Inermis redditur Judex, cùm à cupiditate conſtringitur. Cunctatores tamen voluit, cum judicarent de ſalute: propterea quod alia ſententia corrigi poteſt: quæ transacta eſt de vita, ſe mutari non patitur. * Non ſola Græcia argenteis Philippi haſtis patuit; & aureus effecit Macedonis Aſellus, ubi bellico ariete nil profectum. Etiam jura-

ta æquitati pectora hæc sæpius pulsavit postravitque machina.

SENTENTIÆ. Judices & Magistratus constitues in omnibus portis tuis, qui judicent populum justo judicio, nec in alteram partem declinent. (*Deut.* 16.) Diligite justitiam, qui judicatis terram. (*Sap.* 1.) Ignorantia Judicis plerumque est calamitas innocentis. (*Aug.*) Decet Judices clementiæ esse cultores, detestatores sævitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad misericordiam festinos. [*Idem.*] Boni Judices Patres sunt pauperum: mali verò prædones. (*Idem.*) Durum est, ut qui nescit tenera moderamina vitæ suæ, judex vitæ fiat alienæ. (*Greg.*) Vos, ô Judices, non attenditis merita causarum, sed merita personarum: non vitam, sed munera: non justitiam, sed pecuniam: non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet: non quod lex sentiat, sed quod mens cupiat. Non inclinatis animum ad justitiam, sed justitiam inclinatis ad animum. Non ut quod liceat hoc libeat: sed ut liceat hoc, quod libet. Pauperum causam negligitis, divitum causam cum instantiâ promovetis: in illis rigorem ostenditis, cum istis ex mansuetudine dispensatis, &c. (*Innoc. III.*) Iniquus Judex contaminatâ est conscientiâ. (*Damnasc.*) Iniquus est, quisquis in judiciis sequitur non causam, sed prædam. [*Saresb.*] Hodie omnia venalia sunt. Frustra apud Curiales de testimonio conscientiæ, de venustate morum, de torrente eloquentiæ, nisi pretio interveniente confidis. Ego enim credo, me vidisse Ostiarios Cerbero duriores. Apud Inferos tantùm Cerberus (ut ajunt) unus est; sed quot sunt diverticula Curiarum, Cerberi; tota autem familia, aut mordet, aut latrat. Manus vacua temeraria petitio est apud Advocatos; & ipsum silentium venale est. Causidicorum lingua damnifica est, nisi eam funibus argenteis vincias. (*Antonin.*) Acceptio munerum prævari-

catio veritatis eſt. [*Idem.*] O quot hodie Judæ! qui mercede alicujus commodi temporalis vendunt veritatem! (*Ant. Pad.*) Quicunque aut ſanguinitate, aut aminitiâ, ſeu hoſtili odio, vel inimicitiis in judicando ducitur; pervertit judicium CHriſti, quæ eſt juſtitia, & fructum illius vertit in Damnationis amaritudinem. [*Aug.*] Fatua ſæpe hujus ævi Judicia, aut iniqua. (*Lips.*)

SIMILITUD. Ut ſol non alius eſt pauperi, alius diviti, ſed omnibus communis: Ita Judex perſonam ſpectare non debet, ſed rem. (*Eraſm.*) Ut qui acriùs cupiunt perſpicere, alterum occludunt oculum: Ita Judex rectiùs intelligit Juſtum, ſi nullius perſonæ reſpectu avocetur, (*Idem.*) Ut Diameter, ſive dimetiens, ſic ab angulo ad angulum mediam figuram dividit, ut utrinque ſpatium relinquat æquale. Ita Judex in neutram partem debet eſſe propenſior. (*Idem.*)
V. MAGISTRATUS.

JUDICARE. Urtheilen. *Juger.*

SYN. Statuere, dijudicare, decernere, conſtituere, æſtimare, arbitrari, cenſere, *vel*, jus dicere.
ADV. Apertè, acriùs, acutiùs *vitia*, veſtigiosè, depravate, incorruptè, integrè, diligentiùs *de re*, diſſolutè, exploratè, liquidiùs, graviſſimè, ſeveriſſimè, religiosè, ſeverè, usquequaque. (*Ex Cic.*)
PHR. Von einer Sach vernünfftiglich urtheylen. *Juger d' une choſe ſainement.* Aliquid ex æquo & bono, & non ex callido verſutoque jure judicare, juſto librare examine, juſto judicio ponderare, æquâ judicii lance perpendere, ſuis expendere momentis, ad rectam judicii normam dirigere, ad exactiſſimam æquitatis amuſſim exigere, ſuo pondere pendere. Sapienter expendere, atque æſtimare omnia. * Eine Sach richten. *Faire l' office de juge.* Jus dicere, adminiſtrare, diſtribuere. Judicium diſceptare, exercere,

Digitized by Google

cere, dare, facere. Forum agere. De aliquâ re judicare, cognoſcere, diſceptare, dijudicare, judicio decernere. Cauſas dijudicare. Diſceptare. Cauſam, *vel* de causâ cognoſcere, diſceptare, dijudicare. De lite pronuntiare, ſtatuere. *Es in judicando præceps, præfeſtinus. In ponuntiandâ ſententiâ præcipiti abduceris impetu. In judicando præceps & inconſideratus abriperis. * Difficile eſt, cum præſtare omnibus concupieris, ſervare æquitatem, quæ eſt juſtitiæ maximè propria.

JUDICIUM. Urtheyl/Verſtand. *Jugement.*

SYN. Opinio, mens, exiſtimatio, ſententia; *vel* deliberatio, cognitio, notio, *vel* controverſia cauſalis. ADJU. Acerbum acre & certum, centum virale, grave, iniquum, turpiſſimum, ſincerum ſanctumque acre & fortius, difficile, admirabile artificioſumque, primum, adumbratum, gravius, par atque unum ſuperius, cenſorium atque grave, corruptum *difficillima*, falſum atque incertum, ſimile *judicii*, æquum, amplum, damnatorium; tam diſſolutum, tam perditum, tamnummarium; inſolitum, alienum, proprium, non obſcurum de beneficiis alicujus, neque publicum neque privatum: præſens, ſummum, cenſorium, certiſſimum, domeſticum, gratum liberum, certum, exquiſitum, divinum, humanum, magnum, priſtinum, ſenile, verum & incorruptum, clariſſimum, vehemens ac liberum, commodum, maturum, turpe & facilius, commune, minus firmum, prudens ſincerumque, ſuperbiſſimum, *libera*, ſtabile, facilius, honeſtius, invidioſum, pecuniarum, ſingulare, turpe, uſitatum, fortiſſimum ſæviſſimumque, optimum, *gravia & multa*, graviſſimũ & magnum, inclytum, infinitum, intolerandum, regium, liberius, limatum ac politum, inſigne, integrum ac liberum, intelligens, laudabilius, perpetu-

um *de aliquo*, ſincerum & ſubtile, ratum, leve, verum, *aurium* & ſimplex, *multa*, notiſſimum, nec obſcurum, populare, privatum, vel maximum, publicum, nefarium, novum, pertenue, peracre, purum, veriſſimum, tacitum, reliquum, ſanctiſſimum, ſcurrile, plenum hilaritate, *ſeveriora*, ſociale, tantum tamque præclarum; *clara & certa*; *acria & ſevera*; *iniqua, falſa, turbulenta, popularia, ſeditioſa, leviſſima*; *tranquilla moderataque*; *præclara & commemoranda*; *graviſſima, graviſſima, iniquiſſima, conſiderata*; *corrupta ac contaminata*; *fallacia, invita*; *tam multa, tamque honorifica*; *profligata*; *turpia & flagitioſa*. [*Ex Cic.*]

PHR. Facultas judicandi. Eodem die apertiſſimum judicium de perſpectâ ſibi & exploratâ tua omnis generis præſtanti & eximiâ virtute fecerunt. Extremæ diſceptationis judicium. Ultimum litis judicium. Primoris cognitionis, *vel* primæ diſceptationis judicium. * **Die Wolluſt benimbt den Verſtand.** *La volupté renverſe le jugement.* Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimovet; diſturbat judicium; mente exturbat hominem; illum de poteſtate mentis dejicit. * **Du haſt den Verſtand noch nicht reiff genug.** *Vous n' avez pas encore le jugement aſſez fort.* Nondum animus tuus conſilio & ratione firmatus eſt. Nondum es maturo judicio. Judicii maturitatem nondum es aſſecutus. Judicio minùs firmo præditus es. * **Dieſer Mann hat keinen Verſtand.** *Cet homme n' a point de jugement.* Homo eſt nullius judicii: Judicio deficitur, deſtituitur: Judicii eſt expers. Homo eſt inconſideratiſſimus; Conſilii & rationis inops. Conſilium ei deeſt. Conſilium & prudentia in homine illo deſideratur. Imprudenter ſe gerit, inconſultè agit, ſine ratione, ſine conſilio. * **Ein Mann von groſſer Vernunfft.** *Un homme d' un grand jugement.* Vir, acri admodùm judicio. Homo ſa-

piens

piens & conſultus; Judicii laude conſpicuus, clarus, ornatus. Ab judicio præclara inſtructus, benè paratus. Judicio præſtans, valens, abundans, excellens. Qui peritè & prudenter agit omnia. Qui ſapienter & conſideratè ſe gerit. Qui præditus eſt ſingulari judicii vi ac ſubtilitate. Homo eſt limati & poliri judicii. * Er hat den Verſtand verlohren. *Il a perdu le jugement*, Incidit in inſaniam. Prolapſus eſt in amentiam. A ſeipſo diſceſſit. A mente diſceſſit. Mens eum & ratio reliquit, defecit, deſtituit. Mentem amiſit.

JUDICIUM EXTREMUM. Letztes Gericht.

Dernier Jugement.

ADJU. Horribile, intolerabile, inevitabile, Inopinabile, inexorabile, erubeſcibile. (*Bonav.*) PHR. Dies Domini magnus; dies judicii; juxta & velox nimis dies iræ; dies tribulationis & anguſtiæ; dies tenebrarum & caliginis; dies nebulæ & turbinis; dies tubæ, & clangoris. (*Anſel.*)

Supremus ille dies, quo quisque, ut meritus erit, præſens pretium pro factis feret, quo Chriſtus ſummus ille omnium Judex, æterna quæ rectè factis debentur, præmia, quæ peccatis ſupplicia, decernet. * Cùm Chriſtus in illo metuendo judicio, mundo tremente, Phalange Angelorum præcinente præcinente è tuba, quæ petras ſcindet, quæ inferos aperiet; è tuba quæ portas æneas franget, quæ vincula defunctorum dirumpet, in decretoriô majeſtatis ſuæ throno, cæleſtis militiæ luce conſedebit circumdatus, & mortuorum judex, & vivorum vindex. * Cum ſecernet Chriſtus in reti piſces bonos à malis, in adventu virgines prudentes à ſtultis, in meſſe granum infectum à puro, in nuptiis veſtitos à nudis, in rationibus frugi talenti œconomos à perverſis. * In quo die Chriſtus eſt venturus tanquam fur, monet, excitat,

terret : vigilate (inquit Lucas) omni tempore orantes, monet verbis ; attendite (inquit Johannes) à ventura ira ; excitat minis : erunt (inquit Paulus) ſigna in Sole & Luna, & Stellis, terret prodigiis. Nihil hæc ſunt, illa, obſcuritas Solis, Lunæ Eclipſis , Stellarum in verſus curſus, motus terræ, gens contra gentem, peſtis, fames, falſi fratres, Lucifer ſolutus catenâ,: libereque palans per omnes, inquinans omnia, mundo intonabunt hunc diem. * Cùm Chriſtus in hoc orbis quaſi theatrum veniet , & veniet non ad tendendum lumen miſericordiæ, ſed ad exercendam vim juſticiæ ; non ad ſalutem porrigendam, ſed ad ſeponendum bonis præmium, reis pœnam ; non in miſeriâ, ſed majeſtate. Quâ majeſtate ? imperatoris buccinâ indicentis bellum vivis, mortuis : quâ majeſtate ? judicis tumulos, oſſa, inferos vocantis ad rationem. Quâ majeſtate ? omnipotentis cœlum, terram, mare purgantis igni. Quâ majeſtate ? DEI , malos vel ſtúpidos in cruce, vel in cinerè marcidos implentis timore, * Quo in die non tantum aperientur uſuræ, adulteria, ſcortationes, ebrietates, homicidia, illæque ſordes graviores : ſed labeculæ inſperſæ actionibus noſtris ; vocula otiosè miſſa, ocellus fixus intortè, unguiculus hærens molliter, cogitatiuncula concepta pravè, punctulus temporis poſitus malè vocabuntur ad calculos. De verbo ocioſo reddetur ratio in extremo judicio. O Chriſte, quantam puritatem doces de unguiculo, de ocello, de vocula, de cogitatiuncula ; de punctulo temporis, quis præſtabit ? nullus profecto hominum.

SENTENTIÆ. Quoties diem jùdicii cogito, toto corpore contremiſco. (*Alb. M.*) Nemo de die Judicii cogitat, nemo loquitur : quaſi aut per omnia victuri, aut per omnia morituri. (*Amb.*) In judicio hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens juſticia : ſubtus patens horridum chaos Inferni, deſuper iratus

iratus Judex : intus urens conſcientia, foris ardens mundus. Ibi Juſtus vix ſalvabitur, conſtrictus ubi latebo ? Latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. (*Anſel.*) Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies. [*Aug.*] Paveo gehennam, paveo Judicia vultum, ipſis quoque tremendum Angelicis Poteſtatibus. (*Bern.*) Tanta erit in judicio æquitas, in judice feritas, in majeſtate ſublimitas, novitas in facie ipsâ rerum, ut non poſſit cogitari. (*Idem.*) O Anima! ſive vigiles, ſive dormias; ſemper in auribus tuis illa horribilis tuba reſonet: Surgite mortui, venite ad judicium. [*Bonav.*] O quid poteſt lamentabilius & terribilius cogitari, quàm ITE? Et quid delectabilius exprimi, quàm VENITE? Duæ ſunt voces, quarum nihil horribilius unâ, & nihil jucundius alterâ poterit audiri. [*Idem.*] Judicaturo domino lugubrè mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient, potentiſſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt; exhibebitur cum prole ſuâ verè tunc ignitus Jupiter; adducetur & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis; Ariſtotelis argumenta non proderunt. (*Hier.*) Ubi veneris ad ſupremum illum Judicem; tum verò hiabis, & vertigine corripieris; & tu illi fortaſſe omni contumeliâ afficieris atque opprobrio Hæc tibi fortaſſe videntur aniles fabulæ, ac proinde illa contemnis, cum non poſſis veriora invenire. (*Plat. Ph.*) Immortales crede, te manere in judicio honores, vel pœnas. [*Sixt. Phil.*] Quod ageres judicatus, ſi poſſes: hoc ipſum debes agere judicandus. (*Hainneuſe.*) Nemo Chriſtianus Chriſti judicio condemnabitur, niſi qui primus ſuo CHriſtum judicio condemnaverit. (*Idem.*) Nihil in futuro Judicio magis metuendum peccatori, quàm quod minus metuit. [*Idem.*] Agni vel maximè formidanda ira. [*Idem.*]

Digitized by Google

JURAMENTUM. Schwur: *Jurement.*

SYN. Jusjurandum, ſacramentum, fides, religio. ADJU. Solenne, ſanctum, ſacratum, inviolabile, tenax, legitimum. PHR. Jusjurandum ex animi ſententiâ. Jusjurandum per graviſſima quæque, per ſanctisſima quælibet. Conceptum Jusjurandum, adhibitis execrationibus, adjectis diris, interpoſitis imprecationibus. Conceptis, *vel* ſolemnibus ac legitimis verbis Jusjurandum. Ex ſolemni formulâ Jusjurandum. Dictio Sacramenti. Jurisjurandi formula ſolemnis, *vel* verba concepta, legitima, ſolemnia. * Jurisjurandi religio maximum & ſanctisſimum fidei vinculum meritò apud omnes exiſtimatur. Jusjurandum eſt oratio per ſe confirmans veritatem. (*Nyſſ.*) Eſt aſſertio alicujus rei per rem ſacram, vel habitam pro ſacrâ. (*Hugo V.*) Eſt teſtificatio DEI de re controverſâ. (*Phil.*)

SENTENTIÆ. Falſa juratio exitioſa eſt, vera juratio periculoſa eſt, nulla juratio ſecura eſt. (*Aug.*) Veritas non indiget Juramento. (*Bern.*) Juramentum contra bonos mores non obligat. (*Gloſſ. Dec.*) Juramentum contra utilitatem Eccleſiaſticam præſtitum non tenet. (*Innoc. III.*) Purum à Juramentis ſervandum eſt os. [*Chryſoſt.*] Non ita pungit enſis, ſicut juramenti natura. [*Idem.*] Non ſic occidit gladius, ſicut juramenti plaga. [*Idem.*] Juramentum eſt ſicut medicina; quæ non ſemper accipitur, ſed in neceſſitate. [*Thom. Aq.*]

JURARE. Schwören. *Jurer.*

SYN. Adjurare, dejerare, jure jurare. PHR. Jusjurandum interponere. Per ſancta quæque dejerare, Sanctè adjurare. Per omnia dejerare. Jurare veriſſimum Jusjurandum. Sanctè mihi adjuravit, jurejurando ſe obſtrinxit, ſe factorum ſe, &c. Juratus

in

Digitized by Google

in legem contra eam facere non audebat. In litem jurare. Jurare calumniam, *vel* de calumniâ. Jurare, *vel* jure jurando, *vel* interpoſito jure jurando, *vel* adhibito dejurio aliquid affirmare. * **Falſch ſchwören.** *Faire un faux ſerment.* Pejerare. Falſum jusjurandum interponere. Falsò, *vel* falſum jurare. * **Einen anhalten zu ſchwören.** *Faire faire un ſermon à quelqu'un.* Aliquem ad jusjurandum adigere, ſacramento obligare, adigere. Ad ſacramentum adigere. Cogere, ut quis ſe jurejurando adſtringat, *vel* ut quis dicat ſacramento, *vel* ſacramentum. * **Man glaubt mir nicht/ ich ſchwöre dann.** *On ne me croit pas, ſi je n' fais ſerment.* Mihi injurato non creditur. Mihi niſi jurato fides non habetur. Niſi juratò aſſeram, rem ſic habere; *vel* niſi juratus hoc affirmem, non adhibetur mihi fides. * Aliquem ſacramentum, *vel* ſacramento adigere, rogare, ad jusjurandum adigere, in verba legitimi jusjurandi adigere. Milites ſacramento militiæ obligare. Ab militibus jusjurandum exigere. Eos cogere, ut ſe ſacramento adſtringant. *Vel* ſacramento rogare, ſacramento obligare. Jurare, *vel* ſacramento dicere, ſe obſtringere in verba imperatoris. Apud Imperatorem, ſacramentum, *vel* ſacramento dicere. * Sacramentum alicui remittere. Quempiam ſacramento abſolvere, liberare, ſolvere.

SENTENTIÆ. Juret ille, quem ſacramenti ſui pœnitere non poterit. (*Ambr.*) Quantò per quod juratur magis eſt ſanctum, tantò magis eſt pœnale perjurium. [*Aug.*] Nemo novit, niſi qui expertus eſt, quàm ſit difficile, conſuetudinem jurandi extinguere. [*Idem.*] Periculoſum eſt jurare; uſus enim jurandi facit conſuetudinem perjurii. (*Bern.*) Mentiri & jurare lingua tua prorſus ignoret, tantúsque in te ſit veritatis amor, ut quidquid dixeris, juratum putes.

tes. [*Hier.*] Nulli minùs creditur, quàm ei, qui frequenter jurat. [*Theophilact.*]

JURISCONSULTUS. Rechts-Gelehrter. *Jurisconſulte.*

SYN. Jurisperitus, Legulejus, Jureconſultus. PHR. Juris ſacri interpres. Interpres Legum. Juris ſcientiſſimus. Juris peritiâ imbutus. Prudens in jure civili. Qui conſulitur, & reſpondet de jure. Qui interpretari populo, & reſpondere ſolet. [*ExCic.*] Vir æqui conſultiſſimus, Legum jura, juris leges, juris decreta tenens. Legum ænigmata, *vel* Juris nodos ſolvens. Juris Antiſtes. Legum peritiâ inſignis. In diſciplinâ illuſtris, & noſcendis interpretandisque legibus ſcientiâ illuſtris. Jurisprudentiæ canditatus. Utriusque juris cognitione clarus. Juris civilis & canonici omnium peritiſſimus. Juris & publici, & privati ſanè peritus. Qui periclitantem innocentiam præſidio ſublevat, ambigua cauſarum fata dirimit, lapſa erigit, fatigata reparat. In jure optimè verſatus. Jurisconſultorum eloquentiſſimus, & eloquentium juris peritiſsimus conſultor Juris, & candidarum legum ſcientiſsimus, in conſilio dando felicisſimus, in patrocinio fidelisſimus, in judicio æquisſimus. Qui prompto animo, acumine ingenii, verborum ſplendore, & propoſitas ſibi quæſtiones legum, & Juris utriusque nodos facilè diſſolvere ſciens. Quo nullum habet natura Jurisprudentia, non dico valentiorem Annibalem, ſed nè ſapientiorem quidem Ulyſſem, neque diſertiorem Demoſthenem. Veternoſus legaliuni quæſtionum ÆnigmatiſtaLegum atque morum populi, jurisque civilis apprimè doctus. *Celius* in diſciplinâ juris, atque legibus populi Rom. noſcendis interpretandisque ſcientiâ uſus, auctoritateque illuſtri fuit. Legulejus quidam cautus & acutus

præco

præco actionum, candor formularum, auceps syllabarum. Cæteros peritiâ legum præeminens. Qui juris civilis disciplinam principali studio exercuit; & consulentibus de jure publicè responsitavit. Eâ scientiâ ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Civium dissidentium lites contentionesque sopire studens. Qui DICES recondita cimelia, & divinas opes in lucem extulit. Alter Bartolus.

AMPLIFICAT. Vir, qui tàm prudenter acutè, dilucidè causas omnes explicat: tàm patienter aliorum sententias audit, tàm amicè, quæ non satis appositè videntur esse dicta, refutat, tàm humaniter, si quæ prætetmissa sunt, in memoriam reducit, tàm subtiliter de rebus dubiis disserit, tàm multâ memoriter, tàm obscura splendidè profert, ut semper aliqua sapientissimorum hominum exempla de simili re, quæ tùm agatur, in promptu habeat. * Qui in juris civilis scientia ita excellit, ut etiam ipsi primarii Icti summoperè demirentur? ut non solum quidquid legum ipsi actores, verùm etiam quid eorum interpretes dixerint, promptè ac paratè respondeat, & ingenii sui acumine, ratione aliquâ divinitus inventa, res difficilimas & obscurissimas, quæ nullo pacto explanari posse viderentur, facillimè declaret. * Qui ea, quæ proficiscuntur à legibus & à jure civili, semper ad facilitatem æquitatemque refert, neque constituere litium actiones mavult, quàm controversias tollere, ad cujus consilium undique, tanquam ad oraculum quoddam, multi mortales conveuiunt; cujusque omne studium in eo consumitur, ut supplicibus & innocentibus opem ferat, salutem det, periculis liberet, fraudes omnes & calumnias, ex falsâ juris interpretatione coortas, e medio tollat, suum denique cuique tribuat. * Viri eruditissimi, quibus docendi juris munus mandatum est, ita se in eo gerant, ut ipsa, si loqui Posset Jurisprudentia, non certius,

certius,aut copioſius,aut majori cum dignitate videatur explicatura ſenſus ſuos,quam ab illis quotidiè explicantur, omnia ex eorum ore profluunt, quæ in hac arte aut cogitari aut prudenter,aut diſputari acutè aut certò definiri ac ſtatui poſſunt. * Quæ juris ac legum cognitione implet pectus, in conſultationibus, in foris, in ſubſelliis regnat, in omnium majoris momenti controverſiarum diſceptatione ac dijudicatione dominatur.

Juris conſultus primo loco & omnis antiquitatis auctoritate fultus, cujus ſcientia non tam inferendo, argumentando, conficiendo more Philoſophorum, quam legibus innumerabilibus, Jurisconſultorum veterum ſententiis ac reſponſis, Imperatorum ac Regum juſſis, decretisque colligendis coacervandisque conſervatur & alitur. Romæ verſabatur, curiam adibat, quotidiè forum terebat, judiciis omnibus intererat. * Ut in Philoſophorum choro non ſophiſtæ avari ac ſuperbi conſiſtunt: non inter Medicos locum inveniunt venefici & pharmacopolæ, circumforanei, aut annoſæ ac dentilegæ vetulæ: non Theologi, ſed Hæretici judicantur, qui ſuam ad voluptatem ſcripturam ſacram torquent: ita neque Jureconſultorum auguſtiſſimo illi digni cenſendi titulo ſunt, qui jus non defendunt, verùm evertunt: lites atque controverſias inter homines non tollere, ſed alere ac fovere vel inſcitiâ vel avaritate vel improbitate ſtudent. * Jureconſulti omnibus utiles atque commendati ſunt,nec tantùm curat animam ut Theologi, aut corpus, ut Medici: ſed animo ſimul ac corpori proſunt: commodant fortunis plurimum: ſedent in conſiliis: fulgent in tribunalibus; ſunt conſpicui in foro; illuſtres in legationibus; etiam Eccleſiæ non parum inſerviunt: cum de fide Catholica,Eccleſiarum privilegiis, hæreticorum pœnis, ſimilibus agunt: totam denique civilem ſocietatem tuentur, ac con-

conſervant.* Sunt parentes vitæ noſtræ autores: Jureconſulti non ſolum ut vivamus, ſed etiam, ut benè vivamus efficiunt: Parentes magnis laboribus opes nobis acquirunt, ac relinquunt: Jureconſulti earundem tranquillum, quietem, ſtabilem nobis, uſum largiuntur. Parentes contra aliorum nos injurias defendunt, quæ vitioſa in nobis corrigunt; Jureconſulti hoc ipſum multò melius præſtant, cum omnes vacuos à metu, à cura ſolutos, immunes à ſollicitudine reddunt; leges præſcribunt, urgent, explicant, tuentur, quæ cum omnibus eodem modo loquuntur: non potentiam cujusquam reformidant; non gratia flectuntur; non deliniri ſeſe precibus, non pretio corrumpi, non adulterari pecunia ſinunt. * Non ſilebitur admirabilis, quædam & incredibilis, & pene divina ejus in legibus interpretandis, æquitate explicandâ ſcientia; omnes ex omni ætate, qui hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non ſunt comparandi, neque enim ille magis conſultus, quàm juſtitiæ fuit: Ita ea quæ proficiebantur à legibus, & à jure civili, ſemper ad facilitatem æquitatemque referebat: neque inſtituere lites malebat, quàm controverſias tollere. [*Cic.*] Jurisconſultorum plurimi Leges ut ceram habent. [*Lips.*]

JURIS STUDIOSI. Cum Academias luſtrant, ad Jus civile perdiſcendum, ille videlicet futuri patroni cauſarum, & ſpecimina eloquentiæ triumphantis, in quibus viri ampliſſimi ſpem ſuæ dignitatis poſuerunt, (non de omnibus loquor, ſed de iis tantum, quorum nota eſt levitas, plena inconſideratisſimæ temeritatis) quaſi parentum & præceptorum liberati cuſtodiâ, & in omnem voluptatem effuſi, aut in popinis hærent, aut nocturni graſſatores volitant, aut pudicis foribus inſidiantur, aut choreas ducunt, troſſuli & formoſuli amatores, vino & deliciis fracti, odoribus languidi, mulie-

muliebribus nugis ſoluti, vitio elumbes & invereundi, in forum deinde curiamque veniunt, ut ſaltatriculæ tonſæ, ut dedecora legum, ut negotiorum maculæ, ut reorum & animorum pernicies, ut Licentiæ nexi, ut Themidis inimici, ut Eunomiæ perduelles.

JURISPRUDENTIA. Rechts gelehrtheit. *Jurisprudence.*

PHR. Juris ſcientia. Ars Juris & Æqui. Studium Juris civilis. Diſciplina, cognitio Juris. Perfecta ars Juris. Juris Legumque cognitio. Ars Juris latè patens, difficilis, obſcura, utilis, neceſſaria. Dignitas, utilitas, gloria, honor cognitionis Juris, Iſta oſcitans & dormitans Sapientia. [*Cic*] Juris civilis intelligentiâ, *vel* peritia. Juſti & injuſti, ad res divinas & humanas pertinentis ſcientia.

AMPLIFICAT. Juris prudentia eſt Mater benigna, leges procreat; Matrona ſevera eſt, transgreſſoribus pœnas irrogat; Regina placida eſt, obſervatores præmiis accumulat. * Nullum ex omnibus ſtudium, nulla ars, nulla diſciplina, quæ magis ad omnes honores & dignitates aditum atque viam, quam Jus civile pate facit. *Datur Juris prudentiæ opera, ut nè deſint, qui ſciant præſtare humanam ſocietatem ſalvam à diſſidiis *Vinculorum*, quibus conſortio illa continetur: *Caſuum*, quibus labefactatur; *remediorum*, quibus reſtituitur. * Jurisprudentiam multorum camelorum onus eſſe, Amelii vetus querela fuit. Quid nunc dicam? Elephanros ab Indiâ adde; vix ferent. (*Lips.*)

SIMILITUD. Ut imputata vitis latè ſe ſpargit, & infructuoſa eſt: Sic Jus profectò illud vetus, & labruſcas jam pro uvis gignit.

JUSTITIA. Gerechtigkeit. *Juſtice.*

SYN. Æquitas, æquum, juſtum, jus, fas, Aſtræa.
ADJU. Summa, temperata, nimia, perſpecta, factis

ctis atque verbis colenda, rigida & immota, mira, mirifica, utilis, neceſſaria, germana, ſolicita & pernicioſa, auditu jucunda, optabilis per ſe ipſam, vera certaque, cum voluptate conjuncta, jucunditatis plurimum afferens.

PHR. Temperatio Juſtitiæ. Regula ſummæ rectitudinis. (*Ambr.*) Officia juſtitiæ. Juris æquabilitas. Rectitudo voluntatis, propter ſe ſervata. (*Anſel.*) Perpetua eſt conſtans voluntas, jus ſuum unicuique tribuens. [*Thom. Aq.*] Conſervatum humanæ ſocietatis, & vitæ communitatis. [*Bonav.*] Dice avaritiâ conſtuprata. Domina & Regina omnium virtutum. Omnis mixtionis & temperationis moderatrix. Æquabilitatis effectrix. Omnium cæterarum virtutum parens & altrix. Harmonia quædam & pax totius animi, apto & compoſito motu. Diginitatum curia, mundi vertex, gymnaſium litterarum, patria libertatis, quæ ut Anna à Samnitibus, Inſignia à Thuſcis, ſic Leges de lare Lycurgi & Solonis ſumpſit. Quæ reliquarum virtutum mater & columna: quæ civilis homines decus ac profectionem ita continet, ut ſublatâ eâ prudentiæ vis nulla ſit, nullus temperantiæ, nullus fortitudinis uſus. Conſtituenda eſt & opibus firmanda publicæ ſalutis anchora? Hanc conſtituit, & firmat juſtitia. Sananda belli vulnera? ſanat juſtitia. Pax & concordia inter cives alenda & fovenda? fovet & alit juſtitia. Vim volumus extingvi? juſtitia valeat neceſſe eſt. Judicia diſplicent aut nulla ſunt? juſtitiæ vi & ope reſtituuntur. * Juſtitiæ regnum omni copiarum genere ita florens & magnificum, ut nihil ſit in hac rerum univerſitate tam pulchrum, nihil tam illuſtre & præclarum, cujus decus & ornamentum, ſi res in contentionem vocetur, Juſtitiæ ſplendore non obſolescat. Dicam amplius, & quod res eſt, vera dicam. Nihil eſt opibus tam egregiè munitum, quod Aſtreæ ligibus imperio non ſubjiciatur:

atur: quæ ſi auctoritatem, ſi jus ſuum obtinet, tolluntur querelæ, tolluntur diſſenſiones, ſedantur tumultus, fremitus armorum conquieſcit, ſilent aulæ, non audiuntur litui. Hic aſſerente Plinio, mucrones rigidi ac mortiferi inſalutaria concordiæ vincula curvantur, ne interimantur inermes. * Nec male. Nam quidquid in hac rerum univerſitate, aut ſtat firmiter, aut nitet pulchrè: Id ſtat juſtitiæ nervo, nitet juſtitiæ colore. Quæ tantæ dignitatis eſt, ut virtutum omnium; quæ in actione totam commendationem ſuam habent domina & regina meritiſſimo prædicetur; ſicuti enim prudentia in intelligendo; ita juſtitia in agendo principem locum obtinet, juſtitia os aureum habet, neque heſperus aut lucifer tantam ſui admirationem concitat, inde exortum eſt tritum ſermone proverbium; juſtitiam in ſeſe virtutes omnes continere. Hæc enim ſocietatem hominum inter ipſos & quaſi vitæ communitatem continet: in hac virtutis ſplendor eſt maximus: ex hac unâ boni viri nominantur: nulla civitas, nullus hominum cœtus, nulla vitæ communitas ſine juſtitia eſſe poteſt: hæc una nobis Deorum religionem, patriæ charitatem, parentum pietatem, fraternum amorem, bonorum hominnm amicitiam ingenerat; hæc honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere docet: ab hac initium eſt perpetuæ commendationis & famæ, ſine hac nihil omninò eſſe poteſt laudabile: hæc eſt legum omnium, jurium, inſtitutorum, decretorum, conventionum, fœderum, pactorum fundamentum. * Quæ originem ſuam de cœlo traxit: in elementis conſpicitur; in corpore hominis cernitur: deprehenditur in animo: in anni obſervatur tempeſtatibus, cæteris rebus notatur. Quæ veluti gemmula Principis clypeum ornat: cicadas omnes aureas, torques, ſtalagmia longo poſt ſe intervallo relinquit: quæ jus dicit ſpoliatis: lites dirimit: punit ſontes: præmiis bonos afficit: curat,

ut ſummi cum infimis pari jure: lege ſimili: gemina æquitate utantur. Quæ hæreſium ſemina extinguit: fibras elidit: ſtirpes evellet radicitus: veram contrà puramque religionem inſerit, conſervat, ad poſteros usque propagat. Quæ nec impunita maleficia relinquit: nec ſeverè nimis acriterque punit: in ultione rationem: in vindicta modum adhibet: conjunctam eandem miſericordiam habet.

SENTENTIÆ. Usque ad mortem certa pro juſtitiâ, & DEUS expugnabit pro te inimicos tuos. [*Eccl.* 4.] Cujus uno nomine omnes virtutum ſpecies continentur. (*Hier.*) Quæ magis aliis, quàm ſibi prodeſt, & utilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens. (*Amb.*) Quæ nil alienum vendicat, ſed cuilibet quod ſuum eſt tradit: quæ negligit propriam utilitatem, ut ſervet communem æquitatem. [*Idem.*] Quæ (*Scil. humana juſt.*) ad examen divinæ juſtitiæ deducta, injuſtitia eſt: & ſordet in diſtrictione judicis, quod in æſtimatione fulget operantis. [*Greg.*] Quæ reddit unicuique, quod ſuum eſt. Animi libertas, tribuens unicuique ſuam propriam dignitatem: majori reverentiam, pari concordiam, minori diſciplinam, DEO obedientiam, ſibi ſanctimoniam, inimico patientiam, egeno operoſam miſericordiam. (*Anſel.*) Pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. (*Cypr.*) Omnium virtutum cauſa, atque ſentina. (*Cic.*) Virtus excellentiſſima. [*Idem.*] Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ: ſinè quâ nihil eſſe poteſt laudabile. (*Idem.*) Cui ineſt ſplendor virtutis maximus: ex quâ boni viri nominantur; hujus primum munus eſt, ut nè cui quis noceat, non laceſſitus injuriâ deinde ut com-

munibus pro communibus utatur, privatis autem ut ſuis. [*Idem.*] Cujus ſplendorem pulchritudinemque nemo non admiratur. [*Idem.*] Cujus regula ità tenenda eſt, & reverentia diſciplinæ ejus, ne nimiâ negligentiæ communitate deſpecta vileſcat, neque ſeveriori atrocitate durata, gratiam humanæ amabilitatis amittat. [*Sen.*] Sinè quâ vivere inter nos, id eſt, in ſocietate non licet: nam vinculum eſt, & ut ſic dicam, coagulum; ſolve, diſſipamur, & ut feræ ſolitariæ vagamur. (*Lips.*) Felicitas regnorum, & ſtatuum. [*Idem.*] Juſtitia, eſt Regina virtutum, decus morum, limes operum, imperatrix omnium. (*Alan. de R.*) Sinè juſtitia omnia ſunt mera tyrannis. Beata ergò regna, ubi regnat juſtitia. (*Idem.*) Juſtitia in alto quodam ſuggeſtu locata videt, exploratque omnia. (*Idem.*) Multi ſunt Juſtitiæ rectores, ſed pauci Juſtitiæ amatores. (*Aug.*) O ſancta laudabilisque juſtitia, ſub te, & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat, & ſecuritas, dignitas per te floret. (*Idem.*) Tolle Juſtitiam, & peribit Mundus: ubi juſtitia non eſt, iniquitas dominatur, ibi cædes & rapina, furta, homicidia, timor & anguſtiæ, ſecuritas nulla. [*Bruno.*]

SIMILITUDO. Ut in cytharâ ſi vel unica fides diſcrepat, concentus, & harmonia tota perit: Sic Juſtitia, ſi in uno aliquo delinquat. [*Lips.*]

JUSTUS. Gerecht. *Juſte.*

SYN. Æquus, rectus, innocens, pius. PHR. Æqui obſervantiſſimus. Juſtitiæ cultor. Fungens officiis juſtitiæ. Utens æquitate. Ornatus juſtitiâ. Diligens, amans Æquitatem: Rationem Æquitatis habens. Æquum ſe præbens. Vivens ſanctè, graviter, honeſtè. Non diſcedens transverſum unguem à rectâ conſcientiâ, *vel* Æquitate. Unus omnium juſtiſſimus. Omnium ætatis ſuæ juſtiſſimus. Qui eſt

inſigni

ìnſigni incorruptâque Æquitate. Qui ducitur Æquitate. Juſtitiâ juſtior. Faciliùs à curſu ſuo ſol, quàm hic ab Æquitate averti poſſet. Qui virtutem eam, quam non ſinè causâ Majores ſapientiſſimi viri Virginem ſemper eſſe dixerunt, ab omni corruptelâ caſtam atq; integram conſervat. Nemo juſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egeſtatem timeri, aut qui ea, quæ his ſunt contraria, Æquitati anteponit. [*Cic.*]

AMPLIFICAT. In ſummo iſto patriæ tribunali, quaſi clavum juſtitiæ tenes. Tenes autem ita, ut, quod admirabile, in tam variâ & diffusâ jurisdictione effugeris, non ſolùm querelas bonorum, ſed etiam calumnias improborum, &c. Juſtitiæ non excedis. Jubet illa ſententias æqualiter promere; tu promis; premere noxios, tegere innocentes? tu facis. Nec unquam ſalutarem dextram tuam, aut bonis defuiſſe, ſenſimus malis adfuiſſe. (*Lips.*) Quem non propinquitatis vinculum, non neceſſitudinum conjunctio, non amicitiarum conſuetudo, non munerum corruptela, non terrores aut minæ principum, non denique, quod ait egregius ille Poëta, ſi fractus illabatur orbis, poſſit à recto dimovere.

L.

LABOR. Arbeit. *Travail.*

SYN. Opera, *a.* Opus, ſudor, *vel* contentio, conatus, vigiliæ, aſſiduitas. ADJU. Alienus â noſtrâ ætate, & dignitate, aſſiduus, & quotidianus, continuatus, certus, *multi, clari, & nobilitati*, gravior, *medii, vitæ tolerabiles*, conſequens, *diuturni, nocturnique duri*, domeſticus, glorioſus, incredibilis, ma-

jor, extremus, facilis jucundus, maximus, forenſis, *glorioſi prætorii*, ſummus, illiberalis, inanis, imperatorius, tum infinitus, tum puerilis; injucundus, levis, magnus, parvus, ſuperior induſtriâ, tantus, verus, juſtus atque honeſtus, *magni*, *ſummi*, *maximi*, militaris, minor, multus aut magnus, minimè neceſſarius, *nocturni*, *otioſi*, operoſus & moleſtus, *patibiles*, plurimus, priſtinus *qnotidiani*, *reliqui*, *tanti*, *veteres*, utilis, mihi non neceſſarius [*Ex Cic.*] Solicitus, inſomnis. PHR. Labor corporis. Contentio animi. Operoſus labor. Laborioſa opera. Opus operoſum, difficile, arduum, laborioſum multi loboris, magnæ difficultatis, non parvi negotii: quòd habet difficultatis, laboris, negotii plurimum. Laborioſum ſpiſſumque opus.

Mein Arbeit im Lehren / iſt endlich vollend. *Mon travail a enſeigner la Philoſophie eſt enfi fini.* Tandem aliquando divini favoris aurâ mei ingenii & linguævelis afflante, veſtræ diligentiæ remigio propellente naviculam, nobis omnibus magiſtro ſtrenuam operam ſtudiumque navantibus, ſcopuloſis è cotibus, aſperisque ſaxis difficultatum (Philoſophicarum) ſinè tempeſtate, ſinè jacturâ, ſinè nauſeâ interpretationis meæ labor, & functio muneris enavigabit. * **Ihr geht wiederum zur Arbeit.** *Vous retournez au travail.*

AMPLIFIC. Omninò omnes clari & nobilitati labores contemnendo fiunt etiam tolerabiliores. * Docendi labor difficilis, ſed labori ſua laus, ſuum decus, ſuum pretium eſt. * Ruſtici laboribus à divina providentiâ demandatis: laboribus, quibus omnia bona venduntur, quibus omnia difficilia vincuntur, intrepidè invigilant. * Quocunque oculos meos converto, vel laboris me nobilitas opprimit, vel ſuavitas aures obtundit, vel utilitas aciem mihi mentis perſtringit, vel ſplendor radiis ſuis hebetat, vel magni-

Digitized by Google

magnitudo intelligentiæ meæ caliginem offundit, cujus vi & virtute effectum est, ut inchoata perpoliantur, artes vigeant, floreant linguæ. * Quidquid vel terra alit nobile, vel sui videt insigne, vel DEUS fabricatus est egregium, à labore è tenebris in lucem est vindicatum, & ex industriâ emanavit. * Labor ità suopte ingenio honestus & pulcher est, ut, etiamsi nihil pariat, sit expetendus, & in eo deficere, atque etiam minuere, videatur esse glorioſum: sed cùm fœcundus est ipse, tum etiam salutaris, Parens est honoris satorque virtutum, & exiguum ac breve curriculum vitæ, immutabilis æternitatis gloriâ fructus compensat. * Labor fit assuetudine levior, nec compensatur tantùm boni adeptione, sed etiam spe adispiscendi. Ut qui eum recusat, seipsum stultitiæ nequitiæque condemnet, tanquàm sit bonis omnibus indignus; cùm quidquid est ubique boni, nonnisi hâc mercede comparetur. *; Incredibile dictu, quid labor etiam in mediocri possit, quo magnis in magno. Nihil labore aut ad eruditionis opes efficacius, aut ad virtutum gazas præstantius, aut ad vitiorum fibras eradicandas nervosius, aut denique ad gloriam comparandam clarius. Non illud ignotum est, sinè labore nihil acquiri, quod jucundum diu esse possit: ex acquisitis rebus eò majorem percipi lætitiam, quo magis fuerit in earum adeptione elaboratum. * Homo omnes laboris industriæque nervos intendere debet, dum nihil, in quamcunque partem mentis meæ vim intelligentiæque notionem infixerim, vel feliciter ad humani generis utilitatem inventum, vel suaviter ad voluptatem adscitum, vel cumulatè ad decus perfectum video, quod non labor in penitissimis naturæ recessibus priùs reconditum in lucem eruerit.

SENTENTIÆ. Labore comedes ex eâ, cunctis diebus vitæ tuæ. (*Gen.* 9.) Homo nascitur ad laborem,

[*Job. 5.*] Labor arrha eſt in poſterum lætitiæ. Labor antecedens obſonat gaudia ſuccedentia. (*Nier.*) Labor eſt magna commendatio virtutis, fides ſapientiæ, character virorum, præſidium vitæ, æmulator muneris angelici, cuſtodit nos, & docet; ſupellex divinæ habitationis, vaticinium juſtitiæ: & ut plauſibile aliquid habeat ſenſus & opinio, auſpicium eſt fortunæ, penus gaudii, fœnus voluptatis, natalis dies immortalitatis, aquæductus famæ. (*Idem.*) Nulla vitæ portio inſula debet eſſe, ſed labore condita, & ſalubris. Nè laborem tranſitorium fugias, qui ſperas immobile bonum; Nè rejicias laborem fructuoſum virtutis: ſi hunc declines, in moleſtiorem incides. Commutare laborem poſſumus, non vitare. [*Idem.*] Si erudiri deſideras, en erudiam, elyſios politicum ducturus ad campos, in quibus tot labore ſudantes apiculas, quot demiſſionis violas, aliósque flores conſpicere licebit; è quibus una cæteras gemino, aut triplici bombo, velut buccino, ſub ortum ſolis ad laborem provocat, ad cujus muſſitationem ſingulæ confeſtim quà datâ portâ ruunt: aliæ flores invadunt, ſerpyllum expilant, thymum ſugunt, caſiam ebibunt, crocum exſorbent, & hæc ſpolia pedibus aggerunt; aliæ aquam ore, guttasque lanugine totius corporis comportant; aliæ domum ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ cibum comparant, nulli ferjari, nulli otiari eſt conceſſum; quin omnes ignavum pecus à foribus arcent. [*Flos.*] Genuinum hoc laborantis eſt ſymbolum, qui mavult inter induſtrias apiculas ad laborem incumbere, quàm cum fucis, & veſpis otioſus circumvolare, probè gnarus, mel ſapientiæ congregandum eſſe æſtate, quo fruatar hyeme; parandum juveni, quo utendum ſeni. Vivunt ſuo aliorumque commodo aquæ, quam diu in motu negotioſæ currunt; ubi deſides ſubſtiterint, ſtagnantes putreſcunt. Ferrum ab otio rubiginem, ab uſu ſplendorem accipit. Niſi à ventis iden-

tidem

tidem vitam aër desumat, invenena degenerat: ita pariter poliacistes quousque sub jugo laboris sudat, non è Pœneis Thessaliæ Tempe collectis eget herbis, sed sine Myrotheciis, & Malagmatis stabili floret valetudine. (*Scarlat.*) Omnia operantur in natura, monstrum igitur sit quiescere hominem, cujus gratiâ facta sunt omnia. Sanguine miles laurum vendicat: etsi quandóque laboris usum fata negent, aut invidia, attamen ipsos dolores labor mitigat, porrigitque honorem glorioſi nominis, si non publici muneris. Inter labores mortuus est Seneca, imò non mortuus, è cujus sudoribus germinat etiamnum fœcundiùs sapientia. Cum Vespasiano stantem quemlibet mori vellem, ut, qui erectus semper perfecit omnia in supremo etiam negotio non jacuerit; quam diu enim vita, ac status humanus supereſt, non deficit causa laborum, quibus de rudiori stipitis massa egredi, & in sublimi collocari cuipiam liceat. (*Anon.*) Vis desideriorum facit tolerantiam laborum. (*Aug.*) Quàm pudendum, & dolendum est, si delectat labor, ut fera capiatur, ut cuppa & sacculus impleatur, ut pila jaciatur; & non delectat, ut DEUS acquiratur. (*Idem.*] Omnis labor non amantibus gravis est. [*Idem.*] Labor nullus, Amor magnus. [*Idem.*] Qui in labore hominum non sunt, in labore Dæmonum profectò erunt. [*Bern.*] Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. (*Hier.*) Laboris desidiâ insolescit hostis sævitia. [*Chryſost.*] Generosos animos labor nutrit. [*Sen.*]

SIMILITUD. Ut Rosa, flos unus omnium longè gratissimus, de spinis nascitur: Sic è tristibus & asperis laboribus fructus capitur jucundissimus. [*Blut.*] Plantæ mediocri aquâ aluntur, immodica suffocantur: Sic Animus moderatis laboribus adjuvatur, immoderatis obruitur. [*Idem.*]

LABORARE. Arbeiten. *Travaillier.*

SYN. Operari desudare elaborare. ADV. Æquè ut, præcipuè *pro salute*, graviter *ex intestinis*, livius, ex insciția, magnopere, mediocriter, non ita valde, proximè atque valde, vehementer. [*Ex Cic.*] PHR. Contendere laborem. Suscipere opus. Multum in opere. Magnis laboribus frangi. Impensam laboris agere in aliquem operam. Opus facere. In opus incumbere. Operæ incumbere. Operam navare. In aliquâ re elaborare, operam ponere, consumere laborem & operam: curam operam, diligentiamque suam ponere. Alicui rei operam dare. In aliquam rem conferre studium & operam. Ad aliquid incumbere, laborem conferre. Múlto sudore ac labore facere aliquid. Consumere multum operæ ac laboris in aliquâ re. Impendere magnum laborem in aliquam rem. Sustinere magnum laborem in aliquâ re faciendâ. In re aliquâ plurimùm laborare, elaborare, sudare, desudare. Summos labores exantlare. Herculeos sustinere labores. Ferre, excipere, subire, obire, perferre, tolerare. Laboribus se frangere. In laboribus se exercere. Perfungi magnis laboribus. ✱ Arbeitsam. *Laborieux.* Ad labores impiger. Apueris duritiæ & labori studens. Laboriosus, onerosus, labori deditus, in laboribus patiens. Qui non vacuus & otiosus, in sinuatisque manibus ambulat: Sed oppidò, consueto labore vitæ suæ, prospicit, & aliquid cibatui parat. Ich hab eine grosse Arbeit vor. *Je travaille à un grand ouvrage.* Magnum opus in manibus habeo. Ich arbeite stets. *Je travaille Incessament.* Nulla mihi est à labore vacatio. Nullam à labore vacationem habeo. Operi insto. Opus perpetuo, *vel* perpetuum facio.

Arbeiten im Weingart. *Travailler à la vigne.* Vinitorium opus facere. Vinetis operam navare. Vineas cole-

colere, Vinitoriæ operæ incumbere; In Seyden. *En Soye.* Serici textilis caput facere, In irrden Geſchirr. *En Poterie.* Figlinum opus facere, &c. Ein wohlgearbeites Werck. *Un ouvrage bien travaillé.* Opus elaboratum, expolitum, excultum, perfectum. Scitè elaboratum, ſingulari artificio perfectum; operâ mirabili perfectum, eleganter expolitum. * Sich befleiſſen. *Faire tout ſon poſſible.* Operam navare. Ponere multum operæ in aliquâ re. Omnem operam, induſtriam cogitationem, mentem denique omnem in Milonis conſulato fixit. Nec mediocrem in eo ſtudio operam conſumpſimus. Operæ ego non parco meæ. Adhibere multum ſtudii ad dicendum. Omne ſtudium atque ingenium contulit Archias ad populi Rom. gloriam laudemque celebrandum. Hoc magno ſtudio agebat Cæſar. Ad ea patranda omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur. Diſſenſionem naſcentem extingvi ſummè ſtudii. Ad hanc rem adhibeas neceſſe eſt omnem rationem & curam & laborem, conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Earum rerum fruſtra ſuſcipiebatur labor. Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. Impendere laborem ad incertum caſum. Conſumere multum laboris ac operæ in aliquâ re. Omnibus viribus opibusque elaborandum eſt. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut perficias. Ponere totum animum atque omnem curam operam diligentiamque in aliquo negotio. Magnum opus, ſed dignum, in quo omnes nervos ætatis induſtriæque meæ contenderem. Adeo digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos. Planè ſic contende omnibus nervis ac facultatibus. Plerique in hoc vires exercent ſuas. Summâ ope deniti. Nihil remiſſum ab ullâ parte aut laboris. Omnibus meis facultatibus enitendum mihi eſt. Te hortor, ut in Remp. omni cogitatione curaque incumbas. Nunc

totâ mente incumbe in hanc curam. Incumbe toto animo ac ſtudio omni in eam curam. Incumbe toto pectore ad laudem. Nunquam conquieſcam, neque defatigabor, antequam percepero. Multum deſudare, atque elaborare in aliquâ re. Totus & mente & animo in bellum Trevirorum inſiſtit Cæſar. At nil virtus inexpertum omittit. Quem ego credo, manibus, pedibusque obnixè omnia facturum. Satis diu hoc jam ſaxum volvo. Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Nullum tempus laboris vacuum ſibi dare. Nihil ad celeritatem ſibi reliqui fecerunt. Multis ſæpè conatibus captis, ut ... Ad ſolicitudinem ſuam Præſes Provinciæ revocet. Omnibus modis agere. Solicitè agere, ut .. Omnem me rationem adhibere ſubveniendis pupillis liquere omnibus volo.

LACHRYMARI. Weinen. *Pleurer.*

SYN. Lacrymare, collacrimari, flere, plorare, complorare. ADV. Acerbè, vehementer, uberius, parciùs, multo ſæpius. PHR. Lacrymas fundere, effundere, profundere. Acerbos ploratus edere. Magnam vim lacrymarum mittere, fundere. Erumpere in uberes lacrymas. Lacrymis diffluere. In lacrymas effundi, effluere, defluere. Se lamentis muliebriter dedere. * Ich weine ſtäts. *Je ne fais, que pleurer.* Conficior lacrymis, ſic ut ferre non poſſim. Lacrymas tenere nequeo. Finem lacrymis nullum impono. Nullum facio lugendi finem. Lacrymis nunquam abſtineo. Magnam lacrymarum vim omni tempore effundo, profundo. Lacrymis me totum dedi. Uberrimus meus eſt fletus. Luctu conſumor, contabeſco. Totus in luctu verſor. Aſſiduè fluunt ex oculis lacrymæ. Perdunt me lacrymæ. * Er beweint den Todt ſeiner Eltern. *Il pleure la mort de ſes parens.* Parentum mortem deplorat, complorat, deflet, luget, deplo-

ratio-

ratione prosequitur. * **Aus Mitleyden weinen.** *Pleurer de compassion.* Alienæ calamitati illacrymari. Alienum casum collacrymari, deflere, lugere, deplorare, dolere, lamentari. Ad alienum malum illacrymari, collacrymari. De alieno casu lugere. * **Einen weinen machen.** *Faire pleurer quelqu'vn.* Alicui fletum movere, excitare, excire. Alicui lacrymas excutere, elicere, exprimere, afferre. Cogere aliquem lamentari ac flere. Impellere aliquem ad lacrymandum. Lapides flere, ac lamentari coëgisset: **Er beweint den Unfall seines Vatters.** *Il pleur le malheur de son pere.* Patris sui dolet vicem. Flet de casu patris. Illius calamitatem, adversum casum eluget, luget, deplorat, deflet, * Ad me plorabundus venit. In illâ domo valdè comploratur, fletur, ploratur. Totâ urbe fit fletus. Quid frustra meis opploras auribus; cùm nihil opis à me possis exspectare? Plorando fessus sum. Statim atque illius rei recordatio subit animum, illicò lacrymæ erumpunt, oboriuntur, effluunt. Gaudio, *vel.* præ gaudio manant ex omnium oculis lacrymæ. Lacrymis manantibus. Oboriuntur illi lacrymæ. Non queo reliqua scribere (tanta vis lacrymarum est) nè te in eundem fletum adducam. Quas epistolas ego lacrymis prope delevi. Lacrymæ se subitò prodiderunt. Quæ fletu reprimor, nè scribam. Fletus ab omni turbâ mulierum ortus, & comploratio sui patriæq; fregêre tantum virum. Cum lamentabilis eum mulierum comploratio excepisset. Manare omnibus gaudio lacrymæ; adeò ut ipsum quoque confunderent dicentem. Non diu tamen lacrymis indulsi. Lacrymis ubertim manantibus. Elicitæ gaudio lacrymæ. Vix præ fletu usurpata consalutatio. Cum aliquid lacrymarum affectus effuderit, &, ut ita dicam, despumaverit. Totos efflevit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tandem cœcitas clausit. Per immobiles ante vultus fletus cucurrit.

currit. Cum diu cohibitæ lacrymæ vincerent, prorumperentque. Vidimus humeſcentes oculos tuos, Diffletis penè oculis ſuis. Lacrymis rurſum promicantibus. Profuſus in lacrymas. Largus lacrymarum. Lacrymas excutiunt mihi. Quin fles? Puniceos oculos habeo; non queo lacrymas exorare, ut exſpuant unam modò. Ut præ lætitiâ lacrymæ præſiliant mihi. Homini illicò lacrymæ cadunt. Perquàm flebiliter Ulyſſes lamentatur. Filiæ meæ fletus aſſiduus, ſordesque lugebres. Lacrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti, profudiſti. * **Die Thränen einhalten.** *Tenir les larmes.* Lacrymas tenere, continere, reprimere, comprimere, cohibere, compeſcere. Premo interim gemitus meos, & introrſus erumpentes lacrymas ago.

AMPLIFIC. Extábeſcite jam in lacrymas oculi; quando divini corporis nives, prodigioſi furoris æſtu ſolvuntur in ſanguinem. * Tantum illa lamentorum dedit, ut nullum ſcopulum non talibus querelis mitigaturam fuiſſe arbitrer, nihil tamen ad omnia iſta barbari latrones movebantur. * Miſera puella, omnibus velut frenis planctui atque doloribus immiſis, multum lacrymarum oculis depluit, triſtificis gemitibus ærumnabile pectus ſuum concuſſit. * Ite, ite vos ſaltem ex iſtis oculis viceriæ lacrymæ: Novus, è vobis ſurgat, & exundet oceanus, & quia hucusque in vobis natare non didici, me precor obruite. Hic me naufragum malo, quàm natatorem. * Lacrymis & lamentis ſuis quotidiè duriſſimas petrarum cautes ferasque ſylveſtres planctibus inſtando ſuis admollire ſatagebat. * Audimus, ut lamentatio trudat lamentationem. Luna percipit per noctem & condolendo expalleſcit; Sol animadvertit per diem, & expalleſcendo condolet. * O quis oculis noſtris cordolio inarefactis lacrymarum ſuppeditabit Oceanum, ut lugeant in conſpectu Domini?

Qua

Qua labiis noſtris miſerabili fato circumtremiſcentibus querelarum dabit fontem, ut ebulliendo penetret nubes cœli? * Qui de Martyrum cruciatibus acerbiſſimis, & maximè Chriſti Principis Martyrum atrociſſima nece diſſerentes, tanquam è fontibus uberrimos ex oculis educunt rivulos lacrymarum. * Quærimur homines ſæpè de malis publicis, fateor: nec alius tam communis dolor, & ut ſic dixerim, magis in frontem incurrens. Sed ſi propius examinas, reperies plerumque diſcidium linguæ & cordis. Ambitioſa illa verba ſunt; Movet me clades Patriæ, non vera: in labris nata; non in fibris. [*Lips.*] Nè plores, formoſiſſima, viſcera mihi mea lancinant lacrymæ iſtæ tuæ, tam miſerabiles. Deterge ocellos tuos, & lacrymas deſicca, conſolationem admitte mœrori tuo. Nè induas te luctuoſis veſtimentis, nè excedas modum planctibus, neque dolorum vehementiam penitiori animo admittas. Quippe in domo hâc meâ non eſt tolerabilis major æquo, aut nimius ſui, planctus. * O Lacrymæ! Vos eſtis mutæ linguæ, ſudores Animæ pretioſæ Margaritæ. O Lacrymæ! Vos eſtis cordis vapores, & oculorum rores. O Lacrymæ! Vos eſtis affectuum ſtillicidia, & amoris tributa. O Lacrymæ! Vos eſtis doloris filiæ, & rivuli miſericordiæ. Certè amoroſus oculus habet loquax ſilentium, & flens pupilla eſt lingua, & palpebræ ſunt labia, & dentes ſunt cilia, & planctus loquela. * Lacrymæ ſunt ſtillicidia miſericordiæ, quæ ad fornaculum Amoris DEI eliquant devotæ Animæ: Sunt Aquæ pretioſæ, in quibus cum omni affectu navigant illæ ad eum. Sunt guttulæ roriræ, in quibus efformari volunt Iridem à Sole Juſtitiæ. Sunt inæſtimabiles gemmulæ, quas tanquàm tributum ſubjecti ſui cordis ei offerunt.

Vix in præsepe reclinatus, hoc est, virtutis in solium depositus Sol, geminis ex oculorum nubeculis in nimbos dissolvitur; Quisquis & lacrymas ex corde nasci dixit, & Solem Cœli Cor appellavit; dabit omnino, Solis nostri lacrymas ex ipsâ Amoris sede natas, in felicitatis nostræ tributum promanare. Quare, si una Saturni lacryma per fabularum mendacia excrevit in mare, una lacrymantis JESU guttula ampliſſimum dabit Oceanum; quo vel ad optatiſſimum portum dubitantes provehamur, vel nostra naufragium passa impietas fluctibus involuta submergatur. Si lacrymæ sunt vivum animi argentum; pretium hoc nostris emendis cordibus DEUS deponet. Si lacrymæ sunt lac pupillarum, tenellos adhuc animos nostros ad maturitatem nutriturus Infans DEUS, hujus lactis irriguos nimbos ad satietatem suppeditabit. Si lacrymæ sunt vivi fontes, pessimo ardori nostro extinguendo subservient. Si lacrymæ sunt vel affectuum, vel cordis stillicidia: vel cor, vel affectus suas per stillas in nos effusurus puellus oculorum canales reserabit. Si lacrymæ sunt funebribus cadaverum Justis debitum tributum; abluendis erratorum nostrorum cadaveribus balneum puelli fletus ministrabunt. Si lacrymæ sunt interiorum pectoris viscerum vapores; in nostra jam sese corda evaporaturus infans, totus abibit in vapores. Si denique lacrymæ falsæ sunt; valebunt ad amoris sitim immortalibus animis accendendam.

At lacrymas tamen vagientis infantuli, quæ in mare affectuum excreverunt, non possum præterire. Jam enim, nisi inhumanâ prorsus laboremus obstinatione, intrabunt aquæ usque ad animas nostras. Videtis illas in plusquam Angelico vultu turgentes, & filias doloris dicitis, quibus depravati mundi scelera deplorantur; sed addite etiam suas esse Amori lacrymas, in quas se sponte distillat, ut transfluat in amatum

cùm. Dicitis eas genarum pretioſas eſſe gemmas, quibus ſpecioſus ſormâ præ filiis hominum adornatur. Sed addite; ſi Cleopatræ una gemma cor Antonii emollivit, unam ſufficere Chriſti gemmam, ut rigidum irati DEI pedus emolliatur. Dicitis eas lac pupillarum, quod Amori utpote infanti in cibum exhibetur; ſed addite; unam hujus guttam pluſquam Poppææ dolia ad noſtram munditiem inſervire. Dicitis eas cum Ariſtotele, ſudorem eſſe, quem fatigato ab itineribus æternitatis DEO laſſitudo extorquet; ſed addite; huic mercedem eſſe Patris benevolentiam. Dicitis eas ſtillicidia affectuum, quæ amoris coquente flammâ diſtillantur; ſed addite; ſi gutta cavat lapidem, lapidea quoque hominum corda his ſtillicidiis excavanda. Dicitis eas vapores viſcerum DEI ſeſe in hominem eliquantis; ſed addite; hos ipſos vapores nubem moliri, quâ Duce in terram promiſſionis dirigamur. Dicitis eas diluvium Divinæ Miſericordiæ, quod ſcelerum noſtrorum univerſitatem demergit; ſed addite; eo etiam cordium noſtrorum arcas cœlo propinquiores elevari. Dicitis eas eſſe nubeculas, quibus gemini oculorum Soles ad amicum aſpectum refringuntur, ſed addite; roſcidas eſſe nubes, quibus amœniſſima Iris imprimitur.

Ut peccatorum noſtrorum ſordes eluerentur, totus DEUS, qui totus eſt oculus, debuit illachrymari. O Sanguis! ô Lacrymæ! Qui lacrymas dicit potentiſſimas Oratrices; noſtram taxavit duritiem animorum; qui iis necdum, ab iniquitatis via ut recedamus, perſuademur. Qui gemmas appellavit, tuam munificentiſſime JEſu prodigam liberalitatem depinxit; qui pro terræ vermiculis etiam gemmas expendiſti. Qui argentum vivum eas nominavit: animarum noſtrarum pretium expreſſit, quæ eo argento fuerunt redemptæ. Qui ſtillas cordis dixit; tuum, amantiſſime JESU, in nos amorem delineavit, qui

ut

ut totus diffleres, in ſtillas abiiſti. Qui pluvias Amoris vacavit, ſterilitatem noſtram coarguit, qui his deſtituti pluviis jacuimus infœcundi. Qui doloris filias appellavit, peccatorum noſtrorum vim, & pondus ob oculos poſuit, quæ etiam DEO dolorem imprimere potuerunt. Qui affectuum nuncias, & animorum interpretes aſſeruit, noſtram increpuit ſurditatem, qui tot nuntias necdum exaudivimus. O Sanguis! ô Lacrymæ! ubi nunc eſt Magdalena, quæ Domini pedibus aſſidere aſſueta lacrymas detergebat? ades pientiſſima anima, ut lacrymas tui Magiſtri colligas: affer vaſa illa ſuis jam aromatibus vacua, quæ in Phariſæi ædibus effudiſti, ut meliori balſamo impleantur. Hæc enim Arbor vitæ primas, Virgineasque ſalutis guttas diſtillat; quas ut faciliùs, colligas, en tibi Academici omnes corda porrigimus in ſpongias. Utinam mergamur toti! ut vel ſic ſalubtiter erubeſcamus.

SENTENTIÆ. Piis eſt affectibus quædam etiam flendi voluptas: & plerumque gravis lacrymis evaporat dolor. (*Ambr.*) Ipſæ dulces ſunt lacrymæ, ipſi fletus jucundi, quibus reſtinguitur ardor animi, & quaſi relaxatus evaporat affectus. (*Idem.*) Lacrymæ tacitæ quodammodò preces ſunt; veniam non poſtulant, & merentur: cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur. (*Idem.*) Quia poſt baptiſmum inquinamus vitam, baptizemus in lacrymis conſcientiam. Inquinati poſt aquam ſalutis, renaſcamur in lacrymis. (*Idem.*) Dulciores ſunt lacrymæ orantium, quàm gaudia vanitatum. (*Aug.*) Vivæ conſolationis & lætitiæ teſtes & nuntii ſunt ſuſpiria & lacrymæ. [*Id.*] Lacryma ſancta motus illicitos extinguit, Paradiſum aperit, Infernum claudit. [*Idem.*] O felix Lacryma! Tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ evomis. O Aqua ſalutaris! Per quam omne peccatum deſtruitur.

rur. O Vita! per quam ad Paradiſum gradimur. O ſpirituale conductum! per quod de invio ad viam tranſitur. O felix lavacrum Lacrymarum! quod toties vales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum. Hæc eſt herba cæleſtis illius Fullonis, quâ veſtes ſervorum ſuorum deturpatas à ſorde quotidie purgat. Hoc eſt cæleſte nitrum, quod de rore divinæ gratiæ confectum, abſtergit maculas peccatorum. Hoc eſt lixivium, quo interioris hominis caput optimè abluitur. [*Idem.*] Fieri non poteſt, ut filius lacrymarum pereat. [*Idem.*] Lacrymæ pœnitentium vinum Angelorum ſunt. [*Bern.*] O humilis lacryma! tua eſt potentia, tuum eſt regnum: tribunal Judicis non vereris, accuſatoribus confundentium te imponis ſilentium. Non eſt, qui te accedere vetet, nec vacua redis: magis affligis diabolum, quam Infernale ſupplicium; tu vincis invincibilem, & ligas omnipotentem. (*Dion. Carth.*) Lacrymæ pondera vocis habent: impetrant, non ſupplicant. [*Glos. int.*] Lacrymæ ſunt, quæ pœnitentiam armant, indulgentiam provocant, cœlum pulſant, crimina delent, & conſcientiam degravant. (*Chryſoſt.*) Rogum peccatorum jam extinguimus, non aquis multis, ſed parvis cum lacrymis. (*Idem.*) Balneum bonum eſt Animæ, Orationis Lacryma. [*Nilus.*] Lacryma naufragium eſt vitiorum, portuſque naufragorum. (*Petr. Cell.*) Sathan tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam, quàm peccatoris Lacrymam. [*Idem.*] Lacrymæ ſunt inſœderandâ inter DEUM & homines pace ſequeſtres. (*Petr. Dam.*) Plerumque omnis dolor per lacrymas effluit. [*Sen.*] Lacryma eſt indicium in optatæ rei. [*Idem.*] Lacrymæ pignora ſunt nolentium; & repugnantis animi, vultûs indices. [*Idem.*] Viæ humanæ primitiæ fletus eſt. [*Nier*] Lacrymæ ſunt grariſſima amoris ceremonia. [*Idem.*] Vera voluptas Lacrymarum eſt proles. [*Theſaur.*] Amantis Lacrymæ eò ſua-

ſuaviores, quò amariores. (*Haineufe.*) Lacrymarum deſcenſus aſcenſus eſt: quò eſt deſcenſus celerior, eſt aſcenſus velocior. (*Idem.*) Lacryma Paſſionis CHRISTI Vicaria. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Sicut Sol poſt pluviam clarior fulget: Sic CHRISTUS poſt irrigationem lacrymarum benignior apparet. (*Hugo V.*)

LÆTUS. Freudig. *Joyeux.*

SYN. Hilaris, *vel* hilarus, alacer. Phr. Lætanti animo; bono animo. Alacri & erecto animo.

AMPLIFICAT. Quieſcentis fortuna Belgii, & pactarum nuper induciarum vis ab ullo ſperata conditio, quanto gaudio ſingulorum animos recreavit, magis eſt omnium manifeſtare, quàm unius communem Patriæ ſenſum aperire: dicere tamen illud auſim, tantam ad hoc gaudium novæ lætitiæ factam eſſe acceſſionem: dum ut impares omnino ſenſus gaudii magnitudine corruant & opprimantur. * Quis enim ullâ vi copiâque dictionis aſſequatur utriusque regni concitatos amores, & geſtientibus agitatam animis lætitiam? male hodiè aut non omninò Pyrenæi montes à Francis ſeparant Hiſpanos, evolant ac transvolant animi, dumque Reges affinitate conjunguntur, affectu populi coaleſcunt. Nec Hiſpani tantum & Franci gaudium hoc habent; in ſocietatem ſeſe tot nationes aliæ adjungunt factæ gaudii participes, quot ab Eccleſiâ nondum receſſerunt, & hos, Eccleſiæ Regios filios ſemper amarunt. * Credo equidem, nam eſt aliquis poſt mortem ſenſus, ſentiunt immortales majorum veſtrorum cineres, quod ad lætitiam nimium penè perſentimus: gaudent etiam glorioſæ & omni ævo digniſſimæ animæ, quod à ſuâ ſtirpe vincantur: imò verò, ſi in hâc tantâ exultatione non eſt nefas ſecreta fatorum aperire, congratulantur ſibi in nepotibus ſuis, & in eorum ſponſalibus amplexantur poſt mor-

mortem affines, ſed tamen ſi adeſſe poſſent è Mauſolæis illis ſuis, & hanc lucem intueri, quam armorum fulmine terruerunt; ſi illos inter homines verſari, quod virtutis admiratione ſtupefactos reddiderunt, quis illis ſenſus eſſet, cùm hos ſuos nepotes, Reges & Principes auguſtiſſimos, non dexteras tantùm, ſed omnes etiam ſenſus ac mentes ſuas ita vinxiſſe, ut ſi fieri poteſt, tranſire invicem pectore ſuo deſiderarent, contemplarentur. * O muſtum pectus porrò lætitiâ lubentiâque: neque lubet, niſi gloriosè, quicquam proloqui: profectò amœnitates omnium venerum & venuſtatum affero, ripisque ſuperat mihi atque abundat pectus lætitia meum. V. GAUDERE. JUCUNDUS.

LATRO. Mörder. *Larron.*

SYN. Prædo, ſicarius, graſſator, excurſor, fur.
ADJU. Funeſtus, demens, paratiſſimus ad omnia, expeditus, perditus abjectusque, fortis, impurus, maleficus, ſceleratus atque egens, ſceleratiſſimus, teterrimus, impunè latrocinans, turpiſſimus: *amati, conſcelerati, fœdiſſimi, furentes, importuniſſimi, noti ac inſignes, nefarii, perditiſſimi, ſceleratiſſimi.* (*ExCic.*)
PHR. Qui in cæde, atque ex cæde vivit. Qui maleficio & ſcelere paſcitur. Archipirata ſpartacus. Qui egeſtatem & luxuriam domeſtico latrocinio ſuſtentat. Latrone inclyto prognatus, humano ſanguine nutritus, interque ipſos manipulos factionis educatus. Crudeliſſimus Latro, mucrone diſtricte paſſim cædibus operans.

AMPLIFICAT. Homines ſicati, ſagati, cincti undique gaudiis & ſclopis, vultu ſpirantes necem, voce frendentes minas, parati denique & expediti ad vim ipſo momento vel inferendam vel depellendam inſidiarum. * Latrones ex inſidiis hominem invaſerunt, & magno cum impetu equi freno arrepto; in terram

proſtraverunt : pedibus conculcarunt : crumenam & equum ſatis bonum & impigrum abripuerunt, multis tandem incuſſis vulneribus aufugerunt. * Vagatur toto mari infinita quædam latronum multitudo, piorum ſanguine cruenta, divitum ſpoliis onuſta : qui & ſemper ſuopte ingenio feroces, & tum maximè propter recentes victorias ſpe atque animis inflati, tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumpſerant, ut claſſem quidem omnem à ſe ſpiritu ipſo difflatum iri præſumant. * Egeſtate prætercunte latrones in ſylvis otiantur : At verò ad argenteas ſarcinas certatim convolant ? vectorem exonerant miſericordes, nè fortè ſuccumbat ; Væ marſupiis aurô gravidis. O quot obſtettices ad partum. * Video quosdam ſæviſſimos latrones aditum tentantes & domos januas cardinibus obtortis evellere geſtientes, clauſtriſque omnibus, quæ accuratiſſimè affixa fuerant, violenter evulſis, ſecum jam de inhabitantium otio deliberantes.

LAUDARE. Loben. *Louër.*

SYN. Commendare, dilaudare, collaudare, allaudare, prædicare, celebrare. ADV. Apertè, commodè, copioſè, diligentiſſimè, egregiè, graviter, impenſiùs, honorificentiſſimè, meritò, ornatiùs, planè, mirificè, nimis, valde, nominatim, privatim, publicè, rectè, veriſſimè, unicè, vehementer. [*Ex Cic.*] PHR. Laudem alicui tribuere, contribuere, impertire, *vel* impertiri. Multum tribuere laudi. Aliquem verbis efferre ; laudibus ad cœlum extollere, *vel* evehere, *vel* efferre ; laudibus ornare, honeſtare, decorare, illuſtrare, exornare, prædicare, efficere. Aliquem gloriâ & prædicatione efferre ; in cœlum tollere. In aliquem omnes laudes congerere. Cujuſpiam factâ oratione celebrare, dicendo perſequi, laudum præconiis extollere, laudum prædicationibus illuſtrare, omni laudum genere de-

co-

Digitized by Google

corare. Aliquem exquisitis laudibus exornare. Alicujus laudes prosequi, memorare, celebrare. Alicui laudem, *vel* præconium tribuêre. Exquisitô judicio virum verbis exquisitissimis laudare. In ore omnium atque laude versari. Omnium sermone celebrari. In æternâ laude versabuntur. Immortalem à Posteris laudem consequentur. Sempiternum illis præconium tribuetur. Ad eos æternus honor dignitasque circumfluet. Leviter illum aspersi laudibus. Ejus laudes strictim attigi. * Aliquem oratione suâ; quid dico oratione suâ? Suis, suis virtutum luminibus insigniter nobilitatum, non tam in auribus, quàm in Auditorum oculis collocare. Sacerdotii antiquitatem ab ultimâ Patrum memoriâ repetere, authoritatem ejus exprimere, majestatem depingere, denique alias atque alias laudes artis ingeniique sui coloribus perpolire. * **Ich werd deßwegen gelobt werden.** *On me louëra de cela.* Mihi hoc laudi dabitur, tribuetur, ducetur, vertetur, futurum est. Mihi id in laude ponetur. Ob id in magnâ laude ponar.

Er lobet ihn. *Il le loue.* Magnificè eum commendat. Magnificis eum laudibus afficit. Incredibili eum prosequitur laude. Suis laudibus in cœlum ipsum provehit. Multis laudum titulis cœlotenus effert, extollit. Maximis laudibus extollit, cupit efferre ac extollere. Tantùm abest, ut hominem damnet, ut summâ prosequatur laude. Insigni laude effert, & semper censuit efferendum. Insigniter eum probat, laudat & commendat. Non potuit hominem non vehementer commendare. Multijugis cumulat laudibus. Eum sua virtus laudibus fert in cœlum. Mactat honoribus, & laudatione ingenii cumulat. Laudibus innumeris hominem supra astra ferebat. Ejus laudes encomiis celebrat. Est suarum ipsius tibicen. Est ejus Encomiastes.

Digitized by Google

Sie loben dich alle. *Tout le monde vous loue.* In te laudis omnes extruunt acervos, & in te uno omnium diſciplinarum conſumatam conferunt gloriam. Omnes & tuam doctrinam & eruditionem admirantur, prædicant, atque in cœlum ferunt. Te omnes decus Campaniæ, te ſolem & Lunam faciunt & ſplendidiſſimis ornant titulis. In tuis virtutibus liberis velut habenis apertisque eloquentiæ campis expatiantur. Omnes tuæ virtutis perſuaſione ac eruditionis lepóre ducti, te laude multa dignum cenſent. Omnes ingenium tuum ſuſpiciunt, & doctrinam tuam ſingularem mirifici proſequuntur laudibus. Omnes ampliſſimum perfectæ laudis reddunt teſtimonium. Virtutis tuæ conſtans opinio in omnibus pectoribus vivit, omnium linguis celebratur. Omnes tuas virtutes unà cum vocis eloquio, vel immortali cantu ſacris impleant præconiis. Gratiæ plurimum & authoritatis apud omnes cepiſti. Tantæ in te conferuntur laudes, ut vix ullas feceris aliis reliquas. Publicæ famæ præconio commendaris. Nemo extat qui gratâ oratione tuas non cupiat celebrare laudes, Non niſi accuratis, magnaque & olei & ſomni jactura elucubratis veheris laudibus. Omnes tuo ingenio penè cœleſti, eruditioni ſingulari, judicio longè acerrimo, multum tribuunt. Tu ſemper publicæ famæ præconio es commendatus. Maxima ſunt tuarum laudum apud omnes præconia. Nusquam gentium non ſunt, qui tibi impensè favent, nec favent modò, verùm etiam te colunt. Omnes magis atque magis egregium tuum, ac prorſus Herocium exoſculantur animum. Candorem illum tuum libenter, ut debent, amplectuntur omnes, venerantur, exoſculantur. Te ob excellentem doctrinam omnes maximi faciunt, amant unicè, honorant, obſervant.

Ich wil dich loben. *Je vous te louerai.* Ipſe tui tubicen ero, & in efferendis laudibus tuis gloriabor.

bor. Nihil potiùs habiturus ſum, nihil mihi magis præcipuum ducam, quam te prædicare, tuum ingenium tum publicè, tùm privatim pleno ore efferre, & apertis (quod ajunt) tibiis palam decantare. Tua ſummoperè virtus, ingeniique dotes à me extollentur. Tantus ero tui admirator ingenii & gloriæ, quantus poterit eſſe alius quivis. Ad ingenii vires periclitandas te laudabo. Tuis certe favebo laudibus, omnique, ut ajunt, pede in te honeſtando conſiſtam. Laudes in te multas uno ore congeram. Te ſic invicem feram laudibus, ut par pari relatum cognoſcas. Vicisſitudinariam tibi rependam laudationem. Acerrimus, ego tuarum ero laudum propugnator, quanquam nondum militis functus officio. Homericam tuam Muſam miris in cœlum extollam laudibus. Implebo populum laudibus ac meritis tuis. Meum ſtudium erit, tuas encomiis celebrare laudes. Ubi gentium degam, quoquò proficiſcar, multus mihi in ore verſaberis. Tuas virtutes ubique locorum circumferam. Ego te ſemper meâ, quamlibet exiguâ prædicatione celebrabo. Tuam admirabilem doctrinam nunquam non extollam, & pro quodam numine adorandam jubebo. Te dicam hominem terrenum, ſed ignem de cœlo ſumptum. * **Ich kan dich nicht gnugſam loben.** *Je ne puis vous aſſez louer.* Dignis te efferre laudibus, omnis mei ingenii vis non poſſet. Quid meus ad laudum tuarum præconia lituus. Majores tubæ tuæ debentur laudi. Sunt plectro meliore canendæ. Æternum tuæ laudis præconium merito honore non valeo proſequi. Dignè merenterque tuas prædicare virtutes non noſtræ eſt opis. Non meo efficere poſſum præconio, ut claritati tuæ majus quippiam ſplendoris addatur. Tuas laudes modulatiori decantarem accentu, niſi ſubvererer, eas culpâ ingenii mei detexere. Tibi majora debeo, ad quæ nondum idoneus, his præludiis totâ mente & ingeniosis viribus me comparo.

Lobens werth. *Digne d'etre loué.* Nullo laudum genere non afficiendus. Dignis celebrandus encomiis. Non eſt illi debita laus præripienda. Laus tua neque intercidet unquam, neque intermorietur. Excelſo loco ſitæ ſunt ipſius laudes, quæ aliud tempus requirunt, ut commodiùs prædicantur. Præclara multa, & omni laude comulatiſſima in eo circumſpiciuntur. Eſt vir ſine præfatione publici honoris nunquam nominandus. Eſt vir, cujus laudes plerique omnes admirabundi extollunt. Neminem convenio (convenio autem plurimos) quin omnes eum maximis in cœlum efferant laudibus. Nemo extat, quin grata oratione ipſius cupiat celebrare laudes. Laudes hujus Viri ſunt dignis celebrandæ encomiis. Eſt publico præcone dignus. Dignus eſt publicis præconiis. Publicis præconiis celebrandus. Dignus cujus laudes doctiſſimi quique prædicent, decantent, buccinentur. Publicæ famæ præconio dignus eſt, quem omni laude ſuperior. Dignus eſt, quem omni laudum genere proſequantur omnes. Dignus, cui effuſiſſimè tribuantur honores & laudes. Dignus, cujus encomia decantent omnes. Publicis encomiis ejus ſunt prædicandæ virtutes. Dignus, qui eximiâ ornetur laude. Ampliſſimis eſt honeſtandus laudibus. Dignus, quem humaniſſimus quisque laudibus honeſtare cupiat. Inter illuſtriſſimorum hominum ſubſellia ornatiſſimus locus tuæ relictus eſt gloriæ. Omnes de eo honorificè loquuntur. Perfectæ laudis ampliſſimum teſtimonium ei reddunt omnes. Promeritus eſt, qui magnis ornetur encomiis. Eſt præclaris ornandus encomiis. Eum certatim laudant omnes. Multi tuum denique probi creduntur, qui eum maximè laudaverint. In eum laus omnis congeritur. In eum laudem congerunt & coacervant omnes. Eo uno laus omnis inferior eſt. Haud aliter laudari poteſt, niſi ut omnem illi laudem imparem eſſe fateamur. Homo eſt cœlitùs demiſſus, qui

nullâ

nullâ nisi cœlesti, & plusquam humana est celebrandus laude. Hunc hominem dubium est, morumné & probitatis, candorisque constantiæ, an ingenii magnâ admiremur laude.

AMPLIFIC. Exigentes vòptime ab obsequi parato filio debitum virtutum tuis commendationis tributum; commendandarum augusta rerum dignitas, quamvis invitum, cogit esse inobsequentem. Par in utroque scelus, sive loquar, sive sileam; ubi nec loqui licet sine irrogata laudatis rebus injuria; nec silere sine derogata virtutibus tuis debito laudationis splendore. Siluisse præstat, quàm loquendo virtutem sauciare. Sed & siluisse nefas est, cum nullum debeant magnæ virtutes Oratori facessere laborem. Et procurata verbis commendatio, & Imperatum à timore silentium occulta quædam detractionis est species. Ægrè maxima creduntur heroicæ mentis facinora; quæ magnificis aliquando verbis non intumescunt. Ægrè mortales supra limites elata creduntur opera, quibus admiratio nullum decrevit Panegyristen. Ut nemo alienis dictis est major; sic nemini suas impendit opes eloquentia; quàm cui suffragium tulerit magnitudo. Ut quemque sua facta honestant; sic facinorum quoque Solem umbra sequitur orationis. Equidem laudatus maximè est, qui fecit maxima: At vulgò tamen eum communis non eximet opinio, nisi sub amata demissionis nocte sepultum præmium eloquentiæ lumine illustretur. Mediata superstitiosè verba minoris virtutis sunt argumentum: negata rebus commendandis laudatio, est incitatæ ad gloriam virtutis repressio. Quid ergo? Loquarne cum injuriæ crimine? An cum detractionis nota silebo? Ubi alterutram in partem discedere prohibemur, abire in utramque non vetamur. Et loquendo silere, fas est, & loqui silendo. Sic in tuarum, Ignari, virtutum commendationem feratur oratio, ut silentii culpâ va-

cet: quâ si dixisse nihil videbor, ipsum silentium facundissimus erit tuarum laudum Panegyrista. Uberius enim illum com[illegible]ris, quem pro dignitate nunquam satis p[illegible]que inte[illegible]ommendare. * Affectata Heroum commen[illegible]s, quæ[illegible]tractionis, est species. Quæ vultui allinitur cer[illegible]ur. Peodem colore deformitatem prodit, quoad vetustatem pingit. Quidquid adscititiis indiget, suo deficit. Quæ procuratis ornatur sententiis virtus, vituperii subjicitur argumentis. Præcaria à Laudatoris suffragiò petita encomia, aut falsi sunt, mordacesque Fescenini aut deducta per continuas ironias vituperia.

Et quo exornando quantum vis licet indisertum oratorem citius vox, latera, tempus deficere possunt, quàm oratio. * Neque enim laudibus istius par esse possum ego infans, qui nulla injuria potuit commoveri, nullo labore dafatigari, nullis minis perterreri. Et certè debebatur tibi sanctissime [*NN.*] Sancti alicujus & eloquentis orario, alter Augustinus, alter Ambrosius virtutibus tuis: alter Chrysostomus: alter Naziancenus tuis laudibus debebatur. * Qui naturâ, dignitate, conditionisque majestate assurrexit, supra id omne, quod DEUS aut DEI Filius non est. * Cujus laudum maximarum torrens dicentem suâ multitudine transversum abripit, etsi artis præscriptio aliter ferret. * Eæ laudes, in quibus Petri, Pauli, Thomæ sic cedunt, ut excellat Joannes, atque sic excellit, ut solus vincat omnes, atque ita vincit, ut si audeant cum Joanne contendere, vel profectò arrogantiæ notâ aspergendi. * Hunc cùm dico, quicquid est aut in honore splendoris, aut in religione sanctitatis, aut in vita puritatis, aut in ingenio acuminis cum hujus nomine & notitione comprehendo. * Nihil hic esse nimium potest, ubi nulla satietas reperitur; nihil tædium, aut fastidium excitabit, ubi admirationem continua voluptas produxit. * Etenim

diffi-

difficile dictu est, difficilius judicatu, utrum Hyacinthus in rerum vulgo speciosarum contemptione fuerit admirabilior, an in conatu piè laudabiliter gerendarum. * Nunquam vivit ætas parentem nunquam videbunt anni consequentes virum, vel splendore & antiquitate gentis, vel sanctitate & innocentiâ morum, vel admirabili doctrina & exquisitissimâ optimarum artium cognitione, vel omni concentu consensuque laudis præstantiorem. * Quibus ille virtutibus ita excellens & mirabilis vivit, ut si hominem esse fateamur, hominem tamen maximum aut divinum. Et quomodo non admirationem orbis universi concitavit ille & cæterorum conditionem superando divinitatem hic quandam participaret in terris, cujus ortum felicissimum domus Austriacâ produxit. * Homo, in cujus summam laudem conspirant locus, tempus, populus, DEUS, Duces, atque ita conspirant, ut si DEUS laudem non servasset, non videretur providus; si non imposuisset populus; non videretur justus; si locus & tempus non nocuissent, non videretur facta ad normam; si non laudarent summi orbis Principes, non viderentur humani: sed cùm sint humani summi Principes, facta ad normam temptis & locus, populus justus, providus DEUS; maximam illi lauream nectunt, servant, imponunt, laudant omnes. * Cujus virtus currit suâ sponte, ac naturæ quodam impetu fertur ac proclivis labitur ad omnem laborem. * Quem hominem vulgari ore laudare penè piaculum est, sed in te, quod in Deorum simulachris facere homines è vulgo solent, imitabor, qui cùm eorum capita, redimere floribus propter altitudinem non possint, statuunt ad pedes coronas. Tu verò cum tuarum virtutum majestate omne fastigium humanum excesseris, patere tibi corollas illas & flosculos ad pedes fundi, vel potiùs nos nube impressos ori digito silere & te tantùm admirari. *

Qui-

Quibus te laudibus, quibus encomiis celebrabo? Non si me hercule Tulliana mihi adsit facundia, non si demosthenea eloquentia, ad præclarissimas tuas res gestas narrandas sufficerem. * Cicero est, de quo loquor: & quantum hoc est nomen? non hominis est, vel eloquentiæ nomen, sed non ego par ejus unquam laudi sum futurus, nisi quoque sim par ipsi. * Non est, Auditores, virium nostrarum, non est hujus infantiæ nostræ & imbecillitatis, quæ cogitatione & ingenio comprehendo, pari pro dignitate sermone manifestare. Et jam in me (fatebor enim) exhausta dicendi facultas; tot ac tantarum laudum ubertatem copiamque reformidat. Quid ergo? ubi exultare corroborata voce debeam; nunquid retinebo? * Quod cum satis admiratione complecti, ac prædicare rerum illa mirandarum procreatrix vetustas non posset, videretque eo perfectionis illum ascendisse, quo cæteri aspirare non auderent. * Si vitam ejus jejunium fuisse quoddam affirmavero, austerum & perpetuum, parum adhuc laudem ejus attingam, sed quæ tamen idipsum oratio pro dignitate satis explicabit? si humilitatem ejus non humili, sed alto sermone proponam, quantam obsecro rem dicam? maximam certè, atque illam, quæ cum omnes nefariorum spirituum artes refringat & per obstantes Dæmonum cuneos, laqueosque penetret in cœlum, nulla potest humana voce satis aperiri, & tamen illam operiendo adhuc in tantæ gloriæ fundamento sermonem omnem consumam.

Facile Elogii genus, dum ille qui laudatur totus Elogium est, dum est Orator sui etiam tacitus, dum ipsum nomen instar est Laudis, & dum profertur aut scribitur, Panegyricum facit. Tale est nomen tuum (NN.) quod *septem* ætates, *centum* Proavos & patrias laudes repræsentat, ac tuas. Latent sub eo nomine Majores tui, & aperent in te; videntur, dum aspiceris,

Digitized by Google

ceris, audiuntur, dum loqueris, laudantur, dum laudaris: appellat omnes nomen tuum, & ad vocem unam centum (*Salvagnii*) quasi toridem Echones respondent... Sed quid ego prosequor laudes alienas, malo dicere tuas: tametsi alienæ dici non debent, quas feciſti proprias. Vivunt in te majores tui, & tu in illis, redivivos facis, dum vivis; Colligis omnes intra te, & addis te illis: Majores tui sunt, nec Tu tamen eo minor. Omitto tamen externa omnia, etiam domesticam, & de tuo te laudo; nemo benè dives est alienis divitiis, hæc vera magnitudo est, magnum esse de suo. * Hæc omnium laudum maxima est, nolle laudari & laudabilem esse. * Vix unquàm alacrior ad scribendum accedere solitus sum; quàm, cum mihi Tu argumentum occurreres, experto non semel, facultate laudum tuarum urgeri difficultatem ingenii mei; & stylum acui cote materiæ. * Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in Cœlum vos debitis laudibus efferat. (*Cic.*)

LAUS. Lob. *Louange.*

SYN. Præconium, commendatio, gloria, splendor, decus, nomen, encomium, laudatio. ADJU. Admirabilis, æqua, æterna, aliena, inanis, amplior; non modò ampliſſima, ſed etiam minimâ; bellica, jucunda, illuſtris, non mediocris *dicendi*, perfecta, præcipua, ſingularis, veriſſima, clariſſima, antiquior, perennis, certa, communis, conſimilis, popularis, ſumma, divina atque immortalis, domeſtica, maxima, egregia, exigua, eximia, forenſis, illuſtris, magna & grata hominibus, militaris, nova, par atque eadem, gratiſſima, propria, una & propè maxima, magna & admirabilis, honeſta, magna & prope ſeneſcens, ſumma *dicendi*, ſatis idonea, immortalis, modica, infinita, jucundiſſima

ma & ingenua, magna & digna *aliquo*, oratoria, maxima & singularis, media, solida veraque, præclara atque divina, solida, tenuis, plana atque obscura, vera, falsa; *alienæ, minùs notæ, minusq; pervulgatæ; populares illustresq;*; *amplissimæ, domesticæ, assiduæ, veteres, innumerabiles, summæ, veræ propriæq;*; *unicæ*; *verissimæ & justissimæ.* [*Ex Cic.*] Magnificentissima. PHR. Propagatio nominis. Laus falsa & precibus expressa. Laus, quæ totius Orbis oras longè lateque pervagata, nullis terminis circumscribi, nullisque orationis finibus includi potest. Laudis oratio non confictæ ad vultum fuco meretricio pigmento oblinendum; sed ex ipsâ naturâ vel effluentes tanquam rivuli, vel efflorentes tanquàm rosulæ.

Er hat durch diese That ein grosses Lob erworben. *Il s' est acquis une grande loüange par cette action.* Summam ex illo facinore laudem tulit, retulit, reportavit, invenit, consecutus est, adeptus est, sibi peperit, sibi comparavit. * **Er hat in Verrichtung seines Ampts ein Lob davon getragen.** *Il s' acquitté de sa charge avec loüange.* Munus suum, egregiè, præclarè, cum laude gessit. In obeundo munere, summa ejus virtus enituit. * **Er hat ein ewiges Lob darvon getragen.** *Il s'est acquis une loüange immortelle.* Laudes illorum æquavit, quorum nomina, propter egregia facta, perpetuo vivent in animis hominum. Ejus vigebit memoria in omnes annos, multis testata expressaque recè factorum monumentis. Ejus memoriam, ob virtutum præclara facta excipiet ac tuebitur immortalitas. * **Du wirst um Desto mehr gelobt werden / als sich deine Feind bemühen dir zu schaden.** *Tu acquerras d' autant plus de loüange, que tes enemis s' efforceront de te nuire.* Quò plus ad te oppugnandum studii conferent inimici tui, eò major ad tuam existimationem fiet accessio, eò plus accedet ad tuam laudem, eò clariùs tuæ splendor dignitatis elu-

ce-

cebit ; *vel* , eluceſcet : eò magis augebitur , amplificabitur, extolletur, illuſtrabitur honor tuus ; eò ſublimiùs, tui gloria nominis aſcendet , efferetur, evehetur, extolletur : eò plus amplitudinis, dignitatis, gloriæ, laudis, exiſtimationis, honoris acquires, obtinebis, aſſequêris, conſequêris, adipiſcêris, tibi paries ; tibi comparabis. * **Nach dem Lob trachten.** *Aimer la gloire. Chercher la loüange.* Servire laudi atque gloriæ. Incumbere in omnem laudis ac gloriæ pulchritudinem. Nihil in vita magnopere expetere , niſi laudem atque honeſtatem. Curas, vigilias, diligentiam, cogitationesque , in laude undique colligenda ponere atque conſumere. Ad laudem, omni ſtudio incumbere, inflammato ſtudio rapi. Ad gloriam revocare omnia.

AMPLIFICAT. Tu ipſa es, ô caſtiſſima, fœcundaque Laus , cujus amore , complexuque puriſimo gravidati, facta illuſtria, hoc eſt, innumeros hæredes gloriæ, nominisque noſtri , progignimus : probroſâ cæteroqui virtutum ſterilitate laboraturi , aut inſanâ vitiorum luxurie , niſi nos avulſos ab uberibus voluptatum, invitares ad immortalis vitæ decus, erudires ad diſciplinam , corroborares ad laborem , firmares ad pericula : interritos ad omnem caſum, eventumque redderes, nec adverſis minùs infractos, quàm proſperis præſtares invictos. Itaque , non ſecus ac per abſentiam Solis, nocturnasque tenebras , univerſa natura torpet ; exoriente verò die , excuſſo ſopore, ſuſcitantur omnia ; ſic te , ô Sydus noſtrorum , ſic noſtris dum te ſubducis oculis , nec nos illuminas , in glorii jacemus & inertes, pigro torpore languidi, indecora quiete diſides , mollitie inhoneſtâ fracti , fœdoque implicati, & oppreſi ſomno, ſtertimus ignobiles, ſine nomine, ſine honore. At ſimul exoreris, noſtra Lux, quid non in orbe præſtas? quid in nobis non efficis? Ad primores divinæ tuæ formæ radios, evigilat

vigilat derepente humana mens ; Disciplinæ velut desiliunt è lecto ; Artes se foris explicant ; virtutes quasi domo egrediuntur , in publicumque prodeunt , veniuntque in lucem , ut à te vires ac decus hauriant , & quidquid per illas suscipimus , tuo beneficio coronetur. Quid enim est , quod non aggrediamur hortatu tuo , quod non perpetremus , te auspice ? Armisne gerenda res ? Tu manibus arma ministras , & nervis robur addis , oculisque ardorem , animisq; generositatem ingeneras , pectoribusque fortitudinem ; Tu pericula submoves , laboremque lenis & levas , viamque sternis , ad victoriam , & munis iter ad triumphum , palmisque obseris vias , & arcus excitas honoris ; erigisque trophæa gloriæ , laureasque texis coronas , victorum capitibus imponendas. Nomenne aliquod , decusque , pacis artibus colligere juvat ? Quis id assequeretur sine te , ô præclara Laus ? Quis publicæ rei navaret operam ? miserorum causam susciperet ? discrimina superet pro salute civium ? Quis literarum laboribus addiceret vitam ? Quis ætatem , discendo , docendóque tereret ? Quis vexaret studiis animum ? Quis nondum natos occupaturus beneficiis , ingenii monumenta sui , continenti meditatione , assiduisque perfecta vigiliis , transmittere curaret ad posteros , nisi laudem cogitaremus , nisi spectaremus id præmii , nisi ad hoc honoris centrum , consilia nostra confluerent ; nisi ad illam virtutum metam , dirigeremus vitæ cursum ; nisi ad hunc gloriæ scopum , vota collinearent omnia ; & spirando mortalis hujus vitæ auram ad immortalem aspirare nobis liceret ; quam morientes in sinu Laudis , nos consecuturos certò speramus.

Innumeri , Laudem proci circumstant ; illam quicunque conspexêre , depereunt , & aspernantur universa , ut ejus fruantur amplexibus. Thesauros nempe inexhaustos habet , quibus suos mactet clientes , æ-

ter-

ternumque beet. Fallor, non uſus ſum, voce, quâ decuit; ei, Theſauri nulli ſunt, verùm Theſaurus ipſa eſt, non auri, ſed decoris, non argenti, ſed gloriæ, non gemmarum ſed honeſtatis, non ſupellectilis pretioſæ, ſed nominis, æternæque famæ. Theſaurus eſt, non abditus, ſed palàm obvius, cunctisque patens, & paucis notus, nec niſi ſapientibus. Theſaurus eſt, quem Philoſophi ut reperiant, quæ myſteria non explorant? quæ non pervadunt adyta? quæ ſecreta non penetrant? quas non movent quæſtiones ac controverſias? Quem, ut nanciſcantur Eruditi, quæ volumina non evolvunt? quas bibliothecas non obeunt? quibus laboribus, vigiliisque non ſe torquent? Quem ſibi, ut Bellicoſi comparent, quas non committunt pugnas, non edunt ſtrages, non pariunt victorias, non referunt coronas? Hoc Theſauro, Crates ut potiretur, projecit opes: ut illo Cato donaretur, profudit ſanguinem: ut Brutus illum poſſideret, prodegit vitam: ut obtineret philoſophus ille doliaris, contempſit omnia. Illum ut ſcrutaretur Curtius, ſe immiſit in horrendum terræ hiatum; ut Decii adipiſcerentur, devovêre ſe pro ſalute patriæ; ut inveniret ad exquiſita profectus eſt ſupplicia Regulus; ut Codrus detegeret, perſonam texit regiam, nudavitque pectus hoſtium telis. Illius cupiditate incenſus ſibi Zopyrus nares exſecuit, ſibi oculos Democritus eruit, ſibi linguam præcidit Zeno, ſibi manum combuſit Scevola, ſibi Lucretia transfixit pectus, ſibi mortem innumerabiles conſcivêre.

Laus, Animorum Umbra, Fugientes Sequitur. Teſtes, paradoxi hujus, vos appello, Heroës Eccleſiæ celeberrimi, Religionis Chriſtianæ Lumina; vos, Laudem reſpuiſtis, aſpernati eſtis, fugiſtis; ita eſt: At fugientes ſecuta Laus eſt, comprehendit; latitantes inveſtigavit, detexitque; abditos indagavit, totique patefecit orbi. Te illa prodidit, Alexi, de-

liteſcentem ſub ſcalis paternæ domûs, iisdemque ſcalarum gradibus, quibus ad abjectiſſimam vitæ rationem deſcenderas, in cœlum fecit ut aſcenderes. Tibi detraxit, Alexander, obſcuram Carbonarii perſonam, quam indueras, excuſsâque fuligine, albentem reluctanti ſtolam induxit, lucentemque carbunculis impoſuit mitram. Te illa, perſonatum, ignotumque, Nicolæ, conſpicuum reddidit. Te fugientem, Ambroſi, retraxit ex fuga. Te abſconditum, produxit palàm, Magne Gregori, illuſtravitque luce gloriæ nunquam intermorituræ.

Laus Sola Parit Immortalitatem. Nonne vivunt, in noſtris animis, viventque memoriâ ſæculorum omnium, homines illi, quos ob eximia facinora, quæ patrârunt, prima retrò ſuſpiciet ætas, venturáque porrò, cum admiratione ſuſpiciet? Viget ſanè illorum fama multis teſtata expreſsáque, rectè factorum monumentis; At cujus beneficio? Nonne Laudis? Adepti ſunt gloriam ſempiternam Duces generoſiſſimi, & vel ab ipſa morte quam attulerunt hoſtibus, aut oppetierunt ipſi fortiter pro incolumitate reipublicæ, aut defenſione virtutis, peperêre ſibi vitam nullâ diuturnitate circumſcribendam: At cui hoc decus acceptum referent? Nonne Laudi? Quis nomen ſubtraxit veſtrum edacitati temporis, illuſtres fori Reges, Oratores eximii? Quis rapacitati mortis, veſtrum exemit, entheati, ingenioſique Poëtæ? Quis meliorem veſtri partem, è communi ſervavit incendio Philoſophorum Coryphæi? Nonne Laus? & vos, qui vel ingenii claritate nobiles, vel rerum gerendarum prudentiâ celebres, excelluiſtis inter omnes, ceu, ſtellas inter luna minores; quæ res effecit, dicite, ut nulla ſit tam ſurda, aut tam muta poſteritas, quæ de vobis non audiat & loquatur; nullæ tam ingratæ invidæque literæ, quæ de veſtris virtutibus conticeſcant? Annon ipſa Laus eſt? ſine qua nullum jam eſſet tuum

nomen

nomen ; Eloquentiæ Parens , Marce Tulli ; Tuum jam pridem deleviſſet oblivio , Suadæ medulla, Demoſthenes ; In tenebris deliteſceres , hiſtoriæ Romanæ Lumen ; Te nemo , Maro , celebraret ; Tibi nemo aſſurgeret , ingeniorum apex Ariſtoteles ; obſcuraſſet jam pridem vetuſtas , eruditionis veſtræ ſplendorem , Cultores optimarum artium præſtantiſſimi , æternâque involuti caligne temporum, veſtris cadaveribus conſepulti , inhonorati jaceretis. Nec melior futura eſſet conditio veſtra , ævi noſtri Heroës inclyti : Quod enim vitæ decus, quam mereedem gloriæ , quod retuliſſetis honoris præmium , ſi rerum à vobis geſtarum famam , nunquam interitura Laus , æternitati non commendaſſet ? Túne Juſti appellationem Ludovice , obtinuiſſes , etſi Juſtiſſimam ? Tibine , Magni cognomentum, Henrice Maxime , magnitudo feciſſet animi , Fuiſſeſne , Philippe , decoratus Auguſti nomine ? Téne , etiam nunc Sapientem , Carole , vocaremus ? Tuarúmne Laudum , Regum ſanctiſſime impietatis Saracenæ domitor , tuarúmne laudum fauſtis acclamationibus , publicâque gratulatione , univerſus perſonaret orbis : niſi facinoribus illuſtriſſimis debita ſempiterna Laus , veſtræ , per omnes latè mundi plagas , ætatésque , diſſeminaſſet exiſtimationem virtutis , & ſuper aſtra nomen extuliſſet ?

SENTENTIÆ. Ante mortem nè laudes hominem quenquam. (*Eccl. 11.*) Laudet te alienus , & non os tuum. (*Prov. 27.*) Laus eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis. (*Ariſt.*) Nec valdè gaudere debemus , quando laudamur ; nec contriſtari, quando vituperamur ; quia nec depravare injuria , nec coronare poteſt laus aliena. (*Aug.*) Laudamus mendaciter , delectamur inaniter ; & vani ſunt ; qui laudantur ; & mendaces , qui laudant. [*Idem.*] Si verè laudabilis eſſe cupis , laudes hominum nè requiras. (*Hier.*) Laus in nobis referatur ad ipſum laudabilium univerſorum

authorem & largitorem. [*Idem.*] Cave, nè hominum rumusculos aucuperis; ne offenſam DEI populorum laude commutes. (*Idem.*) CHRISTI miles nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur. (*Idem.*) Laus hominum non eſt claritas; ſed obſcuratio, ſed faſcinatio. (*Hugo C.*) Quid eſt aliud hominum laus, quàm ventorum tranſeuntium ſonus? (*Chryſoſt.*) Nemo gloriari, niſi ſuo debet. [*Sen.*] Bonum eſt laudari, ſed præſtantius eſt, eſſe laudabilem. Neminem citò laudaveris, neminem citò accuſaveris. Vitium eſt; omnia credere; vitium eſt, nihil credere. (*Idem.*) Lauda parcè, vitupera parciùs. [*Idem.*] Ama ſolùm laudabilem eſſe, non laudatum. (*Nier.*) Deſinit eſſe laudabilis, qui vult laudari. (*Idem.*) Non ideò bonus eris, quòd te alii prædicent, aut putent bonum. Ægrotus non ſanatur, quòd dicatur ſanus eſſe. Quid magìs eligeres, eſſe ſanum & robuſtum, quamvis à reliquis putareris ægrotus? An eſſe ægrotum, & ab aliis putari & dici ſanum? Cur eligis, te dici bonum, cùm ſis peſſimus? (*Idem.*) laus ab iniquo vituperatio apud ſapientes eſt; & idem reputant laudari à turpibus, aut ob turpia. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut non quævis corona quemvis decet victorem; Ita non quævis Laus aut quævis honos quemcunque hominum. (*Plut.*) Non oportet titillare, qui naturâ proclives ſunt ad riſum: Ita non oportet laudare, qui gloriæ ſuâpte ſponte ſunt appetitiores. (*Idem.*) Nutrices vagientibus pueris rurſum apponunt papillam; Sic diſcipulus offenſus correptione, rurſum & laude ſublevandus, nè deficiat (*Idem.*) Qui pecuniam dat, quantum impertit alii, tantum ſibi detrahit: ad non idem fit in laude. Et tamen hoc imaginantur maligni quidam, parciùs impartientes laudem, quàm pecuniam. (*Idem.*) Pavo non explicat pennas, niſi laudatus: Ita quidam putant, ſe non habere quod habent, niſi ſint, qui mirentur. [*Plin.*] Gallus victor, illicò cantu ſuperiorem ſeſe teſtatur: Ita qui-

quidam ſua facinora jactant ipſi, & ſuarum laudum ridiculi ſunt tibicines. (*Idem*) Quaſi latrunculus eſt appetitus laudis humanæ; qui recto itinere gradientibus ex latere jungitur; ut ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. (*Greg. M.*)

LEGERE Leſen. *Lire.*

SYN. Perlegere, translegere, relegere, prælegere, lectitare; recitare, percenſere; evolvere, pervolutare, volutare, verſare. ADV. Attentè *litteras*, diligenter *librum*, diligentiùs, libentius nihil, libentiſſimè, perlibenter, ſtudiosè. (*Ex Cic.*) Curiosè atque contente, Curſum, ſuaviſſimè & peritiſſimè, clarè & intentè, de plano. PHR. Lectionem ad aliquem librum adhibere. Græca & latina exemplaria diurnâ nocturnâque inſtiti versâre manu. Crebrò reguſto tuas litteras: his acquieſco. Qui in veteribus erit ſcriptis ſtudiosè & multum volutatus. In Poëtis evolvendis tempus conſumere. Cùm Ariſtotelis libros percerpſimus. Eos omnes libros curſim tranſeo atque in legendo carpſi exinde quædam, & notavi imitabilia. Librum adaperui, ac tantùm deguſtare volui. Tamen exhauſi totum. Decurſa oculis pagina. Opus eſt, ut ſine fine lecturias. Nihil à quoquam ante id tempus erat conſcriptum, quod ille librorum helluo, non incredibili quâdam atque inexhauſtâ ſciendi aviditate hauriret oculis, mentique mandaret.

AMPLIFICAT. Qui quæ legit oculis apud auctores probatiſſimos, non curſim legit, ſed pedetentim: non inconſiderate prætervolat, ſed attentiſſimè, lentiſſimeque obſervat: non ſorbet animo, ſed ſugit: mandit conſideratione, non oculis devorat, & ingenio: non populari trutina; ſed accuratiſſimo judicio tanquâ aurificis ſtaterâ perpendit, & examinat omnia, tum ſingulis rebus libratis menſuram adhibet, regu-

lam, ac perpendiculum rhetoricorum præceptorum, normamque judicii naturalis acerrimam, quibus deprehendat quàm rectè, quàm ex arte ſe habent, nè fallatur. Multum legit, non multa; qui potiſſimum obſervat ea, quæ ſplendent, eminent, afficiunt voluptate; qui de multis ſecernit meliora; ſeponit optima: qui novitatem ſententiarum, granditatem rerum in inventione: catenam ordinis, & rerum collocatarum gradationem in diſpoſitione? in elocutione tum verba, tum figuras animadvertit. In verbis ſingulis notat proprietatem, ac nitorem: in conjunctis ſtructuram, & numerum per omnes orationis partes, ut ſanguinem in membra diffuſum: In translationibus ſplendorem, ac ſuavitatem: ducantur ne rebus ex illuſtribus, an obſcuris; quàm facilè decurrant in alienam ſedem translatæ voces, vinè tractæ, an invitatæ precariò. * Qui ſcribens attentè ſtilo fodicat ingenium, & naturæ vim latentem perſcrutatur, additâ præſertim lectione aliqua bonorum & diſertorum auctorum, uberem facit mentem ſententiis, fertilem linguam verbis: tum ex ingenio copiam, & ubertatem, atque ab ore perfluentiam, quaſi venis apertis educit fluvio ſimilem à fonte decurrentem. * Lectione bonorum autorum cum de ſcribendo cogitas teque ad ſcribendum ſuccingis, atque adornas, vel calendus eſt animus, vel certè excitandus: ut inde doctrinæ liquor, ac verborum copia per ſtilum tanquam atramentum defluat in codicillos, & in ipſos ſive ſolutæ orationis, ſive carminum ſcriptionem inſtilletur. * Neceſſum erit, quidquid ubique veteris monetæ doctum, ſeria lectione percurrere Poëtas, Oratores, Hiſtoricos varios, Græcos juxtà & Latinos, nec ullum indiſcuſſum tranſire: nec res tantùm in indicem referre, ſed & ſententias, & ſi quid in epithetis elegans, & proprium, ſi quid in figuris urbanum, & grande, ſi quod pondus in ſenſibus, ſi quæ metaphorꝫ

ræ nobiliores, verba denique ſingula illuſtriora. Ita cum maxima è magnis capita defruſtraverit, transferre in calamum chartamque tanquam horrea ſua, poterit, quidquid à varia eruditorum area collegerit, ut aliorum opibus, non magno molimine, domum ſuam locupletet, felix labore non ſuo civesque audiat ærario alieno, omniumque retrò ſæculorum fortunis fortunas augeat ſuas. * Inſtitui veteres auctores evolvere: ſcriptores hiſtoriarum voluvi: tanquam venaticus canis indagavi ſagaciſſimè omnem antiquitatem; non pauca de tenebris ac latebroſis locis erui, quæ retruſa, atque abdita latebant; collegi non quidquid ſcriptum eſt, ſed quidquid pro virili mea potui, de tanti tamque inſignis viri virtute, ingenio, doctrina, facultate dicendi, rebus geſtis per orationem, atque vocem; ac reperi manuque deprehendi, famam, eloquentiam, virtutes laudibus; prædicationem reipſa ſuperari. * An illa non ſumma voluptas, quæ oculorum beneficio ad mentem ex lectione librorum promanat? quid enim obſecro jucundius, quàm in hiſtoriis verſantem, cum veteribus, & priſcis hominibus colloqui? Quid Philoſophicis contemplationibus ſuavius? quid ſacrarum literarum lectione ſalubrius? quid legum doctrina dignius, aut melius? quid herbarum aſpectu, & corporis humani intuitu dulcius, aut gratius? * Seriâ arcanâque lectione pectus implere, ceu ſemente quâdam obſerere bonarum cogitationum, & ut tela quædam in armamentarium: ſic ex iis præcepta in animum recondere, quæ prompta mox contra vim varietatemque fortunæ.

SENTENTIÆ. Cur non illa tempora, quibus ab Eccleſiâ vacas, lectioni impendas? (*Ambr.*) CHRISTUM alloquimur, cum oramus: CHRISTUM audimus, cum divina legimus oracula. [*Idem.*] Nihil prodeſt legiſſe niſi ea quæ legeris bona, in memoriæ theſauro repoſueris. [*Idem.*] Citò pigreſcit judici-

um humanum, nisi jugi lectione reparetur. [*Antonin.*] Tale est ingenium naturæ nostræ, ut torpescat, si usus desit iterit lectionis. (*Aug.*) Lectio sine meditatione arida est, & meditatio sine lectione erronea est. (*Idem.*) Quid potest lectione continuâ tempus occupare, Sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere; nisi ea masticando & ruminando, succum & bibamus, & transglutiendo usque ad cordis intima transmittamus; & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? [*Idem.*] De quotidianâ lectione aliquid quotidiè in ventrem memoriæ demittendum est, quod fideliùs digeratur, & sursum revocatum crebriùs ruminetur, quod proposito conveniat, quod detineat animum, ut aliena cogitare non libeat. (*Bern.*) Lectionibus divinis est anima nutrienda. [*Bonav.*] Tunc scripturæ prosunt legenti; Si quod legitur, opere compleatur. (*Hier.*) Scripturarum lectio, cœlorum est reseratio. (*Chrysost.*) Lectio spiritualis salus est animæ, spirituales divitiæ, & perfecta securitas. (*Idem.*) Domi lectioni sacræ vacare, Christianum decet. [*Idem.*] Quidquid legeris, ad mores statim referas. [*Sen.*]

SIMILITUD. Sicut ferrum, nisi usum fuerit, æruginem generat: Ita & Anima, nisi frequentiùs divinis exerceatur lectionibus, nascentur illi peccata. (*Aug.*) Si lectioni incumbas, instar sapientis apiculæ, mel ex floribus sibi colligentis, fructum ex eis, quæ legis, pro animi medelâ desumito. (*Ephræm.*) Ut apes ex amarissimis floribus & asperrimis spinis mel suavissimum ac leniissimum colligunt: Sic ex turpibus & sceleratis fabulis utcunque decerpi potest aliquid utilitatis. [*Plut.*] Ut apicula per omnia circumvolitans, id quod est utile, domum abducit: Ita studiosus ex unoquoque, quod ad mores confert, excerpit. (*Plin.*) A floribus marcidis apes abstinent: Ita non attingendus liber, qui putridas habet sententias; aut nihil attin-

tingendum, quod non ſit elegans, aut ſucculentum [*Idem.*]

LEO. ℒöw. *Lion.*

ADJU. Magnanimus indomitus, rugiens, iracundus, audax, generoſus, immanis, interritus, furioſus, jubatus, Libycus. PHR. Animalium rex magnanimus; & oculis minax. Leo ferarum robuſtiſſimus, armis hirtis, præſertim caudâ. Cūi brutas inter animantes principatus delatus.

AMPLIFICAT. Præibat Leo beſtiarum principatu gloriabundus, non tam caperatâ, ut modò ſe oſtentat, fronte horribilis; diffuſis tamen per colla jubis, conditis introrſum vaginas acuminatis unguium mucronibus, ſuppreſſo oris hiatu ac rugitu, &c. * Animal id luci eſt amicum, cujus magna vis in oculis ſita eſt. Certè ſolus Leo inter animalia apertis oculis naſcitur, ſic lucis avidus eſt, ad quam tam maturè rudem adhuc pupillam erudit: Hinc unguibus uterum leænæ Matris dilaniat, eò quod ad lucem erumpere feſtinet.

DESCRIPT. Leonem ad timorem animantum videtur produxiſſe natura. Cernis, ut flammeo colore rutilus accenditur? Ut ſuperbe graditur; ut vaſta ſe corporis mole efferens præ ſe deſpicit omnia? Quantum eſt, & quam vegetum in hoc pondere robur? Quanta in robore alacritas, quantus in ſubſtrictis membris animoſi ſpiritus dominatur vigor? Caput illi amplum majeſtatem feræ præ ſe fert: magni & lucentes oculi, inter villoſa ſupercilia ſcintillant colla & armos effuſæ geſtiunt jubæ, magna vis laterum ſpirat, major pectoris firmitas protuberat, maximus ſævit oris terror: Qui totus eſt immani dentium rictu ſeptus. Quid genua loquar? Quid tibiarum compagem? quid nervorum denſitatem? quid ungues? Ex quibus vel ſolis leonem poſſis agnoſcere? Quid inceſſum?

Digitized by Google

Quid ſaltum, quid curſus celeritatem? Quid omnia. Et cum ſit ubique magnus, quanto tamen ſe major eſt, ſi quando venatorum ſenſerit impetum? nulla tunc mora, exilit è ſpelunca, & primùm truculenta rugit immanitate: ad hujus rugitum pertimeſcunt, & aves cœlo volantes, & per ſilvas vagantes feræ, & immerſæ maris vorticibus belluæ, ipſæ denique nemorum frondes, ipſi montium veſtitus, ipſa ſaxa contremiſcunt, hoc veluti ſigno dato accingit ſe ad pugnam, & primùm longam, immanem, villoſam caudam explicans, terram plaudit: Mox illa percurſans, eadem, veluti voluntario flagello identidem diverberans, ad ſummum oculis ejaculatur fulgura, oris profundam voraginem aperit, dentes exerit, in hoſtes ſumma velocitate involat, hos cauda atterit, illos pedibus conculcat, aliorum trementes artus cruentis faucibus fœdiſſima laceratione populatur.

LEX. Geſatz. *Loy.*

SYN. Lex. Sanctio, decretum, Scitum, Edictum, Inſtituta, *orum.* ADJU. Summa, ſuprema, egregia, Salutaris, utilis, accommodata, neceſſaria, æquiſſimè ſcripta, juſtiſſima, non iniqua, acerrima, acerbiſſima, non atrox ſed mitiſſima, certa quædam, & definita, diligentiſſima & ſancta, divina & humana, gravis & præclara, improba, multò impudentior, laudabilis, nefaria, princeps & ultima, ſanctiſſima, non ſcripta, ſed nata, ſempiterna, ſumma & vera, vitioſa & inutilis, antiqua & mortua, conſentanea *Reip.* deſperata, fatalis ac neceſſaria, vehementer grata atque jucunda, iniquiſſima, præclariſſima, Maximè ſalutaris Reip. uſitata; *Leges veteres ſacrataque.* [*Ex Cic.*] Plena ſceleris & furoris, acutiſſimè & ſeveriſſimè ſcripta, ſanctiſſimè ſancita, non abſona nec à mandato DEI aliena. PHR. Diſciplina vivendi. Juſſa populorum. Diſciplina majorum. Religio legum.

Digitized by Google

legum, Improbitas, *vel* impudentia Legis. Legis ſanctio. Conſtitutio Principis.

Ein Geſatz annehmen. *Accepter une Loy.* Legem accipere. Rogationem accipere, ratam habere. Jurare in Legem. Legibus addici. * Legem adſciſcere. * **Ein Geſatz verwerffen.** *Rejetter une Loy.* Legem antiquare. Rogatam Legem rejicere. Rogationem repudiare, non admittere. * **Geſatz geben.** *Donner une Loy.* Legem ferre, condere, ſancire, ſciſcere, ſcribere, præſcribere, conſtituere, irrogare, figere. Legem pœnâ ſancire, corroborare, firmare. Orbem terrarum legibus conſtringere. Confirmare majeſtatem imperii legibus. Rempubl. inſtitutis & legibus temperare. Deſcribere juſſa populis. Legem de aliquâ re, *vel*, alicujus rei faciendæ ſancire. Legem alicui dare, inurere. In privatum hominem legem ferre. * **Das Geſatz halten.** *Obſerver la loy.* Parére, obtemperare legibus. Diſciplinam tenere. Decretis parere, Exprimere vitâ & moribus præcepta officii. Conformare ſe ad alicujus præcepta. Vitam ad præcepta conformatam oſtendere. * **Das Geſatz übertretten.** *Violer la loy.* Legem negligere, violare, perfringere, frangere, diſturbare, contemnere, non ſervare. A lege diſcedere, deflectere. Longiùs progredi, quàm ratio legum præſcribit. Deſciſcere ab officio. Juris repagula perfringere. Terminos legum prætergredi, tranſilire - tranſire. Excedere terminis, *vel*, à terminis legum. * **Ein Geſatz abthun.** *Abolir une loy.* Legem abrogare, reſcindere, antiquare, tollere, repudiare. Irritam legem facere. Leges convellere, illidere, vertere. Inique conſtituta tollere. * **Das Geſatz wird nicht mehr gehalten.** *La loy n'eſt plus en uſage.* Lex exolevit, obſolevit; abolita, abdicata, obliterata, extincta, mortua eſt. Jus eſt abolitum, ntermortuum, obſoletum, inane. * **Das Geſatz hat**

hat verordnet / daß man nicht / &c. *La loy ordonne, qu'on ne, &c.* cavet Lex, Cavetur lege, ſancitum eſt lege, lege cautum eſt. Nominatim lex excipit, nè, &c. * Dem Geſatz unterworffen ſeyn. *Eſtre ſujet à la loy.* Lege teneri, adſtringi, alligari conſtringi. Legi obnoxium eſſe, * Kein Geſatz verbietet dieſes. *Aucune loy ne le defend.* Nulla lex ſancit, quò minus id liceat.

Leges, quarum metu coërceatur audacia; leges, quibus tuta inter improbos ſit innocentia; leges quibus in improbis, formidatis ſuppliciis, nocendi refrenatur licentia; leges, percipis fundamentum libertatis? leges, audis fontem æquitatis? leges, quarum autoritate homines doceantur, habere domi tam libidinem, leges, quæ in omnium factæ incolumitatem. * Quarum ſanctiſſimo ſplendore, ſtatim è medio tollitur omnis improbitas; & contra regina & domina virtutum juſtitia regnat, vitia hominum atque fraudes ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur; verus autem, juſtus atque honeſtus labor, honoribus præmiis atque ſplendore decoratur. * Eſt lex Reipublicæ vinculum illud, quo hominum cupiditates frenantur; eſt vas & ſponſor in officio mutuo permanendi: eſt oculus urbis: eſt vitæ cuſtos & medicus, dum mala, ne oriantur, impedit, quæ jam irrepſerunt, emendat. * Leges de bonorum poſſeſſionibus ſollicitæ ſunt: teſtamenta curant: non tutores & curatores prætereunt: non actiones forenſes & judicia negligunt: non pœnarum ac præmiorum obliviſcuntur; nec ea mortuorum ad ſe nihil pertinere curam exiſtiment: mea quoque emittunt ac prætereunt, quæ ad pietatem & religionem faciunt. * Eſt legis ſumma hac in vita, cum neceſſitas, tùm utilitas, ſtare ſine hac, ut de ſuo hoc mihi Cicero largiatur, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus, nec rerum natura, nec

ipſe

ipſe mundus poteſt. * Si enim verè bonæ æſtimandæ ac cenſendæ illæ leges ſunt, quæ à rectâ ratione, divinoque numine tractæ, non niſi quod juſtum, quod honeſtum, quod utile habent propoſitum, ecquæ his ipſis aut juſtiores, aut honeſtiores, aut utiliores eſſe unquam poterunt? Juſtæ? quæ & divini & naturalis ſunt juris præcipiunt: honeſtæ? Imperant virtutes, prohibent vitia: Utiles? Rerùm laudandarum omnium in omni vita, in ordine & ſtatu omni ſunt fundamentum. Tricoſum in his nihil; plana omnia, ad unum omnia collimant ſcopum; nihil declinat ab eodem, aberrat nihil: Lites & controverſias pariunt nullas, ſuſpicionum fluctus tollunt; moleſtiarum multitudini medentur; quieti conſulunt & tranquillitati, tumultus avertunt; præcavent odia; vitant ſimultates, ſuam cuique claſſem deſtinant, ſuum cuique admetiuntur laborem. * Vitia prudenter corrigunt, moderantur in rebus ſingulis duriuſcula, acerba leniunt ac mitigant, defectus complent, tollunt exceſſus, præceptorum, Magiſtrorum autoritatem tuentur, & vindicant à contemptu.

Lex naturæ non ſcripta, ſed nata lex; quam non dicimus, accepimus, legimus: verùm ex naturâ ipſâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus; ad quam non docti ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Eſt communis ſenſus quidam, quaſi quædam naturæ vox menſibus noſtris indita, & auribus lex ſonans, quâ ut à turpi honeſtum ſecernamus, conſcientia aſſurgente monemur. * Lex non eſt ab humano profecta conſilio & hominum libidine, ſtatuta, ac impiè & nefariè ſancita, ſed ab illo hujus impreſſa atque inſignita animis, poſt etiam ejusdem DEI digito in tabulis inſculpta lapideis, nè improbis ulla prætendendæ facinoribus ſuis ignorantiæ occaſio relinqueretur. * Leges, quas vel natura impreſſit vi, vel Moyſes tulit juſſu, vel DEUS in animis hominum incidit authoritate. *

Quam

Quam ſapientiſſimus ille Moyſes, non à Jove commentitio, ut Minos; non ab Apolline, ut Lycurgus; non ab Ægeria, ut Numa; ſed ab eo, qui ſolus veri DEI nomine cenſendus eſt, ſibi per manus traditam accepit, ita numeris omnibus abſolutam, ut nihil neque immutari, neque adjici, neque detrahi poſſet.

Leges ſcolaſticæ ſunt ornamenta diſcipulorum, fundamenta progreſſus, vincula diſciplinæ. * Quid eſt lex? num tyrannorum inſtitutum, aut quod ille apud Platonem affirmat, callidum ignavorum, ac timidorum inventum? nihil minus: ſed, ut optimo placet Oratori, Demoſtheni, DEI donum, quo ſcilicet cum eodem homines conſociari tranquille, pacateque hac in vita degunt. * Unde ſalus civium? unde civitatum incolumitas? unde ſuam Magiſtratus autoritatem, vim judicia habent? conſiſtunt pacta? transactiones valent? ſtipulationes, venditiones, locationes, contractus denique omnes vigent? nonne beneficio juris ac legum? * Leges ipſæ inermes, nullis operibus, munitionibusque circumſeptæ, nudæ militum præſidiis, à viribus armatorum deſertæ; nullam unquam civitatem, Remve publicam, aut glorioſam admodum effecerunt, aut diuturnam. * Sine quâ bipartitâ curiarum varietate, nulla civitas jacere potuit fundamenta libertatis, nulla propagare imperium, aut tueri dilatam; nulla pacem domeſticam; aut externam conſervare. * Lex obſequii anima eſt, vita Majeſtatis, flagellum vitiis: nervus rationi, calcar virtuti: ex neceſſitate nata, ſervit felicitati, rerumpub. ſplendor & tranquillitas in legum baſi ſtabilitur. Nè diſſoluti mores Reipublicæ compagem ſolverent, ſanctioribus legibus conſtrinxit. DEUM tamen æmulatus, ducere maluit, quàm trahere. Vel quod ingenuæ mentes violentiam non tollerent; vel quòd periculoſa ſit vis in reluctantes animos exercita. Emolli-

enda

enda ſunt duriora corpora, ut flectas : quibus ſi inferas vim, in plures partes diſſiliunt.

SENTENTIÆ. Lex nihil eſt aliud, niſi recta, & à numine deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibensque contraria. [*Cic.*] Legibus propoſita ſunt ſupplicia vitiis, præmia virtutibus. (*Idem.*) Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum : ab eâ enim vivendi doctrina ducitur. (*Idem.*) Docemur authoritate nutuque legum domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates. [*Idem.*] Ad ſalutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque hominum & quietam & beatam conditæ ſunt leges. (*Idem.*) Nihil tam aptum ad jus, conditionemque naturæ, quàm lex, ſinè quâ nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. (*Idem.*) Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & conſilium, ſententia civitatis poſita in legibus. [*Idem.*] Omnia ſunt incerta, cùm à jure diſceſſum eſt. (*Idem.*) Lex optimum eſt integritatis condimentum. [*Iſidor. Pel.*] Mori pro lege patriâ Inſigne eſt immortalitatis. [*Egeſipp.*] Lex rerum obſtringit, arctat obnoxium, punit & interficit criminoſum. (*Chryſol.*) Lex eſt inſpiratio generalis, oraculum ſilens, ſtillicidium divinæ ſapientiæ oculis ignorantium, communis mens, Reip. prudentia publica, murus inexpugnandus hoſtibus, compago civium, fundamentum libertatis, nervus politici corporis, fons æquitatis, animus urbium. [*Nier.*] Nitida & perſpicua ſit lex, & velut filia ſolis. Rhetorum, Advocatorumque ludibrio eximenda. (*Idem.*) Ut efficaciſſima remedia nata ſunt ex morbis peſſimis : ita bonæ ex malis prognatæ ſunt moribus. (*Eraſm.*) Quemadmodùm equi fræno morigeri, omniaque ex ſeſe facientes, non opus habent ſcuticâ: Sic & Anima, quæ impulſu ſpiritûs recta facit, non

egct

eget admonitrice lege. [*Chryſoſt.*] Quemadmodùm optima inſtrumenta nullum eximium artis opus per ſe dabunt, niſi artifex eximius illa gubernet: Sic bonæ leges, niſi eas tractet & vivificet bonus, boni nihil operantur. (*Nier.*) Leges antequàm ferantur, expendendæ; ubi latæ fuerint, tolerandæ. (*Strada.*) Non aliâ magis re labefactatur ſtatus Civitatis, quàm crebrâ legum mutatione. (*Idem.*) Tunc orti legislatores, cùm mortuæ leges; tunc ſcripta Jura, cùm proſcripta Juſtitia. [*Emm. Theſ.*] Leges nervi Reip. (*Compton.*) Lex eſt ſpirans DEI imago. (*Idem.*)

LIBER. Buch. *Livre.*

SYN. Codex, Volumen, opus luculentum, commentarii, monumenta. ADJU. Gratiſſimus, aureus, improbus, optimus, quæſtionum plenus, refertus ſententiis & verbis, ſuaviſſimus, denuò typis exſcriptus; clarioribus litteris ſcriptus: plus nociturus inſipientibus, quàm profuturus ſapientibus. Magno virorum eruditorum plauſu exceptus. Non ille quidem acceſſionibus locupletatus, emaculatior tamen commodis & utilitati proximi ſerviens. PHR. Parturientis animi fœtus. Liber exortus non magis in cœli nocte, quàm mentis; & ad ſemiconſpicuos ac prope extinctos quaſi lychnos allucinantis ingenii * Bücher ſo gedruckt werden. *Livres, qu' imprime.* Libri, qui typis eduntur. qui prælo typico exprimuntur, *vel* imprimuntur: qui eduntur, *vel*, emittuntur in lucem: qui exeunt, qui prodeunt, qui Vulgantur. * Deine Bücher werden ſehr hoch geachtet. *Vos livres ſont fort eſtimez.* Egregia de tuis libris opinio eſt, exiſtimatio eſt. Omnium judicio libri tui probantur: Omnium manibus teruntur; Omnium ſinu foventur, circumgeſtantur, circumferuntur, aſſiduè tractantur, diligenter evolvuntur, accuratè ac ſtudiosè lectitantur: Verſantur inter manus omnium; habentur in maximo prètio.*

Er-

Er ligt ſtets über den Büchern. *Il eſt toujours ſur les livres.* A libris nunquam diſcedit. Libris ſemper affixus eſt. Libros nunquam deponit. Librorum lectioni continenter incumbit. Sacroſanctam Evangelii legem, ac divinos libros continenter evolvit, Nocturnâ verſatque manu, verſatque diurnâ. * **Dieſes Buch iſt nicht mehr neu.** *Ce livre n'eſt plus nouveau.* Hic liber gratiam novitatis exuit. * **Es iſt ein gutes Buch.** *C'eſt un bon livre.* Liber gravis utiliſque eſt, tum ad mentem optimarum rerum cognitione imbuendam, tum ad vitam moresque informandos: tum imprimis ad linguæ latinæ cultum, artiumque humanitatis doctrinam percipiendam. * In illis veteribus noſtris ſcriptis multa admixta ſunt ex intimâ Philoſophiâ. Sed à libris te obſcuritas rejicit. * **Buch/ſo voller Fehler.** *Livre remplis de fautes.* Liber mendis ſcatens. Erratis, *vel* erroribus corruptus, depravatus. Labeculis reſperſus. Mendoſiſſimus. Mendis, flagitiis confertiſſimus. Labe erratorum fæculentus: Multiplicibus interſperſus erratis. Saheda præf. 5.

Einem ein Buch dediciren / **zuſchreiben.** *Dédier un livre à quelqu'un.* Alicui librum dicare, dedicare, nuncupare, inſcribere. Librum ad aliquem ſcribere. * Cùm tibi diverſæ provinciæ congeſtis meritarum laudum præconiis quaſi arcum erigant triumphalem: Ego plebejus ſtridente fiſtulâ inculti eloquii, librum hunc ad honorem tuum velut lapillum in acervos præconiorum tuorum conjeci: ſciens, quia ſicut non habet unde placeat ex venuſtate, ſic ex devotione ſcribentis non poterit diſplicere.

AMPLIFICAT. Libri probi & docti virtutes in animis inſerunt, & vitia radicitus extrahunt: & homines omni carentes cupiditate, omni honore ac laude digniſſimos efficiunt; eò etiam feliciùs ac meliùs, quod propter numerum & ordi-

nem, & quæ ex utróque exiſtit voluptatem, & libentius audiuntur, & ſuaviùs perleguntur, & ediſcuntur faciliùs, & in mentibus penitus in hæreſcunt. * Qui monumenta ingenii ac doctrinæ per univerſum orbem, ubicúnque laudi ſunt ſua præmia, diſſeminant. * Liber vena eſt aureæ doctrinæ, quæ cum foditur, creſcit; puteus jugis veritatis, qui dum exhauritur impletur; fons perennis ſapientiæ, qui nullâ deductione poteſt unquam exareſcere. Quotquot ibi volumina relicta erunt, totidem de ignorantia humana & invidia ſpolia videbimus: toties occulta magni tui nominis mentem animúmque hoſtium inflammabit; memoria toties; qui laudes tuas prædicare nolunt, eruditionem tuam admirari cogentur. * Liber qui tanquam in admirabili quadam arce, ubi cum natura ſcientiarum induſtria præſident, quicquid eſt non in orbis hujus univerſi, ſed univerſa eruditionis humanæ amplitudine magnificum & excellens, expreſſit. * Depromuntur inde rationes, quibus Hæretici convincuntur: derivantur Scholæ, quas auditores Philoſophiæ, Theologiæque doceantur, materia ſcribendorum librorumque hauritur ampliſſima, conciones, quibus erudiuntur populi, unde locupletantur argumenta, quibus diſputatur in circulis, unde libantur? ſcripturis ſacris interpretandis, unde petitur lumen? * Nec deſiderantur in hac tabula feſtivitates, argutiæ & ornamenta picturæ: computantur umbra lumini, receſſus eminentiæ, ſplendor obſcuritati conjungitur, ut utráque utrorúmque comparatione magis emineant, appareant ac ſplendeant. * Quis unquam erupit in aura immanior & horribilior liber, quàm eſt Scaliger hypobolimæus? niſi ipſo furore ſatis cruciaretur editor infandi operis, delegandus eſſet carnifici, neque enim alia manu ſanari poteſt tàm vehemens morbus. * Qui continent præcepta virtutis, docent quomodo unusquísque in omni parte vitæ gene-

gerere ſe debeat, quid à quóque, quid quémque deceat, quid patriæ præſtandum ſit, quid parentibus, quid propinquis, cæteríſque amicis, quid univerſo hominum generi. * Æternæ laudis & artis pignora quæ ſæculo depoſuit permanſura, donec in tertia erunt cultores honoris, ſapientiæ atque eruditionis. * Quibus fatum ac ſortunam gratulemur hanc, quod ſuperſtites ac ſalvi per tot manus, tot ineptias grammaticorum ac faſtidia, tot gloſſas, obeliſcos, ſtellulas, deliria, ineptias, ſortes ad ſerum usque tempus pervenerint, quod invita ac nolente ipsâ barbarie, & quaſi reluctante, cujus vim ac crudelitatem præ reliquis experti ſunt tot ingentes, tamen ac in æſtimabiles heroes, vitam ipſis ac ſpiritum in hunc úsque diem protraxerunt. * Cujus mediationes vivum paradiſi ambroſium animatum, pabulum Angelicum, medullam virtutis vocare ſoleo. * Sapientiæ ad publicos uſus immortalia ſigna, nec privatis parietibus; ſed publicis Academiis, nec Academiis ſed urbe totâ, nec urbe tantùm, ſed cœlo concluduntur. * Non quilibet libri avidè comparandi ſunt, ſed hic locum habet Catonis regula: Prædium ne cupide emas, & quod ſemel male emptum ſemper pœnitet. Sunt enim librorum non pauci ſimiles unedoni, quod pomum inhonorum, ut vocat Plinius, tàm acerbi ſaporis eſt & ingrati, ut unum comedi poſſit. Nihil in iis eſt, quod ſemel viſum reviſere, ſemel guſtatum reguſtare; ſemel lectum relegere cupias, ſed abjiciuntur continuò, & vel à tineis & blattis eroduntur, vel in volvendis mercibus adhibentur & ut Poëta loquitur, piperis toga fiunt, & penula olivis. * Qui non converſi, ſed excoriati, inſtar ſatyri illius, quem venire in certamen cum Apolline auſum fabulæ teſtantur, ab interpretibus eſſe videntur. * Plautum comœdiæ latinæ parentem qui deſpectui habet, de Apulçi mihi videntur eſſe proſapia, id eſt, inter aſinos

præcipui. Nam aureus ille fuit. * Plautus ſatis commendari nequit, præſertim, qua ſermonis res eſt, & quem profecto ita amemus, ut nunquam è manibus deponamus. * Plautus ille ſcriptor eſt, qui puritatem, qui proprietatem ſermonis ſuppeditet: ille, qui urbanitatem, jocos, ſales & eam Atticorum Venerem ſufficiat, quam fruſtra in reliquo quæras Latio. * Nemo Plautum amat, quem non melior Muſa & Phœbus. * Plautus fortaſſe licentioſior? ſed tamen quid eo ad locupletandam Latinam orationem, & facilitatem ſermonis copiamque verborum poteſt eſſe utilius. * Quem Ennio æqualem antiquitas, quem operum multitudo, hoc eſt, ut aliqui ſentiunt, triginta ſupra centum Comœdiarum numerus, quem feſtiſſimi lepores, quantum unquam leporum fuit eritque facile commendant. * Non hiſtoria ſolum eſt: ſed velut hortus, & ſeminarium præceptorum. Ut ii, qui veſtes acu pingunt, ingeniosè gemmas inſerunt, ſine confuſione, aut noxa formarum: Sic iſte paſſim ſententias, ſerie narrationis nihil omiſsâ, aut læſa. * Ut Phrygiones è varii coloris filo unum aliquod aulæum formant, ſic nos è mille aliquot particulis uniforme hoc & cohærens corpus. * Quid utilius potui, quàm tot ſententias in unum conducere, pulcras, acres, & ita me ſalus amet! ad ſalutem natas generis humani? * Pauciſſimis exceptis, qui digni illo litterarum Sacrario ei videbantur; reliquos alium alio diſtrahebat: partim valvarum rimis obſtruendis, ut Anagrammatarios plerosque, & minutos litterarum glutinatores: partim flabellis ad ventulum concinnandis, ut Amadigios omnes, & promercalium nugarum inſtitores: partim feneſtrarum velamentis contra pluviam, & Solem opponendis, ut confidentiloquos iſtos, & duros capitones, qui loricato ſunt pectore adverſus omnem injuriam: & ſi qui adhuc ſupereſſent, præſertim ex iis, qui fæde Principi-

bus

bus adulantur, tradebat eos funerum curatoribus, ut in proximis Mœcenatianis exequiis, eô ſtramineam ejus viri ſtatuam poëtico tomento explendam, inculcandam, farciendam liberaliter adhiberent; atque ea ratione impoſita Pyræ honorariâ illa imagine tot gravida præconiis, inflataque ſimul cum ea, Poëtarum vota multorum conflagrarent, atque in cinerem nihilumque deſinerent. * In quibus exarandis calamus non in atramenti Pyxide tingebatur, ſed in mente illa uberè ac locuplete, fonti theſauroque ſimillima: in qua pro coloribus mirabilium rerum evigilatæ cogitationes, & cognita cauſarum altiſſimarum aſſervabantur. Proinde cum elucubraret aliquid calamus ejus non inania verba ſcribebat, ſed ſenſa, non res notas vulgabat, ſed myſteria: non atramentum reddebat, ſed doctrinam ſelectam ex immenſa illa capacitate hauſtam ingenii. * Inſipienter edita ad animum relaxandum volumina, quibus nonnulli Poëtæ, ac ſcriptores (evocatis tanquam è ſepulcro, neſcio, quorum nobilium quondam equitum fabuloſis amoribus) ſua ipſimet ingenia, clariore digna monumento fœdiſſimè tumularunt, procul, inquam, iſtæ bellæ nugæ, dulce malum, blandula peſtis, melleum fel, lentæ præſtigiæ, interitus temporis, otii vita, alimentum impudicitiæ, corruptela juventutis. * Si oppoſito ſpeculo vultum cujuspiam excipias, ille ipſe facilè in alterum ſpeculum objectum priori regeretur; ſic eloquentiæ veræ, ſpirantisque facies & forma, primum ingenii Tulliani ſpeculo neſcio unde mirabiliter excepta, & impreſſa, poſt in librum de oratore tanquam in ſecundum ſpeculum rejecta eſt adeò ſolerter, ut eadem eloquentiæ vivæ pulcherrima ſpecies eodem tempore tribus in locis diverſis inhæreret; in ſe ipſa primum conſiſteret; deinde in Ciceronianæ mentis ſpeculo conſideret; tum conſpiceretur in eo libro, quem unum, amiſſo Cicerone, ſuſpicimus; quo re-

liquo fruimur & docemur; in quo ſolo pulchritudi nem eloquentiæ cernimus, admiramur, adamamus. * Addens multa de ſuo, quæ vel acumine mentis excogitaverat, vel uſu multarum rerum magiſtro didicerat, ea contulit in communem utilitatem ac lucem: & imprimis formam illam pulcherrimam eloquentiæ, quam ex idea, quæ menti illius penitus inſederat, primum in libris de inventione primis lineis inchoaverat; deinde curſim in partitionibus adumbraverat, tum in dialogo de Oratore coloribus optimis depinxerat, atque inclaris oratoribus oſtenderat poſtremum in libro de Oratore perfecto manum ultimam adhibens, extrema lineamenta ponens, numeris omnibus abſolutam & perfectam expreſſerat. O felicem ſtylum, tam prudentis ſcientiſque artificis manu ductum, quam tibi debemus omnes benedicendi ſtudioſi! quibus non umbram, sed imaginem eloquentiæ; cujus effigies in Ciceronis animo ſolidis expreſſa membris eminebat, in eo libro præſtitiſti; feliciore nimirum eventu; quam ullius unquam ad vivum retulit effigiem Apellis penicillus. * Libri conſcripti tum ingenii tum eloquentiæ monumenta, in quibus nemo non admiratur omnium ſcientiam doctrinarum, nemo non omnes Philoſophiæ partes illuſtratas agnoſcit ab eo, qui rebus obſoletis novitatem dedit, novis auctoritatem, obſcuris lucem, veris gratam probabilitatem omnibus. * Perierunt aliæ quod parvi tum à doctis, tum ab indoctis præ Tullianis æſtimarentur: Conſervatæ ſunt hæ de tot Bibliothecarum incendiis ereptæ, per tot diſcurſum ſeculorum ad noſtram usque ætatem inter tot urbium depopulationes, provinciarum vaſtitates, regnorum everſiones, religionis mutationes, integræ fermè delatæ. * Libri tanta doctrinam varietate, gravitate ſententiarum, ſubtilitate diſputationum, antiquitatis, notitia logicæ diſciplina, proprietate verborum, rerum diſpoſitione, ac tam ner-

voſo

voſo dicendi genere conſcripti, ut ex virtutes certent inter ſe omnes, ac neſcia utrum materia vincat opus an opere materia ſuperetur. Præſertim quod modo veritatem abditam è profundo eruit: modò falſas confutat acerrimè ſententias. * Qui hocce anno miſſus eſt liber, & voluptate civitates affecit, & profuit: hoc quidem ſententiarum gravitate, illud verò ſuavitate verborum. * Novi ego, quæ ſit prurigo eminendi, operis, quod probatur.

DESCRIPT. Quàm præclarè compactus eſt, & conſtructus liber hic, conciſus & refectus ex omni parte æquabiliter ſcalpello ducto, & minio illitus, vel alio colore pallido vel rubro nitens. Tantum marginis in illo relictum eſt, quantum opus eſt ad notas librorum, & locorum indices excuſos. Coopertus eſt ille non membrana, ſed aluta tenuiſſima politiſſimaque, & ad ſpeciem & ornatum umbilicis pulcherrimis, & in medio claviculis decoratus argenteis, & in extremitatibus laminulis ex eodem argento perforatis & elaboratis. Ille clauditur & apetitur ex animi ſententia uncinulis argenteis: in orbiculos inſertis & extractis. Dominus tanti librum habet, ut aureo & argenteo colore totum involucrum irruiſſet picturis ex ornaſſet variis niſi quotidiano uſu deformari, defloreſcere vetuſtate, & omnes floſculos decidere, delerique omnino vidiſſet. Sed planè glutinator egregius artifex conſtruendorum videatur eſſe librorum qui ſic conſtruxit & conglutinavit librum, ut folia mirificè cohærentia, & glutino devincta nunquam ſolvi, neque coagmentatio libri deſtrui poſſe videatur. Sic ad compingendum malleolo contuſum prius & complanatum reddidit, ad explendam & abſolvendam omnibus modis tanti libri conſtructionem, coagmentationemque mirandam. Non leve minus erit, cui manum adjeceris: non abjectum, quod usque ad aſpectum erexeris: non de-

niq̃ue [*Litteratis*] injucundum, cui vultum illum oſtenderis, à quo Gratiæ ipſi ac Virtutes approbari ac cohoneſtari cupiant. * Multa me, ut tibi libellum hunc nominatim dedicem, hortantur & invitant. Ego tibi peculiariter dono dicoq̃ue opuſculum hoc quantulumcunque eſt. Ego pro argentaria libertate chartaceam remunerationem rependo ac repono. Chartacea hæc noſtra remuneratio ea apud ingenuos virtutis cultores eſt [qualis es tu] ut auro gratior eſſe ſoleat. Ego quidquid es, ex charracea noſtra ſuppellectili depromptum, tibi devoveo deſtinoque. Opus hoc nominatim tibi dedicandum cenſuit. Tibi vir humaniſſime, has meas ſemeſtres vigilias, meosque in hoc ampliſſimo campo ſuſceptos dico labores, primùm, ut animi mei erga te grati teſtimonium vel qualecunque habeas; deinde, quò tu, qui omnibus cavere, ad tuum patrocinium, quaſi in portum tutiſſimum confugientibus ſoles, mihi quoque meisque lucubrationibus & laboribus caveas, tuo ſapientiſſimo ac felicisſimo, quod potes, utrumque tuearis patrocinio. Te hîc rogarem, mi Patrone optime, ut hæc noſtra, libenti acciperes animo, niſi ſcirem, eâ te frontis hilaritate hujusmodi munera accepturum eſſe, qua ea, quæ tibi gratisſima ſunt, ſoles accipere. Quod in tuo nomine apparent, non dubito omnibus qui ubique ſunt ſtudioſis, jucundiora & gratiora fore.

SENTENTIÆ. Liber eſt lumen cordis, virtutum repertorium, vitiorum refuſorium. (*Luc. Penna.*) Libri ſunt corona prudentum, diametra ſapientum, & honori ficentia doctorum. (*Anon.*) Codices plerique veteres, ſunt authoritatis minus vacillantis & fide. [*Politian.*] Satis fuiſſet, ſi pro bono fidei, Religionis & Boni publici, Providentiæ divinæ placuiſſet eò rem diſponere, ut intrà ſpatium unius ſæculi tantùm quinque aut ſex, ſed omni eruditione pleni prodiiſſent Libri, qui digni judicarentur, ut in omnium Po-

pu-

Digitized by Google

pu'orum Idiomata verterentur, eorúmque manibus tererentur; quem ad modum antiquorum Authorum Libri, ſicut Sol in Orbe noti, haud citiùs, quàm cum ipſo Mundo perirent. O Aſtra nunquam peritura, dicit Sirach de Pſalmis Davidicis, quæ ideò creata ſunt, ut futura tempora illuminent, & ea lumine ſuo prodigioſo usque ad Mundi finem condecorent, dicendo: Ipſe exornavit tempora usque ad vitæ conſummationem. (*Anon.*) Sunt Libri, qui vix naſcuntur, quaſi horæ unius ſpatio iterum oblivioni mandantur; alii in pœnam potiùs Regionis, vitia ipſorum Authorum nominari poſſunt. Alii, qui tanquam Leunculi Ezechielis cum unguibus & dentibus in hunc Mundum prodeunt, & mox mordere incipiunt. *Factus ut Leo, didicit prædæ inhiare, & homines devorare.* [*Idem.*] Libri à Spiritu S. dictati ſunt vera ſocietas, aut potiùs Socii Hominum, dum in hâc vitâ degunt. Fidelis, ſecreta & honorata Societas, quæ ſemper cum illis moratur, non cauſando illis ullam moleſtiam aut inquietudinem; quæ absque omni querelâ Secreta cordium illorum ad votum reticere novit; quæ illos ſcit delectare cum omni diſcretione; quæ ipſis divinam aperit veritatem, & ſine blanditiis ſeveritatem divini Judicii ob oculos ponit; quæ denique nihil reticendo, commiſſos errores manifeſtat, & absque omni fuco omnes eorum imperfectiones illis clarè exhibet & demonſtrat. (*Idem.*) V. BIBLIA.

SIMILITUDO. Ut his gemmis ſummum eſt pretium, quæ non modò varietate colorum delectant oculos, & nares odore; verùm etiam ad remedia ſunt efficaces: Sic his libris ſummum eſt pretium, qui non ſolùm habent orationis illecebras, verum & ſalubribus præceptis nos liberant animi vitiis. (*Plin.*)

LIBERALIS. **Frygebig.** *Liberal.*

SYN. Munificus, beneficus, largus. PHR.

Munificentiæ effusissimus. Qui benignè facit, nullâ tacitâ ratione ad utilitates suas redundante. Prolixâ & beneficâ naturâ homo. Insigni liberalitate conspicuus. Liberalitatem colens. In quo benefica voluntas, liberalis voluntas: prolixa beneficáque natura. * **Freygebig ſeyn.** *Etre liberal.* Erga aliquem esse beneficum. In aliquem uti liberalitate, liberalitatem exercere, munera conferre. Alicui dona largiri, benigne facere, offerre munera, dona conferre, dona dare. Aliquem ornare beneficiis, donis afficere. * **Er iſt ſehr freygebig gegen die Armen.** *Il est fort liberal vers les pauvres.* Liberalissimus munificentissimúsque est erga pauperes. Insigniter liberalis. Iis plenâ largitur manu. Famulis jubet, ut si quem paupertate laborantem animadvertant, pecuniâ adjuvent. Tantâ est in omnes, præcipuè egenos, liberalitate & benevolentiâ, ut domus ejus pauperum eò adventantium portus diceretur. Magnam thesauri partem egenis impertivit: Multis eos muneribus juvit: suâ pecuniâ pavit: operam iis & pastum suppeditavit: suas iis facultates impertiit, erogavit. Omnium factus pater, omnia sua omnibus elargitur. * **Freygebigkeit.** *Liberalitè.* Liberalitas. SYN. Largitas, Munificentia, Beneficentia, Benignitas. ADJU. Angustior, benigna, cautior & moderatior, dissolutior, eximia, gratissima, gratuita, mercenaria, incredibilis, modica, præstans, summa, uberior & gratior, unica, vulgaris, commemoranda & divina; tam expósita, tam obvia, quæ, ut fontes, sponte irrigat & dimanat. * **Freygebiglich.** *Liberalement.* Liberaliter, Largè, Prolixè, Munificè. Prolixè cumulatéque. Largè ac liberaliter. Largè & copiosè. Munificè & largè. Largitate maximâ.

AMPLIFICAT. Quo die Leopoldo pulchro parenti pulchrior filius successit, Patrem induit, cujus glorioſissimi nominis affectus omnes in subditos derivavit

vavit: turpiſſimum ratus, in edito ſedere Principem & ad ſuorum utilitates oculos non dèmittere. Aurum & argentum, tenaciſſima aliàs metalla, in ejus manibus diffluebant, quas chariratis ardor igniverat. Unum illi erat, videre neceſſitatem & tollere. Lenta beneficia ex beneficiorum numero eradantur. Tantum demitur gratiæ, quantum moræ adjicitur. Sol non expectat mortalium preces, ut oriatur: ultro ſe etiam non cogitantium oculis infundit. Odiſſe poteſt gratiam, qui diu expectavit. Optima beneficii anima eſt, benefaciendi promptitudo. Intellexerat ex Mænandro, Principes publicos eſſe fontes, ex quibus nemini non eſſet hauriendi poteſtas. Erravi; fluvios eſſe intellexerat; qui non rogati ad inferiora decurrunt, & ſeſe ultrò ſitientibus terris propinant. Quæ importunitas exprimit, à benignitate non veniunt. Divinum aliquid ſapiunt, quæ non petentibus occurrunt. Cum auri plurimum munificentiſſimè in omnes effudiſſet, id quod volebat minimum, teſtatus eſt, ſe auream animam habere. * At non potuit non amari, qui aureis illiciis trahebat. Aurum nunquàm paſſus eſt indurari, quin de manu flueret. Hoc uno fortunam ſuam æſtimabat, quòd poſſet benefacere; cui, ut vellet, naturæ bonitas contulerat. Non audiebat Stoici Romani legem: ſic egenti dandum eſſe, ut ipſe non egeas. Nam poſtquam penè prodigè ampliſſimas opes erogâſſet, auditus eſt aliquando ingemuiſſe, quòd egentium multitudine ſuperatæ facultates, eum jam ad teruncii defectum redegiſſent: non redegerunt tamen ad egeſtatem. Quia munifica & liberalis manus, etiam nolens fœneratur: & beneficia ſparſa, velut ſemen, redeunt auctiora. * Titus liberalitatem acri delectu exercuit, ut daret, non projiceret beneficia; turpiſſimum genus damni exiſtimans inconſultam donationem. * Totam tibi gloriam exhauſiſti; ità munificentiæ genio aſſuetus, ut

nec horam perdideris, uti Titus diem. Oceanus eſt, quem affundis, non modicus latex gratiarum: pluribus quàm Ægypti flumen oſtiis, aut quàm Thebarum portis exeunt, à te Congiaria: & adhuc exhauriri nequit tuæ beneficientiæ Nilus. * Vince tuam tenacitatem, eſto liberalis: Jam tandem tenacitati modum pone, cui opum abunde eſt. Si trophæum Tibi placet, à Te ipſo illud exige, & primam duc in manubiis parcitatem. Unicus Tibi hoſtis ſit avaritia, quam ſi vincis, pulcherrimè triumphâſti. Alibi hoſtes fundere, hîc opes effundere palmare eſt. Imò minùs flagitioſum eſt armis, quàm liberalitate vinci. Adhæc haſtis ad inſtar Philippi depugnet argenteis, qui nequit ferreis: vincat auro, qui neſcit ferro: etiam extra bella manus triumphat, ſicut ibi armis hoſtem opprimit, ſic auro alibi ſublevat egeſtatem. * Præripit palmam Areopago tua Æquitas: ubi verò liberalitate certandum eſt, omnem Tito gloriam ademiſti. * Miſerorum vota occupas, precariam peroſus gratiam; non ignarus, illud inter beneficia principe loco ponendum, quod gratuitò quis elargitur. * Nullas ille reperit anguſtias, quas non maximis largitionibus dilatâſſet; nunquam ſibi viſus beatior quàm cùm plurimos de ſuo felices redderet; novam ergo aliis cum Soli oriri Fortunam, occidere calamitatem imperat, negligere opes, niſi quas erogaret: plura appetere, quô dare plura poſſet; nunquam miſerorum ergaſtula inviſere, quin ea ſimul Inſulam efficeret Fortunatam: nihil inſuper in ſuâ æſtimare Fortunâ, quàm quod prodeſſe deberet miſeris, felicibus poſſet: denique quidquid Fortuna eripere potuiſſet, id lucrum virtutis facere, ſolo gloriæ cenſu ad illum redundante.

Amas virtutem militum, ô Princeps! etiam hanc corona, & ſtrenuum ferri uſum auro etiam repende. Cauſa: Sitit nempe ſanguis effuſus par præmium, & refundi auro poſtulat ſecuræ ſuâ virtute Patriæ aureum

pa-

parans ſeculum. Equidem niſi Dûcum munificentia virtuti hoc aureum addat calcar, curſum gloriæ intercipit. Quis enim arma pro Patriâ capeſſat, imò quis citra probri ullius metum arma non deſerat, ſi falcatis curribus nullam colligat meſſem? Hebeſcit Martia fortitudo, hebeſcit & ferri acies, ſi illud aurum non acuat: nec albo militum bene ſuum convenit nomen, niſi candorem duxerit ab argento in præliares animas effuſo, quæ tantò ſegniùs agunt in hoſtem ferreis, quantò parciùs aureis domi munificentiæ telis oppugnantur. Quam feliciùs arma hæc aurea ignaviam militi, & ruituros in prærupta deſidiæ animos expugnant? quàm uberiùs argentea hæc ſementis, dum ſpargitur in cruento illo Martis patrii gloríæque Campo, pulcherrimam gloriæ meſſem & frequentes laurearum manipulos producit? Itur nempe in hoſtem animoſiùs redeunte virtutis præmio; & hoſtiles copiæ manum expaveſcunt, quam præmiorum urget Cornucopia. Languet agricola, ubi ſterile ſolum experitur, pigétque illud excolere, in quo ſolæ propemodum herbæ, ne dicam laborum curarúmque ſpinæ ſuccreſcunt. Mæret ergo illuſus agricola; & militum virtus ſuo deſtituta munere non concidat nec pariter elangueſcat? glebam gratis vertere piget, & hoſtiles cuneos ſubvertere, venalémque animam gratis circumferre libeat? Neque Tuus, credo, tam alacer in hoſtem irruiſſet miles, Juli Cæſar, niſi auſis grandioribus non impar decerneres hoſtimentum.

LIBERALITAS. Freygebigkeit. *Liberalitè.*

SYN. Munificentia, largitas, beneficientia, benignitas. ADJU. Anguſtior, benigna, gratuita, conducta, mercenaria, cautior & moderatior, commemoranda & divina, diſſolutior, eximia, gratior, incredibilis, modica, præſtans, ſumma, uberior & gratior, unica, vulgaris. [*Ex Cic.*] PHR. Benefica, *vel* liberalis vo-

Digitized by Google

voluntas. Voluntas benè merendi de aliquo: Munûs hoc accumulatiſſimæ tuæ largiamur voluntati. Neque enim beneficium fœneramur, ſed naturâ propenſi ad liberalitatem ſumus. Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhaurit. Quod proluvium? quæ profuſio? quæ iſthæc ſubita eſt largitas?

AMPLIFICAT. Itáque largitate magnificus fuit, prudentiâ liberalis, eleemoſynâ pius. Quæ vis dicendi hoc loco tàm brevi tempore queat enumerare, quot hominum millibus aperuerit fontes benignitatis ſuæ? Innumerabiles ſunt Cardinalis liberalitate donatæ puellæ nobiles, tàm plebejæ, quam nobiles & honeſtis matrimoniis è periculo vulgandæ pudicitiæ ſervatæ. Innumerabiles pueri parentibus orbati ſunt in ſtudiis litterarum ejusdem largiſſimis eleemoſynis ſuſtentati. Viri fortes à patriâ catholicæ causâ religionis extorres ac profugi, in quorum numero fuerunt illuſtres Angli permulti, hujus pecuniis honorificè recreati. Teſtes ejusdem liberalitatis proferre poſſem cives Romanos non paucos, qui cùm fortunis ſuis eſſent ejecti, hujus beneficio erecti ſunt; ſæpenumero cogitantis, nihil cuiquam accidere poſſe calamitoſius, quàm ex beato miſerum fieri. * Quos paupertatis onus videbat oppreſſos, ea condebat bona, & componebat, quæ ſint in poſterum tempus profutura: ea enim ipſe, Laurentii nimirum, ad cujus imaginem ſe quodammodo formaverat, exemplo committebat pauperibus, ut per eorum eſſent manus in cœlum transferenda. Non ignorabat hoc ſæculum mare quoddam eſſe, quo mortalium vita, quaſi cymba vehitur imbecilla, eò periculoſiùs, quò amplioribus mercibus oneratur. Has porrò merces ex ſuâ deonerabat navi minus firmâ, ut in probam alteram ac fidelem trajiceret, quæ tutiſſimô perveniret in portum. * Qui non voluntatem tantùm juvandi habet, ſed cupiditatem. Qui accipere ſe putat beneficium, cùm det; qui dat tanquam non

re-

recepturus, recipit tanquam non det: qui occasionem, quâ prosit, & occupat & quærit. * Qui tàm benignè utitur largiendo juvandoque; ut nunquam illi sit dandorum beneficiorum inopia, datorum pœnitentia. * Cujus naturam per se pronam ad humanitatem, ad misericordiam, & clementiam, irritat & provocat turba gratorum, quos illi habere contingit. * Qui ab omni avaritiâ ac sordibus longissimè abest, & liberalitate & magnificentiâ excellit. * Qui innumerabilium privatorum inopiam sublevavit, & infinitâ vi pecuniarum omnibus probè orbis Christiani partibus aliquâ difficultate pressis, ac laborantibus sine ullâ cunctatione subvenit. * Qui in pauperes est liberalis, & munificentiâ utitur; qui omni spe destitutos, & fortunis omnibus privatos, opibus suis sustentat, & egere non permittit. * Qui fuit ex omnibus, quin si vellet, Mureti auxilio uteretur & consilio? Eccui unquam suam ille domum, bibliothecam, quam habebat instructissimam, aures, aream denique patere noluit? cum non aut operâ benignè fecit, aut pecuniâ? Tribunorum olim domus in hâc urbe nunquam claudebantur, ut essent portus quidam ac perfugium civitati. Simile quiddam mihi videntur Mureti ædes fuisse, quem nunquam ferè solum aut vacuum invenires: quasi à Deo esset, uti erat, ad communem omnium utilitatem datus. Rogares, ut perobscurum aliquem aut Latini scriptoris, aut Græci declararet locum, declarabat, ut carmen corrigeret, aut orationem? corrigebat; ut epigramma inscriberet in sepulchro? inscribebat: ut epistolam scriberet? scribebat; ut elogium in ponte, aut in basi statuæ ponendum excogitaret? excogitabat; ut hæc ipsa recognosceret? recognoscebat: ut interdum diceret, sibi non licere vivere, * Qualem arbitramur fuisse in amicos, quorum opes atque honores augebat, inopiam liberaliter sustentabat: ad quorum morbos ac vulnera medicos, fo-

fomenta & miniſtrantes adhibebat, quorum funerâ magnificè ac piè procurabat. * Non inflavit illi animum potentia, non extulit honor, non doloſi abſtulit ſpes nummi, non abſorbuit æſtus opum & copiarum, his námque rebus omnibus ita utebatur, ut eæ non ſuperbiæ viderentur, aut avaritiæ, ſed benignitati ac liberalitati facilitatem & magnificentiam dediſſe. * Non ignorabat vir ingenuus animi, præſtantíſque doctrinæ, poteſtatem in homines hominibus à DEO tributam, ut iis proſint, quibus præſunt, & æquitate conſtituendâ, tenuiores prohibeant injuriâ: conceſſas deinde pecunias, non ut domi inutiliter habeantur, non ut in arcâ recondantur, non ut defodiantur in terrâ: ſed ut foras liberaliter effundantur, ſed ut diſpergantur, dentúrque pauperibus, ſed ut eorum in animo quaſi in agro obſerantur, ut cum centeſimo uberrimum fructum in ſempiternam vitam propaget. Similiter illud cogitabat, quantò ſit pulchrius & juſtius, multorum parentem dici egentium, quàm pecunioſum haberi: aurum à naturâ mortalibus, non poſſidendi tantum, ſed multò magis utendi causâ datum: corrumpi aquam in puteo, niſi frequenter exhaurias; ſquallere & confici quodammodo divitias in occulto, niſi ad multorum ſubſidium in ſplendorem, lucémque proferantur. * Eras in ipſum pronus, erat in omne tuum obſequium promptus; fovebas, ipſe amabat, præmiis plurimis & maximis excitabas, ipſe labore plurimo maximóque merere conabatur, profundebas in ipſum omnia, plura ipſe non auſus optare fuiſſet. * Quis eſt, qui religione locóque inclytam illam ædem ſibi adeundam putet, quin ipſo in aditu veſtibulóque magnificentiam ſuſcipiat hujus Principis? qui templum expolitum illud, exornatum, ac penè redditum priſtinæ dignitati, egregiis picturis, non iis modò, quam evaneſcentes vetuſtate, iisdem coloribus, quibus fuerant, re-

no-

novavit, sed aliis etiam additis ejusdem artificii, loculpletandum locavit. Quod est in aliis templis, quorum tutela ac patrocinium ad eum pertinuit, curavit ita diligenter, ut cùm ipsis grátulatus esses, gratias ageres ipsorum patrono. * Sileatur moderata illa, & non à quærendi, sed studio placendi DEO facta in victu vestitúque parsimonia: non dicatur, nè illud quidem, è mensa, imò verò ex ipsis epulis, quibus vescebatur, semper missam partem ad pauperes, quos etiam largiori pecuniâ sustentabat: ut nullus esset dies, quem amissum jure conqueri posset. * Alexander Farnesius sciebat aliquam familiam esse inopem, dignamque præsidio? sustentabat. Huic atque illi filiam domi nubilem, cui forma multos amatores invenisset, nullum inopiâ maritum? honestissimè collocabat: Captos permultos à prædonibus coërceri vinculis, aut acerbissimo jugo servitutis? pecuniâ redimebat. Hebræorum aut Hæreticorum perfidiis & tenebris ad Christianam fidem lucémque emersos, laborare penuriâ rerum & eos ut pater humanissimus alebat. His vestem mittebat, illis cibaria, aliis nummos, plerísque omnibus omnia. Offerres illi pauperum preces? exaudiebat: exponeres inopiam? levabat, ostenderes afflictum? erigebat.

Qui, dum attollunt Principes alii mutos lapides, quos in trophæum evexerunt, habet vivum hominem suæ virtutis trophæum: dum jactitant cæteri Reges Pyramides suas aut statuas, in luce fori curiarumque collocatas; habet respirantem in subditis Pyramidem & in orbis universi luce testem suæ liberalitatis. Dum prædicant superbo fastu Cæsares & Imperatores aureos illos currus, quibus vecti triumphantésque capitolia conscenderunt; sui triumphat virtute, quâ vecta ejus benignitas orbis universi terminos, impellente voce publicâ pererrat. Qui est præsidium illud, & dulce decus subditorum, in cujus umbrâ patrocinii felicem

respirat patriæ viam. Qui est Sol iste, à cujus immensâ majestatis luce lucem hanc haurit patriæ excellentissimæ dignitatis.

Africani est hoc, hominis liberalissimi: veruntamen ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est, ut in illo fuit. Et opes vel fortunæ vel ingenii, liberalitati magis conveniunt, quâ qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietè vivendum, charitatem; præsertim cùm omninò nulla sit causa peccandi. Quid liberalitas gratuitane est; an mercenaria? si sine præmio benigna est gratuita: si cum mercede conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis, benignusvè dicitur, officium, non fructum sequatur. Cum duo sint genera liberalitatis, unum dandi beneficii, alterum reddendi, demus, nec ne, in nostrâ potestate est: non reddere, viro bono non licet, modò id facere possit sine injuriâ. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi. Nec dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen imprimis, quo quisque animo, studio, benevolentiâ fecerit, ponderandum est. Multi enim faciunt multa temeritate quâdam, sine judicio, vel morbo, in omnes, vel repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æquè magna, non sunt habenda, atque ea, quæ judicio, considerate, constantérque delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sint, hoc maximè officii est, ut quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari: quod contra fit à plerisque. A quo enim plurimum sperant, etiamsi ille his non eget, tamen ei potissimum inserviunt. Optimè autem societas hominum, conjunctióque servabitur, si ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. * Solum beneficio affici credebat, cùm in alios contulisset: Ideò spargebat beneficia,

cia, quibus fœneratrix virtus se redderet commendabili fraude ditiorem. * Quam luculenter & facilè [*Gregorio*] DEUM DEIque immortalitatem demerebunt tot puellarum conservatus pudor, tot viduarum recreata solitudo, tot liberatio vinctorum, educatio tam multorum adolescentium, suscepta tot gentium patrocinia, tot denique Martyrum triumphi.

Tua verò beneficentia, Princeps optime, cum singulari religionis studio conjuncta non hujus tantùm urbis mœnibus includi, non Italiæ finibus circumscribi, non Germaniæ, Bohemiæ, Hungariæ, Poloniæ, non Styriæ, non Græciæ, non Dalmatiæ terminis contineri potuit, quibus omnibus in locis partim seminariis exstructis, quasi munitissimis sedet arcibus, partim aliis beneficiis immortalia tuæ liberalitatis, ac religionis monumenta posuisti, sed longiùs etiam provecta, & extra anni quodammodo Solisque vias, ut ait ille, hoc est ultra Indorum, Brachmanûm, ac Sinarum terminos, ad ultimas Japonensium oras ac fines pervenit. * Electoralis sedulitatis ac beneficentiæ monumenta conquirántur, & voce præconis omnes, quos Friderici liberalitas sublevavit, se prodere jubeantur; tendent manus continuó pupillorum, & captivorum greges, quorum nomina etiam descripta servabat Fridericus, velut amantissimus Pater alimenta, vestes, hospitium, sumptus in alias res, prout singulis opus erit, etiam non rogatus dividebat. Hinc urbe totâ collachrymatio pauperum, & velut ad commune funus ejulatio. Tendent virgines nobiles & adolescentes Ingenui, quorum illas à dedecore, ac maximè pudicitiæ periculis, collatâ in eârum dotes pecuniâ, vindicavit: Hos verò non paucos, vel orbatos parentibus, vel eversâ patriâ profugos, dum rectè litteris ac moribus instituerentur, attributo reditu sustentabat! Tendent & Neophytorum domus, quam in urbe fundavit; & Teutones, quos ad

Academiam (N N.) ut virtutum doctrinarumque studiis vacarent, collocavit in spem gentis Teutonicæ, magna Sacerdotum & inscientiâ & penuriâ laborantis. Tendent religiosorum hominum familiæ, de quarum singulis si dicere non vacat; at mihi nequeo temperare, quin piorum omnium nomine, qui voces suas in meâ unius voce sitas esse percupiunt, immortales agam gratias benevolentissimo parenti, cujus magnificentissimis decretis ornati sumus: tutelâ ac præsidio defensi: auctoritate communiti: ope ac facultatibus recreati, & in hâc pulcherrima Germaniæ arce ac domicilio, insigni exstructo Collegio, longè plusquam mereremur, honestati: tandem multiplici beneficiorum genere sublevati per omnem Christianum orbem ad extremas usque Insulas Japonias, ad quas etiam vel maximis dissitas locorum interstitiis Electoralis munificentiæ lux penetravit, eásque collegiis aliquot exornavit, & seminariis Regiorum etiam puerorum. * Converte P.B. quoquoversùs istos oculos, indices lenitatis & beneficentiæ, hæc atria, hos parietes, illum hortum, hæc tecta circumspice, quicquid intuebere, totum id monumentum est humanitatis tuæ, tanto nobilius, quàm quæ in ornamentis & munitionibus, urbis constituta sunt; quantò corporibus tardis & abjectis, celeres ac divinæ mentes antecellunt. * An datis beneficia *Ignatio*, an accipitis? vestra profecto fœneratur humanitas. Et erit aliquando illud tempus, cum nec inserta *Ignatio* vestræ benevolentiæ germina, ita sensim adolescent, ut in vos ipsos, ac posteros vestros propitio cœlo maturos, & nunquam deciduos fructus, incredibili copiâ fundant. * Tantam pecuniam effundi jussit, quantam non caperet aviditas nostra. Nec humilius quàm erat loquutus, expediri munus jusit. Quippe productus est saccus ingens, nummis argenteis plenus permissúsque diripientibus nobis: nunc onerantes sinum,

Digitized by Google

finum, nunc deprimentes laciniam veſtis, tandem gratiſſimâ fœcunditate laſſavit. Nihil unquam eo munere plenius. Nam ſumendi cupiditatem muneris amplitudo exhauſerat. * Quæ hoc uno dolore ſuam felicitatem maculat, quòd tamdiu deſint, quibus ipſa liberalis eſſe poſſit. * Nulla unquam fortunarum offenſio eſt munificentiâ nata; amorem hæc ingenerat, odia ponit. Vis proinde ſecurus vivere, vis amare dives? una liberalitas utrumque dabit, néque quisquam ſecurior liberali eſt, ignorat enim inſidias liberalitas: avaritia has invenit, neſcit odia: Sordidior parſimonia hæc peperit infelicis filiæ infelix mater. Quid quod ſola ferè virtutum, expers æmulationum, invidiarum, fraudum, inſidiarum, liberalitas ſit. Hanc ſequere, ſi divitiæ conceſſæ.

Si pecunioſus fuerit, petentibus mutuabitur. Mutuatum, ſi carere poteſt, non repetet; accipiet, ſi ultrò dederit tanquam beneficium. Minutioribus menſalibus donis pro ratione temporum potentiorum, gratiam parabit. Incredibile dictu, quid pecuniæ neglectus, quid munificus inter aulæ ſectatores animus poſſit: ut auſim dicere, imperare poteſt, qui dare poteſt. Etiam vita ſua teget, qui profundit. Prudentiâ tamen hîc opus eſt, ut non in omnes eâdem munificentiâ utaris, ſed in illos potiſſimum, qui aut obeſſe multum, aut prodeſſe poſſunt plurimum. Non negligendi alii, ſed magna perſonarum temporisque ratio habenda. In omnes prodigere, ſtolidum eſt, in quosdam prudentis. A prudentiâ ergò diſcrimina mutanda ſunt; & plus ſæpè in delectu, quam in munere difficultatis, ac laudis eſt. * Liberalitatem ante omnia colat, quæ una potenter invidiam perimit, amorem provocat. Neſcit indignari beneficio obſtrictus, aut ſanè non audet: &, ut animus adſit indignabundus, pudor retrahit; & vel hoc ſolo nomine nè ingratus audiat, premit nocitura. Valida ſanè ſpongia munificentia eſt; quâ ſolâ quid-

quid propè damnandum, aut deletur aut integitur. Et neſcio quomodo etiam hoſtem amemus munificum.

Præmia quod diverſitate officiorum inæqualiter eſſe conferenda, hodie inter gentes communis eſt paræmia; hæc námque in conſiliis procreant ſubtilitatem; in civibus obſequium, in bello animum, in pace ſecuritatem. Et ſanè vix Zodiacus tantas hucúsque moras traxiſſet, ni in eo libra ponderabilitatis ſignum inveniretur. Ab Aſtræâ aſtra ſubeunte bilancem mutuavit Ferdinandus, quo procul dubio docere voluit, orbem juxta meritorum pondus vel attollere lances, vel deprimere debere. Quemadmodum enim nullum aſſurgit ſine regulâ ædificium, nulla durat ſine inæqualitate domus ſeu Illuſtriſſima illa, ſeu Sereniſſima ſit, ita non ſecus Rempubl. concidere opus eſt, quæ diſcrimen in rebus ignorat. Paribus meritis paria decernenda ſunt præmia, imparibus imparia. Multis nempè diſplicuit munus, quia minùs merentibus idem datum. Indignè profectò fit ſocius mercedis, qui comes non fuit laboris. Hinc non immeritò juſtâ Heros tangitur Zelotypiâ, dum ſuam illi palmam deſponſatam videt, quem nunquam in arenâ vidit corrivalem. Inter quos magnum fecit fortitudo diſcrimen, eâdem triumphare in quadrigâ, paríque coronari laureâ vix concedunt. Reſtat etiamnum laudabile inſtitutum Severi Imp. cui hæc erat conſuetudo, ut, ſi de jure, aut magnis Imperii negotiis tractaret, ſapientes ſolummodò, ac diſertos; ſi verò de re militari, milites famâ clariſſimos & benemeritos, bellíque peritiſſimos adhiberet: optarem, fateor, ut & his mos quâquâ veneratione digniſſimus noſtræ ætati inoleſceret; ſcirent equidem coronati Principes non cujuslibet tempora mercedis lauro cingenda fore. Nimia benignitas, inquit Tacitus, in immeritos magna in regno crudelitas eſt. Indignus, cum ad gloriam pervenerit, minoribus æquè, ac fautoribus ſuis monſtrat, quantum obſit ſera ni-

nimium promoventium pœnitudo. Sciat igitur vir politicus dignitate munitus ſibimet imputandum, quidquid gratiæ & benignitatis non merentibus contulerit. * Eadem Principis, quæ ſolis, dos eſto: omnibus benefacere, Fluvium ſe potius, quàm puteum exhibeat Monarcha. Et ſanè longè gratior accipitur aqua, quæ ſpontaneâ liberalitate in publicam decurrit utilitatem, ſemper dare parata; quam quæ trochleis eget, ac ſitulis, priusquàm ſudore longo è profundo extrahatur. Beneficentia moras neſcit, vox non mea, ſed Maximiliani I. Cæſ. Auſtr. eſt. Illa itáque gratiſſima ſunt beneficia, ubi mora nulla fuit, niſi forſan in accipientis verecundiâ.

Nullâ re propiùs accedunt ad DEUM Reges, quàm Liberalitate. Non eſſet DEUS, niſi donare poſſet; néque unquam dedit aliquid majus, quàm dum donavit Reges, quos idcirco facit Liberales. Volo tamen Te Liberalem eſſe, non Prodigum: da præſentes divitias, non futuras; inveniant Te anni ſequentes divitem, ut inveniant Te liberalem. * Alumnos liberalitatis tuæ, non facio arroganter, ſi Beneficentiam tuam verè regiam conſidero. Nam ſi animus invenit Liberalitatis materiam, etiam inter anguſtias paupertatis, ut ait Seneca, quantò magis Rex & Princeps.

SENTENTIÆ. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix, quæ pro affectu benignitas, pro effectu beneficentia nominatur. (*Bonav.*) Eſt virtus, per quam liber animus in largitione poſſeſſorum nullâ tenacitate coarctatur. (*Hugo V.*) Largè dat, qui affectum largiendi habet; etſi nihil habeat, quod largiri poſſit. (*Gloſſ. ord.*) Liberalitas virtus maxima, & via regia eſt: à quâ declinat, qui parcus eſt. (*Hier.*) Si non eſt omnium æqualis facultas, debet eſſe par pietas: quoniam fidelium largitas non de muneris penſatur pondere, ſed de benevolentiæ quantitate. (*Leo.*) Sem-

per illi, quod largiatur occurrit, cui benè velle non deficit. (*Idem.*) Non mensurâ dantium, sed voluntate exhibentium Liberalitas æstimatur. [*Chrysost.*] Felix vena, quæ suo ditatur irriguo, & fluenta putei tota acquirit, atque attrahit liberalitate. [*Chrysolog.*] Non ex multitudine donorum, sed animi promptitudine liberalitas æstimatur. (*Theophilact.*) Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius: sed habet multas cautiones. (*Cic.*) Beneficium & gratia vincula sunt concordiæ. (*Idem.*) Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus. (*Idem.*) Propensior benignitas esse debet in calamitosos. (*Idem.*) Meliùs apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. (*Idem.*) Largitio fundum non habet. (*Idem.*) Donantis inopia, gratiam ditat humilem. [*Nier.*] Dat pretia donis dantis æstimatio. (*Idem.*) Hæc una domini gloria, DARE. Quis alius propriot dominandi usus? An accipere? Nondum dominus est, qui accepit. An possidere? Potest alienæ rei possessor justus esse. An uti? Potest hoc, cui mutuatur, & qui rem debet. An frui? Potest & latro. Solùm restat una dominii nota & decus, DARE. Ibi magis dominium vivit & valet, cum desinit. [*Idem.*]

SIMILITUD. Quemadmodum putei exhausti in pristinam mensuram revertuntur, & ad ubera quæ sugantur, solet lac confluere: Ita etiam elargitio communicata egentibus augetur & repletur. (*Clem. Alex.*) Regis Liberalitas aptissimè cum Sole convenit. Nam velut is indurat lutum, & emollit ceram: ita hæc quorundam animos emollit, quorundam indurat. (*Carol. V. Imp.*) Rex in dando facilis esse debet. Nam populus fluminis instar, pecunias in fiscum, ceu ad oceanum defert. [*Carol. IX. R. G.*] V. BENEFICIUM. DONUM. ELEEMOSYNA.

LI-

LIBERTAS. Freyheit. *Liberté.*

SYN. Facultas, Poteſtas, Copia. ADJU. Antiqua, aurea, chariſſima, communis, dulciſſima, immoderata, impunita, jucundior, licita, multa, nimia, otioſa, perpetua, præclara, priſtina, ſancta, ſumma, tacita, tranquilla, vetus, unica, tradita, atque inculcata; non infecta acerbitate ſuppliciorum, ſed levitate legum munita. Pura & numeris omnibus abſoluta: Principalis ac maximè dono deûm conceſſa; nec hominibus ſolum, ſed ſerarum volucrúmque ſenſibus fixa atque ingenita: Plurimis virtutibus ſtabilita. PHR. Naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet. Ut libet vivendi poteſtas. Poteſtas faciendi, quod quis vult. (*Ambr.*) Effrenata licentia. Factorum intemperans licentia, procacitas, impotens libido, temeraria audacia. * Frey. *Libre.* Libertas, liberatus, ſui juris, ſuæ poteſtatis, ſui arbitrii. ADV. Liberè, Ingenuè, Apertè ac palam. Liberiùs. Licentiùs, juſto ſolutiùs. Æquo liberiùs. * Die Freyheit für das höchſte Gut achten. *Eſtimer la Liberté plus que toutes les autres choſes.* Nihil antiquius judicare, ducere libertate. Libertatem anteponere omnibus rebus. Pluris æſtimare Libertatem. Nihil non facere libertatis causâ. * Die Freyheit bekommen. *Acquerir la liberté.* Libertatem accipere, capeſſere, obtinere. Libertatem cum ſervitute commutare. Libertate donari. Ad libertatem pervenire. Frui libertate. Pro ſuo arbitrio, ex animi ſui libidine aliquid agere. * Die Freyheit verlieren. *Perdre la Liberté.* Projicere, dimittere, perdere, deperdere libertatem. Abdicare ſe libertate. Ich habe die Freyheit / nach belieben außzugehen. *J'ay la liberté, de ſortir, quandil me plaiſt.* Mihi exeundi, quoties libet, copia eſt, facultas eſt, poteſtas eſt. Exire mihi liberum eſt, quoties placuerit. Wann es in meiner Willkühr ſtünde. *S'il*

m' étoit permis. Si mihi integra omnia ac libera essent. Si mihi essent omnia solutissima. Si essem liber, expeditus, solutus, vacuus, purus, non impeditus, non implicatus. Si in mea essem potestate, si mei juris essem ac mancipii, si meo jure libertatéque uterer. * Ich habe die Freyheit nicht mehr. *J' ay perdu la liberté.* Mihi præcisa est, adempta est loquendi libertas. Amisi, perdidi libertatem. * Ich habe die Freyheit noch nicht wiederum erworben. *Je n'ay pas encor recouvrè la liberté.* Amissam libertatem nondum recuperavi, recepi, reperi. Nondum in libertatem sum vindicatus, sum restitutus. * Einen auff freyen Fuß stellen. *Mettre quelqu' un en liberté.* Aliquem in libertatem vindicare, asserere. Alicui libertatem dare. Ab alicujus cervicibus jugum servile dejicere, excutere, depellere. Christus, egregius paternæ gloriæ vindex, à fœdissimâ servitute nos asseruit in libertatem, ac Regnum Patris.

AMPLIFICAT. Huic populo ita fuerat ante vos Consules libertas insita, ut emori potius, quam servire præstaret. (*Cic.*) Cujus facti injustissima invidia erudire me potuit, quam jucunda libertas, & quam misera sub dominatione vita esset. (*Idem.*) Quid tam populare, quam Libertas? Quam non solùm ab hominibus, verùm etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videris. (*Idem.*) Qui libertatis jucundissimæ beneficii fruuntur, & animi sui tranquillitate, veluti Reges quidam vivunt ac regnant: quos nulla acerbè nulla libido inflammat ardenter. * Pretiosa res Libertas humana, & quam penè ipse reveretur DEUS. Determinat objectivè DEUM; explorat DEUS, quid voluntas velit: Quid agat priusquàm agat: quid sola vellet, si velle posset; observat operabundam & nondum operantem: adhuc vacuam & tamen plenam: adhuc sterilem & quasi prægnantem. Objecit illa DEO nutus suos, videt DEUS vota pen-

den-

dentia & adhuc nulla, & dum decernit concurſum qualem voluntas exigit, penè obtemperat voluntati, & illa imperat.

SENTENTIÆ. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. (*Job. 11.*) Illis libertatem pollicentur, cum ipſi ſervi ſint corruptionis. (*2. Petr. 2.*) Omnis ſapiens miſer eſt; omnis autem inſipiens ſervit. (*Ambr.*) Non ille liber eſt, qui ſerviens deſideriis & voluptatibus, vago fluitat errore. [*Idem.*] Glorioſa libertas, quam nulla ſervitus culpæ, nulla peccatorum vincula conſtringunt, nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degeneris nexui ſervitutis addicunt. [*Idem.*] Prima libertas eſt, carere criminibus. [*Aug.*] Erit voluntas tua libera, ſi fuerit pia. [*Idem.*] Magnum eſt munus libertatis. [*Idem.*] Quid prodeſt, quòd liber eſt in naturâ, qui ſervus eſt in conſcientiâ? (*Ceſar. Ar.*) Sola apud DEUM libertas eſt, non ſervire peccatis. (*Hier.*) Libertas nimia ſeminarium ruinarum eſt. [*Idem.*] Beata voluntas eſt, quæ ſerviendo comparat libertatem: miſera ſervitus, quam generat libertatis exceſſus. (*Chryſoſt.*) Libertas diſſoluta, ac moderamine carens, ubique mala eſt, confuſionisque cauſa. [*Idem.*] Quid tibi profuerit, quòd nemini hominum ſervias; ſi teipſum affectibus ſubjicias? [*Idem.*] Non eſt vera libertas, niſi in timore DEI. (*Them. K.*) Libertas eſt, nulli rei ſervire, nulli neceſſitati, nullis caſibus. (*Sen.*) Inæſtimabile bonum eſt, ſuum fieri. [*Idem.*] Omnia auferenti à te cede, præter libertatem. (*Sixt. Phil.*) Nihil libertate in Ingenuis pretioſius, nihil ſervitute in aſſuetis gravius: illa excitat, hæc terret. (*Cic.*) Libertatis proprium eſt, ſic vivere ut velis. [*Idem.*] Nihil eſt deteſtabilius dedecore, nihil fœdius ſervitute: ad decus & libertatem nati ſumus; aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. [*Idem.*] Servus non erit, qui

ipſius

ipsius libertatis est dominus. [*Mer.*] Non fortunæ, sed virtutis jus & donum Libertas est. Virtutis hoc artificium & inventum, per compendium cupiditatis, vitam compotem votorum fortunare cupiditate subsequente facultatem. [*Idem.*] Nemo liberior, quàm qui minus est liber. [*Haineufe.*]

LIGARE. Binden. *Lier.*

SYN. Ligare, vincire. PHR. Devincire nodis. Scitè colligare. Aptissimè connectere: Optimè contexere. Astringere, Constringere. * Zusammen binden. *Lier ensemble.* Colligare. Boves, Canes, &c. jugare, copulare. * Zu etwas anderst binden. *Lier à quelque chose.* Adligare quidpiam ad aliud. Illigare quidpiam rei alteri. * Unten her binden. *Lier par dessous.* Subligare. * Herum binden. *Lier autour.* Circumligare. Obligare. * Einen Ubelthäter binden. *Lier un criminel.* Reum vincire, vinculis constringere, adstringere. Reo injicere vincula. * Einen Rebstock hefften. *Lier les vignes.* Vitem ligare, adligare, vincire, paxillo adstringere. * Diese Sachen seynd wohl und füglich zusammen gebunden. *Les choses sont liées les unes avec les autres.* Res illæ inter se aptæ & connexæ sunt: inter se nexæ & jugatæ sunt: compactæ & coagmentatæ inter se sunt; inter se congruunt & cohærescunt: ex aliis aliæ nectuntur.

LILIUM. Lilg. *Lis.*

SYN. Lirion, *vel* Lirium. ADJU. Album, candens, florens, fragrans, halans, spirans, ridens, vernans, lacteum, candidum, niveum, redolens, amœnum, odoratum, odorum, odoriferum. PHR. Flos candidissimus, gratissimo odore spirans. Liliacei floris alabaster, *vel* alabastrus. Squameus Lilii thallus, thyrsus scapus. Hiantis Lilii præpilata fila, stamina,

mina, haſtulæ, flagella, dracunculi. Lilii ſemen. Liliaceorum ſtaminum crocea grana, croceata capita.

AMPLIFICAT. Flos ille terræ ornamentum, plantarum gloria, oculus florum, pratorum gemma, pulchritudo ſuaviter emicantibus radiis fulgurans. Sidus hortorum, quod ſic terram exornat, ut cœlum ſtellæ; ita floribus addit lumen, ut Jaspis auro; Sic oculos exhilarat, ut Sol Univerſum. * Videte, ut eſt ex omni parte formoſum. Num excelſa facies? Num majeſtate cinctum caput; cujus oneri vix collum ſufficit? Num argenteorum foliorum ſtriati ordines? Num paulatim in latitudinem ſe explicantes anguſtiæ? Num reſupina per ambitum labella? Num delicatiſſima, quæ interius ſunt fila? Num foliorum ſtantia croceis aureolis capita? Num odor, num candor eximius, ſatis iſtud, vel me tacente, prædicant? Nec immeritò profectò Græci *Lirion*, & *Kallirion*; Latini Junonis Roſam; Mauritani Suſen ab urbe potentiſſimâ nobiliſſimáque appellant. Hæc omnia ſapiunt blandam pulchritudinis majeſtatem; ſed efficacius *Lirion* venuſtum, ſuavem; amabilem florem ſignificat. Cujus nominis tanta eſt amplitudo, ut flores omnes, qui modo ſpecie & ſuavitate ſunt excellentes, *Liria* nominet Apollonius. Quod mihi videtur etiam ſpectaſſe natura, quæ lilia in tot pulchritudinis genera diviſit, ut non unum duntaxat florem, ſed omnes omnium eximios colores: & dignitatem videantur aſſequuta: ſi candida conſideres, quid purius, aut amabilius? Si Perſiana, quid ſpecioſius? Caulis eſt illis ternum cubitorum, quem fusè ambiunt folia ex cæruleo virentia, mucronata, flores nutantes nolarum effigie, nigricant: radix bulboſa, fiſſa, minimè ſquammis loricata, albida, averſa parte ſeſſilis, & plana, porrectis ſubtus obſcurè flaventibus. Si Polyrrhiſa, quid artificioſius? Nam & haſtulas æmulantur, & radices habent multas, non admodum craſſas, albas, huc & illuc ſpar-

ſparſas, dulces, glutinoſas, ex quibus caulis erigitur ſæpiùs duos cubitos altus, cavus, ſine medulla, in quo flores candidi, odorati, ſtamina lutea, ſemen in vaſculo triangulari concluſum, nigrum triquetrum. Si rubra, quid magis varium? caule quidem minora ſunt, foliis anguſtis, & nigricantibus, è ſummo flores erumpunt, ſinguli ſuis pediculis, modò longioribus, modò brevioribus inſidentes, coloris purpurei, crocei, notulis ſimiliter quibusdam nigris, & perquám exiguis ornati. Si cruenta, quibus flores rutilant, & bulbos nucleis ſtipatos proferunt, quid ardentius? Quid Narciſſos & Hemerocalidas, & cætera id genus commemorem; nullibi fœcundiori pulchritudine luxuriaſſe natura videtur. Nihil mirum igitur, ſi quicquid delicato pulchritudinis flore ſuaviter eniteſcit, hoc à Lilio *Liliatum* dicimus. Omnes quidem flores ſingularis naturæ ridentis clementia, ad humani generis oblectationem, univerſi decus, variaſque utilitates, profundit; quorum uſu non modò profana recreantur, ſed ſacra ipſa excoluntur: Verùm peculiari quodam jure Lilium ſibi vendicat, quod ſimul aſpexeris, ſtatim tibi præſtantiſſimi omnium floris veniet in mentem. Quid nos magis exhilaret, quàm aſpectus pulcherrimorum aulæorum; quæ natura omnium architecta, & parens, ubique ſtravit in ſuis latifundiis, ut admiranda forma & ſpecioſa varietate colorum, radicis, caulis, ramorum, foliorum, floris, noſtros oculos paſceret, ac reficeret, ſpectaculo quidem ornatiſſimo, & inſtructiſſimo; quod etiam vel maximè ſquallidos ruſticos, & incultos homines alliciat, & delectet; Quando verò Salomon in hac regiæ fortunæ opulentia, & omnium deliciarum mollitie, tot exquiſitis veſtium coloribus radians, ad unius lilii dignitatem aſſurrexit? Habent quidem manufacta, plerumque egregiam venuſtatem: Sed tantum à naturali pulchritudine differunt, quantum natura DEI illius præpoten-

centis administra, mortalium manus, vim, industriamque superat. Si igitur natura ita instigante, flores nigros, infaustos, malè olentes detestatur: qua amoris benevolentiâ lilium amplectemur? Quo nihil ad candorem amœnius, nihil ad prosperitatis significationem candidius, ad odorem etiam, quem suavissimum spirat, dulcius quicquam esse potest? Accedit ad cæteras lilii virtutes, quòd in Francorum sit insignibus: Idque non humano consilio, sed Angeli cœlitùs deferentis beneficio: Quo nihil ad lilii laudem dici potest illustrius. Francia illa, cæterarum gentium Regina, quam Honorius III. Pontifex, Christi pharetram lectissimis sagittis abundantem appellat; quam Gregorius Magnus tantùm cæteris nationibus præstare censet, quantum Regiæ dignitatis apex omnibus honoribus antecellit? Francia; inquam, illa lilia ab ipsis penè mundi cunabulis, in Moysis candelabro, & Salomonis templo sanctissimis Religionibus consecrata, per universum terrarum orbem suavissimi odoris halitu diffudit. Ita autem amplexa est, ut Regem Francorum in illa majestatis sede, & Justitiæ pulvinari (quod vocant) sedentem, sine liliorum insignibus, non magis intueri liceat, quam solem sine luce. Ubicunque Regia Majestas jus dictura sederit, ibi lilia: Ubicunque lilia fulserint, hic Regiæ Majestatis quosdam radios præsentire te dicas. Nec minus repugnat Regem venerari, & calcare lilia, quàm Cæsares adorare, eorumque statuas frangere, deterere laureas, honoris insignia revellere. Sive igitur, cum esset parvus, & lactens Hercules, novercæ Junonis uberibus suppositus, argenteus mammarum humor cœlestibus stillis depluens, tantum florem produxerit, sive natura plenius suæ munificentiæ velificata ediderit, nihil in plantis invenio divinius. Neque tantùm ob speciosam illam majestatem dico, qua præditum est, sed propter magnas & uberes, quas in hominum commo-

Digitized by Google

moditatem derivat, utilitates. Quis enim nescit, quod habet Pallad. lib. 2. de re rustica, oleum lilinum ad morbotum remedia, per quam salutare semper extitisse; &c. Quid igitur si calthis, ac violis, & hujusmodi floribus tantum tribuimus, quid lilio deberi existimatis? quod ipsum comitat longè omnium esse præstantissimum? Nisi quis fortè rosam Saphonis & Ancereontis versibus decantatam illi parem esse contendat, huic non multum adversabor: modò lilium inter flores Regis partes obtinere fateatur; rosam huic veluti Reginam comitem adjungat.

DESCRIPT. Effundit primum ad summam humum, bulbosa Lilia radix, longiorum vim foliorum, quæ conferta in orbem, refusáque in ambitum, alia super aliis, videntur huic excitare quasi solium, Florum Regi. E medio foliorum globo, rectus erumpit caulis, politus ac lævis, & æqualiter teres, perpetuâ circum obsitus luxurie foliorum sensim decrescentium, accrescente & surgente scapo. Is, ubi ad binos ternosvè extulit se ab humo cubitos, apicem coronat viridanti paniculâ oblongorum calycum; viriditate, ut augescunt, in candorem paulatim abeunte: donec justam adepti magnitudinem, sic albescunt, ut nihil splendidius, speciosius nihil cadere sub aspectum possit. Tum verò singuli dehiscere pederentim, folia disjungere, evolvere, in latitudinem laxare, resupinare molliter & in orbem diffundere, campanulæ in modum, aut effigie calathi. Denique languidum acclinare collum, quò spectentur ipsa Floris intima, quò rota foliorum foris striatorum pateat majestas, & amœnius rutilent stantes in medio croci; quorum splendore aureo, mire excitatur argenti nitor, circum radiantis, niveique candor sinûs, à quo prodiere, & in quo suaviter micant. De stamine illo viridi, seu malleato apice, mediis in crocis extante, quod dicam, nihil habeo; nisi quod, si Lilium argentea cam-

pa-

panula eſt, ut ſpeciem præfert, Clava campanulæ, ſtamen hoc erit malleatum, & ſonus eſſet, ipſe, quem edit, odor ſuaviſſimus, ſi audiri odor, & olfieri ſonus poſſet. Ut ut eſt, nemo diffitetur, niſi malignè invidus, & Liliorum inimicus, deberi huic uni Flori principatum, dignúmque eſſe, qui in cæteros omnes dominationem exerceat.

LINGUA. Zung. *Langue.*

SYN. Lingula. ADJU. Aliena, ficta, tumultuans, celer & exercitata, liberior, impeditior, contentioſa, copioſa, uberior; non modò inops; ſed locupletior; libera, petulantiſſima, titubans. (*Ex Cic.*) Diſſoluta, magniloqua, doloſa, impudica; multæ refrænationis indigena. (*Chryſoſt.*) PHR. Pars in animante vocis formandæ præcipua. Inſtrumentum, quo de variis rebus inter nos diſſerere, eásque alii cum aliis communicare poſſumus. Quæ fidelis adminiſtra pectoris atque interpres. Potiſſimum orationis inſtrumentum, quo animus vocem in verba conformat: Quo verba in aures audientium infundit: Quo res ipſas propemodum in animum, oratione quaſi onuſto vehiculo transmittit. Quæ tacitæ cogitationis eſt internuncia, & complicatas animi notiones volvit. Membrum corporis, per quod exprimuntur conceptus mentis.

AMPLIFICAT. DEUS bone, in quantos ſe uſus dives lingua diſpargit! Cum voluerit ſævit ut beſtia, currit ut fluvius, fluctuat ut profundum: & quamcunque fucatis verborum imaginibus pingit ſpeciem, veri adſtipulatione repræſentat. * Quid Lingua, niſi loquens calamus. Quid calamus, niſi lingua tacitè clamans? Illa ſpiritu, hic atramento utitur; illa ſcribit vocibus, hic clamat litteris; illa auribus, locutione, hic oculis, ſcriptione. * O Lingua, lingua! ô aſpis! ô vipera! ô fera peſſima! ô novacula Dalilæ! ô pha-

retra militiæ! ô framea nequitiæ! ô romphæa infernæ furiæ! ô Lingua peſſima! ò Ilias malorum! ô Univerſitas iniquitatis. * Lingua Enſis eſt, quot ſtrages, quot cædes edit? Flamma eſt, quot incendia miſcet? Jaculum eſt; eminùs ferit, animúmque ipſum perimit. Eſt Serpens; virus ubique ſuum ſpargit. Serpentis tartareæ; lingua, & primæ omnium parentis lingua, perniciem extremam creârunt humano generi. Quo circa dixit vir ſapientiſſimus. (*Eccl. 28.*) Multos quidem interiiſſe gladio; at multô plures linguæ intemperantiâ periiſſe.

SENTENTIÆ. Lingua inquietum malum eſt, plena veneno mortifero, ait Apoſtolus (*Jac. 3.*) Utique nocentiore, quam beſtiarum eſt atque ſerpentum. (*Aug.*) Quotidiana fornax noſtra eſt humana lingua. (*Idem.*) Majora vulnera ſunt linguæ, quàm gladii: gladius corpus interficit, lingua autem animam perimit. (*Idem.*) Antequàm verba proferas, bis ad limam veniant, quàm ſemel ad linguam. [*Bern.*] Lingua eſt Pſalterium Domini. [*Clem. Al.*] Lingua vitiatæ nativitatis mobilis corruptela, per ſe nimis rotatur ad malum, & volubilitate propriâ fertur in præceps. (*Gilb. Angl.*) Lingua janua mentis eſt. (*Greg.*) Lingua ſub magni moderaminis libratione frænanda eſt, non inſolubiliter obliganda; nè aut laxata in vitium defluat, aut reſtricta etiam ab utilitate torpeſcat. [*Idem.*] Lingua bonis fomentum ſit, pravis aculeus, tumidos rotundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortatu ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur. [*Idem.*] Lingua ſcortans cum Dæmone commiſcetur. (*Naz.*) Nihil eſt quidquam in nobis, quo faciliùs peccare poſſimus, quàm linguâ. [*Hier.*] Periculoſus linguæ & promptiſſimus lapſus eſt. [*Hilar.*] Ubi ſemel quis linguâ rotante prorumperit, fruſtra medicum quærit; Sine remedio enim eſt culpa verborum. (*Valerian.*) Lingua maliloqua indi-

dicium eſt mentis malæ. (*Sixt. Phil.*) Lingua eſt pudoris clavis, & clauſtra duo habet. [*Nier.*] Lingua parca augurium eſt largæ mentis. (*Idem.*) O quoties viliùs vendunt multi DEUM, quàm Judas; cùm vendant pro uno verbo. (*Idem.*) Lingua animorum imperatrix; cui venâ cor eſſe alligatum plurimi docent: Lingua affectuum nundinatrix, catena cordium, calamus ſcribæ, verbi modulatrix, explanatrix ſapientiæ. (*Avanc.*)

SIMILITUD. Ut rupes objicitur flumini, ne ſe effundat: Ita ratio linguæ objicienda, nè temerè difluat. (*Eraſm.*) Ut noctuæ aves inauſpicatæ noctu gementes (nam hæc illis vox eſt) mortalium invident quieti: Ita virulenta lingua ſemper aliquid ſpargit, quo concordiam hominum diſturbet. (*Plin.*) V. GARRULUS.

LOQUI. Reden. *Parler.*

SYN. Dicere, eloqui, fari, profari, ſermocinari. ADV. Abundanter, confidentiùs, ſplendidè, ſuaviter, accuratiùs, accuſatoriè, plauiùs, acutè, aliquantum, admodum, copioſiùs, inquinatè, inuſitatè, non peſſimè, non litteratiùs, perbenè, aſperiùs, ambiguè, amiciſſimè, amplè, elatè, apertè, honorificè, decorè, dilucidè, divinitus, verecundiùs, aſperrimè, aſſeveranter, improbiſſimè, deſperanter, commodiſſimè, compreſſiùs, confuſè, frugaliter, egregiè, turpiter, conſideratè, dignè, emendatè, generatim atque universè, ſigillatim, hiulcè, ruſticè, indulgenter nimis, preſsè, liberaliſſimè, perlibenter, opportunè, ornatiſſimè, ſedatè, ſincere, uſitatè. (*Ex Cic.*) Cautè & expeditè ſcite atque incorruptè, propriè & ſignatè, planè & articulatè, electiùs, lepidè & commodè.

PHR. Linguæ uſu pollere. Sermonis uſum habere. Locutione præditum eſſe. Loquendi potentem, pollentem eſſe, *Vel* ſermonem habere. Verba facere.

Digitized by Google

Sermonem conferre. Efferri immoderatione verborum. Verbum aliquod ſolemne effari. Aliquid crebris uſurpare ſermonibus. Sermonem exequi. Articulatâ voce ſignum dare. * **Aus allen den Thieren redet der Menſch allein.** *De tous les animaux, il n'y a que l'homme qui parle.* Omnium animantium unus homo loquitur, fatur, profatur, eloquitur, linguæ uſu pollet, ſermonis uſum habet, locutione præditus eſt, loquendi eſt potens, loquendi eſt pollens. * **Mit einem reden.** *Parler à quelqu' un.* Alloqui aliquem. Loqui, colloqui, ſermocinari cum aliquo. * **Offentlich reden.** *Parler en public.* Publicè dicere. Ad populi concionem dicere, verba facere, populum alloqui. * **Zierlich reden.** *Parler elegamment.* Diſertè, copioſè & ornatè eloqui. Compoſitè, ornatè, & copioſè dicere. Eleganti ſermone uti. Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam. Purè ac ſolutè, nitidè, aptè, congruenter, comptè ac fluidè dicere. * **Man muß nicht von Sachen reden / ſo man nicht verſteht.** *Il ne faut pas parler des choſes qu'on n'entend pas.* Earum rerum, quæ nos fugiunt, ſermo non eſt ſuſcipiendus, inſtituendus, inducendus, habendus; ſermo abjiciendus eſt, omittendus, dimittendus, prætermittendus; ſermone abſtinendum eſt. * **Ich rede nicht von ſeinem gröſten Laſter.** *Je ne parle point de ſon plus grand crime.* De illius maximo crimine omitto, nihil dico, ſileo, nullum verbum facio, non commemoro. Ejus graviſſimum crimen mitto, prætermitto, prætereo, ſilentio prætereo, tacitum prætereo, non commemoro, miſſum facio, ſilentio premo. * **Ich habe mit dem Richter wegen deiner Sach geſprochen.** *I' ay parlé au Juge de voſtre affaire.* De negotio tuo cum Judice egi, locutus ſum, contuli. ſermonem contuli, ſermonem habui, apud Judicem verba feci. Judici mentionem feci tui negotii. * **Man redet ſtarck von dieſer Sach.** *On parle fort de*

cette

cette chose. Hac de re multus est sermo, creberrimus sermo est, *vel*, sermo habetur. Illa res, famâ, *vel* omnium sermone celebratur, Est, *vel*, versatur in ore atque in sermone omnium; Apud omnes sermone percrebuit. Omnes de illa re commemorant. Res est omnium sermone celebrata. In ore est, omni populo. * (*Ter.*) **Ich hab in Ehren von dir geredt.** *I'ay parlé de vous honnorablement.* Honorificè de te sum locutus. Mea fuit erga te honorifica oratio. Verbum ex ore meo nullum excidit, nisi eum tua laude conjunctum. Dixi de te, quæ tibi laudes parerent. Laudes in te contuli. Honorificos de te sermones habui. * **Wann du dieses thust/ so wirst du die Leuth reden machen.** *Si vous faites cela, vous ferez parler le monde.* Si hoc ages, sermonis ansas dabis, sermonis materiam dabis, in sermonem hominum venies, sermonem subibis, dabis te in sermonem, malè audies, omnium sermone vapulabis. * **Die Poeten machen die todten Ding reden.** *Les Poëtes font parler les choses mortes.* Res mortuas Poëtæ loquentes inducunt; Rebus mortuis orationem affingunt, attribuunt. * **Er redet übel von dir.** *Il parle mal de vous.* Detrahit de te, teque in invidiam vocat. Offendit existimationem tuam. Habet malos sermones de te. **Freundlich reden.** *Parler avec beaucoup de douceur.* Mirâ quâdam & scitâ suavitate sermocinari. Vocem ad suavem quendam sensum humanitatis atque lenitatis mollire; idque decorè & sine affectatione: non verò eorum more, qui animi teneritudine vitiosâ, luxu & mollitie diffluentis, vocem infringunt; & ut canit doctissimus Tertullianus de Isidis Sacerdotibus, incredibiliter effæminatis. *Leniter incedunt, mellitâ voce loquentes.*

SENTENTIÆ. ô Quàm sanctum est os, unde semper cœlestia erumpunt eloquia! (*Aug.*) Tantò magis pro parvulis loqui debemus, quantò ipsi pro se loqui non possunt. [*Idem.*] Longo usu discendum

eſt, quod cuique loqui, vel tacere conveniat. (*Beda.*) Cum loqueris, verba tua ſint rara, vera, ponderoſa, & de DEO. (*Bern.*) Antequàm verba proferas, bis ad limum veniant, quàm ſemel ad linguam. (*Idem.*) Clamoſitas, & verborum aſperitas locutionem plurimùm quidem & dedecet, & deturpat, (*Bonav.*) Neſcit titubare, quod veritas loquitur, (*Caſſiod.*) Loquere quæ oportet, & cùm oportet. (*Evagr.*) Ille ſcit rectè dicere, qui & ordinatè ſcit tacere. (*Gregor.*) Multùm læpè mens, etiam cum rectè loqui conatur, extra ſemetipſam ſpargitur. (*Idem.*) Mite ac placidum ſemper eloquium tuum ornet mixta cum gravitate ſuavitas, cum pudore ſapientia. [*Hier.*] Beata labia ſunt, quæ nunquam quod revocare velint, emittunt. (*Idem.*) Eſt tempus quando nihil dicendum eſt, quia tempus tacendi: & tempus quando aliquid, quia tempus loquendi: tempus verò quando omnia, nunquam. (*Hugo V.*) Loquentis ſit geſtus modeſtus & humilis; ſonus demiſſus & ſuavis; ſignificatio verax & dulcis. [*Idem.*] Prudens quæ dicenda ſunt ponderat, & tanquam cautus viator ſolerter attendit, ubi linguæ ſuæ veſtigium figat. [*Petr. Dam.*] Tutius eſt, dicenda diu deliberare, quàm poſt dicta pœnitere. (*Petr. Maurit.*) Ideo natura dedit homini aures duas, os unicum: ut plus audiamus, quàm loquamur. (*Zeno Cit.*)

SIMILITUDO. Sicut ignem, cum valdè accenditur, aqua injecta extinguit: Ita & animum fornace magis exardeſcentem, verbum cum manſuetudine probatum extinguit. (*Chryſoſt.*)

LOTHARINGICA DOMUS.

AMPLIFIC. Hæc illa feliciſſima Domus eſt, cujus avitæ fortuna gloriæ, mundi proludit honoribus, adoreas occupat, triumphos computat, trophea ſtatuit, opulentia redundat; Majeſtatem, Virtutem crederes ha-

Digitized by Google

habitare. Si pretium operoſæ molis adjicias; proterva Neronis concedit ambitio: ſi formoſi miraculum operis æſtimes; erubeſcit immanes Ægyptus inter Pyramides, laceras hodiè, memphiticæ vanitatis exuvias: nihil eſt celebris à Coloſſo Rhodus, barbarum eſt Jovis olympici ſimulacrum, labor Phidiæ; convitium eſt Epheſiæ templum, inſanus Aſiæ conatus; ſilent clamoſa Romæ theatra, ſanguinea gentium ſpolia. Aſpice melioris operis ornamenta. Lunantur in perpetuos fornices denſata laquearia, Magnificentia laboravit. Jacent in aſaroti faciem depreſſa pavimenta, Majeſtatis conatus eſt. Effloreſcunt in ſexcentas animata columnas prætoria, laborioſa Virtus ædificavit. Fundamenta magnæ Domus æſtimate, primum Conſtantia lapidem conſecravit. Erigite demum oculos, jam illa Cælis, ultra feroces tempeſtatum injurias, ſecura ſui, caput inſervit. Arcana Domus, penetralia cogitate, intus vero ſpirat Æternitas. Non tibi famoſæ Luculli deliciæ, ſed antiquiſſimi alicujus THEODORICI nobiles ærumnæ digeruntur. Non otioſa Bajarum emporia, ſed laborioſa Pharſaliæ theatra dedicantur. Non amœna felicis Campaniæ vireta, ſed honeſtiſſimo formoſæ pulvere arenæ deteruntur. Non magni Scipionis togata ſaginantur ocia, ſed poſt atrociſſima bella victorias Fortitudo computat, animoſiſſimus Labor, ad novos iterum conatus animatur, Virtus denique, non occiſo in ocio conquieſcit. Et hæc magna Sereniſſimorum Lotharingiæ Ducum Domus eſt.

LUCRARI. **Gewinnen.** *Faire gain.*

PHR. Facere, capere, percipere fructum, compendium, lucrum, quæſtum ex aliquâ re. Lucrari, lucri facere, conſequi aliquid. Quæſtum facere alicujus rei. * **Sein Brod in dem Schweiß ſeines Angeſichts gewinnen.** *Gagner ſa vie a la ſueur de ſon*

Digitized by Google

corps. Labore & industriâ victum comparare, quærere, sustentare vitam. Lanâ ac telâ vitam quærere, *vel*, quæritare. * **Er hat im spielen viel gewonnen.** *Il a beaucoup gagnè au jeu.* Ludendo plurimum lucratus est. Ludo lucri plurimum fecit, quæstus maximos fecit, magnas opes coëgit, magnas divitias comparavit, plurimum pecúniæ collegit. * **Was wirst du darbey gewinnen?** *Que gagnerez vous en cela?* Quid ex eâ re commodi referes? Quid indè emolumenti colliges, lucri reportabis, utilitatis tibi paries, in te derivabis, in te redundabit? * **Du wirst nichts darbey gewinnen.** *Vous n'y gagnerez rien.* Nihil assequêris, consequêris, efficies, evinces, exprimes. Inanis erit labor & opera; Vanus & irritus conatus. Operam ludes. Oleum & operam perdes. Nihil proficies. Nihil promovebis. Nullum in ea re quæstum facies. * **Einen gewinnen / auff seine Seiten bringen.** *Gagner quelqu'un.* Aliquem sibi adjungere, suis partibus adjungere, suas ad partes adducere, pertrahere, allicere. * **Es ist bißweilen besser verspielen/ als gewinnen.** *Il est souvant plus utile de perdre, que de gagner.* Est etiam, ubi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. * **Er vermeinet viel gewonnen zu haben.** *Il croit d' avoir beaucoup gagnè.* Id ille in lucris, *vel*, in maximo lucro ponit. * **Das Volck gewinnet nicht mehr.** *Il n'est rien, qui gagne davantage l' affection du peuple.* Nihil est, quod populi studia æquè demereatur, *vel*, demereat, conciliet, paret. Quod magis animos ad benevolentiam alliciat. Quod aliorum voluntates magis demereatur: animos æquè pelliciat & deliniat. * **Ein Proceß gewinnen.** *Gagner un proces.* Causam, *vel*, litem obtinere, tenere, auferre, vincere. In causâ vincere adversarium. E judicio superiorem discedere. * **Eine Schlacht gewinnen.**

Gagner

Gagner une bataille. Superiorem è certamine abire (discedere. Victoriam consequi, adipisci. * **Last uns die Zeit gewinnen / weil es noch Tag ist.** *Gagnons temps, pendans qu'il est jour.* Accelerемus opus, quoad dies est. Operam promoveamus, rectéque utamur concesso tempore. Opportunitate temporis, dum adest benè utamur. Lucrum, quæstus, emolumentum, compendium, fructus. Immensum atque infinitum, invitum, non magnum, præclarum, præsens, frumentarium, improbissimum, maximum. Pecuniæ accessio, * **Viel verlassen ihr Vatterland/ um des Gewinns halben.** *Plusieurs quittent leur patrie; pour gagner quelque chose. Plusieurs quittent leur patrie pour l'amour du gain.* Ecce alium ira, alium amor, quosdam ambitio patriâ elicuit, & hodiè quàm multos Lucrius ille DEUS. Quot Itali relictâ Reginâ Regionum Italiâ in Galliam, Germaniam, imò Sarmatiam sedes transtulerunt, & fixetunt quæstus tantum causâ.

SENTENTIÆ. Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commovere, Inopia atque Avaritia. [*Cic.*] In Labyrintho properantes ipsa implicat velocitas: sic qui vitæ commodis student, magis involvuntur incommodis. (*Sen.*) Quâ ratione homo cassus non fit? Lucrum faciendo. (*Epictet.*) Facilè mos geritur, cum spes lucri specie obsequii obducitur. [*Nier.*] Anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. [*Leo I.*] Absit, ut quod alieni lucri est, in tua lucra proficiat. [*Petr. Dam.*] Si non requiras lucrum, nullum patieris in tempestate naufragium. [*Valerian. Ep.*] Lucri cupidus undequaque quæstum aucupatur. (*Arist.*) Lucrum turpe, res pessima. (*Mim. Publ.*)

LUNA. **Mond.** *Lune.*

SYN. Lunula, Lucina, Cynthia. ADJU. A lucendo nominata, menstrua, lucida, aurea, humida, fri-

frigida, pallida, creſcens, decreſcens, ſeneſcens, deficiens, in defectum vergens, decedens, adoleſcens, prævalens, intermeſtris, *vel* intermenſtrua; in acumen influens, mutabilis, pernox, ſilens, nocturna, nova, novella. PHR. Planetarum infimus, terræque orbe longè minor. Luna iisdem ſpatiis vagans, quibus ſol: *vel* eadem ſpatia emetiens. (*Cic.*) Graviditates & partus afferens, maturitatésque gignendi. [*Idem.*] Splendidioris Lunæ fulgor, quæ nullis impedita nubibus pulcherrimè ardebat; & noctis initium ceſſantibus ſubinde rerum omnium motibus, neſcio quâ novitate non ingratum videbatur. Odioſum mundo ſidus, quod ſolùm accenditur ad terrorem. Glomerabilis tenebrarum gubernatrix, & noctis rectrix Luna, pro diversâ ad ſolem habitudine ſuos mutans aſpectus. Accretione & diminutione luminis, quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. [*Idem.*] Jam ſolis annuos curſus ſpatiis menſtruis Luna conſequitur; cujus tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem, degreſſus autem longiſſimus quisque pleniſſimum. [*Idem.*] Quantâ humilitate Luna feratur, terram pæne contingens. (*Idem.*) Ex quibus erat illa minima, quæ ultima Cœlo, citima terris, luce lucebat alienâ. (*Idem.*) Ut Luna acceſſu & receſſu ſuo Solis lumen accipiat. (*Idem.*) Cur ejus naſcentis aliàs hebetiora, alias acutiora videantur cornua? [*Idem.*] Quæ maritimos æſtus maximos in oceano efficere conſuevit? [*Caſ.*] Lunare ſidus. Lunæ fæmineum ac molle ſidus. Luna Cœli purpura, Solis æmula, ſolamen iter agentium, directio navigantium, larga roris, præſagium tempeſtatum. [*Amb.*] Cernunt Lunam pleno orbe ſinuatam paulatim expalleſcere, ſuo fulgore heberari, ac tandem terrâ caligine incubante, torvum minacémque aſpectum exhibere. Pleno orbe Luna totam noctem lucet, ſplendet, micat, radiat, fulget. Luna Solis lumine illuſtratur, utitur; mutuatur à Sole lumen;

Digitized by Google

lumen; acceſſu ſuo & receſſu Solis lumen accipit. Solis annuos curſus ſpatiis menſtruis luna conſequitur. Solis annuam luſtrationem menſtruo ſpatio luna complet. Ad lucentem lunam, *vel* ad lunæ lumen inambulabat. Cum aliquando nocte concubiâ ſeneſcentis lunæ pulcherrima facies præluceret, & ejusdem effigies placidisſimè redderetur in ſtagno. Quæ Solis lucem excipit, formoſis comitata ſideribus, oculos aſpectu, mentem contemplatione ſui variè oblectat. Quæ nunquam eandem faciem refert; ſed vel creſcit, vel decreſcit: nunc in cornua curvata, mox æquâ portione diviſa: paulo poſt in orbem ſinuata, repente nulla conſpicitur.

AMPLIFIC. Si Luna cœli Protheus, nunc humanam, nunc belluinam monſtroſámque faciem indutus. Dicatur Jamblicho luna cœlorum Fortuna, continuâ rotata vicisſitudine. Fingatur Poëtis eadem quæ in Cœlo eſt Luna, inferno proſerpina. Credant ſuperſtitiosè Orientales populi, cum ſolito deliquio elongeſcit Luna, eam à monſtro devorari. Perſuadeamus nobis, Luminare minus creatum eſſe, ut præſit nocti, vel ut loquamur cum aliis, Lunam eſſe in poteſtatibus noctis. Non negemus Lunam eſſe ſpeculum, quo natantium in ipſo diluvio rerum imagines referantur, &c.

* Circa primam fermè noctis vigiliam experrectus pavore ſubito, video præmicantis Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus: Certus ſummatem deam præcipua majeſtate pollere, Resque prorſus humanas ipſius Regi providentiâ: nec tantùm pecunia, & ferina, verùm inania etiam divino ejus luminis numinisque nutu vegetari: ipſa etiam corpora terra cœlo, marique nunc incrementis conſequenter augeri, nunc decrementis obſequenter imminui. [*Apul.*]

Luna Solis æmula, noctis decus, impulſo ſuo æſtus marinos ultrò citróque reciprocat: acceſſu corpora

im-

implet, receſſu inanit: Sanguinem animalium, præſertim hominis, auget & minuit: frontes, pabula, ſtirpes variat: Oſtreæ conchilia ſeu conchæ cum eâ pariter incrementa, pariter decrementa accipiunt: formicæ nonâ ab ejus coitu die, è latebris non exeunt, interlunio quieſcunt, plenilunio etiam de nocte in opus incumbunt. Eſt ipſa quoque maculata, non à corporum inter nos & ipſam interpoſitione; non à montibus, ſylvis, aut vallibus è Luna ceu ſpeculis ad nos reflexis: non à terreno humore, ut vult Plinius, ab ipsâ attracto: minimè verò à collibus, montibus & vallibus Lunæ ipſi inſitis, ut ſomniârunt Anaxagoras, Democritus & alii etiam hodie, ſed à partibus illius rarioribus, minusque lumini inhibendo & retinendo aptis; aut certè à partibus quibusdam eminentioribus, & quibusdam de preſſioribus in eâ. * Luna noviſſimum Sidus terrisque familiariſſimum, & in tenebrarum remedium à naturâ repertum, multiformi ambage torſit Ingenia contemplantium, & proximum ignorari maximè ſidus indignantium; creſcens ſemper aut ſeneſcens: & modò curvata in cornua, modò æquâ portione diviſa, modò ſinuata in orbem, eademque ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno ac repentè nulla; aliàs pernox, aliàs fera, & parte diei Solis lucem adjuvans. Jam verò humilis & excelſa: & nè id quidem uno modo; ſed aliàs admota Cœlo, aliàs contigua montibus; nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros dejecta. (*Hæc Plin. 2.*)

Sororium Aſtrum, citimum nobis inſpiciamus, Lunam: Terrâ quidem (ſicut ex ejus umbrâ, quam vicina vaſtius ingreditur, colligimus) quadragies minorem: cæterum mutationibus vultuoſus, hoc eſt conſtantiſſimâ inconſtantiâ, certisſimoque errorum numero; (omnes quippe Planetarum errores ſtati ſunt & harmonici) inſuper cornibus tantâ varietate creſcentibus iterumque minuendis iterumque augendis; ad hæc virtute agendi patiendique prorſus admirabi-

lem.

lem. Quasi vicariam Solis, simul ejus face delibatum cornu extendit, omnia generanda & genita experiuntur. Calefacit, illuminat, & noctem quodammodo dispescit. Non fugat, sed decorat formosa, *velut inter ignes Luna minores*, ut Flaccus canit. Mutuato lumine fœcundat omnia, & stimulat ad maturitatem. Imò in Regionibus, quo ad Polos propius accedunt, si Cardano fides habenda tanquam Regina temporum, hyemes & æstates ex suo quoque aspectu decernit. * Luna modò gibberosa est, plena & protuberans, luce lucens aliena, modò dividua, modò curvata in cornua; spectat interdum Solem orientem, aliquando occidentem, tum se induit veluti in tenebras, mox se emergit & ostentat, septies denique mutat figuram ut Seleucus Mathematicus animadvertit. * Luna vicaria absentis solis, splender non suo, sed illius transmisso lumine, à quo irradiata semper mediâ sui parte, non semper obvertit illuminatam illam faciem nobis habitatoribus terræ; adeò dum ab illo divagatur, paret nobis jam crescens, jam decrescens, jam plena, jam gibbosa; jam dividua, seu dimidiata; jam falcata, seu corniculata, jam nulla; facítque noctem jam illustrem, jam subluſtrem, jam illunem seu lunari splendore viduatam.

LUPUS. Wolff. *Loup.*

ADJU. Ululans, raptor, rapax, sævus, vorax, terribilis, immitis, prædo, crudelis, infestus, insidiator, nocturnus. PHR. Luporum genus exitiale. Ovium, *vel* pecorum hostis. Bestiarum voraciſſima.

AMPLIFICAT. Vide prægrandem & atrum lupum, eúmque ferociſſimum, ovibus infestum, quarum carnes appetit, in speciem & similitudinem canis, ore & dentibus valens, rigenti collo, humeris latis, hirsutis femoribus; ululat; horrendum in modum, & toto impetu fertur illo rictu suo ampliore, os quàm ma-

maximè diducens, ut majore vi mordere queat; invadit in feras voraciſſimus & propè inſatiabilis; pilos & oſſa devorat & multa ſolida. Ferox adeò eſt, & inſidioſus, audax & doloſus, ut eorum rapax natura fert. Ubi caulas intravit, non ſolùm interficit, quòd ſatis eſſet ad ventrem, ſed magnam partem gregis jugulat. * Lupi numeroſi, grandes, & vaſtis corporibus ſarcinoſi, ac nimiâ ferocitate ſævientes, paſſim rapinis adſueti infeſtant cunctam illam regionem: jamque ipſas vias obſidere, & in modum latronum prætereuntes aggredi, imò verò veſanâ fame rabidi finitimas expugnare villas, exitiúmque inertiſſimarum pecudum ipſis jam humanis capitibus imminere dicunt.

LUXURIA. Geilheit. *Impudicitè.*

SYN. Luxuries, intemperantia, laſcivia, impudicitia, obſcœnitas, venus. ADJU. Vitioſa atque turpis, turpis omni ætati, ſingularis, tenebricoſa, nefaria, flagitioſa & perdita; profuſa, nova & inaudita. PHR. Impuritas libidinoſa. Impuræ libidines. Fœditas venerea. Libido effrænata, obſcœna, impura, indomita, turpis, fœda. Effuſa libido, incontinentiáque. Amor & illicitus uſus voluptatum. Deliciarum ſtudium & intemperans fruitio. Immoderata voluptatum appetitio. Fœda ſenſuum voluptas. Impuræ voluptatis titillans ſenſus. Contaminatis mollitie membris hauſta oblectatio. Senſus libidine depravatus, voluptatis pruritu concitatus, libidinis titillatione percitus. Flamma libidinis. Libidinis ardor, nos infrà pecudum conditionem dejiciens. Inſincera libido, plus aloës ſemper, quàm mellis habens. Fœda iſta voluptatis momentaneæ titillatio, ſimul & animum, & corpus indignis modis polluens. Blanda illa ſpurcæ libidinis peſtis, magnum malorum agmen ſecum trahens. Spurca libido, ab omnibus honeſtis ſtudiis avocans; hominémque quantus

tus est totum cœno immergens. Libido, cum maximis plurimisque peccatis nunquam non copulata. Quid luxuriâ pernicioſius? Inquietat conſcientiam, abbreviat vitam, obeſt ſamæ, nocet animæ. Lectus Aſyli locus & honeſtæ voluptatis; impuritatis & crudelitatis factum & libitinarium. Luxuria eſt inordinatus appetitus venereorum. [*Antonin.*] Libidinoſæ voluptatis appetitus. (*Bonav.*) Intemperantia abutendi. (*Aug.*) Ex immundis deſcendens deſideriis lubrica & effrenata mentis corporisvè proſtitutio. (*Hugo V.*) Rabida atque efferata voluptas. (*Cyrill. Al.*) Crudelis Domina, ac rabioſa; libidine quaſi ſtimulis ſervilem mentem exgitans. [*Greg. Niſſ.*] Iſthæc horaria, brevísque & exigua voluptas æternis cruciatibus ſemel luenda. In nullo vitæ ſtatu non turpiſſimum eſt ſervire libidini. Semel guſtata voluptas mentem ſic excantat, obſcurátque; ut de turpitudine eat in turpitudinem; quo quid execrabilius monſtroſiúsque.

SENTENTIÆ. Luxuria mater libidinis eſt. (*Amb.*) Luxuria eſt inimica DEO, inimica virtutibus: perdit omnem ſubſtantiam, & ad præſens voluptatem deliniens, futuram non ſinit cogitare paupertatem. [*Aug.*] Sævus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum: nocte fervet, die anhelat. [*Idem*] In voluntate perversâ facta eſt libido: & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. (*Idem.*) O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio! (*Hier.*) Libido transacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, & nunquam ſatiatur, & extincta re accenditur, uſu creſcit & deficit, nec rationi paret, quæ impetu ducitur. (*Idem.*) O ignis infernalis luxuria! cujus materia gula, cujus flamma ſuperbia, cujus ſcintillæ prava colloquia, cujus fumus infamia, cujus cinis immunditia, cujus finis

nis gehenna. [*Idem.*] Luxuriæ currus quadrigâ volvitur vitiorum: ingluvie ventris, libidine coitûs, mollitie veſtium, otii ſoporiſque reſolutione? Trahitur equis æquè duobus, proſperitate vitæ, & rerum abundantiâ; & qui his præſident duo, ignaviæ torpor, & infida ſecuritas. (*Bern.*) O nobilis creatura, quæ in crocæis es nutrita; quarè ſtercora amplexaris? [*Idem.*] Optima veneris curatio fuga occaſionis. (*Nier.*) Luxuria eſt inordinata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, pernitioſa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virilis animi robur enervat. (*Antonin.*) Oſtium Diaboli in Inferno luxuria eſt: cujus limen eſt ſimplex fornicatio, poſtes autem adulterium, ſuperliminare peccatum contra naturam. (*Bonav.*)

SIMILITUD. Sicut clavus clavum expellit; ita ſæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit Luxuriæ. [*Iſid. Hiſp.*] Quemadmodùm furor ignis in ſtipulâ ſæviens coërceri non poteſt: Ita luxuriæ in corpore cibis diſtento percurrens retineri nequit. [*Nilus.*]

LUXURIOSUS. Gall. *Impudique.*

SYN. Libidinoſus, impudicus, laſcivus. PHR. Impudicitiâ fœdus. In venerem propenſus. In omnem libidinem projectus. Impuræ mulierculæ turpis proxeneta, ac feſcennini carminis cantor. Homo propudioſi nominis. Impuris innexus amoribus. Apud quem ſunt illecebræ libidinum multæ; ſunt etiam induſtriæ quidam ſtimuli. Qui gulæ ac carnis irretitus lenociniis, ita transverſim agitur in furorem, ut tanquam ſus lutulentus in voluptatum volutetur cœno. Homo impurus, obſcœnus, contaminatus, impurus & ſceleratus, turpiſſimus & contaminatiſſimus. Qui impurè & flagitioſè vivit; impurè & intemperanter vivit; Libidini luxuriæque paret. Qui ſtupris ſe omni-

omnibus ac flagitiis contaminat; Qui omnes impuritates ſuſcipit; Qui ſe omni turpitudine fœdat; Qui obſcœnis voluptatibus indulget. Luxurioſus ganeo, qui eò ſemper trahitur, quo libido rapit; qui ea cupiditate flagrat, ut eum nec pudor ac infamia, nec pudicitia à libidinum turpitudine avocare queat. Homo plenus ſtupri, ſceleris, flagitii, ad omnem libidinem, ſenſus ſuos atque mentem verſans; qui in omni dedecore, qui in cœno omnium turpitudinum, per omne vitæ tempus, voluratus eſt, verſatus eſt. Impudicus helluo, ab cujus corpore nulla libido; ab cujus moribus, ſceleratiſſimiſque factis, nullum flagitium abfuit unquam; qui pudoris & naturæ ornamenta, furore ac cupiditate perfregit. Qui libidini paret, genioque illiberaliori ſe mancipat. Qui in turpiſſimo vitiorum cœno volutatur. Qui in lutum voluptatum lubricante greſſu decidit. Quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet. Qui luxu perditam inchoavit adoleſcentiam. In luxuriam proclivis. A carnis inquinamento & petulantiâ haud alienus. Qui eſt molli atque effœminato animo. In totâ vitâ voluptuarius. Projectus in omnia gulæ libidinisque flagitia. A cujus oculis nulla libido, nullum facinus à manibus, nullum denique flagitium ab toto abeſt corpore. Qui intemperatæ cupiditatis libidine inardeſcit. Qui inter ſordes luxuriæ volutatus ſauciari poteſt, non ſatiari. Cujus bonos mores mali amores inſecerunt. Qui ætatem vitiis antevertit: nondum adultus, jam adulter. V. IMPUDICUS.

M.

MACILENTUS. Mager. *Maigre.*

SYN. Macer, gracilentus, gracilis, PHR. Macie confectus, pereſus, deformatus, exeſus, informis, ob-

ductus, enectus, attritus, exsuccus, aridus. Macrore attenuatus. Quem, valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. Totus est ossa atque pellis, miserâ macritudine. Sic attenuatus est, exesoque corpore, ut ossibus vix hæreat. Qui non tam habitus corporis optimos, quám gracilitates consectantur. Homo grandi, *vel* vægrandi macie torridus. Cujus corpus macie extabuit. Cui pellis super ossibus una. Exiles tenuatus in artus. Ubi aliquis emacruit, & colorem decorémque amisit. Ex duris compactus ossibus nervisque, toto rigens horrensque corpore.

AMPLIFICAT. Quis igitur sub cadaverosâ facie, profundis oculorum genarúmque lacunis, pallidâ & caperatâ fronte, humeris acutè eminentibus, aridis pedum tibiis, nullóque aut ventre, aut pectore generosam quærat, aut reperiat animam? * Macilenti huic oppone hominis speciem, exsanguem luridámque faciem, defossos ferocitérque ex abdito emicantes oculos exaratam sulcis frontem, genas turpi hiatu deciduas palentésque, rugosam lividámque cervicis pellem. * Toto exsiccatus corpore, extenuatúsque arefacti aselli instar; excavatæ oculorum sedes, fugientes sub turpem recessum malæ, frons lata & recalvastra, lurido mortis colore aspersa.

Declinet molem illam corporis, pingue ventris abdomen detestetur, quisquis incumbentium undìque malorum vim noluerit experiri. Pinguibus cum variis est morbis conflictandum: macer sæpè quid morbus sit, quid pleuritis, quid febris, quid calculus, quid podagra ignorat. Pinguis grave ventris pondus, ut prægnans mulier, ægrè inter labores sustinet, in via circumfert, in ipso lecto patitur; macer ad omnia expeditus, facili manu ad opus, pede ad iter, corpore ad quietem fertur. Pinguis ad arma inhabilis, ad bellum tardus, ad pugnam impeditus est, macer promptè arma sustinet, velox ad insequendum, agilis ad feriendum hostem

hoſtem eſt. Pinguis in conſiliis hebes, in Reip. adminiſtratione ignavus, in pœnis præmiisque remiſſus eſt; macer in judicio perſpicax, in imperio circumſpectus, acer in juſtitia eſt. Pinguis ſcientiarum, artiúmque ignarus eſt, utrarumque capax macer eſt. Pinguis denique de carne magis, quàm religione ſollicitus, inter immodicas illius curas ſalutis plerúmque negligens, æternæ ſapientiæ arcana non penetrat, humi repit, faſtidit cœleſtia: macer feliciori ſtudio traductum à perituris animum illic defigit, ubi veræ corporis mentisque opes ſine defectu, honor ſine dedecore, voluptas ſine faſtidio proponitur.

MAGISTRATUS. Obrigkeit. *Magiſtrat.*

SYN. Dignitas, honor, poteſtas, faſces. ADJU. Æquus, ampliſſimus, annuus, furibundus, mutus, ſummus, provincialis: *Sanctiſſimi, avariores, egregii, impii, ac rapaces, inepti, leviſſimi ac divulgatiſſimi, liberi, patricii, liberi.* (*Ex Cic.*) PHR. Procuratio negotii & muneris publici. Qui cum poteſtate eſt, qui poteſtatem gerit. Qui cum imperio. Reipublicæ adminiſtrationem fideliter gerens. Legum miniſtri ac cuſtodes Magiſtratûs, quos Nomophylacas Plato vocat; Quorum præcipua vis in exercendis judiciis cernitur. Qui vim coërcent, tenuiores à potentiorum injuriis defendunt, ſuum cuique tribuunt. Juris æquabilitatem inter omnes proportione tuentur. Qui omni tempore cum ſummo imperio tractare gubernacula Reip. debent. Quorum vita cæteris omnibus pro exemplo, voluntas pro lege, vox pro oraculo. Qui in Republicâ Sedentes, Orbem hunc noſtrum, ſuam tanquam urbem tenent, adminiſtrant, conſervant. Qui in curiis, ac Regum conſiliis, non mentem duntaxat explicare, ſed populos flectere, mulcere, ſuam in ſententiam pertrahere nôrunt. Magiſtratus Circæa illa virga eſt, cujus tactu miteſcunt homines; cujus

ductu è ferocibus universis singuli, suo quisque metu fiunt obedientes. Cujus prudentia nos ad ea, quæ honesta sunt & salutaria Reipubl. compendio ducit: & velut Teucrum quendam sub Ajacis clypeo latitantem, facilè contra vim ac fraudes quaslibet tutatur. Quis est Magistratus, nisi penes quem omnis potestas est; & qui pleni, & perfecti temporis sublimem sibi vendicat dignitatem. [*Ambr.*] Senatûs officium est, consilio civitatem juvare. [*Cic.*] Ut Magistratibus Leges, ita Populo præsunt Magistratus; veréque dici potest: Magistratum Legem esse loquentem, Legem autem mutum Magistratum. [*Idem.*] Cui nihil antiquius est, quàm ut sint subditi florentissimi atque beatissimi.

AMPLIFICAT. Qui civibus jura describunt, quantum cuique tribuendum sit, intelligunt, civium inter se dissidia componunt, verba publicè faciunt, legationes cum laude gerunt, præterita tenent, futura prospiciunt, quid in omnibus rebus factu optimum sit, vident, & ex aliis alia colligunt. * Ordo, qui nihil aliud nisi de communibus commodis & de patriæ salute cogitat, nec aliter cives universos tuetur & custodit, non modò ab omni calamitate, verùm etiam crimine, tanquam vigiles & accurati pastores à luporum incursibus & ferarum laniatu greges suos. * Quid in Republ. Princeps est, aut Magistratus? Idem planè, quod in choro Coryphæus, Dux in exercitu, nauclerus in navi, in grege pastor. Itáque ut in choro sublato Coryphæo cantus oritur inconcinnus, & ingratus: Duce carens miles facilè vincitur; Nauclero destituta navis fluctibus atque procellis obruitur: Pastore sublato, grex dispergitur, & lupo fit præda; Ità sine Magistratu civilem perire societatem necesse est. * Qui homines lapsos non opprimere, sed oppressos erigere; non in servitutem abducere, sed à teterrima servitute in veram libertatem asserere, non perdere, sed servare vult; non eorum

rum ſanguinem fundere, ſed ne Sanguis Jesu Christi fruſtra pro eis effuſus ſit, efficere; non retortis poſt tergum manibus, collo catenis gravato ante currum ducere, ſed iis ipſis vinculis, quibus impediti tenentur, exſolvere meditatur.

SENTENTIÆ. Senatoribus fœnus diffamia eſt. (*Aug.*) Qualis Rector eſt civitatis, tales inhabitantes. [*Beda.*] Magiſtratura magna olim poteſtas, nunc inane nomen eſt; & Senatoris cenſus gravis ſarcina. (*Boët.*) Niſi Magiſtratus ac ſubditi philoſophantur; certum eſt, non fore fortunatas civitates. (*Gloſſ. Ord.*) Magiſtratus ſuperbi & potentes, viliùs in judicio DEI tractabuntur, quàm cæteri â Dæmonibus; & quaſi lutum conculcabuntur. (*Hugo C.*) Innumera bona civitatibus per Magiſtratus proveniunt: quæ ſi ſuſtuleris, omnia ſimul peſſum ibunt. (*Chryſoſt.*) Magiſtratus ut Paſtores ſunt Civitatis. (*Plato.*) Magiſtratus conſtituendus eſt quidam, qui ſit quaſi in ſpeculâ, ad mores civium intuendos; nè quis ita vivat, ut Reip. nocere poſſit. (*Ariſt.*)

SIMILITUD. Magiſtratuum gubernationem tanquàm pharmacum quoddam depulſorium peccati, ulceribus rerum creator impoſuit. (*Theodor.*) Quemadmodùm ſtellarum motu atque lumine cuncta in hoc inferiori orbe gignuntur, & vigorem accipiunt, néque quicquam eſt infra Lunæ globum, quod ſine cœleſti auxilio curſúque ſyderum naſci aut conſervari poſſit: Ita ſine Principis & Reip. ſplendore, ope, virtute, cives incolumes eſſe non poſſunt. (*Majorag.*) Ut non queas cognoſcere, vas integrum ſit, nec nè niſi liquorem infuderis: Sic nec hominem, niſi imperium commiſeris. (*Plut.*) Ut qui præternavigatis ſyrtibus, juxta portum frangit navem, nihil magni fecit: Ita qui uno atque altero Magiſtratu rectè geſto, in ſummo naufragium facit. [*Idem.*] Ut qui primò Muſicen diſcunt, cytharas aliquot perdunt & obterunt: Ita magno

Digitized by Google

Reip. malo administrat Magistratum, qui rudis accedit, & imperitus. (*Erasm.*) Ut cibi, potûs, cælique novitas offendit, etiamsi mutes in paria, aut in aliquantò meliora: Ita præstat, ferre Principem, aut Magistratus pristinos, quàm novos adsciscere; quod omnis rerum novatio non careat perturbatione [*Idem.*] V. JUDEX.

MAGNANIMUS. Starckmüthig. *Magnanime.*

SYN. Animosus, generosus, fortis, PHR. Magni animi vir. Magno animi robore septus. Vir alciore animo, *vel* virili animo. Vir summi consilii & maximi animi. Animi magnitudine præditus. In quo excelsitas animi, & magnitudo: Animi amplitudo: Altissima animi exaggeratio: Animi excelsi atque invicti magnitudo & robur: Magnificum animi temperamentum. Qui animi magni esse putat, non commoveri. Magni cujusdam animi, atque ejus viri est, quem de susceptâ causâ propositâque sententiâ, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. (*Cic.*)

AMPLIFICAT. Cujus tanta est animi magnitudo, ut pro honestate nullum unquam periculum adire pertimescat, nullum laborem recuset, res magnas & excelsas animo sibi proponat, & plurimum in se fiduciæ semper certâ cum spe collocet, ut neque ab adversis, neque à prosperis rebus, à stabilitate mentis atque animi firmitudine dimoveatur. * Distringe gladios & intenta mortem, nullus Heroes mortis timor invadit, & superiores fatis ipsis animos gerunt. Ostende leges & Principum mandata; irrident, & sine Principe legibúsque libertatem amant. Commove regnum universum regúmque vires, provinciarum moles opponent & fœdus armatum. * Alexander ille ingentis Spiritus, atque omnis terroris expers fuit, suósque propter repentinam incursionem hostium in fugam

gam verſos, quos non voce, non hortatu retinere poterat, nudato capite, ut pudorem incurreret, & ut timorem, ſtricto ferro, coërcuit, fugientium cædens pectora, ut ab iis viciſſim perſequentium terga cæderentur: Notabili victoriâ. * Corpus obrigeſcit; membra deficiunt, cor occupatur; animus in ſtatione, tanquam Imperator manet, & perſiſtit. * Hîc animis opus, & infracto pectore, quod nec dignitatum fruſtrationes, nec exilia, nec indignatio, nec mors ipſa terreat. Hic ille locus, in quo dicere vir fortis poteſt; cadere poſſum, à verô & recto flecti non poſſum, non me minæ non tormenta terrent peritura, terrent æterna. * Nullum opus, quantumlibet arduum, ad DEI gloriam in ſe N.N. recepit, quod non vel vitæ pretiô ſibi præſtandam eſſe decerneret. Quos non ille ventos vidit, quas non ſubijt frequenter procellas? Adeò tamen nullis nunquam tempeſtatibus ceſſit, ut illæ potiùs vires ejus augerent, & ſpem bonam accenderent. * Eminet in hoc Homine, altitudo animi in condonandis offenſis, in liberali gratificandi voluntate, in deteſtandis avaritiæ ſordibus, & malorum omnium Seminario, cupiditates: Neglectísque propriis emolumentis & commodis, totam ſe ad aliorum ſalutem, magnifico, excelſóque animo explicat. Cernitur in capeſſendis rebus arduis, magnitudo mentis: In rimandis negotiorum viis, perveſtigandísque quàm aptiſſimis, mira ſagacitas: In gerendis, acre conſilium; in perſequendis ſummas inter difficultates, ad extremum usque conſtantia: nihilque eſt, quod aut non alto quodam aggrediatur animo, aut cautiſſimis conſiliis adminiſtret, aut ſtrenuo labore perficiat: Vir planè interritus periculis, infractus malis, invictus adverſis, calamitatibus inexpugnabilis, ad labores impiger, ad pericula fortis, ad concilia prudens, ad caſum fortunámque felix.

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Magnanimus eſt, qui ad univerſa ſuſtinenda patiens eſt, & qui nullis paſſionibus perturbatur. [*Bonav.*] Virilis animi & præclaræ mentis, dejicere à cervicibus inimicum pondus. (*Aug.*) Quisquis magnanimus eſt, â livore alienus eſt. (*Cypr.*) Magnanimum illum eſſe denuntio, qui renuntiat ſæculo, carnis lenocinia calcat, perfectionis arcem conſcendere nititur. (*Laur. Juſt.*) Magnanimitas eſt perfecta animi virtus, ac velut ornamentum virtutum. (*Elias.*) Hæc eſt laudanda magnanimitas, quæ proſperis non extollitur, nec frangitur adverſis: ſed in omni eventu permanens eadem, ſufficit ipſa ſibi. (*Petr. Bles.*) Qui generoſus eſt, atque magnanimus, multas ac magnas adverſitates facilè perfert. (*Ariſt.*) Ad magnanimum pertinet, nulli néque homini, néque perturbationi animi, néque Fortunæ ſuccumbere. (*Cic.*) Fortis animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ſed præſenti animo uti, & conſilio. (*Idem.*) Generoſos animos Labor nutrit. (*Sen.*)

SIMILITUDO. Quemadmodùm tubâ clarè inſonante, locus undique vicinus completur; ita clara magnanimitatis fama cujúsque viri. (*Chryſoſt.*) V. GENEROSUS, &c.

MAGNES. Magnet-Stein. *Aimant.*

ADJU. Decolor, obſcurus, niger, mirabilis, pótens, attractivus. PHR. Lapis ferrum trahens, ferro amicus. Lapis magneticus. Ferrum ad ſe attrahens, & complexu retinens. * Eine Nadel mit einem Magnet-Stein anſtreichen. *Frotter une équille d' Aimant.* Acum magnete allinere, perlinere, illinere, contingere. Acui Magnetem affricare. Acus Magnete illitæ cohæreſcunt inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur. (*Cic.*)

AM-

Digitized by Google

AMPLIFICAT. Admirandas Magnetis vires nunquam Orbis ſatis obſtupeſcit; cùm illam rerum omnium domitricem materiam, Ferrum dico, velut ſuâ deſtitutum gravitate,& immenſi ponderis immemorem attolli cernit; & leviter Magnetis attractu percuſſum ſubſequi per auras animadvertit. * Acus Magnete illita blandè aliam trahit, eodem Magnete affrictam, potentérque illicit, & ſubtili cuſpide ſuffuratur; ita ut ſecunda pariter tertiam ſine rotulâ penſilem habeat, & ſecreto nexu ſibi maritet: Tertia finitimam conſequentem deoſculetur, & quarta quintam admordeat, jubeátque ad ſe aſſilire; nec non quinta ſubſcudem alteram imperiosè vocet, teneátque ſine faſcino: ſicque perpetua ſeries fiat, & longa catenula obſtringentium ſe, ſibique lenocinantium cuſpidum, donec vis Magnetis elangueſcens emoriatur, conſeneſcat arcana lapidis rapacitas,amórque illecebroſus extinguatur. * Magnes aſpectu decolor, obſcurus,vilis,virtute præſtans, ſingularis, planè mirabilis: Quippe qui magnâ improbitate naturæ, neſcio qua ratione ferri ramenta, fruſta, claviculos, aculeos non longè poſitos ad ſe rapit, & detinet appenſos cum admiratione Philoſophorum, quorum adhuc occulta cauſa torquet animum, & exercet ingenium.

MALUM. Ubel. *Mal.*

SYN. Damnum, incommodum, detrimentum, peſtis *in malis.* ADJU. Æternum & infinitum, ſempiternum & diuturnum, alienum, fœdum incœptu, fœdum exitu; inſperatum nec opinatum, mediocre, odioſum, non opinatum, parvum, præſens, recens, ſempiternum, turpe, appropinquans, intolerabile, civile ac domeſticum, commune, occultum, inteſtinum ac domeſticum, commune & quaſi fatale, domeſticum, inſitum in naturâ, duplex, ſummum, extremum, triſte, infinitum & ſempiternum, infi-

nitum, ingens, inteſtinum, levius, permagnum, maximum, nativum & electum, præſtantisſimum, robuſtum, urbanum: *Præterita, ſumma, improviſa, ac graviora, nova, civilia, communia, leviora, exigua & minima, extrema, imminentia, orbiculata, præcipua.* (*Ex Cic.*) Lacrymis quidem & luctibus, ſi quod alium, dignum. [*Naz.*]

PHR. Inſanabiles pernicies. Malum nihil aliud eſt, niſi quod turpe, inhoneſtum; indecorum, pravum, flagitioſum, fœdum, quod fugiendum eſt. (*Cic.*) Malum eſt privatio, defectus, imbecillitas, aptæ compoſitionis vacuitas, peccatum, vacuitas propoſiti, pulchritudinis, vitæ, mentis, rationis, perfectionis, ſedis: Quod cauſam non habet, quod interminatum eſt, quod ſterile, ignavum, imbecillum, inordinatum, disſimile, infinitum, tenebricoſum, expers eſſentiæ. (*Dion. Areop.*) In te irruunt montes mali. Ita mali mœroris montem maximum, ad portum modò conſpicatus ſum. Malum cum impluerit cæteris, non impluat mihi. Montes tu quidem mali in me ardentes jam dudum jacis. * **Dieſes Ubel breitet ſich überall auß.** *Ce mal s'étend par tout.* Serpet hoc malum, mihi credite, longiùs, quàm putatis. Cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque manaret indies latiùs. Per omnes articulos populi hanc Mali gangrænam, ſanguinolentam permeaſſe. * Mœſtitia publica temporum, & juxta illud poëtæ: Fortuna ſævo læta negotio. (*Lips.*) Malorum Lerna, in quâ Hydria illa habitat, quam vel Hercules ægrè domuit, & reſecto capite alia renaſcuntur. (*Idem.*) Malitia noſtri ævi, ſicut peſtilens aliquod ſidus ferenda. (*Idem.*)

SENTENTIÆ. Mala non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant. (*Ambr.*) Malorum omnium cauſa improba voluntas eſt. (*Aug.*) Origo & caput mali eſt peccatum. (*Idem.*) Homo factus eſt malo dignus æterno, qui in ſe peremit bonum, quod eſſe

eſſe poſſet æternum. [*Idem.*] Plus valet apud pravos malum inſolitum. [*Gloſſ. Int.*] Omnipotens DEUS benè utens malis noſtris, multa ex his bona operari conſuevit. [*Hier.*] Mala præterita defleamus, præſentia expellamus, futura caveamus. (*Hugo C.*] Lento adjutorio opus eſt contra mala continua & fœcunda: non ut deſinant, ſed nè vincant. (*Sen.*) Rationem ſi reſpicis, reverà nec gravia, aut magna hæc omnia ſunt, quæ adſunt, quæque imminent; ſed videntur tantùm. Opinio eſt, quæ attollit ea, & aggerat, & velut cothurnis quibusdam auget. Sed deme, ſi ſapis, circumfuſam eam nubem & vide res in clarâ luce. (*Lips.*)

SIMILITUD. Ecce ſi mare naviges, & magnum illud fiat, mens tibi abit & contremiſcis, non aliter quam ſi naufragium feceris, totum illud ebibendum ſit tibi: at ſextarius unus aut alter ſufficerint. Si terræ motus ſubitò exortus, qui clamor & metus? cenſes totum oppidum, ſi ruat, in te caſurum, aut certè domum. Et neſcis quam ad cerebrum tuum eligendum ſatis ſit unus aliquis lapis. Non aliter in cladibus iſtis fit: In quibus ſtrepitus præcipuè non terret, & vaniſſima imago rerum. (*Lips.*) Benè Socrates, qui hæc mala omnia non aliter appellare ſolitus quam *Larvas*; Quas ſi ſumis videsnè quomodò pueri te fugiant? Sed pone easdem & verâ facie te oſtende, accederent iterum & amplectentur. Idem in iſtis: Qui ſi detractis perſonis & ſine pompâ videas, timuiſſe te fatearis timorem puerilem. (*Idem.*) Illud venenum, quod ſerpentes ſinè ſuâ pernicie continent, in alienam effundunt: At Malitia maximam ſui veneni partem bibit ipſa. (*Sen.*) Tempeſtas minatur, antequàm ſurgat; crepant ædificia, antequàm corruat; prænuntiat fumus incendium: At ſubita eſt ex homine pernicies; & eò diligentiùs tegitur, quò propiùs accedit. (*Idem.*)

MA-

MALUS, Böß. *Méchant.*

Improbus, flagitioſus, ſceleratus, ſceleſtus, nefarius, conſceleratiſſimus, facinoroſus, malitioſus, malignus. Nequam, nequiſſimus. PHR. Multis flagitiis contaminatus. Bipedum omnium nequiſſimus. Diagorâ deterior. Totus ex malitiâ conſtat: ex nequitiâ concretus, fictus, conflatus, coagulatus. Vitâ probroſus, & opertus infamiâ. Néque frugis, néque operæ probæ. Nemo quisquam tam efflictis eſt moribus. Homo inquinatiſſimus: *vel* vitæ inquinatiſſimæ: *vel* notæ deterrimæ. Homo accomodatus ad flagitia, comparatus ad fraudem, factus ad ſcelera, appoſitus, ad maleficia. Vir corruptis moribus, profligatæ vitæ, depravatis moribus. Alter diabolus. Cacodæmoni haud diſpar. Scelere Cacodæmoni haud inferior. Nequitiâ Diabolum exæquans. Malignitate Dæmonem adæquans. Dæmon incarnatus. Animus ad omnem nequitiam inſigniter confirmatus, in malitiâ obfirmatiſſimus: cujus eſt corroborata longo uſu nequitia. * Es iſt in der Welt kein ruchloſerer Geſell/ als er. *C'eſt le plus méchant homme de la terre.* Homo omnium, quas terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus: Longè inter homines natos improbiſſimus: Omnium profligatiſſimus & perditiſſimus: Omni ſcelere affluens. Homo omnium mortalium deterrimus, bipedum nequiſſimus, furens audaciâ & ſcelus anhelans, omni flagitiorum genere coopertus, ſpumans ex ore ſcelus, & crudelitatem anhelans. Omni vitiorum labe coinquinatus. Homo immani acerbáque natura, furore atque amentiâ incenſus, naturâ truculentus, terribilis, deterrimúsque debachator. Impurus, impotens, ſemper eò contendens, quò furor rapit. Promptus ad vim, paratus ad ſeditionem, audax ad omne facinus, ad audendum projectus. Omnia in hoc portento, cùm ſummâ turpitudine, tùm ſingulari ſtultitia ſunt oblita. Homo infamiâ fractus, furore atque amentia in-

inflammatus, omnium ſcelerum improbiſſimus machinator, flagitiorum architectus, fabricator maleficiorum; Amens atque perditus, ad omnem nequitiam projectus, eruditus, educatus. Ex omnium vitiorum colluvione natus, fictus pravitate, & turpitudine concretus. Quæcúnque in homine infami, perdîto ac damnato vitia reprehendi poſſunt, ea in hoc univerſa redundant. Sartor ſatórque ſcelerum. Sceleſtiorem certè ſcio, me vidiſſe nunqnam. Omnium ſcelerum libidinúmque maculis notatiſſimus, cumulatiſſimus. Inſigniter improbus. Plenus vitii probríque. Profligatus & perditus. Omnium hominum diſſolutiſſimus. Natus & accommodatus ad nequitiam. Ad omne facinus paratiſſimus. Unus omnium deterrimus, teterrimus, nequiſſimus. Tetrum illud monſtrum, cujus vitam indigniſſimus, faſtúmque deteſtandum Orbis univerſus adhuc hodiè execratur atque condemnat.

AMPLIFICAT. Atque utinam imprimis [*M. Antonium*] repræſentare vobis poſſem, velut in tabulâ depictum: videretis malitiam ipſam adumbratam, omne vitium ſuis coloribus expreſſum, omne ſcelus in aliis diſperſum, in hoc uno pæne dicam ſolo homine fuiſſe collectum. * Perditorum ac deſperatorum hominum flagitioſi greges: Quorum ſtudia ad effœminandos hominum animos inventa, ad peſtem & perniciem generis humani comparata, in ſordidâ & illiberali ratione verſantur.

SENTENTIÆ. Malitia magnum collegium eſt, vulgus affectuum, democratia voluntatis. * Nequitiam veteres definierunt, voluntariam eſſe malitiam, in quam non casu incidimus, ſed ſpontaneâ voluntate verſamur. Nequam dictus eſt homo malus, quaſi nequaquam, i.e. nullo tempore aptus. (*Caſſiodor.*) Malitia eſt mentis atque animi depravatio, à tramite veritatis devia, quæ in curioſorum animos frequenter irrepit.

Digitized by Google

pit, (*Ambr.*) Malitia eſt, per quam moribus deceptoriis, veritate palliatâ, vel odium alterius, vel proprium commodum attenditur. (*Aug.*) Malitiæ comes individua eſt miſeria. (*Idem.*) Omnis malus aut ideò vivit, ut corrigatur; aut ideò vivit, ut per illum bonus exerceatur. [*Idem.*] Malus fuiſti heri, hodiè bonus eſto. (*Idem.*) Difficile eſt, malitiam, cum ſuperbiæ fomento coaluerit, verbis & exhortatione curare. (*Joan. Sarisber.*) Vix ulla flecti pravitas unqua n poteſt. (*Greg. Naz.*) Malitiæ Diabolus præſidet, virtutibus CHRISTUS. (*Ambr.*) Per malos DEUS purgat Bonos, (*Anſel.*) Sicut nemò fit repentè ſummus, ſed gradatim quisque aſcendit: Sic nemò repentè fit peſſimus, ſed paulatim deſcendit. (*Bern.*) Optimus hodie eſt, qui non eſt nimis malus. (*Idem.*) Malus eſt Diabolo & familiaritate conjunctus & nomine. (*Joan. Clim.*)

MANDARE. Befehlen. *Commander.*

SYN. Jubere, imperare, imponere, perſcribere; *vel*, commendare, committere: Tradere, concedere, conſignare, *vel*, mittere; *vel* expellere, ejicere. ADV. Accuratiſſimè *litteris*, diligenter, *memoriæ*, diligentiſſimè, *magiſtratum populo*; nominatim; penitus *animis*, *mentibus*; planè, privatim *rem*; probè, universè. (*Ex Cic.*) PHR. Negotium alicui dare de re aliquâ. Laborem imponere, injungere, dare aliquid in mandatis. Omnibus, ei de rebus, quas agi, quas curari à me voles, mandata, des velim. Niſi nominatim præceperit, non videtur mandatum dediſſe. Partes has mihi Cæſar impoſuit. Quando mihi ab amico onus imponitur, ego quoque tibi imponam. Partes ſeni dedit. Huic tradita Provincia eſt. Nè munus aſſignatum à Deo defugiſſe videamini. Quod legatum eſt tibi negotium, id curas. Si ego tibi mandaverim, ut & tu Titia id delegaveris.

MAN-

Digitized by Google

MANDATUM. **Befehl.** *Commandement.*

SYN. Imperium, juſta Res mandata. ADJU. Domeſticum, primum & maximum non minus turpe: *Improba, moleſta, pura, publica, plura, ſevera, timidiora;* (*Ex Cic.*) PHR. *Se charger d' une choſe.* **Befehl annehmen.** Conficere, tranſigere munus ſuſceptum. Periculoſas rerum actiones ſuſcipere. Sinè recuſatione ac ſinè ullâ morâ negotium ſuſcipere. Pro meâ ſalute laborem periculúmque ſuſcipias. Provinciam duram capere. Mandatum recipere. Suſcipere officia & partes pro aliquo.

Tu mandata effice, quæ recepiſti. Tua mandata perſequar diligenter. Qui ſiuſceptum mandatum non impleverit, tenetur. Mandato non eſt obtemperatum. Noli putare, me quiddam maluiſſe, quàm, ut Mandatis tuis ſatis facerem. Sicut liberum eſt mandatum non ſuſcipere, ita ſuſceptum conſummari oportet. Qui ſuſcepit mandatum ſi poteſt id explere, deſerere promiſſum officium non debet. Voluntatis eſt enim ſuſcipere mandatum, neceſſitatis conſummare, ſuſcipe onus officii, quod te putes poſſe ſuſtinere. **Eines andern Befehl überſchreiten.** *Transgreſſer le commandement de quelqu'un.* Suſceptum mandatum non implere. Non obtemperare dato. Promiſſum officium deſerere. Mandatum egredi. Diligenter fines mandati cuſtodiendi ſunt, nam qui exceſſit, aliud quid agere videtur. V. IMPERIUM.

MANE. **Frühe.** *Matin.*

PHR. Tempus matutinum. Manè diei. Hora matutina. Matutina tempeſtas. * **Sehr frühe.** *De grand matin.* Bene, manè, Valdè manè. Multo manè. Summo manè. Primo manè. Primâ luce. Diluculo; Sub ortum Solis: Rutilante aurorâ: Albeſcente die: Circà crepuſculum matutinum; Circa Solis, *vel* Auroræ ortum: Exſurgente, exoriente Aurorâ: Sole afferente lucem. AMPLIFICAT. Ap-

pe-

petente jam die conventui præſtitutâ, Lucifer Apollinis præco fauſtiſſimus, non vocis præcentione, ſed lucis inſonuit; quo ſigno Senatus in Cœlo ſimul dimiſſus eſt ſiderum, ſimul hominum revocatus in terris.

MANSUETUS. Sanfftmüthig. *Doux.*

SYN. Humanus, facilis, lenis, comis, placidus, mitis, benignus, clemens, affabilis. In cujus moribus nihil ferreum, nihil aſperum, nihil immane, nihil agreſte, nihil horridum. In cujus ſuavitate nihil molle, nihil languidum, nihil remiſſum, abjectum & effœminatum nihil.

SENTENTIÆ. Quantò melior, tantò eſto mitior. (*Ambr.*) Mites ſunt, qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt malo, ſed vincunt in bono malum. (*Aug.*) Sunt aliqui mites, ſed quám diu nihil dicitur, vel agitur, niſi pro eorum arbitrio; patebit autem, quàm longè ſint à verâ manſuetudine, ſi levis oriatur occaſio. (*Bern.*) Triplici velut ariete Manſuetudo noſtra pulſatur, verborum injuriis, damnis rerum, corporis læſione: in his tribus omnis exercitatio Manſuetudinis conſiſtit. (*Idem.*) Noli abuti clementiâ, nè potentiâ opprimaris. (*Idem.*) Manſueti mentis ſoliditate firmiſſimi ſunt; & quamvis piâ humilitate curventur, ſpe futuræ beatitudinis in ſummitates ſolidiſſimas eriguntur. (*Caſſiod.*) Beatus ac felicisſimus verè eſt vir ille qui manſuetus eſt: nam vir manſuetus omnibus operibus bonis decoratur. (*Ephræm.*) V. Clementia. Comitas. Humanus.

MARE. Meer. *Mer.*

SYN. Oceanus, æquor, pelagus, altum, profundum, fretum, ſalum, pontus. ADJU. Anguſtum, latum periculoſúmque, præclarum; modò cæruleum, modò flavum; diſſimile, purpureum, clauſum, portuoſum, inſerum & barbarum, ſcopuloſum,

Digitized by Google

loſum atque infeſtum; immenſum, interum, medium, infeſtum, ſuperum flavúmque, inflatum, latum, magnum & difficile, murmurans, profundum & immenſum, refertum prædonum, tempeſtivum ad navigandum, totum tranquillum ſuâ naturâ; rubrum ſuperum & infeſtum, vaſtisſimum, univerſum: *Maximè diverſa navigatione.* (*Ex Cic.*)

Rapidum, tumidum, refluum, vaſtum, infidum, effuſum, ſaxoſum, inquietum, procelloſum, arenoſum, commotum, turbidum, concitum, ſpumoſum, naufragum, tumultuoſum *vel* tumultuans, ventoſum, iratum, immitè, indomitum, periculoſum, pacatum, tranquillum; Serenum, tutum, vaſtiſſimum atque apertiſſimum; prædonibus obnoxium; undabundum. PHR. Mare ſurgentibus procellis horridum. Oceani freta. Fremitus murmurantis Maris. Cùm ſubitò Mare cœpit horreſcere. Ubi in altum evecti ſunt, crebros ex alto fluctus in littus evolvit fretum. Cœrulum profundum pelagi. Maris atrocitas. Quam algarum congeriem tempeſtatibus eructat pelagi violentiâ. Ponti gurges. Quo nihil ſtupendum magis; Quippe quod ſupra terram eminet! Suis tamen contentum terminis, limites ſibi à DEO præſcriptos, etiam in magnis fluctuum agitationibus non excedit.

AMPLIFIC. Cujus undæ intumeſcunt bis de die, naturali æſtuatione, (affluxu & refluxu, acceſſu & receſſu) affluuntque ad littora, & diffundunt ſe in æſtuaria, refluuntque ſe reciprocè cum ſonitu horribili, maximè inter freta, ubi Mare unum in alterum ſe exonerat: agit fluctus decumanos & inferos, *vel* è fundo excitatos, præſertim alliſum ad ſcopulos & ſaxa, qualis eſt ſcylla Sicania, * Mare dicitur hoſpitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum inventio commeatuum, qui ſibi diſtantes populi copulantur, qui præliorum reminentes periculo, qui Barbaricus furor clauditur, ſubſidium in neceſſitatibus, re-

Digitized by Google

fugium in periculis, gratia in voluptatibus, ſalubrita-valetudinis, ſeparatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, ſubſidium vectigalium, ſterilitatis alimentum, [*Ambr.*] V. TEMPESTAS.

B. V. MARIA MATER DEI.

SYN. Deipara, Domina noſtra. ADJU. Caſta, intemerata, immaculata, glorioſiſſima, puriſima, inclyta, ſancta, auguſta, venerabilis. PHR. Sponſa, & genitrix DEI. Auguſtiſſima Virgo. Mater DEI illibata. Filii intacto pudore Mater, Patris Sponſa pudiciſſima, auguſtiſſimum Spiritus S. Templum, æterni Regni particeps Regina & ſocia. Virgo, quæ quam utero clauſit, manibus profert, atque offert ſanctitatem. Quam ullâ ſine labe pulcherrimam hoc eſt dignam ſe Matrem fertili præpotens mente genuit ſibi DEUS. Quam Divinis cumulavit ornamentis, formamque dedit, quâ fœmina naſci nulla poteſt, (gloriabundus adeò prædicat DEUS ipſe opifex) operiſque ſui concepit amorem; novoque Amoris miraculo, eandem ſibi Filiam, Parentem & Sponſam delegit; ut quò pluribus poſſet nominibus, opere formoſiſſimo delectaretur. Ter ſancta Virgo: Ter maxima Deipara. Cœli, Terrarúmque Imperatrix ſemper auguſtiſſima. Inferorum domitrix ſemper invictiſſima. Juris divini, humaníque Arbitra ac Vindex. Belli, Pacisque fœderum Sequeſtra. DEI Patris Filia, DEI Filii Mater, DEI Spiritûs S. Sponſa. Regina pacis. Tutelaris Imperatrix, ac Orbis univerſi amor. Quæ DEO genita, DEUM genuit; novoque reciprocæ cognationis vinculo, DEI Filia, Filia Sponſa, Sponſi Domina, Domini Ancilla; cæleſtia humanis, humana cæleſtibus compaginavit. Ultimum ſacræ Genealogiæ germen, unde viginti Regibus atavis nobile, ſterili ex Matre progerminans. Judæa Virgo, Divinitatis ad Mortales ingreſſuræ Janitrix, Genitrix, ſui Auctor Auctoris: magno Cœli beneficio, majori Orbis commodo enata,

AM-

Digitized by Google

AMPLIFICAT. Quod ſi Panegyricorum etiam flores cogitas, & volueris, atque incitata luxuriari cupit in mulierum laudes oratio. Noli quæſo, noli apud Iſocratem Helenam quærere illam Matris, & Veneris luctuoſam facem, in quam venalis linguæ Myrocheria laſcivientis ingenii divitias ſophiſta pictor effudit. In promptu eſt quam laudes, & quæ tibi laudationis præmium reddat cum fœnore, Puella totius mundi jam prope depoſiti, & internis ſordibus ingemiſcentis precibus, ac votis expetita, quinquaginta fermè ſæculorum opus, quæ à mundi cunabulis ad ejus usque cunas effluxerunt. Tantæ molis erat, naturam Genitricem DEO, Dominam mundo, vitæ reparatricem mortalibus parturire. Humilis quidem eſt ejus ſpecies, ſed quæ plurimum hauſit de cælo, ni ſe tamen illi cælum nunquam antea ſic omnium ornamentorum copia diffluens penitus affudit. Noli tibi hic fingere fucati medicamenta candoris, genasque ceruſſatas, vibratos ferro crines; nodosque tortiles per inexplicabiles Mæandrorum ſinus implexos: noli quærere purpuriſſam ſtybium, baccata monilia, ſtelagmia, murenulas, muſcaria, pavonia, totumque illud muliebris mundi choragium, quod pulchritudinem mentiri poteſt, non facere, ſcena eſt enim ineptiarum pretioſa, quam illæ ſtudioſa luxuria conquirunt, quæ carius volunt inſanire. At certè una eſt pulchritudo, quam mentis integritas efficit, vivus Dei color; & ille quidem totus affloreſcit virgini quam omnium virtutum integer, atque illibatus decor tanto gloriæ coronat faſtigio, ut nihil ſit in divinis operibus nec ſplendore magnificentius, nec ſuavitate dulcius. * Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris uſurpare ſermonibus, omnes noſtrorum Confeſſorum, omnes Virginum integerrimarum, ſapientiſſimorumque Doctorum, omnes Martyrum & Apoſtolorum clariſſimorum, reliquique generis & or-

dinis Sanctorum virtutes eximias, res præclarè gestas, cum Virginis Mariæ virtutibus, nec ornamentorum magnitudine, neque numero virtutum, neque diversitate infinita, neque ullo genere immunitatum, néque donorum cœlestium ullâ ex parte posse conferri, néque propinquiorem Jesu Christo, néque altiorem locum cujusquam dignitate potuisse obtineri, quàm tu Matris non dicam Christi Jesu celsitate solùm, sed tuis meritis & dotibus infinitis consequnta es. Quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, ut ea minimè cujusquam non dicam humani oratoris facultas, sed néque divini Spiritus mens aut cogitatio capere possit, amens sim.

B. Virgo Maria, in cujus mentem tanquam purissimum hospitium commigravit Spiritus Sanctus, in cujus cor tanquam castellum munitissimum incluſit se pater; in cujus uterum tanquam nitidissimam arcem abdidit se filius. * Quam salutem cum Bonaventura Solem sine Eclipsi; aut dulcius cum Bernardo agrum sine spineto; aut sincerius cum Ambrosio castellum sine proditore; aut magnificentius cum Augustino cœlum sine nube; aut sanctius cum sapiente speculum sine enormi nævo; aut divinius cum Ecclesia totam pulchram sine gravi macula. Fuit Sol, quam nulla superbia tanquam Eclypsis offudit: Fuit ager, quam nulla ira tanquam spinetum occupavit: Fuit castellum, quam nulla carnis cogitatio tanquam proditrix expugnavit: Fuit cœlum, quam nulla invidia tanquam nubes infuscavit: Fuit speculum, quam nullum grave delictum tanquam macula aspersit. * Ex hâc terrâ sanctissima salutis arbor pullulavit, ex hoc cœlo pulcherrimi reparationis lux prima resplenduit. * Illa, ex quâ prodigiosa ista Aaronis virga processit, quæ arida prius germinavit, turgentibus gemmis floruit, floribus conversis amygdala produxit. Illa beatissima, nec jam conferenda hominibus, sed præferenda Cœlitibus, DEI Mater & Virgo, quæ incredibili moderatione animi

suam

Digitized by Google

ſuam ipſa profeſſa eſt humilitatem, DEI beneficientiam extulit, cœleſte illud tuum Canticum atque divinum, quod ſemper in oré; in auribus, in mente habere debemus, aptâ quâdam comprehenſione ſyllabarum numeróque concluſit. * Quàm non præpono Solem, nè vobis vel aciem Sol perſtringeret majeſtatis ſplendore, non Lunam, nè animos Luna defigeret pulchritudinis admiratione; non caſtrorum aciem, nè vel reliquas facultates caſtrorum acies per velleret virium magnitudine: ſed illam propono virgulam, revinciet nos virtutum quaſi viminibus; revincientem refugitis? Eja nimis duri eſtis. Propono fumum myrthæ, afficiet vos ſuavitate; afficientem renuitis? Eja nimis inhumani eſtis. Propono thus, acrimonia vos efficiet; reficientem aſpernamini? Eja nimis inclementes eſtis. Propono pulverem pigmentarium, ſuis vos perfundet pigmentis? perfundentem contemnitis? Eja nimis ſeveri eſtis. * Maria non terrarum tantùm orbem honoris dignitate obumbravit, ſed cœlum ipſum Deitatis cujusdam majeſtate replevit. * O Divam cœli, quæ velut potentiſſimus magnes olim, tuæ caſtitatis vi admiranda, Majeſtatis divinæ numen in arcam tui ſacratiſſimi uteri pertraxit. * Tot erant pompoſo faſtu ſuperbæ matronæ, tot vivebant opum affluentiâ numeróque liberorum glorioſæ, tot triumphabant in oculis orbis radianti ſceptro ac diademate, ſpectabiles, reginæ: non has, ſed unam eligit Mariam DEUS. * Eſt hæc arbor illa, quam occidente jam Synagogâ, & naſcente propediem Eccleſiâ, velut in medio conſtituit DEUS, ut cum efflorеſceret, Synagoga periret, cum fructificaret, Eccleſia naſceretur, ut inquam, flos ejus Maria fructus ejus Chriſtus eſſet. * Quæ filium DEI intra uterum concepit, in lucem eduxit, in luce fovit, in quam divina bonitas cœleſtes omnes opes, congeſſit? in eam omnes theſauros gratiarum effudit? in eam ſeſe totam divina omnipotentia profudit, neque opinor

nisi divino consilio factum est, ut ipsa Maria appellaretur, ut cum nomine isto glorioſissimo ipsa gratia ſignificetur. * Superat Abel innocentiâ, fide Abrahamum, obedientiâ Isaacum, manſuetudine Davidem, dignitate Prophetas & Apoſtolos, patientiâ Martyres, puritate Virgines, denique omni Sanctitate Sanctos omnes: adeò ut theſaurus ſit Miraculorum Dei, & abyſſus gratiarum.

Dicitis abſolutiſſimo Deum imperio in res univerſas dominari? Conſulite Bernardum, ut concipiatis Mariæ omnem in Cœlo & in Terra conceſſam eſſe poteſtatem. Aſſeveratis Deum immenſitate ſuâ penetrare omnia, & quæ univerſa ſe ipſo claudit, nullis finibus circumſcribi? Ex Bonaventura diſcite, Mariæ immenſitatem menſurare neminem poſſe, niſi ſolùm eum, quæ illius gratia & gloriæ ſublimitatem, pietatis ac miſericordiæ profunditatem eſt ſcrutatus. Agnoſcitis Deum, ipſam eſſe pulchritudinem ac venuſtatem? Primam ad hujus pulchritudinis imitationem delineatam eſſe Mariam non dubitate. Creditis quidquid eſt perfectionis aut excellentiæ per creaturas, velut in rivos, diſperſum; in Deo, velut in Oceano eminere? Arnoldi fidem conteſtor, quidquid Creator ſingulis diſtributor juſtis contulit, Matri adornandæ congeſſit. Non adduco ad veritatem fabulas, non mendico ab umbrâ lucem; non revoco in memoriam Pandoram, cui ad miraculum inſtruendæ Deorum laboravit Univerſitas: in cujus frontem Gratiæ ſparſerunt lepores, in cujus oculis Phœbus accendit ſidera, in cujus vultum Venus afflavit venuſtatem, in cujus labia Suada diffudit mella, in cujus linguam Mercurius aſpiravit facundiam, in cujus corpus Jupiter induxit majeſtatem. Nihil eſt majeſtatis in Cœlis, lucis in Sole, ſplendoris in Stellis, decoris in Luce, ſerenitatis in Aëre, venuſtatis in Terrâ, virtutis in Homine, perfectionis in Angelo, excellentiæ

poſt

poſt DEUM, quod non amplisſima Divinitatis Manus contulerit in Mariam. Ex Cœlo Solem extraxit in amictum; Lunam ſubjecit pedibus, Stellas ordinavit in coronam: ex Terrâ Cedros & Cypreſſos vocavit in ſtaturam, Roſas in ſpeciem, Balſamum in odores, Aurum optimum in caput, Piſcinas in oculos, Ebur in collum, Hyacinthos in manus, in nomen & animam univerſum Mare gratiarum. Dicite DEUM incomprehenſibilem cogitatu, ineffabilem voce, indicibilem linguâ, altisſimum Majeſtate, bonorum omnium Oceanum, Abyſſum perfectionum: ſed patiamini quoque ut primum poſt DEUM Mariam incomprehenſibilem teſtetur Nyſſenus, ineffabilem profiteatur Damianus, indicibilem dicat Auguſtinus, ineffabiliter ſublimatam nominet Hugo, gratiarum Mare vocet Damaſcenus, inexhauſtam bonorum abyſſum compellet Epiphanius. Ex quibus concludat ſanè ſapientisſimus Idiota, DEI parentem Virginem eſſe viſibilem juſtitiæ Solis imaginem; Richardus, Divinam ſimilitudinem; Damianus, Deificatam; Dionyſius & Auguſtinus DEI formem Mariam; ego pariter concludam Conceptam ſine primævæ labis contagione *M*ariam, Speculum eſſe ſine macula; imaginem Divinæ bonitatis. * Advocata noſtra, quæ Demoſthene ſuaviùs, vehementius Tullio, Cyneâ efficaciùs veſtram cauſam propugnet Oratrix Maria. Eſt quæ ad deſideratam clementiam iratum Judicem flectat Patrona. Eſt inexpugnabile Scutum, quod fulminanti Vindictæ objiciatur. Eſt erectum propugnaculum, quod ab excidio animas noſtras tueatur. Eſt murus & antemurale, quo coronantem obſidione furorem intrepidi ſuſtineamus. Eſt denique heroicum robur, quod ultricem manum compeſcat. Quare ſi audiviſtis aliquando, DEUM ultionum Dominum excuſis pietatis ac miſericordiæ retinaculis egiſſe liberè; quòd juſtisſimus furor ingerebat, ex veruſtorum temporum miſeria

veſtram agnoſcite felicitatem; dum Virgo proruentem in fulmina DEUM tenebit, & non dimittet. Si audiviſtis retineri impatientem injectas per Moyſen moras excuſiſſe, ut iraſceretur furor ſuus; Mariani roboris invictam gratulemini fortitudinem; quæ tenebit eum & non dimittet. Si ingemuiſtis eum ad ſupplicia provocatum inflammaturum in circuitu inimicos ſuos; repreſſas hodie vindictæ flammas vobis perſuadete, dum infuſa eſt Cœlo Advocata, ut eum teneat, & non dimittat. * Quæ amabili pueri ſpecie infuſum collo amantiſſimum Numen arctiſſimo familiaritatis nexu, hoc eſt, mutuo amplexu obligabat: & divino è pectore non minus charitate quàm crudelitate vulnerato, plus caloris, quam cruoris exugebat, ipsúmque (ſi dicere fas eſt) bibebat amorem. * Virgo florentiſſima! fructuoſum enim nobis in ipſo pudoris tui roſeo, vere, autumnum repræſentabis. Ita in prærogativâ duplici ſingularis purpureum verecundo vultu ver, ſalutarem fœcundo utero autumnitatem præferes. Ad hujus nutus verno ſubſidere videmus properaſſe Solem ad Virginem. Quæ ſuis pendulo è papillis Amori inſtillatum lac, melita per oſcula uberrim repetit blandiſſimo cum fœnore ſuavitatis.

SENTENTIÆ. Quid nobilius DEI Matre? Quid ſplendidius eâ, quam ſplendor elegit? Quid caſtius eâ, quæ corpus ſinè corporis contagione generavit? [*Ambr.*] Corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior. [*Idem.*] O benedicta ſuper mulieres, quæ Angelos vincis puritate, Sanctos ſuperas pietate. [*Anſel.*] Primiceria, & Speculum Virginum. [*Antonin.*] Si Cœlum te vocem, altior es: Si Matrem gentium dicam, præcedis: ſi Formam DEI appellem, digna exiſtis: Si dominam Angelorum vocem, per omnia eſſe probaris. (*Idem.*) Auctrix peccati Eva auctrix meriti Maria: Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit. (*Aug.*) Tu es ſpes,

Maria,

Digitized by Google

Maria, unica peccatorum; per te ſperamus veniam delictorum; & in te Beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio præmiorum. (*Idem.*) O Virgo ſanctiſſima! de quâ qui cum laude gravitérque dixerit, non ille quidem à veritate abetrabit, ſed pro merito haud fecerit ſatis. [*Baſil. Seleuc.*] O Fœminam ſingulariter venerandam! ſuper omnes fœminas admirabilem, Parentum Reparatricem, Poſterorum Vivificatricem! (*Bern.*) Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum: reſpice Stellam, voca Mariam. Si jactaris ſuperbiæ undis; ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis; reſpice Stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, judicii horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo; cogita Mariam. In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca: Non recedat ab ore, non recedat à corde. Mariam ſequens, non devias; ipſam rogans, non deſperas; ipſam cogitans, non erras: ipsâ tenente non corruis, ipsâ protegente non metuis, ipsâ duce non fatigaris, ipsâ propitiâ pervenis. (*Idem.*) Fieri non poteſt, ut unquam pereat; qui Mariæ ſedulus & humilis cultor fuerit. (*Blos.*) Citiùs Cœlum cum terrâ peribit, quàm ipſa aliquem ſeriò ſe implorantem ſuâ ope deſtituat. (*Idem.*) Non ad æterni Judicis poterit perire conſpectum, qui Genitricis ejus ſibi providit auxilium. (*Pet. Dam.*)

MARTIALIS POETA.

ADJU. Doctus, diſertus, mordax, ingenioſus, argutus, lepidus, inverecundus. PHR. Qui epigrammatum feſtivitate nomen ſibi celebre & illuſtre promeruit. Qui eruditorum conſenſu, Crinito auctore, Docti cognomen accepit. Qui totus ingenioſus eſt, & expollitus; totus acutus; quique plurimum habet & ſalis,

ſalis, & fellis, & gravitatis. Qui ab Ælio Vero Imp. alter Virgilius dicebatur. In quo liberales ingenui hominis joci, multo urbanitatis aſperſi ſale.

S. S. MARTYRES.

ADJU. Sancti, inclyti, generoſi, fortes, magnanimi, impavidi, imperterriti, illuſtres, clari, conſtantes. PHR. Martyrium, *vel* mortem pro Chriſti nomine paſſi. Teſtes Juſtitiæ: Aſſertores Chriſti. Qui in propugnandâ rectâ fide, mortem glorioſam obierunt. Qui tutandæ Catholicæ Fidei causâ cæſi ſunt, interfecti ſunt, ſummos inter cruciatus vitam amiſerunt, Martyrio vitam finiêre, Martyrio affecti ſunt, vitam profuderunt cum ſanguine. Imitatores Chriſti, tolerantes usque ad conſummationem duriſima tormenta. In tormentis patientes, in confeſſione fideles, in ſermone veraces. Milites cæleſtis Imperatoris, voce liberâ, mente incorruptâ, virtute Divinâ, & armis fidei ardentis armati, & prælia Domini præliantes. De ſupplicio rixantes; nec mortem timentes, ſed moram, Victores inclyti, torquentibus fortiores. Triumphatores magnifici, ſtolis albis amicti, quas dealbaverunt in ſanguine Agni, palmas in manibus portantes, & coronas in capite lapidibus pretioſis fulgentes. Quorum ſanguine purpurata eſt terra, & Cœlum floret coronis, ornatæ ſunt Eccleſiæ, inſignita ſunt tempora. Qui verò ſunt, Chriſti Martyres alii, niſi Heroës Chriſtianæ Religionis, Principes cæleſtis Aulæ glorioſi, & ex Magnatibus divinis atque cæleſtibus locum excelſum obtinent, in militante, triumphante Eccleſiâ? Quid ſunt niſi lumina terræ cælique clariſſima; quorum lux ſuppliciorum acerbitatibus magis nitere viſa eſt, & collucere clariſſimè. Qui putant, nihil aliud eſſe adverſitates, quàm deliciás, Martyria, quàm victorias: mortem quàm vitam. Athletæ, Tyrannorum domitores & contemptores.

AM-

Digitized by Google

AMPLIFICAT, Qua voce præſtantisſima martyrum pro fide certamina, & magnificentisſimam triumphorum gloriam prædicare posſim? Hic mens obſtupeſcit, rigent membra: præſtrictus tot radiis hebeſcit animus, ſui argumenti magnitudine abſorbetur oratio. Inſtruuntur, prô fidem, & religionem! tot terrarum orbe carnificinæ, novis in vivis, inauditis ſuppliciorum generibus apparatisſimæ; inſtant imperatores barbari exitiales, funeſti humani generis laniſtæ potius, tortorésque impurisſimi, quam Principes, & quos uno verbo clariis appellavero, Nerones, Domitiani, Decii, Diocletiani, atque ex veteri illa immanitate, Sapores, *Mamimuchæ*, Dunaani. Hoc unum habent in vobis, ut eccleſiam illam cæli plantam, jam læto gemmarum partu turgentem, & ſe per dumeta hilariùs efferentem tormentorum procella cruorísque humani fluctibus obruant. Producuntur ex omni terrarum regione. Epiſcopi, Sacerdotes, ſenes, authoritate graves, religione ſancti, ætate venerandi, quibus ſe comites adjungunt, matronæ, & virgines, ſexus imbellis tenerique floſculi parvulorum, quorum ætatula feris ipſis poterat videri miſeranda. Trahuntur ad Prætorum ſubſellia, & à ſubſelliis ad amphitheatra, publicámque lanienam, unius criminis rei, quod ſummum numen colerent, in omnes benefici, ſolis dæmonibus inviſi, torquentur corpuſcula, quibus vix erat vulneri locus, non habebant qua ferrum reciperent, habuerunt tamen unde vincerent. Sed quid dico, ferrum, jam nervus & mucro, & virgæ plumbatæ & ferrei pectines, & ungulæ, & cetera exquiſitiſſimorum ſuppliciorum inſtrumenta, quæ ſine horrore ab ipſis crudelitatis adminiſtris aſpici non poterant, pro luto & deliciis habebantur. Feræ ipſæ aliis ſemper feræ ſolis Martyribus clementes naſci videbantur, quod celeritate mortis, ſævitiæ facerent compendium; quamobrem alia jam tormenta quærebantur.

Ar-

Ardebant liquato plumbo perfusi, lente igne cremati, nunquam & toties mortui; in vicem nocturnorum luminum ardebant, inter arenæ protervam licentiam, & lascivientium greges ebriorum, quibus clariores stellas cælum non habuit. Mugire cogebantur in tauris æneis, valentissimo igne succensis, qui ad symphoniam Beatarum mentium evocabantur. Objiciebantur vespis melle delibuti, sole flagrantissimo, purissimis opibus ipsi castiores. Premebantur torcularibus, quorum beatissimus cruor vinum erat angelorum. Includebantur scaphis, lento & exquisito supplicii genere per varias mortes cruciati, quos pro domo cæli manebat immensitas. Torrebantur in ferreis cratibus, qui sparsos floribus, lucentibúsque margaritis interstinctos pro Christo lectos spreverant; atque inter tot pœnarum acerbitates cum vena cruoris ebulliente, concisisque carnis paulatim cum sanguine vita deflueret, manebat tamen glorioßissimi facinoris conscientia erectus animus, contemptor deliciarum, pœnarum irrisor, sui victor, triumphator tyrannorum, qui tot sibi ora ad DEI laudes celebrantes data putabat, quod erant in corpore vulnera, in quem hoc carnifices poterant, quod adversus solem nebulæ, qui denique in carastis & crucibus, & incendiis integer, evolabat in Cœlum. O fortunatam mortem quæ naturæ debita Christo præcerpta est, ô solem ipsum beatissimum. Qui vos ex rogis tendentes in cælum excepit. Vos fortissimi dum vixistis, nunc postquam à nobis excessistis, sanctissimi milites, nobis hanc patriam vestro cruore peperistis; vos frementes populos, & effusos in tam exilia corpora carnificum globos magnificentissimo patientiæ spectaculo superastis. Vos cælum aperuistis, vos calcastis inferos, vobis pro diademate & coronis candentes galeæ fuerunt, pro margaritis vulnera, pro exquisitis dapibus jejunia, pro voluptuariis hortis saxa, & solitudines, pro confectis voluptate balneis stagna glacie rigentia. Actum est vobiscum præclarè,

bea-

beatiſſimi,nam inter Palmarum veſtrarum fructus mortui,properantem ſpiritum effudiſtis in victoriâ. Vobis vero tot ſunt tumuli, quod oræ terrarum : tot laudes, quod ora gentium, tot triumphi quod pompæ virtutum,ſtat ipſa trophæorum veſtrorum moles magnificis inſculpta literis, veſtro ipſorum cruore feliciter exarata amplis illuminata gloriæ ſideribus, quibus ut luceant faces ſuccendit Æternitas.

O verè magnum! cum interim inter dolorum extrema,& qualia è nullâ carnificis manu majora; vultus illi tranquillus, nulla mœroris aut doloris rugoſitate frons contractior, non cruciatuum turbine glomeratior: nec color illi alius, quàm regius, & qualis de ſceptro lætantium : nec os aliud; qui quàm pietatem, modeſtiam; nec verba aliud, quam Chriſtianum, altè in Chriſto ſuo habitantem loquerentur. * Tam alacres ad ſupplicium feſtinant, intenſis oculis in Cœlum, Deum ſuum clarâ voce appellant, ſic in mediâ etiam morte exultant, ejusdem nomen crebrò uſurpant, vehementer,ut omnes mirentur, voluntatis conſtantiam & pertinaciam poſſe tantum, ut ſpeciem quandam & imaginem veterum Martyrum in hominibus piis adumbraret. * O qualia veterum quondam Martyrum ſpectacula cum iretur á virgis ad bacillos; ab his ad rotas; à rotis ad beſtias; hinc ad pectines ferreos; mox ad plumbeas glandes hic curreretur ad ſaxa; illic ad lampades, modò raperentur Scorpiones,modò mallei; ferverent ſartagines; acueretur pellii novacula; fallax vivis effoderetur terra, dimidiâ ſui parte morituris; integris negaretur quies etiam nè in ſe pulchris impietas? oſſa & crura confracta invitarentur ad inceſſum à teſtulis, ſtagnorum gelu citaretur ad prunas; uſtulata membra ſecuris expectaret; cruces æmularentur laquei, & gladios rogi; pœna vocaret; ſupplicium divideretur; non unô pleno interitu pelleretur vita, & quô productior eò fieret mors illorum crudelior, & ne

ab

ab illis gratiæ Deo agerentur, ac tortoribus oraretur venia, evellebatur lingua radicitus, dentésque comminuebantur, quasi verò DEUS non alias audiret voces. * Surgite conchylia, tam pretioso gravidanda succo: tumescat hoc epoto alvus, gignendis ad coronas fortissimorum athletarum margaritis. At verò non est quod illis Getuli pisces, aut Tyrii jugulentur, funde murex, funde purpura tuo è gutture liquores in regum vestiaria. Christi generosi milites nullos sibi ornatus in belluarum faucibus quærunt, suomet sanguine, succis omnibus ditiore, purpurascunt. Hos sibi proprios amictus vendicant, hæc magnificè fluctuantia paludamenta. Quæ non enim in eorum corporibus absumpta supplicia? Quæ non lassa vere carnificum manus? Hæc Sol vides, cursúmque non sistis, propriore fruiturus aspectu? * Ejus invictæ fortitudini quæ poterit par oratio inveniri? Quibus non ille periculis ad propagandam ac tuendam Christianam religionem caput objecit? Quas non oppositas Evangelio machinas evertit? Quas non difficultates terra mariqúe superavit? Et quoniam animosa & constans malorum pro communi bonô tolerantia pars est fortitudinis Princeps tot ille incommoda, pœnas ac tormenta in Christi gratiam animorúmque adjumenta ubiqúe pertulit, ut ejus vita stadium, circus, atque amphitheatrum patientiæ fuisse videatur. * Qui in lachrymis, quibus quotidiè madebat, in opprobriis quibus miserum vulgus insectabatur, in contemptu bonorum, quæ à se rejecerat, in calamitate tuæ vitæ, propter quam infamiam perferebat, in tristitiâ deniqúe & orationum assiduo labore, thesaurum cœlestem, dulcissimam illam consolationem, illam gratiam invenit. * In quo Diabolus omnem artem, Tyrannus omnem autoritatem, populus omnium furorem exercebat, ut Christum ex hominum mentibus & memoriis evellerent. At hic contra artem Christianus, contra autorita-

tatem martyr, adoleſcens contra furorem, ita pugnabat; ut artem gratiâ, autoritatem præſentiâ, furorem patientiâ facilè refutaret.

SENTENTIÆ. Cuncti Martyres devotiſſimè percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus. (*Ambr.*) Martyrii Mater eſt Fides Catholica. (*Idem.*) Martyres Principes ſunt Fidei, Interceſſores Mundi, Præcones Regni, Cohæredes DEI. (*Idem.*) Tolle Martyrum certamina, tuliſti coronas: Tolle cruciatus, tuliſti beatitudines. (*Idem.*) Anima Martyris framea eſt ſplendida charitate, acuta veritate, vibrata DEI virtute. (*Antonin.*) Lapides Stephano, craticula Laurentio, carbones ignis Vincentio dulces fuerunt. [*Ant. Pad.*] Nulli Martyrum, ſed ipſi DEO, quamvis in memorias martyrum conſtituimus Altaria. (*Aug.*) perpetua & felicitas (nomina ſanctarum Fœminarum) merces eſt ſanctorum omnium martyrum. (*Idem.*) Injuria eſt, pro martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari. (*Idem.*) Eſſe martyr non poteſt qui in Eccleſiâ non eſt. (*Cypr.*) Res ſumma martyrum eſt. (*Idem.*) Quisquis extra unitatem Eccleſiæ patitur, pœnas pati poteſt, martyr fieri non poteſt. (*Greg. M.*) Nos igitur ſine ferro martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam veraciter in animo cuſtodimus. (*Idem.*) Honoramus reliquias martyrum, ut eum, cujus ſunt martyres, adoremus. [*Hier.*] Horti aquis irrigati non ità germinant, ſicut Eccleſia, ſi martyrum irrigetur ſanguine. (*Chryſoſt.*) Si morbo cum perfectâ patientiâ moriaris, martyr perfectus eris. (*Idem.*) Hæretici martyres effecti, non CHRISTI, ſed Satanæ ſunt. (*Blos.*) Quàm pulchrum Spectaculum DEO, cùm Chriſtianus cum dolore congreditur! cùm adverſùs minas & ſupplicia & tormenta componitur! Cúm ſtrepitum mortis, & horrorem carnificis irridens conculcat! Pueri & mulierculæ noſtræ

noſtræ, cruces & tormenta, feras, & omnes ſupliciorum terriculas inſpiratâ patientiâ doloris illudunt. (*Min. Fel.*) Vincere Diabolum, corpus tradere, contemnere viſcera, tormenta expetere, laſſare tortores, capere de injuriis gloriam, de morte vitam, non eſt virtutis humanæ, muneris eſt divini. [*Chryſol.*] Non potes invenire Martyrium? Exhibe te Martyrio dignum; & Martyrii conſequeris procul dubiò præmium. (*Pet. Dam.*) Semen eſt Sanguis Chriſtianorum: Plures efficimur, quoties metimur à Tyrannis. (*Tertull.*) O vos benedicti, de carcere in carcerem translati! Habet quidem tenebras, ſed lumen eſtis ipſi: Habet vincula, ſed vos ſoluti in DEO eſtis: Triſte quid illic ſpirat, ſed vos odor eſtis ſuavitatis. (*Idem.*)

MATHESIS.

SYN. Mathematica, Mathema. PHR. Ars Mathematicorum, recondita, multiplex, ſubtilis.

AMPLIFICAT. Eruditus ille pulvis, qui vehementioribus ſæpè flatibus, cum figuris, numeris, litteris, notis, demonſtrationibus diſſipatur. * Scientia Mathematicorum, in quâ contemplans magnitudines à materiâ motúque ſecretas, innumerabilium varietate figurarum delectatur; quarum ignaros Plato ſuæ ſpatiis Academiæ pro foribus, tanquam edicto propoſito vetante ingreſſum, excludebat. * Vix ullum in Orbe ingenium hæc non afflavit, ſcientia etiam coronata Regum, Auguſta Imperatorum exambivit. Carolum V. adhuc Europa celebrat, qui triumphales manus ab inſtrumentis gloriæ ad erudita poſt traduxit molimina, in ſacro illo otio, quod orbis Imperio evolutus delegerat, unam quæ ex Mathematicis hauriri poteſt, in conclave admittens voluptatem. Celebrat adhuc & Maximilianum Auſtria, cui nomini immenſitas haud ſuffecerat, quin ea factis ultra menſuram nominis extenderet Auguſtus Geometra, augeret telescopiis Imperii Archimedes.

Digitized by Google

des. Præfueras longe ante huic & Carolo, Adriane, qui latentibus in Matheſi ſuaviariis, poſt imperiale pomum, novus in Purpura Tantalus inhiaſti: Adeo & Imperiales Aquilæ ſuam indolem ad ſolem cum Aſtronomis explorare, altitudini, metam defigere in Altimetria duxére non incongruum. Sed neque Occidens hac luce non illuxit. Hiſpaniam veneror, cui oriens etiam patet lucétque, adeo Cœlum illa ſuo coërcuit Imperio; & adhuc occaſum gloriæ timet ſuo in Occidente, niſi novus illi extra Indias Intelligentiæ Sol oriatur. Heſperus quidem illorum eſt, quem Mathematica retulit in Planetas, ſed totum inſuper Cœlum, Cantabriæ Aſtronomi ad ſe trahunt. Vivit adhuc ſuis in tabulis [quas Alphoſinas vocitamus] Hiſpaniæ Rex Alphonſus. &c. Tacebo Philippum Hiſpaniæ, Philibertum Sabaudiæ Principes, quia illos Fama non tacet; Principes ſe non putarunt, niſi ut in Solio; ſic in Matheſi eminerent; nec alia illis inſignia cariora, quam quæ in Zodiaco ſigna præluxere. An verò & Cœlites hæc afflavit gloria? Ibi vel maximè regnant Aſtrologi, &c. * Matheſis verò, ſeu ex falſi regulis puriſſimam, ſeu ex aurea trium regula auream eliciat veritatem, an unquam paribus caruit ſtipendiis? Dicent Siracuſæ, quos illi honores Marcellus deſtinaverit, cœleſte Archimedis ingenium veneratus in efficta, quam Cœlo artifice, arte Dædala elaboraverat Cœli molem. Nec Arati nomen nulla non exarabit poſteritas, qui iisdem Cœlis ſuum inſcripſit nomen, quorum Stellas in terreſtre transtulit firmamentum. Non alios deprehenſæ in Sole maculæ umbris & ſitu oblivionis eximent: Aliis ingenioſus in quadrando circulo labor negatum hactenus plauſum deſtinat; aliis Machinæ perpetuo Motricis irrequieta moles Orbem in perpetuum devovet Oratorem.

MATRIMONIUM. **Ehe.** *Mariage.*

SYN. Conjugium, connubium. ADJU. Dotale, ſtabile & certum. (*Cic.*) Sociale, firmum, ſacrum, perenne, fauſtum, pudicum, auſpicatum, concors, ſolemne. PHR. Genus ſociabile. Jugum connubiale. Thorus conjugalis. Viri & Mulieris legitima conjugatio. (*Cic.*) Jus matrimonii caſtum atque legitimum. (*Idem.*) Conjunctio legitima maris & fœminæ, individuam vitæ conſuetudinem retinens. (*Bonav.*) Nubilium juſta conventio & conditio. (*Iſid. Hiſp.*) Matrimonium eſt libidinis venia. (*Nyſſ.*) Ab initio inſtitutum in officium procreandæ prolis: & poſt peccatum in remedium contra infirmitatem concupiſcentiæ. (*Antonin.*)

Heyrahten. *Se marier.* Nubere, Conjugio, *vel,* Connubio jungi, illigari. Conjugium inire. Conjugem ſibi ſumere. * **Dieſer Mann hat die Frau geheyrathet.** *Cét homme s'eſt marié à cette femme.* Vir ille duxit hanc fœminam; hanc duxit uxorem: duxit illam in Matrimonium. * **Er hat ſich wiederum verheyrathet.** *Il s'eſt remarié.* Alteras nuptias iniit. Conjugium iteravit. Matrimonium repetiit. Tertium quartúmque. Tertio vel quarto conjugio ſe illigavit. Bigamus, vel Trigamus eſt. Homo multarum nuptiarum. * **Dieſe Dame hat dieſen Cavallier geheyrahtet.** *Cette Dame s'eſt mariée à ce ſeigneur.* Nobilis illa fœmina nupſit huic nobili viro. Hæc fœmina ex amplisſimo genere in amplisſimam familiam nupſit. * **Er gedencket ſeine Tochter zu verheyrathen.** *Il pense à marier ſa fille.* De filiæ ſuæ collocatione, *vel* de filiâ ſuâ collocandâ cogitat. * **Der Pfarrherr hat ſie copuliret.** *Le Curé les a mariez.* Parochus eos ritè copulavit conjugio, connubio junxit. Matrimonio illigavit. * **Eine Jungfrau zur Ehe begehren.** *Rechercher une fille en mariage.* Virginis nuptias ambire. Conjugem ſibi puellam petere, poſcere, depoſcere, po-

poſtulare, rogare. **Dieſelbige heyrahten.** *La prendre en mariage.* Puellam ſibi conjungere, deſpondere, copulare. Conjugem ducere, ſibi adjungere. * **Seine Tochter einem zur Ehe geben.** *Donner ſa fille en mariage.* Alicui filiam ſuam collocare, *vel*, nuptui tradere, *vel*, nuptum dare. Filiam alicui in matrimonio, *vel*, in matrimonium collocare, locare. Filiam ſuam alicui uxorem committere. * **Dieſer Ehemann hält ſein Weib gar hart.** *Cet homme traite ſa femme fort mal.* Vir hic in uxorem contumelioſus eſt; néque eam pro comite individuâ vitæ, pro divinarum rerum humanarúmque omnium ſociâ, ſed pro ancillâ habet.

AMPLIFICAT. Quid matrimonio ſanctius in veniri poteſt, quod ipſe ſummus rerum opifex DEUS inſtituit? Quid honeſtius, quod Chriſtus admirabilium actionum ſuarum primitiis conſecravit? * Maritale conjugium eſt, quod homines disjunctos vinculo arctiſſimo conjungit: Quod familias diſſociatas mutuâ affinitate conſociat: Quod neceſſitudines conciliat: Quod amicitias religioſas comparat: Quod domos numerosâ ſobole fœcundat, quod urbes legitimis civibus replet: Quod denique efficit, nè genus humanum temporis longinquitate depereat: Sine quo nulla civitas, nulla gens, nec ipſe (ut ita loquar) mundus conſiſtere poteſt. * Conjugium ſi quis damnet, impius ſit in utrámque legem, & civium & naturæ. Stare genus humanum non poſſe omnes ſcimus ſine viri mulierisque cætu. (*Lips.*) Conjugium vitæ & ſocietatis humanæ fundamentum eſt, cuſtos diſciplinæ, ſchola pudicitiæ, crucis exercitium, adeóque naturalis maris & fœminæ conjunctio, ut in ejus participatum univerſæ quóque animantes veniant. Nihil enim æque dictat natura, quam aliud quale ipſa eſt producere, & nititur ſummis viribus infinita poteſtas, ut ſe ad effigiem quandam & imaginem immortalitatis,

& divinitatis componat, ut quoniam idem numero animal corruptioni obnoxium nequit perſeverare: Ortu vicario mortalitati, quâ fieri poteſt & patitur ratio, adminiculetur, & velut tibicinibus præfultam ab occaſu vindicet. * Lectiſſimæ non raro Virgines, caſtimoniæ laude claræ, viris nubunt ſpurciſſimis, ſeu vi coactæ, ſeu delinitæ blanditiis, ſeu muneribus irretitæ; atque ita fit, ut in eadem ſæpe domo diverſentur pudor & impudentia, honeſtas & obſcœnitas, libido & modeſtia, deformitas & pulchritudo, virtus & vitium. * Malè ducitur uxor, cui amorem aſſerunt opes, & Majorum ceræ. Nulla eſt inops, nulla obſcura, quam & locupletant virtutes, & illuſtrat innocentia. Quæ tamen utrasque conjungit, mirandum eſt. Nam nihil propè rarius eſt, quàm magna fortuna cum integra innocentia. Omninò par conjugum, quos genus & genius, virtus & innocentia pares fecit. Suſcepti è conjugio liberi auxerunt familiam numero, numerum gloriâ, nec degeneres eſſe poterant, niſi maternum lac revomerent, cum quo ipſam virtutem ſuxerant.

Adhuc felicitatis plenitudinem, quàm dies hodiernus in ſinum veſtrum & animum inſudit, non ſatis explicuero, ſi nobilem conjugii copulationem inter omnia ſocietatis vincula & arctiſſimam, & jucundiſſimam eſſe dixero, & quoddam humanæ felicitatis Corollarium. Altius eſt beneficium, quàm ingeniis attingi poſſit: Latius, & amplius, quám verbis ſuis Eloquentia circumſcribere. Nec latè fluens ſolùm Ciceronis copia hîc deficiat, nec ſtagnans Iſocratis ſuavitas; ſed centum ora, & centum linguæ, & ſolemne Poëtarum in cauſis gravioribus Votum, ad enarrandum non ſufficerint. In cæteris enim inveniendis, aut mortalis neceſſitas, aut induſtria ſubtilior humana excogitando laboravit. Connubium ipſius potentis omnia Naturæ Authoris inventum eſt, adhuc ab ipſis Mundi incunabulis, in illo voluptatis viridario, cui magnam beatitu-

dinis

dinis partem deesse credidisset; nisi primos inter homines hoc decumanum munus inseruisset: Quod cum tempore deinde ad nos hæreditariâ felicitate transiret. Parentis & Filii amorem supremum naturæ vinculum & jus credimus? Ecce strictius Sponsi charitatem & fœdera, quæ ad Parentem à Filio deferi, & Filium à Parente manumitti possunt persuaderem. Pythiam Damoni accessisse, Orestem Pyladi uberrimam gaudii materiem reputavimus, virtutisque & fortunæ singulare privilegium. Conjugio tot amicos paraveris, quot utriúsque familiæ homines in unam sanguinis lineam facis convenire. Parum est, Thori Sociam, curæ vitæque consortem accipere: Dulcissima humanæ conversationis, & gravissima nomina, *Imperium & Servitus*. eâ hîc temperantiâ mansuescunt, ut & dulcedo gravitatem minuat, & gravitas augeat dulcedinem. Sic alter in alterius jus concedit, ut suo non abeat: Sic suus manet, ut totus sit alterius; uterque servit; & quæ duo erant ac diversa, sacrâ metamorphosi eadem sunt, & unum. Quid quòd aliquam Æternitatis imaginem, æmuletur, & perenni Nepotum successu, familiam ab oblivionis ruinâ sustineat? Aureæ non inconveniens arbori, in quâ *Ramo avulso uno, non defecit alter aureus, & simili frondescit virga metallo.*

SENTENTIÆ. Quod ergò DEUS conjunxit, homo non separet. (*Matth.* 19.) Honorabile conjugium omnibus, & thorus immaculatus. (*Hebr.* 13.) Bona vincula nuptiarum: sed tamen vincula; & si vincula, tamen vincula charitatis. (*Ambr.*) Ætas conjugatorum est ætas præliantium: Ipsi enim habent acriorem conflictum; nè libidinibus superentur. (*Aug.*) Conjugium gravis sarcina est. (*Hier.*) Grave nimis est pondus Conjugii. (*Innoc. III.*) Sicut portus est Conjugium; ita sæpe naufragium parit. (*Chrysost.*) Filiæ hujus sæculi matrimonio conjunctæ, in peccato concipiunt, in dolore pariunt, in timore nutriunt.

(*Petr. Bles.*) Quid magis eſt unum, quàm illi, quibus eſt una caro, una menſa, unus thorus, hæreditas una? O honorabile conjugium! (*Petr. Dam.*) Concordia ſit in Matrimonio, nec corporum ſolùm illa junctio, ſed magis animorum. (*Lips.*) Felicitas Conjugii adeſt, ubi concordia eſt. (*Idem.*) Concors, & alterno amore matrimonium, eximium inter humana bona. [*Idem.*]

SIMILITUD. Sicut Corpus à ſemetipſo nunquam diſſidet, néque Anima adversùs ſeipſam: Ita virum & mulierem non convenit diſſidere. (*Chryſoſt.*) Sicut in fidibus concentu nihil ſuavius, offendimur diſſenſu: Tale in matrimonio; & temperies illa atque harmonia, ut ſic dicam, matrimonii delectat, néque ipſos tantùm, ſed amicos, imò alienos. (*Lips.*) Juvenes cælibes ſimiles ſunt piſcibus, qui alludunt circùm naſſam, & geſtiunt inire; contra qui jam incluſi, exire: Simile plerùmque eſt in matrimonio, quod ambiunt liberi, damnant capti. [*Idem.*]

MEDERI. Heylen. *Guerir.*

SYN. Sanare, curare. ADV. Facilè, faciliùs, aliquantúm. [*Ex Cic.*] PHR. Medicinam afferre, adhibere, facere Curationem, remedium adhibere, procurare. Morbo mederi, remedium afferre. Morbum depellere. Ægrum conſanare, ſanitati reſtituere, reddere ſanitati, ad ſalutem reducere, morbo liberare, *vel* levare, ad priſtinam valetudinem revocare, in ſtatum valetudinis priſtinum reſtituere. * Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur: Si eo medicamento ſanus factus fuerit. Quibusdam medicaminibus curare. Medicamentum alicui dare ad aquam intercutem. Deſperatis vetat Iſocrates adhibere medicinam. Deinde ſingulis medicinam, ſi quam potero, afferam. Adoleſcentes graviùs ægrotant, gravioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere co-

gun-

Digitized by Google

guntur. Sed alia quædam ad eum admovenda curatio eſt. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria. In acrioribus remediis ſaluti ſuæ ſubvenicndum putavit. Tuis veneficiis remedia invenit. Aliquâ medicinâ reducere aliquem ad ſalutem. Tantam vim morbi potione medicatâ levaturum eſſe promiſit, Adimere ægritudinem. V. MEDICUS

MEDICINA. Artzney-Kunſt. *Art de Medecin.*

SYN. Medica, *vel* Medicamentum, pharmacum, medicamen. ADJU. Divina, opportuna, grata multis & probata, pluribus ſuſpecta & inviſa; tempeſtiva, tarda, ſed magna; imbecillior, perpetua. PHR. Ars medendi. Propria & certa valetudinis curatio. Quæ corporis vel tuetur, vel reſtaurat ſalutem. [*Iſid. Hiſp.*] Quæ Corporis ſanitatem, ſi collapſa eſt, reparat; ſi ſarta tecta, ſervat. * Artzeney ſo purgiret. *Purgatif.* Remedium catharticum; obſtructiones diſcutiens; alvum molliens. So verſtopffet. *Oppilatif.* Obſtruens. So bewähret. *Approuvè.* Probatum & præſentaneum remedium. * Eine Artzeney zu bereiten. *Faire une Medecine.* Potionem medicatam miſcere, temperare. * Vorſchreiben. *Ordonner.* Ægro propinandum pharmacum præſcribere. Geben. *Donner.* Ægro pharmacum porrigere, medicamentum propinare. Einnehmen. *Prendre.* Pharmacum ſumere, medicamentum adhibere, haurire. Uti medicamento. Die Artzeney hat ihren effect gehabt. *La medecine a eu l'effet, qu'on en pervit.* Medicina reſpondit exſpectationi. * Cum diceres, te quibusdam medicaminibus ſolere curari. Ego planè curationes hujus Medici non probo.

AMPLIFIC. Medicina, quâ nulla Ars fructuosior esse fertur, salutem deploratis restituit, morbos expellit, afflicta recreat, languentia corroborat, & cum morte ipsâ subinde colluctatur. * Medendi scientia, quâ, nisi mea me forte opinio fallit, nihil in ipsâ naturâ, quod suspiciamus, dignius; nihil, quod cognoscamus, jucundius; quod ad usum transferamus, fructuosius potest reperiri. * Hoc Medicamenti genus servabatur, tanquam indubitatum deficienti naturæ auxilium; etiam vetustate potentiores vires trahens; & ipsius temporis, à quo cætera destituuntur, alumnum. * Quamobrem mirari desinamus ad eam amplitudinem & dignitatem evectam fuisse Medicinam, ut illam Principes potentissimi, ut Reges terrarum clarissimi, Monarchæ cunctarum gentilium ac nationum, atque ipsi Imperatores non honoribus solum decorare vellent, sed ad illius studium omni Corporis & Animi contentione incumbere: Si de Medicina etiam, & in Medicina semper gloriantur, & vellent dici semper & haberi præstantissimi scientissimique Medici: Si denique facultatis istius amore studioque capti summum honorem & planè Regia Majestate dignissimum duxerint ad sui nominis gloriam immortali commendandam, ingenio, ac facultate medendi, posteritati consignata monumenta relinquere. Atque omitto Reges Ægyptios, Apim scilicet, Osyrum, Isidem, Taceo Herculem, Theseam, Jasonem, Achillem fortissimum Græcorum, Patroclum Achillis amicissimum familiarissimúmque, Omitto Cadmum, Masinissam, & Jubam Numidarum Reges potentissimos. Quid Antiochum Syriæ Regem, Dionysium Ciciliæ tyrannum commemorem? Quid omnibus bonorum copiis affluentem Attalum Regem Pergami proferam? Ut innumeros alios omittam, ille victor orbis terrarum Alexander Maximus, non Medicinæ solum studiosissimus fuit, sed scientissimus atque inter acies & horrificos armorum tumultus ami-

Digitized by Go

amicis medendi ſcientiâ opem tulit ægorantibus, medicamenta præſcribens, & adhibens plurima ſalutariáque pharmaca.

MEDICUS. Arʒt. *Medicin.*

SYN. Archiater. ADJU. Calidus, jam cognitus & ſæpe victor; ignobilis; inobiliſſimus atque optimus; diligens, ſuavis, ſummus. (*Cic.*) PHR. Qui morbis, qui oculis, qui vulneribus medetur. Benè doctus medicâ ſcientiâ. Eruditus medendi arte. Egregiè inſtructus medicis litteris. Medicinæ ſciens inprimis, peritus, intelligens. Qui ad ſummum medicæ artis gradum pervenit. Qui multum hauſit ex iis litteris, unde manat medicinæ cognitio. Utriúsque naturæ, & naturantis, & naturatæ miniſter. A quo ita ſum levátus, ut DEUS aliquis mihi medicinam feciſſe videatur. Qui laborantibus ſuccurrit, ægrísque medetur. Cujus in ſervandis hominibus artem & vim ſæpe miramur: Cujus in corporibus incidendis, & in minimas quásque particulas diſſolvendis induſtria, proximè ad naturæ ſolertiam, hoc eſt ad divinam artem, quâ ſunt eadem coagmentata videtur accedere. * Unerfahrner Arʒt. *Medicin ignorant.* Medicus imperitus. Qui ea ſæpe facit, quæ ad necandum potiùs, quàm ad ſanandum valere videntur. Medicus notæ perfidiæ, qui jam multarum palmarum ſpectatus præliis, magna dexteræ ſuæ trophæa numerabat. Qui non feliciter morbos curare, ſed *S*andapilariis conſulere, cœmiteria complere multa ſolet. Qui quæ ab Hippocrate, Dioſcoride, Celſo, Galeno aut aliis præſcripta ſunt, ſinè vel loci, vel temporis, vel perſonarum conſideratione adhibet. De quo Senec: Medicorum conſilia de vita; qui parum docti, & nimis ſeduli, officioſiſſimè multos occidunt. Item: In hâc artium ſolâ evenit, ut unicuique Medicum ſe profeſſo ſtatim credatur: Cum ſit periculum in nullo mendacio majus.

AMPLIFICAT. Medicus cùm ſordes ac reliquias contrectat, non corrugat frontem, nec cum indignatione eas averſatur, ſed ad ſanitatem omnia & ſalutem refert. Moroſitatem quõque ægrorum melle interdum ſaluberrimè eludit, ut amara & proſint, & dulcia delectent. * Qui non ferro illico, & ſectionibus, atque uſtionibus, ſed malagmate utitur: Ante pravis humoribus corpus purgat, quàm acria remedia adhibeat. * Prudentes Medici cum uſtionibus, ſectionibus, inediâ, detractione ſanguinis, non morbum, ſed ægrotum ipſum confici ac profligari vident, ad aliam rationem curandi confugiunt: & fomentis ac remediis mollioribus, & victu paulò copioſiore indulgentes malunt ægrotum cum aliquâ parte morbi alere, quàm utrúmque ſimul è medio tollere. * Medicus ægrum jubet, ut ſit bono animo; ſed ubi juxtim conſedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, venarum pulſum & momenta captat (explorat:) ſi quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renunciat: malè morbo haberi. * Medicus ſcientiſſimus & peritiſſimus, qui pharmacum ipſum vel ſuavioribus lenit ſuccis & mitigat, vel acrioribus irritat atque exacuit: tum rationem habet accuratam ætatis, naturæ, virium; ægrotantis conſiderat cauſas, proprietates, diuturnitatémque morbi ingraveſcentis: Circumſpicit anni tempeſtatem, aëris temperationem, creſcentem decreſcentémque lunam; & ſi opus eſt, antequàm porrigatur ægro pharmacum, ipſum aut melle oblinit, aut auri bracteolâ tegit, aut etiam reſpuentem ægrotum & nauſeantem præſtigiis fallit ad ſalutem.

SENTENTIÆ. Honora medicum propter neceſſitatem; Dominus enim ejus auctor eſt. Nam omnis Medicina manat ab Altiſſimo. [*Eccl. 38.*] Medicus ſe haberet peſſimè, ſi malè nemo. [*Nier.*] Omnis Medicina habet ad tempus amaritudinem: Sed poſtea fructus doloris ſanitate monſtrat. [*Hier.*] Frequenter

Digitized by Google

ex quâdam aptitudine medici gratiosâ, & ex quâdam confidentiâ quam ægrotus inde concipit, natura jam deficiens convaleſcit. [*Iſid.*] Quemadmodum ubi multæ leges, ibi plurimum vitiorum: Ita quóque ubi multi ſunt Medici, ibi etiam ſunt multi morbi. (*Arceſilaus.*) Medicinæ finis ſanitas eſt. Itáque cum adeſt ſanitas, curatione multâ nihil opus eſt. (*Chryſoſt.*) Ubi ulcus eſt inmedicabile, ibi pharmacum inutile; ubi autem curationis ſpes, ſectionem induco curationi. (*Baſil. Sel.*) Oſtendere ægro magnitudinem morbi, & per hoc concitare ejus ſolicitudinem, nè languoris vim negligat, pars videbitur medicinæ. Verùm ſi in hoc eum reliqueris gradu, nec remediorum oſtenderis viam, nihil aliud eſt, quàm ſalutem prodidiſſe languentis. [*Zeno.*] Medendi faculras maximè cæleſtis eſt. (*Pythag.*) Artem medicam è cælo delapſam non immeritò Philoſophi prædicant. Etenim naturæ noſtræ infirmitas, & valetudinis offenſiones, quæ quotidiè incidunt, per hanc corriguntur. (*Julian. Imp.*) Etiam illi boni ac commodi Medici ſunt, qui adversùs excellentes & exſuperantes dolores artem adhibendo conſiſtunt, eorum quæ minus doloris faciunt, malorum curationem differentes. (*Greg. Nyſſ.*) Præſtantiſſimi Medici ægritudinum radicem curioſiùs ſemper indagant, atque ad ipſum mali fontem ante omnia accedunt. (*Chryſoſt.*) Quoties morborum violentia celeri greſſu ad animæ ſecreta feſtinat, obvias manus afferre non poteſt ſalutare conſilium, niſi ex collatione multorum. [*Ennod.*] Peritus Medicus, quoties vario languore defeſſus plenam deſiderat conferre medicinam, altas aperit morborum cauſas, latentes peſtilentiæ exponit incurſus, peſtiferas caveri commonet regiones, quàm plurima remediorum genera demonſtrat, herbarum vires pandit, medicamentorum loquitur qualitates, obedientibus promittit longiſſimam ſanitatem. Si ægros arduas & aſperas ſuadet,

&

Digitized by Google

& perducit ad curas. Nec unquam Medicus curat, qui infirmantis quærit & expectabat arbitrium. (*Chryſolog.*) Non quærit æger Medicum eloquentem, ſed ſanantem. (*Sen.*) Emis à Medico rem inæſtimabilem, vitam ac valetudinem bonam. (*Idem.*) Crudelem Medicum intemperans æger facit. (*Mim. Publ.*)

MEMORIA. Gedächtnüß. *Memoire.*

SYN. Recordatio, *vel* monumentum, nomen, fama. ADJU. Acerba, acris, hebes, immortalis, naturalis, nimis neceſſaria, viva *alicujus*, æterna, altior, brevis aut nulla, chara *alicui*, digna, divina, ſumma, diuturna, recentior, fidelis, germana, gratiſſima, infinita, non ingrata, inſignis, jucunda diuturnáque, quàm jucundiſſima, præſtantior, mira, multa, nimia, ſempiterna *nominis*, ſingularis, ſuavis, vetus, ultima *pueritiæ*. (*Ex Cic.*) PHR. Ars Mnemonica. Facultas animæ memorativa. Firmitas Memoriæ. Rerum intelligendarum memoria. (*Cic.*) Rerum perceptarum cuſtos. Memoriæ naturalis eſt tenacitas firmitásque à naturâ inſita, retinendi lecta & audita. Artificialis comparatur exercitatione & artificio. Memoria nihil aliud eſt, quàm impreſſio cogitationum, velut in animâ depicta. (*Baſil.*) Repoſitorium præteritorum. (*Bonav.*) Per quam animus repetit, quæ audita, viſa, factáque cognoſcit. (*Caſſiodor.*) Ad mentis intuitum imaginaria quædam repræſentatio præteritorum. (*Hugo V.*) Rei ſenſu & cogitatione perceptæ conſervatio. (*Damaſc.*) Vis illa, quâ meminimus, eſt memoriæ ac recordationis origo ac promptuarium. (*Idem.*) Theſaurus intentionum ſenſibilium. (*Thom. Aquin.*) Firma animi rerum & verborum juxta diſpoſitionem perceptio. (*Cic.*) Sensûs conſervatio. (*Plato.*) Affectio animæ, quæ conſervat eam, quæ in ipsâ eſt, veritatem. (*Idem.*) Memoriâ vacillare. Memoriæ adminiculatior. Memoriæ vegetandæ gratiâ. Si memoria mihi non labat. Fidem memoriæ

tuæ

tuæ appello. Abolere memoriam alicujus. Puerorum diſcentium patienter ferre offenſationes memoriæ labentis. Memoriam meam, quæ mihi jam ſegnis ac lenta eſt, evocavit. Adeò infœcundâ memoriâ eſt, ut quaternarium nequeat transſcendere numerum. Fragili aut nulla potius extat memoriâ. Harum terum ambiguam quandam ac tenuem, pænéque evanidam memoriam, aut intelligentiam obtinet. Vir eſt incomparabilis memoriæ. Memoriam appellat Plutarchus Cellam penariam diſciplinarum; gravius M. Tullius, Rerum omnium theſaurum; ſignificantiùs divinus Plato, Muſarum omnium parentem. Ea animi facultas, in qua ſimulacra rerum extracta remanent, egreſſa redeunt, revulſa penitus adhæreſcunt: Tanta eſt memoriæ fœcunditas, tantâ vis, tantæ divitiæ. Theſaurus Memoriæ, qui rebus ac verbis adinventis, excogitatisque cuſtos adhibetur; Qui depoſitam hanc ſuppellectilem ſibi commendatam reddit oratori dicenti fideliter. Quam præſtantiſſimam humani ingenii partem eſſe, ſapientiæ & eloquentiæ comparandæ planè neceſſariam dicunt. Quæ quaſi cella penaria eſt; à cujus abacis, capſis, armariis cum promuntur cibaria, quæ in eis aſſervabantur, integra plane, & nihil immutata redduntur. Quâ Facultate nec amplior capacitate, nec tenacitate firmior, nec redditione fidelior, nec ullo genere laudis præſtantior. Memoria eſt facultas animæ, retinens ea & conſervans, quæ cognovimus & impreſſimus: Pulchrè à Cicerone Theſaurus & Sinus animi dicitur; à Cauſino horreum mentis; ab aliis ærarium ingenii, qui in illâ, quæ volumus, deponimus; ut pro tempore recipiamus.

AMPLIFICAT. Ea memoriæ gloriola, quâ nihil non momento accipit, regeritque: Quâ multiplicium, ac inter ſe perplexarum rerum congeriem perpetuâ oratione evolvit; Quâ longam verborum ſeriem modò à ſummis, recta ad ima, modô ab imis, ad ſumma præpo-

poſtere, modo à mediis ad extrema perturbate, plaudente circum auditore Orator profundit : & quâ in animo impreſſa ſemel etiamſi ægrè, rerum verborúmque veſtigia ad eum uſum tenax ac fidus ſervat nihil ut ponatur in medio, de quo ille copiosè, electè, ſapienter, ſi minus flexibili ipſa per ſe, excuſſa certè per ratiocinationem, memoria diſſerere diu multúmque non poſſit. * *Mens humana* DEI conceſſu divinam imitans, parte illa, MEMORIA; miro pariter modo, nec nobis qui fruimur planè cognito, rerum præteritarum ſenſibúsque perceptarum, dictorum, factorum, cogitatorúmque comprehenſas habet imagines, & impreſſa ſimulacra. * Memoria præ aliis valet Orator. Et verò etiam gloriatur tanquam excellenti vitæ bono, tanquam theſauro & penu diſciplinarum, germana, literaturæ, Muſarum parente, altrice ſapientiæ, inſigni demum argumento Divinitatis. Quid enim? an poteſt quicquam aut excogitari præſtantius, quam eam patere in animô capacitatem, quam immenſa rerum aliarum, aliis quotidiè accedentium congeries, non modò non exæquet, non expleat, non cumulat, ſed dilatet etiam, luxétque ac fundat ampliùs, novósque ſemper ſinus ac receſſus intus latè lacunoſos aperiat? Quid admirabilius, quàm rerum verborúmque multitudinem forma variam, ſenſû diſcrepantem, numero infinitam, iis loci anguſtiis ita non confusè ac permiſtè, ſed diſtinctè electeque conſervari, ut quaſi discreto descriptóque in capita, ſeu familias populo, in fronte Domus Domini titulum legere, indéque habitatorem evocare, aut gentem univerſam cenſere facile poſſis? quid accommodatius, quam ſimulacrorum ingentes copias, tanquam addictam ubique tibi Sacramento malitiam, eò inter ſe nexu ac fide conjunctam cohærentémque habere, ut ſivè unum quódque ſeparatim, ſive confertim univerſâ, ſivè ſingula ordinatim in aciem proferre

ferre velis; nihil planè in tantâ rerum turbâ turbetur, ſed alia procul atque in receſſu ſita prodeuntibus locum cedant: alia ſemiaperto aditu quaſi tentabunda: & an ipſa quærantur, exploratura ſubſiſtant, alia ſe tota confeſtim promant, atque in medium retrò revocata proſiliant? * Inſidet nobis intimo capite ad imas aures cella nescio quæ auguſtiſſima loco, capacitate latiſſimâ, diſpoſitione planè mirifica, quam Memoriam appellare conſuevimus. In eam incredibili quodam artificio naturæ diſtinctam ſedibus, diſtributam armariis, diviſam loculis, inſtructam arculis, tanquam in ſanctius ærarium maximus quidam compioſiſſimúsque theſaurus importatur. Non gemmis, non margaritis, non auro argentovè facto aut infecto conflatus, ſed rebus pretioſioribus, iis videlicet omnibus, quas vel ſenſibus percepimus, vel mente concepimus, vel ipſi cogitatione finximus. In eodem ærario conditæ res à nobis geſtæ, fictæ dictæque, ſeculorum omnium hiſtoriæ, quas legimus, nomina rerum atque hominum, quos novimus, doctrinas omnes, quas didicimus, artium, quas exercemus, præcepta: Sapientia denique univerſa cuſtoditur. Latent enim in illis receptaculis hæc omnia re ipſa ſive in ſuis imaginibus & ſimulacris, quæ fluxerunt ab eis, latent & multò plura ſepta, recondita, incluſa niſi aperiantur, inde paulatim depromantur & ſenſim afferantur in lucem.

Non habet illa quidem parem in ſingulis hominibus capacitatem, conſtantiam, fidem; at per artem, & exercitationem in prodigium usque miraculúmque progreditur in nonnullis: & diligentiſſimus quiſque poteſt ex ea culta atque exercita, nominis immortalitatem comparare ſibi, commoda in ſuos & decus in patriam derivare. * Hæc aula regia memoriæ dives & multiplex, innumerabilia multiformiáque ſigna, ſivè ut meliùs loquar, ſigilla, in baſibus aptè & diſpoſitè collocata ſervare videtur. Quæ pro generum varietate; diſ-

dissimilitudine naturarum, & nobilitate rerum, quas repræsentant, varia cernis ac dissimilia, nec non aliis alia pulchriora. * Theatrum rerum omnium ea est; vel, ut verissimè loquar Amphitheatrum imaginum, simulacrorúmque varietate refertum. Animus in eo cum aliquid reposcit, prælato lumine illo suo mirabili, quod, ex Aristotelis sententia, naturaliter accendit in humana mente DEUS, cernit effigiem quasi spirantem rei à se quæsitæ, ad vivum expressæ, jussa, rogata, optata sese species offert, in qua rem ipsam æquè ut imagine speculi recognoscit. O admirabilem memoriæ virtutem! ò admirabilem divini muneris propè divinam! * Oceanus est memoria! nulli hunc imbres, nulli amnes, nulli torrentes exsaturant. Non Pado, non Istro, non Euphrate, non Nilo, non aliis Fluminibus perenni atque incitato cursu, & ingenti gurgite aquarum irruentibus redundat. Memoria similiter, in quam rivi quasi rerum ac fluvii per ostia quinque sensuum, amne sedato, & placido illabuntur assiduè, capax est adeò, atque avida, nulla ut rerum concreditarum multitudine, nullâ copiâ, nullâ varietate capacitas ejus atque amplitudo satiari expleríque posse videatur. * Hoc tam magno, tam fido, domesticorum agmine instructus animus, quam speciem in auditoribus exhibebit, dum nihil agetur unquam, nihil cadet in consuetudinem quotidiani sermonis, nihil in disquisitionem, deliberationémque aliquando vocabitur, cujus arbitrium ille continuò petere ab antiquitate, testes citare majores, sententiis exemplisque confirmare, dicta sapienter, fortiter facta, excogitata prudenter inserere, cum recentibus antiqua, nostra cum externis, cum ultimis prima, mediáque conferre ad pompam úsque ostentationémque non valeat. * Illud creditu difficillimum, nisi Muretus oculatus testis accessisset, de quodam juvene, qui Artis beneficio ad eam Memoriæ felicitatem evasit, ut triginta sex millia nomina, Hebræa, Græca, Latina, Barbara, Hiulca, stri-

Digitized by Google

ſtridentia, ſine ullo ordine, ſine ullo nexu recitata, quam primùm redderet, nunc à primo ad ultimùm, nunc ab ultimo ad primùm, nunc è medio ad extrema, nunc veluti aſſultim à primò ad tertiùm, à tertio ad quintùm, & ſic deinceps rurſum prorſum diſcurrendo. Ut dubitandum non ſit, quin labor & exercitatio ſingulare Memoriæ conferat adjumentum.

SENTENTIÆ. Memoria quaſi venter eſt Animi; lætitia verò atque triſtitia, quaſi cibus dulcis & amarus, cùm memoriæ commendantur. (*Aug.*) Memoria conſors & cooperatrix eſt rationis; quoniam ſine eâ ratio, nec ad incognita procedere, nec cognitorum ſcientiam retinere poteſt. (*Idem.*) Memoria cuſtos eſt excogitatorum. (*Idem.*) Memoria quaſi lumen eſt temporalium ſpatiorum. (*Idem.*) Memoria dicitur magnum quoddam adjutorium, in hujus vitæ negotioſiſſimis actibus. (*Idem.*) *M*elius eſt, habere bonam mentem, quàm memoriam quantumlibet ingentem. (*Idem.*) Cum labore meminimus, ſinè labore obliviſcimur. (*Idem.*) *M*emoria inſcrutabilis theſaurus eſt. (*Idem.*) Dulcis planè memoria, quam amor inducit. (*Gilb. Angl.*) *M*agnum memoriæ incendium eſt, conſuetudo etiam perbrevis, iis qui moribus præditi ſunt gratioſis. (*Naz.*) *M*emoria bona eſt jucundior animæ, quàm oleum corpori. (*Idem.*) Jucunda benè actæ vitæ memoria, quaſi tranquillitas poſt tempeſtatem veniens, conturbatam facilè animam conſolatur. (*Chryſoſt.*) V. Recordari.

MENDACIUM. Lügen. *Menſonge.*

SYN. Commentum, mendaciolum, mendaciunculum. ADJU. *M*agnum atque impudens, modeſtum ſed non infacetum, honeſtum ac miſericors. (*Cic.*) Craſſum, pernitioſum, officioſum, jocoſum, turpiſſimum, infeſtum; ſplendidum cæteroquin, ac propè dixerim, triumphale. PHR. Orationis falſitas,

vel vanitas. Fallax verborum gannitus. Hyperbole ſuperementiens. Falſa ſignificatio cum voluntate fallendi. (*Aug.*) Vitium oppoſitum veritati. (*Gers.*) Unde hoc totum dictum & conflatum mendacium eſt. (*Cic.*) Illud non humilis tantùm & parvi animi, ſed ſervile vitium, indigniſſimum libero ingenio & educatione liberali. Cùm hoc quóque mendacium frigere, ac propè jam omnium vultu & murmure exploſum videret. Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.

AMPLIFICAT. Iſtud mendacium tam verum eſt, quàm ſi quis velit dicere, magico ſuſurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirare, Solem inhiberi, Lunam deſpumari, ſtellas evelli, diem tolli, noctem teneri. * Sanè mendacium omni libero ac ingenuo indignum Romani putabant, ſervilèque vitium eſſe, nec cadere in generoſum pectus poſſe, non debere: Quod antè vitam projiciat, quàm illam mendacio commaculet. O quis mihi DEUS largiatur omnes tales! quam vereor, nè de raritate ſuâ audiant procul, & de ultimis terrarum finibus pretium eorum. * Sanè tenue omne mendacium eſt, diligenter ſi inſpexeris; nihil enim ſolidi fraudes habent, quibus evenire mihi videtur, quod Sodomæ & Gomorrhæ; ubi pomum gignitur, quod licet ſpeciem referat maturitatis, mandi tamen non poteſt, nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel levi preſſa tactu ſummum exhalat, & ſatiſcit in vagum pulverem. Credas bilingui poma hæc nata; ita ad vivum illius exprimunt mores. Extimis his verbis amicum loquitur, probitatem imitatur; remove hanc ſuperficiem, hoſtilia omnia reperies. Cave proinde quisquis ſaluti ſtudes. Nam, ut diu latere non poſſit, ſi propius inſpexeris, primo tamen accurſu improvidus ferit. * Quid eſt mendacium? Eſt Horologium tam affabrè fabrefactum, ut nonniſi ſummus Artifex advertere poſſit, quæ Hora ſonuerit. Eſt libellus tam artificio-

ficiosè compactus, ut appareat in Decimo quarto, cùm interim mendacium sit in Folio. Est Paries tam concinnè dealbatus, ut non facile possit dignoſci, ex quânam materiâ sit fabrica ædificii. Est Larva Comica, quæ facetam Comœdiam repreſentat, & ſpectatorem mirè recreat. Est Cygnus amabilis, qui quàm amabiliter cantat, tam ſuaviter incantat. Est pulcherrima iris, quæ coloribus fictis omnes rapit & capit. Est Ficulnea latiſſimis pleniſſima foliis, quæ ſi non ſemper fructum, ſaltem amœniſſimam umbram ſpargit. Est vigilantiſſimus Janitor, qui ad labia diligenter excubat, ut Domicella veritas ex domo cordis non exeat & pereat. Denique est delicioſiſsimus cibus ad guſtum, & ad palatum, juxta illud. [*Prov. 20.*] *Suavis eſt homini panis mendacii.*

SENTENTIÆ. Mendacium fugies. [*Exod. 23.*] Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invicem membra. (*Eph. 4.*) Quod mentitur, occidit. (*Ambr.*) Abolita est veritas, & mendacium in terris prævaluit. (*Ant. Abb.*) Mendacium negotiatorum est ſigillum Antichriſti. (*Bern. Sen.*) Nullum est mendacium, quod peccato careat. (*Haymo.*) Nihil mendacio imbecillius, etſi innumeris obtegatur operimentis. (*Chryſoſt.*) Mendacium est charitatis exterminatio. [*Clim.*] Ex lapide ac ferro excutitur ignis: Ex loquacitate verò ac jocoſis mendacium naſcitur. [*Idem.*] Plana veritas via est, & grave iter mendacii. (*Greg.*) Extrema improbitatis linea est mendacium. (*Damaſc.*) Prolapſio à veritate, hallucinatio, & cæcitas mentis est. (*Idem.*) Mentiri ſervile vitium est. (*Trith.*) Cave mendacium in omnibus; mendacio enim fides tollitur, error inducitur, veritas aboletur. (*Iſid. Hiſp.*) Mendacium ſpecie placet alienâ, quia per ſe corruptum evaneſcit ac defluit; niſi aliunde ornatu quæſito circumlitum fuerit, ac politum. (*Lact.*) Mens Chriſtiana

fugax mendacii est, discipula veritatis. [*Leo I.*] *Men*dacium est primum ordinariè peccatum actuale, quod pueri committunt. [*Bellarm.*] Turpius est mendacium in ore, quàm stercus, quod auffert officium linguæ. [*Vinc. Fer.*] Per se mendacium improbum est, & vituperabile: Verum autem probum ac laudabile. (*Arist.*) *N*unquam potest anima bona mendacium diligere. (*Sixt. Phil.*) Crebrò faciem mendacii veritas retinet; crebrò mendacium specie veritatis occulitur. (*Sen.*) Mendacium vitæ est omnium malorum pernicioſissimum. (*Nier.*) Mendacium plerúmque aliquâ portione veri aspersum est. [*Strada.*]

SIMILITUD. Sicut ædificium lapidibus, ità mendacium sermonibus fabricatur. [*Gloſſa ord.*] Mendacium simile est veneficio. [*Sen.*]

MENDAX. Lügner. *Menteur.*

SYN. Vanus, vaniloquus, futilis, perfidioſus, Halophanta, *vel* Sycophanta, falsiloquus. PHR. Totus ex fraude & mendacio compoſitus. [*Cic.*] Mentiendi facilis. Mentiri assuetus. In mentionem proclivis. Ad mentiendum propensus. Falsum proloquens. Sermonis vanitatem adhibens. Adhibens vim veritati. A veritate deflectens. Imis ex faucibus fœdum eructans mendacium. Qui intimâ ex gulâ impudens mendacium erumpit, evomit. *M*entiens, & quidem fortiter. *M*entiens, & planè impudenter ac procaciter. *M*endacium dicens, & pleniſſimis faucibus. Portenta verborum loquens. Ipso mendacio mendax magis. Parthis & Cretensibus longè mendacior. Cujus verba tantum distant à verò, quantum cygnus à corvo. Sinceræ veritatis haud studioſus. Qui caligat ad veri conſpectum. A rationis & veritatis orbitâ aberrans. Quæ protulit verba, nullo ad veritatem confinio pertinent. Sicut ad solem noctua; ita in Veritate caligat. *M*endacia de me licentiſſimè prædicat. Ex fraude, fallaciis, mendaciis con-

constare totus videtur. Splendidè mendax. Improbè, *vel* gloriosè, *vel* impudenter mentiens. Veritatem mendacio contaminans. Reconcinnato mendacio aliquem fallens. Vos, dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium vestrum accommodavistis. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. Improbi hominis est, mendacio fallere. Atroci mendacio universos percutit. Cui nulla nè mendacii quidem velamenta contingant. Incredibile est, quantas mendaciorum nebulas excitaverit.

AMPLIFICAT. Quot orbe toto cædes unum mentiris dedit? Et cum mendaciis plena sint omnia, audire nolumus, quod facimus; erubescimus, cum simus, mendaces dici; & nomen ferro vindicamus, rebus innatantes, facere non pudet, dici pudet; Et cum gloriemur, si cujus candori & simplicitati mendaciis illusimus, ad vindictam decurrimus, si quis, quo gloriamur, mentiri nos dicat, laus nimirum à mendacio: Vindicta à verbo est; ita verba ferro vindicamus, quorum rebus gloriamur; bis stolidi, factis & vindictâ. Laudem è rebus captamus, ferrum è verbo.

SENTENTIÆ. *M*entiri est contra mentem loqui; & illud linguâ promere, quod unumquémque constat in animo non habere. [*Cassiod.*] A veritate quisquis aversus est, tenebratur mendacio, [*Aug.*] Non est credendum ei, qui putat aliquando esse mentiendum. [*Idem.*] Omnis mendax sinè maligno spiritu esse non potest. [*Cæs. Arel.*] Quomodò Diabolus mendax est, patérque mendacii: Sic & universos, quos possederit, vanos & mendaces facit. [*Titelm.*] Incauti sunt homines, qui mendacio se illaqueant. (*Creg.*) Valdè difficile est, ut qui multa loquitur, non etiam mentiatur. [*Idem.*] *M*endaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur. [*Hier.*] *M*entiri Diabolicum est. [*Hugo C.*]

Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit. (*Cic.*) *M*entiri ſolemne eſt amantibus. (*Sen.*)

SIMILITUDO. Quemadmodúm araneæ ex ſe tela texunt : ita quidem ex ſeipſis comminiſcuntur fabulas ac mendacia, cùm nihil ſubſit veri. (*Plut.*)

MERCATOR. Kauffmann. *Marchand.*

SYN. Negotiator, venditor, inſtitor, emptor. ADJU. Impiger, avarus, vigil, dives, ſolicitus, providens, inſomnis, irrequietus, ſubdolus, iniquus. PHR. Propola lucri avidus, cupidus: Lucris, divitiis, opibus inhians : Lucri ſpe ductus. *M*ercaturam faciens, exercens, profitens. *M*ercatorem agens. *M*ercaturæ operam dans, navans. Negotiationi incumbens. *M*ercis, ſectivæ, miſcellaneæ, minutæ Propola. Qui tanta patiuntur pericula, non horreſcunt fluctibus turgidum mare, per ſaxa, per ignes non trepidantes irruunt, ignotas regiones, fortunæ vitam exponunt, ut brevi perituras divitias affatim congerant.

AMPLIFICAT. Cum mercatores P. G. in remotiſſimas Indiarum partes auri, argentíque coacervandi cauſa proficiſcuntur, mirari profectò ſolemus, homines hos divitiarum aviditate captos tot itinera facere, tantos labores ſuſcipere, maria navigare vaſtiſſima, & alieniſſimo ſæpè tempore, naufragii faciendi periculo paſſim expoſitos. Atque illi non terrâ latronum inſidias, non hyemis aſperitatem, non æſtus, calores moleſtiſſimos extimeſcunt, néque mari pyratarum, prædonúmque crudelitatem, nòn crebram maris mutationem, non fluctuum intumeſcentium vim, non tempeſtatum turbulentiſſimarum incitationem, quibus jactantur navigantes, & modò tolli videntur in cœlum, modò in imas deprimi profundi voraginis, ſed hæc omnia mala ſubeunt,

&

Digitized by Google

& ſubituros ſe eſſe quanquam ſciant, à navigatione non abhorrent, utilitatum, quas obtenturi ſunt, ſi in Indiam appulerint, cupiditate ſuccenſi. * Qui mercaturam facit, perlevi ſe navigio, marique committit; dimicat cum fluctibus, imminente naufragio, & dum quærit compendium fortunarum, invenit periculum vitæ.

SENTENTIÆ. Plurimi mercatores animas ſuas pro acquiſitione pecuniarum perditione tradunt. (*Ambr.*) Dignitati hominis negotiari deforme eſt. (*Aug.*) Mendacium negotiatorum eſt ſigillum Antichriſti. [*Bern.*] Mercatio vix ſine peccato fit. [*Cloſſa. Dec.*] Negotiatorem Clericum, tanquam peſtem fuge. [*Hier.*] Negotiatoris proſperata felicitas, Apotheca multiplex eſt. [*Chryſoſt.*] Homo mercator uix, aut nunquam poteſt DEO placere. (*Idem.*) Difficile eſt, ut quis negotians intret in regnum Cœlorum. [*Idem.*] Negotioſus triſtis, anxius, ſine requie ullâ, damni metu ſemper detinetur: Honeſtatis immemor eſt, amicitiarum inobſervans, humanitatis fugax; religionem neſcit, bonitatem omninò odit. [*Hilar.*]

MERETRIX. Hur. *Femme proſtituée.*

SYN. Lupa, proſtibulum *vel* proſtibula, æ, pellex, ſcortum, ſcortillum, meretricula. ADJU. Publica, peſſima, perditiſſima, infamis, laſciva, famoſa, obſcœna, ſordida, Salax, inhoneſta, perniciosa, luxurioſa, inverecunda, audax, effrons, infelix, ſcelerata, famoſiſſima. PHR. More meretricio quæſtum faciens: Quovis ære mercabilis: Corpus proſtituens: Abjecto pudore effrena, *vel* effrenis. Mulier vulgata omnibus: Quæ ſe omnibus pervulgat: Quæ domum ſuam patefacit omnium cupiditati. [*Cic.*] Quæ pudicitiam in propatulo habet. Quæ vænalem paſſim formam exhibet. Quæ copiam ſui

corporis omnibus indiſcriminatim facit. Quæ grandem pecuniam propudio ſui meretur corporis. Quæ quæſtum vulgato facit corpore. Quæ magnas opes meretricio quæſtu ſibi comparavit. Quæ juventutem teneram in ſui amorem pellexit. Scortum nobile, celebratæque laſciviæ. Meretrix formâ admodùm liberali. Quæ corpus vulgò publicat. (*Plaut.*) Vulgati corporis muliercula. Mulier effusâ libidine: Turpiſſima flagrans cupiditate: quæ omnia pudoris & naturæ ornamenta perfregit: quæ corpus ſuum addixit obſcœnæ libidini. Mulier quæ ſordidiſſimi quæſtûs gratiâ proſtat & cujus pulchritudo vænalis eſt. Quæ multorum libidini patet. (*Hier.*) Ornatu meretricio præparata, ad capiendas animas. (*Gilb. Angl.*) Quæ corpus ſuum vænundat pecuniæ causâ. (*Chryſoſt.*) Libidinis Magiſtra, quæ integerrimi etiam adoleſcentis pudicitiam oſculis & amplexibus expugnat. Meretrix fraudibus ac fallaciis potiùs, quám pigmentis & fuco quodam delibuta. Petulans & procax mulier, cujus oculi lenocinium, pectus illecebras, verba blanditias totum corpus ſuaviſſimæ perſuaſionis machinam admoveat.

SENTENTIÆ. Fovea profunda eſt meretrix. [*Prov. 23.*] Proh dolor! quantis hiſce refertus eſt Orbis. Dulces ſunt furiæ; ineſcant melle; vipereo ſæviùs felle necant. [*Alan. Rup.*] Meritoriæ mulierculæ ſunt juventutis Euripi, Pudicitiæ ſyrtes. [*Anon.*] Virgo eſt, quæ DEO nubit: Meretrix; quæ deos facit. [*Ambr.*] Oculis Meretricis, laqueus amoris eſt. [*Idem.*] Sermo Meretricis laqueus eſt, qui obdulcat ad tempus fauces tuas; & poſteà exaſperat eas amaritudine conſcientiæ peccatricis. [*Idem.*] Difficilè lupi à cadavere, formicæ à grano, à melle muſcæ, Meretrices à proſtibulo ſeparantur. [*Ant. Pat.*] Quid ſordidius, quid inanius, dedecoris & turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus, cæterisque hoc genus peſtibus dici poteſt? [*Aug.*] Meretricum publicè vænalis

nalis est turpitudo. [*Idem.*] Fœmina senex & meretrix, si Lex permitteret, viva sepelienda esset. [*Bern.*] Meretrix non amat virum, sed nummum. [*Bonav.*] Meretrices expolitæ, sunt libidinum victimæ. [*Hier.*] Meretricis præ nimiis fornicationibus laxantur ubera, rugosa efficitur frons ejus, genæ marcidæ, languentes & stupentes oculi, labia pallore obducta patent; exsiccata cutis, virtus infracta, ipsis quoque postea amatoribus suis fit odiosa. (*Hugo V.*) Mulier si comessatrix est, meretrix est. Si ebriosa est, & meretrix necessariò. (*Hugo C.*) Non ita cœnum oculis noxium est, ut impudicus ille vultus, & nudatæ meretricis aspectus: Meliúsque est, luto omnes suam decolorare fœdaréque faciem, quàm tale spectare flagitium. (*Chrysost.*) Sepulchra sunt meretricum diversoria; cùm multo fœtore, multâ putedrine, multâque immunditiâ sint repleta. (*Idem.*) Mulieres omnes, qui mercede corpus prostituunt, sceleratissimæ, pertinacissimæ sunt omnium, atque truculentissimæ. (*Idem.*) Qui in meretricia barathra deducti sunt, quovis servo serviliores & miseriores effecti redeunt. (*Idem.*) Si alloqui blandè cœperint, obsurdescas; Sirenes sunt; suavi cantu sopiunt, ut demergant. (*Gers.*) Meretrix non est compta moribus, non monilibus ornata virtutum, non incessu gravis, non verè illo flammeo virginalis verecundiæ operta velamento: sed lasciva oculis, soluta gressibus, præventa illecebris, & tota dolis & simulationibus perfucata. (*Chrysol.*) Meretrix pulpamentum est Diaboli, projectio Paradisi, virus mentium, gladius animarum, aconita bibentium, toxica convivarum, materia peccandi, occasio pereundi. (*Petr. Dam.*) Omnes blanditiæ meretricum sunt jacula, sive lanceæ: quæ cum delectant aures, feriunt corda. (*Bellarm.*) Necesse est mulierem, quæ suum corpus addixerit turpissimæ cupiditati, timere damnationem. (*Cic.*) Si vidua liberè, proterva petulanter, dives effusè, libidinosa meretricio

more viveret: adulterum ego putarem ſi quis paulò liberiùs hanc ſalutaſſet. [*Idem.*] Meretrix cùm quemquam conſpexerit ſpecioſæ formæ juvenem, venuſtate ejus capitur; & illicò in eum & oculum, & animum detorquet: Serit blanditias, invadit ſpiritum, amoris profundi pedicis æternis alligat. [*Apul.*]

SIMILITUD. Sicut cera ſuccendit ignem, mel præbet dulcedinem; Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem; blandimento verò lenocinantis ſermonis ſubvertit mentem. (*Hugo V.*) Sicut ſtercus quantò plus calcatur, tantò ampliùs fœtet: Ita meretrix quantò pluribus ſe exponit, tantô plus ſordet. (*Hugo C.*) Quemadmodùm porcus in cœno volutatus, quocúnque ingreſſus fuerit, omnia fœtore replet: Ita & Scortatio malum eſt, quod difficilè abluatur. (*Chryſoſt.*) Quemadmodùm Echineis, ſive Remora piſcis perpuſillus eſt, quamvis magnam navim velis ac remis incitatam ſubitò ſiſtit: Ita Scortulum aliquoties adamatum, ingentes animi ad honeſta impetus retinet, alligátque. (*Eraſm.*) Formoſa Scorta ſimilia ſunt mulſo, lethalibus venenis temperato: Námque adferunt quidem initio voluptatem, ſed quam perpetuus dolor conſequitur. (*Diog.*) V. AMICITIA LUXURIA.

S. MICHAEL.

PHR. Præpoſitus Paradiſi. Salutis Signifer: Draconis dirum caput in ima pellens tartara: Ducémque cum rebellibus cœleſti ab arce fulminans. Ter ſanctiſſimus; ſumméque amandus ac venerandus ſacræ militiæ Princeps & Adminiſter: omni cultu & celebratione digniſſimus. DEI in Cœlis ſummus Vicarius.

AMPLIFICAT. Hic eſt, qui deducet nos in civitatem illam munitam; cujus plateæ aurum mundum, cujus turres gemmis ſunt ædificatæ. Hic eſt diſertus & facundus ille Cicero, qui nos defendet in tremendo ju-

judicio, quando Cœli revelabunt iniquitates noſtras, & Orbis terrarum conſurget adversùm nos. Hic eſt, qui ſceleratos peccatores in infernale barathrum jam jam præcipitandos, tremendis ignibus ſubducit, ac plus quám pius Æneas ab interitu ſervat. Hic eſt, qui nos ex diuturno carcere captivitatis noſtræ, in quâ exules ſpiramus, eductos, per viam æternitatis nobis incognitam ad amatam patriam deducit. Hic eſt, qui velut miſericors & ſolicita Joſaba, ſuffuratur animas noſtras, & abſcondit à furore & irâ Principum tenebrarum. Hic eſt, qui ut fidelis Michol, viam elabendi de manibus quærentium animas noſtras nobis monſtrat & oſtendit. Hic eſt, qui nos ex hoc mundi inextricabili Labyrintho educit; ac contra minotaurum infernalem armat & defendit. Hic eſt denique Archangelus ille à DEO conſtitutus ſuper omnes Animas ſuſcipiendas: Amicus noſter fideliſſimus úsque ad aram, úsque ad tumulum, úsque ad thronum judicis ſupremi; qui nos in negotio illo terribili non deſeret; ſed contra omnes hoſtium inſultus fortiter defendet; donec per tenebroſam noctem Æternitatis ex hoc ſæculo eductos repræſenter in lucem ſanctam. * Quidni *Chriſtus DEI* dicatur, quem DEUS Spiritu ſuo, tantâque virtute unxit, ut potentiſſimos quósque Eccleſiæ cæleſtis hoſtes humiliare, eorum ſuperbiam allidere & contumaciam dexteræ ſuæ potentiâ proſternere valeat.

SENTENTIÆ. Lampas Divinitatis: Aſſeſſor SS. TRINITATIS: Amicus DEI: Caput plenum oculis: Oculus ex pluribus oculis: *(Pantal.)* Altiſſimus Seraphin: Sol aſtrorum: Lilium florum: Cedrus lignorum: Aquila volatilium: Rex Principum; Dux militum: Caput membrorum: Apex ſpirituum; & ut ſemel totum loquar, Major in regno Cœlorum. Major inter magnos; Major poſt ter maximum; Major à ſe ipſo, officio, titulo, triumpho. [*S. Maxim. Ep.*]

MILES. Kriegs-Mann. *Soldat.*

SYN. Bellator. ADJU. Ignavus ac timidus, inexercitatus, prudens, veteranus; non legionarius, ſed ne auxiliarius quidem; fortiſſimus, glorioſus, horridus, nocturnus: *Acres, boni, crudeliſſimi, ſanctiſſimi, firmi ad tuendum aliquid, optimi, paratiſſimi; fame & egeſtate perditi, atque egentes, permulti, veteres.* (*Ex Cic.*) Gregarius, manipularis, emeritus mercenarius, adamantinus, ſtipendiarius, exercitatus, collectitius & ſubitus; licentiâ plus nimio corruptus. Imperiis obedientiſſimus; armis gravis, ſtatariúsque, malitiâ perfunctus; manu ſtrenuus; pacis, artium & civilis habitûs rudis; militiam doctus; ſtipendiis vetus, ferentarius, gravisque; loricâ ferreâ uſus, & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus; militaris rei callidior; non ſubitus, ſed verus expertúsque belli; ſub tentorio ſeneſcens; caligatus; caſtrenſibus ſtipendiis imbutus; diſciplinis militaribus eruditus; ſacramento militari nondum in ordines diſtributus; *oſtenſionales, comitatentes, cochortalini,; jure jurando a Tribunis adacti; juſſu conſulum conventuri, neq; injuſſu abituri; tumultuarii, procincti, paludati.*

PHR. Vir rei bellicæ gloriâ maximè ſtrenuus. Vir magnâ gloriâ, magnîsque rebus geſtis. Militaris diſciplinæ admodùm peritus, obſervantiſſimus. Qui cuncta militaria munera accuratiſſimè obire didicit. Pullus Martis. Alter Hercules. Bellandi peritus, Murus aheneus. In laude bellicâ egregius. Manu ſtrenuus, & bellator illuſtris. Vir, ob inſignem fortitudinem Achilles dici meretur. Miles emeritus, *vel* emeritorum ſtipendiorum: Cui ſunt confecta, *vel* emerita ſtipendia. Qui habet abſoluta, *vel* confecta ſtipendia. Qui emeruit. Qui multa bella geſſit, multas urbes expugnavit, multum hominum millia occidit. Ille tot domitor nationum, belli fulmen, atque hoſtium terror. Qui velut victima in hoſtem ducitur, & mortis ferè

Digitized by Google

ferè ſtipendiarius eſt. Cujus aſſiduus in armis labor, in campis ſtatio, in votis fortuna. Miles fortiſſimus, domi forisque perpetuam ſibi gloriam, & ſcientiâ rei militaris, & virtute, & authoritate, & felicitate comparans. Qui ſcientiâ rei militaris præditus, à primis annis martem ſecutus eſt.

AMPLIFICAT. Omne ſtudium militis in armis & militaribus equis, non in ſcortis & conviviis; talibus non labor inſolitus, non locus aſper, non formidoloſus hoſtis eſt. Somnum ſaxa excipiant, campus ſudorem bibat, etiam in pace, labore, & incommodis bellum pati diſcat, in armis deambulando, campum decurrendo, foſſam moliendo: Sanè, nè animi expaveſcant, de umbra ad Solem, de tunica ad loricam, de quiete ad tumultum deducendi, non de delitiis ad bellum, de cubiculo ad aciem, ſed de papilionibus, aut nudâ humo, de aratro & ligonibus ducendi. Ad ſtrictiorem proinde diſciplinam ſegregandus miles, ut rubori etiam in altâ pace ædificando vacet: continendus à luxuriâ, à ciboris lætioribus, à potu jucundiore, ut quanto plus in exercitationibus laboraverit, tanto plus de victoriâ ſperet. * Ille optimus eſt, quem non adduxit molle ac pingue ſolum, ſed ſaxa montiúmque aſperitas, aut dura tellus, & retro ſterilis, ac non niſi duris ligonibus & ſudoribus fœcundanda, & duro nimirum fortior miles venit, ignavus è molli; cum ferè naturam loci corpora ſortiantur. * Qui aſſuevit audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare, plus in duce, quàm in ſe re quoque exercitu reponere, maximúmque certamen in gloriâ ſtatuere. * Miles ſub dio manere, ferre frigus, pati pluvias, tolerare alia, ſæpe ventriculo latrante cubitum ſe conferre, aut eundem rancido lardo, pane lapide duriore, pomis & pyris caducis placare cogitur. * Miles cum tuba terribilem ſonitum dedit ore ſonoro

aut

aut tympana remugire rauca cœperint ſomno valedicere neceſſe habet. * Miles, ut hoſtes arceantur; ut non modò patriæ retineatur pax ac tranquillitas, ſed etiam longè latéque ejusdem fines propagentur, tenet. * Videre perſonam bellatoris magnifici, & gloriarum pleni, qui rerum quæ ſunt, quæque non ſunt, centones farciat, qui ſe hac atque illac quaſi pompam paneraticè atque athleticè præter ducat: qui ſe omnibus faciat ferocem, nullique niſi vulnera ac cædem debeat: qui ſe urbicapum, Martis nepotem, Regúmque occiſorem dici velit: qui machæram fururâ hoſtium ſtrage conſoletur: qui hominum animas exorbeat, legiones hoſtiles aſpectu territet, occurſu fuget, ſpiritu difflet quaſi ventus folia.

Inter hæc exercitui comparando ac ſcribendo intentus militi; Veteranum magis, quàm rudem bellique inexpertum: divitem potiùs, quàm extremâ egeſtate conflictantem: denique magis voluntarium, quàm promiſſis minisvè ingentibus adductum deligebat. His, prout quisque virtute anteibat reliquos, patriæque magis, quàm rerum ſuarûm teneretur ſtudio, militaria officia, honoresque patiebatur. Nobilitas, & multis ſtipendiis explorata induſtria, virtuti faciebant gratiam; ita quidem, ut néque novitiis munerum emptoribus pateret aditus; néque gregario militi, ſolâ factorum gloriâ eminenti, occluderetur; néque quorundam favor & nobilitas, fortitudine deſtituta, aliorum virtutibus præponderaret. Legibus verò opportunis caſtrenſem diſciplinam egregiè, contra multorum audaciam, muniebat; ut ſive ad militiam, tanquam ad libertatis ſcelerúmque aſylum nonnulli confluerent: ſive, ut furtis rapinisque ſuam avaritiam paſcerent; nulli tamen impunè flagitiorum eſſe liceret. Porrò rerum ad militiam neceſſarium haud quicquam deeſſe, niſi coactus, patiebatur; nè impoſita noxiæ libertati frena neceſſitas excuteret, & ſuo

pa-

patriam milite, non defenderet; ſed expugnaret. Non tam numero, quàm robore pugnandum ratus, inutilem bello turbam; ac frugibus tantùm conſumendis natam; à caſtris dimovebat, impedimenta militiæ non adjumenta, aut juvenes, aut exercitatos, exiguamque familiam trahentes caſtris ex omni gente admittebat: robuſtiſſimum ſemper corpus exercitus arbitratus, ubi Itali capitis, Germani pectoris, Hiſpani manuum officio fungerentur. Ita licet numero inferior Turcis ceterisque inimicis terrori fuit, ac Germanos, qui à ſolis Italis, Iberisque omninò vinci nunquam potuêre, à Germanis, utrique genti ſociatis, docuit poſſe ſuperari.

SENTENTIÆ. Sine ſtipendiis Miles torpet: elanguet Bellatorum virtus, ubi nervus Militis vires ſolidare deſiit; nec citiùs ferri uſus diſplicuit, quàm ubi pretium ferro deerat. Hebeſcit hujus acies, ſi aurum illud non acuat; & virtus manet absque æmulo, ubi absque præmio. (*Anon.*) Stipendia militis virtutem animant. Pluvia profecto laurearum fertilis, trophæorum fœcunda, ſunt effuſa in militem congiaria, non unum Orbi redditura Trajanum, ſi liberaliter illa Princeps impertiatur de ſuo. Hos depluat ſæpe patrium cœlum imbres, revireſcet, credo, nec ante florem emarceſcet virtus militis. (*Idem.*) Teuto ictum lapidis objectu pectoris excipit fortiter; documento: Germanis æquè ac Spartanis pectus pro muro eſſe. (*Idem.*) Militum virtus præmiis excitatur. Crederes, imbrem aureum fortium eſſe præmia, ſolidum virtutis bellicæ nutrimentum. Erigitur hâc aureâ tempeſtate, ac in immenſum creſcit etiam collapſa bellantium virtus; ſolidatur, ubi aureâ cœlum patrium pluit grandine, & pretioſâ hâc in caſtris detonuit procellâ. (*Idem.*) Rete aureum credas eſſe præmia: quo citra Timothei ſomnium verius victoriæ, & militum animi capiuntur. Non unus, credo, reperiretur

Lyſi-

Lysimachus, si suum haberet Alexandrum; qui decoras pro Patriâ cicatrices auro obstrueret, vulnera coronaret. [*Idem.*] Non decet militem, qui manus armavit, ab inermibus pedibus auxilium petere. [*Sallust.*] Cernitur, quanta audacia, quantâque animi vis fuerit in milite; cùm, quem quisque vivus pugnando locum cœpit, cum amissâ animâ corpore tegit. (*Idem.*) Stupra & adulteria jam inter facinora militaria censentur; & quæ poscant aliquam coronam. (*Lips.*) Ars quædam est tractandorum armorum; nec professio nominis, & vultûs, aut cultûs immutata, militem statim facit. [*Idem.*] Militia sola Orbem temperat; nec regna solùm dat, aut adimit, sed ipsam vitam. Nulla Resp. aut status sinè eâ floruit, nulla perennavit: & ut quæquè melioribus legibus aut moribus fuit, ità hanc habuit meliorem. (*Idem.*) Discat miles in otio, quod proficere possit in bello. (*Idem.*) Libido jam pro lege est; Jurisque locum sibi vèndicat ensis. (*Idem.*) Virtus militaris tutela, imò Argumentum est Imperii & Reip. (*Idem.*) Per bella civilia non spirant musarum venti. (*Idem.*) O pudor! ô honos! Quo iistis? Exules facti estis militiæ pleræque in Europâ. (*Idem.*) Militare non est delictum; sed propter prædam militare, peccatum est. [*Aug.*] Militantibus sunt ideò stipendia constituta; nè dum sumptus quæritur, præda grassetur. [*Idem.*] Miles in hoste interficiendo, minister est legis. (*Idem.*) Quis finis fructusvè sæcularis, non dico militiæ, sed malitiæ; si & occisor lethaliter peccat, & occisus æternitaliter perit? (*Bern.*) Quis, ô milites hic tam stupendus error? Quis furor hic tam non ferendus, tantis sumptibus ac laboribus militare; stipendiis vero nullis, nisi aut mortis, aut criminis? (*Idem.*) Glorioſius & generosius est militi, stare in bello, quàm in balneo: esse in campo, quàm in lecto. (*Bonav.*) Cùm militem non sequitur fælicitas præmiorum, qui sarcinam gestare

non

non vult armorum. (*Hier.*) Tu de cubiculo ad aciem, tu de umbrâ egrederis ad Solem, corpus assuetum tunicis, loricæ onus non fert: caput opertum linteo, galeam recusat: mollem otio manum, durus exasperat capulus. (*Idem.*) Nulla delicioſis militibus virtutum patet janua. (*Valer. Ep.*) Rei militaris virtus præstat cæteris omnibus. (*Cic.*) Militares viri gloriantur vulneribus; læti fluentem meliori casu sanguinem ostentant. (*Sen.*) Nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. (*Idem.*) Malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut in equo regendo calcaribus utendum, sed & fræno: Sic in milite, imò omni cive, præmiis ad virtutem incitandi, pœnis à vitiis revocandi sunt. (*Lips.*) Ut in corpore hoc optimum, omnia membra agilia esse, & implere suum munus: Sic in acie. (*Idem.*)

MISER. Elendig. *Miſerable.*

SYN. Miserabilis, calamitosus, ærumnosus, afflictus, infelix, prostratus, jacens. ADV. Rectè, summè, oppido, omninò. (*Ex Cic.*) PHR. Miser animi, *vel* ex animo. Homo miserrimus, infortunatissimus. Qui miserrimi est conditionis. Qui miserrima est conditione, & fato deteriori, quàm quivis omnium, qui in terris degunt. Nemo est iniquiore conditione, quàm ille est. Vitam calamitosam ducit. Ad summam infelicitatem redactus est. Mœrore, ac miseriis perditus. Factus, & prope dissipatus. In profundum ultimarum miseriarum abjectus. Cujus salus in ultimas angustias deducta. Corruptus atque absumptus. Miserrimâ miseriâ, ærumnâ affectus. In miserrimum statum, *vel* in deterrimam omnium, omnibúsque miserandam conditionem incidit, adductus, detrusus, deturbatus, dejectus est. Nulla est tam misera fortuna, quam ejus fortuna non superet. Nemo

omnium, qui vivunt, illo uno infelicior, aut infortunatior est. Ipse sibi supervivens & posthumus; vel certè destinatæ jam crucis candidatus. (*Apul.*) Illa fortuna mea sævissima, quam per tot regiones jam fugiens effugere, vel præcedentibus malis placare non potui, rursum in me cœcos detorsit oculos. (*Idem.*) In tot & tantas Christum ærumnas, quid aliud, nisi nostræ libidines demiserunt? Videtur cuncta malorum plaustra Sors in eum exonerâsse solum. Qui vitam miseram anhelat, ut crucietur; imò potiùs, ut moriatur. Qui ab ipsâ prope naturâ, tanquam matre crudelissimâ abjectus fuit, & expositus. Sortis adversæ telis expositus, rerum omnium labescentium, & ad interitum declinantium difficultate conflictatus.

SENTENTIÆ Homo invitus est miser. [*Aug.*] Miseri nos, & miserabiliter nati; quibus datum est nasci inmœrore, vivere in labore, in dolore mori. (*Bern.*) Infelix solatium est turba miserorum. (*Cæs. Arel.*) Nemo miser putetur, qui in fide, vel in animi virtute non læditur. (*Eusеb. Em.*) O vilis conditionis humanæ indignitas! O indigna viliratis humanæ conditio! Herbas & arbores investiga. Illæ de se producunt flores, & frondes, & fructus; & tu de te lendes, & pediculos, & lumbricos. Illæ de se fundunt oleum, vinum & balsamum; & tu de te sputum, urinam & stercus. Illæ de se spirant suavitatem odoris; & tu de te reddis abominationem fœtoris. (*Innoc. III.*) Tunc verè quisque miser est, cùm se putat esse felicem. (*Trith.*) Christianus miser videri potest, miser inveniri non potest. [*Minuc. Fel.*] Miseri mercedem miseriarum amamus, & ipsas execramur. (*Pet. Dam.*) Miser es, ubicúnque fueris, & quocúnque te verteris; nisi ad DEUM te convertas. (*Th. Kemp.*) Eâ lege nati sumus, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali: nam mortalis nemo est, quem non attingit dolor morbúsque. (*Cic.*) Nihil est tam miserabile, quàm ex beato mi-

miſer. [*Idem.* Illos meritò quis dixerit miſeros, qui nimium felicitate torpeſcunt; quos velut in mari lento tranquillitas iners detinet. (*Sen.*) Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer, qui ſollicitus eſt. (*Idem.*) Calamitas inventrix eſt ingenioſa. (*Naz.*)

SIMILITUD. Rectè miſeriæ hujus vitæ aquis prætereuntibus comparantur: quia mentes Electorum calamitas tranſitoria non ſubvertit, ſed abluit. (*Hugo C.*)

MISERICORDIA. Barmhertzigkeit. *Miſericorde.*

SYN. Miſeratio, commiſeratio, clementia, condolentia, compaſſio. ADJU. Aliena, priſtina, grata & admirabilis, jucunda, maxima, mira, ſingularis. (*Cic.*) PHR. Animus mitis & miſericors. Multa, flebilis, non ſine lacrymis & dolore miſerario. Alienæ miſeriæ quædam in corde compaſſio: qua utique, ſi poſſimus, ſubvenire compellimur. [*Aug.*] Virtus, per quam animus ſuper calamitate afflictorum movetur. [*Bonav.*] Voluntaria triſtitia, quæ conflatur ad incommoda aliena. [*Nyſſ.*] Clemens & æqualis in omnes dignatio, & afflictos compaſſibilis animi inclinatio. (*Hugo V.*) Miſeria cordis de alieno malo. [*Hugo C.*] Ægritudo ex miſeriâ alterius, injuriâ laborantis. (*Cic.*) Triſtitia ex alienis malis concepta. [*Sen.*] Inclinatio animi, ad alienam inopiam, aut luctum ſublevandum. [*Lips.*]

SENTENTIÆ. Miſericordiam volo, & non Sacrificium. (*Matth. 9.*) Judicium ſine miſericordiâ illi, qui non facit miſericordiam. (*Jacob. 2.*) Miſericordia tua, Domine, oceanus eſt, & immenſiſſimum mare; in hunc ego me oceanum, in hoc mare præcipitabo, cùm me voluerit mors de hoc vitæ colliculo dejicere. Sed etiam nunc, dum colliculum hunc occupo, in inexhauſtum tuæ, ô DEUS! infinitæ miſeri-

Digitized by Google

cordiæ pelagus me abjicio, certâ ſpe, in his aquis tutum me fore ab Inferorum incendiis. (*Drexel.*) Nihil tam commendat Animam Chriſtianam, quàm miſericordia. (*Ambr.*) Tria facit miſericordia; purificat animam è vitiis, locupletat charismatum divitiis, accumulat cœleſtium gaudiorum deliciis. (*Ant. Pad.*) Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſericordiâ eſt. (*Aug.*) De miſericordiâ parvâ, magna naſcitur copia. (*Idem.*) Hæc ſola mediatrix, averſos conſolans; hæc disjunctos copulat, hæc ſola DEUM humilians non ſublimat. (*Idem.*) Si clauſeris viſcera miſericordiæ indigenti, omninò claudetur tibi janua Chriſti. (*Idem.*) Miſericordia eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. (*Idem.*) Iterata iniquitas, conceſſam miſericordiam exinanivit. Miſericordia eſt pauperum mater, magiſtra divitum, bona pupillorum nutrix, conſervatrix ſenum, egentium penus, miſerorum portus, omnium ætatum curatrix, in omnibus ærumnis conſiliatrix. (*Nyſſ.*) Nulla eſt venia ei, qui miſericordiam non exhibet indigenti. [*Chryſoſt.*] Divina res eſt commiſeratio. [*Iſid. Pel.*] Nihil validius contra Diaboli dolos, quàm benignitas miſericordiæ, & largitas. (*Leo. I.*) Miſericordiæ virtus tanta eſt, ut ſinè illâ cæteræ etſi ſint, prodeſſe non poſſint. [*Idem.*] Miſeratio DEI, altitudo DEI eſt. (*Aug.*) Fons divinæ miſericordiæ ad hoc patet, ut lavet; ad hoc redundat, ut purget. (*Greg.*) Major eſt pietas DEI, quàm quævis iniquitas. (*Pet. Dam.*) Perierat totus orbis, niſi iram finiſſet miſericordia. (*Sen.*) Faciamus benigniùs, quàm dicimus: & manum potius egeno aut lapſo porrigamus, quàm verba. (*Lips.*)

MISSA. Meß. *Meſſe.*

SYN. Sacrum. ADJU. Sanctiſsima, privata, ſolemnis, adoranda, propitiatoria, euchariſtica, impetratoria, ſacroſancta. PHR. Divinum Religionis Chri-

Christianæ Sacrificium. * **Meß leſen.** *Dire la Meſſe.* Sacrum facere. Rem divinam facere. Divinis, *vel* Sacris operari. Divinum Missæ officium obsequi. Procurare rem divinam, *vel* res divinas. Res sacras perpetrare, conficere, explere. Augustissimam DEO Eucharistiam offerre. Divinam immolare victimam. Sacra peragere. Vero, ac propitiatorio Sacrificio litare. * **Meß ſingen.** *Chanter la Meſſe.* Rem divinam canere. Sacris operari cum Symphonia. * **Meß hören.** *Oüir la Meſſe.* Sacro adesse. Rei divinæ interesse. Audire Sacrum. * **Meß dienen.** *Servir la Meſſe.* Sacerdoti facienti adesse, ministrare. Divino Sacrificio ministerium exhibere. Sacro ministrare. * **Nach der Meß.** *Apres la Meſſe.* Perpetratis Sacris. Ab Sacris. Ab Re sacrâ. Secundùm Rem sacram. * **Hohes Ampt.** *Grand' Meſſe.* Solemne Sacrum. Missa celebris. Celebrioris ritûs Missa. * **Still-Meß.** *Meſſe baſſe.* Privata Missa. Expers cantus Missa. Sacrificium sinè cantu. * **Meß für die Abgeſtorbene.** *Meſſe des morts.* Piaculare Sacrum. Mortuale Sacrum. Sacrificium pro mortuis oblatum. * **Pfarr-Meß.** *Meſſe de Parroiſſe.* Sacrum Curionum. Missa Curialis. * **Druckene Meß leſen.** *Dire la Meſſe ſéche.* Rei divinæ ritus exhibere, *vel* Cæremoniis exprimere, citra sacrificium. Legere Missam, Sacrificii, *vel* sacrosanctæ consecrationis expertem.

SENTENTIÆ. In omni loco sacrificatur & offertur Nomini meo oblatio munda. (*Malach. 1.*) Nonnisi immaculatos & integros Antistites eligere debemus: qui dignè & sanctè Sacrificia Domino offerentes, audiri in precationibus possint. (*Ambr.*) Christus offertur in terris, quando Christi Corpus offertur. (*Idem.*) Cogitemus, quòd positus sit in illâ mensâ Agnus DEI, qui tollit peccata mundi, qui sinè mactatione à Sacerdotibus immolatur. (*Concil. Nican. 1.*) Sa-

crificamus novo more ſecundùm novum Teſtamentum Hoſtiam mundam. (*Euſeb. Cæs.*) Pro quibus offertur obſecrati ſancti illius & tremendi, quod in Altari poſitum eſt, Sacrificii. (*Cyrill. Hier.*) Non jam Aras à puriſſimo & incruento Sacrificio nomen habentes, ſceleſto ſanguine contaminabunt. [*Naz.*] Dominus ipſe conviva & convivium; & quotidie in Sacrificiis ejus de genimine vitis veræ, & vineæ Horec, quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus. (*Hier.*) Ab oriente ſole úsque in occidentem, non in uno, ſicut Judæis fuerat conſtitutum; ſed in omni loco offertur Sacrificium Chriſtianorum; non cuilibet DEO, ſed DEO Iſraël. (*Aug.*) Sacrificium illud horrore ac reverentiâ pleniſſimum eſt. (*Chryſoſt.*) Sacerdoti horrendum Sacrificium celebranti Angeli aſſident, & cœleſtium Poteſtatum univerſus ordo, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus eſt. (*Idem.*) O infinita! ô incomprehenſa! ô inexplicabilis! ô ineffabilis! ô inconceptibilis Sacrificii dignitas! Unde infinities plus, quàm per omnes poſſibiles infinitorum hominum & Angelorum actus laudatur Divina Majeſtas! (*Knittel.*)

MODERARI. Mäßigen. *Moderer.*

SYN. Temperare, gubernare. ADV. Diligentiùs. (*Cic.*) PHR. Modum, *vel* moderationem adhibere. Certâ ratione gubernare, metiri. Refrænâre libidines, iracundiam tenere, coërcere avaritiam. Impone felicitati tuæ frænos. Non eſt tantum ab Hoſtibus armatis ætati noſtræ periculi, quantùm à circumfuſis undique voluptatibus; qui eas temperantiâ ſuâ frænavit ac domuit, multò majus decus majoremque victoriam ſibi peperit, quam nos Syphace victo habemus. Ratio coërceat temeritatem. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare. Ut ferocitatem ſuam iſtam comprimerem. Quibus enim

ſeptis

ſeptis immanes belluas continebimus. Appetitûs omnes contrahendi ſedandique ſunt. Vitioſam naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrinâ dixerunt. A quibus manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

MODESTIA. Eingezogenheit. *Modeſtie.*

SYN. Modus, moderatio, pudor, frugalitas, ADJU. Singularis, ſumma, virginalis. (*Cic.*) Grata, amabilis, inſignis, præclara, divina. PHR. Per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem. (*Idem.*) In animo continens moderatio cupiditatum. (*Idem.*) Scientia earum rerum, quæ aguntur aut dicuntur, loco ſuo collocandarum. (*Idem.*) Individua verecundiæ ſocia. (*Aug.*) Modus vitæ in omni verbo & opere. (*Bern.*) Moderatio in verbis & actibus. (*Dion. Carth.*) Pudici & honeſti habitûs de laudabili profectu verecundia. (*Hugo V.*) Quæ modum in dictis vel factis ſervat. [*Hugo C.*] Quâ omnes motus illicitos omnium membrorum corporis refrænamus. (*Idem.*) Virtus, per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, ut non offendat cujusquam aſpectum. (*Thom. Aquin.*) Virtutum omnium in juventute parans, & proles ſapientiæ. (*Lips.*) Elegantia, ac comitas morum. [*Idem.*]

AMPLIFICAT. Modeſtia illa ſuperbiæ expultrix, genitrix humilitatis; quàm qui habet, nec gloriâ extollitur, nec frangitur vituperatione, divitiis non tumet, non contrahitur paupertate. Hoc monili nihil pretioſius, nihil hâc gemmarum varietate diſtinctius. * Tanta erat in Principe corporis animíque gratia, tam jucunda morum affectionúmque compoſitio, oris eloquiique ſuavitas, nihil illo inter injurias contumeliásque erat moderatius; nihil inter adverſa proſperáque modeſtius. Uno utrámque fortunam ore, uno hoſtes amicósque vultu accipere noverat.

Animo ab omni perturbatione libero, oleoque tranquilliori adversantium sustinebat impetum, atque etiam indignationem frangebat. Non linguam effrenis loquacitas, non oculos proterva licentia solverat; sed hos modesta demissio; illam prudens regebat necessitas, neque enim facile otiosæ garrulitati, aut nugis fabulisque commodabat. Aberat ab ore arrogantia, ab oculis, impudentia, ab utrisque lævitas. Ea tamen comitate gravitatem, eâ serenitate frontis habitúsque dignitatem temperavit; ut neque majestate offenderet, neque facilitate vilesceret. * Hâc virtute, quid quæso pulchrius? atque adeò, quid amabilius fingi possit? Est quippe animi facies amœna, pignus probitatis, nitor morum, pudicitiæ munimentum, mutum elogium, animæ pictura, taciti hominis commendatio eloquens, humanæ societatis lumen & decus, rapax charitatis illecebra, sedes honoris, vestis virtutum omnium, omnibus nota gentibus & grata lingua, neminique barbara, cunctisque jucundissima.

Modestia amabilissima virtus est. *Nominat.* Modestia, virtutum omnium longè pulcherrima, præclarissimaque; tot fulget radiis, tot veneribus adblanditur, nihil ut amabilius fingi queat. *Genit.* Modestiæ tam gratus ac suavis est decor, tam augusta, blandaque species; ut sensûs omnis expertem ac rationis, eum esse necesse sit, qui ejus amore non ardeat. *Dat.* Modestiæ uni conveniunt universa, quæ singulas commendant virtutes; sic, ut ex omnibus aliis, una illa virtus facta, fictáque esse videatur. *Accusat.* Modestiam tot dotes commendant eximiæ; ut mortalium fœdissimus ac dementissimus sit habendus, qui eam non coluerit, non amârit. *Vocat.* O Modestia, ô virtus cœlo purior, Sole micantior! Quis te, vel de sola facie novit, tuique desiderio non incenditur? *Ablat.* A Modestiâ; omnis honesti decor efflorescit, omnis decori flos emanat, purissimæque flammæ fulgor omnis exoritur. Quis illam

illam non ergo colat? non ambiat? non complectatur? Quis eam, dictis suis omnibus ac factis; gestu habitúque, non exprimat? * Cur inanis gloriolæ mancipia ei virtuti non student, quam semper hæc consecuta est gloria, omnibus placuisse. Hanc ementiri non possunt incompositæ mentis Adolescentes quæ speculum est animam inhabitantis DEI. Virtutis color est modestia; Vitium non pingit. Concinna est decori harmonia, non consurgit ex scurrili jactantiâ, vel petulanti strepitu Sannionum. Character est destinatæ. Cœlo animæ, quò vix tumidi cogitatione pertingunt.

SENTENTIÆ. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. (*Phil. 4.*) Ipsum vocis sonum libret modestia. (*Ambr.*) Dives est apud DEUM, quia portio DEI est. [*Idem.*] Sit sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecundior, incessus modestior. [*Aug.*] Incompositio corporis, inæqualitatem indicat mentis. [*Idem.*] Modestia animi probat sapientem. [*Idem.*] Gestus hominis in omni affectu esse debet gratiosus sine mollitie, quietus sinè dissolutione, gravis sinè tarditate, alacer sinè inquietudine, maturus sinè protervià, & sinè turbulentià severus. (*Hugo V.*) Modestus incessus & compositus, probus vultus ac gestus, conveniunt prudenti viro. (*Sen.*) Modestia fulcrum est omnium virtutum, & vinculum: quæ labuntur, aut diffluunt, nisi eâ nixæ. (*Lips.*) Modestia radix est, & altrix virtutis, & veræ famæ. (*Idem.*)

MODESTUS. Eingezogen. *Modeste.*

SYN. Moderatus, honestus, pacatus, verecundus, placidus. PHR. Sui cognoscens. Qui summæ eruditioni summam modestiam adjunxit. Quem modestia sua nemini non gratum præstat. Qui maximè se omnium dejicit. Quo nihil modestius. Qui se modestiæ specimen præbet. Quo nihil in vitâ vidi mo-

deſtius, ſuavius, benignius. Quo nihil tranquillius, nihil pacatius, nihil ſereno puróque cœlo ſimilius. Qui ſe ad meliora fata ſervat, ſed ſub tegmine ſemper & umbrâ modeſtæ virtutis. Qui magnâ verborum modeſtiâ, ac ſubmiſſione utitur.

AMPLIFICAT. Cujus oratio pudore plena, & caſtarum ſimilis quæ alienos cœlos fugiunt, ne aut capiantur, aut capiant, ſponſionibus pauper, rebus dives; nihil in hâc tumidum, & inanes plena ſunt omnia, nihil inſolens, & novitate ſua diſcrimina generans; ferre hæc didicit, non inferre injuriam; ubique lenis & ſuavis, nusquam aſpera, & varicoſa. * Cujus oratio verecunda & tumida eſt, & tanquam rubore perfuſa; moderata imo & ſubmiſſa, & inſtar camomillæ aût violæ terram legentis, quæque omnium laudes, ſui ſpirat contemptum.

SENTENTIÆ. Nobilis præceptor eſt virtutis modeſtus Adoleſcens: toto corpore erudit. (*Anonym.*) Debitores ſumus earum, quæ pereunt, Animarum, qui modeſti non ſumus. (*Idem.*) Modeſtum ac gravem tegere: modeſtia enim & gravitas, pacificum ac tranquillum vitæ ſtatum parit. (*Ephr.*)

SIMILITUD. Ut aromata odorum ſemper aliquid affricant tangenti: Sic boni & modeſti, auram aliquam ſuæ virtutis. (*Lips.*) Rarò navis alliſa eſt, quæ modico velo legit littus. (*Idem.*)

MONS. Berg. *Montagne.*

SYN. Monticulus, clivus, collis; montis jugum, vertex, cacumen, ſupercilium. Montis declive *vel* declivitas. ADJU. Montes perpetui, montes continenti jugo perpetuati. Mons arduus, altus, præaltus, præruptus, inacceſſus, abruptus, nemoroſus, ſpatioſus, frondoſus, nivoſus, altiſſimus, apricus, ſacer. PHR. Præaltorum montium ſauces. Montes nativis arbuſculis, floſculisque coronati. Mons horridus, ſyl-

ſylveſtribúsque frondibus umbroſus. * Die Gold-Berge ſeynd ohne Graß und Bäum. *Les montagnes, où il pa des mines d'or, ſont ſans herbes & ſans bois.* Fœti auro montes carent deliciis nemorum, & ubertate paſcuorum; cinerem ferè exhibent & glabreta: rupiúmque ſuarum veluti oſſium grandiorum propudiosâ nuditate, veſtitis collibus horrori & contemptui ſunt. * Ein hoher Berg. *Une haute montagne.* A lateribus utrinque præruptà celſiſſimorum, & à ſummo æqualiter declivium montium præcipitia, ad quæ nequidem alati nituntur. * Ille ſublimi faſtigio cœlo, quàm terris proprior, indigenis montibus ſupereminet. Mons horridus, ſylveſtribúsque frondibus umbroſus & imprimis altus. Schnee-Berg. *Montagnes de neige.* Montes, qui feſtinatis nivibus æternitatem Hyemis continuant.

AMPLIFICAT. Mons *Veſuvius vel Ætna.* Mons in nubes aſſurgit excelſus & arduus, cujus inferiora denſis nemoribus veſtiuntur: ſuperiora & incendiis glabra & horrida ſunt: in vertice crater hiatu vaſto in plures circulos circumductos majores minoribus ad ſpeciem amphitheatri diſcedit, indè per æquinoctia maximè certis flantibus ventis, cum horriſono fremitu flammæ atro mixtæ fumo & favillis erumpunt, & omnia latè loca cineribus complent. * Cerno animo montes altiſſimos, & cœlo ipſi propter altitudinem ſuam quaſi imminentes, tantâ firmitate ſtabilitos, atque inhærentes in imis terræ viſceribus paulatim prolatos, erectos & excelſos, & ad altitudinem infinitam elatos, quorum verticem & ſumma juga néque conſequi poſſunt oculi mortales, néque in ſummum & præcelſum cacumen aſcendiſſe ſcimus unquam. Aves mehercule, quaſi metuere videntur, & in aëre medio tutiores videntur eſſe, quam in ſummo iſtorum montium altiſſimorum jugo, nè vento perflante vehementiſſimo, alarum debilitate ſuarum, contra vim ma-

magnitudinémque ventorum frustra contendentes, ad saxeta deferantur, & illidantur miserrimè. At quoties montes hoc vidimus vetustate excisos multis in partibus, in aliis horridos atque deformes, inæquales & lacunosos, atque decursu temporis sedibus suis evulsos, dejectos in planitiem aliquam, cum campis patentibus, cum infimis vallibus adæquatos.

MORBUS. Kranckheit. *Maladie.*

SYN. Ægritudo, ægrotatio, invaletudo, malum, contagio, *vel* contagium, infirmitas. ADJU. Difficillimus, gravis & mortifer, gravis & diuturnus, gravis & periculosus, imbecillior, ingravescens, insanabilis; magnus & diuturnus desperatúsque; miser & diuturnus, mortifer, odiosus, pernicioſior, opinabilis & voluntarius; perpetuus, senescens. (*Cic.*) Lethalis, desperatus, patrius, acutus, præceps, simulatus, hæreditarius, pestilens, contagiosus, attactu serpens, palabundus passim fluens, grassans, atrox, fortuitus, exitiabilis, sonticus, *vel*, noxius, amplior. PHR. Ægra *vel* adversa valetudo. Gravitas, vis, dolor morbi. Longinquitas gravissimi morbi. Sanitatis privatio, integritatisque corruptio. (*Rich. V.*) Infirmissima valetudo & affecta ætas. Imbecillitas valetudinis. Valetudo mihi pertinaciter adversa aures vellicat, ut vasa colligam, & cogitem de discessu. Morbus non sinit me esse mei juris aut moris. Torpidus hic morbus, qui me annum, & tres ipsius menses jam tenet. Gravis me morbus habuit, atque etiam nunc quasi laxâ & senatoriâ custodiâ tenet. Morbi isti chronici & melancholici laneo pede veniunt, & plumbeo, ut sic dicam recedunt. Languor jam non hospitium, sed domicilium me habet. Morbo uror, qui me latens ignobilis tria jam lustra lancinat. Nunc iterum meliusculè est. Valetudo validè abire vetat, quæ semper anceps, nunc acerba, tenet ligátque me domi. Aëris fervida febris me invasit, quæ corpus per se haud va-

validum, ita duos menſes afflixit, ut omnium judicio jam in ipſo fati limine ſtarem. Impetum morbi lenire. In morbum implicitus eſt mortuus. Variis & tenacibus morbis conflictatus. Tentatus motiunculis levibus. Vitium perpetuum morbus, cum acceſſu diſceſſúque eſt. Cum petulantiâ morbi dolorisque exſultantiâ colluctans. Acceſſiones morborum.

AMPLIFICAT. Lenta, & omnem fallens medicorum induſtriam Febris, vires adoleſcentis, immortalitate digni, & nati ad relinquendum omnibus bonis perpetuum deſiderium ſui, ità paulatim attrivit & labefactavit; ut inevitabilem ei attulerit ex hâc vitâ migrandi neceſſitatem.

SENTENTIÆ. Fili, in tuâ infirmitate nè deſpicias te ipſum: ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. [*Eccl.38.*] Cum corpus eſt debile & infirmum, debilitatur hoſtis. (*Aug.*) Ubi homo ægrotat, & DEUS curat, magnum pietatis & ſanitatis indicium eſt. [*Idem.*] Infirmitas carnis, ſi patienter ſuſtineatur, eſt quaſi purgatorius ignis. (*Beda.*) Bona eſt infirmitas carnis, quæ perducit hominem ad ſanitatem animæ. (*Bern.*) Ægritudo carnem vulnerat, mentem curat. (*Idem.*) Cuſtos eſt virtutis infirmitas. (*Greg.*) Moleſtia corporalis, ſalus eſt cordis. (*Idem.*) Citiùs venit Diabolus ad infirmum, quàm Sacerdos; quantúmque acceleret. (*Hugo C.*) Infirmitas habet in ſe mortis conditionem. (*Lact. Firm.*) In morbis oratione priùs, quàm medicis & pharmacis utere. (*Nil.*) Infirmo patienter ſerviens, inſtar Angeli eſt. (*Anonym.*) Medicina ægro, non regio quærenda eſt. (*Sen.*) V. ÆGER.

MORI. Sterben. *Mourir.*

SYN. Emori, cadere, occidere, interire, decedere, obire, occumbere, expirare, perire, extingui. ADV. Acerbè, indignè, honeſtè, glorioſè, inteſtatò, repentinò. [*Ex Cic.*] PHR. Animam agere. Naturæ ſatisfa-

facere. Vitam ponere. Mortem oppetere, *vel* obire. De vitâ decedere: E vitâ, ex vitâ, à vitâ discedere, recedere, migrare, emigrare, demigrare, excedere. Vitam amittere. Vitâ privari. Vitalia lumina linquere. Animam amittere, efflare, agere. Vitam dimittere, reddere. Extremum vitæ spiritum effundere, edere. Vitam pro patriâ profundere, deserere. Ab hominibus demigrare, eripi. Agere supremum diem vitæ. Conficere extremum vitæ diem. Descisscere à vitâ. Vitam naturæ reddere. Lucis hanc usuram reddere. Dissipari, dissolvi. Vitam cum morte commutare. Diem obire. Mortem capere. De vitâ exire. Vita me deficit. Excedere è corpore, è medio, è vivis. Obire diem suum, *vel* diem supremum. Morte, *vel* mortem, *vel* morti occumbere. Supremum diem explere. Ex corporis ergastulo, vinculis, luteo tabernaculo, carcere solvi, liberari, evolare. Desinere spirare. Desinere inter vivos agere. Fato, *vel* vitâ fungi, perfungi DEO naturæque concedere. Concedere in fata. Morbo aut dolore consumi, absumi, perire, tolli, exanimari. Vitâ deficì. Extremum vitæ diem morte conficere. Linquente spiritu pariter ac sanguine moribundus in arma procubuit. Morbo naturæ debitum reddidit. Vitam immaturâ morte finivit. Eum mors fato propero abstulit. Interclusâ animâ, creditus est mortalitatem expleviſſe. Antequam hâc custodiâ exsolvatur. Jam depacisci mortem cupic. CHRISTUS pro ingratis vicariam mortem occubit. CHRISTUS vitam suam in hominum salutem collocavit. Jam lethali frigore tentari membra, occupare ora pallor, defluere cervix, natare in morte oculi. Jam fessum laboribus corpusculum cœlum appetens, animum *Virginis*, totâ cognitionum ac voluntatum suarum mole subnixus, & virtutibus exaggeratus deserebat. Æquo libentique animo è compagine corporis, ex

his

his compedibus evolare. Ex his tenebris in lucem illam excedere. De vitæ ſtatione diſcedere. Vitam labentem cum immortali, brevem cum æternâ, miſeram cum beatâ; vel potiùs mortem cum vitâ commutavit. DEUS feſſum jam annis [N.] ad beatæ vitæ tranquillitatem, ex hâc colluvione & ærumnis evocavit. Ille dignum moribus factisque ſuis exitum vitæ invenit. Ætas decurſa longiorum vitæ ac lucis uſuram non concedit. Ad illud divinum Animorum concilium cœtúmque proficiſci: Ex hâc turbâ & colluvione diſcedere: Huic ſæculo valedicere: Corporeâ molè levari: Rebus humanis eximi. Cum ad vitæ metas decurſum eſt. Præ doloris acerbitate vitam depoſuit: De iſto diverſorio mortalitatis ad immortalitatem demigravit: Relictis rebus mortalibus ad exoptatam immortalitatem demigravit; omnesque mœſtiſſimo orbitatis luctu implevit. Vi morbi oppreſſus deſiit. Jam devictâ & proſtratâ naturâ, defectisque viribus ſpiritum reddere coëgit. Curriculum vivendi à naturâ datum confecit. Ab iſtis locis ærumnarum plenis, in illam innumerabilibus felicitatibus redundantem affluentemque Regionem toto pectore feſtinare. Incenſo deſiderio moriendi affici. Gliſcit in horas diſcedendi cupiditas. Exire de vitâ hac ærumnoſiſſimâ & conſtantiſſimâ; & intrare in illam aliam, bonis perennibus, procul iſtâ mutatione, affluentiſſimam. Acerbitates vitæ multas, unâ peregregiæ mortis horâ compenſavit. Incertâ causâ, & inexplorato mortis argumento, repentè expiravit, jam plenus annis. Morte ſubitâ defunctus eſt. Sævâ Parcarum manu eſt nobis interceptus. Ab hujus vitæ moleſtiis & turbulentiſſimis tempeſtatibus, quibus aſſiduè concutimur, ad ſecuriſſimum quietis & tranquillitatis portum morte deferri. Corpus, quod corrumpitur, in terra deſeruit, atque in cœleſte Beatiſſimorum domicilium evolavit. Horum infelicium temporum miſerias,

&

& humanæ vitæ calamitates atque moleſtias deſerere; & ad ſalutis, & tranquillitatis portum pervenire. Ingreſſa mors arenam, lethale jaculum vibrat; & fruſtra reluctantibus deſideriis, animam evocat. Maximo dolore, ſumma cum impatientia, infando fremitu, fœdiſſimam evomuit animam: Vitáque cum gemitu fugit indignata ſub umbras. Cùm ille impetu teli, præſecatâ gulâ, vocem imò ſtridorem incertum per vulnus effunderet, & ſpiritum rebulliret. [*Apul.*] Repentè mentis nubilo turbine correpta, ſemihiantia adhuc compreſſit labia: & attritu dentium longo ſtridore reddito, ante ipſos Præſidis pedes exanimis corruit. [*Idem.*] Ille ut inexorabilibus Parcarum ſanctionibus concluſum eſt, clauſit in mortem dies ſuos. Enavigâſti tandem ex terrarum ſyrtibus; & vitæ hujus ſcopulos prætervectus, in optatiſſimo portu conquieſcis.

AMPLIFICAT. Erigitur in ſublime gloriæ, qui ſic cadit: Ruinâ hic altiùs aſſurgit: vivere incipit, qui ſic moritur: oritur, qui ſic occidit: ipsâ denique morte redditur immortalis. * Ergòne poſt facta immortalia moreris, Dux invicte! Etiamnè illuſtres Animæ extinguuntur? Etiam Patriæ Soles occidunt? Legis parentales taxos, qui lauris inſueviſti? Mori ergò poterat, mori neſcia fortitudo? * Quo ille animo morbum ſævientem, quo mortem certam jam & imminentem tulit? quot quantásque moribundus animi verè Chriſtiani ſignificationes dedit? Quâ ſubmiſſione animi peccata ſua confeſſus, eorum ſibi veniam à DEO petiit? Quâ veneratione Sacroſanctum Chriſti corpus excepit? Cum toto morbi tempore nunquam diu ſui compos erat, ſed etiam cùm propter vim morbi in capite graſſantem aliquo mentis errore afficeretur, ſic quóque tamen nihil aliud quàm Chriſtum, Chriſtum DEUM ſuum in ore perpetuo habuiſſet, ad eum, quem ſpirabat unum, cui fidebat uni, ut quidem ſperamus ac cupimus, evolavit. * Beatiſſimus igitur Spiritus

trans-

translatus est, non decessit: locum mutavit, non reliquit; quodque humanæ felicitatis supremum est, nec dolore expressus, nec morbo labefactus. * Cum esset Sacrosanctum Christi Corpus Christiano more susceperus, omnibus qui eo convenerant præsentibus atque audientibus, longo exordio supplex veniam à familiaribus petiit, atque ut sibi ignoscerent, postulavit: quod eo fecit animo sensu ac dolore; ut ex illo numero, qui sibi à lachrymis temperaret, invenires neminem. Post quem diem toto eo tempore, quo potuit loqui, in magnis totius corporis doloribus, illas modo vocis interruptis suspiriis ô JESU, ô DEUS, moribundus iterabat, ut quoniam interpres mentis lingua est, eum constet aliud nihil eo tempore, in quo potissimum, morente corpore disceptabat animi salus, habuisse in mente, nisi illum, quem habebat in ore, & cum quo, & ad quem, ut confidimus, evolavit. * Si Christianam ejus mortem aspicias, anteactæ vitæ quam simillimam ac maximè consentaneam eam ita fuisse reperias, ut non dolore, sed gaudio, benevolentiâ, non misericordiâ digna fuisse videatur. Beatus nempe dicendus, quia mortuus in Domino; nec verè mortuus, quia eum secutus, qui vita est, in quem qui credit, etiamsi sit mortuus, vivit. * Qui (*Rudolphum*) videre quondam, hexaphoris, auratâ & tanquam curuli stella, cæterisque Cæsareæ Majestatis insignibus coruscantem, îidem per hosce dies illum viderunt exanimem, redactum in aliorum mortalium ordinem, in feretro jacentem, & de Imperatorii celsitudine solii in pædores tumuli squalentis abjectum. Hic exitus, hic occasus est bonorum omnium, ad hunc scopulum, quæcúnque admirantur homines; illisa franguntur: in has tenebras ac solitudinem redigendum, quicquid in mortalium oculis eniteſcit. * Obstupescebant magis magisque sensus, hebescebat totum corpus, debilitabatur vox, intercludebatur anima, ægrius anhelabat, cum beatissimus ille

animus ſolutis vinculis, emergens è teneribus, relinquens concretum & mortale corpus, nactus liberum cœlum atque lucem in illam ſempiternam domum triumphans evolavit.

In ipsâ morte diſponebat de morte, quæque in ipsâ, quæ poſt ipſam, tàm ſecurè, tàm pacatè, ut de alienâ crederes agere: præſentior ipſe ſibi & fidentior, quàm quotquot circumſtabant. Cumque omnes natarent lacrymis, ſolus ipſe ſiccus oculis mortem ſuam vidit, & ſecurus non expectavit, ſed venienti occurrit. Omnes ad vota decurrêre vitæ longioris, ſolus ipſe, vel ſi voto uno protendere illam poſſet, nollet, nè adverſari divinæ voluntati videretur voluiſſe. * Mortis nuntium tam intrepido excepit animo, ac ſi de vitâ alterius ageretur. Quin imò ſuam ipſe mortem prævenit, rebus caducis ac ſibi, ut uni DEO viveret, mortuus. Non paucos ante obitum dies in *Chriſti Crucifixi* imagine, quam ſemper habebat ad manum, ut in mortem prodiret armatior, contemplandâ, in eâdem & oſculandâ, piisque colloquiis demulcendâ, magnâ cum animi ſui voluptate, rationis ſuæ, ut cum maximè, compos traduxit. Ac demum in oſculo domini, quo ſe non multò ante refecerat: in gremio Deiparæ, quàm ſemper enixè coluerat: in ſinu Cœlitum, quos ſibi ſtudio peculiari obſequióque devinxerat, nondum quidem dierum, ſed bonorum operum plenus placidiſſimâ morte conquievit. DEUS, ipſe. DEUS, æternitate immortalis, omni felicitate beatiſſimus, ſempiternæ gloriæ Princeps, ſummique largitor boni, denique ſeipſo non aliunde felicisſimus, in tantâ ſuorum dolorum, atque infamiæ procellâ, nullum invenit portum, niſi mortis. Mori, vel inter ſceleratos, inſtar eſt felicitatis, terminat calamitates. * Poſtrema Virginis vox audita eſt: quo dicto defunctum humanis periculis animum, Sponſo debitum, emiſit in ſponſi ſinum: & quaſi corpus in ſomnum com-

Digitized by Google

componeret, optimæ ſpei pleniſſima conquievit. * Ubi illum acerbo merſum funere totus Convictus æmulo planxit ſtudio, de communi luctu crevit privatum damnum; deprehendique, quanti mihi æſtimanda jactura, cui publicus parentaret fletus. * Nunc jam fatis conceſſit, parentum deliciæ perierunt, ſociorum amor deperditus, ſpes amicorum plurimorum, non afflicta modò, ſed tota ablata extinctáque jacet. * Quis veſtrum, AA. frontem illam rerum, quas in bonis vulgus hominum numerandas putat, non vidit in Adoleſcente, in quem ſive natura, ſive DEUS aliquis cum corporis, tum animi, tum denique fortunæ ornamenta omnia manu liberaliſſimâ congeſſerat: frontem, inquam, illam, aut purpurantibus floſculis, qui momento efflorescentes, citiùs etiam emarceſcunt; aut pomis illis, quæ ad mare mortuum enaſcuntur, (ſuavibus illis quidem & gratiſſimis, ſi colorem ſpectes, aut odorem dumtaxat, ſed cineris inſtar evaneſcentibus, ſi manu vel leviter apprimas,) non judicet eſſe quàm ſimillimam? An quis non dubitavit, inaniſſimarum rerum cupiditate ſponte ſe divincire, cum intelligat, nihil illarum mortem mitiorem efficere, nedum penitùs illam prohibere poſſe. * O fulgidi oculorum orbes in perpetuum deinceps claudendi, ô caput antea feſtiviſſimum nunc in cinerem converſum, ô manus dilapſæ, ô pedes qualem dominum ferendo titubaſtis, ô te, & ſponſo recens uſto miſerabiliorem, & coronis, quàm næniis aptiorem, qualem in hac ætatis temperie excitaſti luctûs intemperiem; qui priùsquam tibi Hymenæus caneretur, næniarum dicendarum tempus occupaſti! ô decorem venuſtiſſimum, ô vocem quæ communiter græcis creſcebat, at proœmio recitato è vita diſceſſit; & deliciarum lætitiam vertit in doloris argumentum. V. AGONIA.

Digitized by Google

MORS. Todt. *Mort.*

SYN. Interitus, occasus, lethum, exitus, discessus, obitus, funus. ADJU. Acerba, crudelísque; extrema, indignissima, necessaria, teterrima, beata, nefaria, subita, voluntaria, consentanea vitæ, honesta, crudelis & miserabilis, crudelissima non solùm glorioſa, sed etiam beata; optabilis, fortunata, glorioſa, præclara, immatura, pernitioſa, præsens, repentina, terribilis, turpissima, vulgaris. (*Ex Cic.*) Formidabilis plerúmque cæteris, mihi optabilis, infamissima. PHR. Supremus alicujus dies. Excessus è vitâ. Extremus vitæ dies. Fatum extremum. Naturæ dissolutio, finis. Mors implorata sæpe, meditata semper; si tamen mors illa dicenda est, ex quâ vitæ beatissimæ virtutem consequens aperitur Æternitas. Actus hominis extremus, honestissimis vitæ principiis, mediisque præstantissimæ virtutis temporibus, summa cum similitudinis & constantiæ dignitate consentiens. * Nil aliud est mors, quàm migratio ad cœlestes superásque sedes. [*Cic.*] Decessus animæ à corpore. [*Idem.*] Est solutio, & separatio animi à corpore. [*Plato.*] Est omnium dolorum & solutio, & finis. [*Sen.*] Est somnus æternus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, latro hominis, sommi mater, umbra vitæ, discessio vivorum, omnium resolutio, laborum finis, cupiditatum clausula, improborum carnifex, bonorum præmium.

AMPLIFIC. Mortale est, quod damus, immortale est, quod recipimus; sed per mortem recipimus: miserum est, quod perdimus, beatum est, quod invenimus; sed per mortem invenimus; sordidum est, quod relinquimus, glorioſum est, quod assequimur; sed per mortem assequimur; Mors est, quam exuimus; Vita est, quam induimus: Sed per mortem induimus. * Nulli h.. ætati parcit, nulli dignitati:

hic

hic adoleſcens deceſſit, infans alter, ſenex alius, ita primos in medio præſcindit flore, mediorum interrumpit principia, & in ſemine etiam perimit, nos maturos excipit, ſed neque tempori indulget; hic enim inter cœnandum ſolvitur, alteri continuatur mors ſomno; vix inchoatam voluptatem & honores funeſtavit alius, & ſecuit gaudia, & ſperatas ſæpiùs quàm occupatas dignitates. Ille ferro, aut ruina, lento alius ſtillicidio, celeri alius & tanquam valido imbre aut fluctibus oppreſſus, aut fulmine tactus jacet. * O ſpes inanis, quantos in fraudem impellis! quantos, dum promittis ſenectam, in medio ſeeas curſu! Evenire proinde credas poſſe tibi, quod multis, quanti jacent nocente mente innocente licet manu! Quàm multi mediato tantùm crimine mortem reperiunt! Quàm multos medio in ſcelere occupavit mors, & medium ſecuit crimen! Quam multi in ipſo ſceleris conatu abrepti temerarii ausûs pœnas dederunt! Quam multi, in ipſo inchoati ſceleris momento ſcelus morte clauſerunt. * Quæ certior tibi hora, aut momentum, quàm alteri? jam quis ab illa mente crimen expectet, quæ cum crimine mortem expectat, cum morte pœnam? Nemo prudens inter Oceani fluctus in tabula ludit: nemo ab ingenti præcipitio pendulus ſcelera meditatur: nemo inter medios armatos hoſtes inermis hilareſcit. Stolidioris eſt, qui in perpetuo mortis metu, omni hora dubia, omni momento, ea audet quæ æternum infelicem afferunt mortem. O fatui! quousque ruimus in æternum punienda. * Beatus cui omnis dies poſtremus; beatior, cui omnis hora; beatiſſimus, cui omne momentum; abſtinebit à ſcelere manus, quisque omnem horam deciſoriam putat quisquis omne momentum ultimum.

Ergo jam philoſophari in terris amplius haud licuit? hæc poſt illuſtres Præmiſſas concluſio? hæc in feretro mortuali theſis ſeu poſitio tibi demum obtigit?

Etiámne inter præciſiones literarias ſic vita præciditur? ô fatum hominum, quibus nullum ſic contra mortis aſſultus ingenium, oppugnare ubi illa cœpit, protinus expugnat. Agnoſcit & illa ſuum aliquid in Phyſicis, ubi forma cadaverea paſſim aſtruitur: hic illi maxime tractatus, hæc arriſit unicè forma informis, Corruptio illi in votis & ſtatus animæ ſeparatæ: Demonſtratio eidem nulla potior quam ſepulchri: nulla familiarior quam intra urnam concluſio, in tumulum illatio. Etiam Te aggreſſa nuper eſt, & antequam de illa quiddam diſceres, formam tibi indidit cadaveream. Unam hanc ante alias didiciſti experimento citius Privationem formæ, & de Duratione ſcientiam æternitate prævenisti; in ea Continuum Gloriæ ac Infinitum comprehenſurus. Philolophia Boetio mortis meditatio eſt, ſed tibi mors ipſiſſima. Illud tamen ſcholarum ſolatur viduitatem, quod Tuæ virtutis Ideam ſuperſtitem in animis reliquiſti.

Ipſe ſe tandem acerbiſſimam inclinata mortem infringit oratio. Altiſſimo profecto ſopiendum Oratori fuerat ſilentio, fatale mœſtiſſimi temporis & mortis luctuoſiſſimæ decretum; niſi mea jam cœlo matura decora in ampliſſimum & ſupremum laborioſæ Virtutis illius theatrum abire juſſiſſent. Et quamvis communem univerſæ mortalitati neceſſitatem prius expalluiſſet CLAUDIA; adeo tamen ſupremis temporibus, bene præſagum fatorum ſuorum, & jam victorem extulit animum; ut exultare, velut ad optatiſſima peracti laboris ſtipendia, uni cœlo mercenaria CLAUDIA videretur. Gaudet ſcilicet ad pericula Virtus; & qui per otia moriuntur, ambitioſi magnorum ſpiritus; ad animoſa laboris imperia, velut ad certiſſimas gloriæ primitias eriguntur. Meruit certè jam cœlos magna anima, quorum in terris jam candidata, felix non vanis officiis commercium ambiebat. * Magnæ premuntur magnis oneribus rates, ſed illis ſecurè veluti

li-

librāmentis in deſtinatum felicius portum elabi, in altiſſimo exultare videbis oceano. Hinc illa ſuaviſſima ſemeſtri ultimo, poſtquam humanis vitæ univerſæ erroribus animum explicuiſſet, de felici interituræ mortalitatis termino, veluti dulciſima quadam melioris patriæ vegetata promulſide, colloquia. Hinc illa pleno jam pectore in æternos divinitatis amplexus exundantia deſideria, & anhela tripudia, quæ ſæpius per conclave in ambulans ſecundiſſimum quaſi celeusma exæſtuabat; Abeundum eſt, Abeundum eſt.

SENTENTIÆ. Omnes morimur, & quaſi aquæ delabimur in terram, quæ non reverteruntur. [*2. Reg. 14.*] Statutum eſt hominibus, ſemel mori. [*Hebr. 9.*] Mors bonorum non eſt, niſi acceleratio glorificationis, diruptio carceris, finis peregrinationis portus navigationis, contritio laquei, depoſitio veteſtæ veſtis, induitio novæ, depoſitio ponderis, dejectio atrociſſimi hoſtis, ſolutio debiti naturalis. (*Hugo C.*) Mors nihil aliud eſt, quam peregrinationis terminus, finis miſeriæ, laborum meta, exilii limes, janua patriæ, nativitas vitæ, principium beatitudinis, primitiæ præmiorum. (*Petr. Bles.*) Æſtima te jam mortuum, quem non ambigis de neceſſitate morituruni. (*Eucher.*) Juſtis mors, quietis eſt portus: nocentibus naufragium. (*Ambr.*) Æqua is eſt omnibus, indiſcreta pauperibus, inexcepta divitibus. (*Idem.*) Mors juſti eſt finis noctis, & initium diei; finis miſeriæ, & ingreſſus beatitudinis. (*Ant. Pad.*) Quid hîc certum, niſi mors? Quid ſcis hodie, hodie ſcis? quid futurus ſis craſtino, neſcis. (*Aug.*) Non poteſt malè mori, qui benè vixerit. (*Idem.*) Mors finis malorum eſt, nutrix initiúmque futuræ felicitatis. (*Idem.*) Nihil eſt aliud tempus vitæ hujus, niſi curſus ad mortem. (*Idem.*) Summa Philoſophia eſt, aſſidua mortis meditatio. (*Bern.*) Platonis ſententia eſt: Omnium ſapientium vitam meditationem eſſe mortis.

Digitized by Google

(*Hier.*) Qui ſe recordatur quotidie eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. [*Idem.*] Juvenes mortem habent à tergo, & ſenes ante oculos. [*Hugo C.*] Mori, non eſt malum: ſed malè mori, peſſimum. [*Chryſoſt.*] Periculoſum eſt, in tali ſtatu vivere, in quo quis mori nolit. [*Trith.*] O quàm beatè moritur, qui moriendo moritur. [*Pet. Dam.*] Omnium rerum nihil horribilius eſt morte: nam omnium rerum eſt extremum. (*Ariſt.*) Non cenſeo, lugendam eſſe mortem, quam immortalitas conſequitur. (*Cic.*) Quid ſtultius, quám faſtidioſè mori? (*Sen.*) Homines mortis nomen totis artubus, intimisque ſenſibus ex horreſcunt, & ad ejus nomen non aliter exalbeſcunt, quàm ad Crucem fures, ad ſecurim Majeſtatis violatores, ad carcerem legum perturbatores. [*Turn.*] Mors generi humano non tam ſupplicium, quàm tributum. Neminem ætas immunem facit: & cum nati ſumus, ſubjicimur huic tributo. (*Lips.*) Hæc eſt Lex Univerſi, Naſci, Surgere, Languere, Mori: & velut lampadem hinc vitæ alii aliis tradimus, ſucceſſione illâ Æterni. (*Idem.*) Cui naſci contingit, reſtat mori. (*Idem.*) Huc naſcimur: & ipſum naſci eſt nonniſi partus in mortem. (*Idem.*) Quæſtuoſiſſima Mors tantò plus addit beatitudini, quantum vitæ detrahit. [*Nier.*] Sub conditione moriendi naſcimur: Pretium vitæ Mors eſt. (*Idem.*) Quis poſt longam peregrinationem, laribus & patriæ jam vicinus, ubi parentes, ubi cognati, ubi familiares exſpectant parati in amplexus; tunc doleret, tunc vellet recedere, priusquàm vidiſſet? DEUS expectat Pater, JESUS Frater, Maria Mater, Sancti Cognati, Angeli Amici; morte ad illos itur: quid dolemus? [*Idem.*] Velut flos, & quoddam præludium, eruditioque moriendi probitas eſt. (*Idem.*) Cur contemnet hodie benè mori, qui malè poteſt cras? [*Idem.*] Prout vivimus, morimur: apparatus enim noſtri exitûs præcedens converſatio eſt. (*Idem.*) In

mor-

morte immortalitas. (*Hayn.*) Quò minùs acceptа mors eſt, eò magis acceptanda. (*Idem.*) Mortis memoria, mentis myrrha. (*Compt.*) Mortis articulus, lapis lydius voluptatis. (*Idem.*) Nulla pulchrior virtutum imago, quàm cui umbras adjicit mortis meditatio. [*Idem.*] Mortem nulla diligentia evitat, nulla felicitas domat, nulla potentia vincit. [*Idem.*] Solvendum ſemel hoc vitæ penſum; quod qui perendinat, morti fœneratur, diu moriens. [*Thes.*] In hoc naſcimur, ut gloriosè cadamus. Tunc dignum eſt mori, cum indignus es mori. (*Idem.*) Moriendi metum pellit peccandi metus. [*Idem.*] Hoc more mors eſt cita invitis, ſera optantibus. (*Idem.*)

SIMILITUD. Velut ex alto undarum jactus, aliis atque aliis ſupervenientibus, & littoris extrema franguntur: ita in terminum mortis ſucciduæ alliduntur ætates. (*Eneber.*) Ut nemo miratur liquefactum, quod potuit liqueſcere: ſectum, quod erat ſectile: exuſtum, quod exuſtibile: Ita mirandum non eſt, mortuum eſſe, qui erat mortalis. (*Plut.*) Ut qui ſe meminerunt Inquilinos eſſe, & in conducto habitare; & modeſtius ſe gerunt, & minùs gravatim exeunt: ita qui intelligunt, domicilium corporis ad breve tempus à natura commodatum eſſe; & vivunt temperantiùs, & libentius moriuntur. (*Sen.*) Ut in pyro aut pomo arbore, cum undiquè fructu ſuo onuſta eſt, alia confertim & impetu, alia ſeorſum & ſingula, ſed tamen aſſiduè cadunt: Sic in noſtro hoc genere, & denſi, aut ſinguli morimur, proprio vel communi aliquo fato. (*Lips.*) Ut folia cadunt, & naſcuntur: Sic homines. [*Idem.*] Ut in agris fructum ſubita calamitas: Sic mors ſupprimit ſperatam multorum ingeniorum fœcunditatem. (*Idem.*) Ut lignum uri natum eſt, ariſta ſecari: Sic homines mori. (*Idem.*) Nauta intempeſtate, & cùm mors ante oculos, omnia tamen facit; & fracto etiam velo aut malo navigat;

Idem nos faciamus; & DEO eventum, & nos permittamus. (*Idem.*)

MORTIFICARE. **Abtödten.** *Mortifier.*

PHR. Corpus pœnis ſponte ſuſceptis atterere, affligere, afflictare, vexare, divexare, macerare, conficere, ſubigere. Corpus aſperè habere, acerbè accipere, graviter tractare. Duriter ingenium, ac corpusculum ſuum habere. Erumpentes motus animi acriter premere, ſupprimere, opprimere, deprimere. Mentis perturbationes domare, cohibere, coërcere, refrenare, frangere. Cupiditatibus ſuis imperare, moderari. Contra voluntatem ire. Sublationem animæ premere. Nihil ineptæ lætitiæ concedere. Cogitationem à rebus lætis, ad mœſtas imagines traducere. Senſibus imperare. In poteſtate cupiditates habere. Motus animi regere, verſare: Quocúnque ratio ſuadet, impellere.

Einen mortificiren. *Mortifier quelqu'un.* Aliquem acerbo pudore ſuffundere: acriore verecundiæ ſtimulo figere: aſperiore pudoris aculeo pungere. Cuipiam aculeatum pudorem incutere. * **Der ſich ſelbſten** mortificiret. *Un homme mortifié.* Domitos habens omnes ſenſus, & compreſſos animi motus. Cujus in manu & poteſtate ſit omnis ſenſuum laſcivia, univerſique mentis impetus. * Mortification. Voluntaria corporis afflictatio. Sponte ſuscepta, *vel* inflicta vexatio carnis & ſenſuum. Impotentium animi motuum coërcitio, cohibitio, compreſſio, domitus, *ûs.*

SENTENTIÆ. Quid eſt Mortificatio, niſi ſepultura vitiorum, virtutum ſuſcitatio? [*Ambr.*] Eſt ſui ipſius abnegatio ſpontanea, fractio conſervativa, violentia virtuoſa, odium amoroſum, perditio ſalutaris.

ris. (*Dion. Carth.*) Eſt privati amoris extinctio, ac divinæ charitatis adeptio. (*Idem.*) Eſt inimicitia adversùs corpus, atque adversùs gulæ concupiſcentiam inexorabile bellum. [*Clim.*] Afflictio carnis eſt, per quam laſcivæ mentis ſeminaria, caſtigatione diſcreta comprimuntur. [*Hugo V.*] Durius tractandum eſt corpus, nè animus male pereat. (*Sen.*) Silex affrictus lucés emittit: caro macerata illuminat mentem. (*Nier.*)

MOYSES.

ADJU. Clarus, legifer, fatidicus, ſacer, potens, cœleſtibus auxiliis fretus. PHR. Filius Amram. Iſraëlitarum Dux, & Legislator inclytus. Virorum mitiſſimus. Vindex populi Iſraëlitici.

AMPLIFICAT. Cœlo proximus, & DEO charus; ut acceptas divinitus Leges, Divinitatis exiſtimatione ſancire poſſet, luce palam in nubem accitus, à DEO; cumque eo perdiu inter tonitrua, populo procúl inſpectante collocutus eſt. * Quod ſi portentoſi illius prodigiorum parentis Moyſis, ex Digito DEI tanta fuit fortitudo; ut involventes ſe ſe, & ſuccedentibus impetu procellis fugientes aquas ſiſteret, divortio ſecerneret, cryſtallino muro ſuſpenderet; ſequentem pelago tumularet exercitum, obſtantes invaderet ac premeret, diſſiparet, funderet, fugaret, premeret legiones, &c. * Nova Hebræorum ſpes naſcitur Moyſes Ortu, Vitâ, Obitu, intra fidem, ſupra opinionem. Utero exactus flumini traditur, ut lethes eſſet pro lavacro: ſed jacturâ caruit hic jactus: Mergi non poteſt ſpectata pulchritudo. Inter papyros hærentem ac biblos (jam tum Biblia meditabantur) regia ſpectans puella, optat, educit; adoptat, educat. Siſte ſiſte ô nobilis virgo, properantem gradum. Fiſcellam videre te putas, quam paſtor texuit, quam fluctus expuit, quam ventus exiſibilat quam procella divexat? Falleris: Navis eſt, quæ Cæſarem vehit,

vehit, ejusque fortunam. Calathus iste depositum est, non Oceani frementis præda. O quantas olim qualesque Tragœdias imbecilla infantis manus totâ, excitabit Ægypto: cùm culicum muscarumque conscribet exercitus; cùm ranis militarem animum dabit; & conjuratis in patrem tuum pugnabit elementis! * Populo denique tot per clades traducto, primum ac postremum optati soli conspectum rapiens, patriam amisit, cum vidit. Hoc tantùm humanum fecit, quòd defecit. Morientem nemo vidit, mortuum nemo invenit, tumulum nemo erexit. Si DEUS moreretur, sic moreretur. Quis Moysen neget Pharonis DEUM; (*Thes.*)

MUNDUS. Welt. *Monde.*

SYN. Orbis, Universum, ADJU. Æternus, quàm aptissimus, bonus & præstabilior, expers consilii & rationis, globosus, immensus, ornatissimus & pulcherrimus, ornatus aspectu; levis & undique æquabilis, & à medio ad summum par & perfectus atque absolutus; singularis atque unigena, rotundus, ardens, quietus & beatus, volubilis. (*Ex Cic.*) Spatiosus, amplus, convexus, ex nihilo creatus. PHR. Orbis terrarum. Mundi fabrica, machina, globus, moles. Rerum universitas: qua nihil nec pictius, nec elegantius fingi potest.

AMPLIFICAT. Obstupuimus, cùm volubilem illam Cœlorum machinam. Libri in morem complicatam ex Isajæ oraculis accepimus; cujus quot sphæræ, tot folia; quot motus, tot lineæ; quot stellæ, tot verba; quod radii, tot elementa. * DEUS Mundum assiduè suâ bonitate ac prudentiâ moderatur, fovet, omnes in eo rerum ac temporum varietates & vicissitudines efficit. Quod ad statos orbium cœlestium cursus, quod certas siderum trajectiones, quod constitutis vicibus insignes, ac notabiles rerum commuta-

mutationes intuemur, hæc & cætera omnia ad eum modum non fortunæ temeritate, aut vi ulla materiæ diriguntur, ſed divinâ providentiâ temperantur. * Mundus magnitudine immenſus, curſibus rapidus, ſplendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate juvenili. Hic cauſa animalium nantium atque terreſtrium, pennigerarum cunctarum diſtinxit genera, ſpecies ſeparavit, fixitque leges vivendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales ſpiritus ducunt: Illinc ſtatis curſibus temporum eventus, qui admirationi eſſe ſolent, cum vel inter ſe ventorum prælia cientur, vel disjectis nubibus fulminat cœlum, & tempeſtates inter ſe ſerenæ hibernæque confligunt, micant ignes, imbres rumpuntur: & rurſus, placatis omnibus amœna lætitia mundi reſeratur. Videas & viridantibus comis Cæſariatam eſſe terram, & ſcatebris fontium manantem, & aquarum agminibus nitentem parientem atque educantem, nec occaſibus fatigari, nec ſæculis debilitari, excuſſam, erumpentibus ſemper tam pigris quàm moventibus fœtibus; aquarum ſæpe alluvionibus merſam, flammarum per partes voracitate conſumptam. * Perfectiſſimus pulcherrimusque Mundus, quem tot orbes circumplectuntur, tot ſidera illuminant; tot motus contrarii diſpares, recti, tranſverſi temperant; tot rerum genera complent; tanta varietas exornat; tantus ordo concinnat; quem denique dierum noctiumque viciſſitudines; quadripartitæ commutationes temporum; perennisque ſingularum rerum, aliarum ex aliis, ortus interitusque perpetuat. * DEUS ipſe præpotens rerum omnium, mundum hunc ampliſſimum atque ornatiſſimum, tot rerum generibus diſtinctum, tot luminibus illuſtrem, tanta varietate depictum, fabricatus eſt ad ejus imitationem, quem intra ſuos divinæ mentis theſauros archetypum continebat. * Mundus hic *Muſicum* Organum eſt, ajebat Triſmegiſtus, Chorus Muſicæ hæc

Uni-

Universitas, Chorostates DEUS, Cantores Elementa, Voces Qualitates Elementares, Harmonia Elementorum Concordia.

SENTENTIÆ. Ex hâc autem materiâ invisâ creavit omnipotens DEI manus Orbem terrarum. [*Sap. 11.*] Omnia, quæ nascuntur in *M*undo, infirma, caduca, corruptibilia ac vana sunt. (*Ambr.*) Carcer est hic mundus, & fornax Babylonis. [*Ant. Pad.*] Visibilium omnium maximus est *M*undus, invisibilium omnium maximus est DEUS. [*Aug.*] Theatrum *M*undus, spectator DEUS. [*Idem.*] Utendum est hoc Mundo, non fruendum, (*Idem.*) Si pulcher est *M*undus, qualis est artifex *M*undi? (*Idem.*) O *M*unde immunde, Munde lutee! (*Idem.*) Mundus est, ubi malitiæ plurimum, sapientiæ modicum; si tamen vel modicum invenitur. (*Bern.*) *M*undus carcer est, atque exilium electorum. (*Dion. Carth.*) Mundus non est regio, sed carcer; non solùm hominum, sed & dæmonum. (*Hugo C.*) Author supremus creavit hunc Orbem, ut exemplar idoneum suæ excellentis sapientiæ. (*Arist.*) *M*undus amplitudine est summus, motu incitatissimus, splendore fulgentissimus; nec vetustescens, nec occidens unquam (*Idem.*) *M*undus hic omnis oppidum nostrum est. (*Cic.*) Hæc mortalium urbs, in quâ nihil est ab omni parte beatum, sive factum à naturâ, sive fictum ab arte. (*Anon.*) Mundus est perpetua ruinarum ruina. (*Isid. Pel.*) *M*undus allicit, ut inficiat: illicit, ut interficiat. Suos Amantes facit amentes, & ejus Amores sunt Amarores. [*Amon.*] Mundus theatrum miseriarum, & malorum congeries. (*Compt.*) Quam mundus *M*undus! Fluidus sanie, fœdus putredine, plenus carie, luridus fœce, sordidus ulcere, putens cadavere. Est ille sinus paludum, mater lacunarum, parens uliginum, cloaca spermatum, sentina sordium, foriça quisquiliarum. Si mons est mobilis, si lucus lucidus, si parcunt Parcæ, si Eumenides

Digitized by Google

des ſunt benevolæ, dixerim *Mundum* mundum eſſe. (*Knittel.*)

MUNDI CONTEMPTUS. Verachtung der Welt. *Meſpris du Monde.*

AMPLIFICAT. Num vòs eſtis, (ut ab hâc unâ laudum particulâ, colligatur genus univerſum) qui animo, laboribus non invicto minùs, quàm voluptatibus inexpugnabili, pernicioſa rerum fluxarum blandimenta rejicientes, colonias quotannis ducitis, à Collegiis noſtris, in novas, cœleſtésque plagas? Ibique converſis armis in ipſa rebellantis naturæ viſcera, fractis, domitisque cupiditatibus improbis, compreſſo inteſtinarum perturbationum tumultu; revulſo peſtilentium illecebrarum vallo, quibus hominum vita cingitur; miſſo denique, ſub Religioſæ vitæ jugum. Mundo ipſo toto, quantumvis tumido victoriis; erigitis trophæa gloriæ, tantò altiora, quantò abjectiùs vos ipſi deprimitis; hoc magis conſpicua, quò magis in obſcuro latent; tantò ſplendidiora, quantò remotiora ſunt à luce; opimisque ſpoliis, eò graviora, quò nudam magis, ab exitioſis fortunæ commodis, ſpoliatioremque initis vitæ rationem: Ibique, per ſubactos, calcatosque vitiorum cæneos, veſtrorum currus triumphorum agitis, aſcenſum ſuper aſtra molientes: Ibique veſtigia virtutum relinquitis, non impreſſa leviter, ad exigui prædicationem temporis, ſed vix firmiter, ad memoriam ſæculorum omnium ſempiternam: Ibique ea præclarè, fortiterque ſuſcipitis, exitúque felici terminatis, quæ divinis decoranda laudibus, ad cœlum præconiis efferenda, immortalitatis donanda præmio, ſtuporem mortalibus afferunt, immortalibus admirationem, vobis decus nunquam intermoriturum, ipſique DEO, æternæ gratulationis materiam. * Valete palatia; aureorum mancipiorum vaſtiſſimi carceres. Valete ædium laxi-

tates,

tates, ſubſannante ſereniſſimi cœli immenſitate nebuloſa gurguſtia. Valete acerbiſſimarum gymnaſia voluptatum. Valete Tantalea triclinia? Valete catenatæ libertates, valete quisquiliarum theſauri, mundiſſimum cœnum, odoratiſſimi putores, amœniſſima ſenticeta. Valete nugarum, tabularum, ſimulationum, fraudium nundinæ. Imò verò, ô vale tu quoque vale. Ipſi etiam vale, ut vides, valedicendum eſt. Miſeriarum quippe talium nomenclatura, hujus felicis vale numerum devorat, in illis recenſendis, & exponendis mentitur veritas, & ſterileſcit eloquentia.* Qui non unquam ex depreſſis hujus terræ locis mentem ſurſum attollit? non in cœlum patriam illam noſtram aliquando redire geſtit? Fugiamus ô tandem valles orbis hujus: iſtic hoſtes noſtri noſtræ inſidiantur ſaluti: illic laquei & expanſa Dæmonum retia decipiunt incautos; illic tumentes libidinum æſtuantium fluctus miſeras demergunt animas.

SENTENTIÆ. Contemptus ſæculi eſt: ex intuitu caduecorum, ratione inductus amor æternorum. (*Hugo V.*] Facile contemnit omnia qui ſe ſemper cogitat eſſe morituram. (*Hier.*) Ille verè dives eſt, qui omnia præſentia contemnit. (*Chryſoſt.*) Magni & excelſi animi eſt, deſpicere & calcare, mortalia. (*Lact. Firm.*) Divitiarum contemptus eſt perfectionis via, cœli ſcala, receptaculum pacis, CHRISTI imitatio, ſpes futuræ felicitatis, ſpirituale gaudium, theſaurus inviſus, imprædabilis gemma, pretioſa margarita. (*Laur. Juſt.*) O infelicitas generis humani? Amatus eſt *M*undus, & diligitur: Si duleis eſſet, qualiter amaretur? *Aug.*) O Munde immunde? Homines illaquearе non deſinis, quieſcere non permittis, rapere omnes apperis, occidere omnes quæris. Væ! qui tibi credit, beatus, qui tibi reſiſtit; ſed beatior, qui à te illæſus recedit. [*Idem.*] O Munde proditor! cuncta bona promittis? ſed cuncta mala profers; promittis vitam,

ſed

ſed donas mortem; promittis gaudium, ſed largiris mœrorem; promittis quietem, ſed ecce turbatio; promittis florem, ſed citò evaneſcit; promittis ſtare, ſed citò recedis. [*Idem.*] Levius eſt non acquirere, quàm amittere; facilius eſt carere, & contemnere, quàm conſequi; [*Nier.*] Via contemnendi eſt regia, & expedita ſemper. [*Idem.*] Nihil habendo ſatiari potes: Omnia habendo adhuc eris famelicus. [*Idem.*] Plura poſſit Diogenes contemnere, quàm Alexander vincere. (*Idem.*) Duplici ex capite mortales ſunt: tibi res pereunt, cum pereunt; & pereunt tibi, cum peris. Quid putas ex tuis immortale, ſi tu mortalis? Qui finem habet, nihil habet: vix enim habet, id quod eſt. [*Idem.*] Humiles & plebejæ animæ domi reſident, & affixæ ſunt ſuæ terræ; illa divinior eſt, quæ cœlum imitatur, & gaudet motu. (*Lips.*) Terra pæne eſt nihilum; univerſi comparatione, & ut velut punctum. O miſeri! cœlum aſpicite, & in terram deſpicite. Punctum eſt illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna deſpicitis. (*Idem.*) Nihil liquidi in rebus humanis: in alto hoc erit. [*Idem.*]

SIMILITUD. Falſa gemmula puero aut ruſticulo poteſt imponere; gemmario mangoni nunquam: tale eſt in humanis. (*Lips.*) Ut flores quosdam eſſe ſcimus, qui nonniſi ad ſolem ſe ſe vertunt: ſic nos mentem à turbidis avertamus, vel ad divina, vel ad amœna. (*Idem.*) Sicut Solem iſtum aſſiduè vel nube aliqua ſubducit, vel non condit: talis omnis hic ſplendor & felicitas rapitur aut evaneſcit. (*Idem.*) Pereuntes res non ſequamur: ſed videamus currere, gaudeamusque perire: velut qui intuentur beſtiarum & gladiatorum ſpectacula, interitu delectantur, cæde, fugâ. [*Nier.*] Quid affligimur ob vacua iſta fortunæ munuſcula, quæ perinde eſt habere atque carere; ut oculo panis verus

& pictus. Stomachus ſolum ſentit & damnum. (*Idem.*) O ineptos nos! Splendorem putamus aſtrum; nec aliter ac piſciculi exultant, adulanturque imagini ſolis labentibus impreſſæ undis, ipſum rati ſolem: ita ſimulacra pulchri adoramus defluentibus adumbrata rebus, ipſum contemnimus. (*Idem.*) Anguilla quantò fortius ſtringitur, citiùs de manu elabitur: Sic & Mundus quanto plus amatur tantò timidiùs retinetur, né perdatur. [*Bonav.*] Mari comparatur hic Mundus: quia falſitatibus amarus eſt, fluctibus diabolicis quatitur, & vitiorum tempeſtatibus commovetur. (*Caſſiod.*) V. VANITAS.

MUNUS. Ampt. *Charge.*

SYN. Officium, onus. ADJU. Ampliſſimum, diviunm, magnificentiſſimum: *plurima, maximaque; præclariſſima, regia, ſenatoria*: PHR. **Ich bin nicht ſtarck genug dieſen Laſt zu ertragen.** *Je ne ſuis pas aſſez fort, pour porter cette charge.* Huic oneri ferendo non ſum. Non ſufficiunt vires ſuſtinendo huic oneri. Pares oneri vires mihi non ſunt. **Ich bin von dieſem Ampt befreyt worden.** *J'ay ete exempte de cette charge.* Muneris hujus immunitas mihi data eſt. Immunitatem habeo illius muneris. Illo munere ſum immunis, ſum ſolutus. Sum ab illo munere liber, exemtus. * **Sein Ampt verrichten.** *Exercere ſa charge.* Munus ſuum obire, exequi, exercere, perſequi, agere, curare, colere & efficere. Munere ſuo fungi. * **Mein Ampt iſt die Frembden zubeherbergen.** *C'eſt mon office, de recevoir les étrangers.* Meæ ſunt partes hoſpitum accipiendorum. Meum munus eſt, mei officii eſt, peregrinos excipere. Hoſpitibus recipiendis præſum, præfectus *vel* præpoſitus ſum. Incumbit mihi id muneris, illud mihi munus impoſitum eſt, ut peregrinos excipiam. Demandata

vel

vel commissa mihi est illa cura excipiendi peregrinos. *Id* habeo operis ac muneris, ut peregrinos suscipiam. Impositam mihi personam sustineo hospitum recipiendorum. * **Sein Ampt verlassen.** *Quitter sa charge.* Officium deserere, onus deponere; curam abjicere. Magistratu abire, se abdicare. Vacare à publico officio & munere. Requiescere à Reip. muneribus. * **Sein Ampt nicht wohl verrichten.** *Ne faire pas sa charge.* Partes suas non tenere, non sustinere. Munere suo non defungi. Officio non satisfacere. * **Er hat ihn seines Ampts entsetzt.** *Il luy a ôte sa charge.* Illum amovit ab officio, abdicavit munere. **Das Ampt eines anderen vertretten.** *Faire la charge d'un autre.* Munus alterius obire, vicem implere. Vicariam alicui operam præstare. Alienum munus exequi. * **Einem würdigen oder unwürdigen ein Ampt geben.** *Donner une charge à celuy, qui le merite, ou qui ne le merite pas.* Magistratum benè *vel* male collocare apud aliquem. * Non ei defuit cura in tanto officio. Principum munus est, resistere levitati multitudinis. In extremâ parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis. Meque ad meum munus pensumque revocabo. Is illam sibi officiosam provinciam depoposcit. O (*Geta*) provinciam cepisti duram. Onus Ætnâ gravius mihi videor sustinere.

Er hat die vornehmste Aempter in dem Land vertretten. *Il a eu les premieres charges de la Republique.* Summum atque altissimum civitatis gradum obtinuit. Gessit maxima imperia, magistratum, potestatem. Ea consecutus est, quæ in Republica putantur esse amplissima. Gessit summos honores. Perfunctus est summis honoribus. Honestissimo, summo loco in civitate fuit. Magnus; honestus, honoratus, clarus apud suos cives, in sua civitate fuit. Magno fuit in honore ac no-

mine. Locum obtinuit honestissimum in Republica. * Er hat seyn Ampt wohl verricht. *Il s'est dignement acquite de la charge, de la commission que je luy avois donné.* Diligenter executus est, perfecit, absolvit, quidquid illi commisi. Quod illi munus imposui. Quod illi negotium dedi. Quam illi mandavi provinciam. Quod illi mandavi, injunxi. Mea mandata digessit, persecutus est, confecit, exhausit, explevit, curavit diligenter. Eximiam ex hoc munere laudem collegit, tulit, cepit, adeptus est, consecutus est. Præclarè hanc provinciam gessit, administravit. Egregiè se in hoc munere gesit, tractavit. Personam suam, & suas partes cum laude, ac pro dignitate sustinuit.

MUSICA. Singkunst. *Musique.*

SYN. Symphonia, cantus, musice, es. ADJU. Dulcior; remissior, lugubris; artificiosa & salutaris, obscurior, augelica, festiva. PHR. Quæ quidsit sonus ac vox: quomodò formetur in ore, feratur in aëre, recipiatur in aure, docet,. Quæ de longis & brevibus, acutis & gravioribus sonis constat, tamque diversis & dissonis vocibus harmoniam consonam reddit. Quæ componit mores, sedat affectus, & animos ætate fervidos, ab omni turpitudinis auditione recordationeque revocatos, ad modestiam castimoniamque traducit. Molliores & delicatiores flexiones in cantu. Festi concentus. Grata vocum discrimina. Vocum discordia concors. Musicæ Symphoniæ concentus. *M*usice modulati carminis harmonia. Cantus omni tubæ rumore tenuior, omni Lyræ concentu variatior, omni questu delectabilior, omni fistulæ susurro jucundior. Musica suavissimo concinentium vocum lenocinio, sonorumque concordi, lenocinatur auribus, demulcet animum, mentem per aures jucundissimè deprædatur, suffuratur, blandè allicit, ama-

amabiliſſimè rapit, gratiſſimo voluptatis ſenſu perfundit. Traducuntur mentes ad tranquillitatem fidibus; voce rupes, & nemora traxit Orpheus. Muſica oblivio eſt laborum omnium, ſolatium mœrorum, triſtitiæ oblectamentum.

AMPLIFICAT. Favete linguis AA. loqui Muſica cupit & audiri. Res nova, quatuor voces audiuntur & una loquitur, quatuor loquuntur & una auditur, quatuor canunt & idem concinunt. Quale hoc artis myſterium! ſi quatuor voces canunt, unde idem concinunt? Si idem concentus eſt, unde idem gravis & levis, depreſſus & ſubtilis, acutus & obtuſus? unde idem attollitur & deprimitur, aſſurgit & deſcendit, deflectit ab imo, & declinat à ſummo? Quin imò hoc ipſum eſt Muſica, contrariarum vocum concordia, diſſidentium tonorum amicitia, gravium & levium ſonorum ſocietas, plurimum unitas omnium Harmonia. Quatuor ſoni dum in gutture naſcuntur, quatuor dum in aëre formantur, quatuor dum ex ore prodeunt, quatuor dum aures ſubeunt, ſed plures in unam coaleſcunt, dum inter ſe coëunt. Ingenioſa pugna, in quâ ſi Hoſtes diviſos Spectes, nihil infenſius; ſi conjunctos nihil amicius; gravis & levis, depreſſus & ſublimis, infenſius Hoſtes ante pugnam ita vires ſuas pugnando attemperant, ut dum omnes vincunt, & nullus vincitur, mirabili conſenſu in unum coëunt; ſic tamen in unum plures coëunt, ut nullus intereat: miſcentur, nec confunduntur, unus & plures amici & contrarii; Imò ideirco unus ex pluribus naſcitur, quia plures pugnant: ideircò conſentiunt, quia diſſentiunt; pax ex pugnâ, ex lite concordia, ex pluribus unitas, & omnibus exſurgit mirabilis MUSICA. Miraris factum, audi inventum. Ingenioſæ voces diverſas itinerum vias eligunt, ut eodem tendant, deſcendunt, ut aſſurgant, attolluntur ut de-

ſcendant, fugiunt ut aſſequantur & ideò ſibi occurrunt, quia ſe invicem fugiunt; dum enim vox levis attollitur, dum gravis, deprimitur, aſſurgens ab imò graviorem attollit, declinant à ſummo, leviorem deprimit ſublimis evehit depreſſam, acuta excitat obtuſam; ſic dum una aſſurgit, altera decidit; dum hæc premit, illa fugit, dum omnes vincuntur, omnes vincunt. Ex eâ pugnâ vox una naſcitur, atque hæc eſt vox illa mirabilis quæ eadem antecedit & ſequitur, fugit & apprehenditur, prior ſeipsâ & poſterior, gravis & levis, depreſſa & ſublimis, obtuſa & acuta, hilaris & mœſta; atque hæc eſt ingenioſa Muſica, vox una & plures, & pluribus una mirabilis Harmonia.

Non adfero conatum *Agathæ* aut *Agnetis*, ore tereti, ſemihiantibus in conatu labellis cantum eliquantium: non *Catharinæ* aut *Theclæ*, omnis voculæ melleam modulationem: non *Domitillæ* aut *Cæciliæ* omnimodis peritam modificationem. * Turbulentorum motuum propulſatrix, mœroris expugnatrix, doloris levatrix, ſuavitatis procreatrix, jucunditatis conciliatrix, * Quæ ceu alter Orpheus cantu traxiſſe arbores, ſtitiſſe curſus amnium, permulſiſſe ſenſus atque animos brutorum animalium videtur; quæque homines ferino ritu ad cultum civilitatis & humanioris vitæ curſum traduxit. * Homines ad ſanctiſſimum quoddam gaudium commoveri animadvertimus, dum ſuaviſſimos Muſicæ ſonos auribus hauriunt arrectis, & accipiunt attentis. Quid eſt, quod vitæ jucunditatem apportat? Muſica. Quid eſt, quod animi habitum rectè ad honeſtatem informat? *M*uſica. Quid eſt, quod mentes rapit, raptas conſtringit, conſtrictas alligat, alligatas retinet? Muſica. Hæc eſt illa, quæ graves & acerbos caſus, quæ turbulentas vitæ tempeſtates ſerenat; hæc eſt illa, quæ triſtia fortunæ vulnera mollioribus & delicatioribus ſanat cantilenis, hæc eſt

illa

illa, quæ Senatoribus à curia defeſſis, nec illis tantum, ſed etiam civibus omnibus, negotiorum moſe antea depreſſis mentem erigit, vires reparat, animam relaxat. Viciſti, ô Muſica cum tuus Orpheus ſuam Euridicem ab inferis recepit, flexiſti, cum immanes illas feras, barbaros, inquam, homines, cantu ſuo ad civilem ſocietatem pertraxit, rexiſti, cum Alexandrum Magnum cum Timothæo ſuo nunc ab armis ad menſas, nunc à menſa ad arma vocaſti; Languentem elevabas Achillem! cum ab armis ad lyram revertetur: & excitas omnes, erigis univerſos cum per te pellant mœrorem univerſi. Munis cum tepidos & abjectos audaciâ corroboras, vincis cùm non homines cantu tantùm, ſed & DEUM capis. * Dionyſius, cum exercitum duceret, eſſetque in eo mirus quidam lepos, & amor jucunditatis, memoriæ proditum eſt, ſuis in caſtris egregias quasdam virgines, quas Muſas poſtea nominarunt, habuiſſe perfectas in Muſicis omnique rerum ſcientiâ & virtute ornatiſſimas: harum ſcil. varitate ac ſuavitate cantandi, rex ille ſapientiſſimus, à canta illo armorum ſtrepitu ac tubarum ſono vocabat animum interdum, eum ut relaxaret, & honeſtiſſima voluptate frueretur. * Eſt domina propè animorum & moderatrix Muſica: quos movet; ſedat: intendit, remittit, perturbat, tranquillat, incitat, reflectit: prout utuntur Muſici aut incitatione modorum tarditate aut cantûs: quod docuit Pythagoras in iis adoleſcentibus, qui cum inſtructi tibiis, & ſtimulati vino: jamque mulieris fores effringerent admonuit tibicinem, ſpondæum, ut caneret; eorumque petulantiam hac ratione repreſſit. Quod & Antigenidam Alexandro feciſſe ferunt: quem, cum certo modo inflaſſet tibias, compulit quaſi actum furore, anhelantem cædem, Matremque ſpirantem ſurgere è cœnâ, arma poſcere, equum poſcere, aſcendere: cum rurſus alio cecinisſet modo, confecto ve-

luti bello, partâque victoriâ, desilire ex equo, arma ponere, redire ad hilaritatem convivii. * Nulla ex tot, tamque variis multiplicibus artibus, quæ vel ab hominibus excogitatæ, vel DEI beneficio traditæ, tàm humanitatis est propria, quam Musica, hæc enim facilè animum regere, mores immutare, mentem ad se rapere, & quibusdam quasi vinculis constrictam atque alligatam retinere valet; hæc est illa scientia, quæ dono quodam providentiæ divinæ data est humano generi, quo se ex tantis miseriis, laboribus & calamitatibus, aliquo modo recreet atque reficiat. Neque enim tàm graves & acerbos casus, tàm turbulentas vitæ tempestates, tot tristia fortunæ vulnera ullo modo pati natura humana posset, nisi molliores & delicatiores cantus adhiberet. Hæc omnibus studiis & sexibus & ætatibus opportuna atque accommodata est: hâc infantes in cunis adhuc vagientes oblectati, nutricum dulci murmure sopiuntur, hâc pueri cum æqualibus cantillantes frequenter utuntur: hâc juvenes atq; ætate florentes maximè capiuntur, hâc senes, reliquis jam defervescentibus voluptatibus, naturæ duplici quodam instinctu delectantur, nulla denique natio; nulla gens, nullus ordo, qui non artificiosa canendi ratione moveatur. Saxa & solitudines, ait orator, voce respondent, bestiæ atque immanes cantu flectuntur atque consistunt. Etenim cervi fistularum sono mulcentur, Elephanti cantu plurimum oblectantur, Delphines citharæ sono mira quadam exultant lætitia. * Modulos nescio quos amamus, & frequentamenta, quibus concidatur minutim cantus, fractusque dissitat, ac plena illa & sonora vocum vis ac potestas enervetur. Revocati promissique ex inspirato numeri, collisi durius soni, suspensa illicò vox, & ubi minimè expectes amputata, artis hodiè medulla sunt, plausumque multitudinis consequuntur.

SEN-

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Quomodò cantica turpia in tenebras diaboli mittunt: Sic Cantica Sancta CHRISTI lumen oſtendunt. (*Cæſ. Arel.*) Ubi Cytharæ & Tibiarum cantus, atque tripudia perſtrepunt, ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebræ, Diabolique feſtum celebratur. [*Ephrem.*) Anima Chriſtiana cantica mundi ignoret. (*Hier.*) Scyllæos canes, ac mortifera carmina Sirenarum ſurdâ aure pertranſeas. (*Idem.*) Horæ Diaboli ſunt cantilenæ; quas qui audit, aut legit, Parochianum Diaboli ſe oſtendit; & ideò in morte ſepelietur in ejus Cæmeterio, ſcil. in Inferno. (*Hugo C.*) Fornicarii cantus multò magis, quàm ſtercora ſunt abominabiles. (*Chryſoſt.*) Choræ & cantilenæ, Diabolica colluvies. (*Idem.*) Implentur immundo ſpiritu, qui Sathanicas cantiones modulantur. (*Idem.*) Quæ fiſtulis & muſicis inſtrumentis canuntur, nihil aliud ſunt, quàm Dæmonum cantilenæ. (*Idem.*) Omne quod duri eſt operis ac laboris, dulcis vincit, & afficit cantilena. (*Chryſolog.*) Melodia iratos, & aliis paſſionibus occupatos ſæpe alleviat, ipſos lætos faciens. (*Ariſt.*) Latet inter cytharæ fides cupido infidus. Qui canoris imbellium pecudum nervis feroces hominum enervat ſpiritus, & arcu eodem ferit chordas & corda. (*Theſ.*)

SIMILITUD. Sicut videmus, frequenter blandis ſibilis aves decipi, & hebetes feras in laqueum mortis dulcedine vocis impelli: Sic cauſa mortalium eſt, quos dulciſoni cantûs curâ ſolicitat. (*Valer.*) Quemadmodum ſordes aures corporis obſtruere ſolent: Sic meretricii cantus aures mentis ſolent obſtruere, atque immundas facere. (*Chryſoſt.*) V. CANERE CANTUS.

Digitized by Google

N.

NARRARE. Erzehlen. *Raconder.*

SYN. Enarrare, eloqui, aperire, memorare, commemorare, recenſere, ediſſerere, exponere, explicare, ſignificare, indicare, expromere, enuntiare. ADV. Benè, brevitèr, interruptè, jucundè, pervariè, diligenter, enodatè, dilucidè, multùm ſanè, probabiliter, graviter, probè, ornatè, venuſtè, memoriter, noviſſimè, palam, ſecretò. (*Ex Cic.*) Affirmatiſſimè, apertè & diſtinctè. PHR. Rem geſtam narratione exponere, ac demonſtrare. Aliquid ſingulatim percenſere, ſingillatim enarrare, ſubtiliùs ſingula recenſere. Fertur, narrantur, ferunt, ajunt, perhibent, memoriæ proditum eſt, Litteris proditum eſt, Platonem, &c. Lubet breviter, carptímque complecti magnitudinem argumenti, & velut rudi manu deſignare rerum imaginem, quam deducam colorum varietate, & expoliam. Id quo peractum ſit modo, ego retractis paulò altiùs in hunc locum rebus, haud indiligenter expediam.

NASUS. Naß. *Néz.*

ADJU. Reſimus, *vel* aquilinus, ſimùs, datus reſpirationis & olfactus causâ. AMPLIFICAT. Quanta naſi diſcrimina? huic immodicè inſurgit, immenſum illi deprimitur ac quaſi medio ſubſidit alteri, illi brevior, longior alteri, deductior uni, ac latè ſpargitur, preſſior alteri; acuitur uni, obtunditur alteri, & quod mireris, in tot millibus, vix unus naſus, tot diſcrimina in tam exili corpore? Ludit Poëta in Proclum, hominem Therſite Homerico deformiorem, bene capitatum, acutè auritum, prolixè ac liberaliter naſutum, atque naſum claſſicum atque inter omnes anteſignanum, tam ampla por-

porrectum mole describit, ut emungere ac detergere totum nequiret; quippè major multò erat, quàm ut ad eum manus posset pertinere. Nimirum nasus satis amplè productus, tam longè aberat ab aure, ut ad eam sternutamenti sonus nonnisi aliquanto post tempore perveniret; cum videlicet jam dudum sternuisset.

NATIONES.

SYN. Gens, genus, ordo. ADJU. Acerrimæ, maximæ, immanes, multæ atque magnæ, eruditissimæ, inimicissimæ, deditæ *scientiæ*, exteræ, externæ, conquassatæque, immanes, barbaræ, multæ, sociæ, religiosæ, officiosissimæ. (*Ex Cic.*)

AMPLIFICAT. Vix unquam legitur apud Ciceronem Siculorum nomen, quin semper adjungatur, *acuti & ingeniosi*. Græcos vix unquam nominat, quin si propiùs aurem admoveris, dici audias leves, loquaces, ineptos, otiosos. Sic communis fere omnium opinio Campanos insolentes & imperiosos, quique fastidio & contumaciâ efferentur olim existimavit. Maximus Tyrus, variarum Nationum studia breviter quidem, sed peritè scienterque est complexus. *Thebani*, inquit *tibiarum cantu delectantur*, *Athenienses eloquentiæ operam dant*, *Cretensium disciplina est venari, montes superare, currere*, *Thessalorum equitare*, *Cretensium aurigari*, *Ætolorum prædari; jaculo Acarnanes, peltâ valent Thraces*, *Insulanii navigant*. * Quædam gentes ita à Cœlo formatæ sunt, ut propriâ sint morum unitate conspicuæ Scythæ immani feritatis crudelitate grassantur; Itali sunt semper nobilitate præfulgidi; Galli stolidi; leves Græci; avari Syri; Afri subdoli, acuti Siculi; luxuriosi semper Asiatici & occupati voluptatibus; Hispani elatâ jactantiæ animositate præposteri. * Afros versipelles, Græcos leves, Gallos pigrioris esse ingenii videmus. (*Servius.*) Britones duri, vafri Normanni, religiosi Franci, in-

du-

duſtrii Flandri, mites Lotharingi, faciles Andegavi, bellicoſi Vaſcones, Burgundi feroces, Picardi alacres, frugi Santones atque Pictavi, Narbonenſes fideles, fortes Arverni, Harmonii pertinaces, magnanimi Senones, verſuti Cenomani, militares Bituriges. [*Longo.*] De moribus gentium ſupervacanea diſputatio eſt: nam Aſiaticos plurimos videmus, imò penè omnes ſobrietatis inſignia præferentes; & Græcorum lævitas ſæpe modeſtæ gravitatis pondus accipit: & effrenata Scytharum rabies quandoque humanitatis clementia mitigatur: & in finibus Galliarum Populus ſapientiæ temperamento prudenter convaleſcit, &c. (*Matern.*)

NATIVITAS CHRISTI.

AMPLIFICAT. Si patente hodie rupis cavernâ excipi Verbum delectatur, en me rupem aſperam, & confragoſam; è quâ excepti Verbi ita enaſcetur Echo, ut & tacens locutus cenſear, & loquens tacuiſſe. Hoc quia non mea facundia diſertus, ſed unâ Verbi eloquentiâ ſum verboſus: illud, quia ſi non integrum, fractum certè & extremum Verbum in fine ſæculorum genitum ad vos refundam, tantò audaciùs, quantò diverſorium quærentanti Verbo benigniores aures, hoc eſt, proprium Verbi hoſpitium, vos conceſſuros eſſe intelligo. Atque ego quidem, dum cœlo delapſum puellum conſpicor, in eam facilè adducor ſententiam, ut exiſtimem nos, non tam optatum naſcentis DEI exordium, quam noſtræ felicitatis natalem obire diem; qui tantum nobis ad lætitiam afferebat beatitatis, quantùm ejus abſentia attulerat calamitatis ad luctum. * Felix præco, cujus verbo una tota conſtabat eloquentia. Non labore de Inventione ejus, quod ſe ipſum in publica via etiam non quærenti mihi obtrudit. Non me magnopere angit orationis ſuos in ordines concinna diſpoſitio, dum idem eſt mihi exordium, à quo ex-

exordium traxit rerum Universitas: idem Confirmatio, qui est, sive labantis, sive consistentis mundi firmamentum: idem Epilogus, qui est Principium, & finis, Verbum DEI. Non inquiro pro elocutione Metaphoras, dum una in uno Verbo facta à propria cœlorum sede in alienam exilii nostri omnes supplet translationes. Non investigo flores Eloquentiæ, dum florem campi propono. Non mendico orationi colores, dum candidus & rubicundus sponte sese ingerit Homo DEUS Oratori. Non diffido memoriæ, dum uno tantum Verbo totam complector orationem. In pronuntiationem vererer ut tota se se exoneraret difficultas, dum vel ineffabilem effari DEUM, vel absconditum à sæculis mysterium evolvendum suscipio, nisi, quod inter Thebanas antiquorum fabulas olim censebatur, veracius in me sentirem innovari, dum in opprobrium vetusti Memnonis durum taciturnitatis marmor ardore Solis in verba eliquatur.

Sint sui fonti illi luminis. siderum Imperatori, temporis mensuræ Soli, radiantes, ab auro currus, gyratæ crystallo rotæ, pretiosi sapphyro axes, virentes smaragdo temones, ardentia pyropo solia: Soli meo, pro curru est Præsepe; pro rotis sunt vimina, pro axibus junci, pro smaragdo fœnum, stramen pro pyropo. Sint sui Phœbo, per quos decurrat stellati campi; sint vasta cœlorum theatra, in quibus Actor Sol toto Spectatore mundo triumphet: Sunt Soli meo pro campis angustiæ, pro cœlis malè materiatum mapale. Sed non desunt tamen huic cœlo vel assistentes mentes Angelicæ, dum facta multitudo militiæ cœlestis se se antro infundit; vel amica veris, ac æstivantis Amoris signa, quæ novus Sol beatitati nostræ decurrat. Si quem amœna Veris delectat temperies, anni illa renascentis Juventus, reviviscentis mundi anima: revolve in antri cavâ cum mente oculos, & Kalendæ animorum jucunditati amica Veris signa novo pro-

prodeuntia è Zodiaco intuere. Dum ſpectas Agnum Dei, qui tollit peccata mundi, Arietem agnoſce, primum naſcentis floreæ ætatis genitorem. Dum aſſiſtentem cunis Bovem ſpectas, Taurum intellige. Dum geminas in unam perſonam conveniſſe hominis ac DEI naturas vides, Geminos reverenter adora. Si quem verò æſtuantis Amoris calor ſollicitat gravius; dum paulo minoratum ab Angelis adoras DEUM, Solémque denis retro ceſſiſſe lineis animadvertis, Canorum agnoſce. Dum adſtantem præſepi infantis DEI Matrem colis; Virginem reverêre. Neque alia, verna præter ac æſtiva Amoris in Zodiaco ſigna require.

Videamus ergo hoc Verbum, in quod æteni Patris oculi ſemper hærent defixi; in quod unum gaudent totas acies pupillásque inſumere cœleſtis curiæ Inquilini. Videamus hoc Verbum, ſed immenſum, abbreviatum; omnipotens, infirmatum; nulli peccato obnoxium, in formâ peccati, æternum in tempore, immortale in carne mortali, inviſibile in ſimilitudinem hominum factum: incomprehenſibile præſepii anguſtiis comprehenſum. Videamus depauperatas divitias; deſpectam gloriam, ſplendorem velatum, contemptam pulchritudinem; Dominum in ſervitutem redactum; Poſſeſſorem omnium ejectum hoſpitio. Videamus Sapientiam infantem, Firmamentum proſtratum, Solatium afflictum, Spem jacentem, gaudium illachrymans, lætitiam flentem, Majeſtatem attritam, faſciis vinculatam Libertatem, videamus Venuſtatem in ſtabulo, amorem in frigore, fortitudinem in tremore, delicias in fimo, altiſſimum in tuguriolo, Regem in caulâ, DEUM æternum unius diei Infantem. * O ſpectaculum digniſſimum ſanè; in quo uno defigantur aſpectus, inſumantur acies, conſumantur pupillæ, toti oculi abſumantur! Apparuit Philantropia. Sed enim verò, ubi reliqua Divinarum ſeries perfectionum! Solinè ceſſit Amori Scena,

re-

reliqua poſt Siparium clauſa latuerunt tributa? Non apparuit Omnipotentia, quæ paribus viribus DEUM de Cœlo detraxit, hominem in DEUM aſſumpſit; quæ majeſtatem depreſſit, elevavit humilitatem? Non apparuit Sapientia, quæ puritatem Divinam humano luto conjunxit, omnipotentiam debilitavit; æternitatem infantiæ maritavit, immenſitatem parvitati copulavit? Non apparuit Bonitas, quæ infinita illâ ſui in tres Perſonas communicatione diffuſa, totam quoque Divinitatem infinitâ in hominem profundit liberalitate? Non apparuit Juſtitia, quæ ut ad æquitatem ponderis bilancem revocaret, contraſcelerum noſtrorum gravitatem ſemetipſam appendit? Non apparuit Immenſitas, quæ nullum reliquit mundi angulum, quem ſuâ luce non irradiaret? beneficentiâ non repleret, gratiâ non fœcundaret? Non apparuit majeſtas, quæ mundi Reges terruit, & Angelorum obſequia cœlis evocavit? Apparuit omninò, apparuit Potentia & Bonitas, Sapientia & Juſtitia, Immenſitas & Majeſtas. Apparuit potentia, ſed infirma; Sapientia ſed infans: bonitas, ſed compendiata, Juſtitia, ſed inermis: immenſitas, ſed contracta: Majeſtas, ſed dejecta. Apparuit Potentia in ſtipula; Sapientia in puero; Bonitas in egeſtate; Juſtitia in medio animalium; Immenſitas in præſepi; Majeſtas in fœno. Apparuit Potentia ſine Regno, Sapientia ſine populo, Bonitas ſine divitiis, Juſtitia ſine viribus, Immenſitas ſine diverſorio, Majeſtas ſine imperio. Apparuit Potentia faſciis illigata, Sapientia velata carne, Bonitas recondita, Juſtitia recta, immenſitas occulta, Majeſtas incognita; DEUS abſconditus. Unus amor, Unus (quia Sol eſt) abſcondi non potuit; quia inquietus eſt, tegi non valuit: quia flamma eſt, non ſuſtinuit occultari. Apparuit effuſiſſimâ in homines Philantropiâ.

Quo

Quo die dedecet balbutire me dum vagit DEUS; quo ſi quid inconditum & aſperum ſonabo, tenerrimus ille divini infantis vagitus, paciferâ cœli næniolâ, terris blanditâ mitigabit. * Placidiſſima pax terras jam univerſas tranquillârat. Decuit enim ſervilia terrarum odia ſilere, dum nova Amoris bella elegit Dominus, quibus efferatos hominum animos, humanam ipſe naturam indutus, humaniſſimè expugnaret. Illa etiam maxima gentium Imperatrix Roma feliciorem imperio ſubitura ſervitutem; dum generis humani capita ſingula recenſet ad ſuperbam imperii gloriam, ſecum vincendos; qui tum viverent, homines victori Chriſto numerat ad illuſtrem divinæ victoriæ prædicationem. Igitur hyemavit in campis amor, verna mundo bella moturus in cruce. Cœleſtem hoſpitem excipit malè materiatum tugurium. Quid n. præter tuguria inveniret, qui cœlum reliquiſſet; ſuccedit in ſuburbanum antrum paritura virgo, cum ſanctiſſimo conjuge Joſepho. Hyems erat ſumma, tempeſtas, perfrigida, intempeſta nox hyberna frigora geminabat: ſui cum Amoris calida ſolſtitia properavit natus repente ſol; ut brumali nocte contractâ vitalis æſtatis longiſſimam diem repræſentaret: Ah parcite mala frigora; parcite mollicellum adurere puellum, quem ſatis divinum calor adusſit. Parcite gelidi ventorum turbines niveum perflare corpuſculum. Non ſunt veſtri juris candiduli corporis hæ nives, quas non hybernum ſydus, ſed Amoris æſtus læto prodigio coëgit. Parcite boreales animæ arcanas amantiſſimi corculi flammulas ventulare. * Hyems nulla fœcundiori irrigua imbre permaduit: nulla nox puriori baccata rore germinavit. At vos agreſtes paleæ Regis attactu mei regiâ purpurâ nobiliores, ne veſtrâ aſperitate læſo corpuſculo crudeliter purpuraſcite. Vos quóque tenero ſubſtrata capita horridula gramina; dum liberatorem meum obſidionali veluti corona cingitis, ne pungite. Heu,

quam

Digitized by Google

quam vereor, ne quis aculeus, ne qua occulta ſpina teneræ ante diem fronti ſeſe ambitiosè inſinuans ſanguineis punctiunculis ſe coloret in rolam. * Quo tempore potuit ſuburbano quondam in præſepio, tanquam in frigoris diverſorio naſcens frigidulus Amor, natalitiam Decembris hyemem adeo inflammare, ut & nova ſidera, & regia pectora procul accenderet.

Transeamus usque Bethlehem cum paſtoribus, & videamus, & veneremur JESUM in præſepio & demiremur in Infante, virum; Principem, in ſervo; Sapientem, in puero; Rectorem orbis, juris factum alieni. Demiremur, & adoremus Splendorem, tenebris offuſum, Potentiam conſtrictam vinculis, Infinitatem terminis finitam, Immenſitatem circumſcriptam cunis, balbutientem Sapientiam; Sublimitatem cum humilitate, Fortitudinem cum infirmitate conjunctam; Opificem mundi, puellæ opus; Eum, qui ſedet ſuper Cherubim, reclinatum ſub brutis animantibus; Qui ambulat ſuper pennas ventorum, jacere ſtratum in ſpelunca pecorum; qui tertam mari circumdedit, brachiis Mariæ circumdatum. Adoremus, inquam, & ſtupeamus è Virgine prolem; hoc eſt, ſine radice fructum, ſine ſemine meſſem, ſine fonte rivum, ſine trunco Arborem vitæ, Filium ſine patre, Conjugem ſine conjuge, ac denique, Virginem matrem, Monarcham famulum, ſubditum Regem, hominem DEUM.

SENTENTIÆ. Quâ voce, quo ſermone tibi ſpeluncam ſalvatoris exponam? Et illud præſepe, in quo Infantulus vagiit, ſilentio Magis, quàm infirmo ſermone honorandum eſt. [*Hier.*] Felix puerperium, lætabile Angelis, expectabile Sanctis, neceſſarium perditis, congruum profligatis. (*Idem.*) Taceat immunda vanitas, quia mundo nota eſt Divinitas. (*Aug.*) O beata Infantia, per quam noſtri generis vita eſt reparata! O graviſſimi, delectabilésque vagitus, per quos ſtridores dentium, æternósque ploratus evaſimus! O

felicès panni, in quibus peccatorum ſordes exterſimus! O præſepe ſplendidum, in quo non ſolùm jacuit fœnum animalium, ſed cibus inventus eſt Angelorum! (*Idem.*) Peccavit homo, & factus eſt reus: natus eſt Homo-Deus, ut liberaretur reus. (*Idem.*) Veneranda nativitas Salvatoris, qui natus in carne eſt, humilitatis eſt inſtrumentum, pietatis myſterium, & æternæ ſpei remedium manifeſtum. [*Idem.*] O Nativitas illibata ſanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficii, inveſtigabilis etiam Angelis ſacri profunditate myſterii; & in his omnibus admirabilis ſingularis excellentiâ novitatis. (*Bern.*) O partus ſolus ſinè dolore, ſolus neſcius pudoris, corruptionis ignarus; non reſerans, ſed conſecrans virginalis uteri templum. (*Idem.*) Ubi aula Regia, ubi Thronus, ubi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula eſt ſtabulum, thronus præſepium, curiæ frequentia. Joſeph & Maria? (*Idem.*) Pretioſiores ſunt panni Salvatoris omni purpurâ: & glorioſius hoc præſepe auratis Regum ſoliis. (*Idem.*) Vix natus eſt, Cœli gloria, Cœli divitiæ, Cœli delitiæ, dulcis Jesus; & ecce recenti ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur. [*Idem.*] Christi juxta carnem Nativitas, eſt omnium feſtorum; venerandúmq;, & omnium metropolis eſt. (*Chryſoſt.*) B. V. Maria, Virga Jeſſe, novum florem carnis humanæ, utero quidem materno, ſed partu eſt enixa virgineo. [*Leo I.*] Nativitas D. N. Jesu Christi omnem intelligentiam ſuperat, & cuncta exempla tranſcendit: nec poteſt ullis eſſe comparabilis, quæ eſt inter omnes ſingularis. [*Idem.*] Quis dignè mirari valeat, quis non obſtupeſcat; quòd is, qui Cœli immenſitate non capitur, in anguſto præſepio reclinatur? Qui Electos ſuos ſtolâ immortalitatis induit, vilibus pannis contegi non contempſit. [*Pet. Dam.*]

Digitized by Google

NATURA.

SYN. Eſſentia, ingenium, animus, ratio, judicium, mens, concilium, elementum, temperatura, origo, ortus, initium, principium, corpus, conſtitutio, ſtatus conditio, curſus. ADJU. Admirabilis, paulò acrior, antiquiſſima & rerum omnium particeps, ſocors negligénsque, animalis, commutabilis, maximè diſſipabilis, patibilis, animabilis ſpirabilisque, artificioſa, altiſſima æthereáque, conſultrix & provida utilitatum, deterrima, inanima, multiplex & tortuoſa, præpotens atque excellens, non ſolitaria neque ſimplex, ſed cum aliquo conjuncta; appetens ſui ſimilium, & rapax; imbecilla, aſpera, fervida, beata & æterna, immortalis, excellens atque præſtans, locupletior, optima & præſtantiſſima, perobſcura, provida ſolérsque, cœléſtis & divina, communis, generata, contenta, eximia atque illuſtris, fera atque immanis, idonea, ignara, ignea, propria & ſua, ſui ſimilis, ſpirabilis, tacita, uſitata notáque, importuna, infenſa hominum generi atque inimica, intelligens ſapiénsque invicta, mitis cleméńsque, multò firmior & conſtantior; perfecta in ſe, nec ad ſummum perducta: princeps boni alicujus, prolixa, benefica, recondita, univerſa: *varia & voluptuaria.* (*Ex Cic.*)

PHR. Communis hominum parens. Vis ingenita. Cauſa intima in rebus univerſis. Dux optima rectè vivendi. Conſervatrix diligens ſui. Mater onium rerum. Rerum fœcunda parens. Magiſtrâ ac duce Naturâ, quæ plurimum valet. Tu hoc non vides, quàm blanda conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena Natura. Naturæ ratio, quæ eſt lex divina & humana. Naturam optimam ducem, tanquam DEUM ſequimur, eiſque paremus. * **Dieſes Laſter iſt uns von Natur eingepflanzet.** *Nous avons ce vice de nature.* Hoc vitium nobis à natura inſitum, inditum, ingenitum

eſt. Innatum eſt nobis id vitii. * **Des Menſchen Natur iſt alſo beſchaffen/daß/ ꝛc.** *La nature des hommes eſt telle, que, &c.* Sic vita eſt hominum: Ita comparata eſt hominum natura: Naturâ ita comparatum eſt: Comparati ita ſumus à naturâ: Ratio ita comparata eſt, viræ, naturæque noſtræ, ut, &c. **Die Natur lehret uns dieſes.** *La nature nous enſeigne cette lecon.* Inſita in animis noſtris notio illa eſt, innata Lex eſt, quàm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Ingenerata, ingenita naturæ virtus. Inſita, vel potiùs innata cupiditas. Quod in ipsâ natura poſitum atque infixum eſt. In animis noſtris informatæ ſunt Deorum notiones. Omnibus eſt à naturâ tributum. Habent hoc omnes à naturâ. Ita facti, ita inſtituti naturâ omnes ſumus. Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui ... Natura cupiditatem ingenuit Homini, veri inveniendi. In omnium animis Deorum notionem impreſſit Natura. Natura inſculpſit in mentibus noſtris. Ita informatum mentibus noſtris. Naturæ jus eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit. * **Von Natur.** *De Nature.* Naturâ: ſuâpte naturâ: *S*uopte ingenio: Suâ indole. Naturæ ductu, ſecreta, occulta, abdita, abſtruſa. * Cujus adumbratam notitiam omnes omnium ætatum homines, animis & mentibus conceperunt; & cujus illuſtrem ſpeciem DEUS in omni ætate voluit eminere. * Quæ cœli luminoſa culmina, maris ſalubria flumina, Inferorum deplorata ſilentia nutibus ſuis diſpenſat.

AMPLIFICAT. Labi ſenſim & langueſcere rerum Naturam, vetus ſed iniqua querela eſt; noſtrâ autem hâc tempeſtate præcipuè invaluit. Nam ut pro Naturæ vigore loquar: annis feſſam & effoetam dicere, aut error, aut inertia eſt. In corpore humano, ut in elementis corruptioni obnoxiis ipſa incorrupta; in ani-

mo

mo ut cœlo, æterna, ſenii expers, ſana, robuſta, fœcunda quoque, ſi colatur. * Natura nihil finxit undiquaque perfectum, ſed urſino quodam more omnia effudit, *vel* ſpecie horrida, *vel* turpitudine tetra, *vel* imbecillitate unica, *vel* ſqualore inquinata, *vel* fœtore putrida. * Tanta naturæ varietas, quam in rebus plurimis, contemplari licet, ut in cœleſti globo ſtellis longè diverſis, velut emblematis vermiculato, in toto terrarum orbe, variis animalium, ac plantarum generibus refertiſſimo, in virentium pratorum amœnitate, in variegatis florum coloribus, in magnâ prædiorum ubertate. * Conſiderate naturam, numquid ab eâ propenſionem habet unusquisque, quâ ad earum rerum ambitum, ad quas natura ſit factum, impellatur? numquid genium mens uniuscujúsq; eſt ſortita, ut inſtinctum ejus non repellat, ſed ſequatur? Numquid ſua cúique eſt idea impreſſa, cujus celeribus motibus ad illud voluntate feratur, ab alio verò abducatur: Perduellis erit, qui naturam frangit ac violat, genioque reſiſtit, multo minus unius certi veſtigium premit, quam ut viam ingrediatur duce natura liberum.

SENTENTIÆ. Naturæ effigies, formula diſciplinæ, forma honeſtatis eſt. (*Anaſt.*) Nulla natura eſt, quæ non ſit ex DEO. [*Aug.*] Omnis natura vel DEUS eſt, vel ex DEO eſt. [*Idem.*] Aëris inſtar eſt natura humana; multâ curâ indigens. [*Ephr.*] Natura ipſa ad omne, quod ei domeſticum eſt, benignè ſe habet. (*Naz.*) Repugnante naturâ, inania omnia ſunt. (*Greg. Th.*) Potentior quàm natura, non æget naturæ miniſterio. (*Chryſoſt.*) Naturæ Leges pervertere, ſummæ temeritatis eſt. (*Idem.*) Res eſt ſubitò inclinans, & omnigenis caſibus quàm maximè obnoxia, hominum natura. (*Idem.*) Durum eſt adverſari naturæ. (*Philo.*) Sordet natura ſine Gratiâ. (*Proſp.*) Natura callida eſt, & multos trahit, illaqueat & decipit; & ſe ſemper pro fine habet. (*Th. Kemp.*) Omne, quod

Digitized by Google

præter naturam fit, laborem dolorémque movet. (*Arist.*) Bona natura exercitationem nacta, & præceptorem candidè docentem, facilè venit ad perfectam virtutis comprehenſionem. (*Lips.*) Naturâ duce errari nullo modo poteſt. (*Cic.*) Tenenda eſt via, quam natura præſcripſit, nec ab illâ declinandum. Illam ſequentibus omnia facilia & expedita ſunt: contra illam viventibus non alia vita eſt, quàm contra aquam navigantibus. [*Sen.*] Naturæ vox omnibus una. (*Comp.*)

SIMILITUD. Quemadmodùm ex eodem luto licet fingere animantia, ac rurſum confundere, atque continenter aliud ex alio facere: Sic natura ex eâdem materiâ genuit majores noſtros: his extinctis nos: deinde alios, atque alios. (*Plut.*) Bos ad aratrum adhibendus, equus ad currum, ad venatum canis, inquit Pindarus: Sic quisque debet eam vitæ rationem capeſſere, ad quàm naturâ ſit appoſitus. (*Idem.*) Ut navem & ædificium idem deſtruit facillimè, qui conſtruxit: Sic hominem eadem, optimè quæ conglutinavit natura, diſſolvit. (*Cic.*)

NAUFRAGIUM. Schiffbruch. *Naufrage.*

ADJU. Maximum, miſerrimum, tantum, univerſum. (*Ex Cic.*) Funeſtum, damnoſum, miſerabile, infelix. PHR. Laceræ navis ſubmerſio. Triſtis naufragii jactura. Navifraga calamitas. Navis clades. Alliſi, aut demerſi, navigii ruina. Navis ipſa, quâ vehebamur, variis turbinibus procellarum quaſſata, utróque regimine amiſſo, ægrè ad ulterioris ripæ marginem detruſa, præceps demerſa eſt. * Schiffbruch leyden. *Faire naufrage.* Naufragium facere, pati. Fractæ navis & fortunarum jacturam facere.

DESCRIPT. Procellâ obortâ repentè, nè abripiantur à fluctibus, aut impellantur ad ſcopulos, alliſaque navis demergatur, nautæ demittunt Antennas, deducunt vela, vel ſaltem ſuſtringunt, contrahunt, colligunt;

Digitized by Google

gunt; quin funes eorum recidunt inſtante diſcrimine, & ſic tutiùs jactantur; aut nè fluctuent, jaciunt anchoram. Quod ſi videant imminere naufragium, faciunt jacturam rerum quamlibet pretioſarum, ſarcinas & merces in mare devolvendo & abjiciendo. Aliàs nè incidant in brevia, ſali profunditatem explorant bolide. Sed ubi horribilior tempeſtas exoritur, Cœlum mugit tonitruis, concurſu, conflictúque nubium fulgura & fulgetræ ingeminant, picea glomeratur caligo; jamque internitente luce, & jam conditâ, nulla certa ſidera fulgent nautis, nox involvit Diem, inhorreſcit & intumeſcit mare procelloſum, fremunt venti, omnia inter ſe elementa incipiunt permiſceri & confundi: ſurgunt decumani fluctus, montes aquarum; provoluntur ad littus; nec jam clavi moderatione declinari poteſt maris incurſus; ſtridunt rudentes; terribili ſonitu feriuntur, & conquaſſantur latera navigii, quod ultra nequit ferre jactationem, nec durare undarum impetum, ut ait Horatius: diſcinditur malus, diſtringitur gubernaculum, ruunt tabulata, coſtæ & ſtatumina divelluntur, remi abrumpuntur, ſubſcudibus revulſis, & laxatis compagibus, via patet aquis, ad quas egerendas hauſtris & ſitulis fruſtrà laboratur. Rectoris voces per procellæ fremitum crepitúmque nequeunt exaudiri; naturarum miniſteria turbantur. Navis hinc dorſo ſurrecta, inde in altum depreſſa, in latus invertitur. Vectores jam in ſublime rapti, indeque protinus in præceps hauſti, aſpiciunt alveum vaſto apertum hiatu. Quis pallor, pavor, trepidatio, vociferatio, vota, comploratio, ululatus, dum præſentem intentant omnia mortem! Ille Divos Divásque in opem vocare; hic beatos exclamare, quibus ſpiritum in terrâ edere, & humo operiri conceſſum ſit: alius deſertos parentes, alius deſtitutam uxorem, & parvos liberos miſereri: hic floridam juventam; ille vitam fortunis affluentem deplo-

rare. Intereà Tempeſtas magis ac magis creſcere, ſpes nulla ſupereſſe ſalutis, navis lacera & exarmata fatiſcere, dehiſcere, hauriri fluctibus. Fluitant remorum fragmina, tranſtra, & cætera inſtrumenta nautica, ciſtæque & ſarcinæ, quæ in homines natantes ſæpe incurſant, & triſtiùs interimunt. Pauci natatu evadunt ad littus; aut tabula in illud ejiciuntur; reliqui ventorum & fluctuum ludibrium, miſerabili fato, undis abrepti ſubmerguntur. V. TEMPESTAS.

NAVIS. Schiff. *Navire.*

SYN. Navigium, cymba, celox, actuarium, ponto, *onis*, navicula, navigiolum. ADJU. Magna, conſtrata, pulcherrima atque ornatiſſima, onuſta prædâ, formoſiſſima, plena argenti, ornatiſſima, referta prædâ piratarum, ſemiplena, idonea, oneraria, *vel* vectoria, parva & arctata, roſtrata, actuaria, mercibus referta, præliaris, ſalva, tuta ac fidelis: egregia; de ſuâ claſſe ornata, atque armata; piratica; *Inanes non modo, ſed etiam apertæ; velivolantes; inopes relictæ à duce præfectoq; claſſis.* (*Cic.*) *Flumine adverſo tendentes; æſtûs autem obniſu hærentes, ac ſubindè cedentes retrò.* PHR. Navigium probum. Amplæ molis, *vel* magni modi navis. Mediæ amplitudinis navis.

AMPLIFICAT. Navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui roſtrum eſt aureum, nec cujus tutela ebore celata eſt, nec quæ fiſcis aut opibus regiis preſſa eſt: ſed ſtabilis & firma, ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, velox & conſentiens vento. * Navis bona fabrefacta, bene intrinſecus compacta, extrinſecus eleganter depicta, mobili clavo, firmis rudentibus, procero malo, inſigni carcheſio, ſplendentibus velis, poſtremo omnibus armamentis idoneis ad uſum, & honeſtis ad contemplationem.

NAUTA. Schiffman. *Batelier.*

SYN, Navicularius, naviculator, vector, navarchus, nauclerus. ADJU. Vigil, ſolicitus, audax, impavidus, ſagax, callidus, ſolers, ſecurus, præſcius, providus, peritus, rudis. PHR. Navigii rector, ductor, dux, moderator, gubernator, magiſter, præfectus. AMPLIFICAT. Qui vix nati nubibus aſſueſcunt, ventos provocant, imbres ferunt, cum aëre nudo & Jove contrahunt. Quicquid deniqúe mortem inferre poteſt, aut laceſunt aut negligunt. Mare non accolunt ſed incolunt; & aut navigant optimi, aut natant, nec referre putat Tacitus, brachiis utantur an remis. * Qui mare non reformidant; nec Scyllam inter & charybdim provocare mortem extimeſcunt; ſed quibus ita omnibus eſt navigatio cordi, ut nec ventorum minis, nec horrore tempeſtatum exanimentur. * Qui non in piſcinis, ſtagnis, tutis, tranquillisqúe portubus; ſed in alto, latentes inter ſcopulos ac ſyrtes, in ipſis periculis, cum antennæ gemunt, rudentes ſibilant, malus concutitur, jactatur navis ventis & fluctibus, & nautarum tum rigent manus, tum vultus exalbeſcunt: non tam præcepta dictataque accipiunt à Magiſtro navis, quam procellarum, tempeſtatum ac periculorum erudiuntur magiſterio.

NECESSITAS. Nothwendigkeit. *Neceſſité.*

SYN. Vis, fatum, ſors. ADJU. Crudelis, multa, divina, honeſta, fatalis, magna, nimia, nova, probabilis. (*Cic.*) Dura, inevitabilis, ſumma, ultima, extrema, violenta, inimica, inviſa, urgens, urgentiſſima, ineluctabilis, conſectaria, inſuperabilis. PHR. Artis magiſtra neceſſitas, nullis adſtricta legibus. Neceſſitas ultimum ac maximum telum. [*Liv.*] Pareatur neceſſitati, quam nè Dii quidem ſuperant. [*Idem.*] Omnia experiri neceſſitas ſubigebat,

Efficacior omni arte neceſſitas. (*Curt.*) In rationem neceſſitas verſa. Neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. (*Sul.*) Coactus rerum neceſſitudine. Eò neceſſitatum compulſi. Neceſſitate acta virtus, cauſa victoriæ fuit. Si aliquando neceſsitas nos ad ea detruſerit. Rigida & infracta vis neceſsitas; quæ omnia domat, ſuperat? & cui, mirabor, ſi reſiſtis. (*Lips.*) Cui tota natura ſubjecta eſt.

SENTENTIÆ. Nihil tam neceſſarium, quàm cognoſcere, quid non ſit neceſſarium. (*Ambr.*) Neceſsitas, quæ invito imponit obſequium, affert plerúmque faſtidium. (*Idem.*) Felix eſt neceſsitas, quæ in meliora compellit. [*Aug.*] Quis eſt, qui non cibo rapiatur aliquando extra metas neceſsitatis? (*Idem*) Neceſsitate vivimus, neceſsitate morimur. [*Idem.*] Omnium actionum humanarum mater eſt neceſsitas. [*Idem.*] Ubi nulla adverſitas turbat, ibi nulla neceſsitas anguſtat. (*Idem.*) Neceſsitas multorum, eſt virtus paucorum. (*Bern.*) Veri Philoſophi ultra neceſsitatem nihil expetunt. [*Chryſoſt.*] Vehemens quædam res eſt ac violenta, neceſsitas. [*Synes*] Neceſsitas no ſubditur legi. [*Th. Aquin.*] Neceſsitati qui probè ſe accomodat, ſapit; eſtque rerum divinarum conſcius. (*Epict.*) Neceſsitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium eſt. (*Sen.*) Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſsitas extundit. (*Idem.*) Quod fieri neceſſe eſt, voluntariè ſacrificato. (*Sixt. Phil.*) Humanæ imbecillitatis efficaciſsimùm duramentum eſt neceſsitas. (*Val. Max.*) Tolerabilis norma votorum neceſsitas eſt. (*Nier.*) Ubi enim magis eſt rationabilis voluntas, quàm cum magis irrationabilis neceſsitas. [*Idem.*] Invadit, & cuncta coliber neceſsitas. (*Idem.*) [*Idem.*] Neceſsitate nihil fortius eſt. (*Lips.*)

NEGLIGENTIA Nachläſſigkeit. *Negligence.*

SYN. Incuria, ignavia, inertia, deſidia, pigrities, indiligentia, torpor, ſocordia. ADJU. Supina,

na, ſumma, extrema, maxima, mira, diſſoluta, turpis, obſcura, inertiſſima. PHR. Deformitas negligentiæ. Defectus debitæ ſolicitudinis. [*Th. Aq.*] Debitæ circumſtantiæ derelictio, in bono opere faciendo. (*Bonav.*) Animi torpor, quo quis minùs diligens eſt, in exequendis officiis ſibi commiſſis. (*Bern. Sen.*) Unfleiſſig. *Negligent.* Negligens, incurioſus, parum ſedulus minùs ſolicitus. Alicujus rei, *vel* in aliquâ re faciendâ negligens. Indiligens. Ex neglectu contemnens, parvi pendens, aſpernans, aliquid deſpicatui habens. Qui in aliquo munere obeundo ſegnem ſe, negligentemque præſtat. Qui aliquid agit molli brachio, ſegniter, ſocorditer ac perfunctoriè, ſolutè & oſcitanter, indiligenter. In hoc homine colendo tam indormivi diu.

AMPLIFICAT. Nihil eſt, quod juveni tantoperè noceat, nihil quod ab ingenuis diſciplinis retrahat, quàm ad ſummam eruditionem evadendi negligentia: hæc peſtis ingeniorum eſt, hæc fortem & audentem animum infringit, hæc diſcendi cupiditatem atque ardorem reſtinguit; hæc omnes animi vires debilitat; hæc denique non tantum remiſſum & in ſtudiis frigidum, ſed etiam prorſus inertem reddit.

SENTENTIÆ. Quod facit fluctus irruens, hoc & ſentina neglecta. (*Antonin.*) Sicut in unoquoque opere bono, mater eſt diligentia: ita univerſæ doctrinæ & diſciplinæ noverca eſt negligentia. (*Aug.*) Minimorum neglectus, impedimentum eſt maximorum. (*Bern.*) Neglectus eſt languor inertiæ. (*Idem.*) Status hominis negligentis, eſt domus ruinoſa. [*Idem.*] Certè nihil eſt magis iniquum iniquitati, quàm negligentia. [*Innoc. III.*] Perditionis noſtræ cauſa nulla alia eſt, quàm negligentia noſtra. (*Chryſoſt.*) Nihil deterius incuriâ mentis. [*Trith.*] Mens per negligentiam paulatim defluit, & uſu continuato ad deteriora prolabitur. (*Petr. Bles.*) Negligentia corrumpit animi-

nimum. (*Cic.*) Turpiſſima eſt jactura, quæ per negligentiam fit. (*Sen.*) Cur unius horæ audes jacturam facere; cum per Æternitatem non poteris DEO ſatisfacere pro beneficio minimo, quod hoc momento accipis, ex infinito DEI amore procedens? (*Nier.*)

NEGOTIUM. **Geſchäfft.** *Affaire.*

Negotiolum, occupatio, opera, æ, operæ, *arum*, opus, opuſculum, res, munus, cura, provincia, labor. ADJU. Audax, certum & jucundum, dignum, facetiſſimum, impudens; ineptum & græculum, ſed tamen fortunatum: lautum, lentum, luteum, odioſum, otioſum, ſalubre & honeſtum, ſuſpicioſiſſimum, turbulentum, vulgare & notum, moleſtum & operoſum, invidioſum, plenum laboris & periculorum, aſſiduitate moleſtum; à dignitate alienum, à meis ſtudiis abhorrens, ab omni genere litterarum alienum, expeditum, forenſe. * Plurimum negotii. Negotiorum magnitudo, *vel*, varietas. * **Ein Geſchäffte verrichten.** *Faire un affaire.* Rem gerere. Negotium obire, agere, adminiſtrare, curare, tractare. Negotium conficere, tranſigere, expedire, explicare. Rem gerere, & ad exitum perducere. * **Seinen Geſchäfften abwarten.** *Faire ſes affaires.* Rebus ſuis proſpicere, negotiis conſulere, Rationibus ſuis providere. * **Anderer Leuten Geſchäfften verrichten.** *Faire les affaires des autres.* Aliena curare negotia. Res alicujus diſpenſare. Alicujus negotia procurare, agere. * **Einer / der ſeine Geſchäfften wohl verrichtet.** *Un Homme, qui fait biens ſes affaires.* Homo ſui negotii benè gerens. Prudens adminiſtrandi negotii. * **Saumſelig in ſeinen Sachen.** *Negligent à faire ſes affaires.* Homo res ſuas negligentiùs gerens. Rebus ſuis indormiſcens. * **Viel Geſchäfften haben.** *Avoir beaucoup d' affaires.* Magnis, multis, graviſſimis negotiis

gotiis implicári, impediri, irretiri, distineri, constringi, occupari. In negotiis plurimis versari. Obrui negotiorum mole. Negotiorum multitudine opprimi. Tot tantisque negotiis distentus est, ut liberè respirare non possit. * **Sich in gar keine Sach einmischen.** *Ne se mêler d' aucune affaire.* Vacare à negotiis. Curâ, *vel* negotio vacare. Vacare animo. Vacuo esse animo. Soluto liberoque animo esse. Ab omni curâ & administratione rerum vacare. Sevocare animum à negotiis. Nihil negotii habere, nec sui, nec alieni. * **Von Geschäfften erledigt werden.** *Etre deslivré, exemté d' affaires.* Emergere ex negotiis. Ab occupationibus se expedire. Se evolvere occupationibus. Extricare se negotiorum turbis. E curarum undis emergere. Exolvere se negotiis. Vindicare se à negotiis. E negotiorum labyrintho exire. E malis eluctari. Negotiis liberari. * **Grosse Geschäfte erfordern grosse Mühe.** *Les grosses affaires requirent de gros travail.* Magna negotia magnis indigent apparatibus. Quorum enim variè intricata initia Numen posuit, horum necesse est & fines longioribus ambagibus peragi. Alioqui ea; quæ longum tempus conflavit: brevi temporis momento regere haud quaquàm conducit: præsertim capite & fundamento toto, ex quo prorsus hoc negotium & inventio pendet. (*Heliodor.*) **Er ist sehr beschäfftiget.** *Il est fort occupé.* Maximus occupationibus distinetur, occupatur. Næ ille est implicatus molestiis, operosisque negotiis. A negotiis nullus ei dies vacuus est. Est distentus opere. Est negotiis districtus. Negotiosus est, *vel* negotiis negotiosus.

SENTENTIÆ. Nemo invideat otio meo: quia meum otium magnum habet negotium. (*Aug.*) Majorum nugæ negotia vocantur. (*Idem.*) Vix homo prosperatur, qui dimissis negotiis proprtiis, solicitus est de alienis. (*Bern.*) Abrumpatur illa interminabi-

lis

lis sæcularium negotiorum catena, & ille de necessitatibus multis unus per totam viam labor. [*Eucher.*] Otiosa vitæ tranquillitas, negotiorum splendore pretiosior est. [*Naz.*] Diabolus semper ingerit compendiosa negotia, ut anima pecuniâ decipiatur. (*Chrysost.*) Mens terrenis obtenebrata negotiis, frustrâ se in contemplationis culmen attollere nititur; dum actionum sæcularium merito, quasi congestis lapidum ruderibus aggravatur. [*Petr. Dam.*] Prospera negotia, cùm divinâ suffragatione foventur, humanâ minùs indigent. (*Val. Max.*)

SIMILITUD. Navis tempestatibus non agitata, secundo vento navigat: & anima sæcularibus absoluta negotiis in portu quiescit. [*Chrysost.*] Quemadmodùm vincti difficulter incedunt: Sic cursum virtutis purum non absolvunt, vitæ negotiis implicati. [*Max. M.*] Ut labyrinthos non oportet ingredi sine filo, quo securiùs possis redire: Ita non est suscipiendum negotium, nisi priùs perfectâ ratione, quâ te possis inde rursus explicare. [*Erasm.*] Ut citiùs fatigatur, qui quam longum sit iter nescit: Ita minore tædio rem gerit, cui negotii ratio modùsque præcognitus sit. (*Idem.*)

NEQUAM. Schelm. *Coquin.*

SYN. Improbus, nebulo. PHR. Nihil & nequam homo. Vile ac nequissimum caput. Homo nihili. Hominum nequissimus. Dissolutus & nequam. Vespillonis atque exoleti scorti progenies. Fur, plagiarius, crucis candidatus, & esca patibuli. Monstrum in ultimas terrarum oras deportandum; & ex ipsis humanæ naturæ finibus exterminandum. Impurissimus scurra, perfidæ, profligatæque turpitudinis & morum immanitatis. Bipedum nequissimus. Juratus virtutis & honoris hostis. Triveneficus, Acheruntis pabulum, & perjuriosissimus. Verbero, ver-

be-

Digitized by Google

berabilisſimum caput: plagigerum genus hominum: gymnaſium flagri, ſtimulorum tritor, pugnis pectendus. Architectus ſceleris. Nefarium caput. O caput inſulſum, & mentem turbatam! Funeſti Sanniones. Lutei ſpurciſſiniique Honunciones: ſordes atque ejectamenta terræ. Viliſſimi Profligatores.

AMPLIFICAT. Nemo eſt unquam inventus, tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe cum eo fuiſſe fateretur. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta tuæ vitæ eſt? * Ille, ille, ſcelerum omnium machinator, ſeculi labes, portentum immaniſſimum, fatale monſtrum urbis & orbis, libidinum omnium & ſcelerum ſatelles, * In quo videritis nequitiam vel malitiam ipſam adumbratam omne vitium ſuis coloribus expreſſum, omne ſcelus in aliis diſperſum, in hoc quo, penè dicam ſolo homine, fuiſſe collectum. En præclarum inſignis aliquando vitæ fundamentum! E pueris exceſſit, togam que virilem ſumpſit, ſed hanc ſtatim muliebrem ſtolam effecit: en robuſtioris ætatis initium quàm fœdum & infame! Vulgare ſcortum factus primo, & meretricium quæſtum ſuo corpore quæſivit, ut etiam ab adoleſcente flagitium emeretur. Mutata conditio vitæ, ſed non ſcelus, quem vincit libido, quem ſuperat impudentia, quem infamia, & infamis fœda luxuriæ ſpurcities extinguit, vir omni labe nequitiaq; conflatus. * O virum nequitiâ ipsâ & omni ſcelere deteſtabiliorem! ô portentum! Ita nullus ſceleratior extitit aut amentior unquam.

NOBILIS. Von Adel. *Noble.*

SYN. Clarus, inſignis. ADV. Admodùm, facilè, ſanè. (*Cic.*) PHR. Nobili, bono, ſummo, amplisſimo genere natus. Honeſto loco natus Claris-

rissimo patre natus. Non ignobilis. Nobilibus Avis, Majoribus, equestri loco ortus. Regali sanguine creatus. Nobilissimâ familiâ natus. Stirpe antiquissimâ ortus. In summâ familiâ natus. Honestissimi & nobilissimi generis. In veteri dignitate, fortunâque natus. (*Ex Cic.*) Veteris prosapiæ, ac multarum imaginum. Vir generis nobilitate conspicuus: familiæ splendore clarus: generis dignitate insignis: vetustate familiæ illustrissimus: Majorum commendatione insignis: stirpis antiquitate commendatus. Quem Majorum claritate illustrem in mortalitatis theatrum natura produxit. Qui natalium claritudine est conspicuus. Cujus nomen & genus à dei aut præstantissimi alicujus viri prosapiâ videtur derivatum. Qui tot nobiles in suâ gente nominat, quot vix alii numerare possunt homines. Cujus gens solâ antiquitate laborat, quæ propemodùm sicut dignitate antecedit plurimos, ità vetustate annos & spatium temporis post se relinquit, ut cujus facta omnes admirantur, ejus ægrè quisquam invenire possit originem. Stemmatis ortu nobilissimus, sapientiæ ornatu splendidissimus, doctrinæ cultu præstantissimus. In quo singula illa, quæ illustria & eximia, sunt vitæ & sanguinis monumentum. In quo occurrunt omnia insignia, genus ad stimulum, indoles ad gloriam, educatio ad virtutem, singula ad spem singularem. Cujus gens à memoriâ patrum supra Romanos repetita sic stetit, ut nunquam ceciderit: sic nunquam cecidit, ut semper progressa sit, ut cum nec potuerit progredi, quod fuit potentiæ: nec voluerit regredi, quod fuit generositatis: cogeretur tamen per omnes Germaniæ partes diffundere, tanquam arbor ramos, suæ virtutis vires. Ad corporis oppositum promptus, paratus, ad arma capessenda: expeditus ad excubandum pro patriâ: ad sanguinem denique pro domino suo effundendum propensus atque proclivis. Non aviâ virtute, non fumosis majorum imaginibus,

non

non opibus atque divitiis elatus. Nobile ſemine ortus, & alto ſtemmate illuſtris. Qui ſanguinis fundamento nixus, lubricis familiarum gradibus ad gloriæ faſtigium contendit. Glorioſum liberis eſt, generoſos eſſe parentum ſanguine, nobiles eſſe Majorum ſtemmate. Mille jam anni & eò amplius ſunt, cum hæc nobiliſſima familia floret, aliosque aſſiduè ex aliis principes perpetuâ quâdam ſerie propagat. Familia, quæ mihi cum ancilibus ſuis è cœlo delapſa, aut ab ipsâ virtute genita atque educata videtur. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris in parte primâ ædium collocant, noti magis, quàm nobiles ſunt. (*Sen.*)

Du haſt deiner Famili den Adel zugebracht. *Vous avez annobli vôtre famille.* Clarum ſtemma tuo generi addidiſti. Familiam tuam claro ſtemmate donaſti. Tu tuæ genti plurimum ſplendoris ac dignitatis adjeciſti. Latentem in obſcuritate majorum, & ſub adverſæ fortunæ pede proſtratum in lucem nobilitatis, & in fortunæ ridentis exemplum evexiſti: atque ità erexiſti, ut in oculis univerſi regni gentiúmque cœterarum clariſſimum utrúmque tuæ gloriæ monumentum exiſtant. *

Einen in den Adelichen Stand erheben. *Ennoblir quelqu'un, luy donner titre exdroit de Nobleſſe.* Quempiam, in nobilium ordinem adſcribere, adſciſcere; in nobilitatis claſſem ac dignationem cooptare, adrogare, adoptare. Plebejum hominem, jurâ ac prærogativâ nobilium donare, inſignire, impertire. * **Durch meine eigene Tugend hab ich den Adel erworben.** *Je me ſuis ennobli par ma valeur.* Rebus præclarè geſtis nobilitatem invexi in meam familiam. Generi meo ſplendorem accerſii. Claritatem adſcivi nomini meo. A parentibus non accepi nobilitatem, ſed peperi. A me ortus & per me nixus, in nobilium ſupremo gradu ſedeo.

AMPLIFICAT. Genus tam antiquum, tam diffusum, tam illustre tibi est, ut per catenam quandam plus quàm Homericam, quà Consanguinitatis quà Affinitatis vinculis connexam inter altissima Terrarum Diademata verseris: & usque ad suprema generis humani fastigia caput attollas, supremæque idcircò nobilitatis particeps sis. Si enim definiente Aristotele Nobilitas dignitas quædam Majorum est, quanta Nobilitas tua erit, cujus Majorum dignitas quoquoversum spectata penè est immensa? * Qui Avorum glorias traxit in compendium, Antecessorum laudes coëgit in proprias, Majorum splendorem geminavit in suo; & tantum unus in suæ vitæ contulit apparatum, quantum generosæ claritatis numerosissima multitudo discerpsit in partes. * Quod dum dico; nolim ego in Catharinæ laudes Regium sanguinem, Majorum purpuras, avorúmque sceptra adnumeretis. Non sunt tua, quæ Majores traxerunt paludamenta, nemo alio splendore evasit illustrior: suâ Phœbus trabeatur luce, neque geminatis splendidior redditur Panathenæis: suo quisque est dives, & domestica felicitate beatus. Qui circumstantibus gaudet, domesticam profitetur egestatem. Neque à crusta murum, neque à vagina gladium, neque à phaleris equum, neque virum à basi æstimamus. Pumilionem sive in Tauri montis supercilio, sive Armeniâ collocaris in rupe, nunquam evadet Hercules, nunquam crescet in Atlantem. Quare ne mendicam alienæ laudis effecerim Catharinam, de suo commodo. Frustra verò etiam Amoris subsidium mendicatur ab avis, suffragium ab opibus; à flore vultûs Imperium. Non sunt illustres Avi, quos vanitatis fumus involvit: non est generosus sanguis, in quo virtus non bullit. Obscurum est stemma, à quo cùm cætera traxeris, splendorem animi derivare non potes. Illos solùm Majores cense, quorum te vel formant exempla,

vel

Digitized by Google

vel instituunt leges, vel erudiunt documenta: quorum non tam nomine gaudeas, quàm virtutem imiteris; non tam sanguine superbias, quàm conjuncta cum commendatione facinora, jure possis æmulari. Plebejum enim verò nepotem facit, qui præter nomen nihil, nihil præter sanguinem transcribit. * Quod dum una mecum concluditis, nolite obsecro, nescio, quas, inanes nominis umbras, aut otiosam in Barbara concipere nomenclaturam. Alexander ille, degener sui nominis hæres, potuit à Macedone increpari, juberique vel Alexandri nomen ponere, vel motus Alexandri induere. Illis ignava sunt omnia, qui quam jactant sanguinis claritatem, factis obscurant: quibus paternus est gladius, sed timida manus: Majorum sunt clypei, sed ignavo pulvere sordidi: intrepida Majorum est cassis, sed leporis caput: quibus præter nomen virtutis avitæ, nihil est super: quibus nomen ipsum suæ est segnitiei exprobratio, Barbara quod in nomine gessit, expressit in factis. * Viderat propagatum in virgine, noti Principis verendum stemma, in qua unâvivâ veluti plurimorum epitome & historia, Majorum legebat illustres à sanguine atavos, Augustos à fama proavos, Urbium labantium colossos, nutantium populorum præsidia, gentium decora, pacis firmamenta, munimenta belli, Provinciarum Hercules, Regnorum, Rerúmque publicarum æque serenâ tranquillitate florentium, ac turbatâ tempestate fluctuantium Atlantes. * Erat Puella Romana, quæ in consanguinitatis arbore stabat tam alta, ut infrà se haberet Avos, Abavos, Proavos, Atavos, Tritavos, Majores antiquissimos: quos si numerâsses, in abyssum decidisses.

NOBILITAS. Adel. *Noblesse.*

PHR. Generis nobilitas. Gentis claritas, Natalium claritudo. Familiæ splendor, Generis, nomi-

nis amplitudo, dignitas. Stirpis antiquitas, * Der wahre Adel beſteht allein in der Tugend. *La vrage nobleſſe conſiſte uniquement dans la vertu.* Non in origine præclara, non in famoſis Majorum imaginibus: non in multitudine titulorum, ſed in virtute, in ſcientiâ, in animâ præcellentibus hiſce dotibus ornata conſiſtit vera nobilitas. * Non clarorum Majorum ſucceſſio, non generis antiquitas, non cenſus ac divitiæ, non aureæ cicadæ aurium locis inſertæ, non torques & annuli, non enſes & clypei; ſed virtus ornat nobilitatem. * Non ii nobiles exiſtimandi ſunt, qui pretioſis atque auratis veſtibus induuntur: ſed qui virtute ſuâ, ſe ſuosque pro virili conantur illuſtrare.

AMPLIFICAT. Malè judicat, apud quem natalium conditio momentum addit dignitati: malè promovetur, quem non ſua, ſed Patris commendant merita: indignè ſortitur officium, quem ſanguis facit honoris Candidatum: faſces capeſſit immeritus, qui præter Porphyrogeniti faſcias nullum ad honores momentum adfert: nec meretur poni ſuper candelabrum, qui ceris Majorum tumidus, penes nomen Illuſtriſſimi, Atticam in capite noctem nutrit. Langueſcet virtus, induſtria omnis interibit, ſi ſola nobilitas præmia retulerit & officia. Non enim ex hortis tantùm, ſed è vulgaribus campis, agreſtibúsque pratis ſua legunt Mella apiculæ, ceramque vel Principum menſas, vel Divûm altaria illuſtraturam, conficiunt. Nemo ideò dignior eſt, quia Patre nobilior; niſi nobiles ejus laudes moribus ſuis in Epitomen cogat; nec tam ſanguinis & fortunæ, quàm virtutis ſucceſſor audire mereatur. Sæpe enim procul à ſtipite proprio poma, imò mala cadunt; à longè petita imfirmáque eſt prærogativa, quæ mutilis Anteceſſorum ſtatuis innititur. Vetere ſcriptos charactere tuorum faſtos exhibere ſatis non eſt, ſine faſto Filius in folio Doctorem agat. Vanum eſt deſidi glorioſa Patrum geſtare nomina, qui ſolus otio ſterileſcit,

leſcit, & nihil præter paterni nominis Syllabas ſuum fecit. Quæ ignium fatuorum eſt gloria, quòd ſerenisſimam Solis Majeſtatem Patrem habeant? quando ipſi tenui, eâque umbratili ſcintillâ, grandes inter tenebras, non tam micant, quàm ludunt. Non omnes, qui matre naſcuntur Aquilâ, Solem ferunt: multæ rupibus alitæ, degeneris naturæ pœnas luunt. Magnum videlicet eſſe, & à magnis natum, duo ſunt; adeò non rarè inter ſe diſita, ut Parens illuſtriſſimus obſcuræ notæ filium, Avúsque aureus plumbeum nepotem ſortiatur. Magnum appellari dedecet potiùs, quàm decet, qui natus eſt virtute. * Nobilitas flos ſubditorum, Magiſtratûs præſidium, Germaniæ totius propugnaculum firmiſſimum eſt.

SENTENTIÆ. Nobilitas aurora Principum, & vena quædam eſt immortalitatis (*Izquierdo.*) Nobilitas eſt virtus generoſorum morum. (*Plato.*) Probati viri genus, virtutis proſapia eſt. [*Ambr.*] Commune malum nobilitatis eſt ſuperbia. [*Antonin.*] Mala nobilitas eſt, quæ ſe per ſuperbiam apud DEUM reddit ignobilem. (*Aug.*) Nemo nobilis, niſi quem nobilitat virtus. (*Beda.*) Summa apud DEUM eſt nobilitas, clarum eſſe virtutibus. [*Idem.*] Quàm ſit inane, quàm futile nobilitatis nomen, quis non videat? quæ ſi ad claritudinem refertur, aliena eſt. [*Boët.*] Nomen inſtabilis fortunæ eſt nobilitas. (*Euſeb. Cæs.*) Summa apud DEUM nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus. [*Hier.*] Nobilitatis tuæ ad hoc tantùm memineris; ut cum claritate generis, morum ſanctitate contendas. (*Idem.*) Plerúmque nobilitas carnis, ignobilitatem parit mentis. (*Idem.*) Meliùs eſt, ut in te glorientur parentes, quàm tu in parentibus. (*Chryſoſt.*) Quid jactitas genus tuum? Quem te ipſum facis? Vaga & incerta eſt hominum generatio: & quandóque putatur filius Principis, qui filius eſt culinarii hiſtrionis. (*Petr. Bles.*) Ut anima præfertur corpori, Sol Lunæ, aurum

plumbo: Ita nobilitas ſcientiæ, quæ dicitur animi, præponenda eſt civili. (*Anon.*) Nobilitas licet nomina familiarum ſuarum longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris oſtendat, ſtercus eſt; nî habeat comitantiam virtutum. (*Sen.*) Non facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus; ſed animus facit nobilem. (*Idem.*) Qui ſuperbit de nobilitate, aut nobiliori ſanguine, de ſtercore nobiliori intumeſcit. (*Hoſtiens.*) Gloriari poſſumus, à claris Majoribus ſanguinem, artus & viſcera nos accepiſſe; nobilitatem nequaquàm; quæ tota ex animis noſtris pendet, non aliunde. (*Platin.*) Stultum eſt, gloriari, te parentem habuiſſe bonum, cùm ſis ipſe malus; & turpitudine tuâ dedecori ſis pulchritudini generis. [*Lud. Vives:*] Vero verius eſt, nobilem aliquem eſſe, & non nobiliter vivere, parum eſſe. (*Guido Pap.*) Nemo nobilium ex cœlo delapſus fuit. Ea propter ſi Protoplaſtus Adam è mortuis reſurgeret; quamvis indubitato omnium Imperatorum, Regúmque ſit Sator, communiſque Parens, de nobilitate ſuâ neutiquàm tamen gloriari poſſet. (*Anon.*) Antiquiſſimus genere DEUS, Majores non habet; adeò eſſe vera Nobilitas ſine Majoribus poteſt. (*Jugl.*)

SIMILITUD. Aurum de terrâ naſcitur, ſed non eſt terra; aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur: Sic nobilitas. (*Chryſoſt.*) Ut arbor ſtrophæis onuſta, non ideò truncus eſſe deſinit, qui fuit; quæ honori fuerunt aliis, ipſi nonniſi oneri ſunt. Ita prorſus egregia Anteceſſorum nobilium facinora ignominiæ & dedecori ſunt, niſi eadem imitetur. (*Savedra.*) Ut Lampyrides non ſunt conſpicuæ, niſi noctu, aut in obſcuro: Ita quidam non ſunt illuſtres, niſi inter humiles & idiotas: obſcurantur autem inter egregios. (*Eraſm.*) Minimi cancri, quos pinnoteras vocant, quò tutiores ſint, inanium concharum teſtis ſe condunt; & cùm accreverint, migrant in capaciores: Ita qui-

quidam Majorum ſuorum titulis tuentur ſe ſe; cùm ſuis diffidant virtutibus. (*Plin.*) V. VIRTUS.

NOX. Nacht. *Nuit.*

SYN. Tenebræ, caligo. ADJU. Acerbiſſima, cœca, prope extrema, hyberna, obſcura, ſerena, fauſta, funeſta ac luctuoſa, intempeſta, præceps, longa, proxima, media, multa, ſempiterna, ſocia, ſtellans; *contractiores.* (*Ex Cic.*) Infanda nefaſtáque. PHR. Obſcuræ noctis imago. Nocturnum tempus. Noctis umbræ, caligo, tenebræ. Sub obſcurum noctis. Poſt occaſum Solis Lux eſt dubia, crepera, ſeu crepuſculum veſpertinum; ſera & ſuprema, ſeu extrema dies, aut tempeſtas: Poſtea nocteſcit ac contenebrat, & fax eſt prima; deinde Concubium; & hinc mox adulta, intempeſta, multa, ſilens; exinde media. Multâ de nocte. Cum terras nox opacâſſet. Stellanti nocte. Convolvebat ſe ſe jam in noctem dies. Concubiâ nocte. Noctuabundus ad me venit. Luna pernox erat. Noctis ſilentio. Ubi nox appetit. Primæ noctis ſilentio. Nocte ſubluſtri. In ſerum noctis. Noctis interventu. Noctem ſubnubilam nactus. Spiſſiſſima nox. Nox ſideribus illuſtris. Nox per diverſa inquies. Provecta nox erat. Adultâ nocte. Nox atra nubibus. Noctis nigrore. Nocturni temporis inſolentia, quæ horrorem vel fortiſſimis pectoribus incutit. Illud tempus, quod Africam in Europam, Æthiopes in Germaniam transvehit; & nigrum colorem albis corporibus inducit. Obſcura nox velum ſuum rebus obtenderat mortalium. Noctis illunio tempore, quo ſomnus obvius, impetu primo corda mortalium validus invadit, ac premit. Deſierant latrare canes, urbesque ſilebant; omnia noctis erant placidâ congeſta quiete; vel ut cum Varrone clariùs dicam, iam noctis meridies erat: cùm tetigit me virgâ valentiore dius ſomnus.

AMPLIFICAT. Cerne, ut occidente die, quasi natura omnis esset extincta sepultáque tenebris, amicitur veste funebri mundus; ut accensæ micant toto æthere funestæ faces; ut cœlum, quod manè, præ lætitiâ colliquescebat in rorem melleum, serò solvitur in noxium fletum; ut evanescit orbis pulchritudo, ut obsoleſcit splendor urbium, camporúmque amœnitas, & plantarum viror, & florum decor, & totius telluris honor; ut triste silentium cuncta tenent, dum solæ noctuæ, soli Bubones, Vespertiliones ac Ranæ infestant omnia ferali cantu, sibilis horrisonis, infaustis stridoribus, & coaxationibus malè ominosis. Interea cæteras animantes stupor ac pavor occupat, volucres gemunt in nidulis, pecudes latitant in antris, feræ fremunt in cavernis, & homines jacent in lectis, oppressi somno, sopore obruti &c. * Non adstipulor iis, qui noctem Lemurum spectrorúmque matrem edixerunt; sed ut adstipuler iis, qui Latonam eam diei parentem dixerunt, cogit natus gratiæ meridies in vespera sæculorum. Non trahor ab iis, qui gratissima Diis sacrificia nocte peragi imperârunt, facit hostia illa, quæ hac nocte ad Sacrificium Vespertinum præparatur. Non sequor eos, qui ut jugulent homines, surgunt de nocte; sed ût sequar eos, qui per noctem quærunt, quem diligit anima, invitant Bethleemici Pastores, qui per noctem ad tugurium deducti invenerunt Infantem positum in præsepio. Non probo eos, qui mortem mediâ nocte mundum ingressam fabulantur, sed ut probem eos, qui Amorem nocte regnum mortis penetrâsse, eique fatale telum eripuisse comminiscuntur, efficit peregrinus in terris Amor; qui hanc mundi regionem & umbram mortis nocturno tempore est ingressus, mortem nostram moriendo destructurus.

NUBES.

NUBES. Wolck. *Nuée.*

SYN. Nubila, *orum.* Nubecula. ADJU. Cœleſtis, cærulea, opaca & atra. (*Cic.*) PHR. Concretus in aëre vapor. Nubium tenuis humor & roſcidus. Eſt nubes ſpiſſitudo aëris craſſi. Denſatus aër nubium craſſiore corio ſpiſſatur. Adeò ſpiſſæ intendêre ſe nubes, ut conderent lucem. Obductâ nubium cute. Dum nubes præcipiti jam die, à Sole, cujus præviæ ſunt radiis, ſplendorem mutuantur; eidem quóque jucundiorem ſpeciem rependunt. * Der Himmel überziehet ſich mit Wolcken. *Le Ciel ſe couvre de nuées.* Intendunt ſe cœlo nubes. Cœlum nubibus obducitur, obſcuratur. Obductæ Cœlo nubes caliginem afferunt, lucem eripiunt, obſcuritatem pariunt, Solem condunt. Nubes ſublimè volitant; quibus omnis & exortus eſt terrenus, & rerrò defluxus in terras eſt.

AMPLIFIC. Nubes vaporibus conſtant & exhalationibus. Vapores ab aquis eliciti, frigidi cùm exiſtant humidiqúe, meteoris aqueis materia ſuppeditant. Exhalationes contra, quæ naturâ ſiccæ calidæque ſunt, meteoris igneis materiam præbent. Excitati calore ſolis, tam vapores, quàm exhalationes, mediæ regionis aëris frigore denſantur in nubes, ibique ſuſpenſæ cernuntur. * Nubes concretas videmus, quæ ſi usque adeò leves forent; ut ea, quæ omninò carent pondere, nunquam infra juga (ut ſæpè numero animadvertimus) gravatæ, caput editi montis ceu quibusdam curvis torquibus coronarent. Porrò ſi ſuâpte naturâ tam ſpiſſæ ac graves forent, ut nullo illas vegetioris levitatis admixtio ſublevaret, profectò non ſecus quam plumbi robur, & lapis ſuoptè niſu caducæ, terris illiderentur. Nunc enim vero pendulæ & mobiles, huc atque illuc vice navium in aëris pelago ventis gubernantur: paululum immutantes proximitate & longinquitate, * Nubes ſi fœcundæ

ſunt, humore aquæ veluti ad fœtum edendum, deorſum degraſſantur, atque ideô humidiores humilius meant, Aquilonis: agmine tractu ſegniores: ſudis verò ſublimior curſus, & tum lanarum velleribus ſimiles aguntur, cano agmine, volatu perniciore. * Ego nubem non modò terræ partum nobiliorem dixerim, ipſiusque terræ, quod mirum eſt, fœcundum uber, parentisque nutricem, non Cœli decus, ætheris hoſpitem; ſed ventorum ultrò citróque commeantium currum, flumen penſile, cœlique contra impios Gigantum conatus propugnaculum. * Quo quidem ex opere tam illuſtri, tamque excelſo, utrum plus incommodi ducatur, an utilitatis, anceps eſt prorſus æſtimatio. Terras quidem irrorat, & in illas paſſim diffluens, herbeſcentem illam agrorum viriditatem, illas omnes arbores, omnisque generis plantas elicit; ac perſæpe fulmina contorquet, quibus exurantur, atque hinc inde disjiciantur. Contra nimios ſolis æſtus, peſtiferosque aſtrorum ignes defendit: at quantoque languenti & inerti corpore terris incubans ſterilitatem iis, aut etiam peſtem cœcis vaporibus inurit. Rorem ſpargit, quo reficiantur ab æſtu diurno gramina; ſed & grandinem ejaculatur, proceſſas invehit ac turbines; quibus non ſata modò, ſed & ipſæ quercus, imò & domorum culmina proſternantur.

O.

OBEDIENTIA. Gehorſam! *Obëiſſance.*

SYN, Obtemperatio, obſervantia, obſequium, obſequentia. ADJU. Prompta cœca, religioſa, parata, mira, ſumma, ſancta, nimia; honeſta, & omni, diſcretione ornata. (*Aug.*) PHR. Propenſio animi.

Digitized by Google

animi, ſponte ac ſtudiosè ad alienum ſe accommodantis arbitrium. Studium obediendi. Obtemperantia Majoribus quibuscunque debita. (*Antonin.*) Spontanea, & rationabilis propriæ voluntatis abnegatio. [*Idem.*] Spontaneum & rationabile propriæ voluntatis ſacrificium. (*Bonav.*) Innixa pio ſtudio propriæ voluntatis voluntaria abnegatio. (*Hugo V.*) Mortificatio membrorum in vivente animo. (*Clim.*) Voluntas faciendi mandatum ſuperioris. (*Laur. Juſt.*)

AMPLIFICAT. Præ aliis virtutibus eminebat interioris victoriæ ſtudium, & luctæ operoſioris cum animi motibus, juris ſui atque arbitrii perperam tenacis, quod ſicubi deeſt, ſuperficiaria evadit illa exterior ſuimet, ſeu publica, ſeu privata compreſſio: & occaſione quâlibet pulſata, nihil ſolidum, ſed vacua omnia reſpondet. * Eſt magna quædam virtus, & præcipuum in Adoleſcente bonum Obedientia: cujus vis atque utilitas tam longè latéque diffunditur, ut nullum non modò vitæ gravius genus; ſed nè minimæ quidem actiones ejus officiis vacare debeant. * Quæ paret libenter, ut par eſt, iis, quibus parere debet; quodque ipſis placuit, id ſinè ullâ retractione melius eſſe credit. * Quæ ab omni feritate hominum animos ad manſuetudinem revocat: prohibet, nè noſtris obſequamur opinionibus; nè bonæ rationis imperium vita noſtra detrectet; ut à nobismetipſis, & ſanis ſententiis digrediamur; nè conſulatur in commune, quod rem vel privatam, vel publicam labefactet.

SENTENTIÆ. Multò melior eſt Obedientia, quàm victimæ. (*Eccl. 4.*) Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi à DEO. [*Rom. 13.*] Hæc eſt perfecta & liberrima obedientia, cum voluntatem ſuam quis liberam ſponte voluntati DEI ſubdit. (*Anſel.*) Obedire amabile eſt, reſiſtere execrabile. (*Idem.*) In obedientiâ totus vigor

got benè vivendi conſtituitur in ejus negligentiâ deſtruitur. (*Idem.*) Vera obedientia eſt humilis, devota, feſtina, jucunda, perſeverans: Humilis in corde, devota in voce, feſtina in juſſione, jucunda in executione, perſeverans in adimpletione. [*Ant. Pad.*] Majus bonum eſt obedientiæ, quàm continentiæ. (*Aug.*) O venerabilis ſanctáque obedientia! Salus omnium fidelium, cuſtodia omnium virtutum! Tu Cœlum aperis, & Infernum claudis. [*Idem.*] Jure obedientia omni ſacrificio præponitur: quia de poteſtate Diaboli nos eripuit, quod nullum legale ſacrificium facere potuit. (*Idem.*) Melior eſt obedientia, quàm victimæ; quæ cauſa eſt, niſi quia in victimis aliena immolatur caro; ſed in obedientiâ voluntas propria & caro mactatur? Tantò enim citiùs placat homo DEUM, quantò repreſſa arbitrii ſui ſuperbia gladio præcepti ſe immolat. (*Idem.*) Hæc eſt illa obedientia, quæ concordiam conſervat in Angelis, pacem nutrit in Monachis, tranquillitatem generat in civibus; ſinè quâ Reſpublica ſtare non poteſt, ſinè quâ familia aliqua regi non poteſt. [*Idem.*] Obedientia ſancta eſt DEI Sponſa; perfecta Scala, quâ cœlum aſcenditur; Quadriga, quâ Elias vectus eſt in Paradiſum; Porta Paradiſi Fidelium, & clauſura reorum Inferni. [*Idem.*] O quàm enorme vitium, quod obedientiæ contrarium eſt! Per hoc Diabolus Cœlum perdidit, per hoc Homo Paradiſum amiſit; per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amorem divinum. [*Idem.*] Obediendi devotio lenit imperium. (*Bern.*) Familiaris & amica ſaluti obedientia eſt. [*Idem.*] Obedientia eſt Schola Salvatoris, nobile genus martyrii, palma triumphalis, ſcala Paradiſi. (*Bonav.*) Obedientia eſt ſumma in merito, vicina DEO, proxima cœlo. (*Idem.*) Obedientia omnium diſciplinarum mater eſt (*Cypr.*) Janua & aditus charitatis eſt in DEUM. (*Diadoc.*) Iter regni DEI eſt Obedientia. (*Gloſſ. ord.*) Sola virtus

eſt

eſt obedientia, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertásque cuſtodit. (*Greg.*) Cæteris virtutibus Dæmones impugnantur, per obedientiam verò vincuntur. (*Idem.*) O felix & abundans gratia! In obedientiâ ſumma virtutum clauſa eſt: nam ſimplici greſſu hominem ducit ad Chriſtum. (*Hier.*) Obedientia eſt vicaria ſervitus. [*Hugo V.*] Eſt præceptorum incitatrix. (*Idem.*) Eſt porta paradiſi, & meritum regni. (*Hugo V.*) Eſt ſepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis. [*Clim.*] Eſt Spiritus S. domicilium, & quietum voluntatis propriæ ſepulchrum. [*Trith.*] Eſt elationis & ſuperbiæ omnis exterminium, & ſanctorum perſecutrix vitiorum. (*Idem.*) Eſt animæ vulneratæ remedium, & totius obſervantiæ monaſticæ fundamentum. (*Idem.*) Armatura eſt fortiſſima, cui nulla poterunt nocere adverſa. (*Idem.*) Monachus ſinè obedientiâ, eſt monſtrum Diaboli. (*Idem.*) Eſt ſapientiæ capitolium obedientia. [*Nier.*] Eſt patientiſſima inſpiratio DEI, & tutiſſima revelatio, in quâ nequit dubitari, an ſit à DEO. (*Idem.*) Hæc ſumma, vel una potiùs ſapientia, DEO & fatis obſequi (*Lips.*) Obedientia ſalus eſt omnium fidelium, genitrix omnium virtutum, regni cœlorum inventrix, cohabitatrix Angelorum, cœlos aperiens, & homines de terrâ elevans, denique Sanctorum omnium cibus. [*Anon.*] Vel Summa, vel una virtus eſt; hâc aliæ velut catenæ nexæ dependent, & inſequuntur. [*Idem.*] Indita ſunt adoleſcentiæ virtutum ſemina; ſed nunquam germinant, nec pubeſcunt, niſi in oculis moderatorum. (*Idem.*)

SIMILITUD. Obedientes cum triſtitiâ ſimiles ſunt Simoni Cyrenæo portanti crucem invite. (*Antonin.*) Sicut avis cum duabus alis volat ad ſublimia: Sic obediens cum duabus alis, ſcil. cum aliâ paupertatis, & cum aliâ caſtitatis ſcandit ad cœleſtia. (*Bonav.*) Sicut ſanies ex vulnere: ſic ex ulcere inobedientiæ con-

temptus

temptus emanat. (*Hugo V.*) Miles in caſtris, audito viæ ſigno, vaſa colligit; audito pugnæ, deponit; animo, oculis, auribus paratus ad omne imperium. Idem nobis ſit; & in hâc militiâ ſequamur alacres & pleno gradu quocunque vocantem Imperatorem. (*Lips.*) Sol, luna, ſidera, elementa, & omnia hæc ſæcla animantium parent non invita, & obaudiunt ſupremo illi DEO: Nobiliſſimum rerum homo, ſolus in Conditorem ſuum Calces jacit, & reſiſtit. (*Idem.*)

OBEDIRE. Gehorſamen. *Obëir.*

SYN. Alicui Parere, obtemperare, velificari, obſecundare, obſequi, aſſentire. ADV. Maximè, diligentiſſimè, neceſſariò modeſtè, gravatim. PHR. Alicui, *vel* alicujus voluntati, dicto morem gerere: audientem eſſe. Ad nutum alicujus paratum eſſe: Imperium non recuſare: Monita ſequi. * Ich werde dir gehorſamen. *Je ſuivray vos ordres.* Tuæ voluntati mea voluntas ſerviet. Meam voluntatem, ad tuam aggregabo, cum tua conjungam. Tua mihi voluntas léx erit atque norma. Mandatis tuis parebo. Tua mandata exequar, digeram, perſequar, perficiam, exhauriam. Dicto audiens tibi ero. Me totum, ad tuum arbitrium, nutumque fingam, conformabo, convertam. * Ich werde dir blinden Gehorſam leiſten. *Je vous obeiray à l' avegle.* Tui unius nutus omnes intuebor & ſequar. Unum illud ſpectabo, quid velis, continuoque exequar. Tuis obſecundabo voluntatibus. Tuis votis obſequar, famulabor. Tuæ voluntati ſerviam. Aures meæ ſemper monitis tuis patebunt. Morigerus apprimè erò. Morigerum me omni in re præbebo. Me ad tuum arbitrium accommodabo. Ferar, quocunque propenderis. * Die Völcker ſind dem Kayſer unterworffen. *Ces peuples obeiſſent a l' Empereur.* Gentes illæ

illæ in Cæſaris ſunt ditione, imperio, jurisdictione, Manu, poteſtate, jure. Subſunt, vel ſubditæ ſunt Cæſaris poteſtati, imperii ditioni, arbitrio: Cæſari parent. * **Dieſer Knab iſt ſehr gehorſam / oder leydſam.** *Cet Enfant eſt parfaitement obeiſſant.* Hic Puer quamvis in partem facilè agitur: Nullo regitur negotio; Facilem, ductilem, flexilem ſe præbet ad regentis imperium. * **Er iſt ſehr ungehorſam.** *Il eſt fort de obëiſſant.* Obedientiam omnem abjicit: Imperata detrectat. Contemnit imperium. Superioribus obſequium denegat. Eſt adverſus Præpoſitos contumax, *vel* retractarius. Non ſatis morigerum ſe præbet. Cohortatio præceptorum ſæpe aures ipſius prætervehitur, non inſidet animo ut debebat, detrectat jugum diſciplinæ. Ad nutus ſe ejus minimè fingebat. Erat ingenii tractabilitate flexilis, omnibus obſequens, adverſus nemini. Periclitabatur heroicè ſuorum virtutem. (*Provincialis.*) Ut privato ſenſu illos exueret penitus; & ejuratis voluntatibus propriis, haberet illos ex arbitriis obedientiæ nutibúsque ſuſpenſos.

Du ſollſt deiner vorgeſetzten Obrigkeit gehorſam ſeyn. *Tu dois obeir a tes Superieurs.* Si peccatum abſit, nefas ducito ab edictâ Moderatoris ſententiâ diſcedere. Ille ſit tibi morum regula. Quidquid extra regulam ducis, obliquum eſt. Prompto animo, quæ injuncta ſunt, exequere; nec te deterreat aut Præcepti aſperitas, aut Præcipientis inſolentia. Qui tergiverſatur in parendo, detrectandi imperii tempus captat. * CHRISTUS **unſer Heyland hat bey die 30. Jahren den Gehorſam üben wollen/uns damit ein Exempel zu geben.** *JESUS CHRIST à voulu pratiquer pres de 30. ans l'obëiſſance, pour nous donner exemple.* CHRITUS JESUS Animarum noſtrarum Reparator, totos annos 30. egit ſub præcepto, cui nihil neceſſe fuit, ut regeretur: Sed ut ejus exemplum nos regeret, qui regi

gi nolumus, cum debemus, Venit Servator noster, ut pareret, qui imperare debuerat. Se Hominibus subjecit, cùm beatis illis spiritibus dominabatur: factusque est obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

AMPLIFICAT. Non eorum audientem esse dicto, quorum me potestati permisi, impium est, non morem gerere multis; hoc à me partim exspectantibus, partim postulantibus flagitiosum. * Qui se ita ad CHRISTI voluntatem conformare, ita sermones illius avidè haurire, ita ex nutu illius pendere cœpit, ut nunquam ab ejus latere discederet; nihil sibi præter eum dulce, nihil amabile, nihil expetendum duceret, omnem spem, omnem suavitatem, vitam denique ipsam in eo videndo atque audiendo positam crederet. Qui libentissimis animis imperium accipiunt, auctoritatem sequuntur, leges observant, se suaque omnia ejus potestati tradunt ac permittunt. * Agedum ergò judicia nostra tibi submittimus: conatus præsentamus, ut probes; voluntatem ostendimus, ut animes, Tuum est, vir magne, quem Belgium eloquentiæ præsidem admiratur, & colit, Professorem suum & interpretem magni Principes honorant. Magistrum juventus auscultat: tuum est, inquam, authoritate tuâ difficultatem hanc nostram aperire, & in hac conatus egregii contentione, in hac de eloquentiâ ac styli disputatione jus dicere, ponereque nobis legem. * Nemo est, qui non hujus esset amantissimus, qui hunc non mirandum in modum colat, observet, veneretur, qui denique ad digiti crepitum huic non obediat. * Parebo lubens, ut debeo, auctoritati vestræ: neque mihi quidquam unquam, à vobis imponetur aut laboris, aut oneris, quod non ego prompto, atque alacri animo subeam; quæque mihi à vobis imperata erunt, nunquam aut aspernabor, ut nimis humilia, aut ut nimis ardua extimescam. Vestrum

est

eſt decernere ac ſtatuere, quàm à quoquo noſtrum hujus quaſi Reipubl. literariæ partem adminiſtrari ac procurari velitis: noſtrum parere & mandata veſtra ſubſequi, neque unquam ita nobis placere, aut tantum nobis tribuere, ut de veſtro judicio judicemus. * Qui hoc primum ſuum cenſet officium, ut ſeſe meliori ſemper judicio ſubmittat; ut nihil ſuo conſilio, temerè & arroganter gerat: ut obedientiam tanquam pulcherrimam morum reginam, ſine qua nihil egregium præſtare poſſit, amplectatur; ut denique parentes & præceptores æque ſibi colendos ac amandos eſſe cenſeat. * In quo eximiam formæ pulchritudinem ſingularis modeſtia æquabat, nihil de ullâ re ſine ſuperioris auctoritate ſtatuere voluit, totamque vitam ad eorum voluntatem rejecit. * Qui Principem Patrem ac Dominum agnoſcunt, illi ſe ſuaque omnia in fidem & clientelam tradunt: & ut unâ cum ſententiâ, verborum quoque formulam apud majores hâc in re uſitatam retineam, debitam illi obedientiam præſtant: ſeque ſemper non ad fortunas modo ſuas, verum & ſanguinem quoque & vitam pro hujus ſanctiſſimæ ſedis dignitate profundendam paratiſſimos fore, omni aſſeveratione confirmant. V. INOBEDIENS.

OBLIVISCI. Vergeſſen. *Oublier.*

PHR. **Etwas vergeſſen.** *Oublier quelque choſe. Aliquid, vel* alicujus rei oblivíſci. Aliquid oblivione conterere, obruere, delere, extinguere. Alicujus rei oblivione capi. Memoriam alicujus rei amittere, abjicere, deponere. In alicujus rei oblivionem venire. Aliquid obliterare, ex animo ejicere, ex memoriâ deponere. * **Werde all Unbill / ſo mir zugefügt worden / vergeſſen.** *I' oublieray les affrons, qu'on m' a faits.* Injurias mihi illatas, voluntaria quadam oblivione conteram, oblivione perpetua obruam, extinguam, obliterabo, ex animo delebo, è memoria deponam, evellam, ejiciam;

oblivioni dabo. Omnem acceptæ injuriæ memoriam abjiciam, deponam, ex animo delebo, oblivione obruam. * **Werde deine Wohlthaten nimmermehr in vergeß ſtellen.** *Je n' oublieray jamais vos bien-faits.* Tua in me beneficia nunquam obliviſcar, ſemper meminero; memoriâ tenebo, tuebor, cuſtodiam, conſervabo. Tua erga me merita, nulla unquam apud me delebit, *vel* obſcurabit oblivio. Nulla temporis vetuſtas magnitudinem tuorum erga me meritorum imminuet. Illorum memoriam, nulla dies, ex animo meo delebit, tollet, auferet; oblivione delebit, obſcurabit, obruet, extinguet. Tuorum beneficiorum memoria nunquam apud me morietur, conſeneſcet. Nullum officium tuum apud me intermorietur. * Intra ſe geſta, irrecordabili debet obliteratione deperdere. Non tam memoriâ ſum madidâ, ut hoc effluxerit. Perierunt, aut latent in oblivionis aquis. Ego è ſitu, & oblivionis carcere eruam nobilem ritum. Annè lethæ; fluminis latices guſtâſti, ut non ampliùs memineris? Si memoriæ hoc vitium eſt, non putem curionem illum, cujus Cicero in Bruto mentionem facit, magis fuiſſe oblivioſum, quàm tu es.

SENTENTIÆ. Oblivio eſt memoriæ lubricatio. (*Bonav.*) Eſt privatio memoriæ. [*Aug.*] Eſt Scientiæ exitus, (*Plato.*) Oblivio omnis impuritatis altrix & mater eſt. [*Cyrill. Al.*] Omnium recordaris, & te ipſum obliviſceris? (*Bern.*) Percutitur hâc animadverſione peccator, ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt DEI. [*Cæſar. Arel. Laur. Juſt. Bonav.*] Oblivio, morbus eſt memoriæ. [*Philo.*] Eſt mors reminiſcentiæ. (*Idem.*) Tantâ ſecundarum rerum proſperitate corrumpimur, tantâ morum inſolentium pravitate vitiamur; ut & DEI penitus obliviſcamur, & noſtri. [*Salvian.*] Oblivio parvipenſionis eſt evidens ſignum. (*Th. Aquin.*) Ignorantia infortunii obſtat mœrori:

Digitized by Google

roti: eadem vis inerit oblivioni, inerit incogitantiæ; idcircò dolores ſopit dies. (*Nier.*)

SIMILITUD. Sicut aqua extinguit ignem: Sic oblivio delere ſolet mentis cuſtodiam. (*Heſych.*) Mens obliviosa, eſt quaſi ſaccus pertuſus; in quem quidquid mittitur, perditur. (*Hugo C.*) Lynces clariſſimè omnium animantium cernunt; ſed mira illis oblivio rei ab oculis ſemotæ: Ita quidam acri ingenio, ſed oblivioſi. (*Eraſm.*) Ut quod in majore negotio chalybi aut marmori inſculpſeris, durat diutiùs: Ita quod majore ſtudio diſcimus, nunquam obliviſcimur. (*Idem.*)

OBSIDERE. **Belägeren.** *Aſſieger.*

PHR. **Eine Stadt belägeren.** *Aſſieger une ville.* Apud Urbem caſtra ponere, locare, conſtituere, facere, caſtra metari. Urbem obſidione cingere, obſidere, circumſedere, occupare, oppugnare, ſepire ſuis copiis, ſuo exercitu. Urbem obſeſſam, foſſa & vallo circundare, ſeptam tenere, operibus munitionibuſque ſepire, militibus circundare, claudere, circumſidere, intercluſam tenere, omni ratione obvallatam tenere. Circum Urbem milites ſtatuere. * **Entſetzen.** *Faire lever le ſiege.* Urbem obſidione liberare, eximere, ab obſidione vindicare, ex obſidione eripere; Oppreſſam, obſeſſam, ſeptam, hoſtium copiis undique cinctam liberare, in libertatem reſtituere, libertate donare, ſervare incolumem. * **Kein Orth iſt nie beſſer defendirt worden.** *Jamais place ne ſe defendit mieux.* Urbs nulla fortiùs obſidionem tulit. Præſidiarii obſtitêre pro virili: Pro viribus obnixi ſunt: Hoſtem arcuerunt, prout quisque valuit: Hoſtis impetum ad extremum usque ſuſtinuerunt, remorati ſunt, retardâruut: Nihil non egêre, ut ſe tuerentur. **Dieſer Orth iſt von einer ſchwären** defenſion. *La defence de cette place eſt difficile.* Operoſa eſt, ac ſanè difficilis propugnatio hujus loci. Difficile propugnatu hoc oppidum eſt. * **Der**

König hat unſere Stadt entſetzt. *Le Roy a fait lever le ſiege devant nôtre ville.* Rex urbem noſtram obſidione cinctam, collectâ manu, fuſis hoſtium fugatisque copiis liberavit. * **Der Römiſche König hat Landau eingenommen.** *Le Roy des Romains a pris Landau.* Rex Romanorum Landaviam, urbem munitiſſimam, juſtâ ſub obſidione Gallis extorſit.

AMPLIFICAT. Hoſtilis Urbs, vel Arx, fugitivorum perfugium, per tubicinem ad deditionem invitatur: (quæ immunita ſunt, ultrò ſe dedunt:) inde circumdatur copiis, obſidione premitur, obvallatur, circumvallatione clauditur, nè egreſſus ingreſſusvè pateat, coronâ cingitur. Perfectâ ſeu clausâ Circumvallationis lineâ oppugnatur, donec expugnetur, hoc eſt occupetur, aut recuperetur. Hic adhibentur varia machinamenta, ſtratagemata & aſtus oppugnationum, inſultuum impreſſionum, irruptionum; dum aliquando ſcanduntur muri furiali impetu, admotis ſcalis; vel advolutis, ut olim; ambulatoriis ſeu ſubrotatis turribus; è quibus demiſsâ Exoſtrâ (arrectario ponte) oppugnatores inſiliunt muros, quos Pri.ci diruebant admotis arietibus, vel libratis è Baliſtâ ſaxis: hodie quatiunt, labefactant, dejiciunt, evertunt & ſubvertunt firmamenta quæque ferrei globi ex obſidionalibus ſeu muralibus tormentis excuſſi, locatis poſt cratitias Gerras, [vimineos corbes terrâ oppletos] à ſuggeſtibus tormentariis, [Machinarum] tumultuario opere erectis.

Ea conditio videbatur eſſe *Namurcenſis* Obſidionis. Ad hunc ſcopulum frangenda ſenſim & allidenda virtutis gallicæ conſtantia, nec temerè, putabatur. *Namurcum* enim qui appellat, urbem appellat, ut nemo neſcit, omnium quæ jam in Europâ celebrantur, longè validiſſimam; munitarum urbium ſpecimen quoddam abſolutum; Hiſpanici Belgii anteà propugnaculum; murum contra Gallorum impetus omnes oppoſitum,

ſitum, & ut fama jactabat, inſuperabilem. Naturam Artem, Elementa, Homines, Omnia in ejus defenſionem diceres conjuràſſe. Natura, e luctis montibus, objecto duplici flumine, rupibus circumjectis, omnem non armis modò, ſed ipſis pænè oculis aditum obſtruxerat. Naturam Ars multiplici & exquiſito labore ſuperaverat; ſaxa ſaxis, congeſtos manu montes nativis montibus addiderat: lunatas moles, turres, aggeres, propugnacula, inter abrupta ſaxorum & rupium duxerat. Vel ſolam Arcem qui ſpectaret, triplex eſſe arbitraretur Oppidum munitiſſimum, adeò erat ampla & immanis; tria, inquam, oppida crederet, alia aliis prætenta, quorum aliud ex alio, novâ eſſet obſidione oppugnandum. V. PROPUGNACULUM.

OCCIDERE. Tödten. *Tuer.*

SYN. Interficere, interimere, cædere, necare, enecatè, obtruncare, mactare, jugulare, trucidare, perimere. ADV. Impune, planè, non dubitanter, (*Ex Cic.*) Indigniſſimè, atrociſſimè. PHR. Aliquem de medio tollere, vitâ privare, communi luce privare, morte afficere, morte mactare, morte multare, luce orbare: occiſione occidere, conficere, opprimere: gladio conficere: veneno tollere, *vel* extinguere. Alicui vitam adimere, mortem afferre, *vel* inferre, interitum afferre, mortem afferre. Perpetrare cædem. Cultrum in corde defigit, prolapſáque Lucretia in vulnus moribunda cecidit. Ingentem ediderunt cædem. Gladio per adverſum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit. Si tot millium ſanguine imbuiſſet manus. Barbaros ingenti cæde proſternunt. Eos improviſos internecione occidit. *Franci* parentantes Manibus Principis, obvios quosque internecione promiſcuâ delent. * Sich ſelbſten umbringen. *Se tuer ſoyme mé.* Manus ſibi ipſi afferre. Manus ſibi violentas inferre. Necem ſibi conſciſcere.

Seipſum interimmere. Vitam ſibi exhaurire. Manibus ſuis necem ſibi afferre. Vitam abjicere. A ſe manus non abſtinere. Voluntariam ſibi mortem inferre, conſciſcere. Voluntariâ morte vitam abrumpere. Mortem ſibi conſcire. Ipſe ferro ſe transegit. * Inſperato & longè contra ejus opinionem reſiſtens juvenis complexu fortiſſimo arripuit ejus dextram, magnóque niſu, ferro librato, multis & crebris ictibus impuram elidit animam. * An Martiales illi lupi olim tot urbes everterunt, tot ſceptra impune fregerunt, tantúmque cædium ſanguinisque hauſerunt, ipſi ſemper incruenti? * Pauculi Iberi quæ funera, DEUS bone! ediderunt? quas ſtrages? * Cerno terrarum ſpatium à vicinis militibus pervadi, & paſſim inermes greges ſterni, ut ſegetem à falce.

OCULUS. Aug. *Oëil.*

SYN. Ocellus, viſus, lumen. ADJU. Oculi abſtinentes, perſpicaces, acres atque acuti, aperti atque integri, nimis arguti, cæci, cærulei, perverſi: non ſolùm curioſi, ſed etiam errantes, licentiores, eminentes, lubrici & mobiles, venuſti, tenebricoſi, in cernendo ſubtiles, emiſſitii & exploratores. Cæſii quidem, ſed vigiles, & in aſpectus micantes; evariantes; nimiâ luce ſta everberati, ut illicò conniverent, Teſtes & indices animi, humanitatis ac benevolentiæ pleniſſimi. In his ampli, protuberantes, tumidi, blandientes, lucidi, albicantes, læti ac quaſi gaudio toti dolisque circumſepti: in aliis parvi, concavi, ſubnigri, maculoſi, cæſii, ſanguinei, truces, ignei, flaveſcentes, tenebricoſi. PHR. Acutiſſimi veritatis indagatores. Specula cordis & judices pulchritudinis. Spirituoſæ flammæ, & faces illuſtriſſimæ, amabiles ſagittarii, & amorum fabri. Mentis interpretes, & ſenſuum duces. Affectuum pictores, & ſtellæ terreſtres.

Ve-

Veloces oculorum jactus. Libidinosa visûs transcurrentis affectio. * **Er ſiehet nicht wohl.** *Il ne void pas bien.* Est malè oculatus.

AMPLIFICAT. O chari oculi mei! Ego vos vocavi semper pulcherrimos Cœlos, qui habetis informantem animam pro assistente Intelligentiâ, humorem album pro via lacteâ, transparentes tunicas pro lucidis sphæris; membranas varias pro diversis Zonis, musculos mobiles pro errantibus planetis, vitales spiritus pro lucentibus stellis, aspectus flammeos pro micantibus radiis. Unde ipse Spiritus S. Lux oculorum lætificat animam. (*Prov. 15.*) Oculi sunt merum virtutis periculum, virginitatis fascinum, libidinis minæ, venenum castitatis, voluptatis illecebræ, gehennæ scintillæ, pietatis funus, & sepulchrum sanctitatis. * Puellæ incedunt, oculos oblique jaciendo in juvenes & amasios, & petulanter eis annictando: quod meretriciæ procacitatis signum est, & casuræ virginitatis indicium. * Gemina *sive* gemella illa sidera oculorum caligare incipiunt, & ad vitrea auxilia devolvor. * Cæcutit, & nisi vitrea auxilia sublevent, vix legat. * Oculi jam fessi tenebrant ad adscititium lumen? Rem tibi dico. Ego olim ille Lynceus, aut, ut fabulam omittam, visu serpens, defeci: & pro æthereis illis oculis ad vitreos confugi. * Oculi rerum omnium, quæ coloribus depictæ lumine illustrantur, aucupes celerrimi: reliqui sensus mentis Reginæ satellites, quæcunque ex hâc universitate perceperunt, inferunt, convehunt, important. * Jam nostros in se oculos convertit insolitus oculorum nitor. Vel in oculis liquido purior stagno illimis translucet integritas. * Est in vagis & cursim errantibus oculis irrequietæ indicium mentis: nec ulla pars est in homine, quæ magis cum arcanis affectibus consentiat. * Oculi quædam sunt in carne sidera, ut ait D. Ambrosius, & secundùm Damascenum: accurata

mentis simulacra: quorum structuram cum multi stylo fuerint prosecuti, non dubium est, quin M. Tullius orationis lumine cæteros superârit. Sic igitur ille. Sensûs autem interpretes ac nuncii rerum in capite tanquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt: tanquam speculatores locum altissimum obtinent, ex quo plurima conspicientes suo fungantur munere, &c. * Ad voluptatem illam escam, ad illas illecebras animo & affectibus quasi quædam fores toto cardine oculi patent. Ut enim animi indices oculi: ità & libidinum & cupiditatum inexplebiles quasi ejusdem internuntii sunt. * Pulchritudo per oculos infusa rationem meam mancipavit.

SENTENTIÆ. Oculi consiliarii sunt amandi. (*Philostrat.*) Oculorum, qui frequentiùs peccati fenestram aperiunt, custodiam commendamus. [*Hugo.*] Quid inter membra nostra præstantius est oculis? Per quos nimirum lucis fit perceptio, quibus & amica & hostilia agnoscimus, per quos ab alienis nostra secernimus, qui nobis omnium operum Magistri sunt & Doctores, nobiscum nati ac inseparabiles, expertes omnium errorum, itinerum dûces; quorum deniq; situs ipse collocatorum videlicet suprà reliquorum sensuum organa præstantiorem in vitâ nobis usum horum esse demonstrat. (*Greg. Nyss.*) Carcer est totum corpus, tenebroso inhorrens situ, nisi Oculorum illuminetur aspectu. [*Ambr.*] Frustra circumstat Oculos præsens imago rerum, si Oculis integritas desit. [*Aug.*] Oculis ægris odiosa est lux, quæ puris amabilis est. (*Idem.*) Impudicus Oculus, impudici cordis est nuncius. (*Idem.*) Summè custodiendus est oculus, quia janua cordis est & nuntius: nam claude Oculum, & voluntas habendi non erit; cesset voluntas, & ecce Infernus clauditur. [*Idem.*] Nil peccant Oculi, si Mens velit his dominari. (*Beda.*) Oculi petulantes Cordis luxuriosi sunt proditores. (*Idem.*)

Egre-

Digitized by Google

Egregium inſtrumentum Corporis eſt Oculus (*Bern.*) Melius eſt, labi pedibus, quàm Oculis. (*Clem. Alex.*) Reprimendi ſunt Oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. (*Hier.*) Frequenter & Oculi, & vultus, Mentis indicium ſunt. [*Idem.*] Nil proſunt corporales Oculi, ſi Oculi mentis fuerint excœcati. (*Chryſoſt.*) Inter membra oculus præſtantiſſimus eſt, qui totum Corpus gubernat ac regit. (*Idem.*) Oculus mortis eſt janua, invidiæ fax, livoris caminus; qui toto cupidiatis incendio velociùs per aliena percurrit, quàm currit ignis arida & terrena per gramina. (*Chryſol.*) Oculus ſit animæ feneſtra, ſpeculum ſit mentis, ſit lumen corporis, membrorum dux ſit, non introitus vitiorum. (*Idem*) Oculi duces ſenſuum, citò cor vagum inficiunt. (*Salvian.*) Oculi irritamenta ſunt vitiorum, ducesque ſcelerum, (*Sen.*) V. VIDERE.

ODISSE. Haſſen. *Haïr.*

PHR. Aliquem odiſſe. Alicujus odio teneri, affici, ardere, flagrare. In quempiam odium habere, malevolentiâ ſuffundi, odio incendi. Odio diſſidere ab aliquo. * **Man wird dich haſſen.** *On vous haïra.* In odium, offenſionemque plurimorum venies, incurres. Grave odium in te concitabis. Odium ſubibis acerrimum. Graves inimicitias ſuſcipies, ſubibis, adibis. Invidiam plurimorum contrahes. In ſummam invidiam incides. Apud multos, invidiam colliges. Habebis, qui tibi vehementer infenſi ſint. Erunt, qui ſuam à te, voluntatem abalienent; Qui infeſto animo atque inimico in te ſint; Qui inimico animo tecum agant. Vocaberis, adducêris in plurimorum invidiam. Multorum odio in te accendes, incendes, excitabis, commovebis. * **Er iſt bey jedermann verhaſt.** *Il eſt haï de tous.* Omnibus odio eſt, in odio eſt, in invidia eſt, invidiæ eſt, in odium venit. Omnium odio & invidiâ premittur, ardet,

flagrat, laborat. Omnia in illum odia ardent. Odio eſt apud omnes. Publico æſtuat odio. Omnes ab illo abhorrent. Nemo in illum benè animatus eſt. Nullâ fruitur hominum benevolentiâ. Nemo eſt, qui ei non malè cupiat; qui non ſit malevolo in illum animo; qui erga illum malè non ſit affectus. * **Einen bey andern verhaſt machen.** *Faire haïr quelq'un à un autre.* Alicui, alterius odium creare, excitare, ſuſcitare, concitare, commovere. Aliquem alterius odio ſubjicere; in alterius invidiam vocare, adducere. Alicui, apud alterum, invidiam inurere. In aliquem, alterius odium conciliare, ſtruere, concitare, commovere, incendere. * **Dieſe Sach wird dich verhaſt machen.** *Cette choſe vous fera haïr.* Ea res, invidiam tibi concitabit, conflabit, parabit, creabit, pariet, commovebit; te in invidiam adducet, vocabit. * Tantopere abhorret aſpectum ejus, ut nihil addi illius odii extremitati poſſit. Tantâ in me & ſocium iracundiâ exarſit; ut utrumque inſtar mortis ipſius abhorreret, & nunquam poſt oculis dignaretur admittere. Fugiebat illa cane & angue pejus, idque irremiſſo odio, eum, qui & nunquam anteà ipſam offenderat.

AMPLIFICAT. Qui adversàs aliquem urget, inſtat, quieſcere non patitur, ſanguinem ejus ſiſtit, illum vivum exſorbere concupiſcit, immiti quodam atque efferato animo, tanquam ictus aper in aliquem ruit. * Concipe nunc iras novas, aſſumite odium tanquam ferrum, &omnibus eloquentiæ armis peſtes illas ac monſtra perſequimini, imò verò confodite, ſi poteſtis. * Num eum auditu, congreſſione, ſermone dignum judicat? imò quaſi maleficium aliquod & noxium animal, refugit, averſatur, odio habet, ejusque concurſum durum ſibi ac tetrum atq; ominoſum putat.

Digitized by Google

ODIUM. Haß. *Haine.*

SYN. Invidia, offenſa, offenſio, ſimultas, malevolentia. ADJU. Acerbum, proprium, acerbius, populare, ſummum, tantum, acerbiſſimum, acre, acerrimum, apertiſſimum, leviſſimum, obſcurum, capitale, diuturnum atque inveteratum, civile, commune, gravius, hoſtile, priſtinum, immane & crudele, mediocre, incredibile, infeſtum atque tantum, infimum, intimum, infinitum, injuſtum, inſigne, penitus inſitum, juſtum, maximum, privatum, publicum, juſtum & debitum, univerſum, majus, mirificum, nefarium, totum, obſcurum atque penitus inſitum, ſingulare: *Maxima atque ſempiterna.* (*Ex Cic.*) Inteſtinum, tacitum, compreſſum, occultum, occluſum, funeſtum, implacabile, incitatiſſimum, vatinianum, viperinum. PHR. Odium vel Cerbero implacabilius, vel hydrâ fœcundius. Eis odia detumeſcunt. Odio inter ſe gravi, & ſimultate diutinâ conflictati ſunt. Ponerent odia in perniciem itura. Inter eos infenſa æmulatio exercebatur. Vivida odia intulere. Ut gravisſimarum injuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia. Ad graves teſtatasque inimicitas progreſſi ſunt. Et amaritudine, & viribus ingenii adversùs ſe pertinaciſſimè uſus.

SENTENTIÆ. Quid eſt odium? Ira inveterata. (*Aug.*) Eſt voluptas affectans proximo malum, ut careat contriſtante bono. (*Bonav.*) Eſt alienatio ab eo, quod eſt injucundum, & averſio ab eo, quod moleſtiâ afficit (*Nyſſ.*) Eſt mala voluntas, quâ quis vult alii malum. [*HugoC.*] In odio perſeverare, Diabolicum eſt. [*Auguſt.*] Qui odium in corde portat, ſecundus Diabolus eſt. [*Idem.*] Nec DEUM laudare, nec ab eo exaudiri meretur, qui odium ſervat in corde [*Idem.*] Inveteraſcens fit odium. (*Idem.*) Odium, nec per paſſionem deletur, nec per martyrium

Digitized by Google

purgatur, nec per ſanguinem effuſum abluitur. (*Bern.*) Ubi odium eſt, ibi voluntatis diſſidium (*Bonav.*) Odium via eſt ad homicidium. (*Dion. Carth.*) Nihil tam contrárium, nihil tam execrabile DEO, quàm aliquem odiſſe. (*Hier.*) Quàm dedecoroſus eſt odiorum ſtimulus, & livoris anxietas! Quanta perturbatio eorum eſt! [*Hilar.*] Ubi ira & odium, ibi DEUS minimè habitat. [*Ign. M.*] Odium telum eſt Diaboli (*Chryſoſt.*)[Odium ſpiritus eſt tenebrarum; & ubicunque inſederit, ſordidat pulchritudinem ſanctitatis. (*Ibid.*) Non poteſt hominem odiſſe, qui DEUM amat: nec poteſt DEUM amare, qui hominem odit. [*Idem.*] Odium omne malum ſuggerit. (*Idem.*) Quisquis Fratrem ſuum odio perſequitur, ſe primùm à capite dividit; ac deinde injuriam CHRISTO facit. [*Trith.*] Quamvis multum jejunes, quamvis eleemoſynas largiter tribuas, quamvis templum aſſiduè ingrediaris, fugiterque ores; ſi fratrem odiſti, non ex numero filiorum DEI es. (*Blos.*) Integræ dilectionis eſt cumulus, odium amore repenſare. [*Valerian.*] Odium amicitiæ venenum eſt. (*Cic.*) Quamvis agas id, ut nè quis merito tuo te oderit; erunt tamen ſemper, qui oderint. [*Sen.*] Odium virus pacis eſt, matrix diſcordiarum, civile naturæ bellum, igniarium facinorum, officina ærumnarum, conſiſtorium mortis, lippitudo mentis, ebriatio humani cruoris, nervus malignitatis, contages ſcelerum, fornax calamitatum, gymnaſium maleficentiæ, alvearium fellis, imber amaritudinum, parricida naturæ, proditio univerſi; & quemadmodum Pſellus ait, ſyllabus malorum. [*Nier.*]

SIMILITUD. Ex feſtucâ incensâ, aut lucernâ neglectâ domi, nonnunquam conflagrat urbs tota: Sic ex privatis odiis ac diſſidiis publica pernicies oritur. (*Plut.*) Subduc materiam, extinguetur ignis: Subduc occaſionem, conquieſcet odium. (*Idem.*) Ut carboni

boni ſemel exuſto ſuffocatoque, ſi denuò flagret, major eſt vis: Ia ſemel ſopitum odium, ſi rurſum excandeſcat, acrius eſt. (*Eraſm.*) V. Inimicitia, Invidia.

ODOR. Geruch. *Odeur.*

SYN. Odoramentum, fragrantia. PHR. Odoris halitus, odoratus ſpiritûs. **Guter Geruch.** *Bonne odeur.* Odor ſuavis, jucundus, gratus, fragrans, benè olens, dulcis, ambroſius Panchæus, ſabæus, thureus. Suaviter olens; ſuavem odorem afflans, exhalans, ſpirans; jucundo odore exhalans. Omnium enim aromatum, & unguentorum odoratus, ſi unum in locum omnia conferrentur; non tam ſuavis, & gratus fore credebatur. * Propius accedens, & flores quosdam naribus oculisque admovens, quid primùm voveam, inquam? oculus cum Argo fie i, an naſus cum Catullo, ita utrumque ſenſum pariter mihi dermulcet hæc voluptas. Ite, ite, omnes Arabum odores, qui nauſea mihi præ halitu, hoc ingenio & verè cœleſti * Quis exhalans ille odor? quis penetrans ſpiritus? & neſcio, quæ pars æthereæ auræ infuſa ab alto? ut non vanè poëtarum noſtra gens flores plerosq; natos finxerit è ſucco aut ſanguine immortalium Deorum. Nôſtris quantum & odoris ſuavitate afficiatur anima noſtra: qnantum jucunditatis & voluptatis capiat (*Chryſoſt.*) **Wir müſſen dem Geruch nicht gar zu ſehr ergeben ſeyn.** *Il ne fout pas etre, trop. paſſione pour les odeurs.* Naribus & odoratui modus adhibeatur, nè voluptati deditæ nimium ſint, unguentorumque pretioſorum fragrantes habitus, *vel* odorationum voluptates, *vel* ſuavitates odorum conſectentur.

Böſer Geruch *Odeur de ſagreable.* Odor gravis, inſuavis, ingratus, injucundus, teter, teterrimus, ſubgravis, graveolens, graviter olens, fœtens, *vel* fetens, putens, fœtidus, putidus, putidiuſculus, putidulus. * Graveolentia, Fœtor, Putor

Odo-

Odoris gravitas. Quod eſt gravi odoratu. Tetrùm olens. Teter halitus. Odoris fœditas. * Einer Sach einen böſen Geruch geben. *Rendre puant.* Alicui rei fœtorem inducere, tetrum odorem exhalare, putore perfundere, fœtore ſuffundere, imbuere, inficere, vitiare. vaporare, * Einen böſen Geruch bekommen. *De venis puant.* Fetorem concipere, contrahere, combibere, imbibere, colligere.

OPINIO. Meynung. *Opinion.*

SYN. Sententia, ſenſus, exiſtimatio, mens, conſilium, conjectura. ADJU. Adverſaria, magna, æterna ac diuturna, communis quædam, major & melior, obſcura, vulgaris, cenſoria, gravis de aliquo; penitùs inſita & vetuſta, popularis, tacita hominum, communis, minor, conciliatrix amicitiæ, virtutis depravata, mentita, recens, dubia, effrenata ac levis, vitioſa, errans, gravis, prava, vehemens, falſa aut certa, obſcura, firma & ſtabilis, major, varia, gravis atque vehemens, gravior, honeſta, imbecilla & cum falſo incognitoque communis, non improba, incommoda, incorrupta, jucunda, longior, magna de aliquo, mala, pernicioſa, neceſſaria, periculoſa, publica, ſtabilis, ficta, tacita, *varia & inter ſe diſſentientes veræ firmæq;, utiles, firmiores, glorioſæ, laudabiles, novæ, inſitæ.* [*Ex Cic.*] Conteſtata.

PHR. Opinio eſt imbecilla aſſenſio. Falſa opinatio. Eſt ſermo explicatus, non ad alium, neque voce, ſed ſilentio apud ſeipſum. (*Plato.*) Eſt quaſi pro vero habere aliquid, quod falſum eſſe neſcitur. (*Bern.*) Eſt appetitio opinati boni. (*Cic.*) Inveteravit opinio, &c. Niſi de vobis malam opinionem animo imbibiſſet. Multùm te iſta fefellit opinio, Sic ut opiniones hominum ac religionis ferunt. Homines opinioſiſſimi, opinionibus pleni. Ita meas opiniones conjectando rem

ve-

vetuſtate obrutam non interponam. Ut fert illorum opinio. Quæ opinio erat edita in vulgus. Mala interpres opinio. Citò accedimus opinioni. Propter opinatus animi. Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis. Rumoris caſſi opinatio. Sicut eſſe nonnullis opinatum & placitum reperimus. Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo. Inolevit nonnullorum mentibus nimis iniqua fortaſſe, ſed quæ à viris non vulgariter eruditis defenſa eſt perpugnaciter opinio, &c. Quid certi inter tot pugnantes ac diſſidentes opiniones, quarum haud ſcio ſatis, an ulla veritati litaverit, ſtatuemus?

AMPLIFICAT. Inveteravit jam pridem opinio, pernicioſa Reipubl. & univerſo nobiliſſimo ordini, omnibúsque qui in curiis atque ſubſelliis judiciorum conſtituti ſunt periculoſa; quæ non modò in auguſtiſſimo hoc imperio Romano, ſed & apud exteras nationes omnes, omnium ſermone percrepuit. * Quam varii hominum omnium ſunt ſenſus ac voluntates, quibus animi nunc oblectantur, nunc torquentur. * Cognitio infuſa, ac è cœlis hauſta, velut nectar æternum, quo mens hominum inebriata patriæ cœleſtis affectum retineret, & caducis terræ bonis commiſceri dedignaretur. * Hoc cupit hodie, cras ſpernit, hoc probat, hoc damnat nihil judicio, ſed corpori ſenſibúsque gratificans omnia & indulgens. Atque ut oculus, qui nebulam aut aquam inſpicit, res metitur falsô modô, ſic animus, qui per opiniones nubem. (*Lips.*) * Opinio in nobis naſcitur, quæ non aliud, quàm rationis vana imago & umbra. (*Idem.*) Vana eadem, incerta, fallax, male conſulens, malè judicans, conſtantiâ imprimis animum ſpoliat & veritate. (*Idem.*) Hæc homini, ſi conſideras, malorum mater, hæc autor in nobis confuſæ & perturbatæ vitæ; quod curæ nos exerceant, ab hac eſt: quod affectus diſtrahant, ab hac: quòd vitia nobis imperent,

rent, ab iſta. Itaque ut ii, qui Tyrannidem ſublatam è civitate volunt, tollunt ante omnia everruntque arcem: ſic nobis, ſi ſeriò ad bonam mentem pergimus, dejiciendum hoc caſtellum opinionum. (*Idem.*) Ut chamæleon quoniam aurâ, ut ajunt, non cibo veſcitur, hianti ſemper eſt ore, ſic illi cupidine, quos ventus inflavit vulgarium opinionum. (*Idem.*)

SENTENTIÆ. Quales haberi volumus, tales ſimus. (*Ambr.*) Temeritas aſſerendæ incertæ dubiæque opinionis, difficilè Sacrilegii crimen evitat. [*Aug.*] Quod intelligimus, debemus Rationi: quod credimus, Authoritati: quod opinamur, Errori. (*Idem.*) Magna eſt vis veternoſarum opinionum, & diu defenſæ, atque creditæ falſitatis. (*Idem.*) Decor tuus, ſplendor bonæ Opinionis eſt. (*Bern.*) Fratrum potiùs, quàm Opinionum noſtrarum amatores ſiamus. (*Naz.*) Fornicarius neminem æſtimat caſtum, & caſtus non facilè de fornicario ſuſpicatur. (*Chryſoſt.*) Non te Inflet opinio ſecunda nec ſiniſtra dejiciat. (*Proſp.*) Opinio fallens errorem operum miniſtrat & cancellat vota in diverſum. (*Nier.*) Non peſtilentia, non procellæ, non fulmina, non terræ motus, ita malè de humanis merentur, ut vota humana. [*Idem.*] Opinionis rectitudo veritas eſt. [*Ariſt.*] Opinio eſt Actionum Domina atque Arbitra. [*Idem.*] Mala opinantur de te Homines, ſed mali. [*Sen.*] Homines perturbantur, non rebus, ſed iis quas de rebus habent, opinionibus. [*Epict.*] Humana omnia opinione conſtant. (*Strada.*) Opinio nihil aliud eſt, quàm aut falſa de rebus judicare, aut vera; ſed infirmiter, nec Rationi ſuffultum. (*Lips.*)

SIMILITUD. Ut oculus, qui per nebulam aut aquam inſpicit, res metitur falſo modo: Sic Animus, qui per Opinionis nubem. [*Lips.*] Ut Chamæleon, quoniam aurâ, ut ajunt, non cibo veſcitur, hianti ſemper eſt ore: Sic illi cupidine, quos ventus inflavit vul-

vulgarium opinionum. (*Idem.*) Sicut Muſto tempus dandum eſt, ut deſpumet: Sic Animis, ut fœces illas ejiciant Opinionum. [*Idem.*]

ORARE. Betten. *Prier dieu.*

SYN. Precari, deprecari, ſupplicare, invocare, implorare, rogare, obſecrare, obteſtari. PHR. Numen venerari. Deo preces adhibere, fundere. Operam dare piæ precationi. Adhibere preces ſuperis, *vel* ad Superos. * Ich bitte GOtt / daß Er deine Anſchläge ſegnen wolle. *Je prie DIEU, qu'il beniſſe vos deſſeins.* Quod agis, fortunent ſuperi. Deus cœpta ſecundet. Quod inſtituiſti, feliciter cadat, *vel*, benè vertat, *vel*, feliciter eveniat, *vel*, proſpere vertat, *vel*, feliciter tibi cedat, totique reipublicæ, *vel*, feliciter exeat, *vel*, ex animi ſententia procedat. Deum Optimum, Maximúmque precor, ut quod cœpiſti conſilium, quàm eſt honeſtum, tam ſit etiam auſpicatum. Faxint ſuperi, ut alba tibi contingant omnia. Velim, ut ex voto res omnis tibi ſuccedat. Precor, ut tibi ſecunda eveniant omnia. Precor ut ſecundo, faventéque Numine, negocium ſuſceptum conficias. Nihil malim; quàm ut in his pulcherrimis cœptis, dextra aſpirent Numina. Quæſo, ut quod bonis avibus, lætis auſpiciis inſtituiſti; lætioribus, fortunatioribus abſolvas. Sit felix, fauſtum, fortunatúmque tibi, nobis omnibus, totique reipublicæ, quod inſtituiſti. Ut ſempiternæ laudi tibi ſit hæc res, exopto. * Tu potiùs Deos comprecare, nam tibi illos certò ſcio, quò vir melior multò es quàm ego ſum, obtemperaturos magis. Vota pro imperio, communique Reip. bono nuncupare, facere. Ad deos populum ac vota vertit. Supplicatum ire, pacemque expoſcere deorum. Stratæ paſſim matres, crinibus templa verentes, veniam irarum cœleſtium, finémque peſti expoſcunt. Precibus ab diis petitum, ut exitium ab urbis tectis templisque arcerent. Dicitur manus

ad cœlum tollens precatus esse. Matronæ quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versæ, per omnia delubra vagæ, supplicationibus votisque deos fatigavêre. Precibus DEUM percolere. Precibus ad Cæsaris numen porrectis. Manibus extensis in cœlum precari. Pro cujus salute & incrementis, votis excubabant. Ille nunc parricidas ad DEUM precibus remunerari. B. AGNES precationis formulam à Christo traditam, & Salutationem Angeli non arripuit solùm, (quod in illâ tamen ætatis imbecillitate mirum esset) sed etiam identidem, ut sic omninò sapere videretur, ab æqualium colluſionibus, in solitudinem uspiam seducta, memoriter & suppliciter, diligenter usurpabat, opem exposcens à Cœli Rege. Ubi verò, quod identidem accuratissiméque factitabat, in intimum cubiculum, ad aram domesticam orandi gratiâ secessisset: hîc excepto genibus corpore, palmisque suppliciter aut ad pectus admotis, aut supinis, aut duplicatis, animum à sensibus avocabat; & spem omnem amorémque, quoad posset, transfundebat in DEUM.

ORATIO. Gebett. *Priere.*

SYN. Precatio, comprecatio, rogatio. ADJU. Blanda, pia, humilis, solicita, sacra, benigna, importuna, assidua, potens, ardens, attenta, repetita, iterata, flebilis, irrita, calidissima, cassa, vana, inanis. PHR. Votum supplex. In cassùm missæ preces. Obsecrationes in templis factæ. Obsecratio in unum diem indicta. Matris impensissimæ preces. Fusæ DEO, aut Cœlitibus preces. Numini, aut Cœlitibus adhibita comprecatio. Oratio est hominis DEO adhærens affectio, & familiaris quædam allocutio, & statio illuminatæ mentis, ad fruendum quàm diu licet. (*Ant. Pad.*) Est petitio decentium in DEO, vel à DEO. (*Bonav.*) Explicatio desiderii, & interpres ac nuntia voluntatis. (*Dion. Carth.*) Pius affe-

Digitized by Google

affectis mentis in DEUM directus; pro bonis æternis adipiſcendis. (*Hugo C.*) Nil aliud eſt, niſi mundi viſibilis & inviſibilis alienatio. (*Joan. Damaſc.*) Mentis in DEUM aſcenſus; aut eorum à DEO poſtulatio, quæ poſtulare convenit. (*Idem.*) Piæ mentis ad DEUM converſio, fide, ſpe charitate ſubnixa. [*Laur. Juſt.*] Colloquium mentis cum DEO. (*Nilus*) Aſcenſio Animæ de terreſtribus ad cœleſtia, inquiſitio ſupernorum, & inviſibilium deſiderium. (*Aug.*)

Man verrichtet das offentliche Gebett für des Königs Heyl. *On fait des prieres publiques pour le Roy.* Habetur ſupplicatio pro ſalute Regis: Fit ſupplicatio immortali DEO pro incolumitate Regis: ut Regem præſtet incolumen. Omnibus templis & aris ſolemni ritu adhibetur comprecatio in ſalutem Regis. * **GOTT wird unſer Gebett erhören.** *DIEU ſe laiſſera vaincre à nos prieres.* DEUS preces noſtras audiet, exaudiet, admittet, æquis auribus accipiet, ſuſcipiet: preces noſtras non averſabitur, non aſpernabitur, non deſpiciet, non abjiciet, non repudiabit, non contemnet, non deſpuet, non adverſis auribus audiet. Precibus noſtris flectetur, movebitur, tangetur. DEUS patietur ſe à nobis exorari. Precibus noſtris annuet, cedet, concedet, indulgebit.

SENTENTIÆ. Bona eſt Oratio cum jejunio & Eleemoſyna. (*Tob. 12. 8.*) Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. (*Eccli. 35. 21.*) Oratio eſt virtutis univerſæ fulcrum quoddam, & adverſus cunctos hoſtes clypeus tutiſſimus. (*Kobert.*) Bonum ſcutum Oratio, quo omnia adverſaria ſpicula repelluntur. (*Ambr.*) Oratio grandis munitio eſt animæ. (*Aug.*) Oratio tua locutio eſt ad DEUM: quando legis, DEUS tibi loquitur: quando oras, cum DEO loqueris. (*Idem.*) Verè novit rectè vivere, qui rectè novit orare. (*Idem.*) Oratio juſti, clavis eſt cœli: aſcendit precatio, & deſcendit DEI miſeratio. [*Idem.*] Oratio duritiam

cordis emollit, auſteritatem temperat, jejunium dulcificat. [*Idem.*] Oratio eſt fundamentum fidei, conjugatorum levamen, viduarum maritus, Monacharum corona, Angelorum cognata, Deitatis ſcala, columna ſanctarum virtutum. (*Idem.*) Oratio munimentum grande eſt Animæ. (*Baſil.*) Oratio linguæ venenatæ, non eſt clamor orantis, ſed ſibilus ſerpentis. [*Bonav.*] Multa eſt virtus Orationis, quæ DEUM lenit, Angelos ad ſe trahit, & Dæmones dejicit atque affligit. [*Idem.*] Oratio eſt hoſtis flagellum, peccatoris ſubſidium, proximi ſolatium, DEI ſacrificium. [*Idem.*] Oratio Hauſtorium eſt, quo Spiritus S. gratia hauritur de fonte ſuperfluentis dulcedinis illius beatiſſ. TRINITATIS. [*Idem.*] Nulla eſt in alia totâ vitâ humanâ pretioſior Oratione poſſeſſio. (*Ephrem.*) Oratio jugis, infirmitas hoſtis. [*Chryſoſt.*] Aptiſſima arma Oratio, theſaurus perpetuus, divitiæ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquillitatis; author, parens, fons & radix bonorum omnium. (*Idem.*) Omnis locus, omne tempus, orationis acceſſui convenit. (*Idem.*) Tu cum Rege Regum colloquens, cui cum horrore ſerviunt Angeli, omiſſo cum illo cœpto ſermone, de luto, de pulvere, de telis aranearum loqueris? (*Idem.*) Oratio pia DEO vim infert. (*Clim.*) Qualis vir, talis Oratio. (*Sen.*) Qualis vis eſſe, dum DEUM oras, talis ſemper eſto. (*Sixt. Phil.*) Non petendum à DEO, quod ab homine exigere erubeſceremus. (*Nier.*) Furioſo petenti gladium ſuum proprium, ut noceat alii; non licet dare; quantò minus, ſic ut læderet ipſum concedentem? Quomodo DEUM tam ſceleſtum aut ſtultum putas, ut tibi petenti, quæ non ſunt tua, velis arma à DEO dari, ut te & DEUM ipſum offendas. [*Idem.*] Niſi Cor, Lingua & Manus ad Devotionem ſimul conſpirent, ipſa expirabit Devotio. (*Haineuf.*) Vis altum proficere? Ora. Dura molliunt calentes preces. (*Theſ.*) Diſce, per vota quæ-

quærere, quod optas: nam magnum aliquid porrigit Cœlum, cum flectitur. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut Militem procedere ad conflictum non congruit, ſine Armorum protectione: ità nec Homini Chriſtiano, absque Orationis munitione, aliquid agere licet. (*Laur. Juſt.*) Oratio eſt ſicut Armatura Militem ornans, ſicut lucerna viam demonſtrans, & ſicut columba olivam portans. [*Bonav.*] Sicut thus ſuper carbones poſitum, ſpirat ſuavem & redolentem odorem: Sic Oratio incenſa ſuper carbones devotionis, multùm fragrat in conſpectu divinæ Majeſtatis. (*Idem.*) Oratio eſt quaſi quædam Avicula: volat ante DEUM, ibique mandatum peragit, quò caro pervenire nequit: cujus alæ ſunt Jejunium & Eleemoſyna. Jejunium quidem levem facit Orationem, ut citò evolet: ſed Eleemoſyna pinguem reddit, nè deficiat in viâ. (*Hugo C.*)

ORATIO. Red. *Harangue.*

SYN. Concio, locutio, Sermo. ADJU. Abjecta, non abundans; polita, non inops; tamen non valdè nitens, non planè horrida; accurata, & facta quodammodo aſtrictior aliquantoque contractior; altior, antiqua, aptior, bona & nobilis, brevis, dulcis, eruditior, expedita & perfacilè currens; fervida & nova; grandis & ſplendida facta; illuſtris, incitata & gravis & vehemens; incitata & vibrans: incitata & volubilis, nec redundans; ea tamen nec circumfluens; liberior, alatior, Magiſtra *alicui*; mollis & lucens; mollis teneraque & ſuavis magis, quàm gravis; plena animi & terroris, doloris, ſenectutis, popularis, poſtrema; præclara & nimis vetus, puerilis; pugnatior & pacatior, pure referta rebus & verbis; ſplendida & gravis, & inprimis faceta, & perurbana; non ſatis ſplendida verbis, ſed acuta, prudentiæque pleniſſima; non vendibilis; præceps quædam, & idcircò obſcura, quia peracu-

ta, tum rapida, & ſeveritate concitata; volubilis, ſed paulò fervidior, accommodatior ad agendum; referta verbis gravibus; dilucida, ſuavis, magis obſcura, minus probabilis, inconſtans, libera, expreſſa; naturalis, & non explanata; ſimplex & gravis, accurata, multa, & varia; illuſtrior, admirabilis, ornatior ſententiis; tolerabilis, admirabilior, aliena, anguſta atque conciſſa, apta atque numeroſa, ardens, aſpera, triſtis, horrida, néque perfecta, néque concluſa; caſta & verecunda, civilis, contorta & acris, diſſipata; inculta & fluens, nec humilis, nec abjecta, nec nimis alta & exaggerata, plena tamen gravitatis; immoderata, aut diſſoluta, aut anguſta, aut fluens; implicata atque permixta, nimis tarda, ingrediens æqualiter, conſtantérque; nec claudicans, nec quaſi fluctuans, judicialis, & forenſis; levis, & inſtructa, & terminanda; liberior; modica, & temperata, mollis, & tenera, & flexibilis; mollis, & umbratilis, multiplex & æquabiliter in omnia genera fuſa; nuda ac rudis; numeroſa & apta; par, & æqualis; proba, ſubtilis & incompta, ſtabilis, preſſa, temperata; tracta & fluens, non contorta, & acris; aliena à ratione judiciorum, & quotidianâ dicendi conſuetudine; apta ad illa tempora; mollis, & liberalis, aſſidua, benigna, capitalis, longior, brevior, & ſupplex; celer, & concitata; firmior flexanima atque omnium rerum regina, fortis, placida, ſubmiſſa, levis, gravior, non modò miſerabilis, ſed etiam irridenda, moderata, placida, levis, fortis, acris, vehemens; ſubtilis, & ornata; temperatior; varior & copioſa, concinna, diſtincta, ornata, confuſa, & perturbata, cygnea, digna exſpectatione, egregia exercitata, exilis, inculta, cohærens, vulgaris; admirabilis, liberalis, polita, gravior atque antiquior, fluens æquabiliter; grandis, gravis, ſuavis, erudita, lenis, locuples, nitida, nova; paulò obſoletior;

plena

plena quædam, & tamen teres & tenuis, & particeps utriúsque generis; plenior & melior commendata, compoſita & ornata, & artificio quodam diſtincta; fortis, & virilis, & hominum ſenſibus, ac mentibus accommodata; longa, & perpolita, ſapientibus ſententiis, gravibúsque verbis, ornatiſſima, perpetua, propria, ſimilis, ſpinoſa & ſubita, & fortuita; compta & mitis, dulcior, vetus, conſtans, digna perſona; uberior, nec minus facета, continens, contumelioſa, perelegans, & ſubtilis, honorifica, injucunda, copioſa, vel elegans, humilis & ſupplex, turpis, copioſa, & gravis, copioſa magis quam ſapiens, erudita, copioſiſſima, atque ornatiſſima, dilucida, gravior & ſplendidior, diſcrepans verbis, ſententiis congruens, interpres mentis, extrema, gratiſſima, fructuoſa, gratior, gravis, horribilis, ſevera, ſuavis & illuſtris & perſpicua, honeſta, honorifica, pleniſſima gravitatis, immanis, invita, nobilis, univerſa, improba, infinita atque ingrata, pergrata & gravis, pernicioſa, reliqua, ſumma, immenſa, inimica, longa, & altè repetita, & iniqua, & nova, invita & grata, par virtuti, miſerabilis, mollis & enervata, perexigua, terribilis, utilior, ornata & gravis, pergrata alicui, ſplendida, & illuſtris, preſſior, prudens, ſuperior, rapida, varia, ſtabilis & non mutata; tam triſtis, tam grata, vana, vehemens, interdum irata, & plena juſti doloris, & copioſa. (*Ex Cic.*) Gravis & fulminans; maſcula; minimè ſevera, & contortâ intelligentiâ impedita, & perplexa, faſtidioſa.

PHR. Granditas, tumor, flos, decus Orationis. Fœtus ingenii, linguæ opus, oris partus; voce ſub ſenſum aurium, ſcripturâ ſub oculos cadens. Valida Oratio, quæ novacula eſt pectoribus ſcindendis, ſecuris verò animis ſecandis. Orationes omnium doctrinarum diſtinctæ notis, omnium liberalium artium

reſperſæ floribus. Placidæ Orationis flumen, candore animi, argenteis vorticibus illuſtre. Nullo recondito contexta artificio, neque ſplendido elocutionis genere colluſtrata, neque inauditarum copiâ ſententiarum locuples oratio. Pura atque ingenua, neque calamiſtris ullis aut pigmentis infuſcata atque inuſta oratio. Oratio non figurarum novitate elegans, ſed affectatæ brevitatis perſpicuitate, ornatæ gravitatis probitate præſtans. Dictio non ſubtilis & exquiſita; ſed membris conciſſis elumbis, & perpetua quadam macie ita ſqualens, ut vix intelligas, quid dicatur; ut dicas quod intelligatur. Oratio leviſſimarum rerum tenuitate ac mediocritate multis partibus inferior, obſcura, abjecta & miſera. Cujus oratio nullo ſtudio exculta, nulla diligentia expolita, nullo artificio elaborata. Oratio; quæ inventionem habet hauſtam ex fece, verba putida conſuetudine; curſus eſt inciſus; ut videatur oratio potiùs inſiſtere clauda, quàm recto pede ingredi. Oratio, in qua res ſine ordine, modò obſoleſcunt, modò nitent: hinc vincuntur, illinc vincunt: nunc gaudent, nunc mœrent. Nænias dicere, voculas ex Cicerone collectas conjungere, & ex eis quaſi teſſelis jejunam ac famelicam orationem contexere: picarum & pſittacorum iſta eloquentia eſt, auditas voces iterare ac reddere; neque quidquam unquam dicere, qnod ſit vere ac propriè tuum. Oratio vel Ciceronis conſperſa floribus ad aures audientium ſuavitate deliniendas, vel Demoſthenis vincta nervis, ad animos eorum pondere perfringendos. Oratio perſperſa Demoſthenis pigmentis decoriter, & Ciceronis nervis vincta firmiter. Oratio, quæ ex Demoſthenis artificio eſt deprompta, aut Ciceronis inuſta calamiſtris aut periodica Iſocratis arte in quadrum redacta affabrè, aut quibuscunque eloquentiæ ornamentis dicta aures titillat. Oratio efficta ex delitiis Ciceronis ad voluptatem, ex Spiritu Demoſthenis hauſta ad ſtuporem, ex Periclis gravitate ad

ad-

admirationem, ex Iſocratis ubertate ad nitorem. Senſus non in ore nati, ſed in pectoris exceſſu, ex profundo rerum humanarum & experientiæ viſceribus deprompti. Ut olim oratio veſtra & copiâ rerum madeat, & bonis ac lectis verbis ſtructa ſit, &c. Oratio vel Ciceronis floribus conſperſa, vel Iſocratis ſuavitate jucunda, vel Demoſthenis robore nervisque invicta, tum ad aures audientium deliniendas, tùm ad animos vi quadam percellendos à DEO Opt. Max. conceſſa. Oratio lætarum mœſta, gravium diſſoluta, conciſſarum longa; lautarum horrida, ſuavium amara; autè contra, amararum ſuavis, horridarum lauta, longarum conciſa, diſſolutarum gravis, & mœſtarum læta. Oratio vel Romanâ facundiæ ſuavitate condita, qua in aures; vel Atticâ dictionis firmitate expolita, qua in mentes, vel influit delicatè cum Valerio, vel irrepit ſplendide cum Piſiſtrato. Oratio omni ex parte perfectè abſoluta, ut in illa neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Calvus argutias, nec parſimoniam Saluſtius, nec opulentiam Cicero. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile; nihil tam horridum tam incultum; quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. (*Cic.*)

AMPLIFICAT. In hos & ſimiles facundiæ veræ Magiſtros cum mentis oculos injicio: cùm ornatam & perpolitam ſapientibus ſententiis gravibusque verbis orationem intueor, Cœlum mihi videre videor innumerabilibus undique ſtellis aptum & illuminatum, ubi facundi nepos Atlantis Mercurius fulgeat, ubi non una modò Venus, ſed trecentæ ſcintillent. * Oratio, quæ eſt clara, aperta, dilucida, induſtria, & eleganter elaborata, ut omnes dicendi veneres, omnes exornationes, omnia lenocinia complectatur, quæ ſuavis, concentu quodam atque apta modulatione

condita eſt, crebrisque figuris diſtincta atque exornata eſt, mirandum in modum audientium animos delectat. * Hæc ab immortali mente ficta & perfecta, cogitationes, optata, ſcientiamque continet rerum immörtalium: hæc ſæpè nos ex ore eloquentis prodiens ad comparandum memoriæ, nominisque immortalitatem ac vitæ beatæ æternitatem cohortatur: hæc præclara hominum ingenia resque virtute geſtas immortalitati laudando commendat: hæc ipſa denique monumentis inſcripta, fit diuturnitate temporis propemodum immortalis. * Cujus in oratione nihil eſt inæquabile, nihil redundans, nihil ab aliis differens, nihil claudicans, nihil ejusmodi, in quo aliquid non immerito deſideres. Tota ipſa ſolida eſt, ac ſucci plena: tota eloquentiam ſpirat & ſapientiam: tota uno, ut ajunt, tenore fertur, reconditisque rebus & ingenibus divitiis abundat. * Oratio, in qua ornamenta ſunt, tanquam flores ad venuſtatem accommodata, quæ maximam afferunt in dicendo voluptatem, & audientium animos atque aures ita aliciunt, & ad ſeſe trahunt, ut formoſi atque odorati flores oculos & aures afficere ſolent.

Orationes tam arte perfectæ elaboratæ induſtriâ, judiciô perpolitæ, quæ tanquam toreumata quædam alterius Phydiæ, aut Mentoris aut Polycleti doctioris manu tornatæ, quæ verborum figuris coloratæ pulcherrimis, quæ ſchematibus aſperæ ſententiarum mirabilibus, quæ ſuavitate lævi molliter fluentium humerorum; quæ ſententiarum emblematibus ornatæ clariſſimis, non modò legentes mirificè delectant, ſed etiam Tulliani ingenii lumine; ſplendore limatiſſimæ compoſitionis ad Cleanthis, Ariſtophanis, & Demoſthenis lucernam elucubratæ, cujuscunque generis ornamentorum fulgore cæterorum Oratorum orationes inobſcurarunt, tum eruditiſſimo mucrone tam nobilis cælatoris, & acumine Ciceroniani

ni ſtyli conſoderunt, ex omnibus bibliothecis ejecerunt atque ex univerſo mundo fugaverunt. * Dictio quæ lectorem ſuſpenſum tenet, quæ cum placeat, non explet, ſemperque novæ aliquid expectationis oſtentat, ut nusquam depoſuiſſe calamum ſentiat, nusquam finiiſſe, niſi opere univerſo expleto, & quod in menſis aſſolet magnorum, puritamenta ullius interſpergat novæ famis & ſitis; ut quò altiùs lector fertur, quis avidiùs ad reliqua ſuſpiret.

Cui tanta vis jucunditatis effluit? quænam Herculis aurea catena, quæ ferrea Mercurii, quæ magnetis Lucretii: qui cœleſtis lepos Periclis Olympii, quæ Platonis ars excantandi, quæ Sirenum blanditiæ, quæ teſtudo Amphionis, quæ Attica Muſicæ vox, quod mel Homerici Neſtoris unquam fluit, quod cum Tulliana vi ſuaviter trahente comparari poſſit & æquari. * Permultas legamus, oſculemur, admiremur ſcriptas ad legem artis, compoſitas ad regulam prudentiæ, perpolitas ad unguem diligentiæ; in quibus ipſum Ciceronis loquentis ingenium eminere, lucere, ſpirare conſpicimus. * Ciceronis orationes immortali ingenio, ſtylo ſempiterno, non atramento vetuſtati obnoxio, ſed colore quodam æterno conſcriptæ referunt ejus imaginem ſolidam animi, faciem eloquentiæ ſpirantem, vivam pronunciantis vocem; propterea poſteris omnibus doctis atque idiotis placuerunt verſanturque adhuc manib, noſtris cum voluptate maxima; tum, ut mea ſert opinio, quod humanum genus incolume manſerit, quam diu ſteterit uſus literarum quousque viguerit hominum memoria, deſcribentur, legentur probabuntur. * Elocutionis tela mirabili contexta ſtyli artificio, ſimiliter ut columba collum, ut cœleſtis arcus, ut iris gemma ſplendeſcit: Diſpoſitio prudentiam, inventio denique ingenium Oratoris prodit. * In qua Saluſtii violæ, hyacinthi Terentii, Cæſaris roſæ, lilia Titi Livii, Ciceronis flores omnes ita ſunt illigati atque

que intexti, ut ſinguli deliteſcant, & generatim ſuavitas quæ inde afflatur, odorque omnium ſentiatur. * Ubi ſingula verba ſunt aptiſſime collocanda, ut in pavimento teſſelato, in emblemate vermiculato, in opere fuſivo lapilli diſpares, varii, diſcolores, ubi vitandus concurſus aſperarum literarum, fugiendus vocalium inter ſe coëuntium hiatus, quærendi pedes, enumerandæ ſyllabæ, metiendæ periodi; neceſſarius eſt calami mucro tantorum operum effector ac Magiſter: quem manus moveat, ducat mens, dirigat oculus ſenſusque omnes ac vires animi contentæ vehementer, atque adductæ comitentur.

Si ardentibus verbis ſententiisque, atque ad animum permanantibus impreſſionem faciant, ſi fuſæ fluentisque pompam orationis late explicent, ſi vocibus calamiſtro delicatè contortis ac pœne ambuſtis ubique redundent, ſi tota Rhetorum myrotheca; atque omnes arculos & pigmenta conſumant, ſi ſenſus audaces ac tantum non prætergreſſuras fidem; ſi tractim micantes fulgentesque fulminum more ſententiolas, ſi perilluſtres neſcio quos ingeniorum partus atque acumina paſſim proferant, ſi demum ſyllabis perpetuò ad numerum diſtriburis, modulationi ſimiliora, quàm ſermoni componant. * Fluit oratio mea, ſi non ut Euphrates, aures veſtras ornamentorum amœnitate lætificans; ſi non ut Nilus fœcunditate rerum ac verborum veſtra conſerens ingenia, ſi non ut Indus doctrinarum gemmis, & aure ſapientiæ memoriam veſtram locupletans; ut rivulus certe copioſior auribus mentibusque veſtris nec inutilis, nec injucundus. * Cui nihil addi poteſt, ut Ciceroni, nihil detrahi licet, ut Demoſtheni, quæ eſt ita copioſa, ut ſupervacanea copia non luxuriet: moderata; ut infantiâ non laboret: denique tanquam fluvius, nec redundantia turgidus diffluens extra ripas: nec ſiccitate extenuatus alveum non explens, à mente decurrat. * Hinc ingenii, eloquentiæ partus, quem ora-

orationem nominamus; naviculæ inſtar eſt, quæ dicentis è pectore atque ore tanquam è littore ſtationéque ſolvens, dentium remigio pulſa, linguæ gubernaculo recta ſpiritus, aura provecta per aeris interjecti mare, rebus ſententiis, doctrinis, factis, cogitatis onuſta defertur in aures auditoris, quaſi in tranquillum portum; ad quem ut appulſa eſt, pretioſas merces, quas vehebat in phantaſiam audientis exponit, quas ubi illa inſpexit, expurgavitque ut diximus, in memoriæ cellam, ordine recondit univerſas, opportuno tempore repetendas. * In ea margaritæ verborum, gemmæ ſententiarum, emblemata ſchematum cum admiratione cernuntur; ſed quia integra ſunt è memoria in chartam delapſa; & quondam ex aliis orationibus detracta fuerunt in memoriæ loculis, armariisque collocata; nemo eſt lector illarum orationum, unde præclara illa ornamenta ad verbum & ſyllabatim refixa fuerant, qui non ea recognoſcat aliena, atque intelligat, quàm naviter compoſitor hic orationis, nondum peritiſſimus furunculus, aliorum orationes compilarit. * In quibus jure, lege, præſcriptoque artis omnes exornationum margaritæ, floſculi, ac lepores illigantur: hæ ſententiarum gemmis, luminibus, ſtellisque collucent: ab his fucati candoris, & ruboris medicamenta minime repelluntur: eædem ut colorum pigmentis fucatæ non erubeſcunt; ità nec cincinis ornatæ diſplicent; atque omnes Veneres, feſtivitates, aurium lenocinia, verborúmque ſuo jure recipiunt ornamenta.

SENTENTIÆ. Oratio ſit pura, ſimplex, diluci da atque manifeſta, plena gravitatis & ponderis; non affectata elegentiâ, ſed non intermiſſâ gratiâ. (*Ambr.*) Verborum & orationis curioſitas ſuperflua eſt, turpis & indigna, ridicula & Sophiſtis digna. (*Chryſoſt.*) Orationis prolixitas moleſtiam affert. (*Theodoret.*) Nihil tam jucundum cogitatu atque auditu, quam ſapientibus ſententiis, gravibusque verbis orna-

ornata Oratio. (*Cic.*) Oratio blanda, melleus laqueus. (*Diog.*) Habet ſuum venenum blanda oratio. (*Min. Publ.*) Non amputata Oratio & abſciſſa; ſed lata, magnifica & excelſa tonat. (*Plin. II.*) Difficile eſt, ut Oratio dum recitatur, ſatisfaciat omnibus. [*Idem.*] Oratio, quæ veritati operam dat, incompoſita debet eſſe & ſimplex: alioquin multum habet inanitatis & vani; plus ſonat, quàm valet. [*Sen.*) Oratio ſolicita Philoſophum non decet. (*Idem.*) Argumentum eſt luxuriæ publicæ, Orationis laſcivia. [*Idem.*] Nihil eſt Oratoriâ vi clarius. [*Val. Max.*

SIMILITUD. Sicut nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni ignem concipere poſſit: Sic nulla mens eſt tam ad comprehendendam vim Orationis parata, quæ poſſit accendi, niſi inflammata priùs ad eam & ardens acceſſerit (*Cic.*) Ut frœno circumagitur equus, ut clavo navis: ità Oratione ducuntur homines. (*Idem.*) Ut idem Sol ceram liquefacit, & lutum indurat: Ita eadem Oratio alios reddit meliores, alios deteriores, pro ingeniorum varietate. (*Eraſm.*) Ut lumen, ita nec Oratio ulli prodeſt, niſi volentibus accipere. (*Plut.*] Qui Coronas nectunt, belliſſima quærunt, non viliſſima · Ut Apes etiam amariſſimo thymo inſident, atque inde mellificium colligunt: Sic oportet Auditorem non floſculos Orationis voluptatis causâ ſectari, ſed vim ſententiarum, & utilitatem. (*Idem.*) V. Concio. Eloquentia.

ORATOR. Redner. *Orateur.*

SYN. Rhetor, legatus. ADJU. Accommodus ad probandum, mediocris, optimus, præſtantiſſimus, ſimplex & gravis, acer, incenſus, agens & canorus, acutus; acutior, quam ornatior; amplius, copioſius, gravis, ornatus, argutus, verbis dulcis; bonus, & volubilis, & ſatis acer., atquè idem, & vehe-

Digitized by Google

vehemens, & valdè dulcis, & perfacetus; induſtrius etiam & diligens, clariſſimus, compoſitus, copioſior & mollior, copioſiſſimus, deterrimus; ſi minus doctus, attamen exercitatus, magnificus, ſuavis, & ornatus, vehemens, & gravis, nec ſatis politus, & ſapiens; intermedius, atque quaſi temperatus; magnus, ſi non maximus, mirabilis, uber & fœcundus, aptus ad erudiendum, dulcis, eruditior, fortis; grandis, & ut ita dicam tragicus; ardens, gravis in laudando, acerbus in vituperando, in ſententiis argutus, in docendo diſſerendoque ſubtilis; gravis, & miſerabilis, gravior, callidior, temperatior, jejunior, ſanè illuſtris, paulò illuſtrior, magnus & gravis, modicus ac temperatus, ornatus, acer verborum, & actionis genere commotior, ornatus & ornatior, ſed tamen affectior; peritiſſimus, ſimplex quidem, & antiquus, preſſus, ardore et ætate conjunctior, opimus, acutus, remiſſus et levis, ſanus, prope ſingularis, ſtatarius et ſermonis plenus, minimè tardus in excogitando, veruntamen vultu, et ſimulatione multò acutior, quam videbatur; ſuavis, gravis, facetus, ſummiſſus et humilis, elegans, audax infacundus verbis, et in transferendis verecundus, et parcus; in ornamentis priſcis demiſſior, translatione crebrior; ſapiens, ſed magnus tamen et germanus, et ſuavis, ſumnius, minimè ineptus, tardus ad excogitandum, et rerum immemor; tenuis, non vulgaris, ſed excellens, tolerabilis, vehemens, parum vehemens, dulcis tamen, perfectus, verucoſus, diſſertiſſimus, dignus nomine gravi, grandior, operarius, plenus atque perfectus, ſapiens, ſummus, diſertior, excellens, inurbanus, et inops urbanitatis; jucundus, jucundior, exprobabilior; gravis ac diſertus, locuples oratione, rebus dignior, otioſus, in dicendo eloquens; *Summi, mediocres, ornatiſſimi, ſubtiles, acute; ſententiis magis, quàm verbis abundantes; tolerabiliores, vitioſiſſimi, pa-*

rum preſſi, minus redundantes ; concinniores jejunitate, i.e. faceti, florentes, leviter ornati, grandiloqui, graves ad promovendos animos. (*Ex Cic.*)

PHR. Orator omni laude cumulatus: omni ex parte perfectus. Diſertiſſimus Orator, ætate jam provectus, uſu, memoriâ, rebus omnibus ad dicendum inſtructiſſimus. Cujus ſolius. (*Cic.*) Ingenium Romani fines imperii ſuperavit. Qui in utróque genere ſcribendi ita excellit; ut in altero cum veteribus jam facile comparari, in altero etiam contendere audeat. In quo memoriæ plurimum, imaginationis haud parum, ingenii rationisque quàm minimum elucet. Orator dulciſſimus, floſculis redundans, nitore illuſtris, numerorum ſuavitate delibutus. Ad Muſarum amœnitatem ſubinde divertens, earum feſtivitatibus liberaliùs exultans, Poëticis identidem lenociniis indulgens. Illæ ingentes animæ, cœlo capita alta ferentes, nubes & inania perpetuo captantes; centum linguas, centum ora, vel in culice depoſcentes: uno verbo illa gigantea Poëtarum ſoboles quam in quotidiano ſermone fulminamus omnes.

AMPLIFICAT. Qui ingenioſum & gravem orationis curſum acutè docet invenire, qui pulcherrimum quendam in diſponendis orationis partibus & argumentis ordinem aperit, qui exornatione & figurarum varietate, mirâ quâdam dignitate, quicquid inventum ac diſpoſitum fuerit, expoliri oſtendit. * Videte quàm multis in rebus ſimilitudo reſideat: ibi eſt lapis trahens: hic orator eloquens: illinc recondita virtus transfunditur: hinc occulta delectatio transmittitur: ſtupet annulus, & tanquam latenti veneno inficitur: ſtupeſcit auditor, & latenter dulcedine afficitur: Rapitur ille ad magnetem, & inviſis vinculis adhæreſcit: capitur hic ab oratore, & pendens ab ejus ore mirabiliter tenetur: ille ubi ſemel adhæſerit nunquam ſuâ ſponte divellitur: hic ubi ſemel eſt captus,

non

non nisi vi necessitatis abstrahitur: quid quod à magnete catena pendet annulorum? & ab eloquente oratione catena verborum; In magnete denique quæritur adhuc & quæretur, ut mea fert opinio in omne posterum tempus, quid sit ea virtus, amorne an sympathia: qualis ea vis corporatanè an corporis expers: ubi lateat in ferronè an in magnete: cum rapitur ferrum, accurritne an trahitur? De eloquentiâ pariter à Rhetoribus disputatur, & perpetuò disputabitur, quânam ratione permulceat, oblectet ac detineat auditores. * Hercules Gallicus annis plenus, dignitatis majestate venerandus, cujus ex ore catenulæ tenues auro electróque confectæ pendent, & multitudinis circumfusæ auribus alligatæ per aures animos attrahunt, adeò ut de fugâ nemo cogitet, pedibus adversus trahentem nemo obnitatur, omnes laxatis vinculis ducentem antevertere, læti connitantur. * M. T. Cicero Romani Imperii gloria prima, eloquentiæ miraculum, prudentiæ prodigium, omnis ævi ad omnem eruditionem exemplum, quem non hominem in terris egisse, sed ipsam inter homines animatam eloquentiam fuisse puto, in quem dum mentem admiratione concitatam, oculos stupore conversos cojicietis, ego in ejus laudibus ita omnem orationem occupabo, ut eum ab incunâbulis in lucem publicam educam, in luce per honorum gradus dignitate plenum circumducam, ac tùm glorioso triumphantis immortalitatis sepulchrum deducam. * Orator, quem sive vinciat periodum, & in quadrum redigat, admirareris Demosthenem; sive dictionem liberè spontéque fluentem edat, suspiceres Isocratem, sive flosculos interspergat ornamentáque dictionis, amares Ciceronem; sive nervos colligat firmamentáque argumentorum, obstupescerès Platonem. * Qui semper amator & admirator disertæ atque ornatæ orationis fuit: studioséque in eam rem operam dedit, nè in aliquam infantis aut indiserti

hominis opinionem veniret. * Qui & fidem facit iis, qui audiunt, & eos ſuavitate perfundit, & eorum animos aptis & accommodatis ad obtinendum id, quod vult, affectibus concitat. * Qui de civilibus negotiis ornatè ac copioſè loqui poteſt, qui dicendo animos audientium flectit, qui admirationem concitat, qui modò clamores facit, modò circumfuſam multitudinem ſtupore defigit.

Orator qui lachrymas, dolorem, iram, odia aliosque motus ea vel arte inſerit, vel dulcedine inſtillat, ut lachrymari, dolere, irasci, odiſſe, aliisque motibus, quos inurit orator, concitari, putemus ſeriò lætari. * Orator, qui ſi eliciat lachrymas, fluunt ſuaviter: ſi furorem injiciat, concipitur facilè: ſi iræ & odii faces ſubjiciat, aluntur jucundè: deniquè in mentis noſtræ motionibus tanquam fluctibus concitandis, quidquid conatur, in conatu eſt facilitas: quidquid facit, in facto eſt voluptas. * Qui eloquentiæ prædicat Venetes, doctrinæ nervos, conſtantiæ firmitatem, caſtitatis laureolam, juſtitiæ clementiam, clementiæ ſeveritatem, temperantiæ ſanitatem, juſtitiæ robur. * Quibus eloquentiæ aut vim inſevit natura, aut facultatem confirmavit ars, ut hoc totum ſive naturæ donum, ſive artis ornamentum conferat ad virtutem honeſtandam, ſuisque inſignibus tanquam ſtellulis diſtinguendam. * Qui concionis animos inſatiabili oblectatione devinciunt, quorum omnis ſermo cum urbanitatis ſale perſperſus eſt, tùm diſtinctus & illuminatus doctrinæ notis, quorum ex ore, tanquam ex perenni quodam fonte, nunquam intermittente: nunquam inſiſtente fluxu, novarum usque admirabilium rerum copia incredibilis profluit: *Ii* demum modò clamores faciunt, modò auditores admiratione percuſſos ſilere, & uno in obtutu defixos hærere cogunt. * Qui nec à naturâ inſtructus, nec dictione ex intimo artificio promptâ per-

perpolitus, in oratorum celebritate verſari audet. Qui præter nugas ſonoras, nihil in medium afferunt: tenſo jecore crociţant: latratibus inconcinnis tribunalia exercent: neque judicum reverentia, neque agendi more atque conſuetudine ullâ moventur.

Miraculum quoddam naturæ Cicero, in quem Eloquentia vim ſuam transtulit univerſam, & qui omnes omnium virtutes eſt conſecutus, ut de ipſo teſtatur oratore, deſiderat quispiam certo aliquo in genere orationis excellentiam adipiſci? nullum eſt dicendi genus, aut doctrinæ, tam abſtruſum, tàm reconditum, tàm novum, cujus non aliqua ſint in ipſo veſtigia, non ſanè leviter expreſſa. Theſauri ſunt omninò ſcientiarum ejus libri: & ut amplius dicam nullum incidere thema poteſt, cujus non exemplum apud ſummum illùm civilium controverſiarum diſceptatorem prudentiſſimum reperiatur. Cicero eſt, de quo loquor: & quantum hoc eſt nomen? non hominis eſt ſed eloquentiæ nomen. • Ille eſt Cicero noſter, cujus oratione non tanquam lactis nutrimento educati ſunt omnes eruditi. Ille eſt, quem ex omnium doctorum acie principem omnes abducunt, & in quem omnia ſtudia conferuntur. O nutriamur ejus melle! inebriemur imò potiùs ejus liquore. • Miraculum quoddam eſt naturæ, Marcus Tullius, in quem Eloquentia vim ſuam transtulit univerſam; & omnes omnium virtutes eſt conſecutus. • Ille eſt, cujus ingenium par imperio Romano fuiſſe Seneca Romanorum ſapientiſſimus eſt atteſtatus. Ille eſt, quem lauream tanto triumphis omnibus majorem adeptum fuiſſe Julius Cæſar eſt profeſſus, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam Imperium. Ille eſt, quem ad Veſpaſianum ſcribens Plinius Latiæ facundiam linguæ appellat. Ille eſt, quem dono quodam providentiæ genitum Quintilianus affirmat, in quo vires omnes ſuas eloquentia

experiatur. * Qui tàm clarus, tàm ſuavis, ornatus, gravis, & jucundus eſt, ut nihil prorſus addi poſſe videatur; in quo tàm abſoluta tàm perfecta eſt omnis dicendi ratio & elegantia, ut quidquid in omnibus cæteris auctoribus vel ingenio expolitum, vel induſtria elaboratum, vel artificio excultum reperitur, ad totum in uno Cicerone longè ſpecioſius & ſplendidius appareat. * Ille eſt, qui dono quodam providentiæ genitus eſt, in quo totas vires ſuas eloquentia experiretur: Clarus, ſuavis, jucundus, gravis, qui divinâ ingenii felicitate, quidquid in omnibus aliis admirabile, politum, ingenioſum, eximium reperitur, id ſuis operibus totus effinxit. Ille eſt, in quo perfecta prorſus atque abſoluta dicendi ratio eluceſcit: in quo vis Demoſthenis, copia Platonis, jucunditas Socratis univerſa continetur. Subtilis eſt in probando, temperatus in delectando, vehemens in flectendo. Gravis, copioſus, ornatus.

Orator qui incorruptè dicit & accuratè; ſed curam tamen diſſimulat, idque veluti non agens egit, atque intelligit, eam latini caſtique ſermonis virtutem non tam adeſſe cum laude, quàm deeſſe cum dedecore, qui non tenui venulâ per calculos fluit aritudini obnoxius in æſtu dicendi, ſed ingenti late copia redundat ubique tutus à metu ſiccitatis; modò torrentem ripis coërcet ſuis, & quod præcipitur à dicendi Magiſtris, ubertatis luxuriem ſtylo depaſcit, qui ſuavi & conſpersâ quaſi verborum ſententiarumque floribus oratione, ita delectatur, ut ſuavitatem amet etiam auſteram & ſolidam, non æquabiliter ubique dulcem atque decoctam. Qui etſi numerosé volubiliterque expromptâ memoriâ devolvat orationem, non ita tamen ſeſe fugit, quin ubi libeat, ſecurus ac potens ſui reſpiret. Qui cuncta rationum momentis firmat; partemque nullam ſinit otioſam eſſe; non tamen ſeveritate rerum quaſi compreſſis digitis, pugnumque fa-

ſacientibus philoſophatur. Qui peracutis conceptisque ingeniosè ſententiis auditorem excitat; dummodo illæ attemperatè ac ſolidè cadant, nec tanquam internitentes per arva cicindelæ ad exortum ac lucem evaneſcant: qui novo illuſtrique & admirabili genere dicendi laudem meretur: habeat illa lux, tamen & admiratio umbram aliquam & receſſum, quò gratius extare atque eminere poſſit id, quod erit illuminatum. * Argumentum per amplum & gravè quodque fuſum ac diſſipans vires amitteret, unius verbi compendio colligere, ac proinde fortiùs intorquere: res communes, uſuque proculcatas tanquam transmarino atque adventitio quodam cultu inter nova ac prima reponere: dictis improvisò aggredi, ſubditisque animum pugiunculis laceſſere, laceſſenti repentè ictum referre; jocis feſtivè decertare, facetiis ambiguè ſuſpendere, ſalibus acutè vellicare, comiter illudere, argutè blandiri, vafrè cavillari; odiô inimicitiâque flagrantes gratiâ & amore conjungere: furentes irâ lenitate mitigare: confidentes ac ſpei plenos repentinô timore comprimere: indignatione ſuccenſus miſericordiâ flectere: invidiâ tabeſcentes, aut malevolentiâ exultantes æmulatione aliò traducere, vel diſpicientiâ retardare. Hæc ingenii non mediocritatem, aut vulgarem communemque ſolertiam, ſed incredibilem ſagacitatem, admirabilem induſtriam, divinam propemodum felicitatem deſiderant? quàm eſſe acutam oportet ac perſpicacem eam mentis aciem, quæ naturas hominum rimetur, ſéque tam altè inſinuet in eorum animos, ut quibus illi ſtudiis ducantur, penitus introſpectis, talem ſe ad ſpeciem conformet, qualis eorum morbus ſimilis: primùm obſecundet in loco, ac blandè circum præcordia: deinde ubi faventes animadvertit, paulatim perſonam ſibi, mox etiam auditoribus exuat:

deniqúe affectiones alias, alios ſenſus, naturam pene aliam iis apud quos ait, victor imponat.

Orator, qui ſive ad populum in foro templóque, ſive in Aulâ, in Exedrâ & Academiâ ad ſapientes quacúnque de re propoſitâ, tam eruditâ atque apertâ oratione docet, tam ſuavi facetâque demúlcet, tam robuſtâ atque pugnaci commovet, ut gravitate rerum, verborum ſuavitate, argumentorum ſeu vi ſeu ſpecie concitatos Auditores, in quam ipſe velit partem, unius linguæ imperio traducat univerſos. * Cujus oratio non cæteris quidem ornamentis deſtituatur, hoc tamen imprimis agat, ut animorum concitationi par, nihil jacens ac languidum habeat, ſed vehemens atque eodem ſæpe reciprocâ feratur: quæ ſaxa, ut ait ille, devolvat. Auditorémque vel obſirmatio ſaxeóque nitentem animo agat ultra cogatque ire, quo rapiat: quæ compoſitâ veluti facie ad ingenium Auditorum, inſinuet ſeſe penitus in illorum mentes, atque eas pugnaci inſtantique genere dicendi, modô ad iracundiam indignationémque ſuccendat, modò lenitate ac manſuetudine mitiget, amore rapiat, odio inflammet, confidentiâ trahat, timore retrahat: pudore ſuffundat, miſericordiâ flectat, æmulatione ſtimulet, deſpicientiâ retardet, in omnem denique partem moderatus, oratione, tanquam laxatis, retractisve habenis, impellat, inertes ac deſides, ſimul etiam præfervidos, confidentésque pro arbitratu coërceat.

Pericles ille, cujus fulgura, tonitrua, fulmina in concionibus viſa & audita metuerunt Athenæ: cujus leporem in ore ſeſſitantem admirabantur: cujus aculeos in animis Auditorum relictos ſentiebant; quem denique Poëtæ Hiſtoricique omnes certatim laudibus celebrarunt. * Qui admovet machinas eloquentiâ, cujus fons nullô ſiccatur æſtu, nunquam exareſcit eloquendo, cujus officina verborum numismata, linguæ, tanquam typi

typi monetalis percuſſu, formata procudit, & effundit continenter. * Pericles eloquentiâ tutus, atque inſtructus oris hoſpite, Pitho perſuaſionis Deâ munitus, labrorum habitatore lepore permulcebat Athenienſium aures ſuavitate dicendi: & ſimul in eorum animis ſtimulos, quibus pungerentur, relinquebat, api conſimilis, quæ mel dulciſſimum pariter habet, & aculeum acutiſſimum. * Merito illæ ipſæ Athenæ, quæ ſæpe lepore ac ſuavitate ipſius hilaratæ ſunt, & copiam atque ubertatem admiratæ, vim ejus ac terrorem pertimuerunt; quippe quod ille ipſe, qui nonnunquam linguâ nectar & Ambroſiam fundebat: qui meſſitos roſes, violas, roſásque ore ſpargebat: nonnunquam tonando minabatur, fulgurandô terrebat, & fulminibus concionum ſuarum totam civitatem ac Rempubl. permiſcebat univerſam, Eloquens auditores ſuos vel diu cum voluptate ſine ſatietate detinet ab ore ſuo pendentes, vel ducit penè captivos quocunque libet: vel pertrahit ad ſe audiendum è longinquo. * Qui poteſt tam multas res & ſententias: tot verba, támque varia, tam elegantet inter ſe nexa & collocata celeriter ediſcere, fideliter reddere, & tanquam tela in adverſarium per contentionem intorquere. * Qui calamiſtrum & cincinnos minime cauſſæ neceſſarios deponit, aucupum delectationes negligit, fucati medicamenta ruboris & candoris repudiat, argumentorum tela conquirit & exacuit: tum ſi fuerit opus, non in Cyclopum, ſed in Rhetorum officina fulmina fabricatur, nec tantùm ut placeat, componit, Orationem, ſed etiam ut moveat, flectat, & perſuadeat.

ORATOR MALUS. Declamator hic latrans ad clepſydram, homo nullius ingenii, Ciceroni infeſtus adeo, ut jactaret, eum neſciiſſe literas, auſus eſt mortui Ciceronis, qui jam mordere non poterat, orationibus reſcribere, quibus magnus Orator nobiles reos ſuo patrocinio ac voce defendit. * In cujus

oratione animadvertere licet, verbum minus verecundè translatum in alienum locum, non in ſuum ſedem ſponte veniſſe: fracto numero delumbatam illam periodum non conficere ſuum orbem. * Verborum affluentiam juveniliter affuſam in adoleſcentiâ, diſciplinæ moderatione coërcuit: vocis contentionem non parum incommodantem valetudini remiſit: præcipitem linguæ volubilitatem, quæ celeritatem ingenii conſequi ſolet, temperavit. * Mihi non eſt hic labor ſubeundus, cui firmitas laterum abeſt, non illi, quem deſerit vox, quem fallit memoria: non alii, quem timiditas deterret, quem naturalis verborum jejunitas & infantia retardat, quem denique cura rei familiaris, parentes; alia vitæ poſſeſſio revocat publice perorando.

SENTENTIÆ. Oratoris officium eſt, perſuadere, quatenus rerum & perſonarum conditio patitur. [*Aug.*] Quantò magis fuerit, quod dicendum eſt, tantò magis obruitur, qui magnitudinem rei verbis non poteſt explicare. [*Hier.*] Oratores dum ordinem & regulas dicendi tranſire metuunt, à propoſito utilitatis cadunt. [*Trith.*] Oratorum Scientia eſt, quomodo loqui deceat: ſed ſapientis doctrina eſt, quomodo vivere oporteat. [*Lact. Firm.*] Piſcatorum ſumus diſcipuli, non Oratorum: ut ex ore Chriſtiani non latinitas Tullii, ſed ſimplicitas reſonet Chriſti. (*Pet. Dam.*) Oratoris officium eſt, de his rebus poſſe dicere, quæ moribus ac legibus conſtitutæ ſunt, cum aſſentione Auditorum. (*Cic.*) Oratoris officium eſt, appoſitè dicere ad perſuaſionem, finis verò perſuadere dictione. [*Idem.*] Nihil perfecto Oratore præclarius. (*Idem.*) Optimus eſt Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permovet. Docere debitum eſt, delectare honorarium, permovere neceſſarium. (*Idem.*) Eſt Oratoris proprium, aptè, Diſtinctè, ornatè dicere. (*Idem.*) V. Cicero. Concionator. 3. Paulus. &c.

Digitized by Google

ORPHEUS.

ADJU. Thracius, Biſtonius, Geticus, celebris, facundus, ſacer. AMPLIFIC. Qui ita plenè ac ſubtiliter cecinit, de rebus ſacris, ut ſacrarum cæremoniarum precationúmque auctor eſſe videatur. * Qui cum homines in agris paſſim, beſtiarum more vagarentur, & ſibi victu ferino vitam propagarent, nec ratione animi quicquam, ſed pleraque corporis viribus adminiſtrarent, muſicâ quâdam ratione compulit in unum locum & congregavit, atque ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos.

Orpheus exilio deſolatus; Arion navigiô præcipitatus. Ille immanium beſtiarum delinitor; hic miſericordium belluarum oblectator, ambo miſerrimi cantores; quia non ſponte ad laudem, ſed neceſſariò ad ſalutem nitebantur. * Ille vi & ſuavitate loquéndi non traxit ſylvas, ſed ſylvarum incolas, non mollivit ſaxa, ſed dura pectora mortalium; non mitigavit feras, ſed homines effrenatos; non ſuſtinuit ventos, ſed iratos, celeres ad ultionem; non continuit fluvios, ſed juvans, in omnem voluptatem defluentes. Illa vis quæ in Orpheo fuit cantatiſſima, ad ſerenandas iras, ad expungendos metus, ad leniendos corporum cruciatus, unde niſi ab eloquentiâ defluxit?

Orpheum muſæ filium molliſſimis fidibus, rationis etiam expertes feras demulſiſſe, omnes fabuloſi teſtantur ſcriptores, omnium fere pictorum colores loquuntur. Quare leo, & aper propè adſunt, Orpheum auſcultant, & cervus quidem, ac lepus, minimo ab impetu leonis reſiliunt, & quibuscúnque in venatione terribilis hæc fera viſa eſt, congreganter ſegnes, ac remiſſi, cum ipſo, ut apparet, feriante. Ceterum nè aves quidem inertes videbis, non canoras tantùm, quibus ſuaves modulos concidere ſaltibus mos eſt; Quin etiam vide clamoſum graculum, & ſtridulam cornicem, & Jovis aquilam; Hæc quidem qualis eſt,

alarum librata remigiis, ut ſponte ſua defixis oculis Orpheum ſpectat, ne ſe ad proximum lepuſculum prædæ ſcilicet oblita convertit. Hic porro conſtrictis maxillis, quæ eſt ars Orphei Mulcentis & lupi, & agni promiſcuè attoniti, ſaltatorium orbem ver ant. Majus porro quiddam animoſus pictor comminiſcitur: Nam arbores à radicibus avulſas, ad auſcultandum Orpheum ducit, atque ipſi in orbem ſiſtit; pinus igitur, & cupreſſus & alnus, & populus: Hæc & aliæ quævis arbores confuſis ramis, tanquam conſertis manibus Orpheum circumdant, ac certè theatrum ipſius gratiâ non ſine exquiſito quodam artificio circumcludunt. Cerne jam ut aves in ramis conſideant & Orpheus in umbra moduletur, ipſi quidem ſedem erumpens lanuginem genis molliter inſerpentem: Tiaram auro fulgentem in capite rectam geſtat, & oculus ipſi mollitie ſimul atque ignea ſolertia temperatus, Deoque plenus apparet, mente ad conſiderationem de natura Deorum ſemper intentâ: forte etiamnum aliquid canit, ac ſupercilium, quaſi deſignaret carminum ſenſum, repente cum ipſo mutatur, ad motionum converſiones. At pedum quidem lævus terræ nixus citharam ſuſtinet incumbentem femori, dexter verò orditur modulos, pulſans ſolea pavimentum: manuum autem dextra plectrum firmiter tenens, extenditur ſupra fides incumbente cubito, & palma introrſum nutante, ac reflexa: ſiniſtra rectis ferit digitis fides.

OS. Mund. *Bouche.*

SYN. Vultus, facies, frons. ADJU. Alacre & promptum, aptiſſimum, ardens, coruſcum, ferum, duriſſimum, ferreum, fœtidum, incolume, priſtinum, importuniſſimum, impuriſſimum, infame, infeſtum, intimum, plenius, pulcherrimum, tacitum, ſuperius, ſupinum. (*Ex Cic.*) Humile & deorſum ad pedes dejectum: veſtigio & pabulo proximum, ex transverſo

Digitized by Google

patefactum. PHR. Rictus ad aures dehiscens. Oris species, majestas, venustas, modestia, epor, decus. Pars hominis loco celsa, visu prompta, non fœcunda. Animi vestibulum, orationis janua, & cogitationum comitium.

OTIUM. Müssiggang. *Oisiveté.*

SYN. Desidia, remissio, quies, inertia, ignavia, languor, torpor, segnities. ADJU. Commune, domesticum, jucundum, forense, honestissimum, plurimum, inertissimum & desidiosissimum, literatum, luxuriosum, majus omnis dissertissimâ regione; moderatum atque honestum; nimium, operatissimum, otiosum, præparatum, probum, regale, urbanum. [*Ex Cic.*]

PHR. Vita segnis. Luxus iners. Ignava quies. Otia vitæ desidis. Otia luxu marcida. Malorum omnium parens otium. Desidiosa quies ab opere. Vacatio ab opere. Occupationis vacatio. Nè luxuriant otio animi: Nè otio diffluerent, solverentur. * Otiosus. Otiosè agens: Ignavè cessans. Ignaviter vacans, otians. Otio languens, torpens. Pulcherrimæ diei partem, sedendo quiescendóque deterens.

= AMPLIFICAT. Omnia vitia negotio discutias, cùm facundissima malorum parens omnia producat. Imitemur proinde belli Duces, qui militarem insolentiam laboribus frangunt, in armis ambulando, campum decurrendo, fossas & propugnacula moliendo, ut per hæc aliaque incommoda, bella pati discant. Nos insolentem carnem vitiáque laboribus domemus, nullus sceleri locus est, cum seriis animus distringitur. Obrue hunc & fatiga profuturis, ne, si velit, admittere nocitura possit, quod si ad noxia rapiátur tu aliò flecte habenas. Agitur in præcipitia ad montium abrupta? in plana & tuta impelle. Nulla certior victoria, nulla minùs sanguinis dabit.

dabit, quàm quæ, ut primùm pericula insonuerint, aliò cogitationes vercit & mentem occupat & fatigat aliis, ut nec otio, nec sceleribus locus sit. * Videtis intermissionem studiorum esse corruptionem adolescentiæ, fautricem voluptatis, seminarium vitiorum, stirpem malorum omnium; cùm abducens eos à schola, vel in aleatorum ludos compingit, vel in otiosa conventicula sodalium immittit; vel extra urbem amandat, ubi tempus consumunt vagando, & rusticando omni tempore anni. * Ventorum ac tempestatum animi causâ otium; hinc fœde pectoris jactationes & fluctus decumanis sæviores, & vix è tabula salus. Eripitur DEUS menti Sol magnus, succedunt tenebræ, & nomine lucis nox alta, & densæ undis nebulæ; atque exinde errorum devia & scopuli, & miseræ mortes, nullâ arte medicandæ. * De otio ne obtende; Feriæ sunt, & tam vacui nos sumus, quàm ipsæ vacivæ. [*Lips.*] Magna improbitatis schola, scelerum officina, è qua, tanquam è Vulcani specu, fornacibus, incude, quidquid ubique scelerum profunditur. (*Scrib.*)

Par est omne odisse vitium, sed otium vel maximè: Pudori ludibrium timeat, quisquis hoc non formidat: Marcet ille, si quis otio emarcescat. Unicus hic hostis virtutis robur enervat; nec verecundia in tuto, ubi molle hoc desidiæ telum excepisti. * Vitia quisquis nescit, sæpè didicit desidiâ magistrâ. Nullibi certiùs Pudori naufragium, quàm ubi in otii vada impegisti. Mare hoc Pacificum nunquam tutò enavigas, æstuat illud, & sæpè alios æstus parit. Si Pacificum dicitur, haud illi te commiseris: Veneris natalibus infame est: I his stagnantibus undis Venus nata. Tu, si odor virtutis & famæ placet, hæc vada effuge; fætet sæpius, quidquid stagnat: *Et vitium capiunt, ni moveantur aquæ.* Vix quidquam fatalius virtuti, vix exitio pudoris opportunius, quam si quis à virtutis proposito tantisper

ad

ad desidiæ confinia, à laboris tramite ad præruptа ignaviæ sese abripi patiatur. Hæc illa est virtutis noverca, verecundiæ scopulus, puritatis contagio, púdoris naufragium, fomes libidinis luxuriæ incentivum, castimoniæ parricida. Quisquis semel otio se permisit, non illum timor supplicii ad scelerum horrorem, non spes præmii ad honesti studium, non virtutis pulchritudo ad vitæ purioris amorem incitabunt. Quis ergo deinceps se inerti otio dedere? quis torpere desidia velit? * Otium quis non horreat? infame vitium est: parit Sardanapalos. Regnum Veneris est in hac Campania. Nullus Ægystus, postquam se desidiæ mancipavit, suâ Phœdrâ caruit. Nec Annibalem in luxum quidquam emollivit, nisi Campana otia. Nunquam molle virtutis iter est, nec verecundia bene unquam inertiæ sinu conquievit. Ergo quisquis florem hunc æstimas. Floram hanc time. * Periit pudor, cui tempus otio perit. Roseus nempe Pudor est; at Rosa hæc curarum laborúmque spinas amat, nec citius quàm ad otii nomen erubescit. Quod si desidia Cyprios ignes alit, etiam hæc flamma Rosis nocet: æstu nimio aduruntur flores & marcescunt.

SENTENTIÆ. Qui sectatur Otium, stultissimus est. (*Prov. 12. 11.*) Multam enim malitiam docuit Otiositas. (*Eccli. 33. 29.*) Otium est, quod nullam habet utilitatem, vel utilitatis intentionem. [*Bern.*] Fugienda est Otiositas mater nugarum, noverca virtutum. [*Idem.*] Omnium tentationum & cogitationum malarum & inutilium Sentina, Otium est. (*Idem.*) Summa mentis malitia est otium iners. (*Idem.*) Otium sceleris origo est. (*Joan. Damas.*) Omnis mali & vitii author & initium est Otium. (*Theophilact.*) Otium est vitiorum carnalium incentivum. (*Th. Aq.*) Valdè dæmones oblectantur crapulâ & otio corporis. [*Athanas.*] Nemo invideat Otio meo, quia meum Otium, magnum habet negotium. (*Aug.*) Nihil

Dei Servis Otioſitate pejus. (*Idem.*) Fuge Otium, quia, mors eſt. (*Idem.*) Quid Otium eſt, niſi vivi hominis ſepultura? (*Idem.*) Vigilate ergò Fratres mei vigilate, & nolite in Otio deficere; quia nec ſanctiores Davide, nec fortiores Sampſone, nec ſapientiores Salomone vos eſſe cognoſco. [*Idem.*] Variam dant Otia mentem. [*V. Beda.*] Otioſitas inimica eſt animæ. (*S. Benedict.*) Otium eſt quædam ingenii rubigo. [*Hier.*] Omnis concupiſcentiæ, & immunditiæ, atque peccati mater eſt Otioſitas. (*Idem.*) Humanam mentem Otium contundit, & denigrat, & rubiginat, & conſumit. (*Hugo C.*) Omnium vitiorum quaſi magiſtra quædam atque origo eſt Otioſitas. (*Chryſoſt.*) Quid injucundius homine Otioſo? Quid ærumnoſius? Quid miſerius? Nonne hoc plurimis vinculis deterius? Nihil vacatione moleſtius, nihil Otio pernitioſius. [*Idem.*] Omnium fomes & nutrimentum malorum eſt otium. [*Trith.*] Otium & deliciæ prædones ſunt caſtitatis. (*Th. Kemp.*) Parentheſis vitæ eſt Otium. Interim non vivis, dum nihil agis. (*Nier.*) Otii opera pernicies. [*Idem.*] Pleriſque Otium proprium magis, quàm venuſtas aliena ad libidinem lenocinatur, & ad omnem ſupparaſitatur furorem. (*Idem.*) Otium enim obſtetricatur ad omnem laſciviam, venereosque fomites; at ex conſpectu concepta libido, occupatione & egregiis ſtudiis ſtrangulatur. (*Idem.*) Non prætereat te occaſio faciendi bona, & patiendi mala: qui mutuò acceptum aſellum habet, non conſentit otiari. (*Idem.*) Ignavia majorum ingeniorum ſæpe peſtis. (*Lips.*) Socordiæ breve & pœne ſine ſenſu gaudium eſt: diligentiæ fructus ſe exſerit, neque nunc ſolum, ſed in futurum delectat. (*Idem.*) Qui nihil agunt, mortui ambulant inter vivos. (*Idem.*) Gloriari Otio, iners ambitio eſt. (*Sen.*)

SIMILITUD. Apodes aviculæ aut pendent volatu, aut jacent, propterea quòd pedibus careant: Ita quidam

dam in utrámque partem nimis vehementer, aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti torpent otio; nihil medium eſt. (*Plin.*) Mare quoddam mortuum ajunt ſine vento, ſine motu: Sic ſæpe homines nonnulli dulcedine ceſſationis. (*Lips.*) Ut lignum occulta teredo conſumit: Sic animum delimat paulatim & exedit ignavus affectus. [*Idem.*] Ut aquæ diutino ſitu vitium contrahunt: Sic noſtri animi aſſiduâ ſeſſione, vel quiete. [*Idem.*] Sicut navis, quæ è littore ſpectantibus ſtare videtur, celerrimo curſu ſæpe labitur: Sic eſt aliquod etiam actuoſum Otium eui litterati conſecrati ſunt. [*Idem.*] Sicut Stagnum abundantiam nutrit piſcium; Sic Otioſitas multitudinem cogitationum. (*Hugo V.*) Juvenis in otio, quaſi juvencus ſinè jugo. V. PIGRITIA.

OVIDIUS.

SYN. Naſo. ADJU. Ingenioſus, doctus, laſcivus, obſcœnus, facundus, ſolers, divinus. PHR. Peligrus vates, Sulmone natus. Luſor armorum. Parnaſſi decus. Poëta latinus, quem nequitiæ ſchola in exilium pepulit. Ovidio tum in vitâ, tum in verſu nihil magnoperè objici poteſt, præter ingenium tuum: cui ſi moderari, quam indulgere maluiſſet, næ ille felicius Soboli ſuæ proſperiſſet, & ſibi. [*Strada.*].

AMPLIFICAT. Quid ille tuus *Ovidius* componendis carminibus facillimus agit? quam artem præcipuè docet? quæ tradit præcepta? quid præter amores, libidinum illecebras, impuritates omnes, atque adeo perverſitatem peccandi tradit? ſi rectè Philoſophi ſtatuerunt, omnes picturas, quæ poſſent animos ad libidinem incitare, eſſe ab adoleſcentum oculis amovendas, quid erit de carminibus ejus laſcivis & obſcœnis ſtatuendum? An ulla reperietur pictura, quæ magis animos

mos in quamcunque se partem conferant, impellat, ad appetendum id quod viderit, & magis illecebras omnium turpissimarum voluptatum excitet, quam Poëtis illius mollibus & lascivis expressa carminibus.

OVIS. Schaaf. *Brebis.*

SYN. Oviculæ, agna, bidens, balans. ADJU. Imbellis, mollis, placida, pavida, timida, lanigera, mansueta, tenera, stolidè sequax. PHR. Ovillum pecus lanigerum, *vel* oviarium pecus. Ovium grex.

AMPLIFICAT. *Oves* probantur ab ætate, si neque vetulæ sint, neque meræ Agnæ. In formâ exquiri solet corpus amplum, lana non modica, eadem mollis, villi alti atque densi, circùm cervicem & collum præcipuè: venter lanosus, crura humilia. Genere præstantes dicebantur olim Milesiæ, Calabræ, Appulæ, & potissimùm Tarentinæ. * In *Ariete* laudatur altum procerumque corpus, frons ampla, intorta cornua, & ad rostrum prona: cavi oculi lanâ operti: aures latæ, pectus, scapulæ, clunes lati: venter promissus, testes ampli, cauda densi velleris, & prolixa. * In *Ovilibus* pavimentum sit eruderatum & proclivum; nam uligo scabritiem ovibus importat, & lanam ipsarum ungulasque corrumpit. * Æstate diluculò conducantur pastum, ut tondeant rorulenta gramina: sub æstum diei medium compellantur in umbram: delectis frumentis, caducâ spicâ saturandæ; sic reddent in annum venturum optimam segetem, obtritis stramentis, & fimo suo. * Agni à matre seu lacte depulsi, tenerius sunt nutricandi: Agnelli, serotinâ fœturâ nati, dicuntur chordi. V. AGNUS.

P.

P.

PALATIUM. Pallaſt. Pallais.

PHR. Ædificium luxu regio inſtructum; & amœnitate ruris, ac rerum omnium magnificentiâ ſuperbum & elegans. AMPLIFICAT. Domus regia eſt, ædificata non humanis manibus, ſed divinis artibus. Jam ſcires ab introitu primo DEI cujuspiam luculentum & amœnum videre te diverſorium. Nam ſumma laqueatia citro & ebore curiosè cavata, ſubeunt aureæ columnæ, parietes omnes argenteo cælamine conteguntur, beſtiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium. Mirus prorſum homo, imò ſemideus, vel certè DEUS, qui magnæ artis ſubtilitate tantum efferavit argumentum. Enimverò pavimenta ipſa lapide pretioſo cæſim diminuto in varia picturæ genera diſcriminantur. Vehementer iterum ac ſæpiùs beatos illos, qui ſuper gemmas & monilia calcant. Jam cæteræ partes longè latéque diſpoſitæ domus, ſine pretio pretioſæ, totique parietes ſolidati maſſis aureis, ſplendore proprio coruſcant: ut diem ſuum ſibi domus faciat, licet nolente: ſic cubicula, ſic portieus, ſic ipſæ balneæ fulgurant. Nec ſecius opes cæteræ majeſtati domus reſpondent, ut equidem illud rectè videatur ad converſationem humanam magno Jovi fabricatum cœleſte palatium.

PAPA. Pabſt. Pape.

ADJU. Sanctus, venerandus, almus. PHR. Summus Pontifex. Pontificum maximus. Supremus Chriſti in terris Vicarius. Divini ovilis Paſtor maximus. DEI ſacer interpres. Sanctiſſimus ille

Princeps, optimúsque Christi Vicarius: cui æque ac beatissimo Petro commissa est navis tertæ, & clavis Cœli. Qui clavum in Ecclesiæ navi tenet; cujus à nutu pendent leges: cujus ad pedes ipsi suppliciter Reges se abjiciunt: cujus arbitrio panditur cœlum: qui denique omne humanæ dignitatis supra fastigium evectus, DEI Personam inter homines sustinet. Summus Religionis arbiter. Sacrum rerum humanarum caput. Supremo Pontificatu insignis. Pontificia dignitate fulgens. Præses ac Rector Ecclesiæ, sanctitate, sapientiâ, providentiâ & eruditione summus. Arcus refulgens inter nebulas gloriæ; Quem inter tot procellas & tempestates, medióque ferme Christiani generis diluvio, DEUS ostendisse videtur, quasi restauratorem rerum, pacificatorem mundi, malorum vindicem, bonorúmque largitorem. Qui præpositus est ærario divini sanguinis. * Ex quo ascendisti cathedram Petri, infra te est omne solium: ex quo accepisti claves Petri, infra te est Cælum ipsum: ex quo geris vices Christi, solus Christus supra te est.

SENTENTIÆ. Et tibi dabo claves Regni Cœlorum: & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis; & quodcúnque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis. [*Matth. 16. 19.*] Dicitur Pontifex, quasi Pons factus, vel Pontem faciens, doctrinæ (scil. Pontem, quo itur ad atria vitæ. [*Hugo V.*] Papa dicitur, quia Pater Patrum: hic Universalis dicitur, qui universæ præest Ecclesiæ. (*Idem.*) Hic quóque Apostolicus appellatur; quia Principis Apostolorum vice fungitur. Hic etiam summus Pontifex nuncupatur; quia caput est omnium Episcoporum. (*Idem.*) Quid si summus Pontifex sis? Nunquid qui summus Pontifex, ideo summus? Infimum nôris esse, si summum putas. (*Bern.*) Plenitudo potestatis super universas Orbis Ecclesias, singulari prærogativâ Apostolicæ sedi donata est: qui igitur huic potestati resistit;

DEI

DEI ordinationi reſiſtit. (*Idem.*) Summus Pontifex eſt Princeps Epiſcoporum, hæres Apoſtolorum, primatu Abel, Gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Authoritate Moyſes, Judicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Unctione Chriſtus. [*Idem.*] Papa debet eſſe perfectiſſimus inter omnes. (*Bonav.*) Unus eſt Pater Patrum, qui Papa me.itō appellatur, tanquam unus, primus & ſummus Pat r ſpiritualis omnium Patru n, imò omnium Fidelium, & Hierarcha præcipuus, Sponſus unicus, Caput indiviſum, Pontifex ſummus, Chriſti Vicarius, fons & origo, regula cunctorum principatuum Eccleſiaſticorum. (*Idem.*) Papa eſt Vicarius JESU Chriſti, Succeſſor Petri, Chriſtus Domini, DEUS Pharaonis, inter DEUM & Hominem medius conſtitutus; citra DEUM & ultrà Hominem; minor DEO, ſed major Homine; qui de omnibus judicat, & à nemine judicatur. [*Innoc. III.*]

PARADISUS TERRESTRIS.

ADJU. Florens, amœnus, fortunatus, beatus, felix, lætus, ſacer. PHR. Hortus deliciarum. Felices Paradiſi ſepes, plagæ. In quo fons tam ſuavis erupit; ut ipſe primo hominum parente, Hebraice allocutus, prægustarit DEUS: tam uber effluxit; ut quadripartito illo ejusdem Paradiſo fluvio uberius omnium ſcaturigine ſermonum terras irrigaverit univerſas. * Illo in loco, in quo florum formoſitate pulchrius hominum vernaret felicitas, fontium perennitate uberius Hebraicæ facundiæ ſuavitas, quæ ad beatiſſimæ regionis amœnitatem cumulandam alio quovis aptior ſermone providentiſſimo artifici DEO viſa eſt. In quo horto voluptatis homines inter flores divina jam pridem ſapientia conditi floribus nati ſunt, primique parentis integritas felix totius magiſtra poſteritatis eodem in horto laudabiliter ruſticata eſt.

DESCRIPT. In voluptuarios hortos devenimus, quos si nondum videtis, animo & cogitatione efformate. Regio inprimis amœna, quippe situ præcelsa, specie eximia, bonis opulenta, omni deliciarum genere affluens: terra partim in planitiem exspatians, partim in colliculos molliter assurgens. vernantem frugiferarum arborum copiam explicat; in ipso hortorum apice fons est eximius, qui primum argenteis aquarum vorticibus ebulliens, mox diffusus in fluvium sinuosis flexibus atque mæandris concisus oberrat, & felicia arva perennibus fœcundat rivulis. Ad summum in quatuor salientes divisus celeberrimos amnes efficit, qui varias terrarum plagas intersecantes, pingui, ac feraci limo rigant. Primus, opinor, Phison, arenulas aureas & illustre collucentium margaritarum decus egerit ad ripas; quas ob colonorum inopiam nemo colligit, avidiùs posthac tantæ opulentiæ non ita simplex posteritas inhiabit. Cœli admodum jucunda temperies; quippe clementiùs retinens Solis fulgor vel minimas nebularum maculas tempestivè discutit. Ignis cæteroqui violentus in suo feriatur regno & aëri leniter insidens, caloris & luminis jucundissimam terris temperiem impertit. Jam verò, & hæc pratorum herbescens viriditas interminantium florum varietate picturata, & hæc arborum pubes, enatis modò floscúlis lasciviens, præsentis, opinor, veris præbet argumentum. Cum eodem suas partes agunt, reliquæ tempestates. Itáque & jam æstatis beneficio aristas molliter flavescere, & in his pomariorum deliciis fructus matureſcere videas, qui carpentis invitent manum. Ex alterâ parte autumnus gratam olivitatem, & vites diffusa corymborum luxurie collibus inserpentes, & jam præmaturis racemis vestitas, etiam ante Noëmi tempora speciosiùs ostentat. Nullus hic hyemis rigor; ita vim omnem retundunt, partim clementiores Solis radii, qui felicem plagam circumvestiunt, partim etiam molles favonio-

rum

rum animæ, quorum flabellis, & placidissimo murmure regio tota circumquaq; ventillatur. Diceres quatuor hîc tempestates una concinere, vere tamen superiores partes semper obtinente. Hinc nemorum tractus densissimo frondium vestitu diffusi, quarum aliæ simpliciori cultu viresçunt, aliæ paulatim è viridi; tum cæruleas, luteasque, tum purpureas, & igneas transeunt, in maculas quales in arcu cœlesti cum voluptate miramur. Atque eo ipso tempore psittaci, & quæcunque vario plumarum cultu aves emicant, ad gratissimum pastum advolantes augent oblectationem, cùm folia & fructus, atque adeo ipsæ alites variis colorum picturis in certamen usque luxurient. * Quid, quod non modò certant pulchritudine aviculæ: sed fractis vocularum modulis mellitissimos cantus fundunt? inter quas luscinia pertinaci ut solet spiritu, modò in longum numeros trahit, modò summa quadam varietate flectit, modò coneisa voce distinguit. Fugerat me penè ales ille paradisiacus, quem ex palma suspensum cernitis, est tenui imprimis corpusculo, versicolore plumarum amictu, in eo divinitùs ludente natura, superbiens, lutei capitis majestatem interlitus cervicis viror irradiat, pennæ mediocriter implumatæ purpuraſcunt, reliquum corpus auro subrutilo jucundissimè flaveſcit. Beatus ille cœlestium civis, & naturæ parentis deliciæ nunquam appellit ad terras, ita in aëre perpetuum sibi fixit domicilium, neque verò pedes habet, néque eorum usum desiderat, si quando enim post variam fatigationem subit defatigatio, duabus pennis longiusculis se veluti filis æneis applicat ad arbores, & ex iisdem spectabile corpus librat. Leonum, tigrium, atque elephantum greges, quos in varia sparsos videtis, omni feritate depositâ placidissimos lucos oberrant, & suis alumnis blandiuntur, nec mirum, si Adamus & Eva, belluarum ingenio confisi, sine ullo timore propiùs accedunt, & inter easdem vagantur liberiùs.

SENTENTIÆ. Paradiſus eſt amœniſſimus locus, & felicisſimæ jucunditatis æterna ſecuritas. [*Caſſiod.*] Eſt locus amœnitatis, imò amœniſſimus locus, ad DEI inhabitationem propriè deputatus. (*Hugo V.*) Eſt voluptatis omnis ac jucunditatis animi promptuarium, ſuaviſſimo odore ac lumine plenum. (*Joan. Damaſc.*) Eſt divina plena regio, dignúmque eo, qui ad DEI imaginem conditus eſt domicilium. (*Idem.*) Credendum eſt, quoniam locus Paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſſimus. (*Aug.*) Paradiſus ſupercæleſtis, regio beata & gloriosa, plena voluptatis & gratiæ, ſuavitatis & lætitiæ, benignitatis & gloriæ. Ibi requies à labore, jucunditas de novitate, de æternitate ſecuritas; illic omnes vivunt, nullus moritur, (*Bern.*) Paradiſus voluptatis eſt, Paradiſus deliciarum eſt; alterius cœli, alterius temperiei; non vicibus ſubjacens æſtatis & hyemis, aut veris & autumni; ſed perpetuæ voluptatis; & permanentium deliciarum Paradiſus eſt, ſemper floridus, ſemper lucidus, ſempiternâ ſuavitate, viſu delectabilis ac guſtu. [*Rupert.*]

PASSIO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

EXORD. Funeſtiſſima Salvatoris noſtri cædes londiſſimam quidem collachrymationem, orationem verò deſigerat breviſſimam; ſatis eſt enim ad uberrimos fletusdu alis qualis atrocitatis tantæ commemoratio, &c. Vos quidquid exornare non potero, veſtrâ miſeratione compenſate. Cùm multis magnisque in rebus clariſſima apparent divinæ erga humanum genus beneficentiæ & largitatis argumenta; tum maximè in hodierno beneficio, cujus memoria nobis propter dantis animum ſcilicet grata, commemoratio verò propter ejusdem in dando laborem, acerba eſſe debet; tanta eſt enim hujúsque benignitatis magnitudo, tamque admirabilis, ut ſi omnia beneficia, quæ ex omnium ſæculorum memo-

moriâ à bonorum Autore omnium DEO in homines profecta ſunt, unum in locum conferantur, non ſint cum hoc uno, ſive ipſius ſpectemus ubertatem, ſivè benignè facientis voluntatem, ſivè eorum, quibus benignè factum eſt, utilitatem, ullâ ratione comparanda. Erant ſiquidem cætera illa rivuli quidem, non fontes; hoc autem ab ipſo capite tanquam univerſum flumen erupit. * Hoc magnum ſacramentum pietatis ab omni æternitate præviſum, hoc ſeveritatis utile documentum ad omnem hominum memoriam editum, hoc triſtæ ſævitiæ ſpectaculum nullis unquam vocibus deploratum ſatis, hoc infamæ culpæ noſtræ dedecus nullâ poſteritatis oblivione delendum; quo pectore complecti, quibus auribus audire, quibus lacrymis proſequi nos convenit, ſi pii ſumus? * Erumpe tandem, erumpe, quà licet ex ore, ex oculis, ſinè Rhetorum fuco incomptus, ſinè partitionis ordine incompoſitus, DEO moriente, parentalis dolor. Hæc una triſtiſſimam orbitatem decet eloquentia, confuſa cum rerum univerſitate tumultuari. Quamquam utinam confundi omnia perturbaríque tum primum cepiſſent, cum meridiana nocte decolor dies expalluit: cum trepido tumulo dehiſcens terra nutavit. Tum ſanè, tum potiùs peſſundatus rerum ordo eſt, cùm vilſſima ſubiit ſupplicia reus apud homines DEUS. Hoc igitur lugubre argumentum ex-dex indicit dolor, perorandum ad clepſydram lachrymarum.

Natalis iſte humanæ ſalutis, idêmque demortuæ vitæ funeralis dies acerbiſſimam patibulati Amoris Tragœdiam in memoriam revocat & in lachrymas, Moeſtiſſimi Auditores. Obſtruuntur eloquentiæ fontes, ubi natura in lachrymas diffluit, & verbum DEI in ſanguineos fontes aperitur. Ubi animorum ſenſus dominatur, verborum pompa non attenditur. Doloris acerbitas non admittit phaleras; colores & pigmenta odit perpeſſio calamitatum. Non laboratur

de verborum jejunio, quando animus curis paſcitur, luctu oculi ſatiantur. Ibimus, quò doloris impellet acerbitas, quò fluctuantem amarum pelagus jactabit lamentationem. Non decet eloquentiâ ludere; quando feralis Cataſtrophe eſt Argumentum. Barbarus nimis eſt animus, qui in alieni ſanguinis funeſtâ ſcenâ ſuæ facundiæ exercet levitatem. Ibimus, quò trahent funes, quo raptabunt catenæ, quo crudelis feritas incitabit. Eamus jam enim prima feralis Tragœdiæ ſcena reſeratur. Abripiunt oculos frondoſi colles, invitant animos virentes umbræ, irritant aures ludentes venti, trahunt affectus florentes horti, & compoſita ad amœnitatem regio amores omnes extorquet. * Tragicorum omnium ſpectaculorum compendium, quæ, inde à primis ſui incunabulis ad poſtremum usque excidium vidit, aut viſurus eſt Orbis, unicus iſte ſine pari luctuoſus, ſine exemplo funeſtus, ſine luce obſcurus, ſiné ſole lamentabilis trucidati Numinis, ac Redemptoris noſtri dies, non tam in animos revocat, & memoriam, quàm in lachrymas & dolores, mœſtiſſimi Auditores. Equidem mentes afficiunt publicus univerſi luctus, vacillans terra, excuſi poli, diviſæ petræ, diſciſſum velum, extinctum lumen, amiſſum cœlum, expulſus dies, palleſcens Luna, fugaces Stellæ, ſuccuſi montes, ejectæ valles, convulſa fundamenta, cadentes turres, ruentia marmora, deſcendentia ædificia, ſolo æquati coloſſi, proſtrata templa, frementes venti, ſpirans aura, tumentes undæ, gementes ſcopuli, plangentes lacus, exfrondes ſylvæ, viduæ arbores, arentes rami, languentes flores, morientes herbæ, reclusi tumuli, viventes mortui, pugnantia elementa, rerum omnium ordo perturbatus. At illud vel Adamantina corda, diſſolvere, vel æreſuſa pectora omninò debet eliquare; quod Lætitia Angelorum affligitur, triſtatur Beatorum gaudium; ſolatium univerſi gemit, ſerenitas mundi obtuscatur, Theſaurus divenditur,

ditur, carceratur Libertas, Majestas illuditur, integritas accusatur, condemnatur Innocentia, opprimitur Salus, Justitia plectitur, vita occiditur, Deus emoritur. O amara Dei parentis memoria! ô infamis nostrorum criminum recordatio! Mergantur oculi nostri lacrymarum pelago, ne tam immanem barbariem videre compellantur. Vertantur in silices corda, ut rupes æmulata disiliant. Obmutescat lingua, ne postrema crudelissimæ feritatis exempla cogatur enarrare; aut si exanimato Verbo Nostra debent verba animari, eamus sanè in tantâ rerum deturbatione, in tam tragico doloris argumento, quâ trahit Amor, quâ tenet stupor, quâ rapit dolor, quâ sistit ira, quâ citat odium, quâ vocat pietas, quâ jactat Passio, quâ pellit furor, quâ grati animi significatio desidiosos invitat. Eamus. * Mœstissimus iste dies, & vel solâ sui commemoratione funestissimus, quo inaudita mortalium crudelitate rerum omnium Conditor patibulatus est Deus, soli dolore fastus, nefastus Eloquentiæ, cadentium in oculis lachrymarum flumina; debitum mœrori tributum postularet; nisi ad Tragicum Calvariæ theatrum bajulans sibi Crucem Jesus à pone sequentium fœminarum choro feralem pompam muliebri comploratione funestari vetuisset. Cadat licet in animos sensus; ex oculis protrudere lachrymas prohibemur. Dilaniet acerbitas mentem, fletu imperare dolorem non permittimur. Sed urgeant sanè patientis imperia Dei, cogimur inobsequentes esse necessitate doloris. Excidunt etiam retinentibus lachrymæ, & violento animos vulnere exacerbant. Meretur tamen inobedientia veniam, quam necessitas imperavit. Absolvuntur culpâ lachrymæ, quas affectus ejecit. Nam quis temperare dolori possit nisi gelatus in marmor animus; si coram videat sudare sanguine Dilectum, constringi vinculis Deum, deseri à servis Dominum, opprobriis saturari Regem, sententiâ damnari judicem, repro-

bari justitiam, coronari spinis humanî generis Caput, onerari ligno quietem, in Crucem agi Redemptorem, potari felle Dulcedinem, morte extingui Vitam, aperiri latus Refugio, in tumulum condi nostram Resurrectionem? Quis luctantibus intrà viscera lachrymis obstaculum ponat; si videat proditam Amicitiam, desolatum Gaudium, captivam Libertatem, condemnatam Innocentiam, prosciissam Integritatem, castigatam Justitiam, depressam Majestatem, Spiritum oris nostri exspirantem. Non tolerant rationis imperium lachrymæ, quando sui impudens est affectus. Sed ô duræ nimium doloris leges! Vetamur fletu, interdicimur lamentatione. Æstuant animi, nec evaporare permittuntur. Impugnant affectus oculos, & oculi affectibus pertinaciter obluctantur. Nihil torquet acerbius quàm dolor repressus. At enim verò intelligo, contrita Diabolicæ dominationis adversitate de elatione superbiæ, in moriente Deo, victricem triumphàsse humilitatem.

Si quod unquam, vel audaciâ singulare, vel immanitate horridum, vel crudelitate funestum, reliquorum omnium criminum compendium, à mortali genere in ipsam Divinitatem sacrilege patratum est scelus: si quæ unquam in Divinæ Justitiæ foro versata causa in meritas per detestandam impietatem offensi Numinis pœnas, Divinam vindictam evocavit, si quæ unquam spectata Tragœdia ab immanitate Barbara, ab eventuum feritate crudelis, à novitate successûs impia, Amoris spectaculum publicæ hominum recreationi admisit: ea nobis universa hodierno die (si tamen dies nominari potest; quo Lux Mundi funeratur) & expendenda animis proponuntur, & emollitorum pectorum lachrymis deploranda. Deus occiditur. Hoc nostrum est immane facinus, vel ipsis etiam belluis execrandum. Hæc est Justitiæ victima, quæ una potuit in fulmina exertam manum constringere, & irati Numinis flammas consopire.

Hæc

Hæc eſt funeſtiſſima Cataſtrophe, in qua una omnium ad vitam occiditur Vita, ad ſalutem Salus funeratur. O quàm duro partu generantur profutura! Sed non eſt molle Amoris ingenium. Roſas ſpirat, ſed ſpinis vivit: mel ingerit, ſed felle paſcitur: amœnis aptat, ſed aſperis innutritur. Si impetimur, ſe objicit: ſi patimur, compatitur: ſi dolemus, ſentit ſi percutimur, vulneratur: ſi mordemur, laniatur, ſi ægrotamus, emoritur. O Tragicum morientis Dei ſpectaculum! ſed ô amœnum exhibiti in nös amoris teſtimonium. Jesus emoritur. Dixi omnia. Ille, qui in mente Patris Æternum eſt Verbum; qui in proceſſione Spiritus eſt principium; cui hæc rerum creatarum Reſpubl. ſua debet exordia; qui in rerum productione Omnipotentis eſt brachium, in ſingulorum digeſtione eſt Idea, in omnium ordine eſt Sapientia, in Electorum prædeſtinatione eſt Liber Vitæ, qui officio eſt Mediator Dei & hominum, naturâ eſt Bonitas, eminentiâ Majeſtatis eſt Deus: ille ut nos redimat, venditur; ut nos liberet, catenatur; ut nos ſanitati reſtituat, vulneratur; ut nos à morte ad vitam reducat, emoritur. Percurramus univerſam cruciatuum ſcenam, ut amoris in nos argumenta videamus. * Funeſtiſſimus hic & nocti concolor dies, qui mundum & ſuo crimine, & Domini funere laborantem tenebris operit, proh! quantùm à ſe ipſe mutatus eſt; cum idem, ut perhibet, dies naſcentem olim terrarum orbem evocavit ad lucem. Ut illa rerum ſpecies in mœrorem erumpit, primorum illa corporum tranquillitas in tumultum, in feralem arborem vitæ lignum, in ſcelus hominum innocentiæ candor; nam qui tum fuit univerſitatis vita, nunc ábit in mortem.

PRODITIO CHRISTI. Ac primò quidem quid exordio tantæ crudelitatis atrocius? cedit venalem in mercem auditoris Magiſter, ac Redemptoris caput fit pretium Proditoris. In cœnaculo conſcelerata fraus

con-

concipitur, vomitur in prætorio, oſculo perficitur, luitur ſuſpendio; armantur adverſus inermen cohortes, vincitur innocentiſſimus, & juſtitiæ noſtræ caput, ſons trahitur per plateas, plebis imperitæ ludibrium. Cedit furori ſapientia, ſceleri religio, jus & fas injuriæ, majeſtas ignominiæ.

SUDOR IN HORTO. Hortum ille ſuburbanum ingreſſus, impendentem volutat animo procellam, expalleſcit, trepidat, Patrem ſupplex deprecatur, & inter angores, æſtusque curarum prærupto ſanguine totus manat ac fluit. O humanæ nequitiæ deteſtabilem fœditatem! ô teterrimum veneni genus! En qui hujus Univerſitatis partes firmiſſimo nexu coagmentavit ac vinxit, ac noſtrorum nunc cogitationem ſcelerum horroremque pœnarum toto dehiſcente corpore in' ſanguinis imbrem ſolvitur, ac liqueſcit. * Ecce verno ſub ſidere, florido anni tempore, in horto Gethſemani ſanguine pluit. O pluvium in dolorum ubertatem ver, quantum ab amœnitate tuâ degeneras! Hanc ergò infelicem laudem refers, ut mœſtiſſimo prodigio triſtiſſimas hyemes atque omnium vincas portenta ſæculorum. * Jam tranquilliſſimum pectoris diem ſæva nox animi premit; ſed ex illâ nocte mœroris prima lux oritur, & verè purpuraſcit Aurora, non Solis quidem certè, ſed Sanguinis. Quamquam liquor ille, qui prodit aut ipſe Sol eſt, aut certè ſi ſanguis, nonniſi Sanguis eſt Solis. * Surge jam Sponſe ſanguinum de lectulo iſto florido. Veniſti in hortum tuum, ut lilia colligeres & roſas: utrósque flores tuum effundendo ſanguinem collegiſti; lilia palloris in vultu, roſas cruoris in veſtibus. Surge luctator fortis, ſurge tolerantior Jacob; dimitte pavorem, qui cum factus in agoniâ, luctatus es usque manè. Dimitte Angelum, qui te reddidit infirmando firmiorem; jam enim aſcendit aurora: eam ſi non intueris in Cœlo, quod ad tui mœroris aſpectum celat gaudia ſua; in terris agnoſce coram te. Ubi enim

Au-

Aurora ſit, niſi ante Solem ? Tuus iſte ſanguis decurrens in terram, vel roſeus Auroræ color, vel ros eſt matutinus. Et jam è ſtrato ſurgens, hoc eſt ex humo, ubi moribundum ſtraverat corpus, & novam indutus veſtem, amoris arte, doloris acu laboratam, & purpurâ madente prætextam; Diſcipulos iis vocibus excitat. *Surgite eamus.* Adſunt enim matutini Saluratores, qui Principi miſeriarum appoſitè hunc auſpicentur pœnarum diem, &c. * Et verò cujus non obſtupeſcat animus, cùm intuetur ſudore manantem ſanguineo firmitudinem, exanimatam & timore mortis obrigeſcentem æquabilitatem atque conſtantiam, proditam amoris pignore benevolentiam, ſubſtrictam vinculis poteſtatem, flagris contuſam innocentiam, expirantem vitalem vitam, illuſam militari convicio, coronatam ſpinis, cæſam alapis, confixam patibulo majeſtatem, ſuſpendioſum & cruciarium DEUM ! * Salve flos pretii noſtri, Exundatio divitiarum Redemptoris, feſtinantis negotiatoris præcurſor, charitatis pœnè impatientis ſolamen & laxamentum, ingenioſum amoris magnifici opus, baptismus ſanguinis, rudimentum expiandarum gentium, denique pietatis ex immanitate triumphus.

CAPTIVITAS. Ego verò jam dudum audire videor armorum fragorem, ſtrepitum catenarum, militum voces. Multum exclamant; interrogatur, interrogant, humi ſternuntur injecti, ſurgunt nihilo meliores, ruunt in exſpectantem, vinciunt obſequentem : verberant, vellicant, lacerant obmuteſcentem. O facinus ! ô ſpectaculum ! Auguſtiſſimum Cœli Numen fit præda ſicariorum, quibus pro nihilo eſt vexare probris, ac maledictis innocentem, colaphis tundere corpus, ſemen immortalitatis noſtræ, alapas infringere in vultum ac genas pudoris ac verecundiæ florem; faciem denique decoris ſpeciem ac dignitatis, tanquam deſpicatiſſimam ſcrobem, ſputis tur-

turpiſſimis inquinare. * Adſtringitur vinculis libertas, raptatur humanitas, iniquitati ſiſtitur integritas, & quidem rea, ſed nimiæ charitatis.

FLAGELLATIO. At ſuperſunt graviora. Itur ad virgas, expediuntur faſces, nudantur Cyclopum lacerti, vincitur, reus ad columnam verberum vulnera, ac vibices in omne corpus inuruntur. Nulla flagellorum intermiſſio, viciſſitudines nullæ, ſed ictus plurimi, velut grandines uno feruntur impetu. Inflictæ tument, atque madeſcunt plagæ, neque foventur oleo, ſed aliis atque aliis, conſciſſâ cute priores recrudescunt: Tunſum crudelitet dorſum impendente ſcuticâ, contremiſcit, non pavet contremiſcenti tortor, ſed acrius invaleſcit in plagas, nec earum numerus ad legis revocatur præſcriptum, ſed furor ac rabies jus ſibi faciunt ex arbitratu. Tantumne licuit projectæ hoſtium audaciæ? Hoccine divinis ratum erat oraculis, ut loris etiam ac fuſtuario ſubigeretur reus? & præpoſteris conſiliis, Doctor à pueris, à Filiis Pater, Herus à mancipiis ſcuticâ cæderetur? * Truces illi ac barbari virgatores, quaſi civicam coronam relaturus, qui primus aut valentius feriret, certatim plagas infligere, teneros artus relictis altè vibicibus aperire: humeros, latera, pectus perfodere, lacerare, proſcindere. O facinus! ô ſpectaculum! Cædebatur illud virginale corpus, ſolvebatur templum illud non manufactum, diripiebatur illa Divinitatis regia, defluebat ad terram multis quaſi è fontibus ſanguis, deficiebant cum ſanguine etiam vires. Et tamen ipſe quaſi meritus fuſtuarium fugitivus, non ſe virgis vel modicâ declinatione ſubducere, non tortores ad miſericordiam oculis flectere, non fidem cujuſque implorare; imò verò quam potiſſimam corporis partem expeterent, eam ſubjicere vulneri, dare libenter ſanguinem, dare & vitam.

CO-

CORONATIO. Verè ſuprà dorſum Domini peccatores arant. Ah! ſiſtite nequiſſimi criminum coloni. Campus ille ſiderei corporis non veſtrâ ſulcandus eſt manu, ſed Solis: nec alio tentatur cœlum aratro, quàm ſiderum.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Hic, ſi neſcitis, ager eſt Virginis, non virgarum. Intuemini columnam, terminale ſaxum, quæ velut in titulum erecta, vos inter ac DEUM ſurgit, ac dividit. Legite jam illos indices Domini characteres ductos in lapide: in quo non atramento,, ſed ſanguine, & quamquàm ſtylo hominis, inciſus tamen atque inſcriptus eſt DEUS. Et miremur, ſi florum loco flos campi malè cultus atque habitus progerminarit in rubos? Rubos, inquam, acuminatis acerbò cuſpidibus formidabiles, tenerrimo capiti duriſſimæ carnificum manus imponunt. Huccine demum illæ reciderunt roſæ, quas olim creaſti tu quidem, ô veris ſator, ſed hominum, qui ſe iis coronârunt, planè luxus abſumpſit: & quota jam pars viret, ac ſuper eſt Creatori ſuo? Sed debebatur omninò dolorum Regi Rex frutieum; ut omnes in uno recrearet. * Puerorum illud fuit olim ludendi genus, cum per jocum creantes Regem, ſolemnem illi næniam occinebant: *Rex eris, ſi rectè faxis; ſi non faxis non eris.* En qui veriùs ob rectè facta Rex jocularis creatur: cui circumjecta purpura ruborem parit in vultu, non decorem in corpore; cui arundo ſurgit in ſceptrum, levitatis imago, non inſigne majeſtatis; cui non illuminata gemmis, ſed aculeata ſpinis corona, horroris eſt argumentum, non honoris. * Ecce purpuraſcit ſuo primùm ſanguine propè columnam veluti propè ſcopulum murice feliciter invento, & flagris non uno genere repetitè veri bis tinctâ induitur purpurâ: tum etiam injectu coccineæ chlamydis iterum rubeſcit; atque ut Romano

mano more vestiatur, laticlavi tunicam adornati video, clavos videlicet illos, qui paulò post sanguinis purpuram non auro, sed ferreo textili crudeliter distinguent. Indumento corporis regio congruit tegmen capitis; quod spina plantarum imperatrix in coronam Imperatoris dolorum acutè contexuit. O divinum caput, candor lucis æternæ verè nunc lilium inter spinas. Quamquam en ut spinæ sanguinem elicientes divinum lilium in rosam commutant, quin imò inversâ vice non spinæ rosam præcingunt, sed rosæ defluentis sanguinis spinas coronant. Antea tantummodò terra spinas ferebat; nunc Cœlum quóque, caput nempè hoc sanctissimum Spinas ferre cœpit. O vestram nobilitatem eximiam spinæ fortunatæ! Hactenus ad insidias humanorum pedum humi reptâstis; nunc ad coronam divini capitis ô quantum assurgitis! Dignæ estis, quæ Cœlo infixæ aculeatos siderum radios augeatis; & par est, ut cœlestibus è signis coronâ illâ stellarum expulsâ, eluceſcat in posterum in Cœlo Corona Spinarum. * Ecce nunc spinas acerrimas punctu venenato virosóque tortili nodo in orbem complicatas sacro vertici infodiunt, at illæ vivaci morsu apprehensæ suam sibi ex alieno fecêre vitam. Rorant per ora, oculósque rosei cruoris guttæ: rorant è vertice Nazaræi, capite Aaron balsama, quibus nulla suavitas, nullum medicamen ad mortalium usus præferatur. Cùm illi interim stolidè læti, cœlitum atque hominum Regem in sellâ collocatum, russatum, i. e. irrigatum, satis suo sanguine, insuper amictum coccineâ chlamyde tanquam imperatorio paludamento, arundineum sceptrum manú tenentem, quasi ludicrum & adumbratum Regem cavillantur, ludificantúrque fœdissimis ludibriis. Alius pugnis malas cædere, alius capillum distrahere, alius calcibus latera suffodere; scilicet hæc authoramenta gladiatorum sævitia postulabat. * E dumis densato spinarum agmine horrentibus, novo feritatis invento, diadema

contextum; apex hic regius innexus capiti delicato. * Ferales laniſtæ verberando jam feſſi, quaſi requiem aliquam interjecturi, ſeminecem Dominum carnificinæ ſubductum in Prætorio per otium circumſiſtunt. Audierant affectati regni reum eſſe: placuit ornari regiis illum inſignibus, Regem ſalutari. Ergò tanquam actores in fabulâ, conquiſitâ ad hanc rem hiſtrionicâ purpurâ, Regem induunt: pro ſceptro arundinem in manu ſtatuunt, pro coronâ ſertum è ſpinis horridum capiti circumponunt, mox adornato lictorum ſatellitio, Regem ſuum ambiunt, ſupplices in genua procumbunt, timidi venerantur. Tum verò quaſi in ſcenæ cataſtrophe, mutatâ perſonarum facie, ingenti omnium plauſu risúque perſonante conviciis atrio, ambitioſum ſcurram conclamant, exſibilant, explodunt. Sic dignum illud ſideribus caput, illud ſapientiæ ſacrarium: manus illæ Divinitatis ſceptro pares; ille Rex gloriæ, ante quem curvantur, qui portant Orbem; factus infimæ plebis, ac militaris licentiæ ludibrium planè ac pila, dum jocularis in fabulâ Rex luditur, ſuis nos contumeliis glorioſè coronat. * Sed illuſerint te Regem ſæculorum iſtâ ferali, ut libet, pompa ſacrilegi ludiones; non tu minùs oculis tuorum places ſciſſili palliaſtro perſonatus in ſcena, quàm lucis amictu paludatus in Cœlo. Manus iſtæ etiam fragili cum calamo fabricare queunt Auroram & ſolem. Neciſtud pretioſius eſt ſideribus compactum, quam ſentibus compunctum caput: Quin etiam agnovimus in novo iſto ſpinarum ſerto peregrinum quoddam armorum genus. Nam & populos legimus in acie pugnaturos, ſagittas in morem radiorum circumponere capiti, indeque prompta in hoſtem jacula contorquere. Nimirum ſentiet humani generis hoſtis hunc telorum bellique apparatum, cum tu, Bellator fortis, iſto radiato aculeis capite, in Calvariæ colle occurres tenebrarum principi, eúmque in luce ſagittarum tuarum, in ſplendore fulgurantis haſtæ per-

territum, transfixúmque mactabis. * Quid agitis Cœli cives? facies illa divina, veſtræ ſcena voluptatis, infami velo obnubitur, & ſuſtinétis? pugnis contunditur, & aſpicitis? alapis cæditur, & nemo ſe commovet? ſputis inficitur & pati poteſtis? ora, manus, pedes, corpus denique totum in ejus injuriam ſolvunt perditi homunciones, per quem vivunt; & nullus eſt ex veſtro numero Abiſai, qui canes iſtos morituros depoſcat ad necem, &c. At ille, ſi ſputis in facie ſuſceptis inquinatur, internam animorum noſtrorum faciem lavat; ſi velo contegitur, quod mentis noſtræ oculos cohibet, impietatis velum abrumpit; ſi alapis cæditur, pugnisque contunditur, omnes, quas peccato contraximus, ignominias delet.

BAJULATIO CRUCIS. Te ſupplex compello, ter maximè Pater, totius fons Divinitatis, cur nondum tonas? nondum fulguras è Cœlo? nondum miſces omnia? tantâ Filii vexatione, tam gravi laceſſitus injuriâ? Expectasnè ut aliquando tandem inimicorum rabies expleta deferveat? Inſoleſcet potiùs, ac novis artibus acuet crudelitatem. Cernes unigenitum Filium, Imperii tui conſortem, partum intelligentiæ tuæ ſub Crucis pondere per compita laborantem; cernes dum trahit, & trahitur, dum perpellit, & propellitur, identidem ſub onere procumbentem, cernes laxato jam dorſo, fractis humeris, dehiſcentibus plagis clivoſum iter ſtillicidio ſanguinis irrigantem. Nos etiam videbis incumbentes in Filii dorſum, & culparum ponderibus pondera cumulantes; ut qui Cœli, Terræque molem ſuâ vi ſuſtinet indefeſſus, modicæ nunc ſarcinâ trabis opprimatur.

CRUCIFIXIO. In funeſto Calvariæ colle tanquam in publico foro, DEI hominúmque cauſam dies hodierna diſceptat; & Chriſti morientis inaudita manſuetudo humanæ nequitiæ incuſatio eſt plena doloris, & querelarum. Omnis hic quidem mundus, ut divinæ

vinæ liberalitatis eſt theatrum, ita publicum impudentiæ noſtræ teſtimonium, quætam ſingulari DEI beneficio perversè utitur in bene merentis injuriam, &c. Viſa eſt omnis rerum natura tam barbaram feritatem perhorreſcere; & dum in Opificem ſuum humana temeritas inſaniret, Cœlum, ſaxa, tumuli, penetrales foci, ſuperi, inferi, graviſſimis ejulatibus reclamarunt. De hujus atrocitate facinoris dicendum mihi eſt, aut potius expoſtulandum: quo magis & benevolentiſſimi DEI tolerantiam admiremur, & odio graviore,quæ deliquimus, proſequemur,nè quem liberatorem reſpuerimus, experiamur ultorem. * Ventum tandem eſt in Calvariæ verticem, reorum olim, nunc Judicis cărnificinam, &c. Trabi ſuffiguntur manus, ſuffiguntur & pedes, obrigent nervi, venæ diſſecantur, fatiscunt oſſa dolores doloribus exacerbantur, &c. Tibi verò, ô Salutis noſtræ Sponſor, atque obſes, qui ſenſus, quæ cogitatio ſuberat, cum ſublatâ trabe, in ſublime ferebaris, in publicum tuæ nuditatis ſpectaculum, & in probroſum latrocinii teſtimonium? Quàm vehemens omnium ſuccuſſus membrorum? Quæ dilaceratio cutis ex aſperæ trabis illiſu? Quis hiatus plagarum, dum militum lacertis quaquaverſus agitata Crux conſtabilitur? qui dolores, qui cruciatus, dum tanquam perurgente prælo ita comprimeris,ut cruor omnis è venis diuturnâ tabe diſtillet, atque effluat, & innixus manuumque pedumque vulneribus, ubi conquieſcas, non habes, niſi vel recumbas in vepres, vel incumbas in vulnera? Extatne aliud ullum tam ſævum; tam dirum, tam atrox humanæ crudelitatis exemplum? Damnarunt itaque funeſtiſſimum hoc ſcelus, nec minus noſtrum, quàm Judæorum cœleſtes orbes, atque aſtra: & diem mortalibus, qui omnium Ducem ac Moderatorem hominum reſtinxeruut, abſtulêre. Damnarunt Elementa, & hiatu terrarum, montium ruinâ,

ſciſſione lapidum, oſtentis templorum, tanquam mutarum rerum linguis feralem adversùm nos protulêre ſententiam. Damnarunt infernæ ſpecus, ruptisque ſepulchris ad filiorum incuſationem, patrum oſſa, ac cineres reddidêre. Lugent ipſa propemodum Cœli lumina, quæ tenebris & ſquallore obſita, aut indignum Judæorum facinus cœcæ noctis caligine involvunt: aut immaniſſimum Conditoris ſupplicium, funebri veluti pompâ atque apparatu proſequuntur. Mœrent Elementa, dum ſuis pæne ſedibus convulſa, Autoris ſui obitum proprio ipſorum interitu præcurrere quodammodo nituntur. Plangit terra, quæ crebris ac profundis concuſſionibus labefactata, tanti criminis immanitatem adeò non ſuſtinet, ut ipſa ſaxorum firmitas, confractâ ſoliditate rumpatur. Omnis antiquitatis memoria confecta ſenio contabeſcit, dum velum templi, quo priſca illa myſteria quaſi ſacroſancta occulebantur, miſerandum in modum diſcinditur. Afflictantur denique ipſis etiam ſepulchris incluſi Sanctorum cineres, qui ne ſine doloris & commiſerationis ſenſu eſſent, ſenſum ac motum, atque vitam avidè repetunt, ut vitæ Autori mortem oppetenti, penè dicam, illacrymari queant. * Quid igitur eſt aut ludibrii ad contemptum, aut ignominiæ ad decus, aut tormenti ad dolorem, aut cruciatûs ad necem, ad quod tu non Chriſte Optime, moverit pietas, voluntas erexerit, amor impulerit? * Quid lamentabilius, quàm cujus atrocitatem, hæc lætiſſima rerum univerſitas dolore majore, quàm publico; luctuoſiore, quàm funeſto; clariore, quàm humano; vehementiore, quàm materno mœſtiſſimè lamentata eſt? Quod aſpicere ſidera noluerunt; quod hæc Elementa conqueſta ſunt; quod Maria ſic tumuiſſe non dubitamus, ut littora verberata fluctibus, ceu plangoris alternâ reſponſione reſonarent? * Quid commemorem in ardentiſſimâ ſiti novercale poculum? quid infame conſortium? Publicam latrocinii fidem? quid

Digitized by Google

quid Parentis exanimatæ conſpectum & ſqualorem? Socios à religione dylapſos? conviciorum aculeos? Calvariæ pædorem? difficiles viventisne, an morientis obitus, & vitam cum morte luctantem? Quàm multa ſunt in uno ſupplicia ſupplicio? Quod in uno funere funera? Obſtupeſcite Cœli, & Solem veſtrum collucere pudeat, quo die ſempiternus Sol contenebravit. Contremiſcite campi, nam & is de patibulo contremiſcit, cujus ponderibus ſtabilitas veſtra libratur. Conſcindere Templi velamen auguſtiſſimum, conſciſſo jam ejus corpore, qui myſteria tuis operta penetralibus ſocis, ſuâ nuditate nudavit. Emolleſcite lapides in ſenſum doloris, nam & potuerunt mortalium pectora lapideſcere. Dehiſcite tumuli, ut veſtris è ſedibus prodeant Judices, qui de tantâ vivorum crudelitate cognoſcant. * Natura tota contremiſcit, dum Naturæ totius pati perſentit Autorem; Columnæ motibus validis quatiuntur, aperiuntur ſepulchra, diſſiliunt Petræ, ſacrum templi velum repentè diſcinditur; Sol ipſe quaſi ſacco indutus cilicino ſplendorem retrahit; omnisque Cœli machina compatiens obſtupeſcit: & inter hæc ſola hominum corda, quæ maximè flecti debuerant, obdurantur. * Tuus hic occaſus, meæ ſalutis aurora eſt, ô unice beatorum Sol! Victum credis? Nusquam evidentius vicit. Vicit ſcilicet, ſpoliumque mortalitatis ſuæ victrici ex arbore trophæum juſtiſſimum ſtatuens, ſuspendit. Neque verò dubito quin eruditis oculis livor ille, illa, vulnera, ille ſanguis pro triumphalibus ſint literis. Intendat in eas oculorum aciem pietas; leget profectò in iis titulum victoriæ, pugnæ pretium, belli magnitudinem, virtutem, virtutem Pacis, lauream triumphi. * Principio Cœlum pompæ funebri facturum initium, veſtem mutat. Sol funeris obſignator poſitis propè radiis, ex lugentium habitu crinem detondet, atratósque lictores præmittit, & tanquam apparitores

ſuos minorum ſiderum duces. Orbis ipſe terrarum univerſus, quantus eſt, inducitur tenebris: quà tremore concutitur, quà motu fluctuat alternò, quà motibus in ſolidum fatiſcentibus hiat, quâ ſaxis aſſultantibus aperitur, &c. O diem rerum univerſitati luctuoſum, atque ex dierum albo delendum, quem Sol ipſe, dierum ſupputator, meridianâ atratus nocte delevit. * Audivit rerum univerſitas Regis ſui moribundi conqueſtionem. Atque ut mortuo DEO pro viribus juſta perſolveret, rerum ordine convulſo, funditus tremefacta, & meridianis tenebris flebiliter atrata, parentali næniâ ululavit. Calvariæ collis fuit conſummatæ charitatis ſupremum altiſſimúmque Capitolium.

EPILOG. Et communis rerum omnium ſtrepitus, & incluſus animo vitam præcludit orationi dolor. Quare privatum & mutum dolorem hunc meum publicus naturæ gemitus perorabit. * Moriente cum DEO ſolatii pœnarum die, commoriatur oratio; & quia ſilentium nox amat, ſileat vox: cui ſpiritum ab ore trahere nullum licet, dum oris noſtri ſpiritus expiravit.

EPITAPH. Mirandum, an mœrendum? vitam amore invitam mors vincens reddit invictam; ſed quæ mortis cauſa, hominum auſa. Quis judex? judæus: quis reus? DEUS; judicant homines judicaturum omnes; damnatur innocens à nocente, immortalis à mortali; virgis cæditur, qui à Virigne editur; tua flagitia, ejus flagella; pro te conſpuitur; à te reſpuitur; hoc peccator puta, tua ſunt hæc ſputa; damnat Pilatus, aperitur latus; cum clavis affigitur, natura affligitur, à creatura negligitur; cœlum panditur, cùm ſuſpenditur; ſauciatur, nec ſatiatur dolore vario in Calvario; dat nobis beatorum cœtum, nos ingrati damus acetum; omnia conſummavit, ſic nos amavit; vita oritur, cùm moritur; terra conditur, teræ Conditor; homo, humo;

Digitized by Google

humo; quæ non luit, diluit; per Crucem trucem ſuſcitantur mortui, non mores tui; ſol ſeſe obſcurat, nec peccator curat; tanta hæc ultio à noſtro vitio; poſt tot ſupplicia, ſimus ſupplices; at parcat Creator, cui non pepercit peccator; ergo ut ceſſes errare, non ceſſes orare; Chriſtum cole, paſſionem recole ut ſit pacata vita, peccata vita; ut ſit ſalus certa, contra ſcelus certa; vis Chriſtum amare, hîc diſce amarè; ut ejus cedamus amori, cum ipſo optemus mori.

Dubium valde, cœlumne hîc ſit, an ſolum; mortisne Tumulus, an vitæ cumulus; ſacra namque hac humo latet Deus homo; mors hic ſepulta jacet, vita ibidem in triduum tacet; hic Chriſtus, vitæ gaudia mortis otia, qui nimio tui amori mortem gerens, è Cœlo deſcendit, in Cœlum ut aſcenderes, hic morte cecidit, mortemque cecidit; vicit victus; atque adeo vitam ſua nobis dum morte emit, mortem ipſam peremit; injuſtè juſtus morti damnatus, morte damna parata, reparavit; parentisque noſtri æterni Dei juſſis non parentis, Adami ademit culpam inculpatus; furtúmque ejusdem duos inter fures ut tulit, ſuſtulit; quin clavis affixus expiravit, fixam ut vitam ſpirares, & vita mortem, peccati ſortem vitaret, ita ut ſola unius mors Chriſti tua ſit & omnium, morte invita, vita. Unius interitus, cunctis bene vivendi ritus, Crucis dedecus; univerſorum decus; & ut paucis, Chriſti clavi, cœlorum claves. Tu verò ſi Chriſtianus, quem amor è cœlo elicuit, Chriſtum elige; ſi colis, dolores recole, & qui partem in cœlis exoravit, in terris adora; quin in crucem ſequere, quem in cœlis aſſequare. Sic pulchrum hoc Chriſti ſepulchrum, erit in terris cœlum, & in cœlis ſolum, tibique à mortis faucibus erepto:

Mors dabit una DEUM, quem dedit unus amor.

SENTENTIÆ. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.

(*1. Petr. 2, 21.*) Paſſio CHRISTI, noſtra redemptio eſt; Mors CHRISTI vita noſtra eſt. (*Ambr.*) Inſpicite vulnera pendentis, cicatrices reſurgentis, ſanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis. (*Aug.*) Tuta & firma requies eſt infirmis & peccatoribus in vulneribus Salvatoris. [*Idem.*] In omnibus adverſitatibus non inveni tam efficax remedium, quàm vulnera CHRISTI: in illis dormio ſecurus, & requiesco intrepidus. [*Idem.*] Si Paſſio Redemptoris, ad mentem reducitur; nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur. (*Idem.*) DEI Filius expalmatur, qui eſt vera palma victoriæ: Spinis coronatur, qui ſpinis peccatorum venit confringere: Ligatur, qui ſolvit compeditos; Ligno ſuspenditur, qui erigit eliſos: Aceto potatur fons vitæ: Diſciplina cæditur, Salus vulneratur, Vita moritur; occiditur ad tempus vita, ut in perpetuum à vitâ occideretur mors. (*Idem.*) Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia illuditur, pro mendace veritas necatur: damnatur juſtitia pro iniquo, miſericordia afficitur pro crudeli, pro miſero repletur ſinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, addicitur innocentia pro reo, moritur vita pro mortuo. (*Idem.*) Nihil tam ſalutiferum nobis eſt, quàm quotidie cogitare, quanta pro vobis pertulit DEUS & Homo. (*Idem.*) Via ad ſalutem, Paſſio: & Crux Regni conciliatrix. (*Baſil. Seleuc.*) O duri, & indurati Filii Adam! quos non emollit tanta benignitas Salvatoris, tanta flamma, tam ingens ador amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis tam pretioſas merces expendit ſanguinis ſui. (*Bern.*) Pudeat ſub ſpinato capite membrum fieri delicatum. (*Idem.*) O quàm indebita miſeratio! quàm gratuita dilectio! quàm inopinata dignatio! quàm ſtupenda dulcedo! quàm invicta manſuetudo; Regem gloriæ pro deſpicatiſſimo vernaculo, imò vermiculo crucifigi! Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic ſimile? (*Idem.*) Revera CHRISTI

Paſſio

Paſſio eſt theſaurus DEI abſconditus, plenitudo omnis virtutis, perfectio religioſitatis, ſumma totius ſanctitatis. (*Th.Kemp.*) Importabile pondus peccatorum tulit ille, qui ſuave jugum & onus leve nobis impoſuit; nos autem oneramus JESUM immenſo pondere iniquitatum, quod ſanguinem ſudorem ex Corpore JESU expreſſit, ſicut torcular ex racemo vinum. (*Nier.*) Quomodò vis conſequi miſericordiam per Paſſionem CHRISTI, ſi non habes miſericordiam CHRISTI patientis? [*Idem.*]

PATI. **Leyden.** *Souffrir.*

SYN. Ferre, perferre, ſufferre, tolerare, perpeti, ſuſtinere. ADV. Ægrè, ægerrimè, demiſſè, difficillimè, diutiùs, moderatè, patientiùs, moderatiore animo, remiſſius & placatiùs, latè, bellè, firmo animo, fronte & vultu belliſſimo, clementer, mirabiliter, fortiter & ſapienter, quàm humaniſſimè, indignè, graviter & acerbè, tacitè, placidè, non mediocriter, conſtanter & ſedatè, aptè & quitè, lentè, atrociter, moleſtè; graviter & iniquo animo; indignè, tolerabiliùs *dolorem*, turbulentè *humana*. (*Ex Cic.*)

PHR. **Ich leyde groſſen Schmertzen.** *Je ſouffre d' incroyables douleurs.* Dolorem graviſſimum, acerbiſſimum ſuſtineo, fero, patior, tolero. Graviſſimo dolore crucior, conficior, torqueor, vexor, angor, affligor, frangor, perturbor, diſcrucior, divellor, disjungor, perimor, interimor, exanimor, perdor, opprimor, contabeſco. Me dolor exagitat, vexat, divexat, perturbat, afficit, cruciat, torquet, &c. * **Der Schmertz/ den ich trage/iſt faſt unerträglich.** *La peine que je ſouffre eſt inſupportable.* Tantùm doloris ſuſtineo, quantùm vix poſſit. Ferendo dolori non ſum. Impar dolori ſum. Impares dolori vires meæ ſunt. Vires meæ, ad dolorem infirmæ ſunt; dolore franguntur, vim doloris non ſuſtinent. Roboris in me tantùm non eſt,

ut acerbitatem tam gravem queam perpeti. * **Etwas mit Gedult leyden.** *Souffrir quelque choſe avec patience.* Aliquid ferre patienter, toleranter, facilè, placidè, æquo animo, moderatè, tranquillè, ſedatè, non moleſtè, pacatè & moderatè, leviter, leviſſimè. * **Etwas wider ſeinen Willen leyden.** *Souffrir quelque choſe à contre-cœur.* Aliquid pati ægrè, indignè, immodicè, moleſte ferre, iniquo animo, periniquo animo, acerbè, graviter moleſtéque ferre. * **Ich werde dieſen Verleumbder nimmermehr bey mir leyden.** *Je ne ſouffriray jamais ce médiſant chez moy.* Maledicum illum apud me eſſe nunquam feram, patiar, tolerabo. * **Erlaube / daß ich dir antworte.** *Souffrez que jé vous réponde.* Patere, permitte, concede, da veniam, ut tibi reſpondeam. * Pulcherrimè ferebat adverſam fortunam. Expectate Legatorum reditum, & paucorum dierum moleſtiam devorate. Palmaris contumeliæ notam amica reſponſione transmittit. Qui omnem omnium invidiam ſubit; convitiorúmque aculeos valenti animo perfert. Verbum nullum audio, non dico querulum, ſed quod teſtetur dolorem. Fert omnia diſſimulato dolore, clariſſimo patientiæ Chriſtianæ ac tranquillitatis triumpho. Æquo animo adverſos caſus ferre. In adverſis, *vel*, adverſarum rerum patientem, tolerantem eſſe. Adverſam fortunam pulcherrimè ferre. Everſam fortunam perferre animo forti & obfirmato, firmo & moderatiore. Eſſe animo maximo in miſeriis. Humanos caſus inferiores putare. Fortunæ obſequi. In rebus aſperis non perturbari. Obdureſcere ad aliquid. Expectare tranſitum tempeſtatis, erigere ſe contra, & reſiſtere. Ultrò rei adverſæ occurrere. Retinere dignitatem in rebus adverſis. Adverſa quæque excelſo animo ferre. Conſtantiæ ſervire. Pacato vultu adverſa, ſicuti proſpera excipere. Adverſis rebus minimè dejici, & proſperis non inſoleſcere. Nullum convitium non ferre, vel falſiſſimum. Non modò

pa-

patientiâ uti. Paucorum dierum moleſtiam devorare. Dolorem toleranter pati. Facilè omnes caſus fortunæ perpeti, ac perferre. Quemcúnque caſum quieto & æquo animo ferre. Dolorem placidè & ſedatè ferre. Omnia humana placatè & moderatè ferre.

PATIENTIA. Gedult. *Patience.*

SYN. Tolerantia, perpeſſio. ADJU. Incredibilis, mira ac ſingularis, præclara *famis ac frigoris inopiæ rerum omnium.* (*Ex Cic.*) Invicta, tranquilla, infracta, conſtans, fortis. PHR. Virtus mali; infracta: Duris gaudens: Medios inter tumultus tranquilla. Infatigabilis laborum ſuſtinentia. [*Hugo V.*] Rerum humanarum tolerantia. Fortitudo ſedativa commotionis animi. [*Gers.*] Ich verliehre die Gedult. *La patience m'échape.* Patientia mihi excidit, me fugit. Ex animo mihi elabitur patiendi conſtantia. Patientiam rumpo. * Ejus animum patientiâ frangam meâ. Tolerantia laborum, & voluntaria pro Chriſto moleſtiarum ſuſceptio, placidiſſimæ pacis dulcedine mollitur. DEUS moleſtias ſuâ causâ ſuſceptas, jucundiſſimè condire ſolet. Voluptas pellucida & ſincera nullibi veriùs, quàm in laboriosâ virtutis exercitatione reperitur. Patientia eſt malorum, quæ inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio. [*Lact. Firm.*] Patientia eſt virtus contumeliarum, & omnis adverſitatis æquanimiter mala portans. (*Bonav.*) Eſt æquanimis malorum illatorum tolerantia. (*Idem.*) Eſt omnium moleſtiarum aliunde illatarum victorioſa perpeſſio. (*Idem.*) Eſt honeſtatis aut utilitatis causâ, rerum arduarum ac difficilium voluntaria & diuturna perpeſſiô. [*Caſſiod.*] Patientia in adverſis eſt æquanimis perpeſſio contrariorum. [*Dion. Carth.*] Eſt æquanimis tolerantia adver-

verſitatum. (*Idem.*) Eſt diuturna alienæ improbitatis vel moleſtiæ ſufferentia. (*Hugo V.*) Patientia vera eſt æternæ reſpectu gloriæ, voluntaria & inſuperabilis contrariorum perpeſſio. [*Idem.*]

AMPLIFICAT. Ecquam intermiſit (*Chriſtus*) opportunitatem, quàm non putaverit ſuam potiùs ad largiendum eſſe, quàm aliorum ad accipiendum? Et quod punctum temporis prætervolare eſt paſſus, quo tempore, cùm ab importuniſſimis hoſtibus peteretur maximè: cum infenſiſſimis animis obſervaretur, non eo ipſo tempore contumelias omnes voluntariâ oblivione contereret: injurias charitate profundiſſimi pectoris abſorberet: in impios & ingratos cives, in ipſos hoſtes exaggeratâ quâdam animi magnitudine celſus, & erectus, & ſui ſimilis ſemper affluentiſſimè ſuperfunderet dona felicitatis ſuæ? * Quid tu bellua tandem effeciſti? Divinum N. expuli. Quid inde? Arbitrabaris eum enſem, quô injuriam ulciſceretur, inſolitúmque apparatum inſtructurum? Plus in eo patientia valebat. Exiſtimabas eum nonnullum ſubordinaturum, ut in ſtatum priſtinum rediret? Plus honorum contemptus, & cœleſtium memoria in eo requirebat. * Qui cùm quadraginta totos dies tantam vim doloris perpeſſus eſt, quanta maxima in hominem poteſt, nunquam tamen ullam vocem parum ſe dignam emiſit, ſed illud in ore frequentiſſimè habuit, Domine, adde ſanè ad dolorem, dum addas & ad patientiam. * Magnos pro Chriſtianâ fide calamitates & incommoda perferre, omnia firmiſſimo conſtantiſſimoque animo tolerare, & ſibi potiùs honeſtè moriendum, quàm imperitæ multitudini cedendum eſſe ſtatuere. * Diſſimulatione graviſſimæ injuriæ, patientia ſævisſimæ acerbitates concoquuntur. Reſtante vento ſe ſuosque omnes huc atque illuc adverſâ tempeſtate jactari videbat, ſic animum tamen patientia armabat, ſic à divina pendens voluntate ſe ipſum erigebat ad ſpem tranquillitatis, ut, qui tum eum no-

norant, nihil mutatum dicerent, nihil perturbatum. * Quò mihi lamenta, non tollitura dolorem? quò lachrymæ, non abſterſuræ cruciatum? quò ſuſpiria alto pectore ducta, non erutura malum? quò manuum colliſiones, non medicaturæ morbo? Quò planctus & querulæ voces nihil mitigaturæ pœnas? Imò quò mihi, ſi dixero me dolere? Mitigabit dolorem indicatus dolor? Fruſtra deinde illa admovebo, quæ levamen malo nullum adferent. * Quid eſt tam durum, tam aſperum, tam acerbum, quod non illa ille ferens æquo animo, libenter ſileri patiatur? Quid is, qui diligitur, loqui poteſt, quod illa non credat? Quid tam difficile, quid tam arduum videri, quod illa perficere ſe poſſe non ſperet? Quid tàm formidoloſum atque terribile, quod non illa vel ſuſtineat præſens, vel adveniens excipiat animo erecto, parato & invicto? Deniqué quidquid eſt, unde diſcordiæ, atque diſſidia naſci poſſint, id in ejus animo nihil habet loci, quem divinæ caritatis ardor inflammat.

SENTENTIÆ. Qui patiens eſt, multâ gubernatur ſapientiâ: Qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. (*Prov. 14.*) Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam. (*Eccl. 2.*) In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. (*Luc. 21.*) Patientia autem vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem DEI facientes reportetis promiſſionem. [*Hebr. 10.*] Ubi Patientia, ibi lætitia. [*Ambr.*] Patientia ſine exercitio, quaſi plumbea lancea eſt. (*Anſel.*) Patientia pugnantem inexpugnabiliter armat, hoſtem fortiter expugnat, de ipſo nobiliter triumphat, vincentem feliciter coronat. (*Anton.*) Nobile genus victoriæ eſt, hoſtem debellare jacendo. (*Idem.*) Totius Philoſophiæ robur Patientia eſt. (*Idem.*) Non invenit locum ſapientia, ubi non eſt Patientia. (*Aug.*) Patientia fœcem totius voluptatis abſtergit, limpidas animas DEO reddit, & ad portum ſuos amatores perducit. (*Idem.*) Da mihi in adverſis patientiam,

tiam, & in prosperis continentiam. [*Idem.*] Patientia est velum, quod in hujus Mundi procellis, Navis nostra quocúnque flante vento navigat securè, nullum timens periculum. (*Euseb. Cæs.*) Patientia adversis pulsata mollescit. (*Anon.*) Radix omnium custosque virtutum Patientia est. (*Greg. M.*) Ego virtutem Patientiæ majorem signis & miraculis esse credo. (*Idem.*) Patientia omnium bonorum est causa, universæ Philosophiæ radix, scutum inexpugnabile, turrisque firma. [*Idem.*] Mirabilis res est Patientia, quæ in tranquillo portu animum constituit; & ab adversis ventis & fluctibus tempestatum liberum reddit. (*Idem.*) Maxima victoria est, Patientiâ vicisse hostem. [*Trith.*] Patientiæ virtus deficit, nisi tentatione erudiatur. (*Laur. Just.*) Primus character Apostoli est Patientia. (*Theophylact.*) Nemo tolerantior est malorum homine forti. [*Arist.*] Cuivis dolori remedium est patientia. (*Mim. Pub.*) In fortunæ libidinem & naturæ necessitatem, nullum nisi patiendi jus habemus. (*Nier.*) Omne momentum tranquillitatis Patientia est, magnum Pacis Sacramentum, tuta securitatis ara, præco & caduceus felicitatis. (*Idem.*) Corporis vulnera fenestræ sunt mentis, quibus Cœlum respectat. (*Idem.*) Venenum Fortunæ est Patientia. (*Idem.*) Orphana & imbecillis, imò nulla virtus est sinè Patientia. Pati cum virtute, & pro virtute quædam arrha est divinæ dilectionis, quidam favor & inclinatio Cœli, quidam divinus risus. (*Idem.*) Patientia Lydius lapis est probando amori. (*Idem.*) Non omnia potest Potentia; potentior Patientia est. [*Idem.*] Necessaria amoris suppellex Patientia. (*Idem.*) Triumphus Fidei Patientia est. (*Idem.*) Maximus promerendi titulus Patientia est. [*Idem.*] Malorum medicina Patientia est. (*Idem.*) Patientia sola insuperabilis, flectit, domat omnes labores; una illa Fortunæ flagellum, unicum Fortunæ infortunium. [*Idem.*] Non natus es, ut placide ad tempus vivas;

vivas; ſed vivis, ut patiaris ad tempus, ut in æternum vivas. (*Idem.*) Quod neceſſario patiendum eſt, etiam libenter patimur. (*Lips.*) Levamentum aliquod miſeriarum eſt, non reniti. (*Idem.*) Quidquid ex Naturæ conſtitutione patiendum eſt, magno excipiatur animo. (*Idem.*) Vir vix eſt, qui impatiens in omnibus; dum nihil ſilentio, ſed ictus omnes lingua retundit. [*Anon.*] Virtutes uti nubes colliſæ fulgurant. [*Em. Theſ.*]

SIMILITUD. Lupini amari aquâ macerati dulceſcunt & nutriunt: Sic Adverſitates ipſas Patientia macerat. (*Nier.*) Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minùtorum canum ſecurus obaudit. (*Sen.*) Puſilli hominis eſt & miſeri repetere mordentem, ut mures & formicæ; ad quas ſi manum admoveris, ora convertunt. Imbecilla ſe lædi putant, ſi tanguntur. [*Idem.*] V. CONSTANTIA, FORTITUDO.

PATRONUS.

SYN. Defenſor, cuſtos, tutor, mecœnas, *vel* Advocatus. Minime diligens, in cauſis cognoſcendis exponendisque diligentiſſimus; fervidior toto paulò genere, atque commotior; diligentiâ tamen, virtute animi, atque vitæ bonis author in ſenatu, maximè incautus, luculentus, aſper; nec rudis in jure civili. (*Ex Civ.*)

AMPLIFICAT. Qui omnes fovet, conſolatur, protegit, quorum omnium arx, portus, præſidium, perfugium eſt: à quibus non tantùm mala multa imminentia depellit, ſed efficit etiam, ut multa damna reſtituantur. * Cujus familiæ Pater es, qui amore atque ætate filius, & nonnullâ diſciplinâ eras alumnus? cujus eris, ut ſperamus, brevi ſolatio frater, tutela patronus, authoritate propugnator? cui proſperis in rebus ornamentum, in adverſis auxilium polliceris? & quæ tibi viciſſim ſive obſervantiâ filia, re-

ve-

verentiâ famula, obsequiô ancilla, indulgentiâ & charitate mater futura est. * Urbs Patronum (vere defuncto priore Episcopo) non amisit, sed mutavit; habitura præterea te Patrem amantissimum Collegii, te Scholarum tautorem studiosissimum, te vindicem acerrimum, nostræ dignitatis, illum in cœlis, te in terris defensorem. * Si multa, si magna, si non vulgaria contulisti in nos extra patriam, & Italiam positus beneficia; quid es in posterum in tuâ pœne patriâ facturus? si tum, cum Romani Imperatoris jura partesque tuebaris, dies noctesque de nobis augendis, ornandisque cogitabas: quid nunc facies, cum tui principatus Ducem te tantum cura sollicitat. * Tuis auspiciis sese efferunt, mihi crede, te doctrinam omnium quasi altero Mœcenate, ad ampliores fruges effundendas Scholæ revirescent. Tibi hæc cura reservatur; te manet hæc defensio: tua est hæc tutela, tibi jure debita, quod omnium doctrinarum scientiam mente complexus es adeo perfectè, ut nemo sanæ mentis, qui hoc norit, avidè non exoptet animum suum, sapientiæ rivulis è pectore tuo profluentibus irrigare. * Æquum est quando sedis, auctoritatis, dignitatis pontificiæ propemodum hæres institutus es, ut eos in tutela colloces, qui cum hæreditate sub tuam curam solicitudinémque venerunt, ut cum patrimonio dignitatis, onera quóque hæreditatis subiisse videare. * Quis per Germaniam, Galliam, Hispaniam, atque Italiam tot collegia studiosorum adolescentum excitavit; tot Gymnasia doctrinarum omnium aperuit; tot Doctores liberalium artium in singulis pœne urbibus atque oppidis largâ mercede conductos, publicè constituit ad docendum? * Superant illæ quidem antiquitate, meritis, dignitate mediocritatem nostram: Sed tu fidem tuam tot pignoribus nobis obligasti, tot rationibus jam pridem oppignorasti, ut nos jure nullo possis tuis cogitationibus, curis, & vigiliis excludere. *

Quod

Quod huc ad nos cohonestandos nullis nostris meritis provocatus, nullis invitatus donis, nulla spe commodorum tractus, sed gratuito tantum impulsus amore venisti tuo nomini mirabiliter laudabiliterque respondisti.

St. PAULUS APOSTOLUS.

ADJU. Sanctus, facundus, doctus, pius, divinus, ardens, igneus. PHR. Vas Electionis, Tuba Evangelii, & sanctarum scripturarum armarium. Paulus Cœli civis, Ecclesiarum columna, Angelus terrestris, Cœlestis homo. (*Chrysost.*)

AMPLIFICAT. Vas illud Electionis, gentiumque Doctor inusitato divinæ eloquentiæ fulmine tonans. Regum ac tyrannorum efferatissimos animos fœcundâ voce percellens, *B*arbaros immanesque gentes ab idolorum cultu ad Christum potente verbo convertens. * Quem unum vidit unquam omnis hominum ætas, ab orbe terrarum condito, aut audivit, aut legit, in quem tam multa incurrerint incommoda? sed esto, incurrerint, qui æquiore animo pertulerit universa? Et ego quidem de te, beatissime Paule! Quotiescunque cogito, ita justa quædam admiratio defigit atque alienat animum, ut obstupefactus hæreat, nec ullam eliciat orationem, quia nihil te dignum videre potest. * Quocunque pervenit Paulus eodem etiam Christi immortalis gloria famaque penetravit: quo in munere, & meliora multò, quàm de Triptolemo dicitur, semina intulit mundo; & longè saniorem, quàm senex ille Atticus, qui, ut ajunt, Philosophiam evocavit de Cœlo, mortales edocuit, sanctioremque doctrinam. Hinc illud est, quod legimus, cùm pulchertrima illa Spiritus sancti cythara è dulci pulsorum nervorum sono attentas permulcere cœpisset & aures, & divinæ fidicen lyræ scientissimam vocem emittere è sacro pectoris penetrali, & ex aureo illo vase gemmis eboreque distincto

ſuaviſſimum unguentum, JESU illud nomen ſanctiſſimum, quod coram gentibus & Regibus & Filiis Iſrael portabat, effundere, attonitas hæſiſſe mentes hominum, ac plurimos delinitos carmine, ad eum ſe applicuiſſe, cucurriſſe poſt unguentorum odorem, & Chriſto nomen dediſſe, cujus honeſtiſſimum teſtimonium vel ſanguine ſibi & morte præſtandum videbant. * *Paulus* noſter, ſpretâ humanâ ſapientiâ, rejecto inani eloquentiæ ornatu, penè ab Arabiâ projectus; qui incredibili ardore ad opprimendam naſcentem religionem advolarat, idem repentè divinitus mutato conſilio, Syriam, *Paleſtinam*, Ciliciam, Aſiam, Græciam, Macedoniam, Illiricum, Siciliam, Italiam, admirabili cœleſtis doctrinæ luce complevit; hâc unâ re maximè nobilibus principibusque viris commendatus. * Omnibus fere nationibus errore, & ſuperſtitione cœcis, in illâ, ut reterrimâ nocte facem verbis factisque prætulit; ut ingenio, & doctriuâ fuerit Græcorum ſapientibus inferior: Divinis muneribus, & donis illos omnes longè latéque multumque ſuperavit. * In quo inſignis vis & ubertas, qui Lyſtris ob eloquentiam alter habitus eſt Mercurius, qui præſes ac DEUS eloquentiæ civibus illius urbis colebatur? Quem totiùs orbis terrarum Oratorem diſſertiſſimum appellat Joannes Chryſoſtomus? cujus copiam, & facultatem dicendi Hieronymus & Auguſtinus, optimi Judices eloquentiæ, demirantur. * *Paulum* in Eccleſiam naſcentem incredibili audaciâ furentem aſpexit, ſubitâ luce perculſum abjecit humi formidabilique voce caſtigatum à cæde revocavit.

SENTENTIÆ. Paulus fortiſſimus fuit Athletarum Chriſti. (*Naz.*) Nihil illâ beatâ Animâ *Pauli* manſuetius, nihil dulcius, nihil amantius. [*Chryſoſt.*] B. *Paulus*, Doctor gentium, lingua orbis, nihilque omittens pro ſalute diſcipulorum. (*Idem.*) B. *Paulus* terreſtris Angelus, & cœleſtis homo; vocatus Apoſto-

ſtolus, S. Spiritûs receptaculum factus, Zelo incomparabilis, charitate magnus, Eccleſiarum DEI ſolicitus curator, pietatis, imbecillium, deductor, credentium pronubus, Judæorum redargutio, poſt mortificationem Doctor, & poſt mortem Præco. (*Idem.*) Quid os iſtud Pauli ſanctum non effecit? Dæmones expulit, peccatorum nexus reſolvit, tyrannos compeſcuit, Philoſophorum linguas obturavit, Orbem DEO adduxit. [*Idem.*] Hic eſt Paulus, qui pro ſuarum remuneratione virtutum, ultrà humana merita tertiam raptus ad Cœlum, ſecreta cœleſtia cognovit: ut Eccleſiarum futurus Doctor, inter Angelos diſceret, quod inter Homines prædicaret. (*Maximus Ep.*) Jam non eſt in Orbe Eccleſia, quæ B. Pauli non fulciatur doctrinâ. Confudit Judæos, Gentiles convertit, Barbaros ſubjugavit, Philoſophos confutavit, & omnes pariter ad Fidei lumen traxit. (*Th. Kemp.*)

SIMILITUDO. Sicut miſſum in ignem ferrum, totum ignis efficitur: Sic Paulus charitate ſucceſſus, totus factus eſt charitas. (*Chryſoſt.*)

PAVO. Pfau. *Pân.*

SYN. Pavis, Pava. ADJU. Pictus, gemmatus, ſplendens, ſuperbus, ſidereus, ſtellatus, Junonius, multicolor, diſcolor, verſicolor. PHR. Ales Junonius: qui tam multicoloribus aulæis parietes expingit: qui tam gravi inceſſu ſe affert in theatrum: qui cum placet, crispat colla; cum aſpicitur, expandit alas; cùm laudatur, plumas toto corpore explicat oculatas. Volucris ſtellantem caudam pandens, explicans: Se in gyros rotans, ſe ſeque ambulantem demirans: In orbem ſe circumagens; gemmantésque pennarum ſcutulas Soli objiciens: Se ſe glorioſiùs oſtentans: Speciei ſuæ admiratione ſeſe ſtudioſiùs contuens. Qui cùm ſui admirabilitatem facit ſpectatoribus, mille trahit varios adverſo ſolo colores.

Avis quondam Junoni ſacra; ſpeciem habens & pulchritudinis ſtudioſa; cui è volucribus naturæ formæ dedit præſtantiam, & excellentiam admirandam. Oſtentat honores ſuos Pavo, dum alias exhibet Cœlum, dum ſe evolvit in gyrum: mox rotam contrahit, dum pedes aſpicit. Gemmantes laudatus expandit colores, adverſo maximè ſole: quia ſic fulgentiùs radiant: omnésque in acervum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet, oculos. * Pfau-Federn. *Les plumes de la quüe du Pân.* Oculatæ Pavonis pennæ. Gemmantes Pavoninæ pennæ. Verſicoloribus oculis radiantes plumæ Pavoninæ. Pavonis plumæ gemmatis orbibus pictæ, *vel* radiantibus ſcutulis deſcriptæ.

AMPLIFICAT. Pavo totus, venuſtiſſimus ac pulcherrimus eſt, vario pennarum fulgore conſpicuus, tot oculis fulgentibus ac eximiè ſplendentibus inſignitèr illuſtratur. Magna ille jactatione corporis, & quaſi pompa, erecto collo & inflexo progreditur, criſtam in ſublime elatam geſtans admirabili pulchritudine ſpectatur: ſed gaudet videri, & omnium in ſe oculos convertit venuſtate caudæ, quam ipſe admirari geſtit in orbem converſam, & omnium oculis tanquam pulchram, & ſpectatu digniſſimam videri: deſtructam in terra trahere ſolet, vel à terra, ut collibitum, parum ſublatam, quæ ab adverſo ſole collucet ac vibrat aſpecta, ſolis radiis repercuſſa. Sed cùm in pedes oculos dejicit, verecundatur illos reſpicere præ deformitate, continuo contrahere & deſtruere eandem incipit, & pedes quaſi faſtidire ſuos, qui crocitans antea, quaſi ad corpus, ad pennas, ad rotundum orbem, támque ſplendentem caudæ abſolutionem ſpectandam homines vocabat, & invitabat, præ ſe quodcúnque reliquarum avium genus contemnens, aſpernánsque. Quantum effert Pavonem iris ſua, & è plumatis ſtellis verſiculor rota, quantum viſas &

ma-

maximè laudatas extollit avis Junonia pennas; tantùm dejicit illius & iridem, & rotam, & animos, pedum, quos habet turpissimos, solus aspectus. Quid causæ est, inquit Nazianzenus, cur arrogans ille & medicus Pavo elegantiam gloriámque adeò affectet, ut quoties aliquem propiùs accedentem viderit, aut etiam fœminis, ut ajunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulchritudinis suæ ignarus est:) protinus elatâ cervice, pennisque in orbem concinnatis, atque oculis aureo quodam gemmantique fulgore in acervum contractis, corporis sui elegantiam, cùm fastuoso incessu, velut in theatro spectandam proponat. Pavonis honor est cauda, picturatas & gemmantes pennas in orbem circùm se ostentantis, cùm plures speculatum accessisse animadvertit; si nemo adsit, indignabundus eam colligit.

PAUPER. Arm. *Pauvre.*

SYN. Egenus, egens, indigus, inops, mendicus, tenuis, pauperculus, egentissimus, tenuissimus, pauperrimus, tenuior, humilis, inanissimus, mendicissimus. PHR. Parvis opibus ac facultatibus præditus. Fractus & afflictus calamitate. Qui demissus in obscuro vitam degit. Tenuis vitæ homo. Homo ærumnosus, atque miseriarum campos. Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Ab omni ope humanâ imparatus. Codro pauperior, *vel* mendicior. Iro indigentior. Liberide nudior. Alienâ quadrâ miserrimè vivens. Omnibus opibus destitutus. Omnium rerum egens, *vel* egenus. Cui egestas imperat. Cui parva est res familiaris. Magis fortunâ, quàm culpâ calamitosus. Homo infimâ fortunâ. Qui in summa mendicitate est. Maximè inops. Inops rerum omnium, *vel* omnibus, *vel* ab omnibus rebus. Qui in egestate vitam degit. Qui tenuissimis est, ac fere nullis opibus. Qui nihil habet

præter miſeram animam. Quo nihil ſpoliatiatius eſt nihil egentius. Qui rerum omnium inopia laborat. Ab omnibus fortunæ bonis imparatus, inops, egenus. Rerum omnium penuriâ preſſus, confectus, oppreſſus. Qui in maximis anguſtiis, in ſummis difficultatibus rei domeſticæ verſatur. Contracta res ejus eſt, adducta in anguſtum. * **Er iſt ſo arm/daß er nicht leben kan.** *Il eſt ſi pauvre, qu'il n'a pas de quoy vivre.* In eas conjectus eſt anguſtias; In eùm locum deductus eſt; Eò redactæ ſunt fortunæ ejus; Eò eſt à fortuna dejectus, detruſus, deturbatus; ut unde vivat, non habeat; Ut ei ad victum neceſſaria minimè ſuppetant; Ut ea deſideret, ea requirat, quæ vivendi neceſſitas poſtulat atque exigit; Ut iis rebus deſtituatur, careat; Ut ea illum deficiant, illi deſint; ſine quibus ægrè vivitur, vel potiùs, nullo modo vivitur. * Non pœnitendæ fortunæ homines indigentia occupat. Ærarium inops & exhauſtum. Exercitus collectus ex ruſticis mendiculis. Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum. Provincia ſumptibus & jacturâ exhauſta. Civitas ab omnibus rebus vacua atque nuda. Pauperrimus homo, *vel* inops. Qui nullo, aut perquàm parvõ cenſebatur. Multos fortunæ injuriâ lapſos ſuſtentat atque erigit. Res noſtræ ſunt pauperculæ. Mendicitatem multi perpetiuntur. * **Sie haben uns in die Armuth gebracht.** *Ils nous ont rendu pauvres.* Nos in paupertatem intulerunt, detruſerunt, præcipitârunt, conjecerunt. Nos everterunt, *vel* exturbarunt fortunis omnibus. Nos funditus bonis everterunt. Nos ad extremas rei familiaris anguſtias redegerunt, adduxerunt. Nos ad manticam redegerunt. Nos multò infirmiores humilioresque reddiderunt, redegerunt. Avaritiâ Magiſtratuum noſtræ Opes contuſæ. Hoſtiúmque auctæ. Opes noſtras maximé attriverunt. Deperditæ ſunt Res noſtræ di-

mi-

minutæ. Acciſas Res noſtras ſatis conſtat. Locupletiſſimi cujúsque Cenſus extenuarunt. * Arm werden. *Devenir pauvre.* Facere jacturam rei familiaris Qui ad mendicitatem ſe properat detrudere. In ſummam egeſtatem deduci, devolvi. Facultatibus exui. In paupertatem decidere. De facultatibus diminuere. Rem amittere. Negotiationibus atteri. Defectus facultatibus. Re familiari comminuti ſumus. Facultatibus lapſus. Ad ſummam inopiam adductus, redactus. Ubi familiares opes defecerunt. A priſtinâ fortunâ defluxit. Ad inopiam remis velisque properat. Ad miſerandam fortunam adactus. In ſummam egeſtatem projectus. Accepit gravem in facultatibus ſuis ruinam. Ad egeſtatis terminos redigi. Ad incitas, *vel* incita adigi, *vel* redigi. Illinc in laceris & aſperis pannis obrigeſcunt.

AMPLIFICAT. Quis tunc illi curator? deſertor. Unde ſtips? Sortitò à prætereuntibus. Quis cibus? Aridus panis, volam eludens. Quis portus? Latex ex trivio. Quæ veſtis? Lacerna, defricando, non fovendo corpori. Quod pedum vacillantium munimentum? Nuditas. Quæ ſoleæ? Omninò benè impactæ & hærentes; ipſæ videl. plantæ duratæ & calloſæ, niſi ſorte illas timidè miſericors lutum emoliret, aut gelu è diſſectis venis corruptum ſanguinem vivido puriorem triſti voluptate mulgeret. Quæ domus? Publicum hoſpitium. Quod ſtratum; Projecti humum aſſeres. Quid quod extremæ paupertatis principatum vicatim ambiens, obviis quibùsque pauperibus ſuam mactat & largitur inopiam? De quâ tamen ſi quid minutulum ſibi neceſſarium ab illis viciſſim in manum effluit, oſculatur beneficium. A mendicis mendicat à ſe mendicata. Summus egeſtatis amator vivit de his mendicatò; nè de ſuâ egeſtate poſſit ambigere, ſeipſo mendicior eſt, ut in ſua theſauraria inanitate toties exinanita pleniſſima pace conquieſcat.

O voluntariam paupertatem, vel hoc ſoli nomine beatam, quòd adeò nobilis ac tranquilli pauperum generis & parens ſit & regina, inter Orbis terræ principes reges ſola ſerenisſima! In hoc igitur magnifico ſui rerúmque ſpeciosè fugientium contemptu eximia virtus illius enituit. * Quibus eſt res anguſta domi, quorum parentes genium fraudant, & unciatim ſubtrahunt miſeri de ſuo dimenſo, nè deſit, unde ſtudiis & honeſtis artibus inſudare queatis. * Omnium copiarum atque opum, auxilii, præſidii viduitas eos tenet. In quorum ſi quis ædes ingreditur, quid dicet? Caulam ſe ſe ingredi putabit. Quocúnque oculos converterit, vacua videbit omnia; niſi quæ aranearum fortè à telis occupata fuerint. Non ſypariticis, aut ſyracuſanis menſis utuntur verùm prandio ſæpe ſtatario & paſſerino, cœna paupertinâ, pane mucido, rancido lardo, ovis requietis, pomis caducis, putribus & vermiculatis caſeis, vino pendulo aut fugiente, vel etiam aquâ contenti eſſe coguntur. * Miraculo nobis fuit ex Hiſpaniâ Mulier, vix centonibus ſatis tecta, tribúsque qui comitabantur liberis precarium ſpiritum triſti mendicitate producens.

PAUPERTAS. Armuth. *Pauvreté.*

SYN. Tenuitas, inopia, egeſtas, mendicitas, indigentia, penuria. ADJU. Summa, terribilis. (*Cic.*) Sordida, turpis, inculta, immunda, ignobilis incredibilis, dura, aſpera, ſæva, importuna, infelix, arcta, contracta, pannoſa, infeſta, inimica, maligna, invida, indiga. PHR. Anguſtia rei familiaris. Domeſtica difficultas. Opum tenuitas, anguſtia. Res parva, anguſtia domi. Inopia rei pecuniariæ. Anguſtiæ pecuniæ: Caritas nummorum. Attenuatisſima fortuna. Parvula poſſeſsio. Res valdè exigua, tenuis. Res pauperculæ, modicæ & modeſtæ. Parvi poſſeſsio. (*Sen.*) Reliquiæ ambuſtæ fortunarum. Afflicta fortuna.

Res

Res exigua & curta ſuppellex. Duæ res ſunt, quæ poſſunt hominem ad turpe compendium commovere, Inopia & Avaritia. Ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem. Quosdam, valetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat.

AMPLIFICAT. Paupertatem, quisquis illâ premitur, ſive à Majoribus acceptam; ſive à DEO immiſſam, ſive ab hoſte, aut fortuitò inuſtam, ſive ultrò accerſitam, colet & venerabitur, ut virtutibus amicam, ut DEO Cœloque remunerandam divitéque Æternitate locupletandam. * Paupertas priſca apud ſæcula omnium Civitatum conditrix, omnium Artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes Nationes perfuncta. Eadem enim eſt paupertas apud Græcos in Ariſtide juſta, in Phocione benigna, in Epaminondâ ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta.

SENTENTIÆ. Memento Paupertatis in tempore abundantiæ: & inopiæ ac penuriæ in die divitiarum. (*Eccl.18.*) Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles. [*Prov.15.*] Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas. [*Pſal.30.*] Pauperes ſunt theſauri Eccleſiæ. [*Ambr.*] Menſa Domini eſt paupertas, menſa Diaboli eſt proſperitas. (*Ant. Pad.*) Paupertas cum ſufficientiâ, omni fruitioni ac voluptati à modeſtis præfertur. (*Baſil. M.*) Manus Pauperis Gazophylacium Chriſti eſt: quidquid accipit, nè in terrâ pereat, in Cœlo reponit. (*Caſ. Arel.*) Paupertas mentibus bonis eſſe ſolet cuſtos humilitatis. [*Greg.*] Pars ſacrilegii eſt, rem pauperum dare non pauperibus. (*Hier.*) Paupertas ſolicitudinum portus eſt. Affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt. (*Lact. Firm.*) Qui apud DEUM & Angelos ejus glorioſus eſt titulus Paupertatis. (*Petr. Bles.*) Sit tibi Paupertas ipſa ſolatio, quæ &

viventem liberrimum facit, & ſecuriſſimum morientem. [*idem.*] Pauperi, cui Chriſtus ſufficit, nihil deficit. (*Idem.*) Scire uti Paupertate, maxima felicitas. [*Sen.*] Paupertas olim Philoſophiæ vernacula adversùm divitias poſſeſſa eſt, frugi ſobria, parvo potens, æmula laudis, habitu ſæcura, cultu ſimplex, conſilio beneſuada. Neminem unquam ſuperbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit: delicias ventris & inguinum neque vult ullas, neque poteſt. [*Apul.*] Paupertas durum onus miſeris hominibus ac grave. (*Anon.*) Vetus eſt Petronii Arbitri: Neſcio qui, ut bonæ mentis ſoror ſit paupertas. Hoc etſi vetus, hodiéque tamen vel primum veritatis monumentum obtinere, teſtem laudo experientiam. Ità profectò eſt, multos ad terram affligit triſtis & ſæva illa paupertas, qui ſi eſſent, ut bonis benè uterentur, nomen ſuum in ſublimi illo virtutis & famæ templo dedicare poterant. (*Idem.*) Sunt ſæpe juſta paupertatis afflictæ lamenta. [*Idem.*] Paupere pauperior eſt, qui nolit eſſe pauper. (*Nier.*) Ariſtoteles dixit fugitivam à malis paupertatem ad bonos confugere. Prudenter quidem providit. Illam boni non irato pellunt ſupercilio, non ejiciunt contubernio ſuo: à malis ſtatim impellitur, & quibuſvis peſſimis artibus è domo conantur trudere. (*Idem.*) Res eſt ſacra paupertas, cui nemo inſidiatur, nemo invidet, ſine curis, ſine periculis, ſine damnis: tota in bonum compoſita animi & corporis. Juvant valetudinem tenuis victus, nec delicatus, labor conveniens, ſomnus moderatus, parum molle ſtratum, aura & cœlum liberum. (*Idem.*) Hominem, quem cœlo deſtinavit DEUS, paupertati inauguravit. In ipsâ nativitate nudus naſcitur: dicam, & ante ipſam ex alienis factus eſt. Æther volucribus conceſſus erat, aqua piſcibus, terra plantis & brutis: mutuò accepta eſt materia humana. Limus fuit è piſcium & animalium

di-

ditionibus mendicatus. (*Idem.*) Nihil incommodi pauperies habet : eſt potiùs ſacrum aſylum curarum, perfugium fortunæ, inducíæ invidentium. (*Idem.*) O pretium inæſtimabile paupertatis ! quæ vectes cordis frangis, ut in hominem intret DEUS ? & januas cœli reſeras, ut Homo illuc ingrediatur. (*Idem.*) Omnis Philoſophiæ magiſtra nobis eſt inopia. (*Aug.*) Paupertas eſt manuductrix quædam in via, quæ ducit ad cœlum : unctio athletica, exercitatio quædam magna & admirabilis, portus tranquillus. Nihil opulentius eo ; qui paupertatem ſponte diligit, & cum alacritate ſuſcipit. (*Chryſoſt.*) O miſerabilis conditio mendicantis ! Si petit, pudore confunditur : ſi non petit, egeſtate conſumitur : & ut mendicet, neceſſitate compellitur. Unde Salomon : Melius eſt mori, quàm indigere. * Nè imparatos fortuna nos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Ad paupertatem ſua ſponte deſcendere, præocupare eſt tela fortunæ. Redige te ad parva, ex quibus cadere non poſſis. Ineſt paupertati, ſinè qua nihil eſt jucundum, ſecuritas. Nudum latro dimiſit : etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt. Non eſt in paupertate vitium, ſed in paupere. Solum hoc incommodum pauperras patitur, quod non poſſit egentibus ſubvenire. (*Sen.*) Eſt gratioſa paupertas, minimè invidioſa. (*Socrates.*) In paupertate quiſpiam felix ætatem exegit, rariſſimè verò in divitiis & Magiſtratibus. Tantum excellit paupertatis bonum, ut nemo vir bonus paupertatem cum turpibus divitiis commutatum velit. Quid eſt homo pauper ? Quem ut puteum deſertum omnes aſpiciunt, & ſuo loco illum relinquunt. (*Epict.*) Sunt plerique, qui mortem potiorem, quàm egeſtatem putent : quibus delicatè educatis intolerabilis videatur nuda vita illa, ab omnibus quibus anteà abundaverunt, deſtituta. [*Quintil.*]

Digitized by Google

SIMILITUD. Sicut qui viam terit eò felicior, quò levior incedit: ita beatior in hoc itinere vivendi, qui Paupertate se sublevat, non sub divitiarum onere suspirat. [*Minut. Felix.*] Ut qui vestes flagellant, corpus non attingunt; Sic qui generis vitium, aut paupertatem exprobrant, non propriè tangunt ipsum hominem, sed externa calumniantur. [*Plut.*] E corporis membro quidam hoc excerpunt commodi, quòd vocant negotiis, quibus distringebantur: & quosdam labores objecti reddidêre validos: Sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi. (*Idem.*) Qui in altis sunt specubus, à fulmine non feriuntur: Ita infima Fortuna tutissima est. (*Erasm.*)

PAX. Fried. *Paix.*

SYN. Pacificatio, quies, tranquillitas, compositio. ADJU. Diuturna, explorata, nondum satis firma, honesta, iniquissima, opinabilis, optatissima, periculosa, perpetua, pestifera, pia & æterna, placidissima, sempiterna, stabilis, summa, turpis, mirifica, tuta tranquillaque, vera, utilis. [*Cic.*] Omni implacabili pugnâ difficilior; sæpenumero quovis bello durior & deterior. Inanis, & commentitia. Spuria & fallax. PHR. Pacis conciliatio. Reconciliata gratia. * **Den Frieden machen.** *Faire la paix.* Pacem cum hoste facere, jungere, constituere, inire, contrahere, coagmentare. Inter hostes pax coiit, juncta est, gratia conciliata est, pacificatio intercessit. * **Ein zum Schein angestellter Frieden.** *Paix fourerée.* Pax simulata. Pacis nomine bellum involutum. * **Das Reich stehet in einem grossen Frieden.** *L'Empire est en grande paix.* Imperium altâ utitur pace, multâ fruitur quiete ac tranquillitate, summâ pace potitur, placidissimâ in pace versatur, à bellis vacat, in pace est. In Imperio omnia sunt quieta. * **Du kanst mit niemand Frieden haben.**

Tu

Tu ne peut vivre en paix avec perſonne. Cum nemine prorſus tibi convenit. Tui mores ab omnium moribus adhorrent. Alienus es ab omnium conſuetudine, moribúsque. Ita te moroſum difficilemque præbes in conſuetudine, ut néque tu quemquam, néque te quisquam ferre poſſit. * **Frieden zwiſchen andern machen.** *Paciſier les eſprits.* Pacem conciliare inter diſſidentes. Animis afferre pacem, tranquillitatem, concordiámque. Inter aliquos pacem conciliare, pacem facere, concordiam conſtituere. Conciliare animos inter ſe & conjungere. Tranquillare animos. Pacatos reddere animos. Aliquos perfidiâ hominum diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere. Pacem & concordiam conſtituere. Controverſiam dirimere. Controverſias diſtrahere, finire, tollere, componere, decidere, ſedare. Inimicitias extinguere. Ponere ſimultates. Lites diſcutere, finire, tollere, dirimere, diminuere. Seditionem in tranquillum conferre. Placare odium, iram, diſcordiam. Animum lenire. Significat, ſe amicisſimum eſſe, & reconciliationem gratiæ eſſe factam. * **Der Frieb iſt nun geſchloſſen.** *La pais eſt faite.* Pro ſuâ virili pacem amplexi Principes. Immutati principum animi, ad pacis concordiæque ſtudium totis incumbunt viribus. Cernimus immutatos principum animos, ad pacis concordiæque ſtudium totis viribus incumbere. Ardent ſubmovendi belli pacisque conglutinandæ ſtudio. Principes funditus reſciſis bellorum ſeminariis, pacem ſolidis, & uti ſpero, adamantinis aſtringunt vinculis.

AMPLIFICAT. Dulce nomen eſt pacis: res verò ipſa cum jucunda, tum ſalutaris. Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura clara habere poteſt, quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat: eúmque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. [*Cic.*] Pax iſta & tranquillitas, illa

Mu-

Musarum & meliorum artium altrix, sive mater: Ea nos quóque aspexit, sed in parte & lumine, nec sic dicam altero: at altrinsecus Mavors ille manet, & civile classicum etiam nunc instat. (*Lips.*) Publica Reipubl. Christianæ pax, quæ hoc Rege sic omnium Principium animos mutua caritáte semper tenuit devinctos, ut unus omnibus terris imperare videretur. * Cum anteà DEO nobis propter peccata nostra vehementius irato, nemo domi suæ tutus esset; furor verò quidam, & audacia passim impunè volitaret, & omnia omnibús minitaretur: Nunc illo metu liberati, non intra parietes domesticos, non intra mœnia solùm, sed in agris etiam tanto fruimur otio; quantum nescio ad quemquam vestrum, tam brevi tempore se esse consecuturum, speravit. * Nunc quamcúnque circumspexerimus Reip. vestræ partem, omnia multo meliora reperiemus. Recreantur indies magis, & confirmantur animi bonorum. Pietas erga DEUM; quæ illa turbulentissimi temporis procella penitus obruta esse videbatur, speciosior & constantior ex illis fluctibus emergit; coalescunt mutua concordia mentes omnium: nullus armorum strepitus, nulla cædes, nullum improborum facinus auditur: Ipsa mœnia, & tecta urbis è tot calamitatibus emersa, quodammodo lætantur & gestiunt, ut etiamsi DEUS ob delicta nostra pœnas ab hoc populo graves & acerbas expetierit; tamen placatus jam, atque mitigatus malis, hanc tandem respexisse urbem; séque ad clementiam & benignitatem revocasse videatur.

SENTENTIÆ. Pacem habete inter vos. (*Marc.9.*) Pacem habete; & DEUS pacis & dilectionis erit vobiscum. [*2.Cor.13.*] Pax Civitatis, est ordinata imperandi atque obediendi concordia Civium. [*Aug.*] Magnum beneficium est Pax, sed DEI veri beneficium est. (*Idem.*) Tantum est Pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri,

diri, nihil desiderabilius concupiſci, nihil poſtremò poſſit melius inveniri. (*Idem.*) Pacem conſtat belli eſſe optabilem finem. (*Idem.*) Nemo eſt, qui non vult Pacem, ſed non omnes volunt operari juſtitiam. [*Idem.*] Pax teſtamentum DEI eſt, hæreditas Pax eſt. (*Idem.*) Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris vinculum, conſortium charitatis. (*Idem.*) Hæc eſt, quæ ſimultates tollit, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida, [*Idem.*] Pax dilectionis mater eſt, concordiæ vinculum, ac puræ mentis indicium manifeſtum. (*Idem.*) O Pax! ſinè te Reges non regunt, ſinè te regna non valent, nihilque ſine te cætera prodeſſe poſſunt. (*Idem.*) Pace quid dulcius, quidvè jucundius eſſe poteſt? (*Dion. Carth.*) Cuſtodia pacis, theſaurus vere pretioſiſſimus. [*Idem.*] Nihil pace pretioſus eſt, nec fuit, nec erit. (*Naz.*) Pax mater eſt bonorum omnium, ipſa cauſa eſt, & materia gaudii. (*Chryſoſt.*) Magnum bonum eſt vera pax, ſinè qua nec totus mundus quidquam prodeſt. [*Trith.*] Ubi non eſt Pax, nec DEUS ibi adeſſe poteſt. (*Idem.*) Vera pax nutrix eſt dilectionis, genetrix unitatis, requies Beatorum, & Æternitatis habitaculum. [*Leo. I.*] Pax quamlibet damnoſa, bello utilior eſt. (*Philo. Jud.*) Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum: pax Belli exacti pretium eſt, pretiúmque pericli. [*Prud.*] Humanorum omnium bonorum ſeges, ac velut fundamentum Pax & Concordia eſt. (*Iſſidor. Pel.*) Intus pax ſuo in ſolio cordis ſerena & candida fulgeat; forinſecus licet veſtiatur fuſcus & feralis color. [*Nier.*] Falſa Fortunæ pax verè armat Naturam, tumultuante cupiditatum plebe. [*Idem.*] Eſt ficta Fortunæ pax fax cupidinis; eſt toga fortunæ paludamentum libidinum. (*Idem.*) Nulla India, nulla Arabia, tam fœlix, quàm Pax Regni; plus hæc dabit, quàm

quàm Indiæ classes. (*Idem.*) Summum optimi Principis artificium pax est, maximum Majestatis, & ipsâ Majestate grandius opus, securitas est humillimorum. (*Idem.*) Spes nusquam major affulget pacis, quàm cùm seriò bellum geritur. (*Strada.*) Stabilimentum Reip. animorum conjunctio. (*Compt.*)

SIMILITUD. Sicut placidum mare ex aspero, Cœlúmque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur: Sic Bellum pace mutatum plurimum gaudii affert. (*Val. Max.*) Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo, ut satius sit oppetere mortem, quàm his aucupari salutem: velut fugere sanguinem è vulnere recenti gladiorum morientium: Ita quandóque satius est, ferre injuriam, quàm majore incommodo ulcisci: ferre pacem, etiamsi parum commodam aut æquam, quàm Bellum cum immensis malis susci pere. [*Erasm.*] V. CONCORDIA.

PECCARE. Sündigen. *Pécher.*

SYN. Delinquere, errare. ADV. Consultò, impunè, vehementiùs. (*Cic.*) PHR. Scelus committere, admittere. Scelere se adstringere, obstringere, devincire. Rem nefariam committere. Facinus edere. Scelus in aliquem edere. Flagitium patrare. Scelera facere. Culpam contrahere, suscipere. Vitium, scelus concipere. Peccatum, *vel* culpam in se admittere. Peccato se inquinare, inficere, maculare. Sceleratè agere. Iniquissimè facere. Se aliquo scelere impiare, contaminare, polluere. Peccare impudentissimè. Peccando verecundiæ fines transire. Non te pudor ullus vocat à consuetudine peccandi. Nullum tibi peccandi modum verecundia statuit. Ignoscite, si quid, *vel* si quâ in re peccavi, offendi, deliqui. Quàm grave est, convulsis Legum Honestatisque repagulis, supremam Majestatem DEI, præcipiti, & cœcâ peccandi libidine invadere.

PEC-

Digitized by Google

PECCATOR. [*Latinum non eſt, ut notat Pomey: ſolumq; apud Auctores Eccleſiaſticos reperitur.*) Sceleratus, facinoroſus. Noxæ *vel* criminis reus. Graviùm noxarum reus. Qui tumultuantium perturbationum impulſu, cupiditatis blandientis ſuaſu, ferventioris iræ flammis incitatus, divinam aliquam Legem violare, ſcelúsque committere molitur. Qui adverſus bonos odium quærit, adverſus excellentes invidiam ſectatur, otium in labore venatur, in otio peccatum amplexatur: Non rationi parere cupit, nè cadere videatur; non ſubmittere ſe ſuperiori, nè generoſus non putetur, & dum glorioſius exiſtimat perire, quàm obedire; generoſius ineptire, quàm intra rationis ſe limites continere, ineptit, tantùm & tantùm perit. * Quid fœdius, quàm hominem DEI magni imaginem per peccatum imaginem induere Dæmonis, divini nominis jam inde â primordio hoſtis acerrimi? & hoſtilia circumferre ſigna? ac inferiorum acie contra DEUM ſtare? facit hoc omnis peccator, ſcelere ipſo inimicus factus DEI. Dæmonis amicus, & juratus hoſtis DEI, juratus amicus, ſervus & miles Dæmonis, & pari hæreditatis hujus in ignibus æternis peccato debitis. * Quousque tandem abutêre, peccator, patientia DEI? quamdiu DEUM immortalem tuus furor aſpernabitur? quem ad finem ſe ſe effrænata jactabit audacia? nihilne te majeſtas tanti Domini, nihil in te collata beneficia, nihil accepta vita, nihil conſervatio tui ipſius, nihil illius in ſceleratos, teque minus ſceleratiores ſupplicia conſtituta, nihil pœnæ commovere potuerunt? latere putas peccata tua DEUM immortalem? exploratos omnes tuos ſenſus, atque tuæ conſcientiæ latebras, & receſſus omnes habere cognitos, penitúsque perſpectos non vides? Quid agas, quid loquaris, quid cogites à ſuâ præpotenti majeſtate, divinitateque cœleſti teneri non animadvertis? O dementiam execrandam! O furorem præcipitem! Hæc intelligit, hæc videt DEUS:

Digitized by Google

homo tamen peccat, peccat, imò inveteràscit, & callum obducit flagitiis & scelcribus suis. Fit scelerum omnium machinator & architectus, nullum genus peccatorum relinquens, nullum, quod non suscipiat, prætermittens: Et hæc inter nunquam cogitat, quemadmodum vim immortalis Dei, & iram in se quotidie convertat & inflammet magis. O malum! Ad inferorum sedes te peccator præcipitari severitati divini numinis damnatum jam pridem oportebat, in te conferri pestem illam mortis æternæ, quam tu jam pridem multis asciviſti.

PECCATUM. Sünd. *Péché.*

SYN. Delictum, erratum, crimen, culpa, error, vitium, noxa, meleficium. ADJU. Commune; Magis crebrum; jam propè quotidianum; lævius, majus, manifestum, non mediocre; *aliena, innumerabilia, tolerabilia, propria, summa.* (*Ex Cic.*) Gravis animi labes. Nota lævis. Levius piaculum. Parvum delictum. * Würckliche Sünd. *Péché actuel.* Noxa admissa, commissa, propria; non aliena, sed peculiaris; non aliunde communicata, sed admissa. * Erb-Sünd. *Péché Originel.* Mortalium avita noxa, *vel* patria culpa. Adami posteris congenita macula, ingenita labes. Capitis vitio, transmissum mortalibus vitium. Cognatione stirpis, infusa nobis noxa. Insitum humano generi peccatum. Derivata à primo parente in posteros animi pestis. Peccati contagio, ab Adamo profecta, & ad universum humanum genus latè manans. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest. (*Cic.*) Peccatum est prævariatio Legis divinæ, & cœlestium inobedientia præceptorum. [*Ambr.*] Voluntas retinendi, vel consequendi, quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere. [*Aug.*] Inordinatio atque perversitas, i.e. à præstantiore conditore aversio, & ad con-

condita inferiora conversio. [*Idem.*] Factum vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam Legem. (*Idem.*) Defectus quidam à luce veritatis, naturam non perimens, sed obscurans. (*Bonav.*) Aversio ab incommutabili bono, & ad bonum commutabile conversio. [*Idem.*] Aberratio & aversio à Lege Domini. (*Joan. Damasc.*) Ignava & corrupta voluntas, & impetus ad id, quod deterius est. [*Theophilact.*] Actio præter rectam intentionem. (*Plato.*) Intemperatus vitiosúsque excessus. (*Idem.*) Nihil est aliud peccatum, quàm ordinatarum rerum inordinata rationalis creaturæ dilectio, quæ sponte perdendo dilectionis ordinem, perdit & salutem. (*Fulgent.*)

AMPLIFICAT. Quid peccato detestabilius? quid magis est abominandum? Nonne illud est, quod doloribus in hac vita corpus, angoribúsque mentem afficit, æternoque post mortem supplicio utrúmque implacabiliter excarnificatum discruciat? * Quid agis, amens? Quid moliris scelerate? Quid est, quòd tot flagitiis corpus animúmque contaminas? An nescis, innumerabiles à peccato miserias invehi? An ignoras, illam unam originem esse malorum omnium? *Quis te, ô Beatarum mentium Dux quondam, Princepsque Lucifer, Quis, inquam, te, unà cum tuis assectis, ab altissima cœli regione, præcipitem egit in tartarum? Dic tu, mortalium, mortisque parens infortunatissime; Quis te, à felicissima supremaque vitæ conditione, in infimam deturbavit? Nonne peccatum est? * O peccatum exitiosum! ô maximum unicúique malum; cum fœdum adeò, turpéque sis, cur te non aversamur? Cùm summam, æternamque nobis pernicicm crees, quamobrem te admittimus? * O Cæci, ô inconsideratissimi, ô dementiores pecudibus homines, qui tam levi de causa toties, tamque immania scelera patratis! Quid vósne latet, quàm horrenda vos pœna maneat? Quantam malorum vim, in vestrum

caput accerſatis? * Quàm verè ſapientérque dici ſolet, Ignorantem eſſe quicúnque peccat! neſcire illum, quid agat, quibus ſe malis implicet! Ita eſt profecto: Neſcis impure, neſcis quò tua te nefaria libido rapiat: Neſcis, Avare, neſcis, quos ad ſcopulos te alliſura ſit cupiditas opum: Ignoras, Helluo, quam te in charybdim infortuniorum immergas: Ignoras, homo Vaniſſimè, prælatis verticibus, præcipitia eſſe proxima, & in altum plerósque tolli, quò lapſu fœdiore ruant. * Te DEUS, Optime, Maxime, per infinitam tuam illam in humanum genus benignitatem, oro, obſecróque, immeritis licet, veniam tribue. Excæcat miſeros dementia, furor de poteſtate mentis dejicit; abripiuntur æſtu cupiditatum, peccati gravitatem minimè ſentiunt, nec quàm fœdis ſe maculis inficiant, vident; nec quam impie divinum tuum Nomen offendant advertunt ſatis; quàm horrendis ſe pœnis obſtringant inſani cogitant. * O Sancte DEUS, aſpernantur impii tuum Numen, tua ſacra contemnunt, religionem violant. Quòusque tantam impudentiam, malitiámque patiêre? Quòusque abutentur ſceleſti patientiâ tuâ? Quin pœnas maturè repoſcis, tot flagitiis debitas? Levia ducunt, morte atroci plecte perditos, æternis obrue catenis rebelles, ſempiternis conſceleratos ſuppliciis mulcta. * Si imminentem à tergo carnicem videres, ſtricto ferro, manúque jam elatâ paratum, tibi cervices amputare, ſimul ac eſſet quippiam contra honeſti leges, à te commiſſum; quid ageres tum? quidquàmne tale perpetrares? At qui, cùm immineat tibi, æterna mors, magnis te quotidie criminibus inquinas. * O amentiam mortalium! ô ſtultitiam incredibilem, omnium lachrymis, gemitibúsque deplorandam! Turpem momenti voluptatem dolor excipit nunquam finiendus: hoc illi ſciunt, hoc fatentur, hoc prædicant; & peccant tamen, & flagitia flagitiis cumulant. * Ut te à peccando deterream; non hic ego mala enumerabo omnia, quæ culpam con-

ſe-

ſequuntur; quis enim illa, vel cogitatione recenſeat? Silebo dolores corporis, angores mentis, terrores, ſtimulósque conſcientiæ, fraudúmque cruciatus: hæc; inquam, præteribo mala omnia, quòd tametſi graviſſima, finem habitura ſint aliquando. Æterna ſolùm inferiorum ſupplicia commemorabo, quibus torqueberis indeſinenter, niſi reſipiſcas. * Enumera, ſi potes, partem malorum minimam, quæ parit peccatum: Cerne ardentes bello regiones, hæc excitavit Peccatum incendia; Vide exhauſtas regiones incolis, quas lues abſumpſit; hanc induxit luem peccatum: Aſpice lamentabili ſtrage depaſtos urbium cives, quos inteſtina odia, in mutuam perniciem armârunt; hæc odia movit Peccatum: Intuere, quantis morborum cruciamentis, quot ærumnis obruitur hominum genus; hæc damna omnia Peccatum invehit. * Non te movent, ærumnarum fluctus immanes, in conſceleratorum caput redundantes, dum hujus adhuc fruuntur uſurâ lucis; Deſcende cogitatione in tartarum: Cerne ignes illos, rotas illas & verbera; cerne voragines, præaltas, & ſine fundo foſſas, mephitim exhalantes intolerabilem, ſulphureámque flammam atro miſtam fumo, horribiliter evomentes: Aſpice, ut laniantur iſti, ut torrentur alii, ut diſcerpuntur illi, ut omnes incredibiliter cruciantur. Peccatum eſt, quod tantis illos tormentis addixit. * Si nondum te, tartarei hujuſce monſtri fœditas terret, at ſaltem exhorreſce, quæ mala progignit. Quid enim turbas movet, ſeditiones excitat, bella generat? nonne Peccatum? Quid dolores infert? quid mentis ægritudines, quid morbos, quid cruciatus, quid cædes innumeras nonne Peccatum? Quid naufragia navigantibus, quid peſtilentiam urbibus, quid agris vaſtitatem, quid rebus extremam pernicieni, quid mortalibus denique omnibus, mortem ſempiternam, ærumnisque plenam importat? annon mentiar, niſi peccatum eſſe dixero. * Quò te ages, infelix, poſt conceptum,

patratúmque facinus? Quò te recipies, ut fugias ſequentem pœnam? Quem in locum te abdes, quò furiæ, ardentibus tædis armatæ te non inſectentur? non exagitent? Diſcedes in deſertiſſimas ſolitudines? Te ibi lancinabit acerbiùs, ſcelerum tuorum conſcientia: Venies in publicum? Ardebunt in te odia omnium bonorum. Quem appellabis, qui propulſet à tuo capite, imminentem peſtem? Amicos? Improborum amicus nemo, niſi improbus: Affines? Quos dedecoraſti: Propinquos? Quibus labem aſperſiſti: Parentes quos affeciſti maculis æternæ infamiæ? Ad bonos, beatósque Genios te convertes? Exhorrent tuum conſpectum: Ad ipſum DEUM? Quem offendiſti; qui pœnas brevi à te infinitas repetet. * Quod malum? Quod morbi genus? Quæ calamitas? Quod infortunium eſſe poteſt, quod non effluat à peccato? Plagas times? Tortor eſt. Laceratione? formidas? Ferrum eſt: Incendia metuis? Flamma eſt. Naufragia pertimeſcis? Pelagus eſt ſemper exæſtuans: Vitam amas? Ah! Mors eſt, Infelicitas ſumma, Exitium extremum, terribilis infernus eſt. * Dictis meis fidem non adhibes? Audi quid vociferentur homines illi, quos vel in hac vita, conſcientia malefactorum divexat, vel qui ſuppliciis nunquam terminandis torquentur in altera. Peccata ſunt, inquiunt, à nobis commiſſa, quæ nos excruciant; hæ ſunt furiæ, quæ nos quieſcere non ſinunt; hi carnifices, qui nos dies noctésque dilaniant; hæ flammæ, quibus urimur; hi ſtimuli, quibus fodicamur; hæc verbera, quibus laceramur; hæ rotæ, quibus miſerabilem in modum diſtrahimur. * Exultas miſer, exiliſque præ gaudio, vel dum te ſceleribus obſtringis; vinctus es, & triumphum agis; conceptam in præcordiis mortem contines, & ſectaris vitæ delitias; paratur tibi mala crux, & rides; impendet capiti ſuprema calamitas, nec movêris: diſcedit tuos ante

pe-

Digitized by Google

pedes terra horrendo hiatu, & in barathrum lætus insilis. O cæcitatem! * Age, scelerate, age facinorose; confer voluptatem, quam peccando percipis, cum dolore, quem patrato scelere hauris: Evanescit illa puncto temporis: iste diuturnus, & nisi vitam emendes, sempiternus futurus est: Illa, unam solummodò, exteriorémque corporis partem, fallaci titillatione demulcet: hic intimas ossium medullas permeat. Denique stat illa fortis; hic totum pervadit hominem, nec corpus torquet modò, sed animum angit acerbiùs æternúmque cruciat. * Esto, sit ita, ut dicis: insint flagitiis illecebræ, quæ blandè animum & corpus devinciant: At, catenarum, quibus utrúmque opprimit, nonne gravitatem sentis? Oscula quæ libat scelerata voluptas, delicata sunt, molliáque; fateor: At, quos simul infigit ungues, quæ vulnera infligit, eáne tu grata, eáne suavia esse dices? Non injucundè canunt Syrenes fraudulentæ: ita est: At quàm crudeliter à cantu sævíant, nunquid advertis? * Illecebrosum quidem est peccatum ad voluptatem: sed crudelissimum est ad pœnam, execrandum ad ignominiam, turpissimum ad fœditatem, formidabile ad terrorem, intolerabile ad patientiam, æternum ad diuturnitatem. Et deinde illud in se admittere quis audeat? Eo delectari? in illo vivere? cum illo mori? * Mortalium nequissimi, ecquando facietis peccandi finem? Nullúmne statuetis improbissimæ libidini modum? Nulláne vos turpitudinum satietas capiet? Ecquæ vos ratio ab insania, aut ab impudicitia pudor, aut à dedecore honestas revocabit? Nulláne unquam libido à vestro corpore, nulláne vis à manibus, nullúmne flagitium à turpissimis sceleratissimisq; factis aberit unquam? * Quo te nomine appellem, noxa exitiabilis? Morbum? morbis omnibus acerbior es: pestem? te nulla pestis tetrior ac præsentior: incendium? aliquid es perniciosius:

Feram immanem? immanior exiſtis: Depopulationem? quænam tecum depopulatio conferatur? Voraginem horrendam, immensámque? leve eſt: Mortem calamitoſiſſimam? parúm illud quoque: An illa ſimul omnia te eſſe dicam? nec ſatis illud erit etiam: ut enim hæc ſimul omnia in unum mala confluant, corpori duntaxat perniciem inferunt? Tu graſſaris in animum. Et quamvis ad animum illa pervenirent, finem tamen haberent aliquando. Tu nullum cruciandi finem facis. * Ubinam tandem aliquando ſubſiſtes, Culpa peſtilens? quò demum in gradu malorum hærebis? Dolore corpus conficis: annon id ſatis eſt? non eſt ſatis. Caliginem offundis menti, labefactas judicii vim, frangis ingenii vires, hebetásque aciem; de ſtatu naturæ totum hominem dejicis; quò ultrà ſerpes? Etiam mortem affers teterrimam, ſcio, ac video: At, ſit mors ſaltem malorum poſtremum: non erit; ultra mortem quoque, Peccatum, immortale malum deſæviet. * Inmitis, injuriúsque ſum, qui innocentiſſimorum hominum deliciis officiam; quæ importunâ oratione voluptates turbem liquidas, quibus se immersêre. Sinamus eos per otium frui conquiſitis tanto labore commodis; oblectent ſe vino, ſtupris, ganeis, cædibus, rapinis. Vos oblectate, per me licet, delicatula capita; voluntate vos in cœlo libidinum, obſequimini genio, indulgete cupiditati: Nihil inde mali timendum vobis eſt: Hujus vitæ voluptas, æternum eſt paritura gaudium. Præſentes delicias, excipiet felicitas, nullis temporum limitibus terminanda; ſpem bonam habete. * Videte ſtultitiam peccantium; ut cariùs celeriúsque pereant, ſuis ſibi ſumptibus accerſunt malorum ultimum, venenum miſcent, diluúntque proprio ſanguine, poculáque inaurant, quò amabiliùs, avidiúsque exſorbeant mortem: Domos ipſimet ſuas ſuffodiunt, quibus obruantur; Pyras extruunt, in quibus ardeant: Nectunt laqueos, queis ſe interimant; Momentaneas

aucupantur voluptates; ut ſemper duraturis doloribus crucientur. * Quis ſatis miretur, inconſiderantiámne dicam noſtram, an dementiam? qui inane lucrum rei leviſſimæ, nulliúsque pretii, curis, vigiliisque atterimus vitam, qui fluxam voluptatem, multorum emimus annorum labore; unumque diem ut vivere beatos liceat, totam conſumimus ætumnis ætatem. Ut verò æterna devitemus damna, ut immortale fugiamus dedecus, ne à peccando quidem abſtinemus. * Quò, quò ruitis infelices? Ah! per ſalutem veſtram precor, abſiſtite. Præruptâ, lubricâque in crepidine verſamini prælti præcipitii? quid occluſis luminibus, impetúque maleſano, præcipites itis; Aperite, oro vos atque obteſtor, per quidquid vobis charum eſt, aperite oculos, ac circumſpicite tantisper, quàm horribilia vos mala circumſtent. * Deteſtamini ergo, Adoleſcentes, abhorrete, morte pejùs & inferno, culpam omnem; occaſiones peccandi declinate, omni animi ſolertiâ, omni contentione mentis ac virium. Id unum ſpectent cogitationes veſtræ omnes, ut præſtetis vos immunes à noxa, ut devitetis delicta quælibet, ut puram ab omni labe vitam, illibatámque traducatis, cùm obſcurum jam vobis eſſe non poſſit, innumerabiles ærumnas, æternáque mala peccantibus impendêre. Et quid ampliús excogitari poteſt, humani generis flagitio aut ad inquinamentum turpius, aut ad ſævitiam immanius, aut ad miſeriarum omnium compendium cumulatius? Dicam apertè, & quantum potero voce contendam, ut univerſus terrarum orbis exaudiat: Hominum ſcelus DEUM immortalem interfecit. Iſtud eſt, in quo tanta inſidet labes; ac fœditas? ut non præteritis illis cœleſtium imbrium copiis obrui, ſed puriſſimo tantùm elui divini ſanguinis fonte potuerit. Iſtud in quo tam altè impreſſa eſt, & inuſta infamiæ nota, ut non deleri ultricibus flammis potuerit, ted tuæ tantùm, Chriſte Opt. Max. charitatis

incendio consumi. Hæc ego tùm intelligam, cùmque mecum ipse reputem, vel objectâ tantùm lethalis umbrâ peccati non reformidem? Non expaveſcam, non toto corpore atque animo perhorreſcam? Etiamnè in nova flagitia me ipſe præcipitem? Etiamnè hanc ego funeſtam dexteram armabo, ut mea te rurſum cruentet impietas? Etiamnè ferrum tuo adhuc quodammodò ſtillans ſanguine, in tua iterum convertam viſcera, ut recrudeſcant vulnera, ut dolores, ſi quid ad cumulum accedere poteſt, novis doloribus augeantur? * Eò prorupit hominum inſania, ut effractis humani divinique juris repagulis, perditis ac deſperatis rebus, contaminatâ in terrarum facie, in Cœlum etiam penetrârit, DEUM in terras detraxerit, ad mortem compulerit, immaniſſimè trucidarit.

SENTENTIÆ. Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt. [*1. Joan. 3.*] Per unum hominem peccatum in mundum intravit. (*Rom. 5.*) Peccatorum multitudo negligentiam, negligentia contemptum, contemptus mortem interminat ſempiternam. [*Pet. Dam.*] Peccâſſe, conditionis eſt humanæ atque infirmitatis: ſed impiè agere, non conditionis eſt, ſed perfidiæ, & nequiſſimæ mentis venenum. (*Ambr.*) Sagitta mortis eſt peccatum, per quod Animæ jugulantur. [*Idem.*] Nemo graviùs moritur, quàm qui peccato vivit. (*Idem.*) Tolerabiliùs canis putridus fœtet, quàm Anima peccatrix DEO. (*Anſelm.*) Mallem purus à peccato & innocens gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollutus Cœlorum regna tenere. (*Idem.*) Quot mortalia peccatores habent, tot DEOS invocant & adorant. (*Antonin.*) Dulce eſt peccatum, ſed amara mors. (*Aug.*) Gravia vincula peccatorum ſunt. (*Idem.*) Humanum eſt peccare, Chriſtianum eſt à peccato deſiſtere, Diabolicum eſt in peccato perſeverare. [*Idem.*] Peccata tenebræ animarum ſunt. (*Idem.*) Omne peccatum conſuetudine vileſcit, & fit homini quaſi nullum

ſit.

fit. (*Idem.*) Velle peccare, malum eſt; peccare, pejus; in peccato perſeverare, peſſimum; nolle pœnitere, mortale eſt. (*Bern.*) Intolerabile eſt peccati jugum, & fœda damnatio, & erubeſcenda ſubjectio. (*Euſeb. Emiſſ.*) Peccatum mors Animæ eſt, atque pernicies. (*Naz.*) Ille fit Diaboli habitatio, in cujus mente regnat peccatum. (*Haymo.*) Porta Diaboli eſt peccatum. (*Hier.*) Peccatum eſt hamus Diaboli, quo capiuntur homines. (*Hugo C.*) Prima & maxima pœna, eſt ruina de peccato in peccatum. (*Idem poſt Senecam.*) Peccatores quidem conditione Dei ſunt, voluntate autem ſuâ ſunt Diaboli. [*Idem.*] Grandis Dæmon peccatum eſt: (*Chryſoſt.*) Humanum eſt, peccare; Diabolicum, in peccatis perſeverare. (*Gerſon.*) Non conſectanea eſt pœna culpæ, ſed potiùs coætanea, aut collactanea fortaſſe ſoror; cum ipſo ſcelere naſcitur & ex ipſo ſoror filiaque eſt. (*Naz.*) Magis totis contremiſco artubus ad unam vitæ hujus culpam quàm ad univerſas Inferorum pœnas. (*Idem.*)

SIMILITUD. Quamdiu materia cadaveris eſt, vermes naſcuntur ex putredine: *Sic* ex ipsâ materiâ peccatorum ſupplicia gignuntur. (*Hier.*) Sicut terra caliginoſa eſt & opaca; ſic etiam peccator caliginoſus & opacus eſt. (*Th. Aquin.*) Sicut putredo auſert pomo decorem, valorem, colorem, odorem & ſaporem: Sic peccatum auſert Animæ decorem vitæ, & odorem famæ; valorem gratiæ, & ſaporem gloriæ. (*Bonav.*) V. Crimen. Error. Vitium.

PECUNIA. Geld. *Argent.*

SYN. Nummi, aurum, æs. ADJU. Permagna, vacua, otioſa, coacta, credita, debita, mutuaria, adeſa, tutelaris, deſperata, quæſtuoſa, fœnore occupata, uſuraria, fœneraria, grandis, pergrandis, ingens, immanis, ampliſſima, ſumma, infinita, abundans, adventitia, aliena, certa, antiqua, expe-

ditiſſima, extraordinaria, honeſta, jucunda, parvula, acerba, inanis, par, invidioſa, leviſſima, modica, mediocris, publica & maxima, vectigalis, univerſa. (*Cic.*) PHR. Magna pecuniæ vis. Ingens argenti copia. Ingens, vel exigua pecuniæ ſumma. Ratio pecuniarum. Pondus argenti. Magnitudo pecuniæ. Aliquantum nummorum. Acervi pecuniæ. Argentea moneta, *vel* Pecunia. * **Gepräch-tes Geld.** *Argent monnoyé.* Argentum ſignatum, percuſſum, impreſſum, monetali notâ inuſtâ. * **Gut Geld.** *Argent de bon aloy.* Moneta proba, integra, optimæ notæ. Rectæ conflaturæ moneta. **Falſch Geld.** *Qui eſt pas de bon aloy.* Pecunia improba, fallax, minùs proba, adulterina. Moneta haud ſatis idoneæ materiæ. * **Geld ſo das rechte Gewicht nicht hat.** *Argent, qui n'eſt pas de poids.* Moneta juſto defecta pondere, Sui expers ponderis nummus. * **Bahr Geld.** *Argent contant.* Numerata pecunia. Numerati nummi. Præſens pecunia numerato. **Bahr bezahlen.** *Payer argent contant.* Præſentem pecuniam ſolvere. * **Er hat viel Geld.** *Il a beaucoup d' argent.* Benè nummatus eſt. Benè paratus à pecuniis. Benè inſtructus à pecuniâ. Pecunioſus eſt. Pecuniâ copioſus eſt. Pecuniæ multum eſt illi. Pecuniæ multum poſſidet. Magnam vim auri argentiſque poſſidet. In arcâ, *vel*, in numerato multum habet. Eſt in multis ſuis pecuniis. In nummis multum habet. * **Einen liſtiger Weiß ſeines Gelds berauben.** *Oſter à quelqu'un ſon argent par fineſſe.* Emungere aliquem argento. * **Ich hab wenig Geld.** *J'ay fort peu d'argent.* Inopiâ rei pecuniariæ laboro. Verſor in magnâ difficultate nummariâ. Imparatus à pecuniâ ſum. Nè nummus quidem mihi eſt plumbeus. Exhauſi loculos omnes. Haud mihi ſuppetit pecunia. Mihi crumena exinanita eſt. Uſus pecuniæ propè nullus eſt. Latiſſimi ſunt nunc

mihi

mihi loculi. * Pecuniâ plures quasi ferro trahes: cùm potentior in suadelam omni ferro sit, potentior in sequelam. Nummi vel Turcarum Lunati, vel Gallorum florentes liliis, vel Cruciati Lusitanorum, vel Castellanorum Regales, vel aliorum Principum scutati & Coronati. * **Das Geld thut alles.** *L' argent fait tout.* Pecunia imperat gentibus, jubet regnis, bella mandat, comparat bellatores, sanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, urbes destruit, subdit populos, arces urget, vexat cives, foro præsidet, jus delet, fas nefasque confundit, & ad mortem usque tendendo, fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honestatem dissipat, solvit affectus, innocentiam tollit, pietatem sepelit, necessitudinem scindit, amicitiam subruit. (*Chrysolog.*) **Das Geld ist sehr schädlich.** *L' argent est fort dangereux.* Pernicioſa res omnibus, ingrata etiam possidenti pecunia, plus noxia ei, à quo plus amatur. Pretioſa optata pestis, omnes contagio suo attaminat, maximè possessorem.

SENTENTIÆ. Pecuniæ obediunt omnia. (*Eccl. 10.19.*) Quid tam incertum, quàm res volubilis? Nec immeritò ipsa pecunia rotunda signatur, quia non stat. (*Aug.*) Quid vanius eo, qui putat plus valere Nummum, quàm DEUM? (*Idem.*) Pecuniam amas, DEUM tuum ama; Pecunia te non facit beatum. (*Idem.*) Pulchrior est iste Sol, quàm pecunia tua; & tamen iste Sol non est DEUS tuus. [*Idem.*] Non est paupertas, Pecuniæ paucitas, sed insatiabilitas. (*Clem. Alex.*) Pecunia arridet, ut sæviat blanditur, ut fallat, allicit ut occidat, extollit ut deprimat. (*Cypr.*) Laqueus est Pecunia. (*Hilar.*) Argentum candidum est, & mundum; dulcem habet tinnitum attractivæ naturæ est. (*Hugo V.*) Magna Abbatissa est Pecunia, & magnum conventum habet, cui omnia obediunt. (*Hugo C.*) Nullus alius locus ita munitus est ad conservandam pe-

pecuniam, ſicut Pauperum venter. (*Chryſoſt.*) Fomes Avaritiæ, pabulum mortis, contentionum prælio-rúmque cauſa pecunia. (*Joan. Sarisb.*) Qui pecuniam abſcondit in terrâ, Diabolo domicilium facit. (*Trith.*) Ea vita, quæ pecuniis incumbit, violenta quædam eſt vita, (*Ariſt.*) Nihil tam ſanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ poſſit. (*Cic.*) Non aliter ſatiatur cor hominis auro, quàm corpus hominis aurâ. (*Ant. Pad.*) Perniciosa res omnibus, ingrata etiam poſſidenti pecunia, plus noxia ei, à quo plus amatur: pretioſa optata peſtis, omnes contagio ſuo attaminat, maximè, Poſſeſſorem. [*Nier*] Controverſa res eſt pecunia; de quâ affirmare neſcias, an plus commodi afferat, an plus mali. Hæc Orbem terrarum emit & vendit: hæc paucos divites facit, & multos inopes: hæc origo malorum eſt, nec eſt mala: hæc radix bonorum eſt, nec eſt bona: hæc inter bonum & malum media neutrum excludit, & utrúmque participat. Hæc pretia rebus imponit, & eſt vilior: hæc gemmas æſtimat, nec eſt pulchrior. Hæc inſtar fluvii: dum poſſidetur perit; dum blanditur, fallit. (*Petr. L'Abbe.*) Pecunia ſive deſit, ſive ſuppetat, ſeditioſa res eſt. (*Strada.*) Præſens pecunia non perinde repudiatur, ac promiſſa. (*Idem.*)

SIMILITUD. Sicut palea ignem; Sic pecuniæ cupiditas avaritiæ flammam incendit. [*Chryſoſt.*] Sicut radix in pingui plantata ſolo, ſingulis annis affert fructus: Sic pecunia in manibus pauperum plantata, non ſolùm in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpirituales fructus affert. [*Idem.*] Pecunia eſt quaſi lignum, quod quantò plus fuerit, non extinguit ignem, ſed auget. (*Hugo C.*) Pecunia aqua eſt: aqua enim labilis eſt, & inſipida; non mota putreſcit: Ita & pecuniæ diſtributæ proſunt; ſed retentæ & reſervatæ putrescunt. (*Idem.*) V. Aurum. Divitiæ.

PE-

Digitized by Google

PERICULUM. Gefahr. *Danger.*

SYN. Diſcrimen, alea, caſus. ADJU. Imminens, præſens, ultimum, maximum, extremum, omnium graviſſimum, incertum, non legitimum, perſpicuum, anceps, ſummum: *alieniſſima, aſperrima belli, integerrima & maxima, magna & imprudentia, multa & magna, recentia, repentina, ſubita, tanta tamq; improviſa, minitantia: pendula iam, & in caput tuum ruitura.* PHR. Res plena periculi. * **Wir ſeynd in einer augenſcheinlichen Gefahr.** *Nous ſommes dans un danger évident.* Verſamur in præſenti, in manifeſto periculo, Periclitamur. Periculum impendet, imminet, inſtat. Peri ulum adimus, ſubimus atque excipimus, ingredimur. * **Du biſt in eben ſolcher Gefahr / als wie ich.** *Vous eſtes dans le meſme danger que moy.* In eadem es navi. Eodem in diſcrimine verſaris. In iisdem navigas fluctibus. Eadem te fortuna manet, urget, tibi imminet. Idem tibi periculum impendet. Æquè periclitaris. * **Dein Leben ſteht in groſſer Gefahr.** *Vôtre vie eſt en danger.* Tua vita agitur; In discrimen adducitur, vocatur, venit. De ſalute periclit ris. Vita tua venit in dubium, In periculum provehitur. * **Du ſetzeſt mich in Gefahr.** *Vous me mettez en danger.* Me in discrimen adducis, in periculum vocas, confers; offers periculis. Mihi periculum creas, conflas, faceſſis, injicis. * **Der Gefahr entgehen.** *Eviter un danger.* Periculo, perfungi, defungi, expedire ſe, liberari, ſe educere. Periculum evadere, depellere, propulſare, amoliri, arcere, prohibere. Subducere ſe, ſubtrahere ſe alicui periculo. * **Ich bin auſſer aller Gefahr.** *Je ſuis hors de danger.* A periculo abſum. Omni ſum periculo perfunctus, defunctus, vacuus, expeditus, liberatus. Omnium periculorum ſum expers. Explicatam & exploratam habeo rationem ſalutis meæ. In portu navigo. Emerſi in periculo non mediocri.

Ex-

Extra lutum pedes habeo. * Cinctam periculis urbem explicare. * **Dieſer Krancke iſt in groſſer Lebens-Gefahr.** *Ce malade eſt en danger de mort.* In præcipiti eſt ægrotus. Ejus in dubio eſt vita. Periclitatur æger. Periculoſa & anceps eſt ejus curatio. * **Eine gefährliche Sach.** *Un choſe de dange reute conſequence.* Res periculoſa & lubrica. Diſcrimini obnoxia. Periculo expoſita. Res unde plurima incommoda ſequi, oriri, manare, enaſci poſſunt. Res difficillima, formidoloſa, atque ancipitis aleæ plena. * **Mit Gefahr.** *Dange reuſement.* Periculosè. Cum periculo. Intercedente diſcriminis aleâ. **Ohne Gefahr.** *Sans danger.* Tutò, Impunè. Sinè periculo. * **Sich in eine Leib- und Lebens-Gefahr ſetzen.** *Se mettre en danger de ſe perdre.* Capitis periculum adire, ſubire, obire, ſuscipere, ingredi. Offerre, ſe, committere ſe, objicere ſe periculo vitæ. Venire in diſcrimen capitis. Inferre ſe in vitæ periculum. Vitæ periculum ingredi. Committere ſe periculo mortis. In vitæ diſcrimen ſe inferre. Offerre ſe, committere ſe in diſcrimen. Vitam ſuam in periculum provehere, in diſcrimen offerre. Subire atque excipere periculum. Contrahere periculum. Eſſe, *vel*, verſari in manifeſto, in præſenti periculo. In grave diſcrimen adduci, vocari, venire. De ſalute periclitari. Venire in dimicationem capitis, aut fortunarum. * **Einen in Gefahr ſetzen.** *Mettre quelqu'un en danger.* Aliquem in ſummam capitis periculum accerſere. Variis diſcriminibus objectare. Non eſt periclitanda ſalus Reipublicæ. * **Ich nimm dieſes auff meine Gefahr.** *Je prens cela à mes perilis & fortunes.* Hujus rei periculum in me recipio. Illud meo periculo præſtabo. Erit illud meo periculo. Fortunarum & capitis mei periculo.

AMPLIFICAT. Videsnè, quantum tibi periculum velitatur Fortuna eminus? Ac ſi longè firmiter præ-

præcaves, mox cominus congredietur. * O quid fidis regnis, & ô nimis longam regiam manum, nimis propinquam! *Pro* accuſatore, teſte, judice, ferro, & flamma eſt. O fuge hos ignes, ſulmina, de longinquo nocitura. Quid facient de vicino? O nimis fugitivam, ſimilem imbribus. Inter binas roſas mille ſpinas, bina inter oſcula mille ſicas, pro tenui mellis favo plena fellis dolia, pro viola una urticas mille; pro rore ſaxa pluunt. *Pro* modico vino prodiga propinant toxica. * Illi cum de eo, quem tenere debuiſſent, curſu multum deflexiſſent in ſcopulos, in vada inciderunt, unde vel ægrè miſeri, vel omnino ſe nunquam expedirent. * Ut non diffitear, etiam Oceano ſcientiam ſuam eſſe, & magnam; multa tamen hic ludit felicitas, & omnem ſæpe peritiam ſubitæ ludunt tempeſtates. Nil ſecurius quàm non tangere fluctus, quibus cum ultro te dederis, ne accuſa fortuita, te accuſa. * Ipſe tantis circumſeſſus periculis tantos mœrores exhauſit, ut non potuerit majores quiſpiam pati mortalium.

SENTENTIÆ. Qui amat periculum, in illo peribit. (*Eccl.3.*) Qui pavet, cavet: qui negligit, incidit. (*Bern.*) Prævidere jacturam periculi, ſapientis hominis eſt. [*Idem.*] Anxiùs ſpiritus vicinitatem periculi prodit. (*Caſſiod.*) Ut ſupervacuè ac ſuperfluè ſe quiſquam in periculum jactet, hoc Diabolicum eſt. (*Chryſoſt.*) Temerè ſe periculis objicere, DEO gratum non eſt. [*Theophilact.*] Animus paratus ad periculum, ſi ſuâ cupiditate, non utilitate impellitur; temeritatis potiùs nomen habet, quàm fortitudinis. (*Cic.*) Contemptum periculorum aſſiduitas periclitandi dabit. [*Sen.*]

SIMILITUD. Periculoſiores ſunt fontes, qui limpidis aquis blandientes, oculis tamen perniciem afferunt: minùs formitandi, qui ipsâ ſpecie teſtantur aquas eſſe fugiendas: Ità difficiliùs vitantur mala, quæ

Digitized by Google

boni prætextu fallunt. (*Plin.*) In Campania vites populos amplexæ, ipſa æquabant cacumina? Adeò ut vindemiator rogum ac tumulum exciperet: Ita qui in arduis verſantur negotiis, periculi meminiſſe debent. (*Eraſm.*) Ut ſæpenumerò Polypus, dum conchæ carnem captat, ipſe capitur ac tenetur: Ita ſæpiùs dum aliis nocere ſtudemus, nosipſos in periculum adducimus. [*Idem.*]

PERITUS. Geſchickt. *Habile.*

PHR. Homo peritus & intelligens: Doctrinâ excultus: Politus è Scholâ: Gnarus omnis artis & diſciplinæ: Doctrinâ atque optimarum artium ſtudiis eruditus: Præclara eruditione ornatus: Sapiens & multarum rerum peritus: * Er iſt ein geſchickter Arzt. *C'eſt un habile Medicin.* Eſt Medicinæ gnarus inprimis: Apprimè eruditus medendi arte: Benè doctus medicâ ſcientiâ: Medicinæ facultate præſtans, florens, excellens. * Zu etwas geſchickt. *Propre â quelque choſe.* Alicui rei faciendæ, *vel*, ad aliquid faciendum habilis, aptus, idoneus. Vir in rebus gerendis induſtrius. Vir rerum gerendarum peritiſſimus; In ſuâ arte præſtantiſſimus. Quis non laudabit hominem tam numerosâ artem ultiscium, tam jugi ſcientiâ magnificum, tot utenſilium peritiâ dædalum? [*Apul.*]

PERSEVERANTIA. Beharrlichkeit. *Perſeverance.*

SYN. Conſtantia, aſſiduitas. ADJU. Grata, & jucunda alicui. (*Cic.*) Magna, ſumma, ſingularis, mira, admirabilis, incredibilis, inaudita, divina, conveniens, moderata, placida, perpetua, nimia. PHR. Animus conſtans, obfirmatus. Propoſitum, certum, fixum, immotum, propoſitum. Conſtantiæ ſatis, aliquid, aliquantum. Animi conſtantia quædam obfirmantis ſeſe, adversùs diuturnitatis incommoda. Perſeverantia

eſt

t in ratione benè conſideratâ, ſtabilis, & perpetua anſio. (*Cic.*) Eſt ſpecialis virtus, per quam Homo honeſtis operibus perſiſtit, quantum neceſſe eſt. (*Th. Aquin.*) Complementum & conſervatio operum oſtrorum eſt Perſeverantia. (*Anton.*)

SENTENTIÆ. Qui perſeveraverit usque in finem, ic ſalvus erit. [*Matth. 10.*] Perſeverantia magnum ei donum eſt, quo cætera dona conſervantur. (*Aug.*) ontra Diaboli inſultum valet ſola perſeverantia, ut ono fide bona concludantur initia. (*Idem.*) Beati huis vitæ licet de ſuæ perſeverantiæ præmio certi ſint; e ipsâ tamen perſeverantiâ ſuâ reperiuntar incerti. (*Idem.*) Perſe erantia ſola meretur viribus gloriam, oronam virtutibus. (*Bern.*) Perſeverantia eſt vigor irium, virtutum conſummatio, nutrix ad meritum, ediatrix ad præmium. Soror patientiæ, conſtantiæ lia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis inculum, propugnaculum ſanctitatis. [*Idem.*] Perverantia ſummæ honeſtatis eſt inſigne, totius probiatis unica fidaque cuſtos. (*Idem.*) Perſeverantia ſinularis eſt filia ſummi Regis, virtutum fructus, earúmue conſummatio, totius boni repoſitorium. (*Idem.*) irtus boni operis Perſeverantia eſt. [*Greg. M.*] Inciere plurimorum eſt, perſeverare paucorum. (*Hier.*) erſeverantia eſt bonorum omnium corona. (*Hugo V.*) erſeverantia eſt triumphus pugnantium, laborantium erces, charitatis indicium, virtutum palma, ſcala cæorum, Paradiſi porta, meta currentium, tribulaonum finis, ſpiritualium interemptrix ſerarum, iniicorum ruina, miſerorum ſpes, miſeriarum terminus, initium vitæ, religionis decus, Chriſtianæ erfectionis teſtimonium, æternæ ſalutis impræda-ile bravium. (*Laur. Juſtin.*) Summum opus eſt, on ceſſare à bono opere. [*Nier.*] Qui futurus ſt ſemper beatus, oportet ut ſit ſemper bonus. (*Idem.*]

SIMILITUD. Ut miles, ſi cecidit, ſurgit alacrior, & animos itásque ſumit à caſu: Idem nobis ſit & conſtanter pergamus ad illum Tranquillitatis internæ portum, qui verè efficit beatos. (*Lips.*) V. CONSTANTIA.

PERSEVERARE. Verharren. *Perſeverer.*

SYN. Permanere, perſtare, perſiſtere. ADV. Fortiſſimè, ſtultè & diu *in parum cognito*. [*Cic.*] In ſuâ ſententiâ; In propoſito ſuſceptóque conſilio; In eâdem ſententiâ; In ſuâ mente perſiſtere, ſtare, perſtare. In priſtinâ mente manere, permanere. Perſeverantiam ſententiæ ſuæ retinere. Stare oportet in eo, quod ſit judicatum. Conſtanter manere in ſuo ſtatu. In priſtinâ mente manere. Hærere in eâdem commorariſque ſententiâ. Importunè inſiſtere. Inſtituti mei tenendi causâ. Quem de propoſitâ ſententiâ nulla vis, nullum periculum poſſet depellere: aliter enim amicitiæ permanere ſtabiles non poſſunt. Quâ in ſententiâ conſtare ſi voluiſſent. Caro gravitatem ſuam perpetuâ conſtantiâ roboravit, ſemperque propoſito ſuo ſuſceptoque conſilio permanſit. Nullâ re deterreri à propoſito poteſt. Ego de hâc ſententiâ non dimovebor. Is fortis & conſtans in optimâ ratione ſemper fuit. Aliis in ſententiâ præſtantibus, perſeveratum ab illo non eſt. Non parcere operæ ſuæ. Labori non ſuccumbere. Tundere eandem incudem diésque noctésque.

PERSUADERE. Bereden. *Perſuadere.*

SYN. Suadere, excitare, impellere, inducere. ADV. Penitus ſibi, prorſus. (*Cic.*) PHR. In mentem inducere. Fidem facere. Mihi rem illam perſuaſit, in animum meum induxit, eſſe faciendam, *vel*, credendam. Me induxit, pertraxit, pellexit, perpulit, impulit, compulit ad id credendum *vel*, faciendum.

An-

Antonius induxit animum, ſibi licere, quod vellet. Rem ſic habere, perſuaderi mihi nunquam potuit. De uâ in nos benevolentiâ, niſi perſuaſum eſſet mihi. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo. Ægrè mpetraveris, ut id mihi perſuadeam. Non facilè id nihi perſuaſeris, probaveris. Rem ita eſſe, mihi erſuaſum eſt, mihi perſuaſiſſimum eſt. Rem ſic haere, perſuaſum habeo. Cum animus auditoris perſuaſus eſſe videtur ab iis, &c. Humanitate haud quæuosâ *Ignatii*, reluctatio *Xaverii* vincitur; & diutiis ſubacta patienter officiis mens, totam ſe ſubdit. Vi orationis ex intimis mentibus evellere aliquid. Animum hominis ab omni aliâ cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traduxit. Jam perducebam illam ad ne ſuadelâ meâ. * Ich kan mir nicht einbilden / daß ieſes wahr ſey. *Je ne ſcaurois me perſuader, que ella ſoit vray.* Adduci non poſſum; Inducere animum non poſſum: Inducere non poſſum in animum: erſuadere mihi nequeo: Nullâ impelli ratione poſum: Imperare mihi non poſſum: Impetrare â me non oſſum, ut credam illud eſſe verum.

AMPLIFICAT. Homines eloquentiâ nobiles rem ggreſſi difficultatibus impeditam, pertinaci animo denſam, ſanguini ac vitæ prælatam, eam rem, non vi, on armis, non imperio, ſed dicendi facultate, qua penitus inſinuant in animos; dexteritate mirabili rotinus expediunt, à videntibus planè ac volentibus orquent, atque ad exitum nulla cujusquam malâ graâ perducunt. Ut ſanè dubitare nefas ſit de illorum inenio, qui tantum operis moliuntur, quique arcem hoinis excelſiſſimam, unique expoſitam DEO invadunt ipiúntque quoties libet, atque in poteſtatem redactam rbitratu ſuo moderantur. * M. Tullius perſuaſionis immus architectus ac Magiſter fuit, digniſſimus eoquentiæ cognomento, qui res adeò difficiles, arduas, dverſantes commodis, honori, voluptati; quæ tam

perditè mortales amant, tam avidè concupiſcunt, tam ardenter inquirunt, tam cautè pernaciterque conſervant; innumerabili hominum multitudini populo integro, quem dominatus orbis ſuperbiſſimum faciebat, oratione perſuaſit. * Perſuaſio humana Ciceronis, quæ non iræ, non alius effrenatæ perturbationis furore, ſed argumentorum vi, ſed amplificationum impetu, ſed affectuum vehementium quidem, at moderatorum permotione nitebatur. * Illa indagatrix ſolertia opportunitatum, loeorúmque obſervatio temporum providentia, ſtatuum conjectura, omnium delectus, quibus Orator adeó tempeſtivè aditus tentat, occaſiones providè venatur, ſedes ac loca ſagaciter explorat, rem ipſam veſtigiis penè omnibus odoratur, ut inſinuatus ſemel in hominis animum, ei non modò non invito, non oppreſſo, non modò patienti aut non repugnanti, ſed volenti etiam perlibentique de gradu, déque fortunis ſuis cedere perſuadeat. * Victoriam retulerat, non tam ex hoſtibus devictis, quam è civibus libertatis non manu, ſed linguâ; non enſe, ſed voce; non telis, ſed verbis, non fortitudine militari, ſed ingenio forenſi; quâ non auxit imperium, ſed interiturum ſervavit, non præliando, ſed eloquendo. * Ab aliquo imperare atque extorquere dicendo, quod nullius amici gratia, nullorum propinquorum lachrymæ, nullæ denique preces potuerunt.

PERTINACIA. Halsſtarrigkeit. *Opiniatreté.*

SYN. Obſtinatio, pervicacia, contumacia. ADJU. Incredibilis, obfirmata, maxima, inflexibilis, plusquàm diabolica. PHR. Obſtinati animi ſententia. Obfirmata mens, voluntas. Obſtinata pervicacia. Induratæ in malitiâ mentis pertinacia. [*Hugo C.*] Obſtinatio conſtantia quædam eſt, quâ obfirmamus animum in ſuſceptâ ſententiâ; aliorum ra-

rationibus & consiliis perperam & pertinaciter obsistentes. Obstinata mens etiam crudelitatem in pietatis parte ponit.

SENTENTIÆ. Qui obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritum S. (*Aug.*) Sicut enim misericordia suscipit absolvitque conversos; ità Justitia repellet puniétque obduratos. (*Idem.*) Ut est optimi propositi, laudandique consilii, facilè ad veriora traduci: Ita improbi obstinatique judicii est, nolle citiùs ad tramitem rationis inflecti. (*Idem.*) Si deprehensæ falsitati penitus non renuntietur, & cognitæ non adhæreatur veritati, obstinatio diabolica est. (*Bern.*) Quàm difficile est, accedere ad cor ejus, quod lapidea quædam obstinatio clausit? (*Idem.*) Nequissimâ planè & pernitiosissima pestis est obstinatio; quoniam universos turbat, & fit omnibus discordiæ fomes, & materia scandalorum. (*Idem.*) Obstinatio est summa quædam religionis subversio, & verè venenum insanabile. (*Idem.*) Nulla gravior phrænesis judicatur, quàm impœnitentia cordis, & peccandi obstinata voluntas. (*Idem.*) Sigillum Diaboli Obstinatio est. (*Bonav.*) Ex duritiâ infidelitas nascitur. (*Chrysost.*)

PERTINAX. Halsstarrig. *Opiniatre.*

SYN. Obstinatus, obfirmatus, pervicax, tenax, immotus, pugnax, capitosus, cerebrosus, cervicosus; contumax ac refractarius; immobilis. PHR. Judicii nimiùm tenax. Opinionis plus æquo retinens. Sententiæ suæ justo addictior. Qui nimis prætractè sententiam tuetur, in sententiâ perstat. Qui in sententiâ mentem obfirmat pertinaciùs. Sententiæ suæ tenacior. Suscepti judicii retinentissimus. Initæ sententiæ tenacissimus. Obstinati animi homo. Insigni pervicaciâ homo. Obstinationis plenus. Qui obstinatione obduravit mentem, pervicaciâ obstinavit animum, pertinaciâ voluntatem obfirmavit. Pervicacia ob-

obſtinans animum. Obſtinatione obdurans mentem. Pertinaciâ voluntatem obfirmans. In eâdem pravitate & obſtinatione animi permanens. Quod ſe ab hoc refractariolo dicendi genere adjunxerat. Rem falſam pertinaciùs defendens, pervicaciùs tuens. Obſtinavit animo, nihil cibi capere: Animum obfirmavit, ut omni cibo abſtineat: illud mordicus tenet, ut, &c. ADV. Pertinaciter, pugnaciter, mordicus, nimiùm pertinaciter, nimis præfractè. * Ferox & adverſus omne remedium contumax eſt. [*Sen.*]

PESTIS. **Die Peſt.** *La peſte.*

SYN. Peſtilentia, peſtilitas, pernicies, lues, contagio, *vel* contagium, *ii*. ADJU. Adulta, calamitoſa, capitalis, deteſtabilis, funeſta Reip. importuniſſima, magna, mala, miſerrima, nefaria, pernicioſa, publica, tetra & horribilis, teterrima, infeſta. (*Ex Cic.*) Maligna, graſſans, ſerpens, immedicabilis, contagioſa, inimica. PHR. Dira lues. Fœdus annus intemperie cœli. Peſtifer annus. Luis peſtiferæ flagrantia. Strages mortalitatis. Peſtilentia urens ſimul urbem atque agros. De loco nunc quidem abiit peſtilentia! ſed quamdiu fuit, me non attigit. Peſtilentiâ laboratum eſt. Grave tempus, & fortè annus peſtilens erat urbi agrisque. Contagio ipſa vulgabat morbos. Gravi peſtilentiâ conflictari, ex diutinâ concluſione. In quâ omne mortalium genus vis peſtilentiæ depopulabatur. In illius peſtilentiæ vaſtitate, quæ civitatem internecino genere morbi depopulata eſt. Peſtilentiæ contagia urunt genus humanum. Cùm jam & ipſo contactus peſtilentiæ flagraret incendio. Quæ lues infeſta faciebat, continuâ populum contage conficiens. Tabe peſtiferâ cæli tactus inficitur. Non contactu tantùm; ſed ipſo etiam congreſſu & afflatu, peſtis contrahitur, concipitur. In illo pago peſtis ſævit: Illum pagum peſtis invaſit. Peſtilen-

ntia longè latéque totâ regione graſſatur, diffundi-ur, ſpargitur, ſerpit, manat. Suo contactu *vel* halitu nihi peſtem afflavit. Ex illius congreſſu corripuit me ues peſtilens. Lues fit rarior & mitior; imò pennas quatere videtur, & à nobis abire, (fiat, fiat) mala lla Diva. Quid mirum, ſi Saturnius ille pater falcem nterdum immittit in luxuriantem hunc agrum, & uperflua aliquot millia demetit. Feralis illa Diva ab-at in Parthos & aut Thraces, & Muſarum hanc ſedem Æſculapius cum Hygeia reviſant, & firmiter colant. ?ublica peſtilens illa lues Italiæ fines jam invaſit, & næſuram ibi quis non arbitretur, ſit maturè ſævientem àm parata, & tam ubere materiâ ad concipiendum. Quo tempore peſtilentia non minùs animos neceſſa-riâ quâdam vagandi libertate, vacandique impunitate, quàm corpora morbô labefecit. * Qui ſuperſtites tot comploratis funeribus; qui ſalvi atque incolumes, nter tot naufragos morte demerſos, vobis ac patriæ :eſervati ſunt.

AMPLIFICAT. DEO nobis propter peccata no-ſtra vehementiùs irato, nemo domi ſuæ, vel in urbe, vel in ſuburbanis tutus eſt à peſtilentiſſimo morbo, qui in civitate, in oppidis, in agris non modò per pluri-norum in corpora ſerpit, ſed in multorum etiam nece bacchatur. * Recordamini, quot hominum millia, quàm celeriter, quàm miſerabiliter peſtis extinxerit; quàm multis veſtrum parentes, liberos uxores, ami-cos à complexu violenter abſtraxerit; quàm denique civibus, agrorúmque colonis extinctis univerſæ pro-vinciæ vaſtitatem attulerit, vos omnes ſævitiâ luis in-graveſcente vidiſtis.

PHILOMELA. Nachtigal. *Roſſignol.*

SYN. Luſcinia, luſciniola, aëdon. ADJU. Garru-la, flebilis, vocalis, arguta, canora, attica. PHR. Avis Pandionia: divini carminis æmula.

AMPLIFICAT. Luſciniam, AA. unam ex avibus maximè ſolent ii, qui naturas animalium ſcribunt, admirari, quòd in tam parvo corpusculo tam clara, tam ſuavis, tam magna, tam jucunda vox invenitur: quòd verno tempore, cum frondeſcere arbores incipiunt, diebus ac noctibus perpetuis ſine ulla intermiſſione canere ſoleat, unde enim in avicula tam pertinax ſpiritus? Unde vis illa continendæ animæ, in canendo tanta, & una continuatione cantionis vivæ contentiones vocis, & remiſſiones contineantur? Unde tam artificioſa, támque perfecta muſicæ ſcientia, tam ingenioſa modulatio, tam gratus auribus ſonus, qui modò in longum continuò ſpiritu trahatur, modò ſumma quadam cum varietate flectatur, nunc conciſa voce diſtinguatur, nunc intorta copuletur? Quid cum iterum vocem revocat, ex integra compreſſione cantum edit? Quid cum modulos, inopinatò, de repentéque commutat? Quid cùm ipſa ſecum jucunda & tacita murmurat? Nulla meherculè tam abſtruſa, tam difficilis eſt cantio, quam non exprimat luſcinia, plenam, gravem, acutam, crebram, extentam, ſummam, mediam, imam, quid plura? jam parvulis in faucibus omnia, quæ tanto labore, tanta induſtria, tanto ſtudio, tot inventis inſtrumentis genera cantionum ars hominum excogitavit, integra atque perfecta reperiuntur.

PHILOSOPHIA.

ADJU. Acutior, vetus, antiquiſſima, nobiliſſimáque, patria & avita, univerſa, media, & antiqua, præpotens & glorioſa, vera elegánsque. (*Ex Cic.*) PHR. Studium, vel amor ſapientiæ. Divinarum humanarúmque rerum cognitio; ſeu creaturarum. Creatorisque utilis inquiſitio. [*Antonin.*] Quæ nullius indigens, vivax mens, & ſola rerum primæva ratio eſt. (*Hugo V.*) Solida germanaque veritatis cogni-

ognitio. (*Plato.*) Ars vitæ: commentatio mortis: lonum & inventum Deorum. Cultura animi. Magiſtra morum, *vel* vitæ. Dux vitæ. Indagatrix virtutis. Inventrix legum. Magiſtra morum & diſciplinæ. Medicina animi frugifera & fructuoſa. Mater omnium bene factorum, beneque dictorum. Quædam procreatrix, & quaſi parens laudatarum artium. Virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, divinarum partieps rerum Philoſophia. Libri in quibus abditarum reruſarúmque rerum, ex uberrimis illis hauſta Philoſophiæ fontibus tractatio continetur.

AMPLIFICAT. Non ſatis mihi eſt Philoſophiam appellare cum Cicerone expultricem vitiorum, volo eſſe ſatricem virtutum: aut cum Quintiliano, actionum magiſtram, volo eſſe affectionum dominam; aut cum Varrone, naturæ ornamentum, volo eſſe gratiæ fundamentum; aut cum Arnobio, florem divinitatis, volo eſſe ipſam divinitatem: volo, volo eam eſſe Reip. formam, animi animam, Theologiæ manum, fontem jurisprudentiæ, caput Medicinæ. * Præclara inè ac glorioſa Philoſophiæ Paleſtra, iis eſt interſepta difficultatibus, ut nec ſoleat teri ab indoctis, nec deleat à minutis. * O vitæ Philoſophia gubernatrix! virtutum omnium parens, vitiorum omnium expultrix! tuum eſt falſarum opinionum temeritatem diripere: tuum eſt omnem inanitatem & errorem amputare ac circumcidere; Tuum eſt vitiorum fibras evellere, ſtirpes elidere? ſemina exſtinguere. * O divina atque admirabilis ſcientia! ô mentis noſtræ clariſſimum lumen! ô vitæ humanæ præcipua moderatrix! tu mihi magiſtra, tu gubernatrix, tu patrona, tu dominа, dum hoc cœlo fruar, eris ſempiterna. * Quid eſt ſive cœlum ipſum, ſive totam cum univerſo mundo terram mente & oratione complecteris, quod non procreatrix illa artium Philoſophia, ubi ſagaciter inſpexerit; & inquirat diligenter, & feliciter inveniat;

pro-

procreatricem artium dixi Philoſophiam, quia ſi rectè rationabitur, ab eâ diſciplinas ordine omnes, tanquam à fonte rivos, deductas eſſe reperiemus, etiamſi ab hoc capite profluentes ſingulæ ſe longè latéque diffuderint. Ex quo tamen amplificata eſt ipſius Philoſophiæ, & vis, & gloria, nè tu ex eò benignitate fontem ipſum benignitatis exhauſtum eſſe arbitrere. Immenſa eſt illius tanquam Oceani amplitudo, nec quorumvis fluminum divortiis imminuitur. * Cujus ſtudium non aſperum & inamœnum ut multi putant, ſed ita dulce eſt & jucundum, ut nihil ſuavius aut jucundius ne votis conceptis expeti poſſit: cui rei vel illud argumento ſit, quando, qui ſe illi ſemel penitus tradiderint, ii poſtea neque rei familiaris curâ, neque honorum cupiditate, neque corporearum voluptatum blandimentis ab eo avocari queunt. * Quâ nihil vel melius, vel admirabilius à Deo hominibus datum eſt, quæ illius ipſius miniſtræ ac quaſi famulæ, dialecticæ, quæ legum, quæ juris, quæ denique Dei ipſius, quæ religionis, quæ juſtitiæ, pietatis cognitio & ſcientia eſt. * O vitæ Philoſophia Dux! ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modò nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti; Tu diſſipatos homines in vitæ ſocietatem convocaſti. Tu eos inter ſe primò domiciliis, deinde conjugiis, tum literarum & vocum connubio junxiſti, Tu in ventrix legum, Tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti. * Quæ primò quidem ſeſe offert, quam Plato reliquarum virtutum ducem & moderatricem appellat, Ariſtoteles principem architectandi cæteras virtutes, Cicero vivendi artem & magiſtram: quoniam reliquis virtutibus tanquam adminiſtris, ad ſapienter agendum utitur, & earum ordinem, opportunitatem, agendi rationem oſtendit. Ipſa verò mentis oculus eſt, undique lucidiſſimus: quæ ut

ſcien-

enter ait Horatius: Quod verum atque decens est, rat & omnis in hoc est.

Philosophia, per quam scientiæ dignitas, honestas ionis, magnitudo honestatis, quæ maxime pro- a sunt illius immortalis, divinæque naturæ, cum minibus communicantur; quo quid majus, quid mirabilius, quid ingenue ac liberaliter educatæ ju- ntuti magis expetendum cogitari potest? * Quæ culatrici parti, quasi fertili agro, qui sine cultione ructuosus esse non potest, ea mandat doctrinæ semi- , quæ fructus adusta ferunt uberrimos. * Philoso- ia, quæ mater artium appellatur, dux est vitæ mor- ium, animorum morbis medetur, rerum cau- solerter inquirit, & divinæ majestatis arcana natur.

SENTENTIÆ. *Sunt*, qui seducunt per Philoso- iam, magno, & blando, & honesto nomine co- antes & fucantes errores suos. (*Aug.*) Divinæ scri- uræ non omnino Philosophos, sed Philosophos hu- mundi evitandos atque irridendos esse præcipiunt. *em.*) Nulla mihi videtur prospera fortuna, nisi quæ ium philosophandi dat. (*Idem.*) Ipsum verum non lebis, nisi in Philosophiam totus intraveris. (*Idem.*) iloſophorum ventosa loquacitas! non bonus imber ; qui sterilitatem magis infert terris, quàm fertilita- n. (*Bern.*) Pisces maris Philosophos fortasse significant, i hujus mundi naturam erraticâ curiositate pertra- nt. (*Cassiod.*) Nulla Philosophiæ honestas ad salu- n sine Christo proficit. (*Greg.*) Philosophia mea sit iloſophia Pauli, qui constantissimè Jesum Christum, hunc Crucifixum. [*Petr. Bles.*] Philosophia est con- . morbos subsidium, ingenii remedium, & amico- m præsidium. (*Th. Aquin.*) Animi medicina est Phi- ophia. (*Cic.*) O vitæ Philosophia Dux! ô virtutis agatrix, expultrixque vitiorum. (*Idem.*) Castè cautè Philosophiâ utendum est; eaque ad nor-

mam

mam & velut lapidem exploranda cœleſtis legis. (*Lips.*)

SIMILITUDO. Ut montium altitudo procul non apparet, ſed cùm acceſſeris: non idem Philoſophiæ ſplendor, niſi cùm pernôris. Pernoſci autem ſine Chriſtianâ verâque religione non poteſt; quam prælucentem ſi tollis; fateor ludibrium illa, vanitas, delirium. (*Lips.*) Ut vinum, quo nil ſalubrius, quibusdam in venenum eſt: Sic iſtis, qui laqueis Quæſtionum malo, dediti ſunt, Philoſophia, quâ abutuntur. (*Idem.*) Non ut aves, quæ canere aut loqui doctæ, nihil ultrà voces ſciunt: Sic nobis Philoſophia diſcenda aut habenda. Apage: ſed illa animo induenda eſt, atque etiam ſecundùm Senecam circumdanda eſt, velut inexpugnabilis murus, quem Fortuna multis machinis laceſſitum non tranſit. [*Idem.*]

PHILOSOPHUS

SYN. Sophus. ADJU. Abſolutus & perfectus; non contemtiſſimus, ſed acutus; non ineptus; ſuperſtitioſus, & pene fanaticus; optimus & graviſſimus, vulgò imperitus, minimè contemnendus, elegantiſſimus omnium, non ignobilis, imperioſus, ſummus, magnus, nobiliſſimus longè atque princeps, ſeveriſſimus; minimè malus, ſed ſatis acutus; minutus, mollis & languidus, enervatus, præſtantiſſimus, nobiliſſimus & clariſſimus, politiſſimus & acutiſſimus, ſeverus & gravis. (*Ex Cic.*) Gravis ac moroſus. PHR. Philoſophiæ alumnus, amans, amator. Qui admirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio concitatur. Decus peripateticorum incomparabile, theatrum naturæ admirabile. * Qui cœlos numerant, aut ſtellas, qui altitudines aut profunditates metiuntur, qui Sophiſmatum argutias contortis enthymematum jaculis vibrant. * Nihil eſt in hac rerum infinitate atque natura, quod non acerrimè contem-

empletur hic Philoſophus : nihil ita occultum, re-
ruſum, divinum, in cujus ſe cognitionem è rebus
ntea inveſtigatis non inſinuet. * Qui divinam ſui
artem ita virtute excolunt ac Philoſophiâ, ut illo-
um & animos excipiat cœlum, & nomina immorta-
tas. Qui vitæ longitudinem ſibi ſtatuunt ponen-
lam, non tam in arborum metiendo numero, quàm
n virtutis ac Philoſophiæ imbibenda cognitione. *
Nihil in totâ Philoſophiâ fuit, ita naturæ involucris
mplicatum, ita difficultatibus obſtrictum, quod non
c ingenio indagârit, & acumine enucleârit, & elo-
quentiâ admirabili ſuâ perpoliverit. Cui unica eſt
olicitudo, per moleſtias corporis, laceſſitámque
aupertatem, ſinceros amicos ſideribus transfundere.
Philoſophi morum integritate laudabiles omni genere
tudiorum & diſciplinarum periti: quos & verbis lu-
ulentiſſimis ſcimus loqui, & compoſitionibus fluere
evigatis: concludere acutiſſimè ſyllogismos: ordina-
e ſequaciter inductiones ſuas: reddere definitionibus
ormulas, partiri, dividere, multa dicere de nume-
orum generibus: multa de Muſicis, geometricas res
tiam ſuis ſcitis & præceptionibus explicare. * Philo-
ophantium vulgus, qui in ſpinis argutiarum, aut la-
ueis quæſtionum malè dediti, non aliud, quàm ſub-
ili quodam diſceptationum filo retexunt. Hærent in
erbis aut captiunculis, & ætatem totam in aditu Phi-
ophiæ verſantur, adyta ejus nunquam vident. Ha-
ent eam ut oblectamentum, non ut remedium, &
nſtrumentum civile, maximè ſerium, vertunt in lu-
lum quendam nugarum.

SENTENTIÆ. Mundi Philoſophus gloriæ eſt ani-
nal, & popularis auræ, atque rumorum venale man-
ipium. (*Hier.*) Philoſophorum, vel Philoſophan-
ium plurima ſunt figmenta atque vanitates, paucæ
eritates, & nullæ utilitates. [*Hugo C.*[Philoſophi
nagna loquuntur, ſed nec modica faciunt. [*Chryſoſt.*]

Phi-

Philoſophus Mundi, captator eſt famæ; neglector conſcientiæ. (*Rich. Vict.*) Nihil eſt Philoſopho turpius, vitia obſcœna ſectanti. [*Salvian.*] Verus Philoſophus, quæ ad corporis cultum ſpectant, contemnit. (*Plato.*) Philoſophi pronuntiatio, ſicut vita debet eſſe compoſita. [*Sen.*]

SIMILITUD. Ut Tragœdia in theatris, ita Philoſophus in ſcholis eſt audiendus; nempe ad finem usque. (*Plut.*) Ut mendicus libentiùs ſanat oculum, qui pro multis videt, multósque cuſtodit: Sic Philoſophus libentiùs Principis animum inſtruet, qui pro multis ſolicitus eſt. (*Idem.*) Non fodit puteos, qui fontes habet aut novit: Sic non petit aliunde qualecúnque conſilium, qui ipſe didicit Philoſophiam. [*Idem.*]

PIETAS. Andacht. *Pieté.*

SYN. Devotio, religio. ADJU. Clara, & in omnibus grata; commemorabilis, divina, maxima, ſingularis, ſumma, eximia, immunis, incredibilis, inſignis, magna, mira, nimia, præſens, tacita. (*Ex Cic.*) Sancta, ſpectata, egregia, avita. PHR. Pius DEI cultus. Religioſus numinis cultus. Graviſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis. Eſt enim pietas juſtitia adverſum deos. Procreatrix ac quaſi parens reliquarum virtutum; quæ nonniſi à DEO dari poteſt: cum quâ homines vivere ſtudent, pro quâ mori concupiſcunt. Verax veri DEI cultus. [*Aug.*] Ex benignæ mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix affectio. (*Hugo V.*) DEI parentis agnitio. [*Lact. Firm.*] Voluntas grata in Parentes. (*Cic.*) Per quam Parentibus Patriæque benevolentiæ officium impenditur. (*Th. Aq.* Exercitatio, quâ in DEUM renditur. [*Aug.*] Legitimus & debitus honor & amor in DEUM & Parentes. [*Lips.*]

AM-

AMPLIFICAT. Felicitatis non modò in Rep. ve-
ùm etiam virtutum actionúmque præclararum omni-
m hæc & procreatrix & gubernatrix. Pietas Chriſtia-
a, cujus lumen atque origo demanavit è cœlo; mater
ſt officiorum omnium, ac magiſtra vitæ, ſine quâ &
ectè facta (ſi quid tamen ſine ea rectè ſit) & exareſce-
ſiti, & luce carere perfectâ laudis videntur. * In
urriculo pietatis ſine ſcelerum ſarcinâ nemo claudicat.
t ſanè quonam vel infirmum corpus, niſi ubi animus
abitabat? Ibi ſui victor, idemque fortiſſimus divini
peratoris pennis altiùs, quàm pedibus impreſſa ſalu-
ris victoriæ cruenta veſtigia, ut ſemper in oculis fer-
t, ad imitationem pios, in lachrymas ſolutor ocu-
os cum iisdem commiſcuit.

SENTENTIÆ. Pietas ad omnia utilis eſt. (*1. Tim. 4.*)
ſt autem quæſtus magnus Pietas cum ſufficientiâ.
Tim. 6.) Multi induerunt indumenta Pietatis, virtu-
m verò negaverunt. [*Aut. Abb.*] Pietas timore in-
hoatur, charitate perficitur. (*Aug.*) Ad DEUM ten-
imus itinere pietatis. (*Idem.*) Pietas & vera Religio
la regia eſt. [*Hier.*] Pietas certiſſima vitæ norma eſt,
converſationis optimæ diſciplina. (*Chryſoſt.*) Divi-
a quædam res eſt Sermo, divinior autem virtus, di-
iniſſima denique pietas. (*Iſidor. Pelus.*) Nihil eſt Pie-
te gnavius, nihil magis induſtrium. (*Philo Jud.*) Nul-
acerbitate Fortunæ, nullis ſordibus pretium charæ
ietatis evileſcit, quin etiam eò certius, quò miſerius
xperimentum habet. (*Valer. Max.*) Prima & optima
rum natura & magiſtra eſt Pietas; quæ nullo vocis
iniſterio, nullo uſu litterarum indigens, propriis ac
citis viribus, charitatem Parentum Liberorum pe-
oribus infundit. (*Idem.*) Nullum ſæculum hoc no-
ro feracius Religionum fuit, ſterilius Pietatis. (*Lips.*)
ulcrum Imperiorum Religio & Pietas. (*Idem.*) Hu-
ana hæc quid ſunt, niſi jactationes & fluctus? in qui-
is nihil firmum eſt, niſi ad anchoram ea alliges veræ

Pietatis. (*Idem.*) Sine pietate & virtute nemo verè honoſtus unquam erit. [*Idem.*] Alibi molles fortaſſe ſumus: in re pietatis, ſicut ferrum. (*Idem.*) Pietas caput virtutum: Quisquis eâ caret, aut negligit, quid veri non dicam Chriſtiani hominis, ſed hominis habet? Ad eam nati omnes, nos quoque peculiari Dei gratiâ inſtituti ſumus. Teneamus & amplectamur unicam quietis hîc anchoram, unicum ad perpetuam ſalutem viaticum & viam. (*Idem.*)

SIMILITUD. Cedrus & Juniperus, ſi oleo perungas, nec tineas ſentiunt, nec cariem: Ita ſemel imbutis divini Spiritûs ſucco animus, nullam hujus mundi ſentit corruptelam. (*Plin.*) Ut Uniones tametſi in mari naſcantur, tamen plus habent cognationis cum cœlo, cujus faciem reddunt: Ita pius & generoſus animus magis à cœlo pendet, unde ducit originem, quam à terra, in quâ vivit. (*Idem.*) Ut Apelles pictor queri ſolitus eſt, periiſſe diem, in quo non duxiſſet lineam: Ita Chriſtianus dolebit, ſi quo die non evaſit ſe ipſo melior in Pietate. (*Eraſm.*) V. Devotio.

PIUS. Andächtig. *Pieux.*

SYN. Devotus, religioſus. PHR. Pietati addictus. Religioni deditus. Divini cultûs ſtudioſus. Pietatem ſtudioſè colens. Religionis egregiè obſervans. In divinum cultum probè affectus. Vir cœli dotibus cumulatiſſimus. Hoc auctore tam caſto, tam religioſo, tam pio. Qui ſtatim à puero, & ipſis incunabulis intellexit & extimuit Deum; eique ſe totum dedit, atque permiſit. Cujus animus ab omni improbâ cupiditate purus ac ſiccus, ad conjectam unicam igni divini ſcintillam totus exardet. Homo, qui inter omnes amicè ac concorditer vivit, Dei ac naturæ juſſa ſequitur, denique is eſt, qui eſſe debet. Qui nefariis facinoribus & impiis cogitationibus modeſtè manſuetéque reſiſtit, & ad Chriſtiane vivendum humа-

aniter operam dat. Qui puro & ab omnibus libero piditatibus animo, cœleſtem quandam in terris vi- n agit. Homo, quem omnes non tanquam in hâc trâ genitum, atque in lucem editum; ſed tanquam cœlo delapſum, intuentur.

AMPLIFICAT. Qui innocentiâ vitæ, gravitate mo- m, ſtudio doctrinarum, amore veritatis, bonorum telâ, patrocinio literarum, liberalitate in pauperes, etate in DEUM, charitate in omnes præter-gre- tur ſuos æquales & collegas; præter omnes agna- s & propinquos, atque adeò, ſi fieri poſſit, perat geminos illos Italiæ ſplendores, Cardinales ntiles ſuos, & quæ ſumma gloria erit, & maxima, nctorum victoria vincit ſeipſum. * Is eſt, cujus vir- tem humilitas ſtabilivit, modeſtia conformavit, vir- nitas decoravit; ſi fucatos pictæ cujusdam eloquen- æ colores adhibuero, non placebo, ſi fulminantis ictionis tonitrua vibravero, parùm agere decorè vide- or, qui tanti Divi virtutem omni eloquentiâ ma- rem, augere vel illuſtrare ſaltem oratione conten- am. * Demonſtrabo ſolem illum Sanctorum, ele- tum ab utero, ſanctum à puero, juvenum gloriam, num reverentiam, Sacerdotum honorem, Pontifi- um ſplendorem. * Qui per omne anteactæ vitæ patium talem ſe præſtitit, ut tanquam perfectum & bſolutum antiquæ illius innocentiæ & integritatis ex- mplum, omnium prædicatione commendaretur. * Non ignoro, quàm admiranda veſtalium virginum vi- a fuerit olim, quid ſi verò principis hujus vitam eam ſſe dicam, quæ & caſtitatis & religionis cultu illam eſtalium diſciplinam ſuperat? Illæ flammam aliquam uſtodiebant, hic verò pietatis ignem: illæ caſtita- em ſervabant, hic verò totius vitæ integritatem ſan- timoniamque. Illæ Veſtæ cultum, hic veri Dei ac to- ius religionis honorem ac fidem. * Qui Dei cul- um atque pietatem cæteris rebus omnibus anteponit,

Deum omnia videre, omnia procurare, bona bonis, mala malis dare, certissimum habet, atque ea quæ majoribus Christianæ religionis auctoribus præcepta atque instituta sunt, diligentissimè observat. * Qui vitam suam ita instituit, ut piè sanctèque vivat, & divinis rebus quotidiè intereſſe contendat, atque in pauperes, quantum ejus facultas ferat, benignus atque liberalis existat, nihilque audire & ferre possit, quod à religione Christianâ, atque castissimis auribus abhorrere aliquo modo videatur.

Præstantissimam pietatem moderatricem semper habuit factorum omnium, dictorum & consiliorum suorum: cui se totum dedit: in qua sua posuit omnia, & sine retractatione consecravit, ad quam ita se exercuit, ut quod ei conveniret, nihil non faceret, quod repugnaret, nihil: ea est scientia purè & castè colendi Dei. Hanc tanto studio coluit, vigilantia, assiduitate, attentione animi, labore, diligentia, ut propemodum ejus amoris ardore quodam vicerit se ipse, quemadmodum ab hac unâ pietate pietatis genera vincunt universa: Nihil agebat aliud, nihil optabat: in hoc intendebat curas omnes, huc cogitationes conferebat, ut in intimo mentis veluti theatro vitæ integritate, sanctitate morum, conscientiâ rectæ voluntatis, uni, quem habeat & spectatorem & testem; & arbitrum omnium operum, placeret Deo. * Age quantam NN. habuerit cum Divinitate rationem, explicemus. Præclarum est hoc, & ad extorquendum hominum amorem & honorem rapax: sive quod nihil est ipsa virtute suavius & amabilius; sive quod nihil illa commodius, ad tuendam honestéque degendam vitam nihil optabilius judicamus: sive demum quia nemo non intelligit, in eorum animis facillimè virtutum omnium honestatem venustatémque efflorescere, qui divini congressus & consuetudinis assiduitate delectentur. Planè sensus hic omnium est, atque hæc opinio penitus inolevit ma-

nagis & excellentibus animis Superum amicisſimis
im omnes virtutes ad honeſtatem, tum ad amplitu-
inem & gloriam, & ad res feliciter adminiſtrandas
onſideratam, ac ſtrenuam adminiſtrationem, ac quan-
am quaſi adjunctam eſſe Fortunam: quò fiat, ut in
ebus aggrediendis, nutu quodam inſtinctúque Nu-
inis plurimùm ſibi de eorum felicitate (quam de ſe-
oſo nemo præſtare poteſt) civitates audeant polliceri.
. Devotus. Probus.

PIGER. Faul. *Pareſſeux.*

SYN. Deſidioſus, ignavus, indiligens, deſes, in-
rs, ſocors, inſtrenuus, reſupinus, negligens, ſegnis,
eternoſus. PHR. Torpore languens. Deſidiæ ple-
us. Oſcitans & dormitans. Diſſolutus & negligens.
)tioſus, ac voluptatibus deditus. Summo in otio
itam degens. Vir omnium ignaviſimus. Turpi
nertiæ deditus. Ad inertiam & voluptates corporis
eſſumdatus. Otio diffluens. Operis ac laboris ex-
ers. Du biſt ein fauler Geſell. *Vous êtes un pareſſeux.*
)tio, pigritiâ, deſidiâ langues, torpes, friges, lan-
ueſcis, hebeſcis & langues. In te requiro diligen-
am. Pigritiæ morbo laboras. Ignaviæ labe infectus
s. Ex deſidia langues. Deſidioſam vitam agis. He-
eſcis in otio. Languori deſidiæque deditus es. *
aulheit. *Pareſſe.* Deſidia, Inertia, Ignavia, Lan-
uor, Prigritia, ſegnities, ſocordia, indiligentia, In-
ria; Inertia & mollities animi.

AMPLIFICAT. Hic ille puer eſt, quem ab literario
do prodeuntem aſpicis: Hic ille inquam eſt, quem
c delineo; cujus vultum mihi exprimendum, habi-
mque ſumerem, ipſius ſi Pigritiæ imago ad vivum
ddenda, ſuisque depingenda eſſet coloribus. Et
rò nebulonem intelligis? Annon impexus capillus,
ſtis ſordida, galerus pulvere fœdatus, pallium ab
xtro humero indecorè fluens, humúmque verrens,

meram desidiam clamitat? Nunquid, vel in libris ipsis, quos sub axilla gestat, ipsius legis negligentiam? Suam se domum recipit, adjungamus nos ei comites, & tardo inertique passu gradientem, cogitatione sequamur. Quid facturum putas, ubi limen attigerit, nisi quod semper aliàs? Ab ipso statim vestibuli aditu, servum inclamans; Heus tenebrio, inquit, adesdum: Etiamnè restitas cessator? Exonera me hac intolerabili sarcina librorum, quos Dæmon malus, in malam rem avehat, ita mihi quotidie pariunt uberrimam messem mali. Inde cubiculum ingressus, in lectum se projicit, anhelans, partem quietis capturus aliquam, dum vocetur ad cœnam. Vocatus adest illicò, strenuúmque, hoc duntaxat loco, se præstat. Exemptis epulis, oscitare, obdormiscere incipit, & toto capite annuere, tempus jam advenisse eundi cubitum. Itaque abit, obesum & adipale corpus plumeo resupinat toro, ad multam lucem stertens placidè somnum porrò producturus ad meridiem, si permitteretur. At ecce, ancilla obstrepit ad fores; adest objurgator, qui torpentem excitet, & solemne illud occinat. Nempè hoc assiduè: Jam clarum manè fenestras intrat, & angustas ostendit lumine rimas. Nec tu tamen, Aselle, expergiscceris; vidêre mihi, vel cum Gliribus certare posse. Hîc beatulus noster, aperire oculos, caput attollere, explicare brachia, & huc illúcque se versare: Et quæ hora est? inquit; vix dum illuxit; meis certè oculis adhuc multa nox est. Quid multis? Dum scalpit caput, dum distendit nervos, dum oscitat, fricatque oculos, tota abit hora. Demum emergit lecto, indeque rectà pereptat ad focum, & à foco cibarium ad armarium; tùm verò in academiam se confert, testitudinem movens gradum, & ambages viarum quæritans, obviásque opificum tabernas stolidè contemplans, morasque nectens alias ex aliis.

liis. Denique accedit ad ſcholas, quo fermè tempore, olent alii à ſcholis abſcedere.

SIMILITUD. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: Sic Piger his, qui miſerunt eum in viâ. [*Prov.* 10.] Sicut oſtium vertitur in cardine: Sic Piger in lectulo ſuo. (*Prov.* 26.) V. Otiosus.

PIGRITIA. Faulheit. *Pareſſe.*

SYN. Negligentia, ignavia, inertia, deſidia, indulgentia, ſocordia, ſegnities, languor, torpor, veternus. ADJU. Ignava, iners, lenta, languida, imbellis, languens, fœda, turpis, ſegnis, improba, deſes. PHR. Pigritia parca laboris, peſtis juvenum, hebetans ſenſus, corpus enervans, exoſa laborem. V. Otium.

PINGUIS. Feiſt. *Gras.*

SYN. Præpinguis, adipatus, ſaginatus, Opimus, craſſus, obeſus. PHR. Pinguioris & curatæ cutis homo. Pinguedine, vel craſſitie diffluens. Adipe fartus; pinguedine ſuffertus; ſaginâ plenus, *vel* gravis. Habitior, plenior, obeſior, pinguior eſt, habitiore eſt corpore illa mulier. Ex illa pinguedine nobiles & elegantes cognitiones minimè excitantur. Quis poteſt in in tanto abdomine, in tam vaſtâ corporis mole, ſpiritus locum habere.

AMPLIFICAT. Ut profectò inter craſſos macilentus penè homo eſſe videatur, craſſi nihil propemodum humani præter ſolam adferre imaginem, illic grande caput, at plerumque ſine cerebro; hic extenuatum ſed prompto facilique ingenio reperiamus: illic ventris dolium, columnasque pedum, ac dorſi pectorisqúe jugerum, planè absque motu; hic collapſam alvum, ſtrigoſum pectus, gracilésque deprehendamus pedes, ſed agili celeritate prorſus concitata, verbo, illic morti, hîc vitæ omnia experiamur eſſe ſimillima. Nollem vehementius hoc loco craſſis inſiſtere, ſi ſuum morbum agnoſcerent, & cum Sanctio

Rege de remedio laborarent. Nunc quanto quidem homo cicada non eſt, quæ eodem ſemper ture vivat, neque molaris lapis, qui eodem ſemper in axe volvatur, ſed ab immortali DEO tamquam peregrinus in hac terra collocatus: aut velut curſor productus in ſtadium quoddam Olympicum, ut à carceribus ad metam & propoſitum certantibus bravium decurrat: agedum craſſus ille antagoniſta meus procedat in medium; & ne ſtatim animo atque ſpectatione victoriæ dejiciam, non poſtulo, ut mecum in catadromo curſu certet, verum ut iter aliquod neceſſarium conficiat: neque, tanquam claudus domi ſutor, perpetuò ſedilibus affigatur. Quid abnutat? quid tergiverſatur? hæret? macilentus illud à pingui, hoc eſt, ut interpretatur adverſarius, debilis à valido, æger à ſano poſtulat. Præmium, ſi non aliud, propoſita nobis erit laus & victoria, cauſâ cadet universâ, qui hic ceſſerit. Turpe erit ſi detrectet hoc certamen robuſtus, provocatus ab imbecillo. An perſuaſi? an procedit denique? an has macilentorum inſectationes non ſuſtinet? intuemini obſecro, & conſiderate hominem. Quanti imprimis operis res eſt, ut ſua dimoveatur ſede, utque in pedes erigatur! velut molitor ſub impoſito humeris ſacco enititur. Vixque aliquot incedit paſſibus, & jam fugientem anhelantémque animam inter reciprocata ſuſpiria ægre ſuſtinet; æſtuat, ſudat, hæret, vox omnis fatigato eripitur, nutant veſtigia, ſedem circumſpectat, prenſant quietem: ad hoc opinor Virgilium ſpectaculum exclamaturum fuiſſe. Quantæ molis erat Craſſorum incidere gentem.

PLACARE. Beſänfftigen. *Pacifier.*

SYN. Lenire, mitigare, flectere, ſedare, mollire, mulcere, permulcere, temperare, componere, delinire, compeſcere, moderari. PHR. Aliquem ad animi placabilitatem benevolentiámque traducere.

Ali-

Digitized by Google

Alicujus mentem, iracundiæ & fortunæ pennis evectam, gloriosè volitantem & superbientem, & dulcem quandam humanitatem, lenitatemque inflectere.

PLATO.

PMR. Autor summus, & divinus, Auctor, & magister gravissimus, non intelligendi solùm, sed etiam dicendi, exagitator omnium Rhetorum, Princeps copia dicendi, & gravitate omnium, qui unum scripserunt, aut locuti sunt, disceptator juris, Custos juris Civilis, divinus, & Philosophorum Homerus, sapientissimus, & sanctissimus, quasi Deus quidam Philosophorum, gravissimus, & eloquentissimus inventor, longè & princeps omnium rerum, princeps ingenii, & doctrinæ, præstantissimus, varius, multiplex, & copiosus, vir facile totius græciæ, vir fortissimus atque idem gratissimus, vir sapientissimus græciæ longéque doctissimus. [*Ex Cic.*] Propter ubertatem eloquentiæ, seu quemadmodum admirans loquitur Quintilianus, & divinam quandam & Homericam eloquendi facultatem, qua mirabiliter assurgit, ut non hominis ingenio sed oraculo Delphico videatur instinctus. * Græciæ oraculum Plato, qui ut sapientissima responsa redderet, Græca Hippocrene relicta, Hebraicam sapientiam Abrahami peregrinatione corrivatam, Ægyptio bibit ex Nilo. * Copia Platonis ab omni antiquitate ita laudata est, ut propter ejus ubertatem Jovem sic locuturum fuisse dicerent Philosophi, si Græcè loqui voluisset, ut inde illi cognomen divini tantæ divinitatis inhæserit. * Ille sublimis Philosophiæ apex & culmen. * Plato Ægyptiam Philosophiam longinquus hospes, non Athenienſi aliquo è fonticulo, primoribus ut ajunt labris degustavit, sed liberaliter hausit ex Nilo. * Divinus ille Plato, & in rebus tam divinis quam humanis explicandis accuratissimus & gravissimus. * Cujus magnitudine animus

assurgit, & commemoratione sola quasi ad divinitatis occursum commovet. Non loquendi tantùm, & sentiendi ex illis veteribus, quod Deus verâ sui cognitione non afflaverat, unicè magister Plato.

AMPLIFICAT. In duo laudando ac commendando nullus expleri potest; quem nec nimis valdè nec nimis sæpè laudari posse, ajunt, quem omnium quicúnque unquam scripserunt, locutive sunt, principem, quem cum Panætio Philosophorum Homerum, quem quasi Deum quendam Philosophorum vocant; cujus sapientiam & eloquentiam sic admirata est antiquitas, ut Jovem ipsum diceret, si Græce loqueretur, sic loqui.

PODAGRA. Goutte.

SYN. Arthritis, *idis.* ADJU. Turpis, nodosa, sæva, immitis, segnis, ignava, iners, lapidosa, crudelis, molesta, acerba, importuna, insomnis, immedicabilis, querula. PHR. Chiragra articulos frangens, stringens, contundens. Morbus articularis, *vel* articularius. Articulorum dolor. Podagrâ laborans; Articulorum dolores habens; Podogræ doloribus ardens. * Podagra felleæ bilis filia. (*Thes.*) Podagra sanitas est, crudelibus referta doloribus. (*Binet.*) Quem quotidiana mors Podagræ enecat, rarissimè videmus verâ & sempiternâ morte interire. (*Idem.*) Podagra succus est, ex Adami pomo expressus, & in manus plantásque depluens. (*Idem.*) Quem Podagra afficit, magno honore afficit. (*Idem.*)

AMPLIFICAT. Tuis te devoveo Manibus, felleæ bilis filia, atheromathum genitrix, ipso timenda nomine, atrox tyrannis Podagra, Membrifraga Erinnys. Vah! pestem nobilem, Medicis omnibus fortiorem. Ossium commissiones ut subintras, tyrannidis regiam, ossa decurtas corpore integro, & manus privando manibus, pedibus pedes, resumptis viri-

viribus redivivos, morte enecas quotidianâ. Quanta calamitas? Plumarum in equuleo non extendis, ſed contorques miſeros, ut gemitum extorqueas; aqueas compedes injicis pedibus, manibus, nunquam ſuæ reſtituenda libertati. Semel hoſpes, ſemper hoſtis, ſævitiæ notas corpori inſcribis tales, ut catalogo mortuorum aſcribas vel vivos. Crudeliter adeò ludis cum homine, ut moriatur ante mortem, & membris emortuis ſuum præcedat funus. Ignis non es; nam extingui non potes, accendis tamen flammas, nix non es; nam liquefieri non potes, congelas tamen in calcem aquas. Patibula erigis, ô quot! Certè ſubalaribus patibulis affixi ſunt podagrici. Quæris quid ſit podagricus? Eſt viva ſpirans fornax calcaria. * Quem Podagra conficit, regio honore afficit. Nobiliſſimus ille liquor, ſuccus Adami è pomo expreſſus, Aureorum conſors lectorum, nobilibus includitur vaſis. Cornea ſpernit corpora, intimis gaudet dexterarum mollium finibus, quas in ſiniſtro ponat ſtatu. Næ homini in pedes omne defluxit cerebrum, qui podagræ eſt oſor. Gutta eſt podagra, quæ hominis regiâ relictâ homini, extremis contenta articulis, vel ad unicam divertit vertebram. Modeſtiam vel ex hoc diſce, non pungit, non furit, neque urit, niſi laceſſitata ignibus poculo affuſis. Ut luant pedes, quod peccaverunt manus; Caſtigat ſalubriter; ut erratorum ſummam fateatur lingua; acriter torquet articulos: Orbitam ut ineas, quâ itur ad ſidera, ſuccidit poplites. Dignus planè homine homo ſuis mutilus membris, hæc enim vera Hermetis figura eſt. Ipſos cœli ſpiritus non aliter expreſſit antiquitas, quàm capite & alis, Cætera in nube ſunt. Nimirum non pedes imperant, ſed caput, neque volvuntur ſidera manu, ſed mente.

POENA Pein. *Peine.*

SYN. Supplicium, animadverſio, damnum, incommodum, mulcta. ADJU. Acerbiſſima, juſta ac debita, minor, certa, recens, nimis magna, crudelis, digna ſcelere alicujus, gravior, iniqua ſempiterna, dulcior, triſtis, ſingularis, inſignis, legitima atque maxima, prætens, tardior: *juſtæ & graves; graviſſima* Legum, *diſpares; ſeræ ſed juſtæ tamen ac debitæ; præpetes, leviſſima, patriæ.* [*Ex Cic.*] PHR. Die Gottloſen werden in der Hölle ewige Pein leyden. *Les méchans ſouffriront des peines infinies dans les enfers.* Improbi, cruciatus perferent in inferis ſempiternos; Semper duraturis doloribus excruciabuntur; Innumerabiles ærumnas, æternaque mala ſubibunt; Suppliciis torquebuntur nunqnam finiendis. Ich leyde eine groſſe Pein. *Je ſouffre une grande peine.* Dolorem graviſſimum fero, patior, ſuſtineo, dolore Curis maceror. Ægritudine contabeſco. Verſor in acerbâ ſolicitudine, in ſummo dolore. Vehementiſſimè ſolicitor. Seine Krankheit gibt mir groſſe Pein. *Sa maladie eſt cauſe de l'incroyable peine que ie ſens.* Ejus morbus, incredibili me ſollicitudine afficit; Valdè me perturbat, commovet, affligit, torquet, vexat, ſolicitat; ſollicitum habet, *vel*, reddit, me graviter angit. Summam acerbitatem, moleſtiam, ægritudinem, mœrorem acerbiſſimum & ejus morbo capio, ſuſcipio, ſumo, haurio, traho, maximam ſolicitudinem, curamque ſuſtineo. Ich werde ihn ſchon peinigen. *Je luy donneray de la peine.* Ei negotium conflabo, moleſtiam exhibebo, faceſſam, creabo. Illum vexabo, verſabo, exagitabo, perturbabo, angoribus irretiam, ſolicitudine implicabo, in anguſtias compellam. Mein Gemüht leydet groſſe Pein. *Mon eſprit reſſent une cruelle peine.* Acerba cura, ingens ſolicitudo, gravis moleſtia, moleſtiſſima perturbatio, animum meum occupat, exagitat, torquet, diſcruciat, exercet,

pre-

premit, opprimit, conficit, diversè trahit & distrahit. Ingens cura animo meo consident. Gravis in me solicitudo incumbit. * Neque me piacularem idcircò, neque illum subitò plagiarium arbitrarer.

AMPLIFICAT. Excitavit aliquando clementissimus Deus illam suam, non sopitam, sed patientiâ quâdam retardatam, dum relinquit omnibus spatium pœnitendi, sceleris puniendi consuetudinem: & tot urbis flagitia, quasi omnem suam clementiam collegisset ad illud tempus severitatis, in cives illos expiavit, qui erant iis temporibus, quibus etiam inter nefarios impiorum numinum cultores, homines aliquot Christiani, ut in sterili avenæ segete lætæ quædam atque uberes frumenti spicæ, conspicichantur. Expulit tandem intentus ille diu in Romam arcus, non sagittas, sed fulmina ignea, quæ civilis cupiditatis furvor, ac superbiæ ventus accenderat: quæ ipsa quasi in Corinthium, ut dicitur, æs incidissent, ita excusserunt reliqua metalla, ut unum tamen aurum purum integrúmque relinquerent.

SENTENTIÆ. Pœna est Justitiæ pulchritudo, cum benignitatis gratiâ concordans, ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine pœnarum erudiamur. (*Aug.*) Peccantem justa pœna sequitur. (*Idem.*) Productior est pœna, quàm culpa, nè parva putaretur cúlpa, si cum illâ finiretur & pœna. (*Idem.*) Solatium est miseris, socios habere pœnarum. (*Bonav.*) Omnis pœnarum finis bonorum exordium est; & dolor proficit ad sanitatem. (*Hier.*) Pœna post peccatum vicem Janitoris obtinet; quia semper comitabitur te, sive introeas, sive exeas. (*Hugo C.*) Pœnæ purgant peccata, humiliant reos, provocant bonos ad amorem Dei. [*Th. Aq.*] Pœnæ sunt medicamenta quædam; medicamenta autem per contraria fiunt. (*Arist.*) Prima & maxima peccantium est pœna, peccâsse. (*Sen.*) Satis est pœnarum, potuisse puniri. [*Idem.*] SI-

SIMILITUD. Ut qui diutinâ tabe conficiuntur, non effugiunt mortem, ſed lentè moriuntur: Sic qui non ſtatim puniuntur, non effugiunt pœnam; ſed longâ ducuntur pœnâ. (*Plut.*) Pigri remiges ſereno Cœlo deſident in portu; deinde coguntur flantibus ventis navigare cum periculo: Sic qui non punit, cum eſt animo ſedato, cogitur aliquando vel iratus punire. (*Idem.*) Sicut ex viperâ, crocodilo, cæterisque nocentisſimis beſtiis Medici remedia quædam adverſus venenorum noxam ad morbos efficacia quærunt: Ita animadverſio in nocentes, multos vel arcet, vel revocat à facinoribus. (*Eraſm.*)

POENITENTIA. Buß. *Pœnitence.*

SYN. Metanæa, pœnitudo, contritio. ADJU. Triſtis, mœrens, amara, irrequieta, ſalutaris, utilis. PHR. Criminis admiſſi dolor. Noxæ pœnitudo, *vel* pœnitentia. Dolor ex delicto, piaculum. Culpæ expiatio. Mediatrix peccatorum fidisſima. [*Hugo V.*] **Buß thun.** *Faire poenitence.* Culpam pœnâ eluere, luere. Delicti piationem exigere, expiationem exſolvere, obire. Suſcepta pœna noxam expiare. Evellere ex corde ſuo omnes radices vitiorum: elidere fibras omnes cupiditatum: extinguere omnia nequitiæ ſemina. Omnem vanitatem, omnem faſtum, omnem libidinem, omnia deniqué à ſe circumcidere, reſecare, amputare. Intimis ſenſibus angi; ac culpam, vel eluere lacrymis, vel vindicare pœnis; veſtes exuere, cilicium induere, nuncium remittere voluptati, nuntium carni, nuntium Mundo. Qui à vitiis averſi, quæ Dei placandi certisſima ratio eſt, tota mente convertuntur ad Deum? eúmque aſsidue obſervant, ut compeſcant iram ſuam.

AMPLIFICAT. Qui cum Saulo dicit: viciſti Chriſte, & ô me miſerum peccatorem! in te armis conſurrexi, tu amore mecum pugnaviſti; ego furorem objeci,

tu

tu misericordiam oppoſuiſti; ego imprudens me perdebam, tu misericors & clemens me ſalvaſti; ubi ſum? Lucem oculis meis ademiſti, ſed animo ſalutare lumen adjeciſti: Nihil video, & te tamen jam agnoſco, & te cupio; jaceo & ad te ſimul aſſurgo. * Qui amoris & misericordiæ jaculum excepit, eóque ſauciatus animo, ex ore minas, ex corde furorem, & manibus arma rejecit, & cum Saulo ſe victum eſſe acclamavit. * Suum parentem DEUM ipſum agnoſcens, ad illum celerrimo concitati deſiderii volatu contendit, atque illi toto animo ſe junxit. * O miſeram & infelicem vitam meam, qui florem ætatis fruſtrà conteram: qui non intelligam; has delicias & voluptates brevi dilapſuras: Qui non æternitatis dulcedine commovear? ô triſte fatum! ſiquidem inglorius & infamis ſemper futurus ſum! ô ſi pueriles annos rectè collocaſſem! Quibus illi negotiis, quibus ineptiis per imprudentiam mihi defluxêre? Heu ſortem iniquam! nemo unquam mihi virtutis ſpeciem oſtendit, nemo deſidem ac inertem excitavit, nemo ſcientiæ pulchritudinem aperuit: ſic infelix pupillus, neglectus ab omnibus, rerum ignarus turpiter vixi. Sed jam valeant delitiæ, valeant convivia: procul, ô procul abſint voluptates, quibus nullum eſt cum virtute commercium. * Qui exuit ſuperſtitionem, exuit ſtultitiam, exuit furorem, exuit id, quicquid menti ſuæ caliginem erroris affudit: qui Chriſtum induit, ſuorúmque ſcelerum veniam ſupplex cum omnibus pœnitentiam agentibus orat & exorat. * Cùm cœleſtis Imperátoris vocem audit, ipſi totum ſeſe ſubjicit, cum ſubitò admonetur, ſubito ſeſe offert ac præſentat; iracundiæ ardorem, ſi illo inflammetur, extinguit; carnis petulantiam, ſi illâ titilletur, refrenat; voluptatis cupiditatem, ſi per eam incitetur, coërcet, non eſt ampliùs ſuus ſed DEI, qui cum ſuus eſſe volebat, ſibi peribat.

SEN-

SENTENTIÆ. Si pœnitentiam non egeritis, omnes simul peribitis. (*Luc. 13.*) Pœnitentia est dolor voluntariè susceptus satisfaciendi pro peccatis, & porrò cavendi peccata. (*Alan. de Rupe.*) Pœnitentia vera est pœnitenda non admittere, & admissa deflere. [*Aug.*] Pœnitentia vera est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. [*Pet. Lomb.*] O fructuosa pœnitentia! O secunda naufragii tabula! O refugium peccatorum, miserorum auxilium, exulum spes, debilium fomes, lumen cœcorum, solamen orbatorum, petulantium virga, vitiorum sera, virtutum apotheca! Sola Judicem flectis, conditorem arguis, Omnipotentem sternis. Dum vinceris, vincis: Dum cruciaris, crucias: Dum vulneras, sanas; Dum salubriter succumbis, gloriosè triúmphas. Tu sola cæteris silentibus, thronum gratiæ conscendis; David reconcilias, Petrum restituis, Paulum illuminas, Publicanum Apostolorum inseris choro, Mariam de prostibulo jungis Christo, latronem inseris Paradiso. (*Hugo V.*) Tanta pœnitentia medicina est, ut mutare videatur suam Deus sententiam. [*Ambr.*] Peccavi! O quantum valent tres syllabæ! Tres enim syllabæ sunt; Peccavi; sed in tribus syllabis flamma sacrificii cordis pœnitentis ad cœlum ascendit. (*Idem.*) Pœnitentia est cibus peccatorum. (*Ant. Pad.*) Qui per pœnitentiam peccata diluunt, Angelicæ felicitatis consortes in æternum erunt. [*Aug.*] Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat; omnia satiat, omnia redintegrat, omnia lætificat; sanitatem auget, gratiam conservat; claudis gressum, aridis copiam, cœcis restituit visum; temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. (*Idem.*) Pœnitentia efficax est & fructifera, neminem relinquens sinè veniâ. (*Idem.*) Vis ut fiat fructuosa? Non sit sera. Considera, hodie te corrige. [*Idem.*] Quid est infelicius, quid

quid perverſius, quàm de ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere; & de ligaturâ illius erubeſcere? (*Idem.*) Non vehementiùs Diabolum proſternimus, nec acriores ei dolores infligimus, quàm cum plagas peccatorum noſtrorum confitendo ſanamus. (*Idem.*) Pœnitentia eſt delictorum medicina, iniquitatum conſumptio, lacrymarum impenſa, ad DEUM fiducia, adverſus Diabolum arma. [*Chryſoſt.*] O Pœnitentia utilantior auro, ſplendidior ſole! quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperat, nec deſperatio delet! (*Idem.*) O Pœnitentia, miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum! Reos ſolvis, delinquentes reficis, lapſos elevas, recreas deſperatos. [*Idem.*] Pœnitentia eſt pes ſalutis, & deſperationis occaſus. (*Idem.*) Pœnitentia cœlum aperit, in Paradiſum ducit, Diabolum ſuperat. [*Idem.*] O quàm clarum Pœnitentiæ jubar, quòd noctem peccati removet, quod conſcientiæ nubium tergit. (*Pet. Dam.*) Quem factorum ſuorum non pœnitet, mutatio conſilii. [*Cic.*] Non differas defectum emendare in alterum diem, quem forſitan non videbis; dies deficiet tibi aut voluntas. (*Nier.*) Anima verè pœnitens, verus eſt CHRISTI Triumphus. (*Hainenſe.*)

SIMILITUD. Sicut aqua ignem extinguit ardentem; Sic Pœnitentia diluit crimina fontibus lacrymarum. (*Chryſoſt.*) Sicut virus ſerpenti vitam conſervat, id homini mortem propinat: & ſicut ignis aurum probat, & virgulta incinerat? Sic eadem Pœnitentia non omnibus eſt imponenda, ſed diverſis diverſa. (*Bonav.*)

POETA.

SYN. Vates. ADJU. Nobilis, egregius, ſuavis, ſummus, bonus, duriſſimus, ineptus, clariſſimus, diſertiſſimus, divinus, ſummus, facetiſſimus, gravis & ingenioſus, veterrimus, finitimus Oratori; verſu, *vel* numeris aſtrictior paulò, verborum autem li-

centia liberior; multis generibus ornandi ſocius, ac pænè par; non bonus, ſed tamen non inutilis. (*Ex Cic.*) Sacro œſtro percitus, immortalitate digniſſimus; ad omnes poëtici numeri partes idoneus. PHR. Inter noſtri temporis Poëtas meritò conferendus. Qui verſus ſcribit condite & doctè, terſâ & facili venâ. Non pœnitendâ, neque aſpernabili doctrina Poetâ. Vates animo facili & proclivi ad amores & delicias: propter ingenii elegantiam, & morum ſuavitatem amatus. Qui Poëma ità feſtivum, ita concinnum, ità elegans fecit; ut nihil fieri poſſit argutius. Cui ſtylus latinus & caſtus, elegantem quandam per ſe indolem ferens, ſine ſtrepitu efficax, ſinè pompa conſpicuus: ita latenter ac diſſimulanter elaboratus, ut in eo ſe forma, non cultus oſtentet. Sententia non ſuprà modum elata: ſed naturali quadam pulchritudine exurgens. Dictio plena ſanguinis ac coloris; ſuavis ex concurſu vocum æquabili carminis modulatio; jucunda ex Fabularum completione doctrina, ubique ingenii curioſa felicitas. Qui verſus confecit tanta dexteritate, támque felici genio, ut naſcens videatur habuiſſe Muſas obſtetrices, quæ Poëticum manna ejus inſtillaverint labellis. Natus Apolline non irato. Qui facilem Heliconis aditum, nullisque vepribus impeditum invenit, & viam ſi quis alius novit, quà ſit eundum ad carmen. Poëta, qui amatoria nunquam cecinit, nunquam legit; in cæteris, quæ conducibilia fuerunt, majeſtatem Virgilii, feſtivitatem Ovidii, Horatii numeros, Senecæ cothurnos expreſſit. In quorum ſacro, quaſi Adyto concluſa atque obſignata jacent delubra Muſarum, ornamentum ſapientiæ, donaria virtutis. Cujus doctrina tam admirabilis eſt, ut eam non ex humano, ſed ex divino emitti pectore arbitrata antiquitas ſit. Qui magnificentiâ, ſententiis, figuris, beatiſſimâ rerum verborúmque copiâ, & velut quodam eloquentiæ flumine præditus fuit. Quibus aures oblectare pro-

propoſitum eſt, & dulcem fabulam nectere. [*Sen.*] Qui oblectamenta auribus animisque quærunt, & loridâ iſtas velle ornant, & augent corpus hoc veritatis; cui liquidam Pater vocem cum cythara dedit. (*Lips.*)

AMPLIFICAT. Si à ſummis hominibus eruditiſſimisque accepimus, cæterarum rerum ſtudia & doctrinâ, & præceptis, & arte conſtare, Poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi divino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas: quod quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur, Sic igitur ſanctum apud omnes homines Poëtæ nomen, quod nulla unquam barbaries violavit. Saxa & ſolitudines voci reſpondent: beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt: nos inſtituti rebus optimis non Poëtarum voce moveamur? (*Cic.*) Sive in inveniendo acumen ſpectemus, ſive prudentiam in collocando conſideremus, ſive in elocutione proprietatem, puritatem & elegantiam intueamur, ſive numerorum perpendamus concinnitatem, ſive varia affectuum genera propoſita habeamus, ſive denique imitandi rationem ob oculos conſtituamus, prudentiam, eruditam, tectam, omnia magna, præclara, ſingularia, admiratione digna hoc ſeſe in Poëta offerunt. [*Idem.*]

SIMILITUD. Ut in his locis, ubi multæ naſcuntur herbæ ad remedium efficaces, in iisdem multæ naſcuntur lethales: Sic in Poëtis multa peſtifera. (*Plut.*) Quemadmodùm in vitæ luxuriantibus foliis ac palmitibus ſæpe fructus occultantur: Ita in Poëmatibus, Figuris luxuriantibus, multa cognitu utilia fallunt adoleſcentem. [*Idem.*] Ut Apis ex amariſſimis floribus, & aſperrimis ſpinis mel ſuaviſſimum ac leniſſimum colligit: Sic ex turpibus ac ſceleratis fabulis utcúnque decerpi poteſt aliquid utilitatis. (*Idem.*)

POTESTAS. Gewalt. *Puiſſance, Pouvoir.*

SYN. Facultas, poteſtas, copia: vis, *vel* dominatio, dominatius, imperium. ADJU. Amplisſima, extra ordinaria, incredibilis, juſta, & legitima, optabilis, infinita, ſuperbiſſima, impotentiſſima, crudelis, ignominioſa, flagitioſa, nova, æquabilis, clemens, moderata. * Er iſt in deiner Gewalt. *Il eſt en vôtre pouvoir.* Tibi integrum eſt. Tibi in manu eſt. In manu tuâ. In tuâ poteſtate eſt. Eſt tuæ facultatis. Eſt tuarum virium. Tibi copia eſt. Tibi adeſt facultas. Tibi licet. Hujus rei poteſtas omnis in te ſita eſt. Tibi in integro res tota eſt. * Dieſe Stadt iſt unter meiner Gewalt. *J' ay cette ville en mon pouvoir.* Eſt illa urbs in meâ ditione ac poteſtate. Sub meum imperium ditionemque urbs illa cecidit. Urbem illam in ditionem meam redegi, ſub imperium meum ditionemque ſubjunxi. Urbs illa in poteſtatem meam pervenit. Illam urbem teneo. * Sein Leben iſt in meiner Gewalt. *Sa vie eſt en mon pouvoir.* Ejus vita in manu meâ poſita eſt. In illum vitæ necisque poteſtatem habeo. * Die Wahl iſt in meiner Gewalt. *Le choix eſt a mon pouvoir.* Optio penes me eſt. * Gewaltig. *Puiſſant.* Opibus & auctoritate præditus. Rerum omnium præpotens. Summâ poteſtate præditus. Amplâ validâque ditione pollens. Ab ditione & copiis ampliſſimè inſtructus. * Gewaltiglich. *Puiſſament.* Validè. Enixè. Prævalidè. Ingentibus copiis ac viribus.

Alexander der Groſſe war ein gewaltiger und mächtiger König. *Alexander le grand étoit un puiſſant Roy.* Alexander M. magnitudine rerum geſtarum, numero præliorum, multitudine ſubactarum gentium, lateque propagatis imperii ditionibus clariſſimus erat. Alex. cùm Oceano Regni ſui terminavit limites, & oriente in intra imperii ſui fines ſolem videre potuit: quirerum à ſe geſtarum tot propemodum interpretes habuit, quot milites. Cujus aſſiduus in armis labor, in campis ſtatio, in votis fortuna. Cujus ſic longè lateque diffuſa eſt

Digitized by Google

virtus bellica & majestas, ut imperii fines amplissimi non terræ, sed cœli regionibus terminaret: qui terrarum omnium victor, ac domitor nationum erat. A terrarum amplitudine, armorum fulmine, opum abundantiâ cæteros orbis monarchas ita superavit, ut deterreret. Monarcharum omnium & maximus, & potentissimus erat. Rex omnium Regum maximus, totiúsque orbis dominus potentissimus. Cujus vis admiranda, & majestas potentissima. Magni quidem Regis filius, sed magnitudine animi, bellicâ gloriâ, & amplitudine imperii Patre longè major. Cujus animi magnitudini terrarum orbis videbatur angustus. Audaciæ antesignanus, & fortunæ Tyrannus. Rex longe omnium excellentissimus, cui ex rebus actis & acutis cognomentum *Magno* inditum est. Solus à condito ævo, quantum hominum memoria extat, inexsuperabili imperio orbis auctus, fortunâ sua major fuit: successúsque ejus amplissimos & provocavit ut strenuus, & æquiparavit ut meritus, & superavit ut melior, solúsque sinè æmulo clarus; adeò ut nemo ejus audeat vel sperare virtutem, vel optare fortunam.

SENTENTIÆ. Potentia est ad sua conservanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. (*Cic.*) Omnis potentia sæculi, somnium, non veritas est. (*Ambr.*) Quantô fis celsior potestate, tantò humilior fias pietate. (*Aug.*) In potentiâ nullo modo est gloriandum, sed semper de casu timendum. (*Bonav*) Utilitati Justorum militat potestas iniquorum. (*Greg. M.*) Sæpe transitoria potestas animum per abrupta elationis trahit. (*Idem.*) Subtilissima ars vivendi est culmen tenere, & gloriam premere; esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire. [*Idem.*] Major Potestas nonnisi melioribus debetur. (*Th. Aquin.*)

SIMILITUD. Ut qui obtusô freno conatur equum domare, excutitur, equo contemnente frenum: Sic qui opulum vincere conatur, non satis instructus potentia,

ab imperio deturbatur. [*Plut.*] Ut quædam fulmineus ac ferrum liquefaciunt, nè cerâ quidem confusâ: Ita divina vis, aut regia potestas in obsistentes sævit, mollibus parcit, & cedentibus. [*Plin.*] Ut bruta fulmina montes feriunt irrito ictu: ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est, consumit. (*Idem.*) Ut acciſæ pennæ tempore renascuntur: Ità nisi assiduè premas, renascitur potentia. [*Erasm.*]

PRÆDARI. Rauben. *Picorer, piller.*

SYN. Spoliare, despoliare, expilare, adimere, aufferre, detrahere, rapere. ADV. Apertè palámque, apertissimè, impudentissimè, improbè, variè. (*Ex Cic.*) PHR. Hostiles agros prædari, populari, depopulari. Prædas ex hoste agere, facere, ex hostili terra cogere. Sacras Ædes compilare, deripere, depeculari. Rapinas facere in templis. Vastitatem & depopulationem inferre templis. Maximos quæstus, prædásque facere. Omni argento spoliare. Expilare socios, diripere Provincias. Frumentum abreptum ab Aratoribus. Pecuniam Fortuna ademit, aut alicujus eripuit injuria. Alienis bonis afferre manus coguntur. Ærarium exhaurire, Rempublicam compilare. Tanquàm ab aliquo nefario Prædone diriperetur Patrimonium dignitatis. Domus exinanivit. Evertere aliquem omnibus bonis. Aliquid de loco aliquo furto ferre. Aurum mihi harpagatum est. Aliquid contrectare, amovere. Pecunia interversa. Dionysius à Bibliothecâ multos libros furripuit, subtraxit. Si nummos acceptos interceperit. Nihil reliqui victis facere. In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quàm justi more belli. Ingens captivæ pecuniæ modus traditur, propè ut fidem excedat.

SENTENTIÆ. Spes rapiendi atque prædandi cœcat animos. (*Anon.*) Sæpe in prædam præda est: & rapina raptores destituit. (*Busseres.*) V. FURARI.

PRÆ-

PRÆVIDERE. Vorſehen. *Prevoir.*

SYN. Providere, proſpicere. PHR. Futuras ærumnas cogitatione antevertere. Cùm innocentem futurorum exercemus haruſpicinam. Chriſtus tanquàm in operis veſtibulo ſecuturæ ſeriem necis animo prævidit. Chriſto Sacerdotum fraudes non leviter ſuboluerant. Genus quoddam taciti vaticinii, prudentiæ atque ſagacitati tribuendum; quæ in exploratâ ratiocinatione futura conjectans, præſentire quodammodò videretur. * Ich ſehe vor ihre heimliche Nachſtellungen. *Je prévois leurs embuſches.* Eorum inſidias percipio, animo cerno, ſentio, intelligo, odoror, odoro. Eorum inſidiæ non mihi latent, non me fugiunt, non ne fallunt, clam me non ſunt, mihi non ſunt obſcuræ, gnotæ, incognitæ; ſunt mihi exploratæ, compertæ, perſpicuæ, manifeſtæ, apprimè cognitæ,; mihi patent. * Die mit Weißheit begabt ſeynd/ſehen das zukünfftige vor. *Les Hommes ſages prevoyent les choſes avenir.* Sapientes multò ante provident; Longè in poſterum proſpiciunt; Res futuras intuentur, tanquàm oculis cernant; Res futuras cogitatione & animo præcipiunt, prænoſcunt, præſentiunt, conjecturâ aſſequuntur, longè animo proſpiciunt. Ea, quæ impendent tanquàm ex aliquâ ſpeculâ proſpiciunt. V. PROVIDENTIA.

PRINCEPS. Fürſt. *Prince.*

SYN. Primarius, dux. ADV. Facilè omnium, longè. ADJU. Gravis, illuſtris, vitioſus, antiquiſſimus & clariſſimus, firmus opibus, locupletiſſimus, inimiciſſimus, benè moratus, potentiſſimus. PHR. Principum princeps, ſacrum caput Orbis chriſtiani. Qui cæterorum obtinet principatum. Qui honeſtiſſimum locum civitatis tenet. Qui ſententiæ principatum tenet. Qui primos ordines ducit. Gloriosè imperium gerens. * *Souverain.*

Summo jure, *vel* ſuprema ditione, *vel* optimo jure, optimaque lege Princeps. * *Vaſſal.* Princeps alienæ ditionis. * Auß dem Königlichen Geblüt. *De ſang Royal.* Regii ſanguinis, *vel* regio ſatu, *vel* regiis natalibus clarus Princeps. * Princeßin. *Princeſſe.* Princeps fœmina. Principali imperio; *vel* Principis dignatione mulier.

AMPLIFICAT. Qui ſubditos ſuos propria vita chariores habet, qui omni conatu ſemper nititur, ut imperium ſuum non modò ſalvum, ſed etiam longè florentiſſimum videat; qui vigilantia ſua in plurimis ex maximis rebus perſpecta & cognita, nihil earum rerum prætermittit, quæ ad ſuum imperium & ſubditos conſervandos ſpectare videntur. * Qui juſtitiæ tribunal, qui religionis ara, qui conſilii oraculum, prudentiæ delubrum, moderationis domicilium, qui humanitatis penu, manſuetudinis ſacrarium, fortitudinis ſedes, uno verbo, virtutum theſaurus. * In hac ejus prudentia cum inveterato armorum amore decertavit, in hoc conſilium ſpirantes adhuc ſeditionum reliquias extinxit, in hoc amor incredibilis, ortum antiquum & implacatum furorem ſuperavit. * Princeps, cujus vita ita ab omnibus virtutibus tanquam ſtellulis quibusdam diſtincta eſt, ut dum illum vel Ducem omni honoris genere inſignitum, vel fortiſſimorum militum præſidio munitum, vel bellici inſtrumenti copia inſtructum, vel ingenioſiſſimorum ſtrategemate pollentem, vel nobiliſſimorum amicitiis florentem vel omnibus divitiarum copiis circumfluentem appellavero, non tam ejus nomen hiſce titulis & ornamentis honeſtare, quàm iſtos titulos & ornamenta ejus nomine nobilitare videar. * Princeps, in cujus & conſilio & auxilio tota & tuta conquieſcit Eccleſia: premitur Respubl. eccum amicum, qui ſublevet: nutat Eccleſia? eccum vindicem, qui aſſerat: timentur ruinæ? eccum opificem, qui reficiat. * Cujus vita tanto opere bonis omni-

omnibus optabilis est, cujus salute magna ex parte tranquillitas orbis terrarum continetur, cujus hilaritate, publica hilaritas pendet.

Ille est imago & exemplar Dei in terris, rerum moderator & arbiter in cujus manu posita opes, dignitas, vita, omnium nostrûm. Sicut anima corpori præest & animæ ratio: Sic princeps hac populum regit & eadem illa ratio ipsum. Tolle cadaver ac funus est hæc omnis multitudo: Et ut Cyclops apud Homerum amisso unico oculo huc illuc impingitur & denique ruit: sic ista moles populi, sine lumine illo principatus. * Illi fortunæ filii quos albis illa manibus ex utero ad purpuram vocavit & tiaram & nescio an non ante uterum; sane in illo. * Non possumus sub principe tam pio, infelicia; sub tam prudenti, temeraria; sub tam constanti, vana, sub tam indefesso, languida, sub tàm blando, funesta metuere, * In quo nihil non pacatum, nihil unquam turbidum, nihil indignabundum. Occurrebant adversa? amplectebatur ut amica, & à quibus tam prudentiam disceret, quàm robur indueret Secunda? ut infida & peritura & damna minitantia. Denunciabantur clades? crederes exspectatas. Victoriæ? nullæ illum extulerunt. Regum inimicitiæ? diademati dicebat deberi. Amicitiæ? ut non duraturas admittebat. Arma? repercutiebat ut fortuitas pilas. Conurationes? Magnis has imperiis adjacere sciebat. Nobilitatis motus? putabat sine istis illam esse non posse. Populi furores? Mari comparabat Frustra ab hoc pacata sperari; Et post malaciam, metuendas tempestates; sed & iterum sperandam tranquillitatem. Succedanea hic mutuo sibi esse, & verò plus tranquillari post ævos, quam post moderatos fluctus maria. * Nam qui plurima jam sæcula meritissimâ laude invasit, æternitatémque bene gestis, & ætatis suæ domesticam, & Augustissimæ Austriacorum familiæ matrem effecit; inconsulti damnabit Oratorem conaminis, qui semihorulæ

rulæ ſpatio vel metiri ſæcula, vel totam peragrare æternitatem moliatur. Nempe quod heroes tulerunt ſæcula, tot expreſſit virtus in *Leopoldo*; in quem unum aggregavit univerſa, quæ per alios non liberalis diſperſit, quem cùm vides unum, Auguſtiſſimum debes animo Principum, Ducúmque concilium intueri. Unum ut dicas cum veritate, ſolùm te cogere poteſt paris defectus. Ut ſine mendacio dicere poſſis unum, amplisſimus in uno heroum omnium Senatus efficiet. Dum enim in uno *Leopoldo* tota ſeſe compendio virtus incluſit, latè ſimul Principum omnium Archiducúmque glorias explicavit; unas vivâ in hiſtoriâ legendas producit, quando unum producit orbi *Leopoldum*. Cujus corpus, cùm circumfuſi equitum ordines ſtemmatis ſuffragio coronarent, vicinius animum omnis honeſti familia ſepiebat. Ex quo illud tandem conficitis AA. unum pro dignitate, meâ non poſſe oratione dilaudari, niſi per omnium fœcunda graſſatione excurrat enconnia; per omnium pro temporis brevitate divagari laudes non valere, niſi in ſemihorulæ anguſtias totam cogamus perennitatem.

Quod nè audacis eloquentiæ exiſtimetis hyperbolen, agite, amabo vos, quam effigiem optimi Principis, quiqne glorioſum exemplar ſecuturis poſteris obtendi poſſit, animis veſtris impreſſiſtis? Laudabitis cum Carolo Magno illum, qui ſit Imperio Auguſtus, judicio Pericles, bello Alexander: aut cui à ſoliciris in populos laboribus nomen ſit Adamus, ab accenſa in Superos pietate cognomen Abrahamus. Commendabitis illum, quem in moneta deſcripſit Severus Imperator, cui caput ſit Elephantis, cum lemmate, Magnanimitas: pectus Delphini, cum inſcriptione, Humanitas: Manus Caſtoris, cum epigraphe, Officioſitas: pedes Urſi, cum dicto, Modeſtia. Deſiderabitis illum, quem voluit olim Alphonſus Aragonius, qui ſubditos ſuos vel ferat in capite,

vel

vel gerat in corde. Amabitis illum, qui Ægyptiorum more in campum evocatus, quaterna rogatus responsa edere possit; Sum pius: Sum justus: Sum liberalis: Sum laborioſus. Eligetis cum, quem depinxerunt Ægyptii; in cujus dextera Sol, in ſiniſtra horologium; ut ad illius ſplendores populus videat, ad hujus regulam dirigatur. Vovebitis illum cum Plutarcho; qui ſic imperet ſuis, quemadmodum pater liberis: cui ſit pro imperio amor, pro mandato nutus, pro regula favor, pro lege gratia, pro norma exemplum: qui emineat, nec tumeat; dominetur, nec urgeat; frænet, nec coërceat, regat, nec imperet; impellat, nec cogat; flectat, nec frangat; premat, nec gravet; audiatur, nec jubeat; amet, & timeatur; terreat, & ametur; ſe populo miſceat, & volatur. Illum voletis, cui ſit pro capite ſapientia, pro oculo judicium, pro lingua prudentia, pro pectore conſilium, pro manu fortitudo, pro pedibus conſtantia, pro corpore juſtitia, pro anima pietas, pro reſpiratione amor, pro paludamento clementia, pro purpura majeſtas, pro ſceptro authoritas, pro corona religio, pro ſolio magnificentia, pro civibus filii, pro muris cives, pro clypeo corda populorum. Ut compendio dicatis univerſa, eum ad ſolium deſtinabitis, quem collaturis ſauffragiis natura, DEUS, & virtus, pro DEO & populo ſtare edocuerint.

SENTENTIÆ. Inutilis eſt omnis Conſtitutio Principis, ſi non eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ conformis, *Antonin.*] Voluptatis vitium in Principe totam Patriam ſubmittit ruinæ: qui cum Rector voluptatibus intendit, cura Reip. excors remittitur, & exemplo ejus ſubditi licentiùs ad vitia inclinantur. (*Idem.*) Si mes dici Pater & Princeps, nomen cum honore ſera, moribus imple. (*Beda.*) Nulla in Principem bella lævior, quàm impunitas delinquendi. (*Bern. Sen.*) Principis error multos involvit: & tantis obeſt, quantis præ-

præeſt ipſe. [*Bern.*] Monarcha verus debet eſſe ſummâ celſitudine pollens, ſummâ fortitudine præſidens, ſummâ dulcedine paſcens. (*Bonav.*) Principes Mundi ſubſimt Eccleſiaſticis. (*Cyrill. Hier.*) Principes Eccleſiaſtici & Sæculares, ſunt duo crura, quibus tota Eccleſia ſuſtentatur. (*Hugo C.*) Principe, qui ſubditis nihil proſit, nihil miſerius. (*Chryſoſt.*) Quales in Rep. Principes ſunt, tales reliquos ſolere eſſe neceſſe eſt. (*Cic.*) Beata eſt Respubl. cui Princeps ſapiens dominatur. (*Plato.*) Princeps, Lex, Juſtitia, ſunt Canales Fortunæ publicæ, è divino fonte deducti. Princeps Dei Vicarius eſt: Lex Principis artificium: Juſtitia Legis flos & fructus. Princeps pietate, Lex ſapientiâ, Juſtitia æquitate ſubſiſtit. [*Nier.*] Princeps conſtitutus Sequeſter Juris, Arbiter boni & æqui, Sponſus Juſtitiæ, Hymenæus pacis, ſpecialis Fortunæ, communis cuſtos æquitatis tuendæ. (*Idem.*) Minimâ licentiâ utatur, qui maximam poteſt ſumere. (*Idem.*)

SIMILITUD. Columnæ decus à rectitudine eſt, quæ ſi alterutrum in latus declinet, haud ſtabit diu, cadet, trahetque ruinam. Æqualem profectò ſpeciem publicus Reipubl. moderator præ ſe fert, qui dum ab affectu neutro regi incipit, præeſſe ſingulis non meretur. (*Anon.*) Quemadmodùm Solem nemo adoraret, ſi quos univerſis debet radios, clancularío abreptus œſtro concederet nulli. Sic Principum quos deorum Miniſtros eſſe voluit Tacitus, delubra pateant univerſis. (*Idem.*) Quemadmodùm navis, niſi peritiori Tiphi navarcho gaudeat, jam periit, vel ad ſcopulos naufraga, vel ſyrtibus affixa, vel vorticibus hauſta: Ita pariter imperium, quod directorem non meminit, cadet exanime, ſciſſuras patietur. (*Plin.*) Ut Sol non alius pauperi alius diviti, ſed omnibus communis: Ita Princeps perſonam ſpectare non debet, ſed Rem. (*Eraſm.*) Sicuti Deus cùm nihil non videat, nihil tamen videnti ſimilis eſt: Ita Princeps nihil ignorare debet, multa diſſimu-

Digitized by Google

ıulare. (*Idem.*) Non licet dormitabundum eſſe, ui clavo aſſidet: & in tantis rerum periculis ſtertit rinceps? Nullum mare tam graves habet tempeſtates nquam, quàm omne regnum aſſiduè. Semper áque Principi vigilandum eſt, nè quid erret, qui onniſi plurimorum pernicie delinquit. [*Idem.*] . Rex.

PROBARE. Beweiſen. *Prouver.*

SYN. Comprobare, evincere. PHR. Rationius confirmare, argumentis corroborare, ſtabilire. liquid planum facere, perſpicuum reddere, argumens oſtendere, rationibus perſuadere, tueri. Aliquid onvincere teſtimoniis, authoritatibus communire, :ſtatum *vel* planum facere. Docere repetitis ex veteum memoriâ exemplis. Copiâ exemplorum refelle: aliquid magis, quàm argumentis. Illuſtrare aliuid vitâ & factis ſummorum virorum. Liquidò conat hoc exemplis. Exemplis aliquid illuſtrare, exorare. Certioribus argumentis, exquiſitis rationibus onfirmare, coarguere. Probationibus oſtendere. Faere fidem verbis. Alia veniunt mihi in mentem, quæ pertiùs hæc confirmant. Teſtatum relinquere. Evientiſſima & apertiſſima demonſtratione fidem facere ıuthoritas rationibus ſuffulcienda eſt. Argumentis ıinimè dubiis, *vel* probationibus oſtendere. Proationem præſtare. Sanctiſſimis teſtimoniis cauſa oſcii communita eſt. Idque verum eſſe, manifeſto rgumento comprobatur. Probationes implere. liſi ex aliis apertiſſimis probationibus fuerit reelatum. Rei dubiæ fidem facere. Nominibus & :gumentis confirmare. Ut hæc authoritate tuâ ɔborentnr.

PROBUS. From. *Pieux, bon, ſage.*

SYN. Pius, integer. PHR. Magiſter morum. robitatis exemplar. Virtutum lumen. Quo in pro-

bi-

bitate nihil ferventius, nihil in omni vitâ moderatius, nihil in gravitate facilius, nihil in negotio præsentius, nihil in prosperitate modestius, nihil sedatius in tempestate, in relactione nihil jucundius. In quo sincera & integra, & nullis detorta vitiis, nullisque fœdata maculis natura; quæ toto pectore statim arripiebat artes honestas. Purus â contaminationibus mentis omnibus. Qui mentis suæ notionem à rerum externarum cogitatione abduxit, & in Christum suum deduxit; & intra se est, quasi extrà se. Qui frenô rationis ætatis fervorem coërcet, & se gerit in rebus omnibus, ut nihil petulanter, nihil temere faciat; qui nullâ protervitate, qui nullâ petulantiâ, nullâ libidine trahitur ad dedecus; sed ad studium virtutum honestatis, honoris, pietatis, probitatis, castitatis, inflammatus: talis juvenis amandus, talis in sinu (ut dicitur) gestandus.

PROFICISCI. Reysen. *Faire voyage.*

SYN. Peregrinari, discedere, abire. ADV. Celeriter, clam, copiosè *in Provinciam*, cupidè, festinanter, honestè, aliquò, inde unde, longè *à sedibus suis*, maturè, non ita multò post, obviam *à legionibus*, privatim, protinus *à disciplinâ*, rectà, tandem aliquando, tardè. [*Ex Cic.*] PHR. Se se itineri accingere. Auspicatò iter suscipere, atque conficere. Peregrè abire. Diuturnam viam inire, instituere, ingredi. Longius iter aggredi. Sinè viatoriâ suppellectile, aut viaticâ pecuniâ se se credere pregrinationi.

PROMITTERE. Versprechen. *Promettre.*

SYN. Polliceri, spondere, recipere, profiteri, constituere, offerre, deferre, paciscì. ADV. Affirmatè, quasi Deo teste, benè, benignissimè, exploratiùs, honestè, honorificè, largè, promptè, liberalissimè, prolixè, separatim. (*Ex Cic.*) PHR. Fidem

suam

ſuam obligare. Se aliquid facturum oſtendere. Promiſſum facere. * Ich verſpreche dir/ daß dieſes geſchehen werde. *Je vous promets, que cela je fera.* Id futurum tibi promitto, & in me recipio; tibi ſpondeo, in meque recipio; tibi confirmo, tibi do fidem; fidem meam interpono. * Pro certo polliceor hoc tibi atque confirmo. * Promiſſionis pænè improbæ reus. * Seinem Verſprechen nachkommen. *Accomplir ſa promeſſe.* Promiſſa facere, ſervare, præſtare, obſervare, ſolvere, patrare, perſolvere, exſolvere, complere. Fidem ſuam liberare, ſervare, præſtare, probare, tueri, ſolvere, non fallere, non deſerere. Stare promiſſis. Fidei ſatisfacere. Liberare promiſſi fidem. Liberare ſe promiſſorum fide. Pollicita efficere. * Ich werde thun / was ich verſprochen. *Je feray, ce que j' ay promis.* Dabo operam, quòd pollicitus ſum, ut exequar, efficiam, ut re præſtem, & confirmem, exitu præſtem. Efficiam, ne fides in promiſſis mea deſideretur; Nè de fide mea parum vilear laborare; Ut à verbis meis; Ut à promiſſo, exitus rei non diſſentiat; ut verba res confirmet.

SENTENTIÆ. Mendacium valdè graviſſimum eſt, cùm mentimur ea, quæ promiſimus. (*Ambr.*) Multò meliùs eſt non promittere, quàm fidem promiſſam non adimplere. [*Aug.*) Quod nobis promittit DEUS, ineffabilis dulcedo eſt. (*Idem.*) In promiſſione velox, in exhibitione mendax. [*Bern.*] Non ſis citus ad promittendum, non ad reddendum tardus. (*Idem.*) Tardiùs promitte, & citò promiſſa perage. (*Ephræm.*) Periculosè promittitur, quod adhuc interius poteſtate eſt. (*Hier.*) Centuplicato fœnore CHRISTI promiſſa redduntur. [*Idem.*] Meliùs eſt profectò non promittere, quàm promiſſa fœdare. [*Valer. Ep.*] Tanta DEI promiſſionum eſt magnitudo, tantáque excellentia, ut ea quæ nobis promiſſa ſunt, huma-

humanam transcendat Rationem. [*Chrysost.*] Quod præstare potes, nè his promiseris ulli. (*Cato.*) Priusquàm promittas, deliberes: & cùm promiseris, facias. [*Sen.*]

PROPUGNACULUM MUNIRE. Befestigen. *Fortifier.*

PHR. Arcem munitionibus firmare, munimentis obvallare, obsepire, instruere. Operibus munitionibúsque sepire. Aditus Insulæ muniti sunt mirificis molibus. Situs urbis communitus & præclarus ad aspectum. Satis omnia præmunita & præsidiis obsepta videbantur. Oppidum sex castellis castrisque maximis sepsit. Præsidiis salutaribus septi sumus. Antonius Murinam operibus munitionibúsque sepsit. Cum Provincia in pace præsidiisque firmaris. Romam muniit ac præsidiis firmavit. Ab imminenti arce urbs defenditur Arx subjectam urbem tutam reddit, securam præstat, ab hostili defendit impetu. Locus defensioni opportunus, & ad defensionem idoneus, propugnatu, *vel* propugnationi facilis. Qui non est laborioſæ nec operoſæ propugnationis. Aliquem locum magnis munitionibus firmare, præsidiis confirmare, mœnibus cingere, vallo & fossa cingere, circumdare. Urbs natura ac loco munita, armata munitâ, armata muris. Locus munimento quóque non natura modò tutus, defensioni aptus.

AMPLIFICAT. Cum rerum bellicarum summa laus sit, tum muniendarum urbium & arcium, propugnaculorúmque extruendorum est multò maxima. Nam armis quidem Virtus mortis crudelitatem ac dedecus propulsare consuevit, sed tamen non absque multorum interitu: nî artis hujus, cui ex græco Peribologiæ nomen accedat industria, quæ id efficit, ut omnis propemodùm jactura caveatur. Ideóque si ullo tempore hæc muniendorum locorum disciplina fuit necessaria, hoc cer-

Digitized by Google

ertè apprimè est, quò bellicorum tormentorum vis à grassatur, ut vix locus ullus sit, qui aut validissimo loborum impetu, aut etiam horrido pulveris pyrii ssultu subverti nequeat. * Urbes & arces eum in fiem muniuntur, ut sint insidiarum & periculi ab hostius imminentis propulsatio: cùm econtra urbes muimentis nudaræ, earum invadendarum atque diriiendarum illæ celebræ sint. * Urbes atque castella, ut naturâ muniuntur, aut manu, aut utróque, quod rmius ducitur. * Arces, castella, & urbes naturâ sitúue munitæ; fossis, munitionibúsque manufactis circumseptæ; præsidio militum, tormentis, machinisque d defensionem confirmatæ; re frumentaria, comeatúque generis omnis refertæ; sæpè ducum obsientium, magnique exercitûs artes, vim & oppugnaionem eludunt: & pulcherrimas occasiones aliarum rum gerendarum illis è manibus eripiunt. * Arcis ndamenta ponit tam firma, ut neque ullis unquam oloss hostium cuniculis subrui, neque apertis labeictari machinis possint; tàm ardua, ubi in plurimis pectatæ probitatis viris fastigium virtutis constitit, ibi ujus ædificii surgat exordium. * Posita Arx in rupius tuas minas irridet, tuas copias illudit, imò etiam ravibus armis, & velut fulmine quodam desuper intoat. * Arx loco sita opportuno, omni ita ratione ac pere munita, nullâ ut arte, nullis machinis, ferro ullo, nullo ære expugnari possit. * Nihil tam munito allo, & tam vallato munimento naturæ præclusit, quò on penetret audacia, modò aliqua spes conandi renquatur. V. OBSIDERE.

PROTEGERE. Beschützen. *Proteger.*

SYN. Tutari, tueri, defendere. PHR. Tegere præsidio, vindicare ab injuriis, *vel* ab inimicorum impe-1. Alicujus causam suscipere, tueri. Alicujus patrocinim, *vel* propugnationem, *vel*, defensionem suscipere.

Injuriam ab aliquo defendere, prohibere, propulsare. Ab aliquo stare. Cum aliquo facere, *vel*, esse. Alicujus partes suscipere, sequi. Pro aliquo contendere. Aliquem defendendum tuendumque suscipere. Sua omnia studia ad aliquem defendendum tuendumque conferre. Se alicujus patronum præbere, defensorem præstare, tutorem exhibere, propugnatorem præstare. Alicui afferre præsidium, præsidio esse. * **Er hat sein Vatterland rechtschaffen beschützt.** *Il à protegè & vaillamment defendu sa patrie.* Patriam fortiter tutatus est, patriæ commoda vehementer propugnavit. Patriæ suæ acerrimus defensor fuit, studiosissimus propugnator extitit, Acerrimum se patriæ defensorem præbuit, præstitit, ostendit. Hostibus patriæ suum corpus objecit, opposuit. Vires omnes ad patriæ salutem contulit. Pro salute patriæ defendendâ nervos omnes contendit. **Der Römische König hat uns vor dem Frantzosen geschützt.** (1702.) *Le Roy des Romains nous a protegè contre les francois.* Rex Romanorum repressit fortissimè, oppressit fortunatissimè Bellonam gallicam ferocientem, & molientem agrorum vastitatem, bonorum direptionem, urbium eversionem, tectorum excisionem, prædiorum depopulationem, ædificiorum inflammationem.

PROVIDENTIA. **Vorsichtigkeit.** *Providence.*

SYN. Cura, gubernatio, consilium, divinum imperium, administratio. ADJU. Diligens & solers, divina, fictrix & moderatrix. (*Ex Cic.*) Providentia est, per quàm subtilitate sagaci futurorum eventus colligitur. (*Hugo V.*) Est cura eorum, quæ exhibenda sunt subjectis, & quæ commissis convenit impertiri. [*Idem.*] Est prævisio rerum gerendarum in futuro. (*Hugo C.*) Est Prudentia adminiculans ad judicium, ex conjecturatione futurorum. (*Gers.*) Quid est Providentia, nisi exploratio faciendorum. [*Richard. V.*] Providentia DEI

est

: voluntas DEI, per quam res omnes aptè congruéque ıbernantur. (*Damasc.*) Providentia DEI, est ipsa ra- ɔ ordinis rerum in finem. [*Th. Aquin.*]

AMPLIFICAT. Eludant licet, quibus fortè ac te- erè humana negotia volvi agique persuasum est. E- ıidem æternâ constitutione crediderim, nexúque usarum latentium, & multò ante destinatarum, suum ı:eque ordinem, immutabili lege percurrere. [*Curt.*] mniscius ille Divinæ providentiæ oculus, qui inscru- ɔili suâ sapientiâ attingit universum, ille movet o- nia, solus immobilis dum præmovet, præmonet, ut hunc oculum, & nostros oculos sublimemus, ne in- :iis cœlo querelis fortunam incusemus, sed à rerum nnium arbitro singula æquè ponderari agnoscamus: :mana námque omnis industria, quantumvis vi, & lo armata, in cassum nititur, caret successu, cujus ctor DEUS non sit. A Jove principium. Scipio ersurus Carthaginem, Jovem sollicitat pro fulmine: agnus Macedo debellaturus Indiam, signis bellicis referri jubet Herculis simulacrum. Non diu differt :lum solatia: sæpe sua erogat priùs dona, quàm ro- tur. Si pressas siccitate aridæ terræ fauces hiantes let, illicò affuso imbre consolatur. Si oscitantes ini utero conchas advertit, antelucani roris gutta gemmam abitura locupletat. Adeò commune sub- ıarium omnium ærarium cœlum est; si petita suspen- :, non desperandum est; quod differt, non aufert, tantò gratior inde è nubibus Phœbus prodit, quan- minùs expectabatur. * Quis est tam vecors, qui : cum suspexerit in cœlum, Deos esse non sentiat, :a quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla linem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu i putet; aut cum DEOS esse intellexit, non intel- at eorum numine omne imperium esse natum & au- ım & retentum. (*Cic.*)

SENTENTIÆ. Æqualiter cura est illi de omnibus. (*Sap. 6.*) Attingit ergò à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. (*Sap. 8.*) Nihil rerum est, quod non administres Dei Providentia. [*Aug.*] Non nisi perpurgatæ animæ licet credere, Dei Providentiâ gubernari omnia. (*Idem.*) Quidquid vilissimum Homines putant, Omnipotentia Dei gubernatur. (*Idem.*) Certus sum, quòd vita nostra non temerariis motibus agitur; sed à Deo disponitur, & gubernatur. (*Idem.*) Divinâ Providentiâ, gubernatrice rerum humanarum, cœlum & astra, ad usum commodumque mortalium singulorum convertuntur. [*Nigr.*] Providentia Dei omnia attingit. (*Glossa. ord.*) Sic intendit Dominus singulis, ac si vacet à cunctis: & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis. (*Rad.*) Omnipotens Deus per se mundum regit, quem per se condidit: nec eget alienis adjutoriis ad regendum, qui non eguit ad faciendum. (*Greg. M.*) Providentiæ Dei cura est specialis omnium, specialior Fidelium, specialissima Sanctorum. (*Hugo C.*) Deus universa, quæcúnque sunt, verbo jubet, ratio dispensat, virtute consummat. (*Minut. Fel.*) Scias, omnia ex decreto Dei fieri. (*Sen.*) Deus omnia temperat, quæ circumfusa Rectorem sequuntur, & Ducem. [*Idem.*] Deus ille maximus potentissimúsque, ipse vehit omnia. (*Idem.*) Res omnis non fortuito motu, sed divinâ Providentiâ constare creditur. (*Valer. Max.*) Deus viventium sempiternus Gubernator est, ipsiúsque vitæ dispensator æternus. [*Trismegist.*] Qui cautioribus utitur consiliis, & in posterum providet, est omni ratione protectior. (*Cic.*) Providentiâ regitur status sapientis, & actio ejus universa erit probatissima & stabilis, si plena sit ocu[lis]. [*Thom. Kemp.*] Ubicunque fuerit Providentia, frustrantur universa contraria: ubi autem Providentia negligitur, omnia contraria dominantur. [*Cypr.*]

V. Prævidere.

PRUDENS. Verſtändig. *Prudent.*

SYN. Sapiens, conſideratus, perſpicax. PHR. Providus ac ſolers. Sagax ac ſolers. Prudentiâ præditus, nſtructus, ornatus, clarus. Solers ſubtilisque. Cauus ac providus. Multarum rerum peritus. Magni :onſilii vir. Ad conſilia prudens. Magnâ prudentiâ & exercitatione præditus. Eam conſecutus videbatur rudentiam, ut quoniam in omnibus, quæ gravioris ſſent deliberationis, ejus conſilium pro reſponſo, dictum pro oraculo habebatur, eô admonente nihil non ieret, inſciente nihil: magnúmque ſemper illius ſententiæ in illo regum ſenatu, in illo conſilio orbis terræ, nomentum haberent. * Homo admirabili propè qualam in agendis rebus ſapientiâ præditus, quam non atura, ſed uſu rerum multarum, non ſine magnis vitæ ericulis ſibi, ut de Ulyſſe traditum eſt, comparavit. Cujus cùm in cæteris rebus rarâ quâdam & exquiſitâ rudentiâ, tùm miro in pernoſcendis hominum ingeiis acumine, & acerrimô in ponderandis cujúsque meitis judicio præditus, cùm in plurimis maximi momen- negotiis prudentiam, fidem, magnitudinem animi exertus fuit Cæſar. Qui ab inerti ſtupidorum vulgo eipſum diſtinguit, dum non impudentem fœminam lam imitatur, quæ victimas devorat non conſecratas, ed prudentiſſimum potius Ulyſſem, qui quanquam Cyclopum antris, loco prorſus infami & honeſto conietudinis ſuæ non poteſt obliviſci, ac priusquam acumbat, ignem accendit, ſacrificat, & ciborum primitias iorum offert, vinum de patera libat. Res nulla tanta imque difficilis eſſe poteſt, quam non & conſilio reere, & tueri integritate & virtute conficere poſſit. ir cujus prudentia eſt tanta, ut nihil unquam aggreiatur, niſi maturo conſilio, quod in quáque re remiſim & optimum, acutiſſimè & celerrimè videat atque xplicet, ut ex longo rerum uſu: quid expediat, quid on, quid honeſtum, quid turpe ſit, facilè diſcernat, ut

ex præteritis rebus, quid futurum ſit, acutè prævideat. Qui tantâ diligentiâ res ſingulas providet, tantâ modeſtiâ ſuas omnes actiones dirigit, ut non tantùm nihil inordinatè, nihil titubanter, nihil temerè faciat: ſed etiam in omnibus dictis & factis iuſit ſumma conſtantia, veritas & circumſpectio. Homo in negotiis maximis laborioſus, in periculis fortiſſimus, in aggrediendis rebus induſtrius, in providendis ſagaciſſimus, in conficiendis celerrimus. Qui prudentiam rerum agendarum, & domeſticam, & civilem, non in otio ſed in negotio; non præceptis ſed factis: non multis libris legendis, ſed rebus difficillimis expediendis comparavit. Bene dicentes, cauta conſilia ſuggerentes, res momentis ſuis ponderantes, verum à falſo, bonum à malo, utile, decorum ab inutili & indecoro ſecernentes, aptéque ſingula partientes, & in ſua quæque membra diſtinguentes. Qui in tanta ſimilitudine falſa à veris, à rectis prava, ab integris corrupta, ſimulata à ſinceris à nativis fucata poteſt ſecernere. * **Dein Verſtand wird deiner Feinden Anlauff überwinden.** *Votre prudence ſur montera l' effort de vos ennemis.* Inimicorum impetum tua prudentia, tuum conſilium, tuæ mentis acumen & vis eximia, tui ingenii ſolertia, & ſagacitas animi, & judicii maturitas vincet, franget, debilitabit, reprimet, retundet. * **Du haſt mit Verſtand gehandelt.** *Vous avez fait prudemment.* Conſideratè, prudenter, ratione ſuadente, ratione duce, recto judicio, rectè & conſideratè, conſilio id à te factum eſt. V. SAPIENS.

PRUDENTIA. **Verſtand.** *Prudence.*

SYN. Conſilium, ſapientia, intelligentia. ADJU. Civilis, communis, domeſtica, dulcis, eximia, naturalis, non præſtans, ſed propè vulgaris, & communis, fidelis; valdè grata alicui, major, grata, moderatrix eloquentiæ auditorum; vacuâ non indiſerta,

per-

erſpicax, mediocris, par, præſtans; ſimillima rerum omnium, ſingularis, ſumma, tanta; vetus illa, & excellens græcorum; utilis, veráque. (*Ex Cic.*) PHR. Mentis acumen & vis eximia. Ingenii ſolertia & ſagacis animi, Judicii maturitas. Recta ratio rerum à bobis agibilium. [*Antonin.*] Rerum bonarum virtus, & malarum ſcientia. (*Ant. Pad.*) Appetendarum & vitandarum rerum ſcientia. (*Bonav.*) Habitus intellectualis, acquiſitus, laudabilis, elevans & dirigens liberum arbitrium in agendis, vel vitandis.]*Gerſon.*] Prævalens notio, futurorum pertractans eventum. [*Laur. Juſtin.*]

SENTENTIÆ. Prudentia vera atque perfecta eſt, nimirum niti ad cognitionem divinæ naturæ, & profunditatem humanæ miſeriæ. [*Alb. M.*] Nihil eâ Prudentiâ ſapientius, quæ divina & humana ſecernit. (*Ambr.*) Quid ô Homo, in omnibus es prudens, & circà te ipſum es inſipiens? (*Bern.*) Rerum exitus Prudentiâ metitur. (*Boët.*) Prudentia auriga eſt virtutum. (*Bonav.*) Turpe eſt, ut major Prudentia ſit in brutis, quàm in prudentiſſimo animali, quod ultrà bruta rationem accepit. (*Idem.*) Via recta & regia, Prudentia eſt. (*Hier.*) Nihil Prudentiâ melius, nihil ulcius, nihil ſuavius. (*Iſidor. Hiſp.*) Animas Prudentia ſervat; cùm ipſa ſit mentis ſanitas: Imprudentia verò interimit, cùm ſit morbus rerum inſanabilis. (*Philo. Jud.*) Patet, prudentem neminem eſſe poſſe, niſi ſit bonus. (*Ariſt.*) Hic Prudentis character: meminiſſe præteritorum, agere præſentia, cavere futura. (*Vier.*) Tuta Prudentiæ acies in extremis, & velut cauſâ rerum ſiſtit. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut non debet ſumere Citharam, cui canendi ſit imperitus: Ita non debet imperium ſumere, qui non ſit Prudentiâ præditus. (*Plut.*) Ut herbas & arbores creſcere non cernimus, ſed creviſſe: ſic

ſic tactam Prudentiam potiùs, quàm fieri. (*Lips.*) V. SAPIENTIA.

PSITTACUS. Papagey. *Perroquet.*

ADJU. Loquax, doctus, pictus, viridis, garrulus, indicus, peregrinus, verſicolor. PHR. Avis indica. Avis docta loqui. Humanæ vocis ſimulator. Verba reddere facilis, *vel* doctus. Humanæ vocis imago loquax. Vocum ſimulatior ales. Placidæ pacis amator. Pſittacus extremo munus ab orbe datum. Humanæ linguæ ſolers imitator.

DESCRIPT. Pſittacus Indiæ avis eſt, inſtar illi minimo minus quam columbarum: ſed nec color, ut columbarum. Non enim lacteus ille, vel lividus, vel utrimque ſubluteus, aut ſparſus eſt: ſed color Pſittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis; niſi quòd ſolâ cervice diſtinguitur. Enim vero cerviculæ ejus circulo mineo, velut aureâ torque, pari fulgoris circumactu cingitur, & coronatur. Roſtri prima duritia; cum in petram quampiam concitus altiſſimo volatu præcipitat, roſtro ſe velut anchorâ excipit. Sed & capitis eadem duritia, quæ roſtri. Cum ſermonem noſtrum cogitur æmulari, ferreâ claviculâ caput tunditur, imperium magiſtri ut perſentiſcat. Hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus usque ad duos ætatis ſuæ annos, dum facilè os, uti conformetur, cum tenerâ linguâ, uti convibretur. Senex autem captus, & indocilis eſt, & oblivioſus. Rerum ad diſciplinam humani ſermonis facilior eſt Pſittacus, glande qui veſcitur: & cujus in pedibus, ut hominis quini digituli numerantur; non enim omnibus Pſittacis id inſigne. Sed illud omnibus proprium, quò eis lingua latior, quam cæteris avibus, eò faciliùs verba hominum articulantur potentiore plectro & palato. Id verò quod didicit, ita ſimiliter nobis canit, vel potiùs eloquitur, ut

vocem

vocem ſi audias, hominem putes: nam quidem ſi videas, idem conari non eloqui.

PUER. Knab. *Petit Garſon.*

SYN. Adoleſcentulus, filius, infans. ADJU. Acerbus, charus & jucundus, clarus & nobilis, non grandis, egregius, fatuus & non gravis, ſapientior, feſtivus, formoſus & pulchellus, humaniſſimus, inſignis, teter & fœdus, lepidus ac delicatus, modeſtiſſimus & ſuaviſſimus, prætextatus. [*Ex Cic.*]

AMPLIFICAT. Refert, cognoſcere, quàm longè, à pueri levitate ſecederet; & quàm fortis eſſet, quàm temperata, quàm juſta, quàm prudens in ſuſceptâ colendæ fruendæque ſapientiæ ratione moderatio. Vidiſſes parvulum ſupra modum ætatis ingenio ſeverum; miſſâ paulo ante nutrici mammâ, divinæ ſapientiæ velut uber avidiùs appetentem. * Puellos, cùm aſpicis, quid aliud, quàm Albaſtra, quàm Pyxides eburneas inrueris, nullo dum imbutas odore malo, vacuum, nitidúmque ſinum molliter explicantes, infundendis à Magiſtro ſuaviſſimis, ſaluberrimisque liquoribus? Qui vix è cunabulis egreſſi; vix ab uberibus abſtracti nutricum; vix à complexu matrum revulſi, quæcúnque ſinunt in aures, objiciuntur oculis, veniunt in manus, imitatione omnia conantur exprimere: tanquam ſimiæ curſum, pugnas, ludos, ſacrificia, cantus, & alias virorum actiones vel opera, puerilibus actionibus & fictis utrúmque operibus imitantur. * Teneritas quædam & mollities illius ætatulæ, neque res optimas diſpicere prudenter, neque ſuſcipere conſtanter, neque certo bonorum & malorum fine conſtituto conſilia dirigere; neque curſum omninò vitæ, ſicut decet, ad laudem & honeſtatem inſtituere poteſt. V. ADOLESCENS. STUDIOSUS.

PULCHER. Schön. *Beau.*

SYN. Formoſus, decorus, præclarus, viſendus, ſpecioſus, venuſtus. PHR. Homo egregiâ formâ, eximiâ facie; ſpecie liberali: Aſpectu pulcher; Eximiâ oris ſpecie; Mirâ dignitate formæ; Egregiâ pulchritudine; Incredibili venuſtate; Præſtanti decore; eleganti formâ præditus: Excellenti formæ pulchritudine exornatus; Summâ venuſtate præſtans, præfulgens, florens, nitens, conſpiciendus; affluens omni lepore, & venuſtate. Eximiâ pulchritudine, *vel* luculentâ formâ præditus. Excellens erat forma, & formam pudor honeſtabat; dejectis in terram oculis, quantùm licebat, ore velato. Puer eſt ſpecie venuſtus, cute mollis, vultu hilaris, capillo criſpus, elegantiâ liberalis, ornatu comptulus; omnium oculos & corda pelliciens; omnium benevolentiam, ſplendore frontis, capillorum cincinnis, ſtaturæ dignitate, aptâ corporis habitudine, membrorúmque omnium concinnè inter ſe lepidéque nexorum pulcherrimâ conformatione ſibi concilians. Nulli tua forma ſecunda eſt. (*Ovid.*) Ea eſt ipſius manuum decor & venuſtas, ut nihil ad aſpectum ſpecioſius fingi queat. Virgo pulchra, & quò magis diceres, nihil erat adjumenti ad pulchritudinem. Ecquis tu, Adoleſcentule mi venuſtule, mundule, politule? * Formæ caſtigatiſſimæ fœmina: Ad aſpectum præclara, *vel* ſpectabilis: Ab aſpectu decora; Aſpectûs jucundiſſimi. Formam ſortita eſt, quam ipſæ Gratiæ amarent. * Eine ſchöne Stadt. *Une belle ville.* Urbs hæc ad aſpectum imprimis præclara eſt. Hujus urbis pulchritudo ac venuſtas, omnium oculos in ſemet convertit. * Domo ſplendidè inſtructâ, nihil ſpecie ornatius eſt.

AMPLIFICAT. *P*uella eſt, quam eburnea explicatæ frontis ſerenitas, morum ſuavitas, venuſtas oris, coloris amœnitas, virtutum concentus, conditionis libertas commendavit. Cujus in formam gratiæ, in digni-

dignitatem coronæ, in majeſtatem imperia, in conditionem libertas conſpiravit. * Videbatur illam, ut alteram Pandoram, deorum Univerſitas fabricaſſe. Habebat à Phœbo Stellas in oculis, à Venere venuſtatem in vultu, à Suadâ in labiis mella, à Mercurio facundiam in linguâ, mores politicos à Charitibus, limatum ingenium à Caſtalibus. Inter Germanorum Floras miraculum, inter Gallorum Erotillas prodigium, inter Italorum Chloridas portentum. Viderat compotiſſimi corporis prope divinam majeſtatem; cujus frontem tranquillabat ſerenitas, ſupercilia flectebantur in iridem, oculos gemini accendebant Tyndaridæ, genas pingebat Flora, os inhabitabant Gratiæ, labra colorabat Aurora, vultum inſumebat Helena, Heroina ſtaturam omnem componebat Camilla. * Vultus utriſque idem eſt; frons explicata, ſerenitas area; oculus aquilinus, gratiarum theatrum, ſupercilium modeſtum, amoris arcus; os ridibundum, affabilitatis ſedes; color ſanguineus lacte permiſtus, ſinceritatis inſigne: vultui concolor habitus, & amœniſſima totius corporis compoſitio. * In quo decor venuſtate juvenili nitet, & ora vividus color depingit, ac interiorem animum ſimul adumbrat: placet decoro vultu, ſed amplius animo virtutibus primis ornato, magnus eſt genere, domo parente; ſed major indole, pudore, virtute. * O quantus illi in vultu decor! ô quanta ſedens in ore Majeſtas præſtantiſſimæ Nymphæ corpus exornat? * Formoſiſſima illa Eſtera, quæ incredibili pulchritudine ornata omnium oculos atque animos in ſe convertebat, ſed ita concipite, ut videre videamini eam in Regis Aſſueri conclave regalibus indutam veſtibus introduci, à Rege ſalutari, arctiſſimo complexu ſtringi, ejus capite regni diadema imponi, reginamq; renunciare nuptias, ejus cum Rege celebrari, per magnificum Principibus omnibus ac ſervis convivium adornari, populis pro-

vin-

vinciisque universis dona distribuï, ac paeem toti imperio singulari Regis magnificentia concedi. * Qui adeô liberali atque honesta facie splendet, cum quadam nativi candoris & ruboris suavitate, ut quicúnque eum aspiciant, ejus venustatem magnoperè commendent.

Quid quod multorum & formosa claritas maculis infuscatur, & præclara formositas nævum habet? horum verò sincerè nitidam pulchritudinem nullam decolorat labecula, quod illam absolutissimè candor innocentiæ coloravit. * In humano vultu non tantùm oculi, aut genæ, aut labra per se pulchritudinem illam efficiunt, quæ delectatione capit intuentes, sed cum omnes partes aptè inter se dispositæ, suavitate coloris perfusæ, lepore quodam delibutæ consentiunt, nunc illa species ac venus existit, quæ movet oculos ac delectat. * Cæterum si purpureis labra illecebris devincient ad oscula, quibus colli nitores nodis DEUM pertrahent ad amplexus? Aureis equidem dixerim. * Quæ dignitas ac venustas tanta est, támque amabilis & gratiosa, ut ipsa per se possit sine ullis aut externis adjumentis aut adventitiis illecebris, aut artificiosis incitamentis ad sese ad amandum allicere, rapere atque illigare spectatores. * Non hîc ego, plebejam illam ac vulgarem pulchritudinem delineo, quam Euripides adpellavit, omnis infelicitatis originem, quam vocavit Theophrastus, Tacitam fraudem; quam Theocritus, pestem nuncupavit eburneam; quam Comicus, Calamitatem omnium acerbissimam esse dixit; sed patritiam, regiam, sacram, plenámque mysterii Formam loquor, cœleste superum Munus, Parelium divinitatis, Speculum divinæ speciei politissimum, expressam Numinis Effigiem, Radium ex æterni luminis fonte delibatum; & gratiarum omnium, quas cæteris in rebus, Supremus Artifex expressit, Collectionem perfectissimam, absolutissimúmque Compendium.

lium. * Quis fulgor, ſuperi! quæ majeſtas, quæ enuſtas oris, quæ membrorum omnium dignitas! Quàm feſtivè ſedent, colludúntque in illa fronte veneres! Quàm blandè rident, volitántque gratiæ, per floridiſſimam genarum planitiem! ut lepôres adblandiuntur oculis! ut coralia relucent in labris; ut liguſtra ſplendent in collo! ut ſinûs argentei nitor pretioſè, urèque rutilat! Illæ manus, quàm factæ ad ſceptrum! Ille capitis vertex, quàm venerandus ad coronam! Oris ille decor, pectorisque decus quàm ad delitias morémque rapax! Motus ille omnis & habitus, quàm liberalis & elegans, plenúsque dignitatis, ac laude dignus. * Simul ac ſubiit Corpus ſuum, generoſus ac pulcher Animus, & per interſora diffuſus eſt, DEUS immortalis! ut repentinâ luce fulgurat! ut ſplendet! ut micat! ut animat! ut accendit! ut movet omnia! ſtatim omnes aptè conformat artus ad decôrem; omnes componit motus ad dignitatem; omnes concinnat partes ad harmoniam; ad honeſtatis leges omnia membra perfectiſſimè dirigit. Vigorem ingenerat menti, ardorem pectori inſtillat, veneres aſpergit in ore, afflat honores oculis, illigat labiis lepores, colo decus affundit, genis pudoris flammulas, capillis enuſtatem, fronti ſpeciem, capiti majeſtatem, abſolutæ demum per univerſum corpus radios pulchritudinis, floridiſſimè circumfundit.

Illa eſt, quæ corporeo, fragilique throno inſidens, ſecura dominatur in animos, & quantumvis ab omni ſenſuum contagione remotos, ſuis legibus obnoxios reddit. Illa eſt, quæ lepôre ſuo pertinaciſſimos flectit, quæ ignibus ſuis inflammat frigidiſſimos, quæ lautitiâ gratiarum, ferèeos emollit, humanitate frangit barbaros, mitigat urbanitate agreſtes, ſuavitate feros domat, ſolo aſpectu ſtupidiſſimos excitat ad ſui veneration em & obſequium. Tyrannidem exercere niceres, adeò cuncta ſibi ſine lege ſubjicit, niſi armorum po-

potiùs bella gereret, quàm armorum jure; se insidiis, non illecebris grassaretur; si tela inficeret veneno, & non ambrosiâ; vulneraret spinis, non rosis; & sagittæ, quas ad cor adigit, aliunde mitterentur, quàm ab arcu oculorum. Tyrannum crederes, si spicula non essent oscula, si delitiis non tormentis, gratiâ non terroribus, nectare non cruore, non laqueis sed lenociniis, voluptate non clade, leporibus non machinis, veneribus non vulneribus nos illa non adoriretur; & faces alias vibraret, quàm quas accendit amor; & hostem, quem oppugnat, non converteret in amplexum potiùs, quàm in fugam. Pugnat siquidem Virago illa victrix animorum, pugnat in otio, vincit in pace, triumphat oculis, tacendo tonat, aspectu fulgurat, & uno, non dicam impetu, sed intuitu, pectus invadit, cor obsidet, expugnat animum, sibique tributarium facit. Quid? quod sine voce loquitur; sine vi vim affert, sine catenis allicit, sine præstigiis immutat mentem; & vidisse, vicisse est, & visam esse, triumphâsse. Testis Helena, testis Phryna, testes innumeri; sed tamen, illa jam palo alligata, atque obruenda lapidibus, oculorum fulgure, delictorum manibus lapides excussit: Hæc, manifesti comperta criminis, jamque multis præjudiciis irretita, simul ac discissâ veste aperuit sinum, præclusit ora judicium, & pro se perorante formâ, cunctorum sententiis absoluta est. Ut vel inde verum fieret, quod lyribus Poëta, de hac eximia naturæ dote, ingeniosè cecinit, fuisse videlicet Pulchritudinem, mortalibus à natura datam, ut eâ lancearum, scutorúmque loco uterentur; ferrúmque, atque ignem vincere, qui decôre præstat.

PULCHRITUDO. Schönheit. *Beauté.*

SYN. Forma; species, dignitas, decor, venustas.
ADJU. Eximia, recens atque integra, insatiabilis, mera,

mera, tanta, excellens, muliebris. (*Ex Cic.*) Insignis, singularis, fugax, brevis, fluxa, caduca, fragilis, anceps, instabilis, adscititia, adventitiâ, fucata. PHR. Forma & species liberalis. Vultûs, *vel* Oris majestas. Formæ illecebræ? Oris blanditiæ. Nativum formosi corporis decus. Pulchritudo est partium corporis inter se cum quodam lepore consentientium, venustoque colore enitentium apta compositio. Est partium congruentia, cum quâdam coloris suavitate. [*Aug.*] Est in membrorum compositione concinnitas, efflorescentem vitam habens. (*Basil.*) Illa vera est pulchritudo, ut in singulis membris esse quod deceat, & in toto ut in singulis gratia, in omnibus Formæ convenientis plenitudo glorietur. (*Ambr.*) Pulchritudo corporis in hoc consistit, quòd Homo habeat membra corporis benè proportionata, cum quâdam debiti coloris claritate. (*Th. Aquin.*) Nulla alia Corporis pulchritudo est, nisi staturæ compositio; & flos, qui ab animâ corpori conceditur. (*Chrysost.*) Pulchritudo Corporis aptâ compositione membrorum novet oculos & delectat, hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. (*Cic.*)

AMPLIFICAT. Non ea est Pulchritudo tua, Divina Virtus, quæ floris instar, tenui liveſcat afflatu, caique levissimo defluat, aut vergente in senium vitâ, contabescat. Tuus decor, nunquam non virens atque vernans, ubique florens & amabilis, neque languescit morbo, neque flaccescit ægritudine, neque labore corrumpitur, nec violatur annis, nec vetustate efloreſcit. Tua illa genarum lilia, rosis distincta purpureis, nunquam marcescunt: Nives illæ oris purissimæ nullo cupiditatum æstu tabefiunt: Nec obscuntur mœroris nube, gemini oculorum soles: Nec flectuntur adversis, arcus superciliorum impositi; nec deliciis solvitur, pectoris illibata glacies; nec œstitiæ rugis inaratur, nitidissime frontis crystallus.

* Efflo-

* Effloreſcit pulchritudo, non ſolùm ex aptâ omnium inter ſe conſenſione lineamentorum, mutuóque nexu & habitudine congruenti, ac decore ſingulari cuique proprio, ex hilari coloris acrimoniâ, vividóque habitu; ex albi purpureique, unde nativus extat color, gratâ junctione & inobſervabili commiſſurâ; ex ipſo, qui micat ab oculis, fulgore blandiſſimo, & capillamenti colore ac modo, candore & æqualitate dentium, brachiorum & manuum vegeto nitore, exactâ reliquarum proportione partium; ſed ex oris etiam hilaritate, ſtaturæ juſtâ celſitudine, majeſtate totiùs corporis, atque dignitate inceſſûs.

SENTENTIÆ. Pulchritudo corporis, vel morbo peritura, vel ſenio, omnibus obnoxia eſt caſibus. [*Ambr.*] Non te vincat formæ concupiſcentia; adulterina eſt, fucis illita, nequaquàm vero ac ſincero fulgens decore. (*Idem.*) Pulchrior eſt vir muliere, ſed ſpecies mulieris magis allectiva, quam ſpecies viri. [*Antonin.*] Quàm fallax & ſuſpectum, quàm inſtabile & tranſitorium eſt, quidquid ſpecies, aut temporalis pulchritudo promittit! (*Aug.*) Interroga pulchritudinem terræ, interroga pulchritudinem maris, interroga pulchritudinem cœli: Pulchritudo eorum, confeſſio eorum eſt. Iſta pulchra mutabilia quis fecit, niſi incommutabilis pulcher in ſeipſo; (*Idem.*) Fallax certè, & ruinæ maximæ propinquus caſus, inevitabiléque periculum eſt Fœminæ Pulchritudo. (*Cyrill. Hier.*) Ubi eſt illa Pulchritudo? Heri apparuit quaſi flos, hodie flos ipſe non comparet: heri virebat herba, hodie ſiccata eſt. (*Hier.*) Specioſa mulier ſepulchrum eſt dealbatum. (*Chryſoſt.*) Pulchritudo ſine virtutibus præcipitium eſt patens, venenum inſipientibus compoſitum. (*Idem.*) Pulchritudo momentanea penè priùs marceſcit, quàm floreat. [*Philo. Jud.*] Formæ dignitas, aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur. (*Cic.*)

SI-

SIMILITUDO. Sicut herba manè crevit, floruit & ſiccatur; ad veſperamque indureſcit, & deperit: Ita erit omnis hominum Pulchritudo. (*Hier.*)

PUNIRE. Straffen. *Punir.*

SYN. Vindicare, caſtigare, plectere, ulciſci. ADV. Crudeliùs, (*Cic.*) PHR. Aliquem ſupplicio *vel* pœnâ afficere; conſtringere; coërcere; mulctare. Ab aliquo pœnam petere; repetere; expetere, perſequi; pœnas ſumere. In aliquem animadverſione & ſupplicio uti. In aliquem animadvertere. In aliquem exemplum edere. * Geſtrafft werden. *Etre puny.* Pœnas dare, perſolvere; péndere, perſolvere, depéndere, luere; ſuſtinere; ſubire; debere. * Er iſt nicht geſtrafft worden. *Il n'a pas été puni.* Pœnam vitavit, animadverſionem effugit. Elapſus eſt. Impunè illi fuit. Impunitatem eſt aſſecutus. Pœnam nullam tulit; ſuſtinuit, perpeſſus eſt. Evaſit ex judicio. Abſolutionem eſt adeptus. Pœna exemptus eſt. Judicio libertatus eſt. Debitas pœnas, non (exſolvit. Pœnas non dedit; non luit, non pependit. Ejus crimina impunita dimiſſa ſunt.

AMPLIFICAT. Nè populorum ſcelera ſua faceret, punivit. Sceleſtus enim verò ipſe eſt, qui cùm poſſit & debeat; Imperio ſcelera ſuccidit: fovet vitia, quisquis parcit ſceleratis. Nè culpa culpam traheret, pœnas ſtatuit. Tunc enim crimini ſuccedit crimen, quando prius eſt inultum, unum diſſimulatum plurim ſemen eſt ſecutorum. Nè exorbitaret in licentiam populus, cancellos ſtatuit, moderata ſupplicia: aliis cere putant omnes, quod impunè vident patrari.

SENTENTIÆ. Impunitate nutritur audacia. *Ambr.*) Non fruſtrà inſtituta ſunt poteſtas Regis, is gladii cognitoris, ungulæ Carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeveritas etiam boni Patris: habent omnia modos ſuos, cauſas, rationes uti-

utilitates. [*Aug.*] Sæculi lætitia, eſt impunita nequitia. (*Idem.*) Meritò malus punitur affectus, etiam cui non ſuccedit effectus. (*Idem.*) Nulla in Principatu beſtia ſævior, quàm impunitas delinquendi. (*Bern. Sèn.*) Impunitas injuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ. [*Bern.*] Non eſt crudelitas pro DEO crimina punire; ſed pietas (*Hier.*) Punitio mater eſt ſalutis. [*Chryſoſt.*] Bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit, [*Lact. Firm.*] Satis eſt pœnarum, potuiſſe puniri. (*Sen.*) Paucorum punitio terret & emendat omnes. [*Lips.*] Nemo crimen in pectore gerit, qui non idem Nemeſin in tergo. [*Idem.*] Culpæ comes juſtiſſimè pœna ſemper eſt. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut Medici, poſtquàm uſſerunt & ſecuerunt ſatis, non omittunt ſtatim ægrum, aut deponunt; ſed benigna fomenta quædam & acopa adhibent, doloribus mitigandis: Sic DEUS illos, quos ferro & igne ſapientiæ ſuæ purgâſſe ſatis videtur, lenibus quibusdam alloquiis fovet & tractat manu, quod dicitur, molliore. (*Lips.*) Sicut in Homine, cùm manus furto, venter ingluvie peccavit, totum corpus id luit: Sic in communi aliquo cœtu, paucorum delictum expetere ſæpe in omnes, præſertim ſi ii, qui peccant, velut digniora quædam membra ſunt, ut Reges, Principes, Magiſtratus. (*Idem.*) V. POENA.

PURGATORIUM. Fegfeuer. *Purgatoire.*

PHR. Purgantes, vel luſtrales flammæ: Purgator ignis: Piacularis Animorum carcer. Piacularia Demortuorum Stativa, *vel* Statio. Locus expiandis poſt mortem peccatis deſtinatus. Animorum, ad vitæ noxas poſt mortem expiandum ſedes. Pœnæ piaculares, quas ſolutæ corporibus Animæ luunt. Igne piaculari pœnæ, ab Animis, *vel* Animabus ferri ſolitæ. * Die Uncatholiſche laugnen das Fegfeuer. *Les Religionaires nient*

Digitized by Google

nitent le Purgatoire. Negant Acatholici, demortuorum Animas ullis piacularibus addictas esse pœnis. Negant, admissas in hâc vitâ noxas, ullis in alterâ suppliciis elui, ullo igne expiari.

SENTENTIÆ. Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare; ut à peccatis solvantur. (*2. Mach. 12. 46.*) Purgatorius ignis est, per quem in salvandis peccati rubigo consumitur. [*Rich. V.*] Purgatorium est domus plena ignis, qui virtute divinâ cruciat magis, quàm si essent in furno ardenti. (*Vinc. Ferr.*) Studeat quilibet sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat pœnam purgatorii tolerare. (*Aug.*) Ora pro defunctis; ut cùm fuerint in æternâ vitâ, pro te orare non negligant. [*Idem.*] Clamat porcus, & omnes cum eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes cum sublevare festinant: sed clamat in tormentis fidelis, & non est, qui respondeat. (*Idem.*) Vitia post obitum per expurgantis ignis fornacem expiantur, ut ad pristinam redire valeat Anima felicitatem. (*Greg. Nyss.*) Genus humanum dum à vermibus consumitur, purgatorio igne examinatur. (*Hier.*) In Mundo magna est tribulatio, sed major erit in Purgatorio, & maxima in Inferno. (*HugoC.*) Heu! utinam mille annis in purgatorio igne essem cruciandus, quàm Dominus Jesus à me esset offensus. (*Bern.*) Non frustrà ab Apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc discesserunt: noverunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum utilitatis. (*Chrysost.*) Quemadmodùm pro vivis oramus, ita & pro mortuis orari potest. *Idem.*)

SIMILITUD. Sicut Aurum, quod ex aliis permixtionibus sordidum efficitur, per ignem purgatur: ita & defuncti à sordibus, quas ex mundanis actibus contraxerunt, per Ignem Purgatorii mundantur. (*Ambr.*) Sicut sub eodem igne Aurum rutilat, &

Palea fumat : Sic idem ignis & reprobos cruciat, & electos purgat. (*Antonin.*)

Q

QUIES. Ruhe. *Repos.*

SYN. Requies, tranquillitas, laxamentum, pax, otium, vacatio, ceſſatio, remiſſio, finis, ſomnus. ADJU. Diurna, nocturna, placidiſſima, ſempiterna. [*Ex Cic.*] Deſidioſa, amica, deſes, mollis, ignava. PHR. Compoſitæ, *vel* tranquillæ mentis otia, curas exoſas. Ceſſatio ab opere. Otium ab operâ. Animi tranquillitas & ſecuritas. Neque verò nobis cupientibus & optantibus fructus otii datus eſt.

SENTENTIÆ. Diuturna Quies vitiis alimenta miniſtrat. (*P. Beda ex Cat.*) Requies Diaboli, lectulus tentationis eſt. (*Gloſſ. Ord.*) Apud Chriſtianos ſudoribus Requies comparatur. (*Hier.*) Nihil eſt, quod ita ſit inconcinnum & alienum à Chriſtiano, quàm requiem quærere. (*Chryſoſt.*) Modicus pilus peturbat oculum; & modica cura demolitur quietem. [*Clim.*] Suaviter requieſces, ſi cor tuum te non reprehenderit. [*Thom. Kemp.*] Imperforabilis manet à ſagittis inimici, qui amat quietem. (*Anon.*) Nulla placida Quies eſt, niſi quam ratio compoſuit : illa tranquillitas vera eſt, quam bona mens explicat. [*Sen.*]

QUIESCERE. Ruhen. *Repoſer.*

SYN. Acquieſcere, requieſcere, conquieſcere, ſilere, permittere, ſinere, otiari. PHR. Quieti indulgere, vacare, ſedare. Quiete membra reficere. Quiete vires fractas reparare. Ab diuturno labore, vires quiete recreare. Otio perfrui. In otio vivere. Viram otioſam & tranquillam agere. Nullam

am diurnæ nocturnævè quietis partem capis. Cogitationes illæ mihi nullam partem, neque nocturnæ, neque diurnæ quietis impertiunt. Nunquam per illum quietus fui. Ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis. * **Sein Gemüth ruhet nimmermehr.** *Son eſprit n'eſt jamais en repos.* Nunquam tranquillo eſt animo. Quietâ mente nunquam conſiſtit. Tranquillo nunquam animo poteſt conſiſtere. Ejus animus ſemper agitatur: nullâ quiete fruitur. Animo non conſiſtit. Nunquam ſedato eſt animo; vel, nunquam tranquillus animo eſt. * **Ich befinde mich in meinem Gemüth ruhig.** *Je vis dans un grand repos.* Quietam, tranquillam, facilem, ab omni cura vacuam, ab omni moleſtiâ remotam vitam vivo. De quibus anteà laborabam, nunc ſum animo tranquiſſimo. * **Laſt uns unſeren Pferden einige Ruhe geben.** *Faiſons repoſer nos chevaux.* Equis noſtris quietem nonnullam indulgeamus. Equos intervallo quietis recreemus, reficiamus. * In aciem educere militem requietum, integrum, plenum virium, vigentem & corpore & animo. * **Nach ſo viel Mühe und Arbeit werd ich ruhen.** * *Apres tant de peine je me repoſeray.* Poſt tot moleſtias quieſcam, quietem capiam, quieti me tradam, quieto animo vivam, quietè agam, in quiete degam, vitam quietam otioſámque traducam. * Mare quoddam mortuum eſſe aiunt, ſine vento, ſine motu: ſic ſæpe ego. (*Lips.*) Quando effulgebit nobis tranquillitatis ſol? Voveo, ut procul ab undoſo urbium mari, in hoc tranquillo & rureſtri portu quieſcat & conſeneſcat.

R

RECORDARI. **Sich erinneren.** *Se ſouvenir.*

SYN. Aliquid, *vel* de aliquâ re, *vel* alicujus rei meminiſſe, commeminiſſe, reminiſci, PHR. Ich erin-

erinnere mich alles deſſen / was ich geleſen. *Je me ſouviens de tout ce que j'ay lû.* Omnia quæ unquam legi, recordor, memini, memoriâ teneo, conſequor, animo ac memoriâ contineo, *vel*, comprehenſa habeo: memoriâ cuſtodio, retineo; fixa in animo teneo, menti meæ infixa ſunt, in memoria mihi penitùs inſident. Nihil eorum, quæ legi, memoriâ effluit, excidit, elabitur, dilabitur. * **So weit ich mich erinnern kan.** *De plus loin que jé puis me ſouvenir.* Quàm longiſſimè poſſum meminiſſe, recordari, præteritorum memoriam repetere. Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam; indè usque repetens, &c. * **Vergib mir / ich habe mich deſſen nicht erinnert.** *Excuſez moy, je ne m'en ſuis pas ſouvenu.* Da veniam, non venit mihi in mentem, non memini, memoria mihi excidit; non ſubiit animum cogitatio. Illa res, *vel*, Illius rei non venit in mentem. Illud in memoria mihi non fuit. * **Du bringſt mir dieſes zu Gedächtnuß.** *Vous me faites ſouvenir de cela.* Illud in memoriam mihi redigis, reducis, revocas. Illius rei memoriam revocas, *vel*, reducis in animum meum, mihi memoriam commoves. Meam memoriam excitas ad illius rei cogitationem. Mihi memoriam de illa re, *vel*, illius rei affers, redintegras, refricas. Facis, ut redeam in illius rei memoriam meam, ad illius rei cogitationem. * **Ich werde mein Lebtag an deine mir erzeigte Wolthat gedencken.** *Je me ſouviendray toute ma vie a es obligations, que je vous ay.* Tuorum in me beneficiorum memoriam perpetuò tuebor, conſervabo, benevolentiâ colam ſempiternâ. Vigebit in me, tuorum officiorum æterna, *vel*, nunquam intermoritura memoria. Hærebunt in mente, *vel*, Impreſſa in animo extabunt tua beneficia. **Sich des Verfloſſenen erinnern.** *Se ſouvenir du paſsé.* Mémo-

moriam præteriti temporis replicare, repetere. Redire in memoriam præteriti temporis. V. MEMORIA.

REFUTARE. **Ablehnen.** *Refuter.*

SYN. Confutare, refellere, diluere, excludere, ſubmovere, repellere, deſpicere, aſpernari, oppugnare. ADV. Graviùs, fortiùs, liberiùs. PHR. Refellere & coarguere mendacium alicujus. Captioſa Argumenta ſolvere. Noſtra confirmare argumentis, deinde contraria refutare. Subducere id, quo nititur adverſariorum Cauſa. Alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſubvertuntur. Replicatione elidetur exceptio. Ob evertenda Judicia id fecit. Dialectici multa inveniunt, quæ non poſſunt ipſi ſolvere. Ipſe audiat, ipſe diluat. Ego qua ratione res tam leves infirmem, repetire non poſſum. Utinam tam facilè vera invenire poſſem, quam falſa convincere. Quod eſt ab Adverſario objectum, lepôre magis elevandum, quàm contentione frangendum videtur.

RELIGIO. **Glaub.** *Religion.*

SYN. Fides. ADJU. Antiqua, communis, externa atque aliena, mira, priſtina, ſingularis atque aniquiſſima, divina, domeſtica, publica, ſempiterna, ſumma, juſta, utilis, nimia, perverſa atque mpia, pura, ſacra: *inexpiabiles, plures, ſanctiſſimæ, olennes, antiquiſſima.* (*Ex Cic.*) PHR. Cultus divius, *vel* ſacer. Quæ non patitur conſortem in animoum regno; nihil fœditate deforme, nihil in cæleſte orſusque divinum admittit. Religio Religionum oſt Chriſtum natum ſtultiſſima, iniquiſſima, ac ſanè à atione & verbo deſertiſſima. Cujus Religionis vis ea ſt, quæ poteſt nec obrui tenebris, quia ſplendida: ec coërceri anguſtiis, quia alta. Vera Religio perpetuâ quâdam Eccleſiæ ſucceſſione ad nos usque permanavit. evitas & inconſtantia quædam, & quaſi chaos religionum.

Digitized by Google

AMPLIFICAT. Ea Religio eſt, quam majores per filios & nepotes tradiderunt, quam antiquiſſimi Patres & doctores monumentis ſuis celebraverunt, quam Eccleſia ſancta dogmatibus ſuis profitetur, quam Sacerdotes ſuis miniſtris in ſuggeſtibus promulgant, ad aras teſtantur, vitâ & exemplo commendant. * Nos una ſententia, una fides, una religio non proximis annis ex obſcuris Alpium faucibus exorta, ſed jam inde ab Apoſtolorum temporibus, longè lateque diffuſa per omnes terrarum oras ſanctiſſimis vinculis vobiscum adſtringit, nec regum concordia & neceſſitudo mutuis confirmata, quam æternam fore, & opto, & ſpero, & vobiſcum omnino devinctos tenet, ut & veſtrum apud nos, & noſtrum apud vos nomen non ad odium, neque ad pœnam, ſed ad benevolentiam, atque ad laudem debeat valere.

SENTENTIÆ. Sæculum hoc ſatis mihi placet, quo nullum unquam teracius Religionum fuit, ſterilius pietatis. Quæ contentiones ubique? Quæ rixæ? [*Lips.*] Religio apud Hæreticos alieni juris eſt, ac translatitia. (*Strada.*) Religionis patrocinium, & tutela Legum, vera regnorum firmamenta. (*Idem.*) Quoties mota eſt ſacra hæc Religionis anchora, toties fluctuavit Reipubl. navis. [*Idem.*] Religionis jactura nullo aut opum, aut imperii additamento repræſentari poteſt. (*Idem.*) Religio meretrix non eſt, pigmenta reſpuit. (*Thes.*) V. FIDES.

RELIGIO. Geiſtlicher Stand. *Ordre Religieux.*

ADJU. Sancta, antiqua, Angelica, eximia, pura, integra. PHR. Religioſus Ordo, cœtus, conventus. Religioſa ſodalitas. Religioſorum collegium, corpus. Sacra familia. Via tendendi ad perfectionem. (*Antonin.*)

SENTENTIÆ. Religio eſt civitas DEI, caſtrum divinæ potentiæ, ſchola ſalutis, fons bonitatis æternæ.

(*Alan.*

Alan. de Rupe,] O qualis hæc vita! in quâ jejunij abor compenſatur mentis placiditate, levatur uſu, uſtentatur otio, aut fallitur negotio; non oneratur undi ſollicitudine, non occupatur alienis moleſtijs, on urgetur urbanis diſcurſibus, (*Ambr.*) Religio aradiſus eſt voluptatis, delectationis & gaudii. (*Anton.*) anc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare elim, neque dignè valeo. [*Aug.*] Nullo modo ecet, ut in eâ vitâ, ubi fiunt Senatores laborioſi, bi fiant opifices otioſi: & quò veniunt relictis delicijs iis, qui fuerant prædiorum Domini, ibi ſint Ruſtici elicati. (*Idem.*) O vita ſancta, vita ſolitaria, vita erfectorum, vita Angelica, vita pœnitentium, vita leifica! [*Idem.*] O vita ſecura! ubi pura conſcienia: ô, inquam, vita ſecura! ubi abſque formidine ors expectatur, imò & exoptatur cum dulcedine, & xcipitur cum devotione. (*Bern.*) Verè Religio ſt Paradiſus, in qua eſt pretioſarum virtutum fœcunla fertilitas. [*Idem.*] In Religione Homo vivit puiùs, cadit rariùs; ſurgit velociùs, incedit cautiùs, roratur frequentiùs, quieſcunt ſecuriùs, moritur ducius, purgatur citiùs, præmiatur copioſius. [*Idem.*] Ordo debet eſſe totius ſanctitatis ſpeculum. (*Bonav.*)

SIMILITUD. Vita clauſtralis eſt ſicut navis, in ua ſi minima contemnantur, i. e. ſtupa, clavus & era, paulatim ſubintrat aqua, & demergitur in proundum. [*Hugo G.*] Mundus aſſimilatur Pelago, Porus verò eſt vita religioſa. (*Ephræm.*) Ut Sol denſis bductus nubibus, iisdem pulſis, terrarum orbem ſua ce melius colluſtrat: & in mari à fluctibus ſcopuli etuntur quidem, at non lædúntur, ita hæc ſeſe tandem rigit, ac gloriosè triumphat.

RELIGIOSUS. Ordens-Perſon. *Religieux*

PHR. Religioſi Inſtituti ſectator. Religioſi ordiis ſodalis. Vir è religioſo cœtu. Adſcriptus reli-

ligioso cœtui. * **Geiſtliche aus dem Benedictiner-Orden.** *Les religieux Benedictins.* Qui ſacra profitentur inſtituta S. Benedicti. Qui ſectantur vitæ inſtitutum S. Benedicti. Qui ſunt adſcripti ſacræ familiæ S. Benedicti. * **Geiſtliche Jungfrauen.** *Religieuſes.* Sacræ Virgines. Virgines DEO ſacræ, Chriſto ſacratæ, conſecratæ, addictæ, dicatæ. * **Er hat im Sinn ins Cloſter zu gehen.** *Il a deſſein, de ſe faire religieux.* Ad religioſam diſciplinam animum appulit, adjecit. * **Ins Cloſter gehen.** *Se faire Religieux.* Religioſam vitam inire, amplecti. Religioſæ cuipiam familiæ nomen dare. Religioſæ vitæ diſciplinam amplecti. DEO dicare ſe in religioſâ familia. Sacræ familiæ, *vel* in ſacram familiam ſe dicare.

SENTENTIÆ. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. [*Matth.19.29.*] Quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque deſertis Mundi hujus illecebris, in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregationem, ſimul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus: nullâ ſuperbiâ timidi, nullâ pervicaciâ turbulenti, nullâ invidentiâ lividi; ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam & intentiſſimam, in DEUM gratiſſimum munus offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. [*Aug.*] O quàm abominabilis, eſt ille religioſus Domino, qui veſtem ſumit humilem, & cor ſuperbum! (*Bonav.*) Superbus Religioſus non indiget Dæmone ſe tentante; ipſe enim ſibi ipſi factus eſt Dæmon & impugnator. (*Dion.Carth.*) Nihil prodeſt Religioſis vile palliolum, furva tunica, corporis illuvies, & ſimulata paupertas; ſi nominis dignitatem operibus deſtruant? (*Hier.*) Religioſus cor eſt Eccleſiæ. (*Hugo &c.*) Religioſæ vitæ certum argumentum

non

non eſt, pallii ac promiſſæ barbæ oſtentatio. (*Iſidor. Pel.*) Erubeſcat Religioſus, deterior eſſe in clauſtro, quàm fuerit in ſæculo. (*Trith.*) Civitatis Cuſtodes ſunt Religioſi. (*Plato.*)

SIMILITUD. Sicut piſces nutriuntur in aquis; ſic Religioſi debent nutriri in aquis tribulationum. [*Hugo C.*] Sicut Ficus bonæ, valdè bonæ ſunt; & Ficus malæ valde malæ ſunt: Sic Religioſi cùm mali ſunt, peſſimi ſunt; cum boni ſunt, optimi ſunt. (*Idem.*)

RESIPISCERE. Sich beſſern. *Se corriger.*

PHR. In viam redire. Ad frugem animum applicare. Abſtinere ſe à nefario ſcelere. Morum facienda mutatio eſt. Lapſus ætatis tyrocinio poſteà ſe correxit. Quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. Nunc ego demùm in rectam redii ſemitam. Facinus eſt, quod pœnitere ſit neceſſe. Quò faciliùs animos imperitorum, ad Deorum cultum à vitæ pravitate converteret. Reſipiſce, dum tempus eſt, altúmque tibi imprime extremarum miſeriarum ſynopſin; & ſi umbram reformidas, rem ipſam magis timere ac cavere ſatage. V. CORRIGERE.

RESURRECTIO CHRISTI.

PHR. Sacræ Paſchæ dies CHRISTI reſurgentis. Feſtus dies CHRISTI è ſepulchro exiſtentis, *vel* ſe ſuſcitantis, *vel* ſe à morte excitantis. Myſterium CHRISTI Domini redivivi, *vel* ad vitam redeuntis, *vel* ſe ipſum è mortuis excitantis, *vel* ſuâ virtute è mortuis exſurgentis, *vel* ſuo è tumulo prodeuntis.

AMPLIFICAT. Redit illa mens, redit victrix gloriæ ſuæ ſplendore quaſi puriſſimis veſtibus amicta, inumeris Angelorum beatorúmque civium choris ſepta, quorum alii (opinor) triumphos canunt victori, alii jucundiſſimam cœleſtium florum maſſam plenis manu-

nibus inſpergunt. Interim anima ſubtiliter influit in corpus, quod in morte reliquerat, ſuique penè ſimillimum facit. Nam lapidem ſtatim permeavit, nec ejus ſubtilitati marmoris ſoliditas reſtitit. Et ubi jam oris pallor? ubi illita ſputorum fæditas? ubi concretus ſanguis? ubi ſpinarum veſtigia? ubi liventes humeri? ubi manantes cruore rivi? ubi flagellis artus conciſi? Tam brevi momento tantæ ignominiæ fuligo deterſa eſt, & gloriæ fulgor occupavit omnia. Et nunc quidem frons ſerena, nunc illuſtres oculi, nunc ad gratiam rubeſcentes genæ, nunc os purpureum, nunc collucet & vibrat auro cæſaries, ad ſummum totus eſt, quaſi Sol prorumpens è nube. * Non aliter quam in ſpectaculo nobis aliquo propoſito lumen unum ex innumeris facibus conflatum perſtringeret aciem oculorum, omnis Chriſti benedictio in reſurrectionis fulgens gratia; magnum animis noſtris ſplendorem immittit. (*Greg. Naz.*)

SENTENTIÆ. Reſurrectio CHRISTI Defunctis eſt vita, Peccatoribus venia, Sanctis gloria. (*Ambr.*) Reſurrectio CHRISTI operatione virtutis homines elevat de imis, ſuſcitat de terrenis, collocat in excelſis, conſummat juſtos, firmat dubios, damnat incredulos. (*Aug.*) Paſca CHRISTI eſt Regnum Cœli, Salus Mundi, Vita Credentium, Occaſus Inferni, Gloria Supernorum, Reſurrectio Mortuorum, Teſtimonium Reſurrectionis divinæ, Pretium Redemptionis humanæ, Cognitio Mortis abolitæ. [*Idem.*] Nos CHRISTI Mors vivificavit, nos Reſurrectio erexit, nos Aſcenſio conſecravit. (*Idem.*) Radix amara Crucis evanuit, flos vitæ cum fructibns erupit: qui jacuit in morte, ſurrexit in gloria. (*Glos. Int.*) CHRISTUS in juvenili ætate reſurgere voluit, ut futuram reſurgentium qualitatem in ſeipſo præmonſtraret. (*Th. Aq.*)

REX.

REX. König. Roy.

SYN. Princeps, Imperator, Rector, Monarcha.
ADJU. Afflictus perditusque, inimiciſſimus, ſuperbiſſimus & crudeliſſimus, antiquisſimus & clariſſimus, opibus firmus, maximè neceſſarius, inſigniter ſuperbus, locupletisſimus, opulentisſimus, maximus poſt Alexandrum; præſtans ingenio, atque imperii gloriâ; perpauper, potentisſimus & quondam nobiliſſimus, ſceleratus & impius, immoderatus. (*Ex Cic.*)
PHR. Regio jure ac Dominatu imperans. Regiâ Jurisdictione imperióque dominans. Plurium regnorum potens. Rex hæreditarij juris *vel* hæreditariæ ditionis ac prærogativæ: Rex nanciſcens ſceptrum jure hæreditario. Rex ſuffragatoriæ lectionis: Rex non ſui juris, ſed alienæ lectionis. Cujus virtutem non immeritò Mundus admiratur, potentiam non pauci perhorreſcunt. Quem illuſtri familiâ ortum, & morum ſummâ elegantiâ præditum Fortuna Regis titulo inſignivit. Rex ætate minor, indole animi ſuis Majoribus æqualis. Incomparabilis Monarcha, Regum compendium, Principum terminus, qui nulli cedat; Virorum Pandora.

AMPLIFICAT. Cujus ſanctiſſimum nomen, venerandamque majeſtatem apud omnes orbis univerſi gentes ac nationes ita fuit in honore admirationeque, ut ſemper omnes populi Regem ſuum tanquam DEUM aliquem in terris mortalem, ad quem ſit in homines divinitus conceſſa poteſtas, venerarentur. * Rex, cujus mortem ſinguli nobiles ſordidati, ut ſuum Regem; urbes in ſquallore jacentes, ut ſuum principem; plebei lachrymis perfuſi, ut ſuum dominum; ſtipendiarii luctu ſqualentes ut ſuum imperatorem, iis aut non diſſimilibus vocibus proſequi poſſent: Quid? Auguſte vere, quid nos deſeris? an tu indignus tanto imperio? Nihil minus: Sed nos in omni flagitiorum cæno volutantes indigni tanto Imperatore.

Quid

Quid Auguſte, quid nos deſeris? Turca naturâ quâdam immanitate efferatus, & inſito quodam Chriſtiani nominis odio jam inſanire, furere, agros depopulari, templa depeculari. Serva te Chriſtianis. Hæretici odii & ipſius Sathanæ furiis concitati ſaga ſumere, Deique imaginem comminuere, Chriſtianorum cæde omnia funeſtare, Eccleſiæ fundamenta labefactare; Serva te Eccleſiæ. * Reges, quorum vitia larvato quaſi vultu, ſpeciem induunt virtutum; quorum inquam, majeſtas id omne ſuâ luce obfuſcat, quod reprehendere & criminari fama non mendax aliquando poſſet. Imperant cæteri Reges legibus certis: rerum omnium ſuis in regnis Dominus eſt magnus Turca; cæteri ſubditos habent incolas, hic mancipia: cæteri liberos plerúmque homines habent, hic juris ſui nullos: cæteri non in ſubditorum opes ac fortunas jus habent, hic in domos, in terras jus habet; nec adeò quisquam eſt magnus, ut aut de ſtatu aut de vita ſit ſecurus, niſi magno domino quandoque ſit gratus. * Qui ita terrarum imperia frenant, & ex alto ſublimique ſolio populis jura dictant, ut vicarii quidam in terris ſint DEI quique meritò pietatis ardore, ſuccenſi ad illum Regem ſeſe rurſus attollunt, & quo poſſunt in terris amore ſtudióque honorem ejus procurant. * Qui implevit terram ſuâ gloriâ, & certè ſuæ religionis ardore cœlum: ſic potens, ut cum potentiſſimo orbis, poſſit certare de orbe, & una veráque cura ſic complexus univerſos ſuos, ut lis fuerit in illius regno, debeat ne illi magis Mars, an Muſæ, nobilis, an plebs; Miles, an Mercator. * Qui nihil habet priùs, nervos Hæreſeos elidere, Chriſtianitatis firmare, ſolidéque conſtituere: cujus neſcio religio ſolio, an ſolium religioni debeat magis. * Qui cum ingentem belli molem, & invictiſſimum exercitum educturus eſt; facit ut ingenti timore attonitus hæreat orbis, & virium ſuarum con-

conſcii cæteri Reges expaveſcant ; cujus vim & gladium reformidant omnes, qui omnes ſuas tot & tantas terras in oculis, quaſi ſub manu habet, ad cujus nutum ſolum vel ex ſola nobilitate victor orbis exercitus conſurgit; qui tantum habet, quantum cupit: ille Rex non palmam dico, ſed ſpem etiam palmæ cæteris omnibus eripit Monarchis. * Cujus verbum imperii lex eſt, & in eo mors & vita populorum: cujus magnificentia in palatiis, amplitudo in ditionibus, opulentia in theſauris, potentia in incredibili militum numero non Aſiæ principes, ſed orbis univerſi Monarchas longo poſt ſe intervallo relinquit.

SENTENTIÆ. Rex eſt Princeps ſecundum Leges electus, & civilis Conſtitutionis Dominus. (*Plato.*) Rex à regendo dicitur: non autem regit, qui non corrigit. (*Aug.*) Juſtitia Regis eſt pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, ſibi ipſi ſpes futuræ beatitudinis. (*Idem.*) Tempeſtas grandis eſt indignatio Regis. (*V. Beda.*) Monarcha verus debet eſſe ſummâ celſitudine pollens, ſummâ fortitudine præſidens, ſummâ dulcedine paſcens. (*Bonav.*) Ille Rex verè non dicitur, qui vitiis ſervire monſtratur. (*Caſſiod.*) Quid in præſenti ſæculo Rege ſublimius? (*Clem. P.*) Eſſe Regem, quia ſunt & alii, non mirum eſt ſed eſſe Catholicum, quod multi alii non merentur, hoc ſatis eſt. (*Greg. M.*) Non ita corona caput Regis obvincit, ſicut animum ſolicitudo. (*Chryſoſt.*) Virtus Regum nullo clariùs elucet indicio, quàm ſi majeſtate ejus pacem populus, Eccleſia quiem, & religio gratum Domino recipiat incrementum. (*Joan. Sariſb.*) Rex qui in hoc ſæculo benè imperat, ſine fine in perpetuum regnat, & de gloriâ huius ſæculi, ad æternam gloriam transmeat. Qui verò

ro prave Regnum exercent, poſt veſtem fulgentem, lapillorumque nitorem, & nudi & miſeri, ad Infernum torquendi deſcendent. [*Iſidor. Hiſp.*] Veri Regis Lex ac Norma eſt voluptatibus imperare, ijsque dominari. (*Anon.*) Niſi Philoſophi regnent, aut Reges Philoſophentur; nulla erit malorum quies unquam humano generi. (*Plato.*) Fortem, juſtum, ſeverum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem eſſe, hæ virtutes Regem decent. (*Cic.*) Rex es: tam times, quàm timeris; & quamlibet ſis multo comitatu ſtipatus, ad periculum tamen ſolus es. (*Minut. Fel.*) Hominum Rector caputque rem ſacro-ſanctam ſe putet: nec magis adorari coliquè permittat, quàm ſe colat. (*Nier.*) Grandior & honorificentior titulus Principis eſt, Servum eſſe publicum. (*Idem.*) Regis nomen non eſt feliciſſimi, ſed Vigilantiſſimi. (*Idem.*) Rex Parens Orphanorum eſt, Sponſus Viduarum, DEUS Paupertum, Satelles divitum, Oculus Cœcorum, Manus Mutilatorum, Supplementum Neceſſitatum communium, Votum Univerſorum, Artifex Pacis, Fidejuſſor Securitatis, Oſor Belli, Proxeneta ſalutis publicæ, Amor Omnium, Numen mortale. (*Idem.*) Per Reges electa organa DEI diſpenſatur Fortuna Mortalibus. (*Idem.*) Temperet ſe, qui omnia poteſt. (*Idem.*) Purpura naturalis & digna Rege pudor eſt. (*Idem.*) Qui Viris dominantur, nè pareant fœmineis moribus. (*Idem.*) Edicta fruſtrantur ſæpè, Facta vero Regia religioſiſsimè obſervantur. Nullæ aliæ Leges tam felices ſunt, tam venerabiles, quàm quas Rex geſtu promulgavit. (*Idem.*) Princeps eſt imago & exemplar DEI in terris, rerum moderator & arbiter; in cujus manu poſitæ opes, dignitas, vita omnium noſtrum. (*Lipſ.*) O verè juſtum & legitimum Principem illum, qui in ſummo faſtigio, non magnus magis quàm bonus audire deſiderat: & duas res diverſiſsimas, Potentiam ac Modeſtiam

Digitized by Google

deſtiam miſcet ! (*Idem.*) Reges pravi non ſoles ſunt, ſed Cometæ. (*Compton.*) Rex Avaritiæ deditus aureum mancipium. (*Idem.*) Rex Sol quidam terreſtris. (*Idem.*) Regum vitia tranſeunt in ſubditos. [*Idem.*]

SIMILITUD. Regiam ſtatuam fabricaturus Sculptor; Regulas Artis ſequetur; non quas amicus ignarus Statuariæ dixerit. Sic Rex Juri Æquitatiſque pareat; cæterà ſurdus. (*Nier.*) Quemadmodum moles efferenda machinis, ſi præcipuæ peccent trochleæ, dilabitur, eaſu ipſo diſſolvenda: Sic vitio Regum, non tantùm publica ſalus & commodum ſurgere nequit, ſed noxio relabitur pondere. (*Idem.*) Ut Gubernator in magnâ navi flectit & regit omnia parvo motu; imò ut ipſe Mundi ille Rector DEUS machinam hanc quatit & movet ipſe inconcuſſus: Ita ſedatus Princeps regit Rempubli. (*Lips.*) Ut à Sole in ſubjecto hoc orbe lux aut tenebræ: Sic à Principe apud ſubditos prava pleraque aut recta. (*Idem.*) Ut Reguam oportet rectam eſſe, ad quam cætera adæquantur: ſic meritò Principem, ad quem alii diriguntur. (*Idem.*) Ut in corporibus graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur: Sic qui à Principe. (*Idem.*) Reges ut fulmina ſunt dura frangunt, mollibus plerumque illæſis. (*Idem.*) Sicut ſuprema Mundi Pars ventis, fulmibus, pluviis non turbatur: non idem debent Principes. (*Idem.*) V. PRINCEPS.

ROGARE, Bitten. *Prier.*

SYN. Orare, precariò precari, deprecari, obſecrare, teſtari. ADV. Acriùs, arroganter, contumaciter, ſuſpicatò, blandè, concinnè, perpuſillum diligentiſſimè, etiam atque etiam, iterum átque ſæpius, nominatim, vehementer, familiariter, parum prudenter, manoperè, modeſtè, tacitè. (*Ex Cic.*)

PHR. Flagitare aliquid, *vel*, de aliquâ re. Aliquid ab aliquo deprecari, precibus contendere, petere ac rogare. Alicui, *vel*, ad aliquem manus tendere pro aliqua re. * Ich bitte dich ſehr hefftig. *Je vous prie tres humblement.* Singulari ſtudio, vel enixè, impensè, obnixè, *vel* precibus enixis, obnixis à te peto. Omnibus precibus oro. Quàm poſſum ſtudioſisſimè à te contendo. A te maximopere poſtulo. Etiam atque etiam peto quæsóque. Sic à te peto, ut majore ſtudio, magisque ex animo petere non poſſim. Precibus tecum ago quàm poſſum diligentisſimis. Eſt quod à te magnopere oratum velim. Intentiùs à te peto. Precibus omnibus te oro atque obteſtor. Rogo te pro amore noſtro, amoris noſtri causâ, pro noſtrâ amicitiâ, pro noſtrâ ſummâ conjunctione, pro pari inter nos & mutuâ benevolentia, fide diligentiâque: quantum me amas, tantum à te peto: pro eo quanti apud te ſum. Te amantisſimè rogo. * Ich hab ihn um dieſe Gnad gebetten. *Je l' ay prié cette grace.* Rogavi illum hanc gratiam, *vel* de hâc gratiâ. Rogavi ab illo hanc gratiam. * Mein Bruder hat dieſe Gnad von mir begehrt. *Mon frere m' a prié cette grace.* Rogatus ſum hanc gratiam, *vel*, de hâc gratiâ ab fratre meo. Rogata eſt hæc à me gratia per fratrem meum. * Ich bitte dich, höre an mein bitten und flehen. *Je vous prie, accordez cela à me prieres.* Sine, me hoc à te impetrare, ſine te exorari. Sine, te exorem. Hoc in me, quæſo, confer gratiæ. Sit apud te meis precibus locus. Meis precibus facilem te præbe. Nè me rogantem ſuppliciter, à te rejicias. * Er hat mich ſehr gebetten / ich ſoll ihm helffen. *Il m' a prie fort humblement de l' aider.* Mihi ſupplicavit, Mihi ſupplex fuit, ſuppliciter mecum egit, Rogavit me quàm ſuppliciter potuit, Multis & ſupplicibus me verbis oravit, Humili & ſupplici oratione obteſtatus eſt, ſuppliciter à me petiit, ut

ipſi

ipſi ſubvenirem. Prece & obſecratione humili à me contendit, ut ei ſuccurrerem. * Ich bitte dich / verlaß mich doch nicht. *Je te conjure, de nej me point abandonner.* Obteſtor te, obſecro te, uti me non deſeras. Per ego te hanc tuam pietatem & fidem oro & obteſtor, nè me deſtitutum eſſe patiare. * Ich bin gebetten worden / daß ich dieſes thun ſolte. *Lon m' a prie de faire cela.* Rogatus hoc feci. Crebro rogatu adactus, Multis & aſſiduis exoratus, permotus precibus. Quotidianò pænè efflagitatus convitio. Crebrâ & fermè quotidianâ efflagitatione lacesſitus. Multiplici rogatu adductus ſum, ut hoc à me fieret. * A me valdè contendit, Me implorat atque obteſtatur. Meum ſubſidium invocat. Id ut facias, te obteſtor atque obſecro. Obteſtor oróque vos. Amicis ejus omnibus pro te libentiſsimè ſupplicabo. Se ad ejus pedes abjecit, ſupplicitérque locutus. Provolutus ad pedes orare cœpit. Advolutus eſt pedibus ejus. Ad genua accidit lacrymans miſera. Vobis ſupplex manus tendit patria. Hæc quàm poteſt demiſsiſsimè exponit. Orat multis & ſupplicibus verbis, ut, &c. Demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare à Patribus cœpit, Fracto animo atque humili alicui ſupplicare. Ut quid cumulatius cuperet à ſuâ Majeſtate.

ROMA.

ADJU. Inclita, ferox, bellica, bellatrix, ſeptricollis, antiqua, nobilis, celebris, Romulea, Quirinalis, victrix, triumphatrix, ſancta, ſuperba. PHR. Mundi, *vel* Orbis Domina, regina, decus. Totius propemodum Orbis caput. Gentium commune perfugium. Urbium princeps. Orbis triumphati caput. Quæ ut quondam caput orbis imperio fuit, ita nunc princeps eſt Religione. Sedes ſummi Eccleſiæ Catholicæ Hierarchæ & CHRISTI Vicarii

propugnaculum orthodoxæ fidei, dom
ctitatis. Gentium in toto Orbe præ
omni virtute. (*Plin.*) Arx omnium
rissimum imperii domicilium, opus mundi
mum, princeps caput urbium, domina
prima urbes inter, domus aurea Romæ,
Ausonium, dicta æterna. (*Pont.*) Roma
est, & inter prima mundi spectacula jure
tur. (*Lips.*) Pulcherrimum mundi opus.
Vetús illa Roma tot ingeniorum, artium,
vel mater, vel sedes. [*Idem.*] Nobis con
ipsam Romam & sacrum in eâ imperium, tu
velut anchoram fluctuantem diu Europæ.
benignitas in hanc urbem! Legionum vim e
gum attribuit, cum armis imperare noluit,
dulsit, & sic quóque fecit eam decus, tu
lumen rerum. (*Idem.*) Ego inter imperia
tudines, quas DEUS à condito orbe esse vo
nere censeo & primas ferre Romam. (*Id*
beatissima urbium Roma? nonne senacu
domiciliis propè frequentior? quæ juvenili
data paucos ambitu colles primum comple
natoriis tandem comitiis propagata terras un
tione occupavit.

AMPLIFICAT. Hæc fuit illa urbs, ut ni
perium optare à DEO homines, nullum ho
dare potuerit DEUS aut amplius, aut illustri
illud, quod olim cum hac ipsa urbe terrarum
cœli, ut ita dicam, vicaria, communica
à parvo quidem, ut fermè omnia, princip
riis numerans bella, subactis victoriis pro
vinciis, ita admirabili progressione, ac cu
incredibili venit ad summum, ut tanquam
la, & Occidentis partibus gloriæ splendore
in Orientem, brevi omnes terras sui nomin
tione armorum fulgore compleverit. * Ro

ad imperandum, ad vincendum, ad dominandum ad rerum potiendum, tot viris aucta & virtutibus, ut neceſſe fuerit, ubi ipſa eſſet, ibi imperium eſſe terrarum.

ROSA.

ADJU. Verna, florens, rubescens, tenera, & amœna, purpura, picta, mollis, roscida, fragrans, odora, beneolens, Pæſtana, ſpinis vallata, ſanguineo fulgore micans, damascena, centiſolia. PHR. Flos Veneri ſacer. Veris honor, decus. Horti mei pulcherrima hospita.

AMPLIFICAT. Quis Rosam nescit, Florum eſſe Reginam, hortorum decus, nativam terræ purpuram, nenſium amœnisſimi amœnisſimum ornamentum; & empeſtatis floridisſimæ partum ſpecioſisſimum? Quis ion videt, dum Rosam aspicit, vivum illam eſſe carbunulum, ſtellulámque participem vitæ, ignémque odorierum, epitomémque venuſtatis, & ridentis naturæ, geióque indulgentis opus abſolutum? * Multiformes orrò rosarum habitus ſunt. Eſt quæ anguſto foliorum alero tota contecta, faſtigiatum pyramidis acumen rimùm absolvit, corpus reliquum viridanti vaginâ ontinet. Aliam videas diu collectos in ſinum amictus tam exſinuare, & foliorum ſuorum censum mediri, & patulo ridentis calathi honore, ſeminis inuſi ærœum aureum oſtentare. Verum caduca eſt mnis rosarum gloria. Videas in eodem horto rosas, rgines rore matutino florentes, & formosas: redi oſt pauculas horas, & videbis deformes anus, quæ eus omne & divitias amiserint. Heu quam præceps itura formæ! vix natæ conſenescunt, & terram nuicem ſuam exuviis ſuis operiunt: quæ denſo comam igne modô riſerant, mox collapſis pallidæ foliis orant & emarcescunt. * Videas primùm tereti pite nullis armatam ſpinis innocenter clementerque

assurgere: ut quam nusquam hactenus inveneris inermem nudámque ab omni doloris aculeo, floridam voluptatem ipsa promittat. Videas deinde frondibus magnitudine ac formâ pampinos imitantibus convestitam à *S*maragdino dehiscentis calicis conclavi, multiplici foliorum syrmate regaliter explicato in publicam lucem prodire, lucis ipsius formosa discrimina quotidie sic æmulantem, ut mane quidem candidam, meridie, flammeam, vespere purpuream, hoc est, simul aliam, simul eandem admireris: & quotidiani miraculi novitate fateri cogaris, ad florum reginam, quæ tanquam Sol alter, vario fuco lucis diem coloret, colorum principes vicissim accedere tributarios. * O Rosæ, pulchra veris morientis vulnera! quandoquidem vestrarum inter spinarum mucrones nitidè cruentum emoritur Ver. Emoritur quidem Ver in *R*osâ, sed nascitur in Caryophyllo; qui, quod coloribus vernat omnibus, quod nullis concedit odoribus, renascenti quotannis Phœnice pulchrius æstivos per æstus, Veri digna substernit incunabula.

S.

SACERDOS. Priester. *Prêtre.*

SYN. Presbyter, mysta, pontifex. ADJU. Divinus, infulatus, venerandus, religiosus, integer, sanctus, purus, gravitate ornatus, vitâ honestus, sapientiâ pollens. PHR. Sacrorum præses: Cui cura sacrorum. *S*acerdotio initiatus: Per ordines omnium Ordinum gradus, ad *S*acerdotii fastigium provectus, promotus. *S*acerdotes Ecclesiam errorum vitiorumque lacunis contaminantes, divinam iram in mundum derivant. Vir legitimè ab Episcopo ordinatus, ad *S*acrificia tanquàm Minister Dei facienda.

AM-

AMPLIFICAT. Deos appellabat David Sacerdo-
es, inquiens, Dii ſunt terræ Sacerdotes: quâ pote-
ate nec Angelos neque Archangelos Deus quidem
onavit, illâ Sacerdotes impartivit. Si enim odio
atris tabescas, ſi inceſtâ Venere te obſtringas, ſi
nguine patris ſis perlitus, aut ſi quod poſſis exco-
itare tetrius flagitium, Sacerdos te quam primùm
omni labe integrum reddit. Quid? Sacerdotes ita
piritú ſancto afflati ſunt, ut quam Chriſtus á Patre,
Chriſto Apoſtoli acceperunt laxandi peccati poteſta-
m, eandem à ſingulis acceperint Sacerdotes. Quid?
acerdotes in terris maximam poteſtatem, in cœ-
plusquam angelicam acceperunt. * Sacerdos, qui
ebem præceptis informat ad pietatem, Sacramentis
l ſalutem, exemplo ad religionem; qui plebis ani-
os ſuo imperio intra officii virtutisque lineas con-
net, lupos ovili pelle incluſos ab ovili arcet, qui
æmonum furorem autoritate, malitiam verbo, im-
tum precibus elidit, qui altari operam navat, qui
bus divinis addicitur, qui Apoſtolorum in terris per-
nas tuetur. * Sacerdotes, quorum fundamen-
m eſt Zelus. Confeſſores, quorum ornamentum
Zelus; Aaronis filii, quorum finis eſt Zelus: Ec-
eſiæ alumni, quorum inſtitutio eſt Zelus. * In
o Zeli virtus tàm lata eſt, tàm profunda, tàm alta,
in quamcúnque partem defixerimus mentem, nec
le poſſimus attingere altam, nec notione latam, nec
imo profundam. * Parum eſt: Sacerdotem eſſe
gam, ad conterendas Zabulon vires: aut virginem,
configendas carnis illecebras; aut candelam ad lu-
n mundo præferendum, aut turrim oppoſitam hæ-
eon machinis; aut montem oppoſitum ſpiritus ca-
i; aut ſalem condiendis bonis; aut ſolem purgan-
pravis moribus aptum: Cum, ſi puritatem in hac
rporis contagione ſpectemus, Angelus; ſi penda-
is autoritatem, Sacerdos, id eſt, Angelo multis

partibus ſuperior. * Si Zelus contra hæreſin, Zelus pro domo DEI, in principe hoc tempore debebat nitere: in Sacerdote certe debet ille ſplendere, & ita ſplendere, ut ſacerdotem reliquis virtutibus inſignem & Zeli expertem, putem umbram; Zelo incensum, & aliarum virtutum notas obscurè præferentem, cenſeam tamen candelam in Eccleſia, aut potius Solem. * Senex ſanctiſſimus, & veterum illorum Pontificum ſimillimus ſcelerum ultor, juſtitiæ cultor, veteris diſciplinæ reſtitutor, cui bono publico, hic miſeris ac turbulentis temporibus Eccleſiam ſuam gubernandam commiſit DEUS.

SENTENTIÆ. Væ ſacerdori, cujus acediâ, vel unius diæculæ prætermittitur Miſſa! Resarcire damnum poteſt, ſed neglectum & ſubtractum orbi bonum redhibere non poteſt, [*Alan de Rupe.*] Te reſpice, ô Myſta DEI! noſce te, & miſerere animæ tuæ; tuum ſanctum honorifica ſacerdotium: Sin, exhonorabit te CHRISTUS. (*Idem.*) Transubſtantiare, DEUM Mortalibus dare, DEUM Orbi per DEUM reconciliare; Regno Cœlorum, Regisque Divorum ac Regum vim facere, ſacerdotum eſt, non Angelorum. (*Idem.*) Quicúnque erit honore ſacerdotali prædituſ, & proximus fuerit ebrietati, vicinus eſt ultioni. (*Aug.*) Quisquis divino munere Sacerdos conſtitutus, vinolentus acceſſerit ad Sacramenti celebrationem, mortis conſequendæ non habet dilationem. [*Idem.*] Non eſt jam dicere, ut populus ſic ſacerdos: quia nec ſic populus, ut ſacerdos. (*Bern.*) Sacerdotales viros quæſivimus, qui plures Sacerdotes habemus; plures, inquam, numero, non merito; ſimulatione non fide; Specie, non virtute; Conjunctione corporali, non vinculo ſpirituali; Carnis adjunctione, non cordis unitate; Sunt enim lotis manibus, tamen illotis operibus. (*Idem.*) Non ſicut Sacerdotes aſſiſtunt in altario, ſed ſicut Carnifices in macello. (*Idem.*) Sacer-

cerdotes ſunt DEI interpretes. (*Dion. Areop.*) Nulla certè in mundo tam crudelis beſtia, quàm malus Sacerdos. [*Euſeb. Caſ.*] Ignominia omnium Sacerdotum eſt, propriis ſtudere divitiis. (*Hier.*) Sunt Sacerdotes, qui nocte Venerem amplexantur, manè verò Virginem venerantur. (*Innoc. III.*) Propter bonos Sacerdotes, etiam malos honorate; nè propter malos, etiam bonos contemnatis. [*Chryſoſt.*] Sacerdotes poſiti ſunt ad ornamentum populi, & ædificationem ſanctitatis. [*Idem.*] Quaſi communis quidam totius Orbis Pater Sacerdos eſt. [*Idem.*] Neceſſe eſt, Sacerdotem ſic eſſe purum, ut ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret. (*Idem.*) Nihil in hoc ſæculo excellentius, nihil ſublimius ſacerdotibus reperiri poteſt. (*Ambr.*) Magnum prorſus & mirabile eſt, Miniſtrum eſſe CHRISTI, & Myſteriorum DEI eſſe dispenſatorem. (*Bern.*) Hæc eſt verè indulgentia cœleſtis, hæc eſt verè cumulata gratia, hæc eſt verè ſuper excellens gloria, Sacerdotem DEUM ſuum tenere, & aliis dando porrigere. [*Idem.*] Sacerdotes ſunt poſt Apoſtolos Eccleſiarum CHRISTI Fundatores, fidelis populi Duces, veritatis Aſſertores, pravæ doctriæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, vindices oppreſſorum, Patres in fide regeneratorum, Prædicatores cœleſtium, primi præliantes inviſibilium præmiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum & forma fidelium. Ipſi ſunt Eccleſiæ decus, in quibus ampliùs fulget Eccleſia: Ipſi Columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis, innititur omnis multitudo credentium: Ipſi januæ civitatis æternæ, per quas omnes qui credunt in Chriſtum, introeuntur ad Chriſtum: Ipſi janitores, quibus claves datæ ſunt regni cœlorum: Ipſi etiam diſpenſatores regiæ Domûs, quorum arbitrio in aulâ Regis æterni dividuntur gradus & officia ſingulorum. (*Proſp.*) Sacerdos eſt Coadjutor Redemptoris: Conſiliarius Do-

Digitized by Google

mini, Dapifer Mensæ Christi, (*Petr. Bles.*) Pectus Sacerdotis Evangelium animatum. (*Nier.*)

SIMILITUDO. Ut vitrum copiâ viluit, alioquin nec auro nec argento cessurum: Ita *Sacerdotes* ob turbam minoris fiunt, magno in pretio futuri, si singulæ civitates singulos haberent *Sacerdotes*, ut olim. (*Erasm.*)

SALOMON.

ADJU. Potens, ditissimus, pacificus, Hebræus, æquissimus, inclytus, speciosissimus. PHR. *Sapientissimus* Rex Judæorum. In Juventâ Regum *Sapientissimus*, in senectâ, quod nolo dicere, ... Qui gentem suam juvenis composuit sapientiâ, æquitate rexit, munificentiâ ornavit. Qui nimis vixit: heu! felicissimus futurus, si in flore jacuisset: Nam tantum ingenium marcuit, cum maturuit; ut nescias, utrum magis mirere senium in Infante, an infantiam in sene; Nam effœminatus *Salomon* sapientiam amisit, veneris perfidiâ; quæ in alios non mitior, quàm in Filium, amantes excœcat, ut Amorem. Magnum illud humanæ sapientiæ miraculum & oraculum *Salomon*, Israëlitarum Monarcha, cœli discipulus, orbis universi Magister, cujus non è tripode vano quodam efflatu, sed è regio solio sapientiâ ipsâ de cœlis afflante responsa, mundus accepit. * Magnum illud sapientiæ divinæ speculum glorioſissimus Israëlitarum Monarcha, & humanæ Prudentiæ terminus *Salomon*, Rex ille illustrissimus, qui ob eximiam ac divinam, qua mortales universos præcelluit, laudem sapientiæ, clarissimum *Sapientis* nomen adeptus est, & quasi proprium sibi quodammodò vindicavit.

SALTARE. Dantzen. *Danser.*

SYN. Tripudiare, salire. PHR. Choreas agere, ducere, exercere, celebrare. Choreis indul-

ere, vacare. Compoſitis motibus ſaltitare. Saltationem exercere, *vel* agere. *S*altare nihil eſt aliud, quàm in gyrum volvi, vertiginem excitare, ſine termino viam aliquam currere.

SALTATIO. Dantz. *Danſe.*

*S*YN. *S*altatus, *ûs*: tripudium, chorea. ADJU. epida, grata, lasciva, feſta, pernix, levis, facilis, hilaris, agilis, revoluta, puellaris, concors, irrequieta, numeroſa, extrema. PHR. *S*altatio multarum deliciarum comes. (*Cic.*) Chorea eſt circulus, cujus centrum Diabolus, & circumferentia omnes Angeli ejus. *Anon.)*

AMPLIFICAT. Longa nectitur hominum catena, ſiſtit velut in procinctu, qui tibias inflet; aut tympanum pulſet; virgines adolescentibus, ſtultæ mulierculæ viris junguntur, manus manum tenet; pes pedem ſequitur: brachium brachio aſſurgit; nunc eunt, nunc redeunt; nunc in aërem ſeſe tollunt, nunc decendunt; nunc ad dextram ſe vertunt, nunc ad ſiniſtram ſe projiciunt; in ſilentio circumferuntur omnes, ſurgent ſeſe, ſtringunt, ineptiunt, & quamdiu vel lyræ vel tibiæ ſonant, tamdiu manus trahunt, pedes ſaltant, totum corpus circumfertur. * Ita hæc invalescens inſania mores immutavit, & quod vitium fuit olim, nunc virtutem [ſi eſſe tamen virtus poteſt] depravatâ conſuetudine favore contendit. * Illic ſpecie quâdam urbanitatis virgines atteruntur, illic liberæ manus, liberi oculi, liberæ volant voces & ſtrepitus; illic, quæ ſæpe ludis additur, hoſtis pudicitiæ & amica ſcelerum nox ipsa. Hæc omnia quid aliud eſſe poſſunt, quàm libidinum ſtimuli, laxamenta licentiæ, impudicitiæ faces. * *S*altationi brachia, manus, pedes juventus conſecrat, & inſervire facit, nec hac non modò temporis jacturam non curat, ſed nec ſumptibus & labore parcit. Itaque fit, ut dum tur-

turpitudinem excœcata non agnoſcit, amore ſummo complectatur, quod odio Vatiniano proſequi deberet, in eóque ſibi placeat, quod diſplicere poſſet ipſi, niſi lumen extinctum rationis foret, & jam amplius non palparet, quod videre facillimum eſſet. * Probitatem tollit, honeſtatem expellit, famam lædit, ſobrietatem extinguit, inſaniam inducit.

SENTENTIÆ. Cum Saltatrice nè aſſiduus ſis: nè fortè pereas in efficaciâ illius. [*Eccli. 9. 4.*] Ibi in tuta verecundia eſt, & illecebra ſuſpecta, ubi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio: nemo enim ſaltat ſobrius, niſi qui inſanit. (*Ambr.*) Dicit Hieronymus, quòd non credit viro, ſi dicat, ſe illæſum evaſiſſe à ſpectaculis chorearum. [*Antonin.*] Qui tripudiant, cùm faciant iter Diaboli, cum eo ſe reperient in termino Inferni. (*Idem.*) Ubi Tripudia perſtrepant, ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebræ, Diabolique Feſtum celebratur. [*Cyrill. Hier.*] Vinum & Saltatio duplex eſt incendium voluptatis. (*Fulgent.*) Ubi tympana ſonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi timor DEI? (*Hier.*) Ubi ſaltus laſcivus, ibi Diabolus. (*Chryſoſt.*) In his tripudiis Diabolus ſtat. (*Idem.*) Belli tempus eſt, & tu rides, & ludis, & quæ tripudiantium ſunt uſurpas? (*Idem.*) Ubi Choræ & Tibicines ſunt, ibi CHRISTUS non eſt. (*Idem.*) Quid Sathanicâ pompâ ſaltantium injucundius & moleſtius? Ubi omnia ſunt incondita, ibi & omnia ſunt deformia, omnia turpia, omnia injucuuda. [*Idem.*] Chorea Diabolica eſt incendium & fornax concupiſcentiarum, & caſtitatis oppugnatrix. (*Idem.*) Neſcis tu pericula ſaltationum? Quàm multæ putas iverunt Virgines ad choreas, & redierunt meretrices? [*Bellarm.*] Cantandi ſaltandique non obſcœna ſtudia effœminatos tenent. [*Sen.*]

SI-

SIMILITUD. Si poſſunt paleæ ad ignem accedere, & non comburi : & adoleſcens poteſt cum fœminis tripudiare, & non ardere? (*Bellarm.*) De ſaltu & Choreis veriſſimè ſapientiſſiméque pronuntiavit, vir ævi ſui eximius & ſanctus Epiſcopus Franciscus Saleſius, Choreas fungis ac boletis ſimiles eſſe, quorum qui videntur optimi, nè hilum valent penitus. Salaces luxus, vanitates illecebroſæ, profuſi ſumptus, larvatæ facies, inepta lætitia geſtientium, epularum deliciæ, vinum immodicè hauſtum, procax juventus, nox & tenebrata loca, immoderatus amor, impudens libertas, periculoſi omninò Conſiliarii, & pejores Pædagogi, nihil nec ſanctum, nec verecundum, nec ſapiens, nec moderabile aut ſuadent aut docent. Nævis noxisque omnibus immunes ducere choreas poſſe, equidem miraculo ſimillimum cenſeo. [*Cauſſin.*]

SALUTARE. Grüſſen. *Saluer.*

SYN. Conſalutare. PHR. Quempiam ſalute impertire, ſalvere jubere. Cuipiam ſalutem dare, dicere, precari, impertire, vel impertiri. * Er iſt vorbey gangen / und hat mich nicht gegrüſt. *Il a paſſé, ſans me ſaluer.* Me non ſalutato pertranſiit. Cùm illum ſalvere juſiſſem, Cùm illum ſalutâſſem, non me reſalutavit, mutuam ſalutem non reddidit. * Als ſie ſich einander gegrüſt hatten. *S'étans ſalüez mutuellement.* Ubi inter ſe conſalutârunt. Salute mutuò datâ, redditâque inter ipſos. * Salutatione inter ipſos vicisſim factâ. * Als er ankommen / hab ich ihn bewillkommet. *Je l'ay ſalüé en arrivant.* Advenientem ſalvum eſſe juſſi, conſalutavi. Advenienti ſalutem dixi, fauſtum adventum precatus ſum. * Er grüſſet dich in ſeinen Brieffen. *Il vous ſalüe par ſes lettres.* Suis literis tibi ſalutem adſcribit, dicit, mittit, nunciat, impertit. * Meinen Gruß dem Carolo. *Saluez, je vous prie Charles.* Carolum velim ſalvere jube-

jube ſalvere. Dic à me ſalutem Carolo. *Salutem illi meis verbis nuncia.* Carolo multam ſalutem. Carolum multâ ſalute impertio. * **Er hat mich von ſeines Vatters wegen gegrüſt.** *Il m' a ſalüé de la part de ſon Pere.* Me à Parente ſuo ſalutavit. Mihi Parentis nomine, *vel*, Parentis verbis ſalutem dixit. * **Dein Bruder hat mich deinet wegen freundlich gegrüſt.** *Vôtre Frere m' à ſaluè tres particulierement de vôtre part.* Tuus frater multam abs te mihi ſalutem nunciavit: plurimam verbis tuis mihi ſalutem impertiit, *vel*, impertitus eſt. * **Ich hab ihn gebetten / er wolle dich auch meinetwegen grüſſen.** *Je l' a priè, de vous ſalues auſſi de ma part.* Illum precatus ſum, tibi ut mutuam à me ſalutem referret, redderet. * Gruß. *Salutatio, Salus, Conſalutatio.* * Mutua, frequens, humilis, quoridiana. * *Salutatio in querelam verſa, minuit officii voluptatem.* (*Symmach.*)

SANCTITAS. Heiligkeit. *Sainteté.*

SYN. *Sanctimonia, ſanctitudo.* ADJU. Eximia, ſumma, conſummata. PHR. Ab omni ſcelere libera perfectaque, ac omni ex parte incontaminata puritas. (*Dion. Carth.*) *Scientia colendorum.* (*Cic.*) Quod DEO gratum jucundúmque eſt. (*Idem.*) Cultus DEI, placens DEO. (*Plato.*) Evitatio peccatorum, & honoris DEI ſecundùm naturam cultus. (*Idem.*) Popularis gratiæ conciliatrix illa benevolentiſſimi Numinis ſuffragatio. (*Stephon.*) *Sanctæ* vitæ excellentia. (*Ant. Pad.*)

SENTENTIÆ. *Salus* animæ in *Sanctitate.* (*Eccli. 30. 15.*) *Sanctitas* loci ordinatur ad ſanctitatem hominis. (*Antonin.*) *Sanctitas* facit hominem Deiformem. (*Bonav.*) Fruſtra ſibi de nomine ſanctitatis blanditur, quia opera non faci- *Sanctorum.* (*Trith.*) Gloriæ mater eſt *Sanctitas.* [*Theodoret.*] Non poteſt diu latere

ſecta

ficta Sanctitas. (*Th. Kemp.*) Vita ſancta hominum ex ante factis ſpectatur. (*Cic.*)

SANCTUS. Heilig. *Saint.*

SYN. Auguſtus, religioſus, caſtus, pius, inviolatus. [*Cic.*] PHR. DEO amiciſſimus, juſtiſſimus, & ab omnibus honeſtatis partibus usquequáque cumulatus. Felix, & *S*uperûm modò judicio, nunc etiam Regum imploratione beatiſſimus. Quem Cœlo receptum, & ab omni parte gloriæ florentiſſimum, Oratio mea non tam exornat, quàm exorat. In quo tanta vis ſanctitatis effulſit, ut quoddam quaſi virtutum omnium exemplar ac ſpeculum ſæculis omnibus propoſitus fuerit. Qui cùm nobis per naturam ſimilis eſſet, per virtutem Divis omnibus eſt adæquatus. Qui vitiorum tenebris meridianâ in luce caligantem terrarum Orbem illuminavit. Sanctè vivens: *S*anctam agens vitam: ex accuratiſſimâ Religionis amuſi mores dirigens: Ad religioſiſſimam virtutis normam, vitam exigens: Nihil agens, nihil cogitans, quod non ſit cum ſummâ laude conjunctum. * *SANCTI.* Beati Cœlites: Cœleſtes Cives: Cœli Cives. * Ein Heiliger / ſo canoniziret iſt. *Un Saint canonisè.* Inter Cœlites relatus: Beatorum albo adſcriptus: In *S*anctorum ordinem allectus. Quem nuper ad aras publicis ſacrorum cæremoniis è Cœlo devocavimus. Cui hodie primùm publicè ſacri honores habiti ſunt. Hodie (*Agnetis*) memoriam, Regis potentiſſimi poſtulatu, conceſſu ſanctiſſimi Pontificis uſurpamus *B. Agnetem* gratâ recordatione meritorum, perpetuâ reſponſione voluntatum, immortalitate benevolentiæ, *S*acrorum anniverſariâ Religioni remuneremur. *SS.* PATRONI. Qui quoties opus eſt, qua pollent apud DEUM gratia, nunc iracundiam ſummi Vindicis mitigare poſſunt: nunc optimi Parentis ad beneficentiam provocare bonitatem.

AM-

AMPLIFICAT. Multi vitæ innocentiâ ſanctiſſimi, non pauci excellentiâ virtutis præſtantiſſimi, plurimi, diverſa variarum ætatum tempeſtate tanquam heroes quidam, & jure etiam ſemidei in terris vixerunt ſingulari prorſus favore digni. * Quem DEUS afflat Spiritu Samuelis, tanquam cœleſti quadam aurâ; aut incendit Davidis notionibus, tanquam divinæ flammæ tædis ardentibus. * Quantùm, quàm admirandum lumen modeſtiæ, humilitatis, temperantiæ, candoris, omnium denique virtutum ſeſe terras in omnes effudit; cùm ſemper ita vixit, ut vita norma quædam eſſet, ita converſatus eſt, ut exemplo permoveret; ita docuit, ut doctrina ſanctos efficeret; ita rexit ut imperio hominum animois DEO pararet. * Eſt certè ſanctiſſimus homo DEI opus tam naturæ dignitate præſtans, conditions excellentia magnificum, virtutis & gratiæ perfectione abſolutum, ut ſi DEUM excipiamus, quo nihil auguſtius, quo nihil ſanctius, hæreant humani ſenſus, nec habeat, quod ſupra hunc hominem extollat Eloquentia. * Sanctus & divinus, quem homines cum ſanctùm appellarent, virtutum omnium exemplar eſſe fatebantur: cùm divinum admirarentur, non hominem, ſed quendam in terris DEUM eſſe dicebant. Nullum erat ſapientiæ genus, quod ingenii magnitudine non ſuperaret; nulla erat ſanæ mentis doctrina, quam non admirabili judicio penetraret; ſubtiliſſimus in rebus arduis, prudentiſſimus in dubiis, fortiſſimus in periculoſis. * In hoc admirando multiplicis ejus ſanctitatis delubro, in quo tot virtutum ſigna, tot perfectionum tabulæ ad admirationem affixæ, tot laudum vexilla ad ſempiternam gloriam pendentia conſpiciuntur, & quis non corpore concidat, nec animo deficiat; non admiratione exanimetur. * Vix dum communem hanc auram ſpiritúmque vitæ teneris faucibus reſpirabat; vix dum è matris ſinu, in ubera ejus atque oscula pedibus ma-

manibúsque reptabat, illum Deus singulari sanctitatis privilegio donavit & cœlestium gratiarum thesauris replevit. * Depone hîc Abrahame fidem tuam, Isaac obedientiam tuam, David mansuetudinem tuam, relinque hîc Ezechia justitiam tuam, Josia pietatem, Filiæ Sion congregate hu divitias vestras, ut una Maria supergressa sit universas. * Nimirum qui stetit in vitæ principio per gratiam, non erat in vitæ decursu casurus à gratia. Nimirum qui ab uberibus matris suæ sanctitatis donum acceperat, non poterat, quin esset in vita sanctorum omnium miraculum. * Quin posteaquam in orbe tanquam sydera quædam virtutum, radiis fulserunt, cœlo tandem insiti, Numina quasi mortalibus apparent. * Cujus vita lux quædam fuit splendens, & cum splendore procidens, & cum progressu crescens, donec clarissimo virtutum omnium fulgore, tanquam perfectissimo sanctitatis cujusdam die, orbem universum illustraret. * Neque eloquentiæ luminibus indiget, ut conspiciatur, qui suâ satis luce conspicuus est, quamquam ad nostri Solis aspectum alienæ etiam accessione lucis mirificè recreemur, quam honorariæ coronæ purpura geminavit. * O verè amica sidera, quæ vestro nobis occasu, quàm solis ex ortu clariores vias distinguitis: vestrarum magis fulgore virtutum, quam cœlestium luce flammarum stellarum annum circumvolvitis: quodque minora incitatorum orbium astra nequeunt: universam hâc unâ anniversariâ die splendoris pompam explicatis; ut expeditam ad sempiternæ felicitatis domicilium viam quàm clarissimè præmonstretis.

SENTENTIÆ. Sancti estote, quia ego Sanctus sum. [*Levit. 11.*] Imputribilia ligna Sancti sunt. (*Aug.*) Si Sanctus non es, esto; Sanctam facit affectio sancta. (*Bern.*) Nemo sine Christo sanctus est. (*Hier.*) Frustrà sibi de nomine Sanctitatis blanditur, qui opera

non facit Sanctorum. (*Trith.*) Sanctus cogitat sancta, loquitur vera, operatur recta, spernit præsentia, contemplatur æterna. (*Th. Kemp.*) Ne existimes, nullos esse sanctos; omnium sanctissimus est vir bonus. (*Plato.*)

SIMILITUDO. Medulla hujus Mundi sunt homines Sancti. Sicut medulla, quàm diu in arbore fuerit sana, semper floret: Sic quamdiu sunt sancti, stat iste mundus. (*Chrysost.*)

SANITAS. Gesundheit. *Santè.*

SYN. Valetudo, incolumitas, salus. ADJU. Bona, incorrupta, jucunda, confirmata á morbo, digna aliquâ existimatione, gravis, incommoda, infirma atque etiam ægra, infirmissima, opportuna, perdita, tenuis aut nulla, imbecillior. PHR. Bona habitudo corporis. Bona corporis affectio. Virium modetatio. Firma corporis constitutio. Commodum valetudinis. * Seine Gesundheit in acht nehmen. *Avoir soin de sa santè.* Curare valetudinem. Aliquid tribuere valetudini. Consulere valetudini. Rationem habere valetudinis. Indulgere valetudini. Valetudinis imbecillitatem tueri. Conferre diligentiam in valetudinem. Adhibere omnem diligentiam ad convalescendum. Valetudinem suam tueri ac sustentare. Se incolumem præstare.

SENTENTIÆ. Sanitas est integritas & temperantia naturæ ex calido & humido, quod est sanguis: unde sanitas dicta est, quasi sanguinis status. (*Isidor.*) Qui est mentis gaudio recreatus, facilius membrorum recipit sospitatem. (*Cass.*) Bonum quiddam in vitâ humanâ sanitas corporis est. (*Greg. Nyss.*) Sanitatis Thesaurus tam pretiosus est, ut quidvis potius perpeti debeat homo, quàm eum sibi eripi sinat. (*Albert. Imper. Austr.*) Valetudinem corporis ii æstimant, qui carent: sanitatem animi, qui habent. (*Nier.*)

SIMI-

Digitized by Google

SIMILITUDO. Arbores infœcundæ firmiores ſunt fœcundis: Ita robuſtius eſt corpus his, qui nihil pariunt in litteris, quam qui ſeſe laboribus exhauriunt. (*Eraſm.*) V. CONVALESCERE.

SANUS. Geſund. *En bonne ſanté.*

SYN. Incolumis, firmus, validus, integer, ſoſpes, ſalvus ac valens. PHR. Ich bin geſund. *Je ſuis en bonne ſanté.* Sum integrâ valetudine. Bonâ, proſperâ, proſperrimâ, commodâ utor valetudine. Valeo. Benè, commodè, optimè valeo. Bellè, rectè, benè habeo, *vel,* me habeo. Mihi benè, optimè eſt. Viribus utor firmis. Integer ſum & ſanus, valens ac vigens. Satis bellè habeo. Satis roboris, ſatis virium, ſatis valetudinis habeo. Sum corpore benè conſtituto. Sum valetudine integrâ. Panceratiè valeo. Sum optimâ valetudine affectus. Sum in bonâ valetudine poſitus. Feliciſſimè valeo. Mihi pro meâ voluntate valetudo ſuppetit. * Ich bin nicht allerdings geſund. *Je n'ay pas bonne ſanté.* Valetudine utor imbecillâ, adverſâ, tenui, incommodâ, affectâ, parum firmâ, minimè firmâ, haud ſatis firmâ, non optimâ. Valetudine ſum infirmiori. Non rectè habeo. Non benè valeo. Viribus parum firmis utor. Sum molliculâ habitudine. * Durch dein unordentliches Leben biſt du um deine Geſundheit kommen. *Vos débauches ont ruiné vôtre ſanté.* Vita intemperanter traducta, vires corporis tibi minuit, imminuit, debilitavit, ademit, abſtulit, afflixit. * Ich bin noch nicht wiederum recht geſund. *Je ne ſuis pas encore remis de ma maladie.* Nondum vires colligere, recipere, revocare potui. Nondum ſatis firmo ſum corpore. Nondum priſtina mihi reſtituta valetudo eſt. Confirmatus à morbo nondum omnino ſum. Nondum plane convalui. Priſtinam valetudinem nondum mihi videor aſſecutus. Nondum plane, ex morbo evadere, emergere, morbo levari, rele-

relevari potui. Ad ſanitatem redire, Sanitatem recuperare nondum potui.

SAPIENS. Verſtändig. *Sage.*

SYN. Prudens, circumſpectus, conſideratus, cordatus, ſagax, ſolers; cautus ac providus, intelligens, perſapiens, ſapientiſſimus. PHR. Vir magni conſilii. Divinâ mente & conſilio præditus. Perſpicientiæ dexteritatisque eximiæ Vir. Singulari ſapientiâ eſt ornatus, inſtructus. Sapientiæ laude præſtat, abundat, excellit. Sapientiſſimè ſe gerit. Munitum gerit pectus ſapientiâ. Homo eſt ſpectabilis ſapientiæ: Perfectiſſimum ſapientiæ exemplar: Sapientiæ ſtudioſiſſimus; In numero ſapientum virorum meritò habendus: Sapientiæ luce conſpicabilis. Ornatiſſimæ ſapientiæ vir. Nomine ſapientiæ admirandus. Vir, cujus ſapientiæ nihil deeſt. Dignus, qui omnium conſenſu ſapientiſſimus judicetur. Omnibus veræ ſapientiæ dotibus cumulatiſſimus. Vocarem te Compendium ſapientiæ, niſi ſe totam explicaret in te: appellarem diſcipulum, niſi ubique ſapiendi artem doceres. Nihil aliud eſt Sapiens, quàm humani generis Pædagogus. (*Sen.*) Patticeps DEI eſt Vir ſapiens. (*Sixt. Phil.*) Sapiens, qui medius, & Horizon Fortunæ eſt, ſuper terram omniúmque capita velut Zenith fulget. [*Nier.*]

AMPLIFICAT. Qui eſt juſtitiæ tribunal, religionis ara, conſilii oraculum, prudentiæ delubrum; moderationis domicilium, humanitatis penu, manſuetudinis ſacrarium, fortitudinis ſedes, uno verbo, virtutum theſaurus. * Quæ in præculto ac præparato optimis artibus animo habet illud, quo nihil majus in terris homini datur, ut hominibus proſit: Quod unum cum ſit omnia complectitur, eo fulgore, ut cæteris afferat obſcuritatem. * Qualem putatis locum, quàm tutum, quàm clauſum, in quo conſtituit doctrina

ctrina ſapientem? Nihil tàm munito vallo & tàm vallato munimento natura præcluſit, quo non penetret audacia, modo aliqua ſpes conandi relinquatur, is tantùm expugnabilis murus eſt, quem extruit animo ſapientia. Hic ſtat ille ſuis ſeptus virtutibus, ac humana omnia infra ſe poſita putat. Et quanquam circumſonent arma, & aſſiliant tela: irrito ſtrident conatu: & jacula, quæ ad ſe non perveniunt, nihil perterritus è celſiſſima turre deſpectat. * Conſtantiam non ſimulatam, ſed propriam vir ſapiens habet: & ut Sol ſerenos vultus induit etiam nubilis montibus, ita nullus turbo tantus eſt, ut infuſcet illius cœli tranquillitatem. * Cujus animus cerni non poteſt, quod ſi eum intueri liceret, ipſiuſque pulchritudinem propius aſpicere: quam dignitatem formæ, DEUS immortalis, videremus: quam ſpeciem, quam lucem multarum virtutum inter ſe permiſtarum ſplendore conſtantem? Quàm admirabiles ſapientiæ amores excitarentur. * Exaggeratus animus humana contemnens, nulli rei adverſæ cedens, ſemper invictus, nec inani ſpe erigitur, nec deprimitur metu, conceſſit in ſapientiæ ſacrarium, ubi nullus auditur importunus ſtrepitus, nullus eſt curarum profanarum locus. * Nulla oratio eſt, quæ Sapiens laudem comprehendit. Quidquid de eo dicitur, minus eſt. Nam ſi eum dixeris integrum eſſe hominem, atque ab omni culpa abhorrentem, parum eſſe: juſtiſſimum omniſque officii diligentiſſimum, parum eſt: documentum omnis virtutis, pietatis, innocentiæ, adhuc parum eſt: DEO proximus eſt. Magnum hoc verbum ſed verum. Et Deos eſſe dicebat Dæmades viros doctos. * Qui omnes ſibi animi vires excitandas, omnia circumſpicienda, omni utendum eſſe diligentiâ cenſet, ut non modò quidquam ejusmodi committat, quin aliqua ratione reprehendi poſſe videatur, ſed etiam omnia ſic agit, ut ea facilè invidorum etiam

existimatio comprobet. * Ex multis laudibus tuis duas eligo, Sapientiam Elegantem & Politicam, Eruditam & Negotiosam. Hoc demum est Sapientem esse, sapere utrâque sapientiâ. Satis esse posset altera aliis, una non sufficit tibi. * Non facile judicium est, plusne debeas Sapientiæ, quam illa tibi. Experitur illa in te, quid tota possit: hoc ipsum ei debes, quod te elegerit in quo ostenderet, quid tota posset. Obtulisti capax ingenium, quod impleri posset: infudit se illa totam, nec minor est hospitio, quia immensa; nec major, quia hospitem invenit æqualem. Placeret proponere aliqua sapientiæ tuæ Ænigmata, nisi tu ex factis explicares. Hactenus præterita scire, nec falli in præsentibus tota res politicæ doctrina erat. Cœpisti, ubi alii desierunt, versaris in rebus futuris; & dum alii præterita discunt, tu futurarum rerum historiam scribis, quia facis * Vita tua vera Philosophia est, quia idem semper putasti, Vivere & sapere. Nemo fere hoc sæculo diutius quàm tu sapuit; quia nemo sapere incœpit prius. Cœpisti sapere, cum cœpisti vivere: & vix addiscenda à te fuit Sapientia, quia vix in te differt à naturâ. Crevit illa tecum; & quæ præcedere vitam non potuit, superavit ætatem. V. PRUDENS.

SAPIENTIA. Weißheit. *Sageſſe.*

SYN. Prudentia, circumspectio. ADJU. Admirabilis ac singularis, jucunda, anceps *dicendi faciendiq*, illustris, antiqua, callida, excellens perfectaque, erudita, gloriosa, præstans divinaque, incredibilis ac pænè divina, copiose loquens ac moderatior, uberior & elatior in disputando, ad animorum motus accommodatior, nec tacita nec inops *dicendi*, nova, oscitans & dormiens, tenuis, perversa, perfecta, singularis, summa. (*Ex Cic.*) Præstabilis. PHR. Rerum cognitio, lumen animi, ingenii consili-

ſiliique : Comes naturæ & adjutrix, cuſtos & procreatrix hominis digna opinione & cognomine alicujus : Moderatrix omnium rerum : Mater omnium bonarum rerum : Parens rerum omnium educatrixque. Eſt rerum divinarum & humanarum ſcientia. (*Cic.*) Sapientiæ ſummum cacumen. Sapientia eſt quaſi ſapida ſcientia. [*Hugo V.*] Eſt divinarum rerum cognitio. (*Th. Aq.*) Eſt ſcientia, quæ rerum cauſas ſpeculatur. [*Plato*] Eſt utile & animo profuturum ſtudium. (*Lipſ.*)

AMPLIFICAT. In Corpore hoc noſtro, nihil animo præſtantius, in animo nihil ſapientiâ majus, quæ non aliter quam homo per ætates ſuas devoluta, primum apud barbaros producta, mox à Græcis educata ac exculta, vires cum authoribus ac robur accepit. * Nemo eſt, qui neſciat cætera omnia, quæ ab homine poſſidentur, vel antè hominem, vel certè cum homine ipſo eſſe periturâ : Sapientiam animæ ornamentum cum anima æternitatem habere. Quid ſi dixit Euripides : Mortalium mortalis eſt felicitas : de externâ felicitate locutus videtur. Planius multò Metrodorus, & plenius, qui cum ſcripſiſſet in conſolatione ad ſororem : mortale eſt omne mortalium bonum : bona intelligens vulgaria : ad ea, quaſi ſe corrigens adjungit : Nam illud unum bonum non moritur, certum eſt ſempiternumque ſapientia, & virtus : hoc unum contingit immortale mortalibus : & quidam è numero Poëtarum : Nil non mortale tenemus, pectoris exceptis ingeniique bonis. * Sapientia alumnos ſuos donat immortalitate ; Quos videlicet ita fovet, ut & viventes orbem terrarum impleant gloriâ nominis, & mortui vivant in memoria vivorum : qui fructus eſt vitæ jucundiſſimus ; ſemperque relinquant poſteris aliquid, quo ſe vixiſſe teſtentur. * Sapientia beneſactorum mater eſt : benefacta ſe in luce collocari volunt : eaque conſequitur, etiamſi in

non agatur, amplificatio honoris & gloriæ: ut ſapienti nihil deeſſe poſſit, quin ſit bonis omnibus cumulatus. * Sapientia, quæ quaſi pinnata fama ſe extollit, quæ virtutes inobſcuras eſſe non ſinit, Poëtasque & Oratores, illos Muſarum alumnos; auctores illos perennis æternitatis, exuscitat, ut omne flumen orationis & ingenii conferant ad viri ſapientis gloriam laudesque celebrandas. * Sapientiam nomino, doctrinam omnium præſtantiſſimum & ſuaviſſimum chorum, qui ſanè, quemadmodum Gratias Poëtæ fingunt; implicatis inter ſe manibus coronam faciunt.

SENTENTIÆ. Omnis Sapientia à Domino Deo eſt. (*Eccl. 1.*) Quantò excelſior virtus eſt Sapientia, tantò magis nitendum eſt nobis, ut aſſequi eam poſſimus. (*Aug.*) Beata illa domus, quam ſapor ſapientiæ afficit; in quâ ipſa ſapientia requiescit. (*Ant. Pad.*) Venite Mortales ad ſtudium ſapientiæ, Magnus hic fructus eſt: quid enim homini ſapientiâ charius? Venite igitur, ut ſapientes ſitis. (*Aug.*) Melius eſt ſapientiam mercari, quàm auri & argenti theſauros: pretioſor eſt enim lapidibus optimis. (*Idem.*) Nulla virtus nec Angelica, nec humana tantum fortificat, ut ſapientia. (*Bonav.*) Sapientia ferro etiam ipſo fortior eſt. (*Greg. Thaum.*) Sapientia per timorem ſeminatur, per gratiam rigatur, per fidem radicatur, per compunctionem oritur, per dolorem moritur. (*Hugo V.*) Omnium expetendorum prima eſt ſapientia, in quâ perfecti boni forma conſiſtit. (*Idem.*) Summum in vitâ ſolamen eſt ſtudium ſapientiæ: quam qui invenit felix eſt, & qui poſſidet beatus. (*Idem.*) Amor ſapientiæ, etiam marceſcente corpore, dilectorem ſui non deſerit. (*Idem.*) Vera ſapientia felicitas eſt. (*Plato.*) Sapientia ſapienti donum à DEO. [*Sixt. Phil.*] Clauſo ore fit potabilis ſapientia. [*Nier.*] Sapientiæ ſedes humana mens non eſt; ſed velut deducta colonia

nia à divinitate. (*Idem.*) Sapientia Regius character eſt. (*Idem.*) Sapientia eſt arcana. Ars benè gerendi res, norma ſaluris, lux operum, dux vitæ, prima Lex Regni, Phoſphorus juſtitiæ, obſes pacis, columna divini Luminis, divinus boni inſtinctus. (*Idem.*) Miremur reconditam ſapientiæ vim, non timemur. (*Lipſ.*) Inſipiens eſt omnis ſapientia, cui non adeſt modus. [*Idem.*] Cani capilli non adferunt prudentiam. [*Idem.*] Infelix ſemper Erro, qui à Sapientiæ metâ aberrat. [*Idem.*] Humana ſapientia ſic divinæ opponitur; ſicut humanæ ſtultitiæ. [*Hayn.*] Soli vivunt, qui vacant ſapientiæ. [*Compt.*]

SIMILITUD. Sicut Sol oculorum; Sic Sapientia lumen eſt cordis. [*Lact. Firm.*] Sicut qui theſauros effodit, ejicit rudera terræ & facit in altum foveam, ſedulus inſiſtit labori donec ad theſauros quos quærit, attingat: Sic qui theſauros ſapientiæ invenire deſiderat, quidquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit, expurget; foſſam in ſe humilitatis faciat; nec quiescat, donec inveniat. [*Hier.*] Quod fons aquæ viatoribus in æſtu: In Adoleſcentibus Prudentum ſermo. [*Lips.*] Sicut nube ingruente ſub tectum confugimus: Sic in calamitate ad ſapientiæ arcem, quam Fortuna nullis machinis evertit. (*Idem.*) Ut corpore tenues, veſte ſe dilatant: Sic qui ingenii aut ſapientiæ inopes diffundunt ſe verbis. [*Idem.*] Ut in bello, etiamſi hoſtis abſit, ſemper excubiæ: Ita vigilat ſapiens contra improviſum omnem ictum. [*Idem.*] Ut navis quæ inter fluctus ſine clavo jactatur: Sic Mens quæ in hâc vitâ ſine ſapientiæ gubernaculo. [*Idem.*] Sicut ſtellæ in tenebris etiam fulgent: Sic liquidus & libens viri ſapientis animus etiam in iſtâ temporum caligine aut nube. (*Idem.*) Ut ingentes Obeliſci magno quidem negotio ſtatuuntur & collocantur, ob immenſum molis pondus; ſed collocati ſemel, infinitis durant ſæcu-

lis: Ita arduum eſt virtutis aut ſapientiæ parare famam, ſed parata nunquam intermoritur. (*Eraſm.*)
V. PRUDENTIA.

SCHOLA. Schul. *Ecole.*

SYN. Gymnaſium, palæſtra, ludus, ADJU. Docta, celebris, clara, inſignis, Diſcipulis frequens, undabunda, aſſiduisque ventorum inter ſe ſe diſputationibus intonata. PHR. Ludus litterarius. Gymnaſium litterarium. Doctrinæ ſedes, magiſtra. Muſarum ſedes, locus. Orbis ſeminarium, externæ pariter ac ſuæ juventutis florem ac propaginem complectens. Generale collegium, omnium nationum ſeminarium; quò non ex unâ aliquâ gente aut alterâ ſed ex omnibus mittuntur Adoleſcentes. Collegium, in quo, tanquàm in theatro quodam totius orbis terrarum ampliſſimo clariſſimoque, omnium virtutum immortalium ſplendor elucet. Juventutis contubernium, in quo tanquam in ſeminario virtutis & bonarum artium, ad omne decus honeſtatis & ſcientiæ feliciter informantur. Quæ apud cæteros ita laudem omnem evincit; ut ſola eſſe veræ doctrinæ domicilium, orbis ſchola, virtutis emporium videatur.

AMPLIFICAT. Hinc conſilia petuntur, hinc ſolertiæ aſtutiæque deſumuntur, in his, tanquam in pulvere præſtantiſſimorum quorumcunque ducum, veſtigia apparent, in his felicisſimi quique ſucceſſus conſiderantur, hìc ſe componere licet ad exemplum aliorum, hic conſiliarii, ſed fideles incorrupti audiuntur. * Hæc eſt pietatis ſchola quædam, ubi juvenes informantur; hæc eſt religionis Palæſtra, in qua Bravium honoris ambiunt certando virtutes: hæc eſt caſtitatis domus, arx pudicitiæ, templum honoris, curia virtutis. * Quæ & doctrinæ præſtantiâ, doctorum hominum autoritate ac famâ cæteris præſtitit, ut jure meritò ſchola veritatis & hominum magiſtra dici poſſit. Etenim

Digitized by Google

enim si doctrinam, quæ tot hominum Doctissimorum industriâ laboribusque in ea fuit explicata, consideremus, ita dogmata sunt in ea naturæ conformia, ut doctrinam hanc omnem non ab hominibus excogitatam, sed ab ipsâ natura expressam, haustamque arbitremur. * Novâ Principis maximi liberalitate, cujus benignè faciendi consuetudo in naturam videtur esse conversa, Maronitæ, & doctrina & religione expoliuntur: Ut cum in suam redierint regionem, propè sylvescentem, eandem culturam ad suos, ad christianam consuetudinem & humanitatem excolendos & quasi mitigandos adhibeant. * Quæ devota, dedicata, consecrata est Minervæ, quam tot aliæ intuentur ac respiciunt provinciæ, quam Germani, Galli, Angli, Poloni adeunt quotidie, ut ab ea vitæ cultum, disciplinarum ornamenta, omnem elegantem doctrinam petant. * Quod enim decus in hac urbe, ad religionis & bonarum artium & partium per totum terrarum orbem propagationem, aut è fundamentis excitatum, aut auctum, & locupletatum liberalitate collegium? Nimirum illud est seminarium, in quo nobilissimum quodque germen Italiæ, atque adeò Europa, ad omnem virtutis laudem & pietatis efflorescit. V. ACADEMIA.

SCIENTIA. **Wissenschafft.** *Science.*

SYN. Cognitio, intelligentia, doctrina, disciplina, prudentia, studium, literatura, eruditio. *ADJU.* Incredibilis, necessaria, obscurior, admirabilis & penè divina, antiqua, certissima, excellens, singularis & eximia, peregrina & externa, præstabilis, perfecta, quæstuosa, stabilis atque immutabilis, summa, tenuis. *(Ex Cic.)* Coarctata. *PHR.* Cognitio rerum, Multæ litteræ. Exquisita litteratura. Abstrusior eruditio. Litteræ reconditiores. Ancillula Eloquentiæ, Pedissequa Juris. [*Cic.*] Ex multis intellectis facultas, meditatione acquisita, ad finem aliquem

liquem bonum ac utilem. [*Philo.*] Recta Ratio Scibilium. (*Th. Aquin.*)

AMPLIFICAT. Per eam in majorum ætates redîmus, & quod gestum est aliquando, recordamur: per eam in sæcula posterorum abimus & quæ futura sunt aliquando prævidemus: Per eam in orbis hujus medio tanquam in theatro constituimur, ut res omnes actione mentis repræsentemus. Cœlum invadit illa, & per elementorum acta moles, divinæ majestatis arcanum & naturæ secretum investigat. Et quis eam non solem esse dicat, cujus radiis humanæ mentes illustrantur? quis non Sibyllam meritò nominat? Quâ duce noster animus per universi spatia mundi deducatur? Quis non velut aquilam suscipiat, cujus alis mens sublata rapiatur in cœlum, illius patriæ suæ deliciis fruatur & in sinum sese omnipotentis insinuet. * Magis expetenda est, quantulacúnque præstantium rerum & remotarum à captu vulgi cognitio & intelligentia quàm communium & pervagatarum quælibet exquisita tractatio. * Scientia una est, quæ viam felicitatis ostendit, quæ causas rerum aperit, quæ virtutis pulchritudinem, vitii deformitatem patefacit. * Artes ac scientiæ ab hominibus inventæ, amplificatæ, descriptæque sunt, præclara illa, & omnibus expleta partibus sapientia, quæ primo parenti generis humani tributa fuerat, pertenui & perobscurâ famâ, multis errorum obtenta velis, ut veritas plane perspici nequiret, ad posteros permanaret, & illud ipsum reliquium scientiæ lumen tam exiguum, & tam obscurum, ita nocte vitiorum, & impietatis tenebris erat oppressum, ut vix ejus ulla scintilla paucis, in caligine ignorationis tam cæca præluceret.

SENTENTIÆ. Multi magis linguæ certaminibus, quàm Scientiæ luminibus delectantur. (*Aug.*) Sunt, qui scire volunt eo fine tantùm, ut sciant, & turpis curiositas est. Sunt, qui scire volunt, ut sciantur ipsi, &

& turpis vanitas eſt: Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Sunt, qui ſcire volunt, ut ſcientiam ſuam vendant pro pecuniâ, pro honoribus, & turpis quæſtus eſt. Sunt, qui ſcire volunt, ut ædificent, & charitas eſt: & item qui ſcire volunt ut ædificentur, & prudentia eſt. (*Bern.*) Multi quærunt ſcientiam, pauci verò Conſcientiam. [*Idem.*] Ubi majus eſt donum ſcientiæ, ibi Transgreſſor majori ſubjacet culpæ. [*Bonav.*] Si Chriſtum benè ſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis. (*Idem.*) In libro Crucis lege, & mundanæ ac curioſæ ſcientiæ ne vacaveris. (*Idem.*) Magis ego velim ruſticitatem juſtam, quàm doctam malitiam. [*Hier.*] Illaudabilis eſt ſcientia, quam vita maculat impudica. [*Hugo V.*] Melior eſt bona vita ſine ſcientiâ, quàm ſcientia magna ſine bonâ vitâ. (*Hugo C.*) Scientia ſcientiarum eſt ſcire ſe nihil ſcire. [*Thom. Kemp.*] Hoc unum ſcio, me nihil ſcire. (*Socrat.*) Lætamur ſcire nova: quid magis novum, quàm quòd bonus ſis? Hoc diſce. (*Nier.*)

SIMILITUD. Ut Athenienſes, teſte Anacharſe, nummis utebantur duntaxat ad numerandum: *Sic* flagitiis & ſceleribus cooperti ſcientiâ, ad ſciendum. (*Lips.*) Ut Agricolæ libentiùs vident ſpicas inclinatas, quàm erectas in altum: nam illas onuſtas fructu intelligunt, has inanes: *Sic* Adoleſcentes priùsquam profecerunt in Philoſophiâ, tument: ubi doctrinæ fructum perceperint, ſeſe ſubmittunt. (*Plut.*)

SCIRE. Wiſſen. *Savoir.*

SYN. Noſſe, tenere, complecti, cognoſcere, non ignorare, callere. ADV. Admodùm, nihil, coleriter, certè, certò, certùm, meliùs, luculenter, lentè, maturè, mediocriter, optimè, planè, probè. (*Ex Cic.*) PHR. Notum habere: *Scientiâ* comprehendere, *Scientiam* habere. * Ich weiß dieſes.

Je ſcay cela. Scientiam meam id non fugit: Me non præterit: Perſpectum mihi eſt: Me non fugit: Non mihi, *vel* me latet: Rem ita ſe habere, perſuaſum habeo: Mihi de hâc re certum eſt: Non ſum hujus rei neſcius: Illius mihi conſcius ſum. * **Ich weiß dieſe Hiſtori.** *Je ſcay cette Hiſtorie.* Hanc Hiſtoriam ſcientiâ comprehendo, notam habeo; habeo cognitam comprehenſamque animo. * **Du weiſt dieſes ſo wohl als ich.** *Vous ſcavez l'affaire auſſy bien que moy.* Juxta mecum rem tenes. * **Ich weiß ſeine** manier **gar wohl.** *Je ſcay ſon humeur.* Ego illius ſenſum pulchrè calleo. * **Du weiſt dieſe Sache viel beſſer/ als wir.** *Vous ſcavez beaucoup mieux ces choſes là, que nous.* Ea multo, quàm nos, habes notiora. * **Alle Menſchen wiſſen es.** *Tout le monde le ſcait.* Pervagata, *vel* pervulgatiſſima res eſt. Id omnibus notum perſpicuum, manifeſtum, compertum, apertum, clarum, certum eſt, liquet, patet. Nemini hoc obſcurum eſt: Nemini non notum. * **Wann ich es gewiß wiſſen werde/** &c. *Quand je ſcauray avec certitude,* Cum mihi erit exploratum: Cùm habebo exploratum: Cùm certum, *vel* certò ſciam: Cùm ſatis exploratè perceptum mihi erit & cognitum: Cùm compertum habebo: Cùm penitus perſpectum mihi erit, planéque cognitum, te, &c.

SCRIBERE. Schreiben. *Ecrire.*

SYN. Conſcribere, exarare. ADV. Abſurde, luculenter, politè, acerbiſſimè, apertè, quam diligentiſſimè, acutiſſimè, quam accuratiſſimè, vulgariter, amiciſſimè, ſummatim, aſperiùs, audaciùs, belliſſimè, cogitatè, commodiſſimè, copioſiſſimè, diſertiùs, quàm creberrimè, graviſſimè, diſtributè, ornatè, exploratè, facetiſſimè, feſtivè, iracundiùs, officioſiùs, iniquiùs, quam plurimum, ornatiùs, parcius, quàm humaniſſimè, perhumaniter, peritè, planius,

nius, quàm planisſimè, ſuavisſimè, verboſiùs, verecundius. (*Ex Cic.*) Scitè ac copiosè. PHR. Litteras dare, Litteras de aliquâ re mittere: Memoriæ tradere: Monumenta prodere: Memoriæ propagare: Monumentis mandare: Monumentis Annalium mandare; Sempiternis monumentis prodere: Scripturâ perſequi: Librum conficere, effiocre: Stylo proſequi: Poſteritati propagare: Hiſtoriæ mandare: Chartis promere: In Codicillos referre: Litteris monumentisque tradere: Hominum memoriæ ſempiternæ mandare: Litteris conſecrare: Immortalitati tradere, commendare: Litteris publicis conſignare, committere. (*Ex Cic.*) Litteras exarare, pingere. * Er ſchreibt wohl. *Il écrit bien.* Scitè litteras pingit: Scienter elementa exarat: Litteras luculento elegantique charactere pingit. * Er ſchreibt übel. *Il écrit mal.* Imperitè pingit litteras: Inſcitè ſcriptum exarat, ſcriptum facit. * Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum videmus. Sit inſcriptum in frontem unicujusque, quid de Rep. ſentiat. Monumentum cruentis inuſtum litteris eſſe paſſi ſunt. Quas in tabulas eboreas perſcriptas pro roſtris composuerunt. V. EPISTOLA.

SCRIPTOR. Scribent. *Ecrivain.*

ADJU. Acutus, elegans, facetus, aſtrictior toto genere, egregiè ſubtilis atque elegans, ne mediocriter quidem diſertus, luculentus, politus, præfractior nec ſatis rotundus, ſanctus & dulcis, tranquillior in verbis faciendis, vetuſtisſimus & politisſimus; *grandes, crebri verbis, ornatiſſimi, exercitati.* (*Ex Cic.*) Graviſſimus. PHR. Scriptor valde peritus Juris, multorum etiam magiſter: præſtans in notandis animadvertendisque vitiis, & inſtituendo docendoque peritisſimus. Scribendi Magiſter. Scripturarius Magiſter. Elementarii ſcripti Magiſter. Qui in anti-

antiqnitate cœcâ vivens, posteritatis illuminatæ sapientiam deguſtavit.

AMPLIFICAT. Nihil unquam bis ſcribebat Muretus, cùm tam multa ſcribebat: vix adeò legebat id ipſum, quod ſcripſerat, rarò interpolabat: non sæpè mutabat aliquid, aut emendabat: rarius demebat, delebat: ita, cùm uno quaſi tenore fluerent omnia, nihil niſi aptum & accommodatum, ad manum mentémque veniebat, ut multo meliora fortuitò illi exciderent, quàm alii, qui aſſiduo opere eandem tundunt incudem, extundant atque excludant labore. * Elumbia quædam & exſanguia ſcribunt, jacentia verbis, ſenſibus, numeris; & denique ſic algentia, ut refrigerare poſſint germanicas nives, iſti velut in margine & finibus Latii hærent, aſpiciunt, elegantiam & mirantur, intra pectus aut linguam non admittunt. * Noſtri ſacrorum librorum ſcriptores, numine, afflatuque divinô multô altiùs evecti, quàm quò poſſent humanæ mentes aſcendere, tantum animo viderunt, non quantum ingeniorum acies tulit, ſed quantum eos DEUS voluit, voluit autem tantum, quantum erat non ipſis modò neceſſarium, quos ita ſublevarat, verum illis etiam omnibus quos paucorum operâ ſtatuerat errore liberare, & excitare ad ſpem immortalitatis æternæ perfruendæ.

SENTENTIÆ. Felix intentio, laudanda ſedulitas, manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus tacitam dare; & contra Diaboli ſurreptiones illicitas calamo atramentóque pugnare. (*Caſſiod.*) Major eſt ſcriptoris pietas officio Prædicantis; quia iſtius cum tempore perit monitio; ſed illius perſeverat in annos multos annunciatio. Prædicator loquitur duntaxat præſentibus, ſed ſcriptor præſentibus, prædicat & futuris. Illius ſermo ſemel auditus in nihilum redigitur; ſed illius lectio millies repetita nunquam minuitur. Cùm Prædicator deficit, ceſſat

Digitized by Google

ceſſat officium : ſed ſcriptor etiam mortuus in volumine facit moribus inſtitutum. (*Trith.*) Nullus tam imperitus Scriptor eſt, qui lectorem non inveniat ſimilem. (*Hier.*) Quod loquimur, tranſit; quod ſcribimus manet [*Hugo C.*] Scriptor pietate inſignis DEI præco eſt, quia voluntatem ejus & præſentibus annuntiat & futuris. [*Idem.*] Scriptores virtutem dant verbis, memoriam rebus, vigorem temporibus. [*Idem.*]

SIMILITUD. Ut Phrygiones è varii coloris filo unum aliquod Aulæum formant : ſic ſcriptores è mille aliquot particulis cohærens opus. (*Lipſ.*) Ut à fonte quod haurimus, noſtrum eſt, quisque tamen ſuo vaſe : Sic quod è communibus ſcriptoribus; ſed quisque pro judicii ſui modo. (*Idem*) Ut in vere anni flores gignuntur, Autumnus tamen eſt, qui dat fructus : Sic litterati in floridâ ætate amœniora dant, in ſenili utiliora. (*Idem.*) Quemadmodùm ſtellæ non ſibi, ſed huic Orbi lucent : ſic ad alios ingenii noſtri lux perveniat. (*Idem.*)

SECURITAS. Sicherheit. *Seureté.*

SYN. Quies. ADJU. Blandâ ſpecie, maximè optata & expedita, mira. [*Cic.*] AMPLIFICAT. Securitas nimia, quàm inſecura! Tu, tu es illa pyxis Pandoræ, ex quâ in hunc orbem pleno agmine inexplicabilis illa Inſecuritas prorupit, ut nec hoſpes ſit ab hoſpite tutus, & ipſe homo ſit homini luptus, in compitis, in vicis, in urbibus, in villis, in campis, in ſylvis.

SENTENTIÆ. Securitas eſt quædam perfecta quies animi à timore. (*Th. Aq.*) Nusquam eſt ſecuritas, neque in Cœlo, neque in Paradiſo, multò minùs in mundo : In Cœlo enim cecidit Angelus ſub præſentiâ Divinitatis, Adam in Paradiſo, de loco voluptatis; Judas in Mundo de Scholâ Salvatoris. [*Bern.*] Quid tutum in Babylone, ſi in Jeruſalem manet ſcru-

tinium? (*Idem*) Securitas negligentiam parit; & ſæpe incautum ad vitia transacta reducit. (*Idem.*) Nemo diu tutus periculo proximus. (*Cypr.*) Apud Chriſtianos Securitas periculis emitur. [*Hier.*] Securitas eſt, quæ non timet calumnias proximorum, non inſidias latronum, nec impetus hoſtium. (*Petr. Bles.*) O quantum ſecuritatis habent, qui ſibi bene ſunt conſcii! & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati? [*Proſper.*]

SEDITIO. Auffruhr. *Sedition.*

SYN. Rebellio, rebellatio, rebellium factio, motus, turba, conſpiratio, tumultus. ADJU. Commota, concitata & nocturna, domeſtica, graviſſima, juſta & prope neceſſaria: pernicioſa. (*Cic.*) PHR. Diſcordia, *vel* diſſenſio populi. Vis, *vel* impetus militum. Motus populi. Seditioſorum manus. Rerum novarum molitio. * **Auffrühriſch werden.** *Se rebeller.* Rebellare, deficere à fide. Deſciſcere ab imperio. Ab jurisdictione principis diſcedere. Principis imperium detrectare, rejicere, recuſare. Rebellionem facere, inſtituere. **Auffruhr erwecken.** *Faire une ſedition.* Seditionem, *vel*, tumultum excitare, concitare, movere, commovere, ciere, ſuſcitare, conflare, facere. Studere novis rebus. Novas res moliri. Turbas facere. Ad diſſidium vulgus impellere. **Es iſt dieſer Orthen ein groſſer Auffruhr zwiſchen dem Volck und dem Adel entſtanden.** *Il y eut une grande ſedition en ces païs entre le peuple & la nobleſſe.* Magna in his locis plebejos inter & nobiles ſeditio facta eſt, coorta eſt, ſuborta eſt, excitata eſt, commota eſt. **Das Land iſt durch Auffruhr verhergt worden.** *Les ſeditions ont ruiné la Republique.* Seditiones, Tumultus, Civiles diſcordiæ, Inteſtina bella, Factiones ſeditioſæ, Seditiones domeſticæ, ſeditionum tumultus, Tumul-

tuum procellæ Rempublicam everterunt. * **Einen Auffruhr ſtillen.** *Appaiſer une ſedition.* Seditionem pacare, ſedare, comprimere extinguere, reſtinguere, compeſcere, cohibere reprimere. Pacem animis afferre, & eos concordia quadam placare ac lenire. Animos tranquillare, mitigare. Mentes ad lenitatem revocare.

Auffrühriſch. *Seditieux.* Seditioſus, in ſeditionem propenſus, ſeditioni deditus, ſeditioſus & turbulentus, ſeditioſus & tumultuoſus. Qui res novas moliens adverſus proceres arma cepit. Qui contumaces adverſus imperia facit animos multitudinis. Qui confidentiam in periculis adeundis, conſtantiam in ſuſtinendis, virtutem in rebus tum domeſticis, tum externis adminiſtrandis componendisque labefactat. Factioſi & turbulenti homines, diſcordiarum amatores, pacis & religionis inimici, qui motus populorum & ſeditiones concitant.

AMPLIFICAT. In tanto civium numero magna multitudo eſt eorum, qui aut propter metum pœnæ peccatorum ſuorum conſcii, novas motus converſionesque, Reip. quærunt; aut qui propter infirmum quendam animi furorem, diſcordiis civium ac ſeditione paſcuntur; aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malunt, quam ſuo deflagrare; qui cum Auctores ſunt & duces ſuorum ſtudiorum vitiorumque nacti, in Reip. fluctus excitantur. * Magiſtris tam imperitis, Nautis tam inſciis, Remigibus tam ineptis, Vectoribus tam indomitis atqúe effrænatis, inter tot periculorum ſcopulos, civilium ſeditionum tempeſtates, privatarum rixarum procellas, & ambitioſorum hominum incurſiones, navim Reip. tuto navigaturam putes? Vix dici poteſt, ſi quod animo fingimus, eveniat, quàm perturbata latronciniis, contaminata flagitiis, fœdata cædibus eſſet cuncta civitas: ut agitaretur turbis. ut jactare-

tur diſcordiis, ut in periculis fluctuaret. Euripus nullus, mihi credite, tot æſtus, commotiones, fluctus habet, quot illa diſſidia, rixas, lites, ſeditiones, pugnas haberet. Audacia ſceleratiſſimorum quorumcunque armata paſſim omnibus omnia minitando volitaret: & furor ipſe armatorum in bonis inermium rapiendis, injuriis inferendis, lapidationibus faciendis, ſatellitibus occidendis impunè baccharetur. Perinde ac in bello ſingulis diebus ac noctibus, ſi adeſſetis, eam & immanibus terroribus commoveri, & atrocibus prœliis ardere, & cædibus debiliorum funeſtari per perditiſſimos ac robuſtiſſimos quosque, tum ad extremum per ſeditionem civilem miſerabiliter interire videretis. * O meum [*Belgium*] militarium ſeditionum facta pila! Quoties caput extuleras, & portum jam tenebas, cum furenti te reddit oceano, & ſævioribus immerſit undis una militaris ſeditio! Crederes è terris, à quibus ſperari malacia debuerat, deſtinato præcipitem Africum decertantem Aquilonibus, & triſtes Hyadas & rabiem Noti, & inimicos claſſibus ventos omnes in unius ruere interitum. O mea Navis! quæ poſteritas credet annis vix totis 40. militaribus te jactatam ſeditionibus? Pudor! Prope 50. Quousque provinciarum orbe toto nobiliſſima, regnorum atque adeò orbis, quâ patet, ludibrium ſedes? Non nimis conſanguineo exteroque ſanguine, tanquam rore & imbrè fœcundum! navigare non ſemel in barbaro hoc flumine potuiſti * Europa jacet miſera undiqúe telis confixa civilium turbarum.* Sed heu (*Gallia*) veſtra quàm æſtuat! Vetus, florens, & illud regnorum, ut ſic dicam, regnum, quam periclitatur! Non converti, ſed everti illachrymor. * Illi à mente conſilioque deducti, veriti non ſunt adverſus Regis caput ac ſalutem conjurare, à quo poſt atrocia facinora, non modò veniam conſecuti erat, ſed & jam benignè & amanter excepti. * Sicut vul-

go

go dicunt, Aquilonem noctu exortum nunquam ad tertium durare diem; ita rerum motus, qui non ex altis initiis, sed facili causâ subitâque proficiscuntur, facile sedantur & conquiescunt in Republicâ. * Ut mare, quod naturâ suâ tranquillum est, ventorum vi agitari videmus, ac turbari: *Sic* Populus suâ sponte pacatus, hominum seditiosorum vocibus, & violentissimis tempestatibus concitari solet.

SEDUCERE. Verführen. *Seduire,*

SYN. Abducere, subornare. PHR. Aliquem seducendo ad noxam pellicere. Seductum ad nefas illicere. Clam inducere ad scelus. Clanculariâ suasione impellere in fraudem. Ad domestica furta alienum famulum subornare, clam illicere, fraude inducere. Vide, ne te auferant aliorum consilia. Voluptates animum â virtute detorquent. Abducuntur homines nonnunquam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

SENTENTIÆ: Seductores sunt omnes, qui vitiosis exemplis, pravis suggestionibus, blandis promissionibus, aut comminationibus, seu alio quovis modo proximos suos decipiunt. (*Dion. Carth.*) Diabolus obsessa semel pectora, mollissimis seductionibus decipit. (*Euseb. Em.*) Seductiones venenatis verborum sagittis animas inficiunt. [*Greg.*] Periculosior est persecutio seductoris, quàm apertè lævientis. (*Hugo C.*) Sunt qui seducunt per Philosophiam, magno & blando, & honesto nomine colorantes, fucantes errores suos. [*Aug.*]

SENECA.

ADJU. Doctus, severus, pius, Hispanus, Cordubensis. PHR. Neronis Præceptor. Bonus author, & sapientiæ Candidatus. Fons sapientiæ. Scriptor generi humano utilis, & intimis sensibus meis

charus. (*Lipſ.*) Annæus Seneca, vir doctiſſimus, qui in felici Neronis ſæviſſimi Imperatoris magiſterio non tam commemorabilis fuit, quam miſerabilis. Latinorum Philoſophus : Præſtantiſſimus animorum medicus : Optimus magiſter peſſimi illius Neronis.

AMPLIFICAT. Magnum quidem, egregiamque laudem, ſibi ſapientiſſimus Romanorum Seneca, peperit, eximiamque exiſtimationem adeptus eſt cum plurimis præclare factis, tum verò æquabili vitæ moderatione, quam non minus in adverſis, ac in ſecundis rebus adhibuit ; majori tamen luce gloriæ, nomen illuſtravit ſuum clariſſimis ingenii monumentis, quæ transmiſit ad poſteros, tot figurarum luminibus renitentia, tot abundantia ſonantibus verbis, tam gravibus ornata ſenſis, ut quamvis cæteræ animi laudes abfuiſſent, hæc una, tanti viri famam, ad ſempiternam temporis memoriam propagatura facile fuiſſet. Illum adeo non loqui diceres, ſed oracula fundere ; non ſcribere, ſed leges ferre, nec tam in verba, characteres fingere quàm figurare verba in ſententias ; At quàm argutas ! Superi ! quam exquiſitas ! quàm reconditas ! Unam deomnibus vultis explanemus ? Accipite, quàm ſcite, perverſam hominum, in carpendis aliorum factis conſuetudinem, carpat ipſe, atque reprehendat. Aliena vitia, inquit, in oçulis habemus, noſtra à tergo ſunt.

SENECTUS. Alter. *Vieilleſſe.*

SYN. Senecta, vetuſtas, canities. ADJU. Animoſa, fortis, grâvis, honeſta, honorata, honoratior, imbecilla, ignava, ſomniculoſa, jucunda ; non modò languida atque iners, verum etiam operoſa, & ſemper agens aliquid ; non moleſta, ſed etiam jucunda ; levior, loquax natura, miſerabilis, odioſa, otioſa, placida ac levis, tolerabilis ; aut jam urgens, aut certè adventans ; calamitoſa & præceps ; jam

Digitized by Google

jam propè deſperata; litterata, quieta, honorifica potius, quam ſolicita; Severiſſima. (*Cic.*) Veternoſa, vetuſta, decrepita. PHR. Prope jam ætas decurſaque. Ætas devexa. (*Sen.*) Ultimum tempus ætatis, Senilis ætas. Provecta, ultima, poſtrema ætas. Multa ſenectus. Longius productum ſenium. Longè procedentes in ſenium anni. Exactum ſenium. Senectus extrema, ſumma, ultima. Ætas extrema, confecta, ultima. Veneranda ſenectus, in bonis moribus dulcior, in conſiliis validior. [*Ita Ambr.*] Ætate fit doctior, uſu tritior, proceſſu temporis ſapientior. [*Ita Hier.*]

Nach der Jugend kommt das Alter. *La Vieilleſſe ſuccede auſſitot a la jeuneſſe.* Adoleſcentiæ ſenectus obrepit. Nos à tergo inſequens, nec opinantes aſſequitur ſenectus. **Da man alt wird.** *Lors qu'on devient vieux.* Ætate ingraveſcente. * **Die Kinder ſpringen ihren Eltern bey/ wann ſie alt worden.** *Les Enfans ſoulagent leurs Peres & Meres dans leurs Vieilleſſe.* Parentum ætas ingraveſcens in filiorum adoleſcentia conquieſcit. Parentum imbecillitas filiorum nititur adoleſcentiâ. Parentum ſenectutem fulcit ac ſuſtentat filiorum adoleſcentia. Subſidio eſt labentibus parentum viribus adoleſcentia liberorum. Senio parentum ſubveniunt adoleſcentes filii. * **Ich bin nun im höchſten Alter.** *Je ſuis ſur la fin de mes jours.* Extrema mihi vitæ pars agitur. Extremæ ſenecturis onus ſuſtineo. Tanquam à carceribus ad vitæ metam perveni. Jam me ad exitum vitæ natura perduxit. Curſus mihi vitæ penè confectus & abſolutus eſt. Decurſa jam mihi propemodum eſt ætas. Quantulum mihi vitæ ſpatium reſtat, ſupereſt, reliquum eſt? Senium attigi. Ad canos perveni. * **Das Alter muß man ehren.** *Il faut honnrér la vieilleſſe.* Ætati etiam Veneratio ſua tribuenda. Senectus cum prudentiâ conjuncta imperitæ juventuti præſtat. Caute & præmeditatè cum ſenibus agendum.

AMPLIFICAT. Quid eſt Senectus? Caput calvum, prudentiæ domicilium, divinitatis templum, ita Syneſius. Quid eſt Senectus? Morum ſchola, inquit Celada. Quid eſt Senectus? Exultatio juvenum fortitudo eorum, & dignitas ſenum canities. (*Prov. 20.*) Quid denique eſt ſenectus? Senectus corona dignitatis, ait Salomon. (*Prov. 16.*) Ætas illa, in quâ cadit vox, reliqua membra, quibus actio orationis animula continetur, langueſcunt omnia. * Ætas cujus propria eſt auſteritas & ſapientia, cujus conſilio ac prudentia bene res omnes adminiſtrantur, quam omnes aſſequi deſiderant, à qua graviſſimum omnium ordinem, Senatum majores noſtri appellatum eſſe voluerunt. * Ultima illa ætas, officina luctus, fax vitæ, portus calamitatum, quam ut omnes optant, ità nemo conſecutus, eâ gaudet: optima cum expectatur: cum advenit, oneroſa ſibi, aliis moleſta. Inſtat enim diu viventibus natura, quæ ut creditor immitis, aut Dynaſta importunus, jus ſuum ſibi flagitat. Qui modo omnia excelſa ſpirabat, jam imago ſui aut cadaver vivum inter homines.

SENEX. Alt. *Vieux.*

SYN. Senecio, vetulus, grandævus. ADJU. Miſer, credulus, oblivioſus, debilis, imbecillus, triſtis ac decrepitus, capularis, longævus, annoſus, durus & penè agreſtis, locuples & feſtivus, prudentiſſimus atque optimus: *Diſſoluti; moderati, nec difficiles, nec inhumani; moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles; deliri, deſperati.* [*Ex Cic.*] Acherontiicus, ſuſpicioſus, incredulus, ſuſpicax, diffidens, nulli niſi ſibi indulgens, in reprehenſionibus ſeverus, acer in monitis, immemor juventutis ſuæ. Sibi ab unoquoque præcavens, omnia ſecus interpretans, nihil vehementer concupiſcens, cuncta perfrigide tractans, & ſolâ febre calens. PHR. Grandis natu, *vel*, gran-

grandi natu, gravior natu, ætate grandior, ætate grandiore. Vir ætate provectus, annis provectus, ætatis provectæ, ætate provectâ; ætate, *vel*, annis provectus. Senio, vel annis confectus. Annis obsitus. Obductus ætate. Jam capularis. Annis maturus. Capulo vicinus. Jam instat capulo. Est annis jam vergentibus in senium. Jam vergit in senectam. Ad metam suæ ætatis velis remisque properat. Sua ætas inclinat. In senium est præceps. Labitur in senium. Homo ætate confectus, exercitatione robustus. Homo ætate affectâ, & virtutibus infirmis. Affectus senectute. Populus Athenienſis prope jam desipiens senectute. Exercitatus & vetus miles. Cùm esset summâ senectute & perditâ valetudine. Quibus corpus annis infirmum. Consitus senectute. Cùm sis jam ætatis plenus. Hic ille est senectâ ætate, qui factus est puer. Defectæ senectutis Homo. Ætate fessus. Ætate & morbo impeditus. Homo exactæ ætatis, confecta ætate; Summâ senectute, *vel* senio confectus. Vir summo natu, grandi admodùm natu, valdè grandis natu. Homo ætate gravis, annis fractus, senio caducus, gravi summæ senectutis onere oppressus. Vitia senis rugosi, passique silicernii. Cariosâ vetustate attritus. Genua ægrè trahens, quassansque utroque caput. Gravatus annis, totusque in baculum pronus, & lassum trahens vestigium. Alterum pedem habens in cymbâ Charontis. * **Alt werden.** *Devenir vieux.* Senescere, consenescere, senem fieri, senectute provehi, senio affici, ætate procedere; in senectam, *vel* extremam delabi, vergere. * **Ein alter frischer Mann.** *Vieilland vigoureux.* Crudo, ac viridi vigore senex. Juvenili viriditate senex. Vigente ac validâ virium firmitate senex. * Canities illa veneranda, illa species vultus, in quo sæculi calamitatem, tanquam litteris quibusdam ac ductibus conscriptam atque consignatam vides.

Dieſer alte Mann iſt ſehr heßlich. *Ce vieil homme eſt fort laid.* Quis non exhorreat ſenem illum retorridum, cadaveroſum, capularem, ſcapulas habentem arcuatas in fornicem, hiantesque & aridas fauces, oculosque lippitudine riguos, fœtidasque nares, buccasque fluentes, dentesque tremulos, naſumque ſimum, ſulcatamque frontem, recurvumque mentum, genasque luridas, auriculasque flaccidas, aduncasque manus, falcatosque pedes, pectusque pulicibus ſcatens, caputque cimicibus putens? *

Die Alten werden gantz kindiſch. *Les Vieillards reviennent en enfance.* Bis pueri ſenes. Repueraſcunt ſenes. Ad annorum numerum decrevit ingenii vigor, ac ut ex Ammonis fonte prognatum diceres, cum maxime deberet caleſcere, rudis animi impetus obſtupuit. Hic ille eſt ſenecta ætate, qui factus eſt puer.

DESCRIPT. Videor mihi videre capularem aſiquem Mathuſalem, infra talos pelliceatum, promiſſe barbatum, ſupra modum cane capillatum. Caput ejus quaſi mons niveus, & barba ejus ludibrium ventorum. Verbo hyems dominatur in toto corpore, & nox in oculis, imò eclypſis perpetua in omnibus ſenſibus, & tamen nondum vult mori.

SENTENTIÆ. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. (*Levit. 19.*) Corona dignitatis ſenectus (*Prov. 16.*) Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Ætas ſenectutis vita immaculata. (*Sap. 4.*) Verè ſenectus illa venerabilis; quæ non canis, ſed meritis albeſcit. [*Ambr.*] Sicut æqualium uſus dulcior, ita ſenum tutior: qui magiſterio quodam & ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, & velut murica probitatis inficit. (*Idem.*) Decrepitam ſenectutem omnes optant, antequam veniat; omnes de illa, cum venerit murmurant. (*Aug.*) Matura ætas, multis laboribus exercitata, jam novit per experientiam, quod

Digitized by Google

quod didicit per ſcientiam. (*Bern.*) Senectus humana morbis graviſſimis ſauciata tendit ad finem, querelis oneroſa, colore deformis eſt. (*Idem.*) Turpe eſt, ſeneſcere ætatem, non ſeneſcere laſciviam. (*Naz.*) Jam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt, & fronte ob ſenium rugis aratâ, vicina eſt mors in foribus; velimus, nolimus, ſeneſcimus. (*Hier.*) Vides Senes valetudinarios, quorum membra frigeſcunt, cupiditas ſervet: caro ſenectute opprimitur, & ambirio juvèneſcit. (*Petr. Bles.*) Si quis ad ſenectutem proceſſerit, cor ejus ſtatim affligitur, caput concutitur, languet ſpiritus, fætet anhelitus, facies rugatur, ſtatura curvatur, caligant oculi, arrident ſocculi, nares effluunt, crines defluunt, tremit tactus, deprimit actus, dentes putreſcunt, aures ſurdeſcunt. (*Inno. III.*) Quid eſt jucundius ſenectute, ſtipata ſtudiis juventutis? (*Cic.*) Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit; nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. (*Idem.* Eſt quiete & pure atque eleganter actæ ætatis placita ac levis ſenectus. (*Idem.*) Turpis & ridicula res eſt, Elementarius Senex. (*Sen.*) Senectus inſanabilis morbus eſt. (*Idem.*) Quid eſt turpius, quam ſenex vivere incipiens? (*Idem.*) Ante ſenectutem curandum eſt bene vivere; in ipſa bene mori. (*Nier.*) Senibus repueraſcit divitiarum amor. Quin ipſa Senectus adoleſcentia avaritiæ, & vigor eſt. Tunc viaticum procurant, cum nihil reſtat viæ. Tunc commeatu onerantur, cum appellunt ad portum. (*Idem.*)

SIMILITUD. Senior ſine maturitate, quaſi fiſtula ſambuci contrita pedibus ludentium. (*Trith.*) Sicut fructus in arbore non inveniuntur, in qua pampinus aut flos prius non apparuerit: Sic & in ſenecture honorem legitimum aſſequi non poterit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicujus exercitationibus non laboravit. (*Aug.*) Ut gaudent, qui à furioſis Dominis aufugerunt: Sic gaudere debent ſenes qui ætatis bene-

beneficio libidini non infeſtantur. (*Plut.*) Ut aqua vino admixta reddit illud moderatius; & ſobriæ Nymphæ Bacchum temulentum compeſcunt: Sic in Republ. Senes admixti juvenum temeritatem & ambitionem reverentiâ ſui reddunt moderatiorem (*Idem.*) Novella vitis copioſius gignit vinum; ſed veruſtior melius: Ita plura loquuntur Juvenes, ſed utiliora ſenes. [*Eraſm.*] V. Anus.

SEPELIRE. Begraben. *Enterrer.*

PHR. In die Erd. Aliquid defodere, infodere; in terrâ, *vel*, in terram, terræ inſodere, tetrâ obruere. Die Todten. *Les morts.* Mortuos ſepelire, numare, inhumare, funerare, ſepulturæ mandare, ſepultura afficere, tumulo mandare, ad ſepulturam dare, in ſepulchrum inferre, in ſepulchro condere, humo tegere. Alicui parentare, ſepulturam dare. Aliquem monumento condere. Alicui extremum honorem perſolvere, Juſta celebrate; Exequias facere, celebrare, peragere. Er iſt durch meine Vorſorg ehrbarlich begraben worden. *Il a été enterré fort honorablement par mes ſoins.* Funus ei amplum faciendum curavi. Dedi operam, ut funere amplo & magnifice efferretur; ut exequiis honeſtaretur. Exequiis eum honorificis proſecutus ſum. Meâ operâ honorificè ſepultus eſt, *vel*, ſepulturâ honeſtatus eſt. Die umkommen/ ſeynd unbegraben geblieben. *Ceux qui furent tuez, ne furent pas enſevelis.* Qui occiſi ſunt, honore ſepulturæ caruerunt: ſepulturæ honorem adepti non ſunt; inſepulti jacuêre, inhumati projecti ſunt. * Begräbnuß. *Enterrement.* Humatio, Sepultura, Funus, Parentatio. Einer Begräbnuß beywohnen. *Aſſiſter à l'enterrement de quelqu'un.* Alicujus funus proſequi, comitari, deducere. Cujuspiam exequias ſuâ præſentiâ cohoneſtare.

AM-

AMPLIFICAT. Divi Fratres edicto admonuerunt, nè juſtæ ſepulturæ traditum, id eſt, terræ conditum corpus inquietetur. Sepulchrum eſt, ubi corpus oſſavè hominis condita ſunt. Redditur enim terræ corpus, & ità locatum eſt ac ſitum, quaſi operimento Matris obducitur. * Nos corpus reliquum veſte lineâ diligenter convolutum terræ commiſimus celandum. Et nunc jacet ille noſter [*Lamachus*] elemento toto ſepultus. Et ille quidem virtutibus ſuis vitæ terminum poſuit. * Tandem frequentiſſimo conventu, publico luctu, maximâ cum ceremoniâ, decantatis ſolennibus precationibus pro mortuis, multisque perfectis ſacrificiis honeſtiſſimi quique cives ſanctiſſimum corpus ad ſepulchrum jam multò ante præparatum detulerunt. Elizabetha ædificato cœnobio, cùm intelligeret, nihil eſſe morte certiùs, nihil incertius tempore ipſo moriendi, monimentum ſibi faciendum curat è lapide magnum & excelſum, & in ipſo templo B. Claræ collocarat.

SERVIRE. Dienen. *Servir.*

SYN. Deſervire, ſubſervire, præſto eſſe, conſulere. ADV. Diligentiſſimè *valetudini*, flagitioſiſſimè *amori*, magnopere, maximè, planè *exiſtimationi*. PHR. De aliquo bene mereri, optime, mereri, promereri. Apud aliquem beneficium collocare, ponere. In aliquem, *vel*, alicui conferre beneficium. Alicui gratificari, benefacere. Aliquem obſtringere, obligare, augere omnibus officiis, ſibi demereri. Aliquem beneficio afficere, ornare, complecti, obſtringere, obligare, ſibi devincire, ſibi obligare. Sibi alicujus animum beneficio devincire. Ich hab dem Land groſſen Dienſt geleiſtet. *Les ſervices, que j' ay rendus a la Republique ſont tres grands.* Mea in Rempublicam merita maxima ſunt. * Ich hab ihm gedienet / wo ich immer gekönt. *Je luy ay*

rendu

rendu tous les ſervices que j' ay pû. Contuli quæ in illum beneficia, officia, merita potui. Quantum in me fuit, *vel*, pro meo ſtudio, meaque induſtria complexus illum ſum. Nullum officii genus omiſi quod ad illius utilitatem, vel laudem ſpectaret. Omnia, quæ quidem præſtare mihi licuit, profecta in illum ſunt. Meam in illum voluntatem & benevolentiam, ubi tempus & occaſio poſtulavit, oſtendi, probavi, ſignificavi, declaravi, patefeci. Benè meritus de illo ſum, quam potui ſtudioſiſſime. Omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium, induſtriam in ejus rebus poſui atque conſumſi. Omnia mea ſtudia in illum contuli. **Ich werd dir in allen vorfallenden Gelegenheiten bedient ſeyn.** *Je vous ſerviray en toutes les occaſſions, qui ſe preſenteront.* Nihil non agam tua causâ. Nullum pro te laborem; nullum onus, aut officium recuſabo. Mea tibi ſtudia atque officia præſto erunt. Omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium, induſtriam in tuis rebus ponam, atque conſumam. Officium in me nusquam requires. Mea ſtudia non deſiderabis. Omnia mea in te ſtudia conferam. Præſtabo tuâ causâ quidquid poſſum. Tuis in rebus toto pectore contendam. Omnia mihi pro te ſuſcepta, nec difficilia, nec injucunda erunt. Quæcunque tibi commodare potero, omni curâ ac diligentiâ complectar. Quæ tibi intelligam eſſe accommodata, omnia ſtudiosè perſequar, diligenter præſtabo. Profiteor, atque polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium, in omni genere officii, quod ad gloriam, ad rem tuam ſpectet. Nulla tibi in re, neque ſtudium, neque benevolentia deerit. Polliceor tibi ſtudium meum, operam ſine ulla exceptione, aut laboris aut occupationis, aut temporis. Dabo operam, ut intelligas, me neminem eſſe majoris officii, ſtudioſiorem officii, in officio diligentiorem, in quo plus officii ſit.

Uni-

Digitized by Google

Universum studium meum & benevolentiam ad te defero. * **Er hat mir einen guten Dienst geleistet.** *Il m' a rendu un bon service.* Me sibi obstrinxit, insignis gratiæ beneficio. Singularis beneficii operam mihi navavit. Eximiæ benevolentiæ conferendæ officio æternum me sibi devinxit. * **Einem seine Dienste anbieten.** *Faire offre de service a quelqu'un.* Alicui polliceri & deferre officium suum & operam, sine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Omnibus in rebus se alicui commodare. Ad aliquem deferre officium studiumque suum. Studium eximium & singulare profiteri & polliceri alicui, in omni genere officii, quod ad illius rem spectet. Universum studium suum, & benevolentiam deferre ad aliquem.

Ich bin dein Diener in allen. *Je suis tout à vôtre service.* Tuus sum totus. Tibi sum addictus, deditus. Omni in re uti potes meâ operâ. Habes me tibi devotum addictumque. Mancipio & nexu tuus sum. Volens ac lubens, tibi studiosissimè serviam. Jube quod lubet, jussis tuis libenter obsequar. Meum tibi ex animo famulatum defero. Tuus sum tibi addictissimus servus. Addictum, deditum, obstrictum me habes, habebisque in perpetuum. * **Kan ich dir einige angenehme Dienst leisten?** *Vous puis je rendre quelque service?* Nunquid est, in quo meam requiras operam? In quo navare tibi operam possim? In quo mea tibi opus sit opera? In quo operâ meâ uti velis. * **Ich biete dir alle meine Dienste an.** *Je vous offre tous mes services.* Omne studium meum ac laborem, auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium tractandum tibi defero, & polliceor. Tibi operam meam in illa re profiteor. Tibi meum studium ad illud agendum defero. Offero me tibi. Quidquid possum ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor ac defero. Ultro tibi omnia defero.

Pro-

Profiteor atque polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium in omni genere officii, quod ad rem iſtam ſpectet. Polliceor tibi ſtudium meum, operam ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Univerſum ſtudium meum & bevolentiam ad te refero, quidquid valeo.

SILENTIUM. Stillſchweigen. *Silence.*

SYN. Taciturnitas. ADJU. Altum, acre & intentum, profundum, religioſum, inſitum, altum & egregium. PHR. Temperantia modificativa verborum. [*Gers.*] Cum quâdam fructuosâ animi quiete, à verbis etiam utilibus linguæ coërcitio. [*Hugo. V.*]

AMPLIFICAT. Non fruſtra homini natura aures duas, linguam duntaxat unam dedit, ut doceret, oportere audire multa, pauca loqui. Duplici labiorum intervallo unicum membrum linguam muniit; periclitantur reliqua, ſi hæc clauſtra importunè perfringat. Feneſtram Momus deſideret; opticos alii tubos poliant; tua in tenebris ſint conſilia. Quamdiu enim hæc in ſemine ſunt, & præcox lingua eadem non propalaverit, tam diu optima ſpes vivit effectus. Coralium dum caput undis effert, & ſpectabile redditur, erubeſcit continuo: par conſiliorum eſt conditio, quæ, dum patefiunt, ruborem purpuræ geminant, quia inefficacia, dum irritus, quem intentarunt, cadit ictus, Ferrum vaginam inhabitet, neceſſe eſt, donec tempus & occaſio ſtringi jubeat. Optima, dixerim, conſiliorum tegendorum eſt ratio, ſi ſilentio involuantur. Diſcant igitur Secretorum participes Harpocratem æmulari, digitum ori imponant, priusque animo cogitent, quam arcanum evulgent. Silentio namque ſuam flumina ſervant majeſtatem, quam garrulo loquaces ſtrepitu rivuli per Saxa decurrentes produnt. Verborum paucitas reverentiam conciliat, & ſæpe numero meta è tripode

funde-

Digitized by Google

fundere oracula judicatur, qui loquitur quidem, sed sub rosa. Hinc non immeritò Hesiodus Poëtarum prudentissimus linguam non vulgandam, sed recondendam esse dixit perinde ut thesaurum, ejusque in promendo fore gratiam maximam, si modesta, modica, ac modulata sit. Atque adeò miser est garrulitatis eventus, ut eadem calumniatrice non solum privata luant, sed etiam publica turbetur quies; prius haud frænetur, donec bella acuat, seditionibus omnia implicet, validas urbes diruat: potentum palatia evertat, magnanimorumque vires exscindat. Multi gladii acie occubuere, sed plures per linguam; Felix itaque, qui contra eam defensus est, & qui in ejus furorem non incurrit. Lingua garrula mors est, orco conducibilior; cujus sermo leviter volat, sed graviter vulnerat: suaviter erumpit, sed graviter urit, hinc charitatem facilè violat. Vis nosse, unde lingua nominis etymologiam mutuet? ni fallor ab eo, quod adulando lingat, mordeat detrahendo, attrahat mentiendo. Lingua ligat, & sola ligari non potest; labilis est, & teneri non potest; labitur & fallitur. Labitur ut anguilla; penetrat ut sagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos, seminat invitabiles animi rancores ut laconicè loquar, unico ictu multos interficit. Discat ex hisce quisquis est, servare mensuram in verbis suis, stateram & pondus in sermone, dicta ejus sint moderata, nec modum loquendi transiliant: plus diligat audire, quàm dicere, potius auscultare, quàm loqui, memor illius: Felix, vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.

SENTENTIÆ. In multiloquio non deerit peccatum. [*Prov. 10.*] Homo sapiens tacebit usque ad tempus. [*Eccl. 20. 1.*] Sit omnis homo tardus ad loquendum. [*Jacob. 1.*] Ubi non est moderatio linguæ, ibi nunquam erit perfectio vitæ. (*Alb. M.*) Maxima virtus, est tacendi: nullum ergò ex ore verbum, quod

revocare velis, proferas ; ſed parcior loquendi fiducia ſit. [*Ambr.*] Silentium cuſtos eſt Religionis. (*Aug.*) Silentii munus expers eſt periculi. (*Clem. Alex.*) Optima cuſtodia conſcientiæ eſt Taciturnitas. (*Trith.*) Studioſus Silentii appropiat DEO. (*Clim.*) Taciturnitas eſt mater orationis, captivitatis revocatio, ignis divini amoris obſervatio, cogitationum diligens inſpectio, ſpecula hoſtium, carcer luctûs, lacrymarum amica, memoriæ mortis operatrix, ſuppliciorum pictrix, judicii indagatrix, ſagax mœroris ſubminiſtratrix, inimica fiduciæ, quietis conjux, ambitioſæ doctrinæ adverſatrix, ſcientiæ adjectio, ſpeculationis opifex, ſecretus in DEUM profectus, occultus aſcenſus. (*Idem.*) Pacifica mens, cultrix DEI, & virtutum amatrix, providâ gubernatione intrà clauſtra ſilentii cohibet linguam. [*Laur. Juſtim.*] Cuſtos juſtitiæ ſilentium eſt. [*Pet. Dam.*] Aſſueſcat lingua ſub taciturnitatis ſe cohibere cenſurâ. (*Idem.*) Silentium amica ſolitudinis eſt. (*Th. Kemp.*) Vellem me pluries tacuiſſe, & inter homines non fuiſſe. [*Idem.*] Oris ſilentium, pacis domicilium. (*Idem.*) Proximus ille DEO, qui ſcit ratione tacere. (*Cato.*) Tibi diligentiſſimè eſt lingua continenda. [*Cic.*] Quid prodeſt ſilentium, ſi affectus fremunt? [*Sen.*] Minerva taciturna eſt, & odit garrulos. (*Nier.*) Silentium clauſtrum verecundiæ eſt. (*Idem.*) Taciturnitate mea ſigillabo maledicum os: Si utrumque pandatur, turbo ingruit: vehementem ventum inter duas pervium feneſtras non continebis, niſi claudas alteram, è neutrâ jam perflabit. (*Idem.*) Quid aliud Silentium, quam penu doctrinæ, fiſcus Minervæ? (*Idem.*) ſilentium eſt Lydia petra mentis. (*Idem.*)

SIMILITUD. Quemadmodum onerati mero, non continent cibum: Ita nec arcanum, redundante vino. [*Sen.*] Ut egregius Artifex, jaculandi ſtatim ſcopum petit: Ita ſapit, qui pauca loquitur, ſed ad rem. (*Plut.*)

Digitized by Google

(*Plut.*) Ut myſteria cum ſilentio, ſpectantur: ita quædam melius laudantur ſilentio quam oratione. (*Idem.*) Ut vas experiamur, aquam non vinum infundimus: Ita frivolum quiddam aliquando committendum amicis, quo ſilentii fidem experiamur; ut ſi effutiant, nihil ſit periculi. (*Idem.*)

SITIS. Durſt. *Soif.*

ADJU. Diuturna, inexplebilis, intolerabilis, inſaturabilis, Tantalea, importuna, veſana, inſatiabilis, moleſta. PHR. Potionis cupiditas. Potûs appetitio. Bibendi cupido, *vel*, deſiderium. *Sitis* æſtus. * **Dürſten.** *Avoir ſoif.* Sitire. *Siti* affici, tentari, teneri, urgeri, premi. Siti ardere, exardeſcere, conflictari. *Siti* exſiccari, exareſcere, conflictari. *Siti* eneeari, exareſcere, emori. Maximè, graviter, ardenter ſitire, ſitim ferre. * **Die Häring verurſachen den Durſt.** *Les Harans cauſent la ſoif.* Haleces ſitim accendunt, incendunt, inferunt, inflammant. Ardorem ſitis cient, movent provocant. * **Durſtig.** *Alteré.* Sitiens, ſiti laborans, graviore ſiti affectus, Sitibundus. Siticulo-ſus quanto plus bibit, tantò plus ſitit. * **Den Durſt löſchen.** *Etanches la ſoif,* Sitim explere, ſedare, levare, extinguere, reſtinguere, ſatiare, potione depellere. Animum æſtuantis aliquantum recreare * Ubi febris conquieverit, protinus ſitis quoque quieſcet, abibit. * Si magna ſitis urgebit, iis potio dari poteſt. * *Sitis* præcipuè fatigatos & laucios exurebat. * Cibi condimentum fames, potionis ſitis. Vini expers vivit, & vino dilutiſſimo contentus ſitim explet, * **Die Jnwohner haben meiſtentheils lieber durch das Schwerdt/ als vor Durſt ſterben wollen.** *Les Habitans ont mieux amiê deperir par l' è pée, que par la ſoif.* Incolæ aquæ inopiâ fatigabuntur, ut legatione miſsâ

pacem pretio depoſcerent. Sed cùm ſe protrahi viderent, & ſitis amplius aquis deficientibus accenderetur: egredientes plerisque ſe ſe offerebant hoſtibus, voluntario ferro, quam ſiti præoptantes mori.

SOBRIETAS. Mäßigkeit. *Sobrieté.*

SYN. Abſtinentia, temperantia, frugalitas. *ADJ.* Summa, inſignis, parca, caſta, ſana, pia, ſancta, honeſta, religioſa. *PHR.* Cibi ac potûs frugalitas, moderatio, temperantia. In potu mediocritas, Specialis virtus, quâ removemus ſpeciale rationis impedimentum ex nimio potu proveniens. (*Th. Aq.*) Virtus ſpecialiter ſumpta, motus gulæ refrænans. (*Hugo C.*) Pura ab illecebris utriusque hominis temperantia. (*Hugo V.*) Virtus quâ corporis alimenta cum moderamine admittuntur, in cibo, & potu, & ſomno. (*Bonav.*)

SENTENTIÆ. Propter crapulam multi obierunt qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. (*Eccli. 37. v. 34.*): Sobrii eſtote. (*1. Petr. 5. 8.*) Mens ſobria paſſiones omnes cohibet, ſenſus gubernat, ſermonem regit. [*Ambr.*] Sobrietas mentis, medicina eſt corporis. [*Idem.*] Ornet mores tuos Sobrietas & Frugalitas [*Aug.*] Sobrietas eſt caſtitas ſenſus & mentis membrorum omnium corporisque tutela, caſtitatis pudicitiæque munimen, pudori proxima, amicitiæ pacisque ſerva, honeſtati ſemper conjuncta, criminum vitiorumque omnium profuga, recti judicii tenax, memoriæ recordationisque inſeparabilis ſapientia, ſecretorum cuſtos, arcani velamen, lectionum & doctrinæ capax, ſtudiorum & artium bonorum diſcipula pariter & magiſtra, ingeniorum capiendorum pediſſequa, bonæ famæ ſemper avida, in cogitationibus ſalubria atque utilia creans, virtutis ſingulare auxilium, cuncta cum ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſeipſum ſemper ingerens. (*Idem.*)

Si

Si manduces, menſam tuam Sobrietas perornet. (*Bern.*) Tutiſſimum cordis munimentum eſt ſobrietas cum inſtanti oratione, jugique Scripturarum meditatione. [*Cypr.*] Vis acquirere ſenſum & ſapientiam? Sobrietas tibi neceſſaria eſt. Vis habere animæ ſanitatem, imò corporis? Opus eſt tibi ſobrietate. Vis placare DEUM, & de præteritis peccatis ſalutarem agere pœnitentiam? Sume ſobrietatem. Vis ſervare juſtam tuam hæreditatem in Paradiſo? Sobrietas neceſſaria eſt. Vis claudere portam omnibus vitiis? Amplectere ſobrietatem. [*Gerſ.*] Disruptum ganeâ ſtomachum, nulla ſarcire res melius, quam Parſimonia ſolet. [*Sidon. Ep.*] Felix abſtinentia, quæ palato imperat delicato. (*Bonav.*) Abſtinentia mater ſanitatis eſt. (*Chryſ.*) Abſtinentia nummus eſt Philoſophiæ. [*Nier.*] Sibi, non domino vivit, qui temperatè non vivit. [*Hayn.*]

SIMILITUD. Incrementum ignis ſylva: incrementum ventris eſca multa. (*Anon.*) Vapor thymiamitis replet aërem; Abſtinentis Oratio adorat DEUM. V. ABSTINENTIA, JEJUNIUM.

SOCIETAS JESU.

AMPLIFICAT. Auguſta Heroum cæleſtium Parens: Orthodoxæ fidei nutrix; Religionis tutela: Vitiorum victrix Virtutum omnium aſſertrix Societas. * Quam quidem provinciam ita ab Ignatii ſociis & ſuſceptam fortiter, & pertractam gloriosè intelligimus; ut nullum ſit iter tam aſperum, quod non exegerint; nulla natio tam barbara, quam non cicuraverint; nullum ſolum tam ſterile, quod non excoluerint, nullum clima tam rigidum, quod non habitaverint, nullum littus tam remotum, quod non occupaverint, nullus angulus tam abſconditus, quem non retexerint. Invaſerunt in templis cathedras, in ſcholis pulpita, in urbibus Xenodochia, in Xenodochiis obſequia, in

carceribus pædorem, in navibus ſitum, omnes domi labores, omnes militiæ incommoditates. Expulerunt ex populis diſſidia, ex urbibus improbitatem, ex domibus rixas, ex compitis licentiam, ex Gymnaſiis ignorantiam, ex tribunalibus iniquitatem, ex Aulis æmulationem, ex templis ſitum, ex altaribus immunditiem. Induxerunt in populos pacem, in urbes ſanctimoniam, in domos concordiam, in compita modeſtiam, in Gymnaſia Muſas, in Tribunalia juſtitiam in aulas moderationem, in templa cultum, in altaria mundiſſimam religionem. Compreſſerunt in juventute audaciam, ſenectute avaritiam, in nobilitate jactantiam, in plebe dolos, in dominis faſtum, in ſervis reluctantiam. Incitarunt ſanctum in juventute calorem, in ſenectute deſidiam, in nobilitate gloriam, in plebe innocentiam, in dominis temperantiam, in ſervis obſequendi ſtudium.

Quare ſi videtis, quà latè exſpaciatur terra, quà natat Oceanus, quà homines irradiantur ſideribus, jacentia ingenia in lucem eruta, pigra excitata, laborioſa ad facilitatem inſtructa, ſicca & ſterilia ad fœcunditatem animata, jacentem indolem erectam, depravatos in Juventute mores exciſos, virtutes diſſeminatas & ad maturitatem adultas; ſi non vultis aſſeverare cum Paulo III. *Societatem* ab Ignatio inventam, eſſe agrum fertilem, qui non annis, ſed diebus ſingulis multiplices & uberes fructus producit: aſſeverabit infenſiſſimus Orthodoxæ Religionis hoſtis Kemnitius (quamvis gloriosè nimis) *Societatem* à Pontifice excogitatam eſſe, ut labantem Eccleſiam fulcire aliquo modo poſſit. Si exaggeratè nimis à Pio IV. dictum eſſe exiſtimatis, innumerabiles fructus, benedicente Domino, Chriſtiano orbi Societatem JESU feliciſſimè hactenus attuliſſe, & adhuc ſollicitis ſtudiis adferre non deſiſtere: fatebitur Franciſcus de Verulamio Angliæ Cancellarius Heterodoxus, nobiliſſi-

liſſimam priſcæ diſciplinæ partem in Jeſuitarum Collegiis quaſi poſtlimio revocatam. *Si* invidiam in cujusquam animo exſuscitat impenſum Societati à Joanne III. Luſitaniæ Rege elogium, qui *Socios* omnes ſupra Religioſam eorum modeſtiam Apoſtolos nominabat: pronunciabat ſiniſtro quantumvis animo Schismatici in Ærhiopia conciliabuli perverſus Antiſtes, vidiſſe ſe (in Sociis) viros Apoſtolis quam ſimillimos. *Si* (ut tot Summorum Pontificum Imperatorum, Regum ac Purpuratorum Patrum ſingularia pro *Societate* præconia omittamus) quod à Præſidibus Concilii Tridentini pronunciata ſit *Societas* latisſimè per Chriſtianorum & Gentium etiam Provincias, DEO quod cœpit opus promovente, cum maximo animarum fructu verſari, privatæ fortaſſis animi inclinationi attribuitis: illud ſaltem ſingularis affectus notâ carebit, quod infenſiſſimus Ignatio dæmon ex Energumena illum inimicum ſuum capitalem ſit conteſtatus; eo potiſſimum nomine, quod ut ille in commune orbis exitium toto univerſo diſſeminat vitia, ita Ignatius eam in mundi præſidium inſtituerit militiam, quæ *Societas* JESU nominata, in ipſo nomine ſibi magnificum anagrammatismo circumfert imperium, Vitioſa feces: quod glorioſis omnino facinoribus adimplet.

SOL Gall. *Soleil.*

SYN. Phœbus, Titan. ADJU. *Summus*, æſtivus, clarus, lacteus, nitidus & unctus, calidus & igneus, geminatus, major atque amplior, inuſitatus, quaſi pedalis. (*Oc.*) In nube temperatius micans, innoxie ac jucunde viſus; cuncta luce ſua illuſtrans; univerſum Orbem illuminans; coruscans æquè ac fulgurans, meridians. PHR. Phœbi fax. Rota fervida Solis. Signum præpotens. Princeps Siderum. Dux & princeps, & moderator luminum.

Maximum Cœli, *vel* Mundi decus. Qui quotidie è Cœlo, tanquam arce quâdam ſplendidâ & illuſtri, ſignum omnibus ſuſtollit. Non unus in nativitate Chriſti novâ trabeatus in luce dies ſe ſeMundo videndum infudit. Sol amœniſſimâ ſiderum obſidione coronatus.

AMPLIFICAT. De Sole fabulantur quod priusquam exoriatur, & illo ſuo flammante curru lucem ac diem in orbem invehat, in communi maris undis lateat, ibique vultum ſuum jubare præfulgido, coruſcantem lavet, radiantes capillos pectat ac diſcriminet, equos ore ac naribus diem ſpirantes currumque totum etſi aureum abluat. Tunc oritur currusque ſuos è gurgite tollit, flammiferumque jubar terræque poloque reducit. Sed in omnes orbis partes ſuos radios effundens & cuncta ſerenans, in animantibus omnibus, ac rebus etiam aliis ſui excitat amorem, ſolus tamen ſervare poteſt & illuminare. * Sol temporum ille moderator, & univerſorum quaſi ſiderum Monarcha, qui ab oriente, per gradus veluti quosdam, in Meridiem contendit, nunc hanc, nunc illam, nunc aliam ulterius regionem diffuſis radiis illuſtrat, lætariquè paulatim omnia & quodammodo videre facit; ubi vero in Meridie, hoc eſt in ipſo cœli faſtigio conſiſtit, tum valles omnes ac montes in terra, vaſtiſſimum maris æquor, ſpacia aeris immenſa, fulgentiſſimo lumine ſuo ſic replet ac perfundit, ut perfectiſſimus ſit dies ac deeſſe omnino ipſi nihil videatur. * Sol ipſe luminum omnium moderator & parens, quot & quantas tum in cœlo, tum reliquis mundi partibns varietates efficit; dum orbem illum variis diſtinctum ſignis, quem Zodiacum appellant, quotannis totum illuſtrat? Nam modò vernam temperiem ſumma cum amœnitate nobis affert, dum Arietem, Taurum Leonem, Virginem peragrat: modo fertilem autumnum efficit, dum in libra, Scorpio, Sagittario ſpatiatur: modò ſævam nobis atque horridam hyemem lon-

longius abscedens relinquit, quo tempore capricornum, Aquarium, Pisces, brevissimo die percurrit. * Sol ille Mundi oculus, dierum parens, temporum dispensator, à quo lucem luna cæterique planetæ ac stellæ mutuantur, per quem quidquid in terris vegetatur ac crescit, animam haurit, ac vivit. * Solem, quid dicam, jucunditatem diei, cœli pulchritudinem, naturæ gratiam, præstantiam creaturæ, ut B. Ambrosio, mundi mentem ut Firmiano, cœli rectorem, ut Plinio, luminum Principem ut Ciceroni, cœli oculum, ut Rhodigino placet, quid, quæso quid dicam, principale naturæ regimen, temporis dominum, DEI imaginem. * Vices temporum digerit, annum renascentem ex usu naturæ temperat, cœli tristitiam discutit, humani nubila animi serenat; digerit omnino, temperat, discutit, serenat * Sol divinas & immortales vivacitates pascit, atque ordinatis invectionibus solvit. Sol caloris sui divitiis terram ditat: à sole stirpium, atque herbarum origo pendet; Sol accretionem, perfectionemque & maturitatem affert. Et quid est, quod Imperator ille, & ille heros præclarus, eximius, omnia, Plinii dictione, intuens, audiens omnia, sua non confoveat, & servet potestate.

Talis est inter astra, luminaque omnia Sol clarissimum sidus, qui quia lucet à seipso, cunctaque respiciens interdiu maxime omnium, & maximus omnium splendet Solus, nomen Solis invenit * Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit, conditusque vel relatus per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat; hinc tempestivi imbres, & spiritus haud infœcundi. * Sol astrorum Princeps, cor mundi, oculus cœli, qui calore illo cœlesti, ac vi sui luminis præpotens, è seminis tantulo grano in concipientem terram projecto, fibras, surculum, vitam educit arbusculæ; idem luminum moderator, & alter rerum mistarum ex dissimilibus

& concretarum parens, eandem ſuo ipſius ſuceo nutriens educat in arborem atque auget: idem in frondes, & flores, & fructus provocat arboris vim nativam: idem denique fructibus dulcedinem, maturitatem, vimque tribuit generandi. * *Sol* in illa quaſi arce conſtitutus, non ea tantum, quæ proxima ſunt, ac vicina, pertingit, ſed remotiſſimas etiam mundi partes illuſtrat radiis, & quæ disjunctisſima videntur eſſe, ad ea quoque virtute penetrat. * Sol, oculus cœli, dux temporum, mundi lampas, perennis luminum fons, omnes ſtellas illuminat pariter & obſcurat: de ſua luce dat cunctis ſideribus ſplendorem illum, quo puriſſimum, ubi inhærent, cœlum exornant, quo nobis mortalibus humi ſtratis inter nocturnas tenebras collucent. * Quanquam velim vos eam novi Solis pectoribus veſtris effingere Majeſtatem, quam capitis auguſta dignitas, aurati capillorum radii, explicatæ frontis area, ſuperciliorum rubicundæ Irides, oculorum gemella ſidera, corallinum labiorum purpúriſſum, comis totius vultus gratia amabilem reddat; nolim tamen eum electrino ſublimen in ſolio, peregrinis gemmarum ſideribus radiatum, inter ambitioſa argenti, & auri certamina, inter delicioſa gemmarum & lucis prælia, inter grata naturæ ac artis pugnas, inter ſumptuoſa opulentiæ, ac induſtriæ duella, flammeo equorum quaternione per auguſtos cœli campos provectum vanâ illuſione mentibus ipſi veſtris depingatis. *Sunt* ſui ad rapidam celeritatem flammei equi illuſtriſſimo illi Planetarum Principi, dextero cœli oculo, viventium nutritio, ac ſplendoris omnis parenti *Soli*, &c. * Quis ignorat illum Diſpenſatorem dierum, *Stellarum* Imperatorem, Parentem hominum, Rectorem temporis, armorum metatorem, naturæ ſpeculum, pupillam cœli, cor univerſi, mundi animam Solem, DEI quoddam eſſe ſimulachrum! Certè ſi *Sol* Heraclito eſt fons luminis, Jamblicho

blicho eſt viſibilis imago Divinitatis: *Si Sol* Hebræis eſt lux, Filius DEI lux vera eſt, quæ illuminat omnem hominem: *Si Sol* Orpheo eſt oculus Juſtitiæ, ſacratiſſimo Patrum Senatui & Eccleſiæ univerſæ Filius DEI eſt *Sol* Juſtitiæ: *Si* Sol Platoni Coloſſus eſt, aut Idolum Divinitatis, DEI Filius in *Sole* poſuit tabernaculum ſuum: Si *Sol* Homero eſt Thios, ſeu Divinitatis Filius, DEI à Patre procedit in ſimilitudinem producentis. Ut non immeritò proinde ipſe ſe aliquando *Sol*em, Lunamque Mundi nuncupaverit. * Nihil ſecretius eſt radiis *Sol*is; vident omnia, & vix videntur, apparent & latent, per eos ſentimus omnia, & vix ipſi ſentiuntur: nihil ſubtilius iisdem radiis; pervadunt ſoliditatem Cœlorum, nec franguntur: permeant ignem, nec exuruntur: percellunt aërem, nec læduntur: immiſcent ſe aquis, nec merguntur: inſinuant ſe terris, nec obruuntur; nihil eisdem radiis efficacius; fœcundi ſunt in terris, ſalubres in aquis, illuſtres in aëre, purpurei in igne, argentei in ſtellis, discolores in planetis, omniformes in gemmis. *Sol* vas admirabile, de quo omnis rerum pulchritudo vigorque fœcundæ lucis, tanquam ex formoſo Oceano manat; ille fons vitæ, & ſummæ mentis in hoc univerſo præcipuus adminiſter, in omnia diffundit ſalutares radios. Et quia terram magnitudine ſuâ centies & quadragies continet, inexhauſtas vires, in intima ejus viſcera, efficaci conſtantiâ propagat. *Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus.* Ut meritò dicatur Pater luminum, artifex operum, Penicillus Numinis: mille coloribus in voluminibus nubium ludentis: plectrum ſupremi Phonaſci, nunquam permittentis dormire concentum Cœli: proinde cœleſtium chorearum æquiſſimus Moderator, Princeps temporum, ſiderum rector, metator anni: omnigenæ varietatis in herbis, floribus, metallis Author; Altor denique illuſtrium ingeniorum.

SEN-

SENTENTIÆ. Simul ut Sol ortûs ſui ſigna præmiſerit, omnes Stellarum ignes ſub unius luminaris fulgore vaneſcunt: aperitur aër, cœliqúe facies purpuraſcenti rubore perfunditur. (*Ambr.*) Nihil inter viſibilia pulchrius invenitur Sole. (*Aug.*) Sol eſt quaſi quidam oculus ſplendidus, creturam ipſam condecorans. (*Baſil.*) Sol omnes ſtellas ſplendore ſui fulgoris obtundit, & contegit. [*Clem. P.*] Nihil Sole in rebus aſpectabilibus aut divinis aut communius eſt. (*Synes. Ep.*) Sol Spectatorem, niſi cum deficit, non habet. (*Sen.*) V. NATIVITAS C. F. XAVER.

SOLITUDO. Einſamkeit. *Solitude.*

SYN. Receſſus, ſeceſſus, deſertum, eremus, Anachoreſis. ADJU. Amara, communis, deſertiſſima, inacceſſa, mera, multa, ſumma, tanta, vaſta. (*Ex Cic.*) Tacita, tranquilla, ſancta, umbroſa, inhoſpita, ſecreta, remota, diſſita. PHR. Deſertus locus. Deſtiturus ab incolis locus. Expers habitatorum regio. Locus ſolitarius, inhoſpitus; remotus, *vel* ſejunctus ab humano conſortio. Sanctorum vita, à Mundi illecebris ſegregata.

AMPLIFICAT. Cum vates ille Regius hujusce ſæculi fluctibus obtutus, tempus ſibi dare cuperet liberum & vacuum à negotiis, quorum intoleranda quaſi mole Reges orbis terræ premuntur, ad cogitationem de DEO duntaxat immortali ſuſcipiendam, ad illius delicias, & ſolidas animi voluptates percipiendas, ſimilis columbæ pennis in ſublime efferri cupiebat, ut urbis celebritatem fugaret, & inſolitudinem ſumma celebritate volaret. Quod cum nactus fuiſſet, ſe fugiſſe cœtus, inquit, mortalium, & vaſtam ac deſertam ſolitudinem abductum incredibili, ac divina rerum cœleſtium voluptate recreaſſe ſuum animum tot undis & procellis regnorum antea turbulentiſſimis jactatum ac penè ſubmerſum. Quod deſiderium ſanctiſſi-

ctisſimi Regis flagrans, & accenſum cogitantibus ſæpè viris in hoc ſæculo verſantibus, venire deberet ſtatim in mentem fragilitas humanæ naturæ, pericula maxima & innumerabilia, quibus frequenter expoſita eſt humanæ vitæ ratio, ſi ſe ſalvos & incolumnes ſervare voluerint in perpetuum, atque illud ſitienter appetere, & conari modis omnibus, quoad conſequantur, non deſinent, ut ab urbe diſcedant, ſecernant ſe ab hominum cœtibus, ingrediantur in Religionem ſolitudinis receſſu ſatis inſigniter expreſſam. Nam quemadmodum columba avis & ſimplex & ſincera nimis, timida admodum & formidoloſa, ſibi ipſi cavens & conſulens, & receſſus quærit, & remotam ab hominum concurſu, celebritateque ſolitudinem; tantâ autem celeritate, quantam novimus, quotidie videmus, volatus illa ſuſcipit, ſe efferens in ſublime, longiſſimos & altiſſimos: ſic equidem nos, ſi ſalvos & incolumes animos cupiamus, urbium populorumque concurſus fugiemus timidi nimium, & nobis conſulentes, ne ſtrepitu tumultuque urbano miſerabiliter oppreſſi, laqueis & inſidiis dæmonis Mundi, & ſpurciſſimæ carnis irretiamur.

Viri ſcientia illuſtres, receſſum ſolitudinis ſemper amarunt. Didicit in ſolitudine Tullius, quod è roſtris dixit; & prius Orator Tuſculanus fuit, quam Romanus. Varronem in Caſſinano, Romanorum doctiſſimum *Solitudo* effecit: didicit è re ruſtica, quod de Politica ſcripſit. Dictavit Epiſtolas *Senecæ* in Nomentano & Albano Solitudo; Beneficium ſolitudinis eſt, quod de Beneficiis ſcripſit. Demoſthenes in Hypogæa ad murmur torrentis pronunciare didicit, quod torrens eloquentiæ fuerit, hoc debet torrenti. Seniori Plinio ſe in Miſinani ſolitudine omnis pænè Natura oſtenderat, periit, dum flammas explorat, quas Natura celebrat. Quid Plinius ſecundus? Hic Orator, hic Conſul, hic Proconſul malebat in Lauretini ſoli-

olitudine ſecundus eſſe, quam in urbe primus. Silius intrà ſepulchrum hauſit ſpiritum Virgilii; ſolitudo pæne tumulus eſt, & Poëtas facit. Claudit intrà ſe theſauros fontium vallis clauſa, dum apud ſe Petrarcham habuit, Oceanum clauſit, &c.

SENTENTIÆ. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ei ad cor. (*Oſe. 2. 14.*) O Deſertum Chriſti floribus vernans! ô Solitudo, in quâ illi naſcuntur lapides, de quibus civitas magni Regis extruitur! ô Eremus familiarius DEO gaudens! (*Hier.*) Deſertum omni amœnius civitate, & ad quoddam Paradiſi inſtar, Sanctorum cœtibus obſidetur. (*Idem.*) Tranquillitatis mater Eremus eſt, quietus Portus, omnis turbationis expultrix. (*Chryſoſt.*) Idoneus ad veram Philoſophiam locus ſolitudo eſt. (*Idem.*) Solitarius eſt formâ terreſtris Angeli, qui Orationem ſuam chartâ deſiderii, & ſolitudinis litteris, deſidiâ & torpore liberavit. [*Clim.*] Solitaria vita, cæleſtis doctrinæ ſchola eſt, ac divinarum artium diſciplina. (*Pet. Dam.*) Eremus eſt Paradiſus deliciarum, ubi tanquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum, ſic fragrantia ſpirant odoramenta virtutum. (*Idem.*) Eremus mors vitiorum, ac procul dubio fomes & vita virtutum [*Idem.*] Vita Eremitica balneum eſt animarum, mors criminum, purgatorium ſordidorum. (*Idem.*) O Eremus mundi perſequentis effugium, laborantium quies, mœrentium conſolatio, ab æſtu ſæculi refrigerium, peccati repudium libertas animarum. (*Idem.*) O vita Eremitica, vita benedicta, viridarium animarum, vita ſancta, vita Angelica, exedra gemmarum cœleſtium, curia ſpiritualium Senatorum. [*Idem.*] Nihil ſolitudine jucundius. [*Cic.*] Nihil eſt mihi amicius ſolitudine; in hâc mihi omnis ſermo eſt cum litteris. [*Idem.*] A turbâ, quantum potes, te ſepara. [*Sen.*] Satis ſunt mihi pauci, ſatis unus, ſatis eſt nullus. [*Idem.*] Solitudo libenter tacen-

tarentis forum Divinitatis eſt, comitia virtutum. (*Nier.*) Nemo manifeſtius cum Chriſto vivit, quàm qui occultius. (*Hayn.*) Quò magis inter homines, eò minus homo: quo minus inter homines fueris, eò major homo evades. (*Idem.*)

SIMILITUDO. Ut in aperto poſita & expoſita negliguntur ac prætereuntur; abſtruſa petuntur inſidiis: Ita qui valdè latet, & à vulgo ſemotus eſt, in hujus vitam inquirunt homines. [*Sen.*]

SOLVERE. Bezahlen. *Payer.*

PHR. Nomina ſolvere, diſſolvere, abſolvere, expedire, explicare. Æs alienum diſſolvere. Rem creditori ſolvere. Ære alieno exire, ſe exſolvere, ſe expedire, ſe explicare. Exſolvere debitum. Annumerare, repræſentare pecuniam. Satis facere creditori. Omnem pecuniam ſummo ſtudio perſolvere, optima fide annumerare, ad diem ſolvere. Renumerare pecuniam. * Ich hab alles bezahlt. *J'ay tout payè.* Omni ære alieno liberatus ſum. Jam nemini obæratus ſum. Liberavi me. Fidem præſtiti, fidem meam liberavi. Levavi me ære alieno. In aſſam ſatisfeci. Ad nummum usque ſolvi. Pecuniam citrà controverſiam, ſinè lite reddidi. Ære alieno me exoneravi. * Für einen andern bezahlen. *Payer pour un atre.* Suſcipere æs alienum. Alterius promiſſa præſtare. Dependere pro aliquo, pro quo ſpopondiſti. Illius promiſſi ſolutio tua eſt, illius promiſſio ad te pertinet. Translatum eſt ejus in me nomen. * Mein Bruder ſoll für mich bezahlen. *Mon Frere payera pour moy.* Solvam à fratre. Curabo tibi à fratre ſatisfaciendum. Delegabo tibi fratrem. * Mit bahrem Geld bezahlen. *Payer argent contant.* Præſentem pecuniam ſolvere, numerare, pernumerare. * Von dem Seinigen bezahlen. *Payer argent contant.* Ab ſe numerare. De ſuo

ſuo pernumerare. * Mit eines andern Geld bezahlen. *Payer de l' argent d' autruy.* Ab aliquo numerare, ſolvere. * Er will mit Complimenten bezahlen; allein ich nehme dieſe Zahlung nicht an. *il me veut payer de complimens; mais je ne me paye pas de la ſorte.* Mihi ut faciat ſatis, excuſationes duntaxat adhibet obſequiumque repræſentat: aſt ego præclara hac ſpecie non ducor, non paſcor. Non alor exquiſitis hiſce verborum blanditiis. Mit gelehntem Geld bezahlen. *Emprunter, pour payer.* Verſuram facere. Verſura ſolvere. Faciendâ verſurâ ſolvere, nomen diſſolvere. * Er ſchwöret / er habe nicht zu bezahlen. *Il jure, qu'il n'a pas de quoy payer.* Ejurat bonam copiam. Jurat, ſe in bonis non habere, unde æs alienum ſolvatur * Ich kan nicht bezahlen. *Je n'ay pas de quoy payer.* Solvendo non ſum. Non habeo, unde ſolvam. Non eſt, ut poſſim ſolvere. Non ſuppetit unde creditoribus ſatis faciam. Mihi non eſt, unde creditoribus faciam ſatis. In magno decoquendi periculo verſor. * Den Soldaten ihre Sold bezahlen. *Payer les Soldats.* Stipendia militibus pendere. * Sie zahlen dem König alle Jahr ein groſſes Geld. Ingentem pecuniam pendunt dependunt Regi quotannis. * Ich will dir die Unkoſten bezahlen machen. *Je vous feray ay payer la de penſe.* Tibi ſumptum inferam * Ich will ihm ſchon die Zech bezahlen machen. *Je luy feray payer l' ecot.* Collectam ab illo exigam, * Mit Obligationen bezahlen. *Payer en obligations.* Argentum alicui reſcribere.

SOMNUS. Schlaff. *Sommeil.*

SYN. Sopor, quies. ADJU. Arctior, ſempiternus, ſimilis mortis. (*Cic.*) Nocturnus, blandus, quietus, lenis, dulcis, placidus, quietus, tranquillus, piger, lentus, gravis, ſaluber, matutinus, inquie-

inquietus, tumultuosus, turbulentus, altus, ingens, suspensus. PHR. Dulcis & alta quies. Curarum, laborum domitor somnus. Imago, *vel* simulachrum mortis. Perfugium omnium laborum & solicitudinum. Somnus nihil aliud est, quam brevis & temporaria mors. (*Nyss.*) Tegit me virgâ valentiore somnus. Ad hæc ille marcidus & semisopitus, in alterum latus evolutus. Cum vigiliâ curarum provocato sopore certavi; cæterùm totâ nocte inquietatus. Nam ad ultimam diei metam curriculum Solis deflexerat: & vernæ me quieti traditum dulcis somnus oppresserat. Arctus eum complexus est somnus. Somnium ciere, excitare, creare, accersere, conciliare, inducere, afferre. Alicujus somnum interpellare, interturbare, Dormienti strepere. Intentio febris somnum impedit. * Ich hab die gantze Nacht ohne Schlaff zugebracht. *J'ay passé toute la nuit, sans prendre aucun sommeil.* Hac nocte somnum capere non potui; Somnum oculis non vidi meis; Mei oculi somnum capere, conciliare, videre, reperire non potuerunt. Mihi totâ nocte insomnes oculi fuerunt. Hanc noctem somno vacuam, somni expertem, vigilem, insomnem traduxi. Humoribus à corde ad cerebrum sublatis, ibique refrigeratis, & inde relabentibus inducitur sopor, lixatis sensibus, & ab operatione externâ requiescentibus; quod est dormire, dum spiritus defessi & dispersi ac disperditi se se intra se recolligunt. Tempestivus sopor recreat nos, quia vires auctat; nimia vigilia fatigat, quia exhaurit; nec tam impensè debilitat inedia, quàm insomnia.

AMPLIFICAT. Somnus tanquam publicanus quidam maximum vectigal ab homine sibi petit; mortis fide jussor & quasi vas quidam aut deambulo. Qui quotidiè nos docet, id quod aliquando semper est futurum. * Cùm me somnus profundus in imum barathrum repente demergit; ut ne DEUS quidem

Delphicus ipſe facile diſcerneret, duobus nobis jacentibus, quis eſſet magis mortuus? Sic inanimis & indigens ibi non eram. * Enimverò perferendi non ſunt; coroborata jam ætate, magnis viribus, utróque crure porrecto, corpore ſæpiùs volutato, tanquam ſues noctes, & magnam dierum partem jacent in lecto; cum maxima corporis pernicie, atque adeò animi exitio peſteque teterrima, excitante venere motus animi obſcœnos, & cogitationes impuras. At quàm rem faciunt, atque adeò ſcelus committunt, ut neque in manibus, neque in auribus, neque in ſenſibus cæteris, neque in ulla bona cogitatione ſuſcipienda quovis puncto temporis homines ſe Chriſtianos præbeant. Ita multum in tempus dormiunt, ut agendam rem nullam habere videantur: Ita arctè ut Endymionis ſomnum capere videantur: ita præterea ſtertentes, ut omnes perſentiant.

SENTENTIÆ. Gtave eſt, ſi re otioſum in ſtratis radius Solis orientis inverecundo pudore inveniat. (*Ambr.*) Nec ſomnus Sanctorum vacat à merito. (*Antonin.*) Medicamentum laſſitudinis Somnus eſt: medicamentum fatigationis dormitio eſt (*Aug.*) Chriſtianus cum dormit oculis, debet corde vigilare. (*Cypr.*) Inſidiatur hoſtis, ut rapiat; & tu frondoſa arboris tectus umbracula molles ſomnos futurus præda carpis? (*Hier.*) Uſurarius nunquam dormit, ſicut Diabolus. (*Hugo C.*) Indulgendum eſt ſomno, ut corpus reparet, non reſolvat: & vires revocet, non enervet. (*Chryſolog.*) Sit lectus tuus velut ſepulchrum, in quo quieturus es modicum, paulò poſt iterum ſurrecturus ad DEI laudes celebrandas. (*Thom. Kemp.*)

V. DORMIRE.

SPECULUM. Spiegel. *Miroir.*

ADJU. Læve, politum, pellucidum, micans, nitidum, fragile, cryſtallinum, fallax, mendax, mulie-

Digitized by Google

liebre, auratum, argenteum, uſtorium, planum, convexum, concavum, parabolicum, ellipticum, hyperbolicum. PHR. Speculi vitrum, æquor, nitor, orbis, ſplendor, lævitas. Formas, *vel* ſpecies acceptas, receptas referens. Simulacra imitantia rerum exhibens, referens, reddens. Speculum igniarium, *vel* cauſticum; Conceptum ignem vibrans ſpeculum. Speculum probæ notæ, res objectas cum fide referens; minimè fallax; objecta non adulterans; in repræſentandis objectorum imaginibus, veritatis obſervans, veritatis retinens, minimè fucum faciens: faciem proſpicientium obliquans. Sæpe in ſpeculum inſpexi. Quid opus eſt ſpeculo tibi, quæ tuo ſpeculo ſpeculum es maximum.

AMPLIFICAT. Nulla res, neque à naturâ facta, neque ab arte ficta eſt, in quâ magis ad vivum cujuscunque imago repræſentetur, quam in ſpeculo: in quo non modò partes, lineamenta, magnitudo, notæ, colores, ut in ſtatuis tabulisque fictis referentur, ſed etiam mores, affectus, motus, geſtus, venuſtas ætas vitaque ipſa conſpicitur, quam ſimulacra non exprimunt. * Quo non eſt in hoc mundi amphitheatro materia potentior excipiendarum acreferendarum imaginem. * In quo duo ſunt admiranda, repræſentandi facilitas, & rei objectæ perfecta ſimilitudo: quorum præſtantia ſtatuis, imaginibus, ſimulacris, omnibus, quavis arte, materiâ, ratione, manufactis antecellit * Cætera ſigna, ut aſſimilentur, & quempiam utcunque referant, longo tempore, labore multo, lexcentis inſtrumentis, verſandaſunt, polienda ſunt, elaboranda ſunt: continuò ut lævе ſpeculum ac politum in re quâpiam ſomponitur, ea repræſentata comparet, nullusque apparatus, nullus labor, nulla induſtria requiritur, ut imago reddatur * Cùm in eo viſitur imago mirè relata, ut ſimilis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis ſui morigera: eadem

Digitized by Google

ſemper contemplantibus æquæva eſt, ab ineunte pueritia ad obeuntem ſenectam; tot ætatis vices induit, tum varias habitudines corporis participat: tot vultus equidem ejusdem lætantis vel dolentis imitatur. * Profectæ à nobis imagines, velut quædam exuviæ, jugi fluore à corporibus manantes, cùm leve aliquid & ſolidum offenderunt, illiſæ reflectantur, & retrò expreſſæ contra verſis reſpondeant. * Vulgare ſpeculum quanquam artificio ſummo fictum, diligenter expolitum, atque in bono lumine collocatum, objectum vultui, totiſque corpori declamantis, non alias refert formas, niſi rerum earum, quæ ſub oculorum judicium veniunt.

SPERARE. Hoffen. *Eſperer.*

SYN. Expectare, confidere, aſpirare ADV. Benè *de aliquo*, vel *ex aliquo*, inſipienter, optimè, plurimùm, rectè, ſaltem, temerè. (*Cic.*) PHR. Ich hab gute Hoffnung von dieſer Aliance. *J' ay fort bonne eſperance de cette Aliance.* De hâc conjunctione ſpero optimè; Optimam habeo ſpem. De hâc conjunctione ſpes me tenet, ſuſtentat, alit, paſcit, fovet optima. Spero nobis hanc conjunctionem voluptati fore. Hæc conjunctio optimam mihi ſpem affert, parit. * Ich hab Urſach wohl zu hoffen. *J' ay ſujet de bien eſperer.* Hoc videor mihi conſecutus, ut optima ſpe niti poſſim. Eò rem perduxiſſe mihi videor, ut eventum ſperare quàm ſecundiſſimum liceat. In ſpem ingredior fore, ut, &c. Rem, ut opinor, ita conſtitui, in eo ſtatu collocavi, in eum ſtatum adduxi, ita compoſui atque conformavi, nihil ut adverſum, nihil contra voluntatem timere poſſim. Facta ſunt à me fundamenta rei, ſic, inquam, ut certâ propemodum in ſpe relicta ſit. * Einem Hoffnung machen. *Donner eſperance à quelq' un.* Aliquem in ſpem vocare, adducere, inducere, impellere.

Digitized by Google

lere. Alicui ſpem facere, afferre, oſtentare, injicere, oſtendere * Ich hab eine ſteiffe Hoffnung. *J' ay une ferme eſperance.* Spes me tenet. Magna in ſpe ſum. Bono ſum animo. Animo confido. Spem bonam habeo. Mihi ſpes eſt. * Ich hoffe allein in GOtt. *Dieu ſeul eſt mon eſperance.* In unius Dei bonitate atque clementia, omnia ſtatuo, colloco, pono; Spes meas omnes pono, defigo, colloco, repono. Omnem rationem ſalutis in DEO pono. Omnes in ſolo DEO ſitas ac locatas rationes & ſpes habeo. Omnia à DEO expecto. Solius DEI nitor providentiâ. Unius DEI benignitate ac potentia, omnis mea ſpes nititur. Præſidia in DEO omnia conſtituo ad omnes caſus, In DEO ſpes mea omnis reſidet * Ich hab eine groſſe Hoffnung, daß dieſes geſchehen werde. *J' ay grande eſperance, que cela ſera.* Magni in ſpe ſum; Magna me ſpes tenet; Spe magna ducor; Adducor, *vel*, erigor *vel*, ingredior in ſpem magnam; Spem bonam habeo; Mihi certa ſpes eſt, id futurum * Wie ich hoffe. *Comme j' eſpere.* Ut ſpero. Uti ſpero. Quantum quidem ſpero. Pro mea quidem ſpe. Niſi me ſpes fallit. Ut animus meus auguratur. Quemadmodum ipſe mihi polliceor. Niſi mea ſpes infirma prorsùs eſt. * Ich hab eine groſſe Hoffnung wegen deiner Tugend. *Je conçois de grandes eſperances de vôtre vertu.* Spem affers eximiam ſummæ virtutis. Adducis me ſummam in ſpem eximiæ virtutis. Facis, ut ſperem de tua virtute eâque minimè vulgari. Inclinat animus meus à te videlicet impulſus, ad optimam ſpem tuæ virtutis eximiæ. Es tu quidem apud me in egregia ſpe virtutis propè ſingularis. * Alle Hoffnung verliehren. *Perdre eſperance.* Abjicere ſpem, amittere ſpem, alicujus rei. Spe alicujus rei orbari, deturbari, dejici. Deſperare de aliqua re, aliquam rem, alicui rei.

SPES. Hoffnung. *Eſperance.*

SYN. Fiducia, expectatio, firmamentum, votum. ADJU. Abjecta, deſperata, firma in his locis, bona, certa, non dubia, inanis, & tenuis, non dubia triumphi, minimè dubia; & penè explorata, exigua, tenuis, extremaque, eximia, explorata, infinita, explorata ſatis, optima, fallax hominum, magna, ſumma, falſa atque fallax, deſperatiſſima, firmior, fractior, incertiſſima, immortalis, major, maxima, melior, veriſſima, minor, multa, mala, reliqua, nova, obſcura, pertenuis ſalutis, ſubita, ſuſpenſa, tanta, uberior; *chare, certiſſimæ, fallaces.* (*Cic.*) PHR. Boni exſpectatio. Animi appetentis affectus, quo obfirmat ſe ſe, atque munit, amoliendis impedimentis, quæ poſſunt objici; quoad expetito bono perfruatur. Spes illa blanda & inſidioſa mortalibus Diva. (*Lips.*) Zephyri nondum aliqui melioris ſpei; ſed turbant ex transverſo Noti. Spes una difficilium victrix eſt; hâc triumphi ſteterunt & imperia, & quidquid bello magnum. (*Idem.*) Virtus divinitus infuſa, perquam certâ cum fiduciâ noſtræ ſalutis & æternæ vitæ bona expectantur. Eſt expectatio futuræ bonæ rei cum deſiderio. (*Bruno.*) Eſt certitudo futuri commodi adipiſcendi. (*Hugo V.*) Eſt anchora & fortitudo animæ. (*Hugo C.*) Eſt expectatio boni.

SENTENTIÆ. Qui ſperat, in domino ſalvabitur. (*Prov.* 28.) Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. (*Job.* 13.) Illorum, qui non ſperant in dominum, ſpes mortalis, caduca, fragilis, volatica, tranſitoria, inanis erit. (*Aug.*) Non poteſt eſſe in pace. qui ſpem ponit in homine. (*Idem.*) DEUS exaudit gementem, & coronat ſperantem. (*Idem.*) Spes à tribulatione liberat & confortat, mentem elevat & ſalvat. (*Bonav.*) Lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſalvari ſe ſperat. (*Idem.*) Spes per deſideria atque ſuſpiria, introducit ad quietis gaudia, (*Greg.*)

Digitized by Google

(*Greg.*) Spes in æternitatem animum erigit; & idcirco nulla mala, quæ exteriùs tolerat, sentit. (*Idem.*) Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus, promissæ gloriæ devota intentio, Sanctorum destinata sublimitas, Bonorum expectatio futurorum, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum. (*Chrysost.*) Spes in DEUM firma turris est. (*Isidor. Pel.*) Spes est animarum alimentum. (*Philo.*) Spes propriùm ornamentum humanæ animæ. (*Idem.*) Spe hominum genus alitur (*Synes.*) Spes est quasi columna, quæ totum spirituale ædificium sustentat; quâ deficiente ædificium corruit, & in barathrum desperationis concidit. Spes anchora est animæ eam servans, nè procellis tentationum irrumpatur. Gemma speciosissima & gratissima spes est, quæ ad modum gemmæ perlucida est, & pervia in suo interiori. (*Laur. Justin.*) Qui vehitur curru spei, sociam habet paupertatem; Spes inimica experimenti. (*Nier.*) Prolongantur per spem gaudia anticipata lætitiæ (*Idem.*) Panis miserorum suavis est expectatio, exemplar amicorum; spes tristioribus nunquam deest rebus; nunquam illa sequitur fortunam; cùm omnes nos derelinquunt, adest sola fidelis Achates. (*Idem.*) Declivi progressu cupientes labimur in spem (*Idem.*) Spes & Mors publica bona sunt, & extrà jurisdictionem Fortunæ. (*Idem.*) Spes autem vicaria possessionis est, & præcox dominium. (*Idem.*) Res longa spes: Sperata transparentia per vitreas moras videntur temporum, in spe sunt remota maxima. (*Idem.*) Suffuraris onus felix, latruncula summis, O Spes, ærumnis ultima nostra comes (*Idem.*) Qui nec sperat, nec timet, infortunari nequit. (*Idem*) Omne opus leve fieri solet, cùm ejus pretium cogitatur: & spes præmii solatium fit laboris, (*Hier.*)

SIMILITUD. Sicut anchora in mari navem immobilitat: Ita ſpes animam firmat in DEO. (*Thom. Aqu.*) Velut Venatores oſſibus alunt canes, ut venentur feras; quas cum ceperint, ab illis auferunt: Ita ſpes ſicco quodam gaudio nos alit, mox cum conſequimur, lætitiâ privamur prædæ. (*Nier.*)

SPIRITUS SANCTUS. H. Geiſt. *S. Eprit.*

PHR. Sacrum Pnevma. Spiritus divinus, Paracletus, *vel* Paraclitus. Spiritus Sanctus eſt maxima potentia, divinum quoddam & inveſtigabile, ſanctificans per CHRISTUM omnes, qui ſunt â DEO conſcripti. (*Cyrill. Hier.*) Spiritus veritatis, ſpiritus DEI, ſpiritus Domini, Spiritus Patris Spiritus Filij: Spiritus Chriſti (*Chryſoſt.*) Semper Patri conſubſtantialiter familiaris. (*Idem.*) Spiritus S. inſpirator eſt Fidei, doctor Scientiæ, Fons dilectionis, Signaculum Caſtitatis, & totius Cauſa Virtutis. (*Leo. I.*)

AMPLIFICAT. Enim vero baſium ipſe eſt, quo pater filium, Filius Patrem jam inde ab æterno exoſculatur. Ardor eſt, quo mutuos in amores efferveſcunt: halitus eſt, quo ſe afflant: oculus eſt, quo ſe aſpiciunt: Complexus eſt, quo ſe amant: unio eſt, qua ſe nectunt vinculum eſt, quo ſe ligant: nodus eſt, quo ſe ſtringunt: ignis eſt, ad cujus incendia Pater in Filium, Filius in Patrem dilectione mutuâ eliquantur: lingua eſt, qua ſe ſe alloquuntur: Echo eſt, quæ Filio ex Patre, Patri ex Filio non alio reſpondet Clamore, quam Amore. Baſium amoris eſt teſſera, ardor charitatis eſt nota; halitus eſt cordis communicatio; oculus eſt gratiæ ſedes: complexus dilectionis eſt index, unio pacis eſt ſignum; vinculum concordiæ eſt indicium? nodus fœderis eſt firmamentum? ignis ſerenitatis eſt argumentum? lingua verbum bonum eructat Echo dum alternante ſono in pectora clamat, amat. Quicquid eſt diviniſſimus Spiritus, ardet urit, ſpirat, unit,

Digitized by Google

unit, nectit, amat. * Si in glaciem degeneres homines pectora noſtra gelavimus; calor eſt, ut diſſolvat. Si in marmora induruimus; fulmen eſt, ut disijciat. Si ferrea rurſum ſæcula mundo induximus; ignis eſt, ut liquefaciat. Si æneacorda induimus; ardor eſt, ùt conflet, fiatque cor unum & anima una. Sit ſanè delirantium Poëtarum fabula, primum humanæ ſocietatis Auctorem fuiſſe ignem, quem fortè excuſſum ſilice materies apta excepit, quem conſpicati eminus admiratique homines, & novo quaſi prodigio tracti concurrerint primum; geſtu deinde, nutu, ac voce converſari cœperint, tum amicitiâ congregari, domos erigere, urbes condere, ac tandem Reſpublicas conſtituere, certe necdum eſt efficaciæ illius umbra, qua Spiritus Veritatis ignem indutus, disjectam, variasque perfectas pugnantem populorum congeriem in unitate filii congregavit. Sit ingenioſæ commentum Antiquitatis, Gallicano Herculi aureas à lingua pependiſſe catenas, quibus vaſtam complexus hominum multitudinem colligaret; commenti extinguit memoriam Spiritus Veritatis, qui in aſperum ingeniis, incultum moribus, ſtudiis adverſum hominum genus illapſus, in tandem effecit, ut eſſet cor unum & anima una. Sit è Poëtarum nundinis ſpectabile monſtrum; efficaci vobis illecebrâ incarnatos aliquando lapides in urbis formam coiviſſe; ex veritatis arcanis apertiſſimum eſt documentum, diſſeptum olim multiplici vocum confuſione mundum unius vocis arcanâ vi in cor unum unamque animam confluxiſſe. Sit ex fabularum regione veritati confine, Promethei induſtria raptum de cælo ignem valuiſſe tantum, ut artificioſam luti congeriem animaret in homines: Veritatis ipſa eſt medulla; ubi hæc ardentiſſima lingua ex corde Divinitatis proſiliit, efficaci perſuaſione, extinctam propè Humanitatem revixiſſe; effeciſſeque, ut qui pridem exſpiraveramus

ad mortem, reſpiraremus ad vitam; & felici cum Divinitate commercio, eundem, qui Patris eſt in Filium, Filiiſque in Patrem reflexus halitus, ipſi quoque halaremus.

Eſt enim & ipſe Diviniſſimus Spiritus, non Patris tantum Filiiſque in Auguſtiſſima Triade dilectio, ſed in humanis quoque mentibus Amor DEUS. Utſi amorem aliquando credidimus vigoris fontem, animi vitam, fervorem mentis, motum cordis, animam animæ; credamus pariter hodie ab hoc uno fonte manare vigorem, hâc unâ vita ſpirare animos, hoc fervore accendi mentes, hoc motu promoveri corda, hac animâ animas noſtras animari. Si amorem intellexi-mus olim eſſe in pectore flammam, cruorem in venis, in fronte ſerenum, in brachiis robur, conſtantiam in pedibus, intelligamus pariter ab hac Diviniſſimi Spiritus flamma incendi pectora, cruore rigari venas, ſereno amœnari frontes, robore firmari brachia, conſtantiâ pedes ſtabiliri. Si amorem diximus eſſe in oculis diem, in aure melos, in ore riſum: in lingua eloquium, dicamus pariter hoc die irradiari oculos, melo recreari aures, riſu perfundi ora, eloquio linguas fœcundari. O Amor, quantus recentiorem in vitam animis te noſtris inſinuas! Fabula eſt, eviduatâ quondam ſagittis pharetra, poſt ſagittas quoque ſemetipſum in Teii Poëtæ medullas Amorem infudiſſe, Veritas eſt, poſt innumera Amoris Divini nuncia ipſum quoque divinitatis Amorem pectoribus ſe ſe hominum immerſiſſe.

David hanc ſpiritus divini auram vehementem appellavit, quod hoſtes DEI vi fortiter deleat: Petrus enem, quod amicos DEI ſuavitate mirificè perfundat; Paracletum Paulus, quod quorum mentibus ſe implicuit, eas cœleſtibus conſolationibus demulceat; aſperum Johannes, quod quorum ſe mentibus ſubduxit, eas cruciatibus & doloris aculeis configat. * Spiritus

tus S. eſt, qui res omnes, à divina illa mente procreatas, fovet, alit, auget, & per omnes mundi partes infuſus, totam (ut ait Poeta) molem agitat, & magno ſe corpore miſcet. * Ea eſt divini ſpiritus vis, ut ſi hominis mentem motione quâdam tanquam aurâ levius perflaverit, excitet vitiorum odium, Si amore tanquam ardenti tæda vehementius incenderit, inſerat virtutum ſtudium; ut cum naturæ genuinæ vis in vitiorum evellendis fibris & Chriſtiani perfecta ratio in virtutum excolendis ſemnibus poſita eſſe videatur, planè liqueat omnem & naturæ & Chriſtiani nominis abſolutionem, ex Spiritus Sancti fonte uberrime profluere * Qui tanquam columba & morum candore nitidula, & vitæ ſuavitate limatula, & virtutum elegantiâ politula, mentem noſtram, abſterſis omnibus ſordibus imbuit. * Animus totius mundi, qui proborum hominum mentibus quaſi conſolator quidam, ac lætitiæ dator illabitur, & incredibilem atque divinam ejus jucunditatem affert.

SENTENTIÆ. Spiritus S. Spiritus abſque materiâ, abſque rege, abſque ſenio, abſque ſucceſſore, abſque fluxu, abſque ſorde, abſque confuſione. (*Chryſoſt.*) Spir. S. vita natura vivens, & viventium vivificator eſt; lux de luce, & lucis ſuppeditator; per ſe bonus, & fons bonitatis; Dominus ſui juris; DEUS de DEO deificans, virtus omnipotens. (*Idem*) Spiritus, quem nemo interpretari poteſt, imperveſtigabilis, imperſcrutabilis, impartibilis, incircumſcriptus, indiſſolubilis, incommutabilis, incomprehenſibilis. (*Idem.*) Non ſpiritus eſt ventorum, non Spiritus Angelicus, non ſpiritus corporalis, non ſpiritus aëreus; ſed Spiritus opifex, Spir. Perſonam in Deitate habens, Spiritus Sapientiæ, intellectûs & exultationis. (*Idem.*) Spiritus pacis & fidei, Spiritus gratiæ & intelligentiæ, Spiritus libertatis & manſuetudinis, Spiritus ſalutis & illuſtrationis (*Idem.*) Spir. S. ima-

Digitized by Google

S. imaginis noſtræ eſt reformatio, mentis perfectio animæ inſtauratio. (*Idem.*) Spir. S. author eſt fidei in DEUM, ſpiritualis mentalium oculorum noſtrorum Sol, interni hominis noſtri lumen, & Lucifer in pectoris cœlo. (*Idem.*) Spir. S. opulentia eſt Filiorum DEI, æternorum bonorum theſaurus, pignus æterni Regis, primitiæ vitæ æternæ, & ſignaculum gratiæ Baptiſmi. (*Idem.*) Spir. S. animarum eſt exultatio, cordis tripudium, ignis, fons rorulentus (*Idem.*) Spir. S. lugentium eſt conſolatio, mœſtitudinis depoſitio, mentis requies, Sapientiæ communicatio, prudentiæ inventio, præſcientiæ illuſtratio. (*Idem.*) Spiritu S. Reges inunguntur, Sacerdotes ordinantur, Prophetæ illuſtrantur, Doctores declarantur, Eccleſiæ ſanctificantur, Altaria fundantur, unguentem conſecratur, aquæ purgantur, dæmones alligantur, morbi curantur (*Idem.*) Dies Pentecoſtes, dies propitiationis, dies remiſſionis, dies eſt indulgentiæ (*Idem.*) Prope te eſt DEUS, tecum eſt; ſacer intra nos Spiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos. (*Sen.*)

SIMILITUD. Sicut ignis urit, purgat, calefacit, illuminat: Sic Spiritus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorantias illuminat (*Ant. Pad.*) Sicut ignis appoſitione lignorum augetur & conſervatur, nè deficiat, ſic nos ardorem ignis Spiritus S. per devotam & jugem recordationem conſervamus. (*Bonav.*) Sicut mare cùm turbatur, oleo infuſo cedit naturâ ſuâ tempeſtas, lenitate olei procellam extinguente: Sic anima noſtra cùm lenitur gratiâ Spiritus S. jucundè tranquillatur (*Diadoch.*) Sicut aranearum ſtamina flatum venti non ſuſcipiunt; Sic neque anima ſæcularis, neque homo animalis gratiam poterit Spiritûs S. ſuſcipere. (*Chryſoſt.*)

Digitized by Google

STELLA. Stern. *Etoile.*

SYN. Aſtrum, ſidus, fulgor, lumen, flammæ, luces. ADJU. Illuſtris & perlucida, obſcuta & caliginoſa, ſalutaris, contraria, micans, parva, præclara, infima terræque proxima, minima, ultima cœlo, finitima terris, ſancta; *aurea, errantes, denſa, exiguæ, clariſſimæ, crinitæ, flammeæ naturâ, inerrantes, prænuntiæ calamitatum, globoſæ & rotundæ, innumerabiles.* (*Cic.*) PHR. Aſtra in Cœlis ſcintillantia, & æternum lucentes faces, majores, minores, junctæ, diſſitæ, ſine numero & in numerum choreas ſuas ducentes. Stellarum orbes admirabili celeritate curſus ſuos confi∘ientes, ſine ſenſu laboris, ſinè tædio laſſitudinis, & in perpetuo motu nunquam defatigati. Quæ luce ſuâ colores accendunt, & quidquid in mundo pulchri latet compreſſum tenebris, hominum oculis objiciunt, redduntque ſpectabile. Formoſiſſimi ſtellarum ignes, qui principio è primigeniis aquis degeneri partu extitere. Illi cœli flores, omnisque ſiderea compago emicare meliùs, ſinceriùs ſcintillare, & oſtendere ſe oculis noſtris illuſtrius videntur. Stellæ immutabilibus ſpatiis, ab ortu ad occaſum commeant. Tam altæ Stellæ ſunt ut è terrâ diſtent viginti leucarum millionibus. Adeò moventur celeriter, ut intrà horæ ſpatium, quinque milliones leucarum conficiant.

AMPLIFICAT. Viſa eſt olim in cœlo inuſitatâ claritate coruſcans ſtella Jacob, quæ ut pulchritudine ſuâ admirabili ignitos illos ac micantes cœlorum orbes plurimum exornabat; ita diffuſis quaquaversùs radiis fulgentiſſimis terram univerſam illuſtrabat. * Aſtrorum innumerabilis multitudo partim labitur cum orbis inerrantis regione, quam circulorum ambit ſignifer, aliquâ complexione circumdatus, & ſignis duodecim illuminatus: partim errantibus ſtellis, quæ neque priorum motus habent, nec ſanè inter ſe ſimi-

les

les & æquales, ſed affixæ diverſis globis, inordinatum, ut ſic dixerim, ordinem ſervant. * Cœli chorum commotum & coronatum ſudâ tempeſtate viſimus, pictis noctibus ſevera gratia, torvo decore: ſuſpicientes, an hoc perfectiſſimo mundi, ut ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata cœlamina.

STUDERE. Studieren. *Etudier.*

ADV. Exquiſitiùs *litteris*, jam pridem, planè, ſummè, vehementiùs *ſcientiæ.* (*Cic.*) PHR. Dare ſtudium ſuum alicui arti. Juris Civilis ſtudio multum operæ dare. Omnem curam atque operam ad Philoſophiam conferre. Omne ſtudium in doctrnâ & ſapientia collocare. In artibus cognoſcendis atque tractandis omne ſtudium ponere. Aliquid ſtudiorum Philoſophiæ impertire. In ſtudium incumbere. Vacare ſtudiis. Verſari in ſtudiis & litteris. Exercere ſtudia literarum. In ſtudio literarum verſari. Rationem habere cum Muſis * Der Red-Kunſt obliegen. *Eſtudier la Rhetorique.* Arti Rhetoricæ ſtudere, dare operam, ſtudia tradere, vigilias addicere, dicare; Dare ſtudium ſuum. In arte benè dicendi ſtudium ponere, conſumere, collocare. Ad eloquentiæ ſtudium conferre operam, applicare ſe, adjungere ſe. Incumbere in Rhetoricæ ſtudium * Er ſtudiret ſtets. *Il eſtudie continuellement.* Libros de manibus nunquam deponit. Nunquam ſtudia intermittit. Uſum ſtudiorum nunquam dimittit. Nunquam ſeſe jungit à ſtudio. Libros aſſiduè in manibus habet, tractat, terit, evolvit, legendo conterit. Modum in ſtudiis nullum agnoſcit. * Mögte gern ſehen, daß du dich auff die Philoſophie legen thäteſt. *Je deſire, que vous vous addonniez à eſtude de la Philoſophie.* Velim te ad Philoſophiam conferas, tuum ſtudium applices, omnes animi tui vires ad ſapientiæ ſtudium conferas, adjungas, appellas. Velim Philoſophiæ

te

te dedas, tuam operam tradas, tuum ſtudium dices. Tu velim generis humani parentem Philoſophiam, quanto poteris ſtudio complectare. Tu velim rerum humanarum atque etiam divinarum cognitionem ſtudioſè colas. Velim te ad ejus ſtudium ſcientiæ adjungas, unde naſcitur atque alitur moderatio vitæ; unde recta vivendi ratio, atque omnis ordo manat. Quantum alii homines ludis, quantum conviviis intempeſtivis, quantum ſodalitiis pravis, quantum voluptatibus tribuunt, tantum ſibi ad pietatis, artium, linguarum excolenda ſtudia ſumere. In id ſtudium, cujus ergò huc eſtis miſſi, totis induſtriæ viribus incumbite, ut & parentibus gaudio, & vobis honori, & amicis præſidio, & patriæ emolumento eſſe poſſitis. In ſtudiis atque liberalibus artibus ita continenter, & aſſiduè verſatur, ut non ſolum æqualibus ſuis, ſed etiam longe natu majoribus antecellat, Nullam aliam voluptatem, nullam delectationem quam ex diſciplinis percipere, omnes artes ita deligere, & ſuaviſſimum quendam paſtum animorum prædicare, in eis totum eſſe, in eis noctes diesque verſari. Studium eſt larioſa animi functio.

AMPLIFIC. Studium ac ardorem amoris omnium ingenuarum artium ſic arripuit, ut eum nulla difficultas ab inſtituto curſu revocaret: non libido ad voluptatem, non ocium ad animi remiſſionem, non denique ſomnus ad quietem. * Nunquam vidi nunc indefeſſum ingenium, & laboris hujus muſici, aut appetens magis aut fervens. Semper ille in libris, in chartis, noctu, diu, aſſiduus, accubuus, nec dies ſolùm omnes appenſi & numerati ad hanc curam, ſed horæ, quas ſingulas ad clepſydram dividere & attribuere ille ſolitus lectioni aut ſcriptioni: De Plinio ſuo ſcribit & jactat alter Plinius. Atqui torpor ille homnis & meræ deſidiæ, ſi cum hac adſiduitate comparetur. * Literarum, ſtudia ita adamavit, itaque in eo poſtea

poſtea conſtanter perſtitit, ut id unum à publicis negotiis diverticulum perpetuo habuerit, ut quidquid ab iis dabatur otii, ſemper in litteris omne conſumpſerit. Biennium in Eloquentiæ ſchola poſuit ſplendido politoque ingenio; quod à curſu ſtudiorum & honeſtiſſimâ contentione nullius unquàm moleſtiâ difficultatis avocabat.

SENTENTIÆ. Studium eſt animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata, magnâ cum voluptate occupatio. (*Cic.*) Non Pariſiis, vel Bononiæ ſtuduiſſe; ſed diligenter ſtuduiſſe, laudabile eſt. (*Antonin.*) Studii finis debitus eſt honor DEI, ſalus proximi, & ædificatio ſui. (*Idem.*) Ad divina enodatiùs explicanda, limatior accedat intentio. (*Aug.*) Erubeſcat ſuperbus & infelix peccator, & timeat elatione cæcatus, ſcientiâ inflatus; cui plus placet Ars Ariſtotelis, quàm ſcientia de Apoſtolis; plus codex Platonis, quàm liber divinus: quem nulla lectio lætificat, nulla ſcientia ædificat, cui nullus ſermo ſapit, niſi fuerit grammaticè conceptus, Dialecticè imaginatus, Rhetoricè purpuratus. (*Idem.*) Litterarum radices amaræ ſunt, fructus dulces. (*Hier.*) Litterarum ardor nullâ prorſus ætate extinguitur, imò ipsâ magis ætate inflammatur. (*Idem.*) Amiciſſima ſemper ſtudiis ſolitudo & quies. (*Lips.*) Otium ſinè litteris mors, & vivi hominis ſepultura. (*Sen.*)

SIMILITUD. Sicut arboribus, quarum propria dos finis eſt fructum ferre, etiam folia videmus congenita, etiam flores: Idem in ſtudiis; & ornatum habent, ac poſcunt, præter nudum illum prudentiæ aut ſapientiæ fructum. (*Lips.*) Ut floribus alii ad odorem aut aſpectum utuntur tantùm; Apes ad mellificium, Medici etiam ad ſanitatem: Sic probi prudentesque amœniora hæc ſtudia traducunt & aptant ad ſerium animorum fructum. (*Idem.*) Vitis, niſi ſubindè amputetur, ipſa ſuâ fœcunditate gracileſcit, & perit:

Digitized by Google

perit: Ita cohibendum est immoderatum studium felicibus ingeniis; nè parum moderato labore consumantur. (*Erasm.*) Vino modico nervi & oculi juvantur; eodem copiosiore læduntur: Sic litteris modicè gustatis adjuvatur vita; eadem læditur, siquis immodicè incumbat. (*Idem.*)

STUDIOSUS. Student. *Ecolier.*

SYN. Scholasticus. ADJU. Peritus, ingenioſus, doctus, facundus; disertus, ingenuus, vigil, anxius. PHR. Musarum castra secutus. Artibus ingenuis excultus. Quem à litterarum studiis nullo unquam tempore, aut commodum, aut otium abstrahit, aut voluptas avocat, aut denique somnus retardat. (*Cic.*) Quem natura fecit hominem, ingenuum patria, genus nobilem, humanum educatio, voluntas denique virtutis amantem, doctrinarumque studiosum. Qui litterarum dignitate ac pulcritudine ita incensus est, ut sinè earum tractatione ne vitam quidem ipsam jucundam putet. Qui in assequendâ honestarum artium scientiâ, operam & industriam suam collocat. Qui ab ineunte ætare, tum exemplis excitatus, tum ipsa hortante naturâ, honestarum artium studia colit. Florentissima & bonarum artium studiis deditissima juventus, exercitationibus præceptorum ad virtutem præparata atque præculta.

AMPLIEICAT. Generosus adolescens, quem labor ipse nutrit, qui noctes & dies gloriæ stimulis concitatur, quem nulla difficultas deterrere, nulla vis labefactare potest, emicat ipse per se se splendetque præter cæteros, velut inter ignes luna minores. * Qui in culturâ mentis & linguæ tantum profecit, quantum potuit is, qui optimo ingenio, peracri judicio; naturali dicendi ubertate præditus, præstantibus præceptoribus, tùm in florentissimo Bononiensi Gymnasio, tùm domi suæ sit usus assidue;

quantum denique verisimile est eum profeciſſe, qui mira celebritate Bartholomæi Calvalcantis, Antonii Bernardi, Mirandulani, & aliorum excellentium Magiſtrorum in unâquaque diſciplinâ diligentiam ſuperavit. * Qui optimarum ſtudiis artium dediti ad res egregias & excellentes enituntur, ſuosque ita labores omnes animant, atque inſtituunt, ut ipſa non invita fortuna, auſpice DEO, placito quodam virtutum occurſu, gloriam mereantur, poſteritatis amorem concilient, immortalitatem tandem adipiſcantur. * Vos ô flos & ſoboles ingenuæ juventutis, qui hûc à parentibus miſſi eſtis, ut inde tanquam à mercatu domum redeatis aucti bonarum artium proventu, quibus patriæ uſui, vobis honori, amicis auxilio eſſe poſitis. * Qui totum adoleſcentiæ ſuæ tempus, cui & communi hominum conſuetudine, & quadam propè ipſius naturæ tacita lege major quædam licentia tribui ac permitti ſolet, non in remiſſionibus animi, neque in eis voluptatibus quibus ætas illa plerumq; etiam ſine reprehenſione capitur, poſuit, ſed in aſſidua præſtantium doctrina virorum conſuetudine, diligentiſſimaque cùm omnium honeſtarum artium, tùm earum præcipuè, quæ populorum rectoribus neceſſariæ ſunt, perveſtigatione conſumpſit: Neque ab eo, quod proponebatur, curriculo aut deterrere poſteà laboris aſperitas, aut avocare voluptatum blandimenta potuerint. * Qui in præſtantiſſimarum artium ſtudio primam ætatis partem exegit, iisque adoleſcens egregiè navatæ in ſtudiis operæ inſignibus atque ornamentis affectus fuit. * Qui non arma, ſed calamos tractat, non ad aciem accinctus hoſtilem patitur aſpectum, ſed in Academia illuſtri ac tranquilla, in publico ſcholarum pulvere ſapientiam perquirit, & ad voces doctorum excitatur. Qui doctrinarum amore captus eſt, ſibique propoſuit, ut, quam diligentiſſime fieri poteſt, operam in audiendo conſumat; & quæcunque

memo-

memoratu digna audierit, ea vel ſcriptis mandet, ut cum opus fuerit, inde petat; vel quod longè præſtantius eſt, ita meditando adfigat, ut nunquam amplius elabantur. * Qui ita divinis litteris pectus inſtruxit, ut reverſus ad parentes, egregia pietatis & ſanctitatis argumenta præbuerit, doctrinæ & eruditionis monumenta reliquerit. * Qui ad rerum cognitionem adipiſcendam omnem diligentiam ſuſcipit, omnem laborem perfert, omnes corporis voluptates negligit, omnem aliarum rerum curam ex animis ejicit.

Qui quantum cæteris ad res ſuas obeundas, quantum ad dies feſtos ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum ſibi advertenda litterarum ſumit ſtudia. (*Cic.*) Qui uni tantùm arti vacant, & ad eam comparandam excellens ingenium, vires corporis integras, animum recentem, incredibili diſcendi cupiditate inflammatum, tum omne tempus ætatis floreſcentis afferunt.

Quæ jucunditas animi, in Puerorum cultores ac Magiſtros reſpergi poteſt, à quorum videlicet ſtoliditate pervicaci nihil niſi minis exprimitur? Qui beſtiolarum in morem nihil aliud ambiunt, quàm quod blanditur oculis, aut arridet palato, aut ſenſum alium quâpiam delectatione permulcet? Qui animum in ea perpetuò cogitatione defixum habent, ut mentem nugis obruant, in ingluviem cupediis expleant, ridicula venentur, papiliones aucupentur, jocis incumbant, ineptiis indulgeant, dies noctesque leviſſimis oblectatiunculis conterant; Qui rotâ figulari mobiliores ſtare loco neſciunt, mente vagi, animo volucres, ingenio plumei, linguâ lubrici, indole petulci, motu turbulenti, aſſueti tripudiis, paſſim palantes, concurſantes, ſubſilientes, ſeſeque in omnem partem, nullo non loco ac tempore, turbinis

Digitized by Google

inſtar agitantes? Qui levitate ipsâ leviores, amant hodie, cras odêre; nunc blandiuntur, pòſt paulò obmurmurant; rident modò placidè, ac derepente torvè plorant; & quem manè ſuaviantur, veſperi, ſi vires juvaret audacia, unguibus appeterent, dentibusque furibundi dilaniarent? Nihil dico de ſordibus: nam quid puero negligentius? Trade illi prætextam auro ſplendidam, luto mox reddet inquinatam. Mitto ſocordiam; nam quid vecordius? Propone ſceptrum, ſceptro præponet calculos, & poſthabebit nucibus coronam, Stuporem prætereo? nam quid ſtolidius? Doce, quid ſit honeſtum, ſurdo canis; enarra fabellam, aures arrigit illicò. * At vobis adoleſcentes urbaniſſimi, quid ſolertius? quid comius? quid ingenioſius? quid magis illecebroſum, & magis adblandiens? Vos Muſarum amores, Parnaſſi Chriſtiani decus, Reip. noſtræ lumina Gymnaſiorum eſtis ornamenta, Cœlique hujus eruditione fulgentis, lucidiſſima ſydera. Vos, ſpecie venuſti, elegantiâ liberales, ornatu comptuli, omnium pellicitis oculos & corda; & quorum benevolentiam, ſtaturæ dignitate, ſplendore frontis, capillorum cincinnis, aptâ corporis habitudine, membrorumque omnium, concinnè inter ſe, lepideque nexorum pulcherrimâ conformatione colligitis, pulchriorum decore laudum, animique commendatione nobiliori, penè cogitis ad obſequium. Vos, non importuni, ut illi puſiones, ſed feſtivi; non inepti, ſed commodi; non inſulſi, ſed urbanitate conditi; non ſordidi, ſed lauti; non ſtupidi, ſed argutiſſimi, quo genere officii veſtros non demeremini præceptores? quæ non præbetis argumenta veſtræ in illos obſervantiæ? quam ſtudii ſignificationem non adhibetis? Ut illos colitis! ut amplectimini! ut dicto eſtis audientes! ut vos ad illorum mores nutumque fingitis! Lætitiamne illi præſeferunt? adridetis. Doloremne? una doletis. Ornaténe dicunt? applau-

applauditis. Appoſiténe docent? laudibus effertis. Acuténe diſſerunt? ſine fine miramini. Quid multa? ſummo ſtudio paretis jubentibus, obſecundatis adhortantibus, fertis objurgantes, redamatis amantes abſentibus gratum præſtatis, memoremque animum, præſentibus exhibetis venerationem ac reverentiam.

STULTITIA. Thorheit. *Fölie.*

SYN. Fatuitas, amentia, inſania, veſania, dementia, inſipientia, inconſiderantia, imprudentia.
ADJU. Abjecta, alta, incredibilis, loquax, magna, media, ſuperior, par, miſera, ſenilis, ſingularis, ſumma. (*Cic.*) PHR. Pravitas mentis. Inſita fatuitas. Innata ſtoliditas. Ingenita ſtultitia. Ingenerata vecordia. Animi ſtupor. Stultitia eſt rerum appetendarum & vitandarum, non quælibet, ſed vitioſa ignorantia. (*Aug.*) Stultitia eſt in factis dictisque per ignorantiam recti ac boni erratio (*Lact. Firm.*) Stultitia rationis eſt vitium ac morbus, infelicis vitæ totius cauſa. (*Ariſt.*)

SENTENTIÆ. Os fatuorum ebullit ſtultitiam. (*Prov.* 15, 2) Stultitia etiam ſtultorum judicio miſera eſt. (*Aug.*) Nihil ſtultitiâ pejus, nihil inſipientiâ deterius, nihil turpius. (*Iſid. Hiſp.*) Nullum homini gravius malum ſtultitiâ accidere poteſt. (*Philo Jud.*) Nihil inamabilius diligenti ſtultitiâ. (*Sen.*) Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. (*Idem.*) Stulti vita ingrata eſt, trepida eſt. (*Idem.*) Humilis res eſt ſtultitia, abjecta, ſordida, ſervilis, multis affectibus & ſæviſſimis ſubjecta. (*Idem.*) Ex humanæ quoque ſocietatis moleſtiis gravius eſt, ferre ſemi-ſtultum, quam ſtultum omninò. (*Nier.*)

SIMILITUD. Ut Cyclops exoculatur, manus quoquoverſum porrigebat, nullo certo ſcopo: Ita magnus Rex, cui deſit prudentia, quidvis aggreditur ingenti rerum tumultu, ſed nullo judicio. (*Eraſm.*) Struthio-

thiocamelus, avium maxima, ſed ſtolidiſſima: nam ubi collum occultaverit frutice, latere ſe ſe exiſtimat: Ita quidam ingenti mole corporis onuſti, minimum habent ingenii. (*Plin.*)

STULTUS. Narr. *Fol.*

SYN. Fatuus, delirus, ſtolidus, demens, amens, inſanus, veſanus, inſipiens, ſideratus, lunaticus. PHR. Malè ſanus. Nullius conſilii. Rationis expers; Ratione averſus, vel abſtractus: Mente permotus, incitatus, exturbatus, captus: Mentis inops, expers: Inops animi: Inops à mente; De ſanitate ac mente deturbatus: Mentis lumine obcæcatus: Deſtitutus à mente. * Er iſt ein Narr worden. *Il eſt devenu fou.* Incidit in inſaniam. Mentem amiſit. Mens eum & ratio reliquit, defecit, deſtituit. Ad dementiam redactus eſt. Prolapſus eſt in inſaniam. A ſeipſo diſceſſit. A mente diſceſſit. De ſanitate mentis exturbatus, dejectus eſt. Exiit de poteſtate. * Illum ad inſaniam adiges. Ergà æquum fatuè eſt affectus. Infatuatus eſt ſtolido æqui ſtudio. Eò dementiæ væſaniæque prolapſus, ut extinctâ rationis omnis luce, judicio atque conſilio rejecto deſipiat. Qui ſi vel unam earum, quas ſomniabat, atomum cerebri habuiſſet, nunquam iſta tam ſtultè incogitanterque ſcripſiſſet. Qui odores fragrantiſſimos, in fœtoribus; Aurum fulgentiſsimum in ſtercoribus; pompam ſplendidiſsimam in miſeriis comminiſcitur.

AMPLIFICAT. *Stultorum infinitus eſt numerus.* Ita eſt; mortalium plerique cerebro laborant, eoque graviori tenentur morbo dementiæ, quò ſibi quisque præ cæteris videtur eſſe mente ſaniori. Quò enim ibis, oro te, ubi non offendas inſanos? Quem penetrabis orbis angulum, in quo non verſentur amentes? Quæ illa regio adeò felix, & ſalubri cœli temperie, in qua deſipientes non invenias? Urbes percurre, ſto-

lidis

lidis redundant; fora circumſpice, fatuorum conventu fervent; perluſtra vicos, pervade compita; ſcatent confertiſimâ turbâ delirantium: obi domos, ſubi tabernas, aulas, cubicula, conclavia; DEUS immortalis! quàm ingentem ſtultorum ac ſtultarum numerum ibi deprehendes! quot intùs & foris, domi ac rure, in villis & in oppidis, in publico & in privato, ſtolidos ſtolidasque cernes! quàm innumerabilem omnis ætatis & conditionis, malè capitatorum multitudinem, ubique reperies! Nempe eorum partem maximam, quos ſingulari ſtudio vides ſuis ſtudere commodis, captare delitias vitæ, rerum ſuarum diligentem gerere curam, ſuſceptaque negotia cautiſſimis conſiliis ad optatum finem perducere; illos, inquam, quos vulgus hominum, ut prudentes laudat, extollit ut providos, miratur ut acres & ingenioſos, ut ſagaces, ſapientiſſimosque prædicat: hos, Rex ille Sapientium, longè imprudentiſſimos, inconſideratiſſimos: expertes ſenſûs & judicii, ac prorſus inſanos, ſtultiſſimosque appellandos eſſe, jure contendit. Quid? non appellabunturinſani, qui honeſtati turpitudinem, libidinem moderationi, virtuti vitium, gloriæ dedecus, cœlo terram, caduca inaniaque bona veris ac ſempiternis anteponunt? Quis non anteponit? Non deſipere dicam, qui neglectis cœleſtibus liquidiſſimiſque beatæ vitæ gaudiis, obſcœnas voluptates, quibus nulla capitalior peſtis eſt, votis omnibus conſectantur & expetunt? Quis non conſectatur & expetit? Non ſtultos vocem, qui momentanea delectatione æternos ſibi creant cruciatus? qui proculcatâ ratione, vitam addicentes intemperantiæ, volutantur in turpiſſimo cœno vitiorum? qui curas omnes ad id referunt, ut gloriolæ fumos aucupentur, ut vanitati ſerviant, ut obſequantur avaritiæ ut luxuriæ ſeſe mancipent: improbiſſimiſque cupiditatibus obſecundent? Quis hoc vivendi genus non ſe-

ctatur? quis in hoc dementiæ mari non navigat? quis ad illos insaniæ scopulos non impingit? quis in his stultitiæ syrtibus, miserandum non facit judicij, mentisque naufragium?

SUPERBIA. Hoffart. *Orgueil.*

SYN. Arrogantia, contumacia, intolerantia, insolentia, fastus, ambitio, tumescentia, protervitas, impotentia. ADJU. Inaudita, singularis. (*Cic.*) Elata, tumida, vana, inanis, proterva, maligna, gravis, imperiosa, invisa, damnosa, impudens, intolerranda, temeraria, audax, mendacissima. PHR. Animi tumentis elatio. Tumidæ mentis fastus. Mentis elatæ tumor. Insolentia & nimia æstimatio sunt, tumorque elatus supra cæteros. Arrogans de se persuasio. Hominum insolentium indignitas. Perversæ celsitudinis appetitio. (*Anfel.*) Amor; vel appetitus propriæ excellentiæ. (*Bonav.*) Singularis excellentiæ, tumentisque animi, super omnes cœtus, quædam gloriæ & supereminentiæ appetitio, (*Hugo V.*) Quâ Homo contra rectam rationem cupit supergredi modulum suæ conditionis. (*Th. Aq.*) Elatio vitiosa quæ inferiorem despiciens, superioribus & paribus satagit dominari. (*Hug V.*)

AMPLIFICAT. Plerumque qui nimium scit, nihil scit, communis hodiedum est paræmia, qui auream fronti suæ Minervam insidere fingit, non raro ejus loco stramineam largitus messem. Et sæpe nimium exaggerata grandiloquia, de veritate solent esse suspecta. hinc evenit, quod pseudo-politicorum jactantia, & simulatio sola nunc cingat orbis limites, quæ tamen, ne ab obvio quoquo nomenclatore cognosci valeat, pro recenti more novum sibi eligit titulum, dum mutato doli, ac jactantiæ nomine, ingenium vult audiri. Ille namque magis habetur ingeniosus, qui magis noverit occultare veritatem; ille magis eloquens, qui

qui ironiam, principem ſæculi noſtri tropum, calluerit optimè: nullus jam viget candor in verbis, nec ſinceritas in alloquio, neque fides in ſermone, dum omnia ſub vexillis politicæ ſimulationis certant. Et quamvis fraus non parva ſit, alterum decipere, jam nihilominus non pro fraude, ſed laude potius habetur, meros ſpondæos loqui, ubi ſæpius minutæ tribraches cerebrum occupant.

SENTENTIÆ. Initium omnis peccati eſt ſuperbia, (*Eccl.* 10. 14.) Superbia eſt DEI abnegatio, inventio Dæmonum, aſpernatio hominum, condemnationis mater, ſterilitatis augmentum, laudum progenies, divini adjutorii expulſio, ſtuporis præcurſor, lapſuum miniſtra, caſus materia, iracundiæ fons, ſimulationis janua, firmamentum Dæmonum, delictorum cuſtos, ſævitiæ & crudelitatis artifex. (*Clim.*) Superbia malorum omnium dux, princeps & conſummatio eſt. (*Idem.*) Superbia eſt noverca virtutum, mater vitiorum principum. (*Aug.*) Et mundabor à delicto maximo: quo alio niſi ſuperbiæ? (*Idem*) Nullum vitium eſt, cui magis divinâ lege reſiſtitur, & in quod magis accipiat dominandi jus ille ſuperbiſſimus ſpiritus, quàm ſuperbia. (*Idem.*) Ubi inflatio, inanitas eſt; Diabolus ubi inane invenerit, nidum facere molitur. (*Idem.*) Væ homini, cujus auriga ſuperbia eſt: neceſſe eſt enim, ut præceps eat. (*Idem*) Regius eſt morbus ſuperbiæ tumor, (*Thes.*) Cecidit, cecidit ſuperba Regia, pinnis coronata; nihil jam niſi funus & fumus. O fumum ſemper Aulæ moleſtum! (*Idem.*) Radix cuncti mali, & vitiorum Regina, ſuperbia eſt. (*Caſſiod.*) Superbia eſt fundamentum omnium peccatorum. (*Vincent. Ferr.*) Quod rubigo eſt in ferro, quod in veſte tinea, quod fel in lacte, quod venenum in melle, hoc eſt ſuperbia in habitu monachali. (*Petr. Bles.*) Nulla alia peſtis plura ingenia abripuit, quàm confidentia

& æſtimatio ſui. (*Lips.*) Eminentia feriunt procellæ. (*Idem*) Omnis, qui ſuperbiam diligit, Diabolo plenus eſt. (*Cæs. Arel.*)

SIMILITUD. Sicut in corde principium eſt venarum, & prima virtus creans ſanguinem: Sic â cordis ſuperbiâ procedit omne malum. (*Ant. Pad.*) Sicut fumus magis aſcendendo deficit: Sic ſuperbus plus exaltatus, plus evaneſcit. (*Bonav.*) Sicut Aranea ſe eviſcerat texendo telam, ut muſcas capiat: Sic ſuperbus perdit animam, ut capiat laudem humanam. (*Caſſiod.*) Sicut nubes rore & aquis concreſcunt: Ita Superbia creſcit ex divitiis. (*Hugo C.*) Ut Culeus, qui vento inflatus ægrè mergitur; ſupereminet autem & exilit ſuâ ſponte: Sic tumidi & pervicaces facillimè attolluntur. (*Lips.*) Ut membrum turgidum ac tumidum vitioſè ſe habet: Ita inflatus animus & tumens in vitio eſt. (*Cic.*) V. Ambitio.

SUPERBUS. Hoffärtig. *Orgueilleux.*

SYN. Arrogans, inſolens, imperioſus, elatus, inflatus, non ferendus, ſe efferens, inflatus, aſper difficilis, gravis. PHR. Spe atque animo elatus. Qui faſtidio, & contumaciâ effertur. Animo, *vel* arrogantiâ tumidus. Animos efferens. Laſciviens, neminem præ ſe ferens. Faſtu & ſupercilio tumidus. Pantomimi inſtar aniliter paratragœdians. Quam plurima ſuæ tenuiſſimæ eruditionis efferens oſtentamenta. Suam unius virtutem maximè extollens. Arroganter de ſe ſentiens. Propter generis ſplendorem inſolenter ſe efferens. Laudato pavone ſuperbior. Faſtu intumeſcens. Fulgore ſuæ fortunæ inſolenter glorians. Venditans ſe homo ineptè glorioſus. Pavonio ambitu ſe identidem circumſpectans & admirans. Cujus ſupercilio nihil eſt elatius, nihil arrogantius, & ad elationem magis audax. Cujus animum neſcio quæ inſolentia ſubiit. Cujus ingenio nihil

hil faſtuoſius & arrogantius. Glorioſus, & virtutum ſuarum eximius præco. * Du biſt ein auffgeblaſener Geſell. *Vous étes un arrogant.* Nimium tibi tribuis, tibi arrogas, tibi aſſumis, places, aſſentaris. Nimium te effers. Largiris ipſe tibi plus quàm veritas, plus quàm ratio concedat. Ipſe te altiùs extollis, quam oporteat. Arrogas tibi plus quàm licet, quàm deceat. Superbiâ es non ferendâ. Parem tibi eſſe neminem vis. Te cunctis antefers. Omnes deſpicis, te verò unum ſuſpicis. Tibi ipſe magnus es atque eximius. Omnia putas in te uno eſſe collocata. Perſuaſum habes, fortunam ipſam minùs te ipſo eſſe fortunatam * So viel bilde ich mir nicht ein, daß ich mir dieſes zuſchreibe. *Je ne ſuis pas ſi orgueilleux, ny ſi vain, que de m' atribuer cela.* Non ſic ſuperbus ſum, elatus & inflatus ſum, ut hoc mihi ſumam, aſſumam, arrogem, aſciſcam. Non ita mihi placeo, mihi aſſentor; Non eam de me opinionem ſuſcepi; Non ita me effero; Non mihi tantum tribuo, ut, &c. Non in me tantum ſtatuo, pono, loco; Non ipſe mihi tanti ſum; Non ipſum me tanti facio, ut illud mihi arrogem, vindicem. * Deine Reichthümer machen dich hoffärtig. *Vous richeſſes vous rendent orgueilleux & ſuperbe, &c.* Tuæ te efferunt divitiæ. Arrogantia tua ex opibus manat. Iſtam inſolentiam, elationem animi, ſpiritus immoderatos in te parit opum abundantia. Animos tibi facit res domeſtica. Tollit te ad iſtam animi intemperantiam res familiaris. * Ad eos ſcopulos inanitatis aurâ plerique feruntur. Illi tacitæ gloriolæ illecebris inducti, magniloquentiæ uni ſtudent, & puerili ſuræ cothurnos ſæpe Herculeos accommodant. *Wallenſteinius* Fortunæ felicitatem intemperantiùs ferebat, cultu vitæ magnificus, ac nulli Principum inferior; tum naturâ avidus gloriæ, ad quam omnia ſua referebat. Hic eventus inflavit ad intolerabilem ſuperbiam animos.

animos. Supra humanum intumeſcebat modum. ſuperbiebat ventoſa & inſolens natio. Nè quis animos ad ſuperbiam extolleret. Intumuêre ſtatim ſuperbiâ ferociaque. Qui titulorum jactantia in arrogantiam illam effert, ut omnem omninò dignitatem ſuam magno aliquo nomine concludant; & ſi claritatem aliquam ſtirpis poſſideant, dominationis titulum attollunt; ſi nomen inter eruditos habeant, ſapientis ambiunt appellationem. Qui ſe hominem non agnoſcit, cujus ambitionem machina non capit, quem mortalitatis ſuæ vel ſupina oblivio tenet, vel ſuperba dedignatio. Qui aliorum è ruinis ſua exædificare cupiunt: naſo alios cum ſuſpendunt, albæ, quod ajunt, gallinæ filios ſeſe eſſe, in ipſius Minervæ ſedere ſinu opinantur. Qui ſe ſolos adorant, & naturæ ſuæ duntaxat inclinatione librantur. Homo ejus indolis, ut non velit videri ſummus, niſi omnium ſummus; nec divinus: niſi ſummorum omnem & impreſſionem & invidiam unus ſuſtineat.

AMPLIFICAT. Erat ille naturâ ſuperbus, animo elato, inflato, ubi verò non causâ, non ingeniô, non doctrinâ, ſed impudentiâ, & audaciâ, & immoderatâ licentiâ maledicendi cœpit eſſe ſuperior: tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumſit, omnium ut judicia rejiceret, doctrinaque ſua, quam cœleſtem ac divinam eſſe compertum habere ſe affirmabat, non de omnibus modò gentibus, verum de Angelis etiam judicium factum iri, magnificè nimis, & gloriosè prædicaret V. Ambitiosus.

SUSPICARI Argwohnen. *Soupçonner.*

Cogitare, reputare, opinari, ADV. Difficillimè, injuriosè, temerè, leviſſimè, nihildum, obſcuriùs; planè ſceleſtè, valdè. (*Ex Cic.*) PHR. Suſpicionem habere. Suſpicione duci, moveri, commoveri. De aliquo ſuſpicari. Quempiam habere ſuſpectum: in alicujus rei ſuſpicionem adducere, vocare. Suſpicionem

nem conferre, conjicere in aliquem. De aliquâ re haberi ſuſpectum. In ſuſpicione poni. In ſuſpicionem venire, adduci, cadere, incidere. Suſpicione aſpergi, perſtringi. Venire in ſuſpicionem furti, *vel*, de furto. * Ich hab den geringſten Argwohn davon nicht gehabt. *Je n' ay pas eu le moindre ſoupçon de cela.* Ne tenuiſſima quidem ejus rei ſuſpicio mihi injecta eſt. Id nè leviſſimè quidem ſum ſuſpicatus. * Der Argwohn geht nicht auff einen allein. *Pluſieurs ſont ſoupçonnez de ce crime.* Hujus criminis ſuſpicio ad multos pertinet, in multos cadit. * Der Argwohn geht auff dich, als wann du diß Laſter begangen hätteſt. *Vous eſtes ſoupçonné de ce crime, on vous ſoupçonne de l' avoir commis.* Venis in ſuſpicionem hujus criminis, *vel* de hoc crimine. In hujus criminis ſuſpicionem vocaris, adduceris, incidiſti. In te ipſum, hujus criminis ſuſpicio cadit. In ſuſpicione poneris. Haberis ſuſpectus. De te multi ſuſpicantur, quod crimen illud admiſeris. Te multi ſuſpicantur illud commiſiſſe crimen. Hujus criminis ſuſpicione perſtringeris. Suſpicio eſt, te illud crimen patraſſe. * Dein Stillſchweigen macht mich argwohnen, daß mein Vatter todt ſey. *Vôtre ſilence me fait ſoupçonner que mon pere eſt mort.* Taciturnitas tua mihi ſuſpicionem affert, dat, movet, facit; dat locum ſuſpicandi, patrem meum obiiſſe. * Worinnen man keinen Argwohn haben ſoll. *En quoy il n'y a pas lieu de ſoupçonner.* Qua in re, nulla ſubeſſe poteſt ſuſpicio. * Dieſer Mann iſt ſehr argwöhniſch *Cét homme eſt un ſoupçonneux.* Vir ille ſuſpicioſiſſimus eſt, ſuſpicax, in ſuſpicionem pronus, proclivis; Suſpicione facilè ducitur, movetur, commovetur. Suſpicandi facilis. Ad contumeliam omnia accipit * Urſach zum Argwohn geben. *Donner lieu de ſoupçon.* Suſpicioni locum dare, locum aperire, occaſionem præbere. Suſpicionem alicujus rei facere, inferre, injicere, afferre,

re, movere, concitare. * Ich will ihm die Urſach des Argwohns benehmen. *Je luy ôteray tout ſujet de ſoupçon.* Suſpicionem omnem illi eximam, ab illo tollam, removebo; abſtergam, amovebo, evellam ex ejus animo. Faciam, ut quam habet ſuſpicionem deponat; ut nulla reſideat, hæreat in illo ſuſpicio. * Ich will mich auſſer allen Argwohn ſetzen. *Je me mettray hors de ſoupçon* Suſpicionem à me propulſabo, depellam, amoliar, amovebo, removebo, Suſpicionem expurgabo, dimovebo, levabo, atque à me removebo. * Dieſer Argwohn geht nicht auff mich. *Ce ſoupçon ne tombe pas ſur moy.* Illa ſuſpicio in me non commovetur, ad me non pertinet. In illam ſuſpicionem non cado. * Der auſſer allem Argwohn. *Qui eſt hors de tout ſoupçon.* A ſuſpicione vel leviſſimæ culpæ remotiſſimus. Nullâ ſuſpicione aſperſus, conſperſus. In quem nulla vel minimi errati ſuſpicio cadit, convenit. In quo nullius culpæ ſuſpicio hærere, reſidere, conſiſtere poteſt. Qui ab omnis culpæ ſuſpicione abeſt. Quem nullius culpæ ſuſpicio attingit, aſpergit, perſtringit,* Suſpicioſi per umbras falſæ ſuſpicionis corrupto judicio judicant aliena facta, dicta, cogitata.

SUSPICIO. Argwohn. *Soupçon.*

SYN. Conjectura, ſuſpectio ſcrupulus, metus, opinio, cogitatio. ADJU. Abſcondita, adverſaria, turpiſſima, falſa, ficta, ſatis firma *veneni*, nimia quædam *belli*, repentina, pertenuis, tenuiſſima, turpis, indigna, ſubita *belli*, ridicula, ſolicita, vacua atque pura: *Atrociſſima*, *domeſtica*, *honeſta*, *odioſa*. (*Ex Cic.*) Siniſtra, malitioſa.

PHR. Scientia incerta. Opinio mali, quando ex levibus indiciis procedit. (*Th. Aq.*) Vitium intellectûs inclinans ad ſuperfluè & leviter timendum, & judicandum de incommodis (*Gerſ.*) Perverſitas malignantis opinionis.

AMP.

Digitized by Google

AMP. O nox! ô caligo teterrimæ Suſpicionis! Suſpicio quærit occaſionem indignationis & ad offenſam etiam officia interpretatur. O fumoſa ſuſpicio! Tu ita cum fumo mordes oculos ſuperborum, ut vix aliquid intueri poſſint, quod non arbitrentur in ſui eſſe contemptum. O fumi! ô umbræ! ô ſuſpiciones phantaſticæ! usquequò non evaneſcitis? * Suſpicio primùm Pygmæus eſt: & mox Enceladus eſt; primò ſurculus eſt, & mox trabs eſt; primò atomus eſt, & mox mons eſt; primò umbella eſt, & mox umbra eſt, & mox tenebra eſt, Ergò, concludit Auguſtinus, ergò ſalubrius eſt, ſuſpicioni etiam juſtè pulſanti penetrale cordis non aperire; quàm admittere, non facilè receſſuram, & de ſurculo ad trabem perventuram.

SENTENTIÆ. Præ omnibus cavenda eſt ſuſpicio, quæ eſt amicitiæ venenum. (*Aug.*) Fax animæ de incertis non judicat, incognita non firmat; proclivior eſt ad benè credendum de homine, quàm ad malè ſuſpicandum. (*Idem.*) Suſpicio ſæpiſſimè probatur incerta, quæ viro non convenit Chriſtiano. (*Caſſiod.*) Mendaciſſimæ ſunt ſuſpiciones, & omnibus habentibus nocent. (*Doroth.*) Nihil eſt gravius ſuſpicionibus: curemus ergò quo poſſumus ſtudio & diligentia ſuſpiciones omnes à nobis abigere. (*Idem.*) Quòd ſi violentiùs ſe ingeſſerit intempeſtiva ſuſpicio; ne conſenſeris, ſed obluctare. (*Blos.*) Siniſtra ſuſpicio pavidæ mentis arcana. (*Pet. Dam.*) Ubi levius ſuſpicio, ibi frequens indignatio. (*Thom. Kemp.*) Prodeunt ſuſpiciones malæ, cauſa innumerabilium malorum: Ex ipſis tanquàm ex fontibus odia ſcaturiunt, totas domos evertunt, amabilis pacis vincula diſſolvunt, & eximiæ charitatis nexum interrumpunt. (*Chryſoſt.*) Suſpicaci ſub Principe gliſcit exploratorum numerus. (*Strada*) Suſpiciones interdum aliquas nulla ſatis diluit innocentia. (*Idem.*)

SIMI-

Digitized by Google

SIMILITUD. Ut morbus in corpore, non admittente quod proprium eſt, multarum noxiarum & abſurdarum rerum gignit appetentiam: Ita calumnia ſuſpicióque adversùs cognatos & domeſticos, malas & noxias aliorum neceſſitudines inducit. (*Plut.*)

T.

TEMPESTAS. Gewitter. *Tempeſte.*

SYN. Procella, turbo. ADJU. Adverſa, læta, ſerena, bona & certa, calamitoſa, communis, horribilis, maxima, idonea, immoderata, ſæva, turbida, turbulenta, turbulentiſſima, perfrigida, violentiſſima. (*Ex Cic.*) Immitis, effuſa. PHR. Sævientis cœli vis procelloſa. Turbinibus ſæviens ventorum inclementia. Furentium ventorum immodici flatus. * Furentis maris æſtus. Sævientis oceani violentus motus. Furentis Neptuni ira. Æſtuantis maris turbulentus impetus. Tempeſtate concitati maris violentia. Tempeſtatibus nihil tetrius. Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempeſtates. Undique omnes venti erumpunt, ſævi exiſtunt turbines. Eum adeò attrox tempeſtas adorta eſt, ut medio in curſu, Aquilone in Septentrionem verſo, exaſperato fluctibus mari jactari cœperunt. Inhorruit mare; nubesque undique adductæ obruere tenebris diem. Spurciſſimis tempeſtatibus conflictatus. Fragoribus crebris omnia quatiuntur: & ignes hinc atque illinc micant. Dubio & impendente cœlo. Cœli noxia frugibus intemperies. Ventoſo & tumultuoſo ſtatu Cœli. Subitis turbinibus infuſcato aëre, repentè cœlo tantum imbrium effuſum, tonitrubus etiam conſecutis, flammarumque fulgoribus, ut omnium non oculi modò præſtinguerentur, verùm etiam mentes quoque confuſæ eſſent.

AM-

AMPLIFICAT. Exortâ, *vel* coortâ repentè atroci fœdáque tempestate, miserandum navis nostra naufragium fecit. Cùm sævientibus ventis mare exæstuans, efferveſcens, intumeſcens, vehementiùs agitatum, incitatum, turbatum, concitatum, inhorreſcens, exaſperatum, fluctus modò ad astra tolleret, modò ad tartara penè ima deprimeret; ac nunc altisſimè penderemus ſummis in undis; nunc infime magno cum omnium horrore deſideret oceanus; ex atris fædisque nubibus, quæ omnium in ſe flatum, quaſi reciprocando collegerant, univerſo repentè impetu ſe ſe effundens Aquilo, navigium evertit obruitque. * Tyrii deſperatione torpebant; cùm ſubitò ſpiſſæ nubes intendêre ſe cælo, & quidquid lucis intermittebat, effusâ caligine extinctum eſt. Tum inhorreſcens mare paulatim levari, deinde acriori vento concitatum, fluctus ciere, & inter ſe navigia collidere; jamque ſcindi ceperant vincula, quibus connexæ quadriremes erant, ruere tabulata, & cum ingenti fragore in profundum ſecum milites trahere. Neque enim conſerta navigia, ullâ ope in turbido regi poterant. Miles, miniſteria Nautarum; Remex, militis officia turbabat: & quod in hujusmodi caſu accidit, periti ignaris parebant. Tandem remis pertinaciùs everberatum mare, veluti eripientibus navigia claſſicis ceſſit, appulſaque ſunt littori lacerata pleraque. (*Curt.*) Et jam quaſi citatis in pugnam ventis, graviſsima tempeſtas excitata eſſet, in mari fulmina ab aſtris, ab imo fluctus dimicarent, omnia obſcurâ nocte naufragium minitarentur; ille præmiſſis in cœlum precibus mari, ut quieſceret, ventis, ut ceſſarent, imperavit. * Non Aquilo, non Auſter, non alius vehemens ventus, aut turbo furioſis flatibus à montibus erumpens ita mare commovet, tumidas undas attollens, immiſſis in littora fluctibus ſævam tempeſtatem creat. * Audiebatur videbatur-

Digitized by Google

que tempestas, quæ petrarum dura contereret, quæ montium profunda subverteret, sonoras expirans minas ruinaque. * Coëuntium nubium horror, & obducti cœli caliginosum murmur audiebat. Videbatur imber violentiùs erupturus, & verberata vento pluvia, quidquid deprehenderet, oppressura. * Lacus increscentibus undis intumuit, subitæque nubes eripuerunt cœlum trementibus Nautis Neq; tempestati modus fuit; & jam veluti continuis aquis cum nubibus coiverat locus.*Mare cernimus ab imis usque gurgitibus undique revulsum, nautas mortuos summa unda fluitantes, alios pessum euntes, navium tabulas dissolutas, perrupta & lacerata vela, malos effractos, remos è nautarum manibus elapsos, naucleros gubernaculorum loco tabulatis insidentes, manibus ad genua implicitis, ac præ tempestatis atrocitate in eam consilij inopiam redactos, ut tantummodò lugeant, ac gemitus & ejulatus acerbissimos edant. Non cœlum, non mare in oculos incurrens, sed densas atque obscuras tenebras, caliginemque tantam, ut ne propinquos quidem perspicere sinat; Ingentem denique fluctuum sonitum, ac marinas belluas in eos, qui navigant, omni ex parte impetum facientes. (*Chrysost.*)

Jamque variante sæpius cœlo ac pelago, atræ ac sordidæ nubes, ad Septentrionem conglobatæ, omnem in se flatum, quasi reciprocando collegerant; mare languidum erat; insidiosa tranquillitas: nautæ locorum ignari ac tempestatum, ad auram undique captandam, totos velorum expanderant sinus, cum ex ijs, quas dixi, nubibus universo repente impetu sese effundens aquilo, transversas quatuor naves, quarum ad contrahendum minus aptè dispositæ fuerant armamentaria, inspectantibus cæteris, momento ita evertit & obruit, ut è tanto hominum numero nemo prorsus evaserit. In iis Bartholom. Diæus.

Digitized by Google

Diazius, cujus ſupra meminimus, rei nauticæ gloriæ imprimis illuſtris, cum è tot jam ac tantis periculis antea fuiſſet ereptus miſerandum in modum interiit; ſaluti aliis fuere, vel demiſſæ raptim antennæ, vel ubi id non licuit, vela ipſa vento diſrupta: eo tam horrendo ſpectaculo exanimati, qui ſuperfuerant conſanguineos alij caros, amicosque oculis fruſtra requiret: ad lacrymas & complorationem proni utique in mœrorem ex interitu alieno ſui cujuſque periculi metus obſtupefaceret. Quippè Boreâ pertinaciter flante, pelagus identidem intummeſcere, fluctus malo ad aſtra ferri, modò ad tartara penè ima ſubſidere: Naves cum extremo ſalutis diſcrimine propemodum inter ſe collidi. Ad hæc atra caligo & rudentium ſtridor, & diſſonæ voces, varia & incerta jubentium non oculorum modò, ſed etiam aurium uſum abſtulerant. Quin & ſalum ipſum interdiu piceo, noctu igneo colore terrebat. * Nigrante cœlo, cum non una nox eſt, ſed denſa terras obruit caligo: cùm in aſtra pontus tollitur, & cœlum petit: cum omni luce ſubductâ cœlum fretumque miſcentur, ſævum ſævientibus undis. Cùm repente Cœlum nubibus obducitur, caligine lux involvitur tetrâ ac minaci vi. V. NAUFRAGIUM.

TEMPLUM. Kirch. *Temple.*

SYN. Fanum, Delubrum, Eccleſia. ADJU. Ampliſſimum, antiquum, ſanctum & religioſum, auguratum, auguſtiſſimum & religioſiſſimum, clariſſimum, egregium, pulcherrimum & magnificentiſſimum. (*Ex Cic.*) Opere nobiliſſimum, religione ſanctiſſimum. PHR. Ædes ſacra. Gentium commune perfugium, ara humanæ ſalutis, auguſtiſſima cortina veritatis: Religionis, pietatis, ſapientiæ, virtutum omnium multò præclariſſimum domicilium, cœleſtium firmiſſimum propugnaculum.

Digitized by Google

Templum primarum, cui DEUS Pater curâ paternâ præſidet.

AMPLIFICAT. Ornatiſſimum illud templum & ſplendidiſſimum, quod non ſolum Princeps Religioſiſſimus fundavit, ſed etiam extruxit, eo opere, quod ita vicit ſuperiorum magnificentiam, ut poſteriorem omnem, admirationem potiùs, quàm æmulam, habitura videatur. Et certè ita eam eſſe decuit ædem, quæ & auguſtiſſimo JESU nomini condebatur, & in qua ampliſſimi viri ac Principis optimi corpus ſolemni fuerat ritu, pompâ illuſtriore condendum. * Templum illud eſt maximo artificio laqueatum, cultuque depictum, cum opus ipſum, licèt tacitum, ſuum prædicet auctorem, & viventes in pariete imagines, ut credas, non corporum ſolùm, ſed etiam animorum eſſe picturam: Eorum omnium, qui ad præclarum illud ſpectaculum accurrunt, non capiant modò eruditos oculos, ſed cupidas etiam propè impleant aures.* Quæ templa ædificata ſunt, non ex ærarii viſceribus aut præda provinciarum ſpoliatarum, cum ſcilicet adminiſtrationis nomine pauper aliquis in divitem ingreſſus provinciam, pauperem dives relinquebat. Sed libenter collatis operis, opibus, hæreditatibus, pecunia: Ut extent illa Religionis, non ſuperſtitionis, magnificentiæ, non effuſionis, pietatis, non rapinarum monumenta. * Cum deſcriptionem Jeroſolymitani templi, quod magnitudine, ſpecie, copiis, Apollinis Delphicum, Epheſinum Dianæ: Gazaum Marinæ, Serapidis Alexandrinum, Capitolium Jovis & quodcunque aliud orbis celebre ſuperavit. * Cujus typos ac modulos vidit & adoravit majorum ætas; obſtupuit locum electum habitationis hujus natura; ſtructuram omnem poſtquam ejus compages divina ſapientia compoſuit ac fundavit, ſanctorum omnium dignitas adornavit.

SENTENTIÆ, Domus mea domus Orationis vocabitur

cabitur cunctis populis. (*Isai.* 56.) Templum totius summæ TRINITATIS sancta est Ecclesia. (*Aug.*) O quàm plures sunt, qui priùs tabernam visitant, quàm templum. (*Idem.*) Nos Martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud DEUM vivunt spiritus, fabricamus. (*Idem*) Templum sanctum est DEO Mens pia, & altare optimum cor ejus. (*Bern.*) Verum CHRISTI templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illâ CHRISTUM susci-pe. (*Hier.*) Argenteas quidem catenas ad lucernas in templo suspendis, ipsum autem in carcere vinctum ne vis quidem invisere. (*Chrisost.*) Templum sanctum est DEO Mens pij: & Altare est optimum ei Cor mundum & sine peccato. (*Sixt. Phil*) Delicta Majorum immeritus lues, Romane, donec Templa refeceris, Ædesque labentes Deorum, & fœda nigro simulacra fumo. (*Horat.*)

TEMPUS. Zeit. *Temps.*

SYN. Ætas, ævum, seculum. ADJU. Miserrimum atque acerbum, consequens & posterum, alienissimum, antelucanùm, summum & periculosissimum *Reip.* extremum *belli*, difficile & atrox, pacatum, sedatius, tranquillum, commodum, deterius, inauditum, turbulentissimum, formidolosissimum, si non optabile ac necessarium, opportunum, improvisum, non modò justum sed etiam necessarium, mutum *à litteris*, novissimum, præposterum, turbidum, suspicionosissimum, tenebricosissimum, subabsurdum *Decessûs*: *Dubia formidolosaq, difficillima, vertentia, aspera, erudita, misera & luctuosa, tranquilla & optata.* (*Ex Cic.*) PHR. Tempestas & status anni, diei annique tempus ac pars. Temporis ætas, ævum. Temporis spatium. Annorum series, ordo. Ævi longinqua vetustas. Longinquitas temporum.

Digitized by Google

Viciſſitudo dierum & noctium. Menſura cujuslibet menſuræ. (*Nyſſ.*) Menſura habens finem & principium (*Hugo. C.*) Menſurâ motûs cœlorum. (*Laur. Juſtin.*) Pars quædam Æternitatis, & id quo nunc utimur. (*Cic.*) Cùm temporum mutationes, maturitates, viciſſitudinesque cognoviſſet. In quibus omne otium tempusque contrivimus. Multis ante tempeſtatibus. Graviore tempore anni jam circumacto. Nullo ſatis digno moræ pretio tempus terunt. Eodem tractu temporum. Per idem ævi ſpatium. Cùm tempus jam longum tranſcurreret. Multis poſt tempeſtatibus. Profuſiſſimi in tempore. Si computes annos, exiguum tempus: ſi vices rerum, ævum putes. Poſt aliquam multum temporis. Intra tantundem temporis. Præterlabentis temporis fuga quàm ſit irreparabilis, quis dubitet? Per aliquot ſæculorum vices. Nè breviculo quidem tempore.

Mit der Zeit. *Avec le temps.* Tempore intercedente, interveniente, accedente, ſuccedente. Temporis inteceſſu, interceſſione, interventu. Accedentibus, intercedentibus annis. Annorum interceſſu, ſucceſſu. Temporis decurſu, progreſſu. * **Mit der Zeit wird dieſe Verdrüßlichkeit vergehen.** *Le temps effacera ce dèplaiſir.* Mœrorem hunc levabit, tollet, delebit dies. Mœror diuturnitate vaneſcet. Dies procedens ægritudinem mitigabit, levabit. * **In ſelbiger Zeit.** *En ce temps là.* Tum: Tunc temporis. Tunc: illo tempore: Illis temporibus: Id temporis. * **Nach einer langwüriger Zeit.** *Apres un long eſpace de temps.* Poſt diuturnum tempus. Longo temporis intervallo interjecto. Transacto multorum annorum ſpatio. Longo poſt tempore. Intermiſſo longo temporis articulo. Cùm temporis jam multum abijſſet. Diuturnâ morâ interpoſitâ. * **Sich nach der Zeit richten.** *S' accommoder au temps.* Tempori cedere, ſervire, inſervire, parère, conſulere, ſe accom-

commodare. Tempeſtati obſequi. Uti tempore. Temporis rationem habere. Ad temporis rationem ſe conformare. Ad tempeſtatem res, conſilia, actiones accommodare, dirigere. Ad rationem, *vel* ex ratione neceſſitatis ſua conſilia componere, comparare. Spectare, quid tempus poſtulet. Ad rationem tempeſtatum, curſum navigationis moderari, regere, dirigere. In agendis rebus quaſi ducem, *vel* quaſi conſiliarium habere tempus. Verſare ſuam naturam ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Conſilia & actiones tempore moderari. Ita ſe gerere, ut præcipere tempus videtur, ut temporis ratio fert ac poſtulat. In rebus agendis conſiliario uti tempore.

AMPLIFICAT. Hoc hoc nimirum eſt, quod Poëtæ & ſpiritu divini, & judicio magnifici, ut ex Parnaſſo eos in Cathedram hanc evocem, tempus nominârunt ſubitum ut Feſtus; fluitans, ut Pontanus, fugitivum ut Mantuanus, lubricum ut Quintilianus; volubile ut Gallus; irremeabile ut Bartholinus; aut irrevocabile ut Stroxius, aut denique irreparabile ut illorum omnium DEUS, Virgilius. * Quidquid magnum eſt, parvum aliquando fuit. Rhodius coloſſus nubibus caput inſeruit, ejus tamen primordia terræ inhæſerunt: nec ulla tam ſublimis, aut magnifica ſurrexit fabrica, cujus baſis non fuerit in profundo. Quæ nunc ſublime caput nubibus infert, Cedrus, virgula quondam fuit. Sic nempe omnia tempus dat, ac emendat. Ferrum docet ignis molleſcere: malleus chalybem lenteſere, hoc tempus poteſt; durum adeò haud quidquam eſt, quod non emolliat; tam ferox nihil, quod non dometur cum tempore. Leonibus magiſter manum inſertat: oſculatur Tygrim ſuus cuſtos: Elephantem minimus Æthiops jubet ſubſidere in genua, & ambulare per funem. Diſcit pica, corvus, & pſittacus verba noſtra referre: diſcit equus habenis parere: quodque parca quandoque naturæ u-

ubera negârunt, id longior temporis induſtria, ac conſuetudo benignè conceſſit. Idcirco probè cecinit Menander: dum tempus malorum omnium excellentem medicum eſſe dixit: quemadmodum enim peritus medicus & plurimum ſeſe diverſitati temporis accommodat, ſic non minùs rerum omnium eventus, ſi adhibitâ temporis obſervatione contingant, eveniunt optimi. Qui ſperare didicit, nil habet, quòd deſperet. Radiis quidem aliquamdiu Phœbus deſtituitur (quid enim in orbe perpetuum?) ſed paulò poſt novâ iterum, & quandóque ſereniori beatut luce. Plurima tempus corrigit, quæ deſperata putabamus. Rari nihilominus ſunt, qui ſperare ſciant: perfidentiam multi, fiduciam pauci habent. Ille ſolus malorum dierum expers eſt, qui bonus; & iniqua non ſenſit tempora, qui fovere proſpera, adverſa ferre ex virtutis, & prudentiæ præſcripto didicit. Vulneribus publicis, & privatis medendi nihil rerum mortalium tempore potentius eſt.

SENTENTIÆ. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub Cœlo. (*Eccl.* 3. 1.) Quid eſt Tempus? Si nemo ex me quærat, ſcio: ſi quærenti explicare velim, neſcio: fidenter tamen dico, ſcire me, quòd ſi nihil præteriret, non eſſet præteritum tempus? & ſi nihil adveniret, non eſſet futurum tempus; & ſi nihil eſſet, non eſſet præſens tempus. (*Aug.*) Tam pretioſum eſt tempus, quòd damnati darent omnes Theſauros mundi, ſi haberent in poteſtate ſuâ, pro habendo momento temporis. (*Antonin.*) Tempus miſeriarum eſt mater. (*Baſil. Seleut.*) Tanta eſt pretioſitas temporis, quòd parvo tempore lucrari poſſet homo veniam, & gratiam, & gloriam. (*Bern.*) Nihil pretioſius tempore; ſed heu! nihil hodie vilius æſtimatur. Tranſeunt Dies ſalutis & nemo recogitat. (*Idem.*) Tempora prætereunt more fluentis aquæ (*Bonav.*) Exiguum temporis præteriti,

Æterni

Æternitatis eſt pretium. (*Hier.*) Tempus res eſt omnium pretioſiſſima. (*Gers.*) Nullius perinde rei, ut temporis penuriâ laboramus. (*Nil.*) Maximum Æternitatis argumentum eſt tempus. (*Philo.*) Tempus imago Æternitatis eſt. (*Idem*) Ita diſpenſa tempus, quaſi & diu victurus, & mox moriturus. (*Bias.*) Longum tempus breve eſt imparatis. (*Cic.*) Breve tempus ætatis ſatis longum eſt, ad benè honeſtéque vivendum. (*Idem.*) Reſpice celeritatem rapidiſſimi temporis, cogita brevitatem hujus ſpatii, per quod citatiſſimi currimus. (*Sen.*) Omnia aliena ſunt; tempus tantùm noſtrum quotidiè eſt. (*Idem*) Unius temporis honeſta eſt avaritia. (*Compt.*) Eſt breve hoc tempus fœtatio Æternitatis, adoleſcentia Ævi, juventus immortalitatis. (*Nier.*) Dies eſt Æſculapius Fortunæ quotidianus (*Idem.*) Non eſt aliud, quidquid tempori cedit, quidquid tempore exorditur & finit, niſi levis umbra, fugaces manes, tenuis ſuperficies, cadaver nihili rurſus ſuſcitandi, ut in non ſui ævum duret. Eſt Aulæum figuratum non exiſtentium; Interſtitium nullitatis? Interregnum non entium. (*Idem.*) Tempore utendum: labitur enim & fluit; nec fas lapſum unquam revocare. (*Lips.*) Infinita eſt velocitas temporis; quæ magis apparet reſpicientibus. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut in flumine unda undam trudit, nec unquam revocas elapſam: Sic in tempore dies diem, nec reparas amiſſam. (*Lips.*) Ut à currente flumine tantùm habes, quantum hauris: Ita ex annis ſemper euntibus nihil accipis, niſi quod in res duraturas collocâris. (*Eraſm.*) V. Ætas.

TENTATIO. Verſuchung. *Tentation.*

SYN. Commotiuncula. ADJU. Maxima, levis, Diabolica, periculoſa. PHR. Prava ſolicitatio. Improba impellentis tentatio. Expreſſa voluntatis aſ-

Digitized by Google

ſenſio, vis pellicientis illecebræ. * In eine Verſuchung verwilligen. *Conſentir à une tentation.* Illecebram peccata admittere in animum, eamque pellicientem ſequi. Invitantem ad flagitium illecebram ſponte amplecti, eique concedere. Titillationi ad ſcelus ſponte obſequi, & morem gerere. * Er hat in die Verſuchung verwilliget. *Il à conſenti à la tentation.* Scelus, ad quod pelliciebatur, amplexus eſt. Flagitio committendo aſſenſus eſt, ex invitante illecebrâ. Ad ſcelus ſe pellici paſſus eſt. Patrando crimini, ad quòd invitabatur, aſſenſum præbuit.

SENTENTIÆ. Fili, accedens ad ſervitutem DEI præpara animam tuam ad tentationem (*Eccli.* 2. 1. Neminem prorſus DEI gratia intentabilem facit, ut nullo cum hoſte confligat. (*Amb.*) Impoſſibile eſt, humanam animam non tentari. (*Beda.*) Dæmonum officium eſt, ſuggeſtiones malas ingerere: noſtrum eſt, illis non conſentire. (*Bern.*) Tentat DEUS, ut erudiat, Diabolus ut decipiat, mundus ut alliciat, homo ut conjiciat, caro ut inficiat. (*Bonav.*) Martyrij occaſio eſt quævis tentatio. (*Clem. Alex.*) Nulla unquam tentatio ſtrenuum pietatis Athletam offendit. (*Ephræm.*) Mens in DEUM immobiliter fixa, tentationum impetum deſpicit; nec cujuslibet terroris jacula pertimeſcit. (*Greg.*) Præcedit tentatio, ut ſequatur victoria. (*Hier.*) Impoſſibile, aliquem, licèt ſanctus ſit, ſine tentatione tranſire in ſæculo. (*Idem.*) Optimum humanæ infirmitatis medicamentum eſt tentatio. (*Laur. Juſt.*) Patientiæ virtus deficit, niſi tentatione erudiatur. (*Idem.*) Quamdiu in mundo vivimus, ſinè tentatione eſſe non poſſumus. (*Thom. Kemp.*) Pulſari homo poteſt, capi non poteſt, niſi velit. (*Sen.*)

SIMILITUDO. Quemadmodum nec Aquila ſuas pertæſa pennas, nec Luſcinia ſuum cantum exoſa neque Pavo variegatæ caudæ ſuæ colorata ſpecula faſtidi-

ſtidire & abijcere poteſt ; cùm velut proprietates naturam illorum hæ res conſequantur : Tam enim hominis naturæ proprium eſt, exerceri tentationibus, quàm volucri plumas alere , pennis niti, volitare,cantillare. (*Cauſin.*)

TERRERE. Schrecken. *Epouvanter.*

SYN. Perterrere, perterrefacere , conſternare, exanimare. ADV. Minaciter , vehementius. (*Cic.*) PHR. Aliquem ingenti metu afficere, conſternatione dejicere. Alicui metum, *vel* terrorem incutere , injicere , inferre, afferre, jacere, addere,admovere. * Geſchreckt werden. S' *épouvanter.* Ad inauditum falſum rumorem gravi conſternatione affici, trepidatione concuti ; conſternari, trepidare, perterrefieri, terreri , terrore commoveri. * Scelus hoc Inferis ipſis ſenſum attoniti terroris injecit. Terra ingenti tremore labefactata , gentes omnes complevit. Tantus terror incidit univerſæ concioni, ut,&c. Lymphati terrore & errore animi. * Terror. Barbarus atque immanis, implacabilis, non mediocris.

TIMERE. Förchten. *Craindre.*

SYN. Extimeſcere ; pertimeſcere, refugere, metuere , pavere , paveſcere , formidare , reformidare, vereri , perhorreſcere. ADV. Apertè, magnopere, maximè, planè, plenè , rectè , valdè *de aliquo*, valdè *vicem ſuam*, vehementer. (*Ex Cic.*) PHR. In metu alicujus rei verſari. * Der geringſte Unfall macht ihnen eine Forcht. *Ils tremblent de peur , au moindre accident qui leur arrive.* Ad omnes caſus perterrentur , exhorreſcunt, horrent; timore commoventur; metu perturbantur ,afficiuntur , exanimantur, percelluntur. Minimus caſus eis metum injicit, illis timorem incutit. * Hoc me commovet : In metu ſum : Metus animo objicitur : Mente vix conſto. Videris vereri, ut Epiſtolas tuas acceperim.

Abra-

Abrahamo ſacrificanti multus horror circumfuſus eſt. Illis pavidum cor ſalit. Nunquid ſubtimes, nè, &c. Mihi hoc in metu eſt. Habeo illos in metu. Timor Patres inceſſit, nè, &c. Metuo tibi calamitatem. Horror ingens ſpectantes perſtringit : & neutro inclinatâ ſpe torpebat vox ſpiritusque. Trepidatum Romæ eſt. Ubi intravit animos pavor. Sibi prætimet. Pavitare neſcio quid. Non eſt, *vel* nihil eſt, quod extimeſcas. A me inſidias metuunt. A me ſibi metuit. Vereor, nè me deſeras : *vel* ut nè me deſeras : *vel* ut non me deſeras. Vereor, ut meus pater condonet mihi hanc culpam. * Ich förchte ſehr, es komme einig Unglück dir über den Hals. *Je crains fort, qu'il ne t' arrive quelque mali.* Malè metuo, nè tibi quidpiam infortunij accidat. Malè tibi metuo, nè quod accipias damnum. De te maximo timore afficior. Timeo tibi. * Pallebam interdum, & improviſa ſuſpiria laborantem animum prodebant ; nec jam ſemel imprudenti vultus exciderat. Tum ſoluti poplites corpus exanimum demiſerant in terram. Frangi atque debilitari metu, propter periculi inuſitatam magnitudinem, longiùs indies ſerpentem, mœroreque profundiſſimo indormire.

TIMOR. Forcht. *Crainte.*

SYN. Metus, formido, pavor, terror. ADJU. Cœcus, domeſticus, falſus, verus, inanis, maximus, quotidianus, ſummus. (*Cic.*) Panicus. PHR. Timor & infractio quædam animi & demiſſio. Metus mentem loco movens. Tum pavor ſapientiam mihi omnem, ex animo expectorat. Pavor ingens in urbe metuque mutuo ſuſpenſa omnia, Romanos terror per tota caſtra trepidos agit. Tantam trepidationem injecit. Nec opinata res plus trepidationis fecit. Perfulis vano rumore Romanis. Præſentis periculi ſpecies omnium ſimul corda animosque horrore perſtrinxerat.

rat. Palpitantibus præcordijs vivitur. Insignis admiratio tanquàm ob id quod vel factum est, vel est. (*Clem. Alex.*) Consternatio animæ ob mali expectationem. (*Plato.*) Timor est, per quem menti fluctuans angustia, ex contrariorum expectatione generatur. (*Hugo. V.*

AMPLIFICAT. Amori & timor associetur, ut, quod ille non valuit gratis, hic evincat duris. Hic namque robur ostendat præses, ut & magna capita legibus obtemperare discant; siquidem dum in majori semel exemplum statuitur, quid minor audebit? quisquis in regno vivit, ad regni leges si non sponte, vi saltem, & timore servandas compellatur. Applicandus lapis est amussi, non amussis lapidi: ut quisque se legi, non legem sibi studeat conformare. Lex omnibus data, nullum eximit. Primus puniatur transgressor, & nemo secundus esse attentabit. Si tonandum est ex justitiæ legibus, mens quoque olympiaca serenitate prædita subtus emittit fulmina, paucorum ictu, multorum terrore; terrere nempe oportet subditos, sed non conterere, unde evenit, ut mollis, ac severus Principis genius durum emolliat suorum ingenium, atque adeò sæpe, quò non pertigit imperantis amor, eò veniat terrentis potentia: aut si his non vincit, munifica manus, liberalitati adjuncta. Eadem Principis, quæ solis, dos esto: omnibus benefacere. Fluvium se potius, quàm puteum exhibeat Monarcha.

SENTENTIÆ. Qui timet hominem, citò corruet. (*Prov.* 29.) Timor oculatus à tergo, à fronte cœcus est: & præsentia cavens, futura non æstimat. (*Bussieres.*) Quod amor ministrat, timor dissipat. (*Aug.*) Mori malè times, & malè vivere non times? (*Idem.*) Quandò quisque solicitior circa se fuerit, tantò plus metuit. (*Cæsar Arel.*) Qui de præteritis suspirat malis, de futuris periculis pervigili solicitudine

dine contremiscit. (*Idem.*) Qui non timet, de se præsumit. (*Euseb. Cæsar.*) Præteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti. (*Chrysost.*) Neminem metuit, qui nullius mali sibi ipsi conscius est. (*Idem.*) Nihil timebit eorum, quæ sub cœlo sunt, quem protegit DEUS Cœli. (*Petr. Bles.*) Victoriæ cupidus nescit timere. (*Chrysolog.*) Quis tu, ut timeas à mortali homine? Hodie est, cras non comparet. DEUM time, & hominum terrores non expaveſces. (*Th. Aq.*) Qui se metui volunt, à quibus metuuntur, eosdem ipsi metuant necesse. (*Cic.*) Timor est emendator asperrimus. (*Plin. II.*) Necesse est, multos timeat, quem multi timent. (*Sen.*) Proprium est nocentium trepidare. (*Idem.*) Nihil est nec miserius; nec stultius, quàm semper timere. (*Idem.*) Stultum est timere, quod vitare non potes. (*Idem.*) Timor DEI nihil aliud est, quàm murus & præsidium, ac turris animæ inexpugnabilis. (*Jo. Damasc.*) Tutissima res est, nihil timere præter DEUM (*Sixt. Phil.*) Timor est lictor legum. (*Strada.*) Timori nulla munimenta sunt satis. (*Idem.*) Minorem se fatetur, quisquis timet. (*Idem*) Metu anxijs omnia in portenta vertuntur. (*Idem.*) Timendi sunt Reges, qui DEUM non timent. (*Thes.*) Tremor est intempestivus, quo dum ante necessitatem angimur, ultrà necessitatem affligimur. (*Nier.*) Sunt timores dentes acutiores miseriæ, quibus intolerabiles morsus sentimus. (*Idem.*) Nè timeamus damna, timeamus damnanda. (*Idem.*) Plus vexamur timoribus, quàm malis. (*Idem.*) Nulla est prudens expectatio, quam timoris mica non condiat. (*Idem.*) Timor DEI præses est, & fidejussor omnium virtutum. (*Idem.*) Quotidiè damnatur qui semper timet. (*Min. Pub.*)

SIMILITUD. Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut pallæ in excelsis, & cœmenta sinè impensâ

Impensâ posita contra faciem venti non permanebunt: Sic cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet. (*Eccli.* 22.) Humani terrores fumo sunt similes, qui levi aurâ raptus evanescit. (*Greg.*) Sicut in morientibus natura propter virtutis debilitatem ad interiora se se recipit: Ita in timentibus calor cum spiritibus ad interiora contrahitur. (*Th. Aq.*) Velut hi, qui timent solent sitire: Sic sanctus timor DEI sitim & desiderium fervidiùs placendi, & plus serviendi DEO irritabit. (*Nier.*) Crocodillus terribilis est in fugaces: fugax contrà insequentes. Ità quidam, si concedas ac metuas, tum ferociunt; si strenuè contemnas & obsistas, statim concedunt. (*Plin.*)

TONITRU. Donner. *Tonnere.*

SYN. Tonitrus, *ûs. m.* Tonitruum. ADJU. Grave, raucum, coruscum, terrificum, subitum, terribile, reboans. PHR. Aer sonitus. Cœlestis clamor. (*Cic.*) Cœli fragor. Nubis ictæ sonus. Machinarum boatus, quo meticulosi animi percelluntur diruptæ nubis concepti flatus violentiâ, elisus fragor. Tonitrus ibi continuò contonat sonitu maximo. Densa turbido è cœlo, tetrisque nubibus fulgetra eliduntur, ac hominum oculos perstringunt. * Es donnert erschrecklich. *Il fait d' horribiles tonneres.* Horrendum tonat. Horrendis tonitribus cœlum tumultuatur, æther circum fremit. Horribilem in modum cœlum intonat. Horribili tonitruorum remugitu cœlum concrepat. * Nachdem es gnug wird gedonnert haben. *Apres qu'il aurabien tonné.* Cùm tonitruorum fuerit affatim. Postquàm flatibus gravidæ nubes largiter detonuerint.

TORMENTA BELLICA. Geschütz, Stück. *Canon.*

PHR. Machinæ bellicæ. Res machinaria. Æneæ machinæ. Tormenta muralia. Cannæ murales. Fistulæ

Fistulæ murales. * Die Artellerie auffrichten. *Dresser l' Artillerie.* Tormenta locare, idoneo loco statuere. * Die Stück wider die Mauren richten. *Pointer l' Artillerie contre les murailles.* In muros tormenta dirigere, disponere, librare, collibrare, obvertere. Mit denselben Feuer geben. *Dècharger l' Artillerie.* Tormenta explodere, emittere, ejaculari, excutere, displodere. * Ein Stück laden. *Charger un Canon.* Certe sulphurei pulveris modulo, ferreisque ex arte globis tormentum bellicum temperare : Glande instruere. * Ein Stück giessen. *Fondre un Canon.* Tormentum conflare. Muralem machinam oblongum in tubum, & æqualiter teretem exære fusili figurare. Eine Stadt canoniren. *Battre une ville à coups de Canon.* Æneis tormentis urbis Mœnia quatere, verberare, quatefacere, ferire, impetere, concutere, diverberare, labefactare, quassare ac deturbare. Ferreas glandes cannis muralibus intorquere, jaculari, vibrare, emittere. Ignitas pilas tormento incutere, in urbis mœnia contorquere. * Sie haben die Attaque der Citadele mit solchem Feuer angefangen, &c. *Ils commercerent l' attaque de la Citadelle avec unsi grand feu, &c.* Tam assiduè, tamque florrendâ tormentorum displosione arx oppugnari cœpta est, &c. * Sie haben aus dieser Schantz sehr gefeuret. *Ils firent grand feu de ce fort.* Ex illo propugnaculo crebrâ tormentorum sloporumque displosione, ingentem vim plumbearum glandium emisêre. * Stück vernagelen. *Enclouer un Canon.* Tormentum obturare. Muralia tormenta adactis clavis obducere, obstruere, occludere, oppilare, oscillare. Tormentorum, *vel*, tormentis muralibus lumina extinguere, oscilla excœcare, lumina oscillare, obturare, obstruere. * Qui Salomone confidentior non imitabile fulmen æneo tormento imitatus, verè tonare ac fulminare cœpit, in publica

damna

damna consultissimus, felicitati nostræ nescius consulit.

SSS. TRINITAS.

SYN. SSS. Trias. ADJU. veneranda, sancta & individua, ineffabilis, silentij tantùm veneratione adoranda. PHR. Triadis Sacrosanctæ mysterium. Una Trium Deitas. DEUS trinus & unus. Persona triplex, & idem DEUS. Fides autem catholica hæc est, ut unum DEUM in TRINITATE, & TRINITATEM in Unitate veneremur: Neque confundentes Personas, neque substantiam separantes. Alia est enim Persona Patris, alia Filii, & alia Spiritûs Sancti: Sed Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti una est Divinitas, æqualis gloria, coæterna Majestas. (*Vide Symbolum S. Athanasii.*) Quia non una est hyposstasis, non est solitarius: quia verò eadem est trinæ Hypostasis natura, unus tantùm verè est, & nominatur DEUS. Quod neque divinis in terris Judæi, præter admodum paucos agnoverunt, neque in Syria-Chaldæi astrorum cognitione præstantes, neque Persarum Magi ingeniorum celeritate nobiles, neque Sacerdotes Ægyptiorum tot antiquissimis litterarum monumentis abundantes, neque Bactrianorum Semanæi, aut gymnosophistæ Indorum tam incredibili discendi studio flagrantes, neque Druides Gallorum insignes tot annorum disciplina; neque Græcorum sapientes, omnium artium instructi præsidiis; Latinorum doctores omnium proprè gentium literis, & præceptis perpoliti, aut animo comprehendere, aut attingere suspicione potuissent, nisi Deus ipse mortalibus, ultro nec opinantibus patefecisset. * Non possum unum cogitare, quin Trium fulgore mox circumfundar: nec tria possum discernere, quin subitò ad unum referar. (*Greg. Naz.*) O insane Intellectus! Quid tam curiosè scrutaris, quæ supra te sunt, qui interim

non capis, quæ ſub te ſunt? Pes tuus eſt ratio naturalis, cui unicè inſiſtis: Quàm claudus pes! Diſcurriſti ſecundo ſæculo, in curioſo Hermogene, ſed turpiter claudicâſti, rem non attigiſti, tres Perſonas negâſti. Diſcurriſti tertiò ſæculo in curioſo Sabellio, ſed turpiter claudicâſti, rem non attigiſti, unam tantùm Perſonam, ſed tria nomina dixiſti. Diſcurriſti eodem ſæculo in curioſo Ario, ſed turpiter claudicâſti, rem non attigiſti, tres Perſonas admiſiſti, ſed Filium non HOMOUSION ſed HOMOIUSION docuiſti. Diſcurriſti quartò ſæculo in curioſo Macedonio ſed turpiter claudicâſti, rem non attigiſti, Spiritui S. Deitatem ademiſti. Diſcurriſti præcedente ſæculo in curioſo Calvino, & Epiſtolâ ad Polonos illud Eccleſiæ, S. TRINITAS unus DEUS, miſerere nobis improbaſti. * DEUS edit, in DEO video partem: DEUS edit verbum, in verbo miror filium, DEUS & verbum edunt DEUM flammantem, in DEO flammante veneror Spiritum Sanctum. Mens edit mentem, nunquid videris audire illud, lumen ex lumine? mens edit, edere eſt patris, mens edita eſt architectrix, architectari eſt filii, mens utriuſque conceptu quaſi ſata flammat, flammare eſt Spiritus S. * O Pater, rerum conditor! O Nate, noſtræ vindex ſalutis! O Spiritus, fons alme incendiorum, una ac ſuprema deitatis majeſtas.

SENTENTIÆ. Trinitatem in unitate inveſtigare, temeritas eſt; credere pietas; noſſe vita æterna. (*Antonin.*) Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet. (*Ambr.*) Sancta deitatis Trinitas, increata, æterna & incommutabilis eſt, & nullius variationis capax. (*Athan.*) Mirabile illud de Trinitatis Unitate, & de Unitatis Deificâ Trinitate Sacramentum, magis eſt credendum, quàm exponendum. (*Aug.*) In Trinitate nihil creatum aut ſerviens, ut vult Dionyſius fons

Arij,

Digitized by Google

Arij, nihil inæquale, ut vult Eunomius; nihil inæquale gratiæ, ut Aëticus; nihil anterius posteriusve, ut vult Arius; nihil extraneum, aut officiale alteri, ut Macedonius; nihil persuasione aut surreptione insertum, ut Manichæus; nihil corporeum, ut Melito & Tertullianus; nihil corporaliter effigiatum, ut Antropomorphus & Vadianus; nihil sibi Invisibile à creaturis, ut Origenes; nihil creaturis visibile, ut Fortunatus; nihil moribus vel voluntate diversum, ut Marcion; nihil ex Trinitatis essentiâ, ad creaturarum naturam deductum, ut Plato & Tertullianus; nihil officio singulare, nec alteri communicabile, ut Origenes; nihil confusum, ut Sabellius; sed totum perfectum; quia totum ex uno, & unum ex toto. (*Idem.*) Quid prodest tibi de altâ Trinitate disputare, si careas humilitate, unde displiceas Trinitati? (*Thom. Kemp.*) O vita! totum quod est in me salva. O Lux, totum me illumina; Spiritus DEUS, Verbum tuum me regit Spiritifex Opifex: tu solus es DEUS, tu Pater, tu Dominus, tuque mens. (*Trismegist.*) V. DEUS.

TRISTIS. Traurig. *Triste.*

SYN. Mœstus, Mœrens, afflictus, solicitus, anxius. PHR. Mœrore pressus, afflictus & profligatus, dejectus, gemens. * **Traurig von Natur.** *Un homme triste, melancholique de son naturel.* A natura tristis. Ingenita affectus tristitia. Insta laborans tristitia. Melancholicus. * **Ein wenig traurig.** *Un peu triste.* Subtristis. Tristiculus. *Triste affligé.* Tristis, mœrens, mœstus, demissus, afflictus. * **Traurig seyn.** *Estre triste.* Mœrere. In tristitia esse. In mœrore versari. In ægritudine esse. Jacere in mœrore. Mœrore se conficere. Ægritudine confici, affici, premi. Jacere in sordibus ac luctu. * **Ich bin sehr traurig.** *Mon esperit est accabilé de tristesse.*

Jaceo in mœrore ac ſordibus. Affectus mœrore, jacet ac languet animus meus. Peſſimè eſt animo meo. Triſtiſſimis vexor & conficior curis. Mœrore contabeſco, debilitor, conficior, obruor, exanimor, perdor, opprimor. Deditus triſtitiæ ſum. Triſtitia me angit, vexat, affligit, conficit, exedit. Vita mihi faſtidioſa, acerba, molеſta, gravis, amara eſt. Vitam faſtidio. Vitæ me tædet. Acerbè vivo. Vitam mihi acerbam puto. * Der Traurigkeit den Zaum ſchieſſen laſſen. *Se laiſſer aller à la triſtiſſe.* Animum triſtitiæ permittere, dare, dedere. In triſtitiam ſe abjicere, dejicere. Triſtitiæ habenas laxare, remittere. * Die Traurigkeit vertreiben. *Chaſſer la triſteſſe.* Triſtitiam ex animo abſtergere, detergere, extergere, depellere. * Man ſiht ihn nimmermehr traurig, es mag ihm widerfahren, was immer will. *On ne le voit jamais triſte, quelque accident qu'il luy arrive.* Quicunque illum caſus inceſſerit, vultus ei nunquam concidit, nunquam obducitur; Idem conſtat ei vultus; Triſti ore nunquam ſpectabitur. * Einem die Traurigkeit benehmen. *Oſter la triſteſſe à quelqn'un.* Alicui ægritudines eripere, detrahere. Aliquem ægritudine levare, Alicujus ægritudinem tollere, repellere, ſedare. * Die Traurigkeit vermindern. *Addoucir la triſteſſe.* Ægritudinem levare, lenire, facere leviorem, relaxare, mitigare. * Trauriges Orth. *Lieu bien triſte.* Triſtis locus. Triſti ſpecie locus. Triſtitiam præferens locus. Inamœno & lurido aſpectu locus. * Traurige Melodey. *Des airs triſtes.* Preſſi & flebiles modi.

Conficior mœrore; nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ veſtræque. Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. Totum animum ſuum mœrori dare. In ſui fratris manibus & gremiò, mœrore & lachrymis conſeneſcebat. Omnia diſceſſu meo deſerta, horrida, muta, plena luctûs & mœroris fuerunt.

Digitized by Google

erunt. Diffidens ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti. Miseris his temporibus & luctuosis. Acerbus & luctuosus Populo Rom. dies. Luctifica, clades. Consolantur ægram animi Tristis confususque. Vultûs confusio. Tristitia & severitas simulata versutaque. Quis Domini hilaritatem confuderit. Illuvie deformi & vultu. Flexo in mœstitiam ore. Gravis & suppurata tristitia. Maximam in vultu confusionem gerens. Hanc tristitiæ nubem discussit. Perquàm brevi tristitiæ salebra succussus. Quid contraxisti frontem? Stultitia mea me in mœrorem rapit. Quid illuc est, quod illi caperat, *vel* caperatur frons severitudine? Rugis frontem contrahit. Subtristis visus est esse aliquantulùm mihi. Debibilitat vocem dolor, animum opprimit indignatio, lacrymæ verba intercludunt. Certum mihi est, & constitutum, in tuis suavissimis sermonibus, animi nauseantis ægritudinem hanc meam veternumque deponere. Ab ingruentibus mœstitiæ fluctibus vita absorberi potuisset. Insolens admodùm est, tam violentum animo incidere mœrorem. Non ita multùm progressus, timoris æstu reciprocante vehementiùs, majoribus in momenta tristitiæ fluctibus ad terram affligitur. Utrobique horribilis mœroris facies occurrit. Dicitur luctu confectus ibi contabuisse. Nihil est, quod tam obtundat elevetque ægritudinem. Pendet ante oculos nostros vita nostra, & attoniti exsternatique dolore non intercludimur? Non verbis hîc opus est, opus est lacrymis, gemitu, ejulatu, suspiriis: Sileat omnis lingua, pupillæ tantùm oculorum nostrorum non taceant. Magnificè demortuo parentatum à civibus est, quorum plerique injusto quodam impetu lacrymarum, orbitatem suam luxerunt, & Parentis optimi optatissimique jacturam.

SENTENTIÆ. Spiritus tristis exsiccat ossa. (*Prov.* 17.) Summa plaga est mœror animi. (*Eccl.* 26.) Tristitiæ

ſtitiæ medicus eſt Ratio. (*Baſil.*) Præ triſtitia languet manus, ſenſus hebeſcit, horret lingua eloqui. (*Bern.*) Omnis boni impedimentum triſtitia eſt. (*Idem.*) Si benè & piè vixeris, nunquam eris triſtis; bona vita ſemper habet gaudium. (*Idem.*) Semper mundanæ lætitiæ triſtitia repentina ſuccedit, & quod incipit à gaudio, deſinit in mœrore. (*Innoc. III.*) Nullus in hâc vitâ inveniri poteſt à triſtitiâ purus & mœrore. (*Chryſoſt.*) Solet mœroris nimietas, ſi pertinaciùs incubuerit, conſumere vires.) *Idem.*) Triſtitia animarum crudele tormentum eſt. (*Idem.*) Triſtitia, leonis eſt os, quod hominem mœſtum facilè devorat. (*Nilus.*) Triſtitia vermis cordis eſt, mentem ad ſe ſe trahens ac divellens. (*Idem.*) Felix triſtitia, quæ non de creaturâ, ſed de Creatore concipitur, quæ nulla præſentis vitæ luget incommoda: dignum planè eſt, ut DEUM totius conſolationis conſolatorem habeat. (*Kich. Vitt.*) Qui imperturbatus eſt, beatus eſt. (*Sen.*) Triſte aliquid & adverſum ubique eſt: ſed felix triſtitia & facilis, in causâ æternæ felicitatis. (*Nier.*)

SIMILITUD. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: Ita triſtitia viri nocet cordi. (*Proverb.* 25.) Sicut pondus grave, quod ſolus unus portat, alleviatur ex ſocietate alteriùs ſecum portantis; Sic onus triſtitiæ leviùs & meliùs fert unus, ſi alius ſecum ferat. (*Antonin.*) Quæ naturâ ſunt amara, his admixtis quibusdam dulcibus gratiam addimus: Ita res per ſe triſtes ratione ſunt alleviandæ. (*Plut.* Ut Roſa, flos unus omnium longè gratiſſimus, de ſpinis naſcitur: Sic è triſtibus & aſperis, fructus capitur jucundiſſimus. (*Eraſm.*) Ut ſapiens Gubernator in tranquillitate tempeſtatem expectat: Ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus eſt animus. (*Plut.*) Ut ſuus cuique arbori fructus: Ita luctûs non eſt alius fructus, quàm lacrymæ. (*Idem.*) V. DOLERE DOLOR.

TRI-

Digitized by Google

TRIUMPHUS.

SYN. Corona, laurea, laurus. ADJU. Ampliſſimus, certiſſimus & inaniſſimus, juſtiſſimus, falſiſſimus, graviſſimus atque jucundiſſimus, juſtus & magnus, verus, clariſſimus. (*Ex Cic.*) PHR. Ducis aut Imperatoris pompa. De hoſtibus, *vel* ex hoſtibus ſubactis, gloriosè triumphare, triumphum agere, triumphum deportare, triumphalem fieri. Ampliſſimè honeſtiſſiméque triumphavit. Aſſequi nomen Imperatorium, & lauream deportare. Triumphati magis, quàm *victi* ſunt. Ut homo illo duce ſubactam & catenatam mortem cum ſuis terroribus triumpharet. Tonabant ex arce æreæ machinæ, viæ pretioſis veſtitæ pannis, inſtratæ floribus, choris muſicis diſtinctæ, geſtientis ubique lætitiæ vocibus perſonabant.

AMPLIFICAT. Si in portâ triumphali Romæ conſtitutus vidiſſet, præcedentes tubicines, triumphalesque modos occinentes; poſt hos boves ac mulos auratis cornibus, vittis ſertisque redimitos & jam ad ſacrificia paratos; tum ſpecioſiſſimam illam manubiarum ac ſpoliorum oſtentationem, quæ ſingulari arte compoſita, partim plauſtris vehebantur, partim ab ornatis adoleſcentibus geſtabantur: titulos deinde gentium devictarum, imagines urbium expugnatarum, fluviorum, montium, promotoriorum, ſuccedentes hoſtium inde Duces ac Reges, catenis onuſtos, aut ad currum aliquando religatos: poſt illos & ante currum Imperatoris coronas aureas ab urbibus ac provincijs honoris causâ transmiſſas: Ipſum tandem Imperatorem curru ſublimi magnificeque exornato vectum, triumphali veſte fulgentem, coronâ laureâ redimitum, ramumque lauri manu geſtantem: ſequentes exinde currum longo ordine equites, peditesque laureatos omnes, & data ſibi ob virtutem ab Imperatore dona

præ ſe ferentes ; urbe deniſque tota patentes Deorum ædes, coronisque , & ſuffitibus repletas : Cives confertim omnes velut in publica eaque lætiſſimâ feſtivitate applaudentes, & triumphum jucundiſſima aggratulatione cientes. * Triumphum , quem orbe ſubjugato tertium duxit Pompejus Magnus, quo quidem nihil unquam illuſtrius , nihil pretioſus , nihil omninò ad omnem memoriam celebrius aut Roma aut orbis conſpexit. * In quo quidquid objicitur , lætitia eſt, gratulatio eſt, honor eſt: via inſtrata gramine , latera hinc inde cincta milite, populus viam occupans ; mitræ affabrè factæ ac pendulæ in aëre, ſtrepens ſclopis, campana tinniens , tanti gaudii tanta ſigna præbent : ut & via ſuum defenſorem , & miles ſuum ducem, & mitra ſuum Antiſtitem , & ſclopus ſuum moderatorem , & campana ſuum DEUM videantur excepiſſe. * Cujus pompæ non dico veram effigiem, ſed umbratilem formam , elegantiſſimi cujusque oratio ficta ac reficta in omnes formas vix quidem poteſt depingere.

Triumphus in quo ſeries eſt pulchra , quia nobilium : ſplendida, quia torquatorum nitida, quia holoſericatorum : honorata, quia moratorum. Uno verbo, quot ſunt præfecti artium, tot putares Virginios : quot Barones , tot diceres Camillios : quot nobiles, tot jurares Scævolas : ita tuentur vultu gravitatem , veſte pompam, geſtu urbanitatem. * Quam illam triumphi ſpeciem ac pompam fuiſſe dixeris , in quâ uno bello devictarum artium mille, urbium nongentarum depreſſarum aut captarum navium , octingentarum prælatas imagines, titulum verò plus quatuordecim gentium diverſarum Romano parare imperio coactarum , didicimus. * In quo equites ſunt tàm longa ſerie connexi , equi tàm ſplendido ornatu inſtrati, ut triumphum nec homo viderit majorem , nec exterus intentiorem. Nitent omnia in ſingulis.

Viden-

Videntur numerus ordini, ordo numero addere ſpeciem; victor comitatui, comitatus victori afferre ornamentum: civitas triumpho, triumphus civitati adjungere decus. * Triumphus, in quo tanta eſt omnium lætitia, illaque usque eò ad intimos animos permanat; ut ipſi anguli loquantur urbem, ipſa tecta tonent victorem.

TURCA.

AMPLIFICAT. Qui naturæ quâdam immanitate efferatus, & inſito Chriſtiani nominis odio inflammatus inſanit, furit, agros depopulatur, templa depeculatur. * Qui in eodem Philippi Macedonis ludo videtur doctus ad militiam, & ex hac malitiæ potiùs quàm militiæ diſciplina efflorueſſe tandem ad hanc potentiam quàm Aſiæ & Africæ & Europæ pars penè tota terminavit. * Videor videre Turcici tyranni imaginem, & expreſſionem veram pulchrè effictam in Goliath, qui tanta vaſtitate corporis, quanta ſatis erat ſancti exercitus impreſſionis ſuſtentandæ. Tamen non totum exercitum totis ſuis ſuorum viribus aggreditur, ſed ſingulos ſcilicet minutiorum futuros virium, ac ne duos quidem ad ſingulare perlicit certamen: Sic Turca tàm monſtrum capitis, quam Goliath corporis, Chriſtianos non omnes belli ſocietate conjunctos fortiter petit, ſed ſeparatim ſingulos, hunc mulcet, dum illum perdit. * Quis enim adeo rerum omnium hebes judex eſt: quin infinitam Othomannici Tyranni cupiditatem, deteſtandamque imperandi libidinem intelligat? cujus inhumana crudelitas, ac facinoroſiſſima cum inexpiabili totius humani generis odio conjuncta ſuperſtitio nefarium bellum gentibus omnibus indictum: at Chriſtianæ Reipublicæ nominatim illatum, annum jam prope milleſimum cum Romanorum Imperatore Chriſto Regum Rege continenter gerit. An ille, qui ſibi totiùs orbis terrarum imperium de-

mentiſſime deſtinatum impudentiſſimè depoſcit: auidiſſimè concupitum audaciſſima ſpe devoravit : & magna jam ex parte funeſtiſſimè decocto , quod reliquum eſt ſceleſtiſſimo conatu funditus exhaurire non dubitat : ſi quod jam nimium diu feliciter molitur, maritima Græciæ, TerreſtriaGermaniæ, Pannoniæque clauſtra perrumperet : hæreret in gradu ſcilicet ? impetum ſuſtineret ? victoriæ temperaret ? admiſſam in omne facinus , ac pronam in exitium omnium libidinem cohiberet ? felicitatis ſuæ frena repræhenderet ? Italiæ videlicet florentiſſimis oppidis parceret ; integrum adhuc non tam militum virtute , quàm religione populorum, ac ſuperum excubijs Latium cuſtoditum vellet ? intactum relinqueret ? imbutum ſemel Illijricorum cruore mucronem Romanorum jugulis nollet impreſſum ? Has arces, hæc ſanctiſſima templa, gentium hoc commune perfugium, hanc Aram humanæ ſalutis, auguſtiſſimamque cortinam veritatis : hoc religionis , Pietatis , Sapientiæ , virtutum omnium multò præclariſſimum domicilium , Cœleſtiumque firmiſſimum propugnaculum inviolatum ſibi, ſacroſanctum ſuis , religioſum nobis eſſe pateretur ? An potiùs (quod omen in illius teterrimæ belluæ funeſtiſſimum caput avertat DEUS) id : quod inſatiabiliter concupiſſet, facinoroſiſſimèque tentaſſet, non idem (ſi quo ſucceſſu ſibi recludat Italiam) ſuperſtitionis ſuæ fœdiſſimo cadaveri Germanorum excidijs , vaſtitatibus Romanorum, templorum incendijs, ſacrorum cineribus , inſepulta Romæ ſepultura , devoto denique bonorum omnium ſanguine, atque internecione crudeliſſimè parentaret ? * Vos denique Orthdoxis infeſta Turcarum agmina, quæ ad Aci nutum deſolationes Urbium , oppidorum vaſtationes, regnorum incendia, templorum everſiones , Religionis excidium , ſacrorum profanorumque miſerandam confuſionem

vome-

Digitized by Google

vomebatis : vos ego compello, qui præcipiti veſtrâ fugâ comprobâſtis, feliciùs ad defectum Lunæ conflixiſſe Ladislaum, quàm vel vos ad ejusdem incrementum deſtinaveritis, vel ad plenilunium Spartani conlueverint præliari.

V.

VANITAS. Eitelkeit. *Vanitè.*

PHR. Honorum inanitas, futilitas, vanitatis fluxa conditio, caduca ratio, fugax & volaticus ſtatus. Licentioris vitæ inania oblectamenta. Illecebræ vanarum oblectationum. Es iſt nichts als Eitelkeit in der Welt. *Il n'y a que vanitè dans le monde.* Nihil in mundo eſt, niſi fluxum, caducum, fugax, inane, vanum, in mortem præceps. * Er iſt der Welt Eitelkeit ergeben. *Il eſt addonnè aux vannitez du monde.* Humanæ vitæ delicijs & commodis eſt deditus. Erga hujus vitæ oblectationes ſtudioſè eſt affectus. Licentioris vitæ oblectamenta captat. Illecebris vanarum oblectationum captus & implicitus eſt. Rerum fluxarum blandimentis eſt implicitus. Qui humanæ vitæ delicijs & commodis ducitur. Qui res fugaces & caducas ardenti ſtudio proſequitur.

AMPLIFICAT. Bona illa reverà bona non ſunt, ſed ex ejus ingenio, qui poſſidet, bona malavè cenſentur. Quid enim forma aut robur corporis ? Lutum ſcitè compactum. Bona illa revera bona non ſunt, ſed ex ejus ingenio qui poſſidet, bona malavè cenſentur, cæterum cum rem omnem inediæ agina rectè perpendimus, nihil videmus eſſe illorum, quod vel animos nobis addere, vel ſupercilium deducere debeat. Quid forma aut robur corporis ? lutum ſcitè com-

Digitized by Google

compactum, quod levis aliquis morbus corrumpit: gravior autem casus frangit planè & conterit. Quid argentum? Terra scilicet in candorem paululum excocta, quæ in metallorum feralibus officinis, nomen terræ in igne reliquit. Aurum verò nihil est, nisi malorum omnium materies simul & merces. Terra utique jam olim in rerum primordijs prævidens ejus mala, illud intra se recepit, & ne effoderetur toto corpore incubuit. Quid gemmæ? nisi calculi quidam pellucidi; & tincta variè terræ mineralia, jam verò Honor, quid est aliud, quàm major quædam, graviorque servitus? ut rectè ab Homero sit dictum, Reges quidam fastus spe cæteris præcellere, sed re ipsa ministros esse & servos multitudinis. Nobilitas autem & natalium splendor; etiamsi expeti debere videatur, revera tamen alienum bonum, non nostrum est. Nam qui majorum imagines in atriis suspendunt; quique in partibus, & prima ædium parte stemmata sua longo ordine, nominaque familiæ collocant, non suis sed majorum suorum virtutibus gaudent. Atque, non natalibus, sed solâ virtute factisque foribus nobilis nobilem antecedit. Quod si igitur nec forma, nec argentum, nec aurum, nec verò nobilitas aut honores quicquam in se eximium habent: viderint vani illi glorioſi, quibus modis quibusque rationibus suam ostentationem tueri possint.

Quid enim? inquit Mauritius, gratiam polliceris? nempe ludentem lævâ Hyænam ostentas, quæ dextrâ contrucidabit. Blandientes Imperatoris affatus spondes Favonios? nempe Finnorum mercibus pretium facis. Non emo mulcentes Ecclesias, tutius per Borealis furoris insaniam portum obtenturus. Quid honorem vulgi æstimationemque obtrudis? nulla est major miseria, quam precaria felicitas. Nihil est ibi tuum, ubi à vulgo petuntur suffragia. Ambire honorem potes: at nisi voluerit alter, non obtinere. Quid invida

invida cœlis Prætoria, Numidicis circumveſtita cruſtis palatia, quid maculoſa Corinthi marmora, quid maritas Cœlo Ægypti pyramides exſtruis ? Nempe graviore ſtrage ruituram famam paras educare. Quid dignitatis faſtigia, quid bonorum apices ſuſpicis ? Excellis prærupta adjacent, & lubrica eſt ſtatio, cùm perpendula & præcipitio proxima ambulatur. Quid Luculli arcas, Pygmalionis opes, Daunorum meſſes ingeris ? Aureum dives mancipium eſt. Habetur à divitiis, quas habere ſe falsò exiſtimabat, Non eſt dives, qui multum poſſidet ; ſed qui nihil deſiderat. Omnes Mauritio, Thebæisque Heroibus divitiæ ſunt, unum illum tenuiſſe, in quo infinitus eſt theſaurus. Apage lemniſcatæ titulorum umbræ, fatui nominum ſplendores, aggregata maris victigalia, & quidquid ampliſſimis Regnis venit annuum in tributum. Apage ad Sardanapali, & Sybaritarum opprobrium apparatæ voluptates. Frontem veris remittant, rideant, blandiantur : non credo. Immanes ſub illo blanditiarum riſu latent chelydri. Frons licèt exporrecta ſine ſeverioris umbræ ruga magna ſpondeat : non credo, Serenitas hæc ingentes ſinu colligit tempeſtates. Vertuntur in tormentum, quæ præparantur voluptati. Diffugiunt celeriùs, quo captantur avidiùs. Brevi gaudio longa faſtidia nundinantur. Magnæ nobis divitiæ ſunt divitiarum contemptus, Maximamque à Voluptatis exilio capiemus voluptatem ; opes dominos ſuos ſæpiùs perdiderunt, quàm ſervârunt. Nunquam tenetur ſecurè, cui multorum invidia inſidiatur.

SENTENTIÆ. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. (*Eccle.* 1. 2.) Vanitas circus eſt, quia nihil prodeſt : vanitas eſt equorum velocitas, quia mendax ad ſalutem eſt, vanitas theatrum eſt, vanitas ludus omnis. (*Ambr.*) Quid ſtultius, quàm, fidere in vanitate ? (*Aug.*) Totus ſplendor generis humani, hono-

honores, poteſtates, divitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni eſt. (*Idem.*) Noli eſſe vana, Anima, & obdureſcere in aure cordis tumultu vanitatis. (*Idem.*) Vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat. (*Greg.*) O mirabilis humana conditio! & ſine Christo vanum omne, quod vivimus! (*Hier.*) Vanum dicitur, quod eſt inane, fragile & caducum, & ab ipſâ firmiſſimâ veritate diſcretum. (*Caſſiod.*) Vanitas eſt inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio. (*Proſper.*) Nihil quidquam turpius eſt vanitate. (*Cic.*) Projice omnia vana, ſi ſapis. (*Sen.*) Ne gaudeas vanis; fundamentum hoc eſt bonæ mentis, etiam culmen. (*Idem.*) O miſeri, quid nos doctrinâ, famâ ſumus? Ipſi pulvis, illa opinio, iſta ventus. (*Lips.*)

SIMILITUDO. Sicut Solem iſtum aſſiduè vel nubes aliqua ſubducit, vel nox condit? Talis omnis hic ſplendor & felicitas, rapitur aut evaneſcit. (*Lips.*) Sicut pueri trochos, pilas, poppas, & levia rerum admirantur, ſecuri utilium: Sic pleriſque è noſtris ad vana divertunt, honeſta non negligentes ſolùm, ſed illudentes. (*Idem.*) V. Mundi Contemtus.

VENTUS. Wind. *Vent.*

SYN. Flamen, Aura, ſpiritus, Auſter, Aquilo, Boreas, Africus, Eurus, Zephyrus, Favonius.

ADJU. Adverſus, moleſtus, ſævus, gravis, ſalutaris tempeſtivus, ſecundus, ſubtilis, vehemens, vehementior. (*Ex Cic.*) Lenis, ſpirans, validus, violentus, procelloſus, inimicus, infeſtus moliter flans, leniter ſpirans ſecundans, remiſſior, gliſcens, ſilens, ſerenus, imbricus.

PHR. Venti flamina. Ventorum vis, minæ, furor, rabies, bella, diſcordia, ſtrepitus, murmura. Agitatus in aëre ſpiritus. Ventulus lenior. Ventulus flabello excitatus. Violenti flatus & ſonori. Nimia ventorum ſegnities. Halitus Septentrionales. Ven-

tus

tus eſt aëris fluens unda, cum incertâ motûs redundantiâ. Aurarum leves animæ. Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives. Etiam Favonius ipſe inſuſurrat. Omnia perſcindente vento & rapiente. Venti vis omnis cecidit. Nacti idoneum ventum. Quidquid ſabuli in campis jacet, converrunt venti. Nè procellis ventorum decutiantur. Nè ventis explantentur malleoli vitium. Ut æſtivo proflatu refrigerentur. Venti frigido ſe ab axe eruperant, phrænetici Septentrionum Filii, ſecum ferentes regulas, ramos. * Guten Wind haben. *Avoir le vent en poupe.* Secundò uti vento. Secundâ vehi aurâ. Obſecundantibus ventis navigare. Flantibus ad puppim ventis ſubvehi. Habere ventos ſecundos. Secundis ferri ventis. * Einem, dem warm iſt, Wind machen. *Faire vent à celuy, qui à chaud.* Æſtuanti ventulum facere, auram concitare. Æſtuantem citato ventulo refrigerare. ℣. Der Wind legt ſich. *Le vent s'appaiſe.* Ventus cadit, concidit, remittit, remittitur, ponit, ſubſidit, ſopitur, ſilet. * Der Wind nimmt zu. *Le vens s'augmente.* Ventus increbeſcit, ingraveſcit, ſævit. * Es war dieſe Nacht ein erſchröcklicher Wind. *Il a fait cette nuit un vent horribile.* Hâc nocte horrendum in modum venti ſævierunt, deſævierunt, tumultuati ſunt. Furentibus ventis, hæc nox maximè fuit infeſta. * Der Nordwind hat uns über die Maſſen geplagt. *Le vent de bize nous à fort incommodè.* Aquilo violenter nos verberavit, divexavit, infeſtavit, perflavit, excuſſit, exagitavit.

VER. Frühling.

ADJU. Fertile, fœcundum, luxurians, ridens, fragrans, odorum, amœnum, virens, amicum, jucundum, gratum, geniale, floridum, benignum, ſerenum, ſudum, blandum, naſcens, novum, adultum,

tum, præceps, terram lætificans, malignum, pluvium. PHR. Vernum tempus. Verni dies. Verna tempeſtas. Tempus veris. Veris clementia, indulgentia, honos. Pars anni melior. Tempus hyemi ſeneſcenti adjunctum. Ver aperire ſe cœpit: ſed jam inclinatum in æſtatem, quo tempore debebat, intepuit.

AMPLIFICAT. Cum ſuis radiis Sol terram ab alto illuſtrat propius ad nos accedens, omnia lætari, & quodammodò ridere videntur, virentes apparent herbæ, redolent amœniſſimi flores, ſuaviſſimi fructus emergunt, & oſtenduntur. * Verno tempore gemmea pratorum nemorumque viriditas, & rivorum decurrentium alliſa & impacta, molliter ad pellucentes lapillos argenti ſimilis aquula paſcit oculos: mulcet undique aures avium cantus: ab arboribus in novum ſe florem induentibus odores ſuaviſſimi afflantur: ad voluptatem atque oblectationem omnia dirigi, eamque ſpectare, unum videntur.* Tempore verno Sol propiùs ad nos accedit, quo rerum omnium incredibilem quandam ac mirificam alacritatem ſentimus, ut omnia lætari, omnia quodammodò ridere videantur, quo terra ſeſe aperit, flores amœniſſimos, fructus ſuaviſſimos emittit: & quo magis Solis calor incaleſcit, tanto maturiores fructus, & uberiores fruges demetuntur.* Annon divina eſt in terris amœnitas, quod providentia alibi montium vertices arduos extulit; alibi camporum ſupinam planitiem coæquavit, quod ubique diſtinxit amnium fluores, pratorum virores, quod dedit volatus avibus, volutus ſerpentibus, curſus feris, greſſùs verò hominibus. * Ego tibi oſtendam locum, ubi nec nemoris umbram, nec pratorum ſmaragdinum virorem, nec fontium vivas ſcatebras, nec avium ſuaves cantillationes deſiderabis: Dices dignam Muſis ſedem.

Suavitas hæc tanta verni temporis ex inopinato propemo-

pemodum exorta; diuturnioremque ſolito, & aſperiorem nivibus atque aquilonibus hyemem ſubſecuta, quo tempore natura rerum, tot lætitiis hilarata, geſtire partibus omnibus, ac ridere videntur univerſa; tum ſenſus hominum mira omnium delectamentorum varietate, ac voluptate perfundit: me quoque ſemiſomnem nè, an obtorpentem frigore? neſcio quo gaudio titillans, ſenſuumque delectatione permulcens, excitat ad dicendum. * Quem mœrore oppreſſum, hæc amœniſſima telluris depicta viriditas, hæc ſumma ſegetum uberrimarum ſpes in agris; ſalubris hæc Favonii genitalis aura; tanta luxuries arborum, qua tepefactæ frondeſcunt ac florent; hi longiores clariore ſole dies: hæc denique avium alacritas; quæ perfuſæ non canoræ modò, ſed etiam raucæ guttur, & vocem laxant in cantum, poſt tam horridam, ac frigidam tempeſtatem non exhilaret? cujus quantumvis ſtupidi ſenſus: hæc avium dulcedo, cœli ſerenitas, tepor aëris, florum odor, colorum varietas, & repentina totius Naturæ gaudentis hilaritas non oblectet? * Quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret, & jam purpureo nitore prata veſtiret: & commodum dirupto ſpineo tegmine ſpirantes cinnameos odores promicarent roſæ. * Jam Ver floridum vernos flores per Zephyrum præconem evocat Res mira! inſuſurratum præconis ventuli murmurillum ubique audiunt, & adſunt florum populi diſcolores, atque hoſpites lucis oras grati advenæ ſalutaturi, oſculo ſuaviter hiulco, odoratam animam inhalant. O halitum ægræ mortalitati vitalem! O curarum æſtus blandè diſſlantem auram ingenuæ voluptatis! quem non demulceat in junci folio narciſſo par aurei pretio coloris odoris pretioſa ſuavitas! ſive hic ſimplici foliorum bractea avarè, ſive plenirutila floris pompa liberaliter aureſcat. Cui verò argenteus ille Narciſſus, qui productiore collo

Digitized by Google

camelum in flore ludit, exporrecto vitam oſculo proprius non inſpiret, cui non Hyblam, non Hymethum oleat tum Moſchatus, tum odoratiſſimus Orientis Hyacinthus, quorum vel ipſum nomen odoratum eſt. * Et quis quum dubitabit, ſi torrida refloreſcit æſtas in Ver, Autumnum quoque floriferam ob temperiem ſuas intervernare vindemias. * Nemi nem tam obſtinatè proprio litare crediderim Larario, quem Proxenetæ præſentis temporis deliciæ, ad genethliacas Floræ non pelliciant ferias, ad fœcundos hortorum non proritent thalamos, ad redivivam camporum non convincant amœnitatem. Tempus etenim eſt, quo clementiores ſolis radii, ſuccisis debacchantis brumæ nervis, violentâ Boreæ tyrannidis mactatâ audaciâ, duriſſimoque frigoris excuſſo jugo, humaniſſimam introduxêre Favoniorum coloniam. Tempus eſt, quo revinctis glaciei compedibus, flumina ad omnem manumittuntur libertatem: quo crudiſſimo exaſperati aëre campi, in fruges, voluptatumque inſtrumenta luxuriant: quo tellus usque & usque detractis atrati amictûs exuviis, viridi byſſo, ad amœnam hilaritatis componitur imaginem. Tempus eſt quo efœta arborum pubes à canitie nivium, veris temporibus, plusquàm medeæ veneficio, ad floridam recocta juventutem, gemmante laſcivit capillitio. Quid igitur moramur? Cur Scenæ non ancillamur? Cur pedem non efferimus? V. Flos. Paradisus.

VERITAS. Warheit. *Verité.*

SYN. Verum. ADJU. Si non jucunda, tamen grata; acerba, maxima, perſpicua omnibus, puſilla, ſempiterna, ſimplex, ſumma. (*Ex Cic.*) Candida, aperta, fidelis, nuda. PHR. Virtus fraudum, *vel* fallere neſcia. Veri fides. Simplex ratio veritatis. Veritas ad liquidum explorata. In arduo eſt veri exploratio. Curioſiore obſervatione ad ipſam veritatem

ritatem penetrare. Eruit verum, lucemque oſtendit. Quibus ad diſpiciendam veritatem non erat offuſa caligo. Simplici, nudâ, germanâ, candidâ, ingenuâ veritate nihil eſt pulchrius, nihil eſt amabilius. Veritas eſt rectitudo, ſolâ mente perceptibilis. (*Anſel.*) Eſt adæquatio rei intellectæ ad intellectum, (*Antonin.*) Eſt id quod eſt. (*Aug.*) Eſt forma verorum. (*Idem.*) Quid eſt veritas, niſi menti conformis entitas? (*Bonav.*) Eſt ſubſtantia & lumen Rationis. (*Theophylact.*)

AMPLIFICAT. Singulari digni laude judicantur, & inter cæteros virtute ſuâ decori conſpiciuntur, qui trepidante commotâque multitudine ita ſtantem, & imperterritum animum ſervant, ut eos à veritatis confeſſione nec tempus aut locus ullus avocet, nec mentis perturbatio deterreat: Verùm quemadmodum & aëre ſerenato & eodem nubibus impedito Sol, ille illuſtrator orbis, luce ſuâ perfundit univerſum: ita illi periculis omnibus majores, & in proſperitate nequaquam ſtimulati, quovis tempore veritatem profitentur. * Qui ſimpliciter, non fucatè, non artificioſè agit, ut nihil ſubdolè, nihil verſutè dicat, ut nullâ fallaci concluſione, nullis mendaciis utatur, ut artis illius phaleratæ prorſus obliviſcatur, ut nihil denique dicat, quod non illi paulatim ſuggerat ipſa veritas. * Eſt prudentiæ comes, ut ait Plato, veritas, quæ cœli civis eſt, & ſola Deorum convictu fruitur; quam mens avidiſſimè amplectitur, & cum ea ſemper eſſe deſiderat: hæc eadem virtus eſt, quæ graviſſimo nomine ſapientia dicitur, quæ ſcientia pollet una: quâ qui verè præditi ſunt, ſoli beati, duplicique nomine decorantur. * Res quam Philoſophi divinæ mentis particulâ inſtructi & Theologi facibus Spiritus Sancti inflammati evincunt clariſſimè. * Veritas, omnis calliditatis victrix, niteat illius ſplendor, nullâ magnarum amplitudine extinguendus, nullâ diſſentientium magnitudine conterendus, nullâ con-

tradicentium multitudine opprimendus. * Videte, obsecro, Auditores, quanta vis sit veritatis: occultari certè & supprimi diu non potest: contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, & fictas hominum insidias facilè se per se ipsam defendit, ut Seneca ait. * Cujus per se magna vis est: ita ut suis operibus polleris, suis copiis freta, suis præsidiis firma, aut nihil, aut non admodum externa auxilia requirere videatur. Quæ tenebras ab hominum animis discutit, omnem terrorem eripit, id de quo judicaturi erant, præclarâ luce videndum collocat. * Regis bonitatem æmulatur simplex ministrorum veritas: hâc namque perversi populorum mores corripiuntur; pietatis, ac Religionis cultus promovetur; floret in templis devotio, ac omnis humanarum, divinarumque legum observantia prosperè satis irradiatur. His profectò dum gaudet patria, ò felices nimium incolæ! qui his navigat carbasis, fortunatum satis tenebit portum, hic hiantes in abyssum aquarum vortices & fatales dolosis vadis syrtes deridebit. Et tremefaciant licèt reciprocâ fluctuum agitatione veloces Euripi, classium ruinis famosæ charybdes, spoliis ac funeribus celebres piratarum excubiæ, nullam hic timebit ruinam, qui indivisâ imperii potentiâ regitur, bonitate imperantis defenditur, & veritate aliorum custoditur.

SENTENTIÆ. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. (*Prov.* 12.) Veritas intelligentibus mentibus intus loquitur, sinè sono instruit, intelligibili luce perfundit. (*Aug.*) Adversarii virtutis veritati semper insidiantur. (*Ant. Abb.*) Veritas est aliquid mente nostrâ atque ratione sublimius. (*Aug.*) Si aliquid est excellentius veritate, ille potiùs DEUS est: Si autem non est, jam ipsa veritas DEUS est. (*Idem.*) Mirum, in quanta se abrupta præcipitent homines, metuentes retia veritatis. (*Idem.*) Filii Diaboli dicuntur homines, qui non credunt veritati. (*Idem.*)

Amara

Amara eſt veritas, ſinè condimento gratiæ. (*Bern.*) Nemini blanditur veritas, neminem palpat, nullum ſeducit, apertè denuntiat. (*Idem.*) O beata veritas, video quòd ſinè te ſapere, deſipere eſt: te verò noſcere, perfectum ſcire eſt. (*Bonav.*) Faſtidium non habet dulcedo veritatis. (*Caſſiod.*) Non Chriſtianus ille eſt, qui pro veritate mori timet. (*Cyrill. Hier.*) Veritatis ſtudioſus ſemper & DEO placet, & cunctis hominibus utilis eſt. (*Ephrem.*) Veritatem ſilere idem eſt, quod aurum humo condere. (*Evagr.*) Plana veritatis via eſt, & grave iter mendacii. (*Greg.*) Præſtantiſſimum omnium bonorum eſt veritas, (*Joan. Damaſc.*) Nil fortius veritate. (*Idem.*) Simplex & nuda veritas, ornamentis extrinſetùs additis fucata corrumpitur; luculentiſſima enim & ſatis ornata per ſe eſt. (*Lact. Firm.*) Sanctum eſt, honori veritatem præferre. (*Ariſt.*) Nihil eſt Veritatis luce dulcius. (*Cic.*) Verbum verum ut DEUM honora. (*Sixt. Phil.*) Bonum eſt, à veritate vinci. (*Laps.*) Satis triumphat veritas, ſi apud paucos bonosque accepta: nec indoles ejus eſt, placere multis. (*Idem.*) Veritas eſt pura candidaque, & immunis ab omni affectu. (*Idem.*)

SIMILITUD. Ut lana priusquam ultimum illum & optimum colorem combibat, ſuccis quibusdam aliis præparanda & imbuenda eſt: Sic Animus Veritatis purpurâ ſeriò eſt tingendus. (*Lips.*) Ut eadem purpura homines delectat, & ad gaudium provocat, tauros offendit, & irritat ad pugnam: Sic eadem veritas intelligentes capit, lædit improbos & imperitos. (*Idem.*) Ut obſtetrix parturientem juvat movendo monendoque: Sic interrogando, dubitando elicitur veritas. (*Idem.*) Sicut in ſuavi colloquio non eſt ſuavitas omittenda: Sic in duro ruſticoque ſermone non eſt veritas aſpernanda (*Petr. Bles.*)

Digitized by Google

VIA. Weg. *Chemin.*

SYN. Iter, callis, ſemita, trames. ADJU. Æſtuoſa & pulverulenta, ſimplex & directa, aperta, ardua, plena periculorum, ſalebroſa, deterrima, planior, inculta & ſylveſtris, rectiſſima, trita, illuſtris, immunita, infeſta, lubrica, perlonga & non ſatis tuta, præceps & lubrica; proxima *ad gloriam*, & quaſi compendiaria. (*Ex Cic.*) PHR. Via communis & publica, omniumque trita veſtigiis. Via obſepta ſentibus, & intricata multis detrimentis. Iter difficile, lutulentum, torrentium concurſu ruptum, decurſibus lubricum, ſaxetis aſperum, durâ conſtratum glacie, altâ obſitum nive, vepribus impeditum & invium. Viæ inſuperabiles, inexplicabiles continuis imbribus. Ingens vorago, concurſu cavata torrentium, iter ruperat. Undique ad inferos tantundem viæ eſt. Difficultate aditus, aſperis confragoſisque circa, & partim arctis, partim arduis vijs. Qui vias ante nunquam initas humano veſtigio aperirent. Aſperitates viarum & anguſtiæ ſaltibus crebris intercluſæ. Prope divortium itinerum. Quam potiſſimum capeſſeret viam. Ardua, & aſpera, & confragoſa via. Per anfractus obſcuriſſimos egreſſus in hunc locum me perduxit. Omnes eos calles percurriſſe reſpondit. Sylveſtres eſſe calles, vix ſingulis pervios. Semita propemodùm invia. Itinera interrupta & impervia.

VESPERA. Abend. *Le Soir.*

SYN. Veſperum, Serum, Veſper, Veſperus. ADJU. Occidua, noctifera, obſcura, frigida. PHR. Diei Veſper. Diei Veſpera. Diei Veſperum. Tempus Veſperum, verſpertinum, ſerotinum. (NB.) Veſper *habet tantum Accus.* Veſperum. *Ablat.* Veſpere, Veſperi, & Veſpero. Veſpera *habet tantum Accus.* Veſperam, *& Ablat.* Veſpera. * Als es Abend worden.

den. *Le Soir étant venu.* Cum eſſet ſerum diei. Cum jam veſper eſſet. Inclinatâ in veſperum Die. Cùm appetiiſſet Veſpera. Cùm jam adveſperaſceret. Sole occidente. Jam Die in occaſum inclinante. Poſt ubi diei Veſper erat. Cum in Veſperam jam inclinaret dies. * Er iſt Abends ankommen. *Il' arriva le Soir.* Veſpere, Veſperi, Veſpere diei, veſpertinâ horâ adventavit. Gegen Abend. *Sur le Soir.* Sub veſperam, ſub diei ſerum, circa veſperum, ad veſperum, ad veſperam, flexo in veſperam die primis ſe intendentibus tenebris. Biß in die Nacht. *Jusqu' au ſoir.* In ſerum, in ſerum diei.

VIDERE. Sehen. *Voir.*

SYN. Cernere, conſpicere, perſpicere, aſpicere, ſuſpicere, introſpicere, diſpicere, aſpectare, ſpectare, conſpicare, intueri; contueri. ADV. Acriùs, admodùm, palam, parum longè, acutè, acutiſſimè, multùm, clariſimè, perſpicuè, ſtrictim, penitùs, plurimùm. PHR. Senſum videndi, *vel* oculorum habere. Visûs eſſe compotem. Facultate videndi eſſe prædituum. In aliquid intueri, oculos conjicere, oculos convertere, aſpectum contorquere. Oculis percipere. Huc & illuc circumſpectare; In omnem partem aſpectum contorquere; Omnia oculis luſtrare, perluſtrare, obire, colluſtrare. Ex longinquo ſpeculari. Intendere longiùs aciem. At parum oculi proſpiciunt, aut ipſum video. Tam longè nequeo ſcopum diſcernere, diſpicere, oculis deſignare, luminibus diſtinguere. Inſatiabilis cupiditas veri viſendi. A conſuetudine oculorum animum abducere difficillimum eſt. His ipſe oculis vidi, accepi. Stellæ quædam adeò exiguæ apparent, ut oculos, *vel* ut oculorum aciem fugiant, ut ſub aſpectum minimè cadant, ut perſpici nequeant, ut obtutum effugiant. Italiam neque pedibus, neque oculis unquam uſurpa-

vi. Hæ res mihi tenebræ ſunt: In his rebus nihil omninò video, *vel* planè cœcutio. Adeò ſpiſſæ intenderant ſe nubes, ut conderent lucem. Mihi hujus rei conſpectum eripis. Tum verò univerſa diſcriminis facies in oculis erat. Hominum aſpectum lucemque vitat. Oculis illum requirebat. Illum quaſi per tranſennam prætereuntes, ſtrictim aſpeximus. Meo in vultu habitant eorum oculi. Conſpectus veſter reficit & recreat mentem meam. Verſatur mihi ante oculos, &c. Avertêre omnes à tantâ fœditate ſpectaculi oculos. Ut ſubjectos campos terminare oculis haud facilè queas, omnis ſe ſe multitudo ad cognoſcendum effudit. Luſtravi oculis totam urbem. Sublimiùs adſpectat. Adjicere aliquò oculorum impudentiam. Cupiditatis oculos adjicere in aliquid. Obtuebatur me, fixis mediâ in fronte oculis. Video, in me omnium ora atque oculos eſſe converſos. Spectatorem ſe præbet otioſum, dum operi ipſe incumbo. * Etwas ſtarr anſehen. *Regarder fixement.* In aliquid oculos adjicere, defigere. Aliquid intueri acri & intento animo: Quàm maximè intentis oculis, accerrimè contemplari: Intueri, in eoque defixum eſſe: Studioſè intueri: Intentis luminibus aſpicere, inſpicere. * Er ſihet mich ſcheel an. *Il me regarde de travers.* Obliquis, torvis, malis me intuetur oculis. Infeſtis me oculis aſpicit. Me animo iniquiſſimo infeſtiſſimoque intuetur. * Ich werde machen, daß ihr ſeine Laſter nicht allein mit Ohren, ſondern auch mit Augen vernehmen ſollet. *Non ſeulement vous ouïrez ſes crimes, mais je vous les feray voir de vos yeux même.* Non modò in auribus veſtris, ſed in oculis omnium, illius flagitia defigam. Faciam, ut ejus crimina non auribus tantùm, ſed etiam oculis ac manibus teneatis. Aperta ejus ſcelera ante oculos omnium ponam. * Dieſe Armee war ſchön zu ſehen. *Il faiſoit beau voir cette armée.* Spectaculum præbebat ſpecioſiſſimum exer-

exercitus ille. Ad exſpectum vix accidere illuſtrius & jucundius quidquam poterat exercitu illo.

Er ſiehet nicht weiter, als ſein Naas gehet. *Il n'y voit pas le long de ſon nez.* Obtuſa eſt acies oculorum. Non longum naſum cernit. Non per videt ad extrema naſi. Non diſpicit, quàm longus eſt naſus. * Ich wolte, daß du das innerſte meines Hertzens ſehen könteſt. *Je voudrois, que tu pûſſes voir le fond de mon cœur.* Vellem intimos animi mei ſenſus poſſes inſpicere, intueri, contueri, intueri oculis, cernere oculis, introſpicere, perluſtrare, diſpicere, dignoſcere. Oculorum aciem dirigere in penitiores animi mei receſſus * Ich ſihe von meiner Cammer diß gantze Land. *Je voius de ma chambre tout ce pais là.* Tota mihi illa regio, in cubiculo meo ſedenti, eſt in conſpectu; Mihi ante oculos eſt; Mihi in oculis, ſub oculis eſt. Se ſe oculis offert, oſtendit. Oculis aperitur, exponitur. Ante oculos eſt. Ob oculos verſatur. Ad oculos occurrit. * Ich verachte alles was in der Welt geſehen wird. *Je mépriſe tout ce qui ſe voit en ce monde.* Aſpernor quidquid eſt in hoc mundo aſpectabile, quidquid ſub oculos cadit, ſub aſpectum cadit, ſub oculorum aciem ſubit, ſub aſpectum ſubjicitur, oculis ſubjicitur. * Ich will dir dieſe Sach vor Augen legen. *Je vous feray voir cette choſe.* Rem illam tibi in conſpectum dabo; ſubjiciam ſub aſpectum, *vel*, ſub aſpectu. Oculis ſubjiciam, oſtendam, declarabo, demonſtrabo, indicabo, patefaciam. * Es gedüncket mich zu ſehen. *Il me ſemble de voir.* Mihi videre videor. Cernere me puto. Videor mihi perſpicere. Videre jam videor. * Ich mag ihn vor meinen Augen nicht ſehen. *Je ne puis le voir d' un bon œil.* Eſt mihi inviſus: Ab ejus aſpectu abhorreo. Illum haud libenter video, ægrè in conſpectum admitto, in congreſſum accipio, illius vultum ſubeo.

AMPLIFICAT. Quemadmodum qui ex clauſo obſcuroque loco, in quo delituit diu, tandem aliquando progreditur, non poteſt, continuò imbecillam aciem inſolenti lumini committere, ſed à tenebris primo ad opaca procedit; deinde plus audet, paulatim claram lucem pati conſueſcit: ſic etiam magna me ſpes tenet, fore, ut qui principio egreſſus, veluti è tenebris imaginem quandam videram horum librorum, ſed quaſi per umbram & caliginem denique audacior factus, admiratus ſum clariſſimum illum ſolem, ſed præcinctos luce oculos non potui longius intendere, nunc tandem defigere poſſim obtutum incolumi acie: V. Oculus.

VINUM. Wein. *Vin.*

SYN. Merum, muſtum, falernum. ADJU. Dulce, ſuave, generoſum, fumans, ſpumans, odoratum, Maſſicum, rubicundum, vetus, novum, rubellum, purpureum, ſanguineum; dilutum, liquidum, clarum, limpidum, pellucidum, perſpicuum, diluti liquoris; opacum, denſum, ſpiſſum, obſcurum, nubilum; aſperum, auſterum, durum, acerbum; vehemens, validum, forte, potens.

PHR. Vinum generoſæ, *vel* primariæ notæ, eximiæ generoſitatis. Vinum acris morsûs: Vinum acriore morſu pungens: Vinoſæ mordacitatis ad linguam. Suaviter acre vinum: Vinum dulcis acrimoniæ, leniter pungens, ſuavis morsûs. Vinum imbecillum, tenuiculum, languidum: Vinum infirmi ſaporis. Vinum immite; immaturæ vitis; acerbæ uvæ. Vitem alibi vides florentem aut matureſcentem: & ſpe jam præbibis ſacrum illum alibilemque liquorem. Ille liquor terræ ſanguis eſt, cicutæ venenum eſt, lac ſenectutis eſt, omnium perturbationum animi remedium.

AMPLI-

AMPLIFICAT. Eſt vitis lignum dulce, ſed maximè ſitum: vinum laborum Pharmacum: at vehemens interim; & ad reluctandum: perquam grave. Ligabat mentes Bacchus, pedesque conſtringit: ſed & voce Lyſius ac liber, cum linguam frenis ſolvit: poculis ſeſe qui invitarunt, dicacitate mordere ſua alios ſolent * Vinum eſt tanquam remedium quoddam generi tributum humano, ut quemadmodum candens ferrum facilè tractatur: ſic eodem, vel duriſſimi animi emolleſcant. * Vinum quod tantam nobis lætitiam affert, tantam voluptatem, quod tàm ſuave eſt, tàm dulce, tàm jucundum, quod curas abigit; quod, ut magnus vini amator Horatius eleganter clamat, Fœcundi calices, quem non fecêre diſertum?

SENTENTIÆ. Vinum multùm potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. (*Eccli.* 31) Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum. (*Ibid.*) innumeris vina nocuerunt, nulli parſimonia. (*Amb.*) Vinum jam non bibitur, ſed aperto gurgite infunditur: poculum non libatur, ſed exinanitur. (*Idem.*) Tu, ô Homo, incolumis quotidie vino cogente deſideras vomere; & tanto repleris, quanto poſſent plurimi cum jucunditate lætari & ſobriè ſaturari. (*Aug*) Vinum & juventus duplex incendium. (*Idem.*) Vinum modicè ſumptum, acuit ingenium. (*Boët.*) Qui vinum diligit nunquam in virtutum poſſeſſione ditabitur. (*Bonav.*) Vinum & ſaltatio duplex eſt incendium voluptatis. (*Fulgent.*) Non Ætnæi ignes, non Vulcania tellus, non Væſuvius & Olympus tantis ardoribus æſtuant, ut juveniles medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ. (*Hier.*) Venter mero æſtuans, citò deſpumat in libidines. (*Idem*) ignem portat in gremio, qui aſſiduo utitur vino. (*Idem.*) Unde podagræ, unde capitis dolores, unde corruptorum humorum abundantia, unde innu-

innumeri alii morbi? Nonne à largiore vini ingurgitatione, quàm oportet? (*Chryſoſt.*) Vinum DEI, ebrietas opus diaboli eſt. (*Idem.*) Solutior eſt poſt vinum licentia. (*Sen.*) Lac Veneris eſt vinum: poculum meri mamma laſciviæ. (*Nier.*)

SIMILITUD. Sicut ignis probat ferrum durum: Ita & vini incendio etiam ſuperborum hominum cor liqueſcit. (*Ambr.*) Quemadmodùm aqua contraria eſt igni: Sic immodeſtia vini Rationem extinguit. (*Baſil.*) V. Bacchus. Ebrietas.

VIRGILIUS.

SYN. Maro. ADJU. Doctus, ingenioſus, facundus, divinus, æternus, laureâ coronatus. PHR. Andinus vates. Æneidos felix author, conditor. Qui Poëſim ſtellifero cœlo, ingenii ſui magnitudine inſeruit.

AMPLIFICAT. O Poëtarum Coryphæe, Virgili, quàm ego te lego lubens, ac laudo! Quis enim tam invido aut agreſti ingenio eſt, qui ſi tuam, unà cum ſcriptis tuis evolvat vitam, virtutes in te non miretur maximas? Pudorem non prædicet admirabilem, qui virgineum tibi fecit nomen, tum Parthenius appellatus es? Humanitatem non extollat, quâ omnium tibi coævorum devinciebas animos? Modeſtiam non exoſculetur, quæ te compellebat in latebras, quoties digno à prætereuntibus monſtrareris? Pietatem non veneretur, cui tot laudes tribuiſti, quam moribus caſtiſſimis conſecraſti; Prudentiam non afferat, quam Auguſtus ipſe ſuſpexit, cùm te conſuluit, conſiliumque danti paruit? Hanc equidem præ cæteris virtutem, cum ubique ſuſpicio tuis in poëmatis, tum verò præcipuè cùm aſſeruiſti. Non aliam ſalutis ſpem iis affulgêre, qui victi fuerint, quàm ſi nihil omnino ſperent? hoc uno carmine myſterium illud comprehendens & explicans, Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Digitized by Google

VIRGO. Jungfrau. *Vierge.*

SYN. Virguncula, Virago, Puella. ADJU. Adulta, caſta, verecunda, incorrupta, digna, formoſiſſima, generoſa, nobilis, invita, ſummo loco nata, parum horrens famam; Paulò habitior. (*Cic.*)

PHR. Viri, thalami expers. Perpetuâ virginitate gaudens. Virginitatis amans, ſtudioſa. Concubitus exoſa, peroſa, fugiens. Caſtum retinens inviolata decus. Illibati pudoris puella. Integræ pudicitiæ adoleſcentula. In quâ virginalis modeſtia. Priſcæ ſanctimoniæ Virgo. Plerique Chriſtiani inviolati corporis virginitate perpetuâ fruuntur potiùs, quàm gloriantur. Sancta corpore & ſpiritu. (*Hier.*) Quæ ſe mediante Virginitate immunem ab experimento venereæ voluptatis conſervat. (*Th. Aq.*) Cui mens & corpus incontaminatum.

AMPLIFIC. Quæ ob corporis venuſtatem faciemque formoſiſſimam nimium ſibi ipſi placet atque gloriatur, non tamen ea contenta, precioſis etiam veſtibus exornari vult; & argento, auro, margaritis, undique ſplendeſcere, neque unquam in publicum prodire, niſi priùs diligentiſſimè conſulto ſpeculo, in quo ſuam intuens & admirans imaginem cum quâdam animi dulcedine, molliqué ſuavitate, ita capitis ornamenta, capillos, ſupercilia, faciem, totumque corpus accuratè componit, ut cum domo tantùm exit, quacumque incedit, omnium in ſe oculos atque ora convertat, & non tantùm fervidorum juvenum, ſed etiam plerorumque gelidorum ſenum pectora jucundo vulnere ſauciet. * Virgo eximiâ pulchritudine, partium totius corporis admirabili convenientiâ, nativi coloris ſuavitate, ſidereis oculis, hilari fronte, roſeis genis, malis purpureis, corallinis labris, collo eburneo, lato modiceque tumeſcente pectore, & denique ſummâ, quam ex toto corpore ſpirat, venuſtate. *

Quæ

Quæ non laſciviuſcula atque ſuperba, non ornata annulis, armillis, monilibus fulgebat, non cirris & caliendris ſeſe oſtendebat, non in veſtibus conchyliata, non ineptias alias jactabat. * Erant capilli ejus ſicut greges caprarum, dentes ut greges tonſarum, ſicut vitta coccinea labia ejus; ſicut fragmen mali punici genæ illius, collum, turris inſtar Davidicæ; ubera ſicut hinnuli capreæ gemelli. Nigra ipſa, ſed formoſa, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Pulchritudinis miraculum erat, imò ut cum Ignatio loquar, ſacratiſſimum monſtrum & prodigium. * Nympha aliqua dotibus omnibus exornata, gemmis, monilibus, annulis, armillis, decorata, corporis decore, venuſtâ facie, ſplendore amabilis, gratioſa, affabilis, divina, non Helena tamen aliqua, in qua fucus, ſed Aſpaſia, in qua nitor naturalis eluceſcit. * Virgo honeſtiſſima, liberali vultu; formâ non quotidianâ, ſed optimâ, veſte verſicolori, monili baccato, annulis, floſculis variis diſtincta, ornata. Quid hujus aſpectu gratius, quid jucundius, quid amabilius poſſet exiſtere. * Virgo colore vario eleganter diſtincta, oculi patuli atque injectis quaſi ſtellulis ſcintillantes, albugo pellucens illa albedine, quæ nitet in fontibus, genæ tunc obſcurè albicantes, inde quibusdam venulis tamque cæruleis vibicibus eleganter inſperſæ, reliquus vultus candore illo, qui liliorum eſt, infectus, niſi quod ſanguis ſummâ æquabilitate infuſus ornat maximè.

Admirabilis Virginitate quid admirabilius, quæ hominem, Angelo ſimillimum reddit; quæ mediis in flammis, illibatas ſervat ab igne nives? &c. Amabilis. Virginitatis propria hæc laus eſt; ut enim nulla pulchrior, ita nec amabilior ulla eſt virtus. Hujus amore pellectus in terras ipſe DEUS eſt, in Virginis gremium, &c. Argenteus. Sordet Argenti nitor, & obſcurus ejus eſt candor, hunc ſi Virgi-

neo

neo candori conferas; adeò blandè fulget, pretiosè radiat, amabiliter adblanditur. Aureus. Quod in metallis Aurum, hoc inter virtutes Virginitas: Eas enim splendore vincit, pretio superat, decôre antecellit. * Adamas. Si Gemmæ sunt virtutes, quibus æternæ gloriæ diadema texitur; annon Virginitatem, omnium longè præclarissimam, illarum Reginam, & quasi Adamantem esse dices? Agnus. Agnum illum cœlestem sine macula, sequuntur Virgines, quocunque iemit, ad ejusque nuptias & amplexum, eas præcipuè vocari, quis ignorat? Ara. Cor nostrum Ara est, odoribus jugiter fragrans thure suavioribus, divinique amoris igne semper ardens, modò hunc ignem sacrum custodiat Vestalis Virginitas Astrum. Sublime à terra est, & cœlo proximum, lucidissimum, incorruptum, nullâ temeratum nubeculâ. Quid Virginitati similius? * Absconditus. Verè Thesaurus est hæc virtus, in agro humani corporis absconditus: Eam servemus ergo pari curâ, quâ thesaurus solet. O si paterent bona, quæ abscondit Virginitas in casto sinu! Abundans. Abundat Virgo omnium copiâ bonorum cœlestium, perennibus abundat gaudiis, delitiis abundat sempiternis. Adversarius. Qui Adversarius Virginitatis est, eum pariter necesse est, adversarium esse rationis, virtutis hostem, honestatis inimicum, &c. Æternus. Voluptates æternas, liquidas, ac purissimas, hæc Virtus percipit; quòd turpes aversetur, obscœnas respuat, vanas contemnat, fluxas & caducas aspernetur. * Arbor. Fœlix Arbor ac ferax, Virginitas, in Paradiso DEI consita, quàm suavis odoris flores effundit! quàm nectareos, quàm generosos, egregiique saporis fructus producit! Ars. Hac arte mirabili, quæ non fiunt miracula? E spinis lilia leguntur; Nives in igne durant; A corrupta radice, incorrupti fructus progerminantur. Arx. Hanc Arcem, quàm multi, quàm feroces,

feroces, quàm importuni & ſcelerati hoſtes obſident! Eâ expugnatâ, conclamatum eſt. Amitti poteſt, recuperari nunquam poteſt. AULA. Anla Cœleſtis eſt, hominis Animus, religionis laude præſtans: ſed hanc Aulam Virginitas, pretioſiſſimo meritorum apparatu adornat.

SENTENTIÆ. Deſpondi vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. (2. *Cor.* 11. 2.) Beatæ Virgines, quas non illecebra ſolicitat corporum, non colluvio præcipitat voluptatum. (*Ambr.*) Tantum habet Virginitas admirationis, ut eam etiam Leones mirentur. (*Idem.*) Ubicunque Virgo eſt, DEI templum eſt. (*Idem.*) In Virginibus pudor ornat ætatem taciturnitas commendat pudorem. (*Idem.*) Virginem priùs gravitas ſua nuntiet, pudore obvio, gradu ſobrio, vultu modeſto, & prænuntia integritatis anteeant ſigna virtutis. (*Idem.*) Virgo, quæ CHriſtum requiret, non debet eſſe vulgaris, non debet eſſe in foro, non in plateis voce querula, greſſu lubrica, facilis auditu, vilis aſpectu. (*Idem.*) Cuſtodi, Virgo, vias tuas, ut non delinquas in linguâ tuâ: etiam bona loqui plerumque crimen eſt Virgini, (*Idem.*) Magna Encomia Virginis ſunt. O Virginitas opulentia indeficiens! O Virginitas corona immarceſſibilis! O Virginis templum DEI & domicilium S. Spiritûs! O Virginitas Margarita ſpecioſa, vulgo inconſpicua, & quæ nonniſi à paucis invenitur! (*Athan.*) Hæc eſt uberior fœcundiorque felicitas, non ventre graveſcere, ſed mente grandeſcere; non lacteſcere pectore ſed corde candeſcere; non viſceribus terram, ſed cœlum orationibus parturire. (*Aug.*) Dominica Virgo ab omni inverecundo ſermone vel riſu ſe debet penitus abſtinere; & cum ſilentio & diſciplinâ omnem vitam ſuam ornare. (*Idem.*) Optimus & optabilis valdè Virginitatis ornatus, qui & Angelis poteſt eſſe invidioſus. (*Bern.*) Divina quædam res

eſt

tized by Google

eſt Virginitas. (*Didym. Alex.*) Maxime inter lilia Virginitatis ſatiatur & delectatur ſponſus Chriſtus, & aſpectu pulchritudinis, & odore ſuavitatis, & tactu lenitatis. (*Hugo C.*) Castitas Castus.

VIRTUOSUS. Tugendſam. *Vertueux.*

PHR. Omni genere virtutis florens, excellens, pollens, valens, antecellens, præſtans, fruens. Virtute inſtructus, ornatus, præditus, clarus, excultus, expolitus, inſignis, conſpicuus, præfulgens, effulgens, decorus, decoratus, prænitens, ſplendens, concinnatus, concinnus. Virtutis compos. Cujus vita cum virtute convenit. Cujus in vultibus Virtus, in virtute ipsâ elucebat Divinitas. Ex virtutis diſciplinâ, lege, normâ, præſcripto, legibus, regulâ vivens, vitam agens. Mores dirigens ex accuratiſſimâ virtutis amuſſi, normâ, regulâ. Vitam exigens ad religioſiſſimam virtutis amuſim, diſciplinam. Vitam cum virtute traducens : laudabiliter agens. Rectè atque honeſtè, & cum virtute vitam agens, peragens, ducens. Ad, *vel* in virtutem incumbens. Ad virtutem ſua ſtudia conferens. Virtutem omni ſtudio & obſervantiâ colens. Virtutis pulchritudine incenſus ; omnesque vires ſuas ad eam, non cognoſcendam modò, ſed & exercendam, excolendam, propugnandam conferens. Qui virtutes moribus, quaſi coloribus, ſic ſemper expreſſit, ut Sol vix ac nè vix quidem viderit hominem aut perfectiùs aut nitidiùs Chriſtianum. Vultis, ab incunabulis ordiamur ? Inde usque ſenſim producta virtus in omnem vitam ejus intenta pertinet.

AMPLIFICAT. Si virtutem requiris, ſpeculum eſt virtutis, & propoſitum ſeculis omnibus exemplar ; ſi innocentiam, nunquam peccavit ; ſi integritatem, immaculatus eſt ; ſi meritum, mereri ab ortu ſuo non deſtitit ; ſi gratiam, plenus eſt ; ſi dignitatem, pater eſt. * De cujus ſuavitate, gravitate, fide, humanitate

manitate posset esse panegyricus: cujus suavitatem loquuntur cognati, fidem cives, gravitatem amici, humanitatem omnes. * Cujus sunt tam magnæ & illustres virtutes, ut Sole non tantùm splendescant, verùm orationi ipsi dignitatem apportent, ut profectò satius si omninò eas admirari, quam verbis exornare, conari. * Neminem unquam tantâ eloquentiâ fuisse existimo, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui hujus viri virtutes, laudesque non dicam augere, & exornare oratione, sed percensere numerando posset. * Quemadmodum Solem adversum intueri nequimus: sed ex ejus radiis longè lateque dispersis, quanta sit ejus amplitudo, quàm immensum lumen intelligere facilè possumus: ita in fulgentissimis illis virtutibus, quæ in hujus viri altissimâ divinâque mente versantur, mentis oculos defigere nequimus. * Cujus nec gravitati mansuetudo, nec majestati simplicitas, nec fortitudini sapientia, nec severitati hilaritas ullam nubeculam obduxit. * Qui solus est omnium virtutum imago, qui non solum in submissione animi est magnanimus, in patientiâ fortis, in simplicitate prudens; sed etiam dolens lætatur, vulneratus sanatur, vinctus vincit, ac mortuus vivit. * Illud honestatis, illud modestiæ, frugalitatis, innocentiæ, fortitudinis, omnis denique virtutis specimen & exemplar, qui ita locutus est, ut ex ejus sermonibus omnes, quæ postea consecutæ sunt Philosophorum disciplinæ fluxerint: Ita vixit, ut hodie quoque nomen illius non hominis, sed integritatis & innocentiæ nomen putetur. * Homo, in quo virtutes non ita sunt mediocres, ut unâ tantùm earum excelleret, in Themistocle fortitudo, in Aristide justitia, in Solone sapientia, in Xenocrate temperantia, sed omnes excellentes, omnes eximiæ, sicut ex ejus rebus gestis luce clarius apparet.

Cui virtutum comitatus præstantissimus immissus est:

eſt : & in quo tot virtutes locatæ ſunt, quot habitant in eodem affectiones; vel placandæ, ſi ſint vehementius incitatæ; vel ſi turpiter langueſcunt, excitandæ. In quo mitigat iram manſuetudo; libidinem continentia frænat; avaritiam liberalitas minuit; temperat dolorem patientia; fortitudo timiditatem exſtimulat; omnesque perturbationes, & commotiones hujus partis inſultantes in rationem, ejusdem rectæ rationis mediocritas aurea, Peripateticorum Philoſophorum dogmate celeberrima, virtutum habenis vel adductis, vel remiſſis pro neceſſitate, manu prudentiæ moderatur.* Tantam manſuetudinem, tam inuſitatam & inauditam clementiam, tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum, tum denique incredibilem ſapientiam ac penè divinam, tacitus nullo modo præterire poſſum. (*Cic.*) Quis enim eſt illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium ſtudio, aut innocentiâ, aut ullo genere laudis præſtantior? Tantus eſt ſplendor in laude verâ, tanta in magnitudine animi & conſilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe dicantur. * Inter ipſos hoſtes cognomen reperiſti boni. Scilicet ut radii in ſordes & caligantia loca conjecti; illuſtrant, non inquinantur: ſic tu inter feros illos ſqualem que reſplenduiſti nihilominus verâ virtutis tuæ luce. (*Lips.*) Finxit te ipſa natura ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, juſtitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelſum. (*Cic.*) Homo excellenti animo ac virtute, & ſine doctrinâ naturæ ipſius habitu propè divino per ſe ipſum moderatus & gravis. (*Idem.*) In hoc igitur anguſtiſſimum vitæ ſpatium, quemadmodùm ille neſcio quis in perexiguam membranam Iliadem Homeri, ſic ille virtutum æternitatem, & immortalitatem nominis illigavit. * AGNES in ampliſſimâ Dominici diſciplinâ, partes omnes explevit pulcherrimæ præſantiſſimaque

tiſſimæque virtutis: ut unam in pauciſſimis numerari fas ſit, cujus immortalitatem nominis, templis commendatam, ob innumerabiles & maximas utilitates, ex ejus felicitate profectas recordari jucundiſſimè, deque ſingulari ejus ſanctitate Chriſtiana Reſpublica debeat, quàm diutiſſimè gloriari.

VIRTUS. Tugend. *Vertu.*

SYN. Mediocritas, bonitas, probitas, integritas. ADJU. Actuoſa, egregia, admirabilis, incredibilis, bellica, afflicta, proſtrata, maximè luctuoſa, alijs; laborioſa, aut periculoſa, aut certè gratuita; laudabilis ipſa per ſe, amabilis, clara & inſignis, dura & quaſi ferrea, glorioſa, memorabilis; non inhumana, nec immanis, nec ſuperbia; tenera atque tractabilis; clariſſima maximaque; excellens & ſumma; excellentiſſima, mirifica, miranda; formoſa & amabilis; generoſa, præſtantiſſima, imbecilla immortalis, memorabilis, præclariſſima, præſtabilis, perfecta & ad ſummum perducta. (*Ex Cic.*) Ad extorquendum hominum amorem & honorem rapax; ad omnes officii partes expoſita; præſtantiâ ſingularis, diuturnitate conſtans, opportunitate felix, genere divina; optimæ diſciplinæ conſuetudine firmata; omnium complexionem habens numerorum; Experta atque perſpecta; inexpugnabilis, teſtatiſſima. PHR. Virtus eſt animi habitus, naturæ modo, rationique conſentaneus. (*Cic.*) Virtus eſt animi conſtans conveniensque affectio, laudabiles efficiens eos, quibus ineſt. (*Idem.*) Eſt Domina omnium rerum. (*Idem.*) Et miniſtra, & comes ſapientiæ. (*Idem.*) Quò plura virtutis & induſtriæ ornamenta in te ſunt. (*Idem.*) Quæ ætate nullâ virtutum feracior fuit. Ea porrò, quæ ſit ejuscemodi, digniſſima cenſetur, cujus memoriam grata poſteritas nunquam intermori patiatur. * Ich gehe mit ehrlichen

lichen Leuten umb, damit ich die Tugend oder *mores* erlerne. *Je frequente les homêtes gens, pour apprendre la Vertu.* Frequens ſum cum viris honeſtiſſimis, ut condiſcam politioris vitæ rationem, civilis moris diſciplinam, civilem vivendi morem, urbani moris & usûs politiorem modum, urbani ingenuiſque victûs morem & uſum, civilis excultiſque hominis concinniorem vitam.

AMPLIFICAT. Quæ nunquam deſes atque ignava, cui nullæ à præclaris actionibus feriæ, quæ fortes & conſtantes viros honeſtorum laborum ac munerum perfunctione, non ad quietem invitat, ſed ad alia ex aliis aſſiduè ſuſcipienda incitat. * Quid aut pulchrius aut jucundius eſſe poteſt eo virtutum cœtu, quo exornatus eſt animus, quaſi in clariſſimo quodam ac ſublimi loco poſitus, infrà ſe cœcas hominum mentes videt variis erroribus implicatas, & pro veris bonis inanes tantum bonorum umbras proſequentes; aſſiduis fortunæ tempeſtatibus agitatas; ſe vero tanquam in tranquiliſſimo portu conſtitutum nullas amplius turbulentas pertimeſcere tempeſtates: Nam veriſſimè Poëta Satyricus ait: Semita certè, tranquillæ per virtutem patet unica vitæ. * Sicuti aurum metallorum omnium præſtantiſſimum eſt, & magnorum ſæpè laborum præmium: ita virtutes præclaræ cætera omnia, quæ ſunt in homine, ſuperant, atque in eis potiſſimæ laudes conſiſtunt. * Virtus egregia non poteſt latere, ſed quo magis occultatur, eò magis lucet ipſa per ſe, ſplendetque etiam in tenebris, & eos, in quibus eſt, aud omnes gentes ac nationes laudabiles & vehementer amabiles efficit. Hic eſt ille concentus omnium virtutum, undique perfectus & abſolutus, quo noſter animus, cùm informatus fuerit, divinus efficitur; & eo ſplendore decoratur, ut nihil admirabilius in toto rerum orbe, nihil præſtantius, nihil ſpecioſius eſſe poſſit. * Quæ in tempe-

ſtate ſævâ quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen atque hæret in patria, ſplendetque per ſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſolefcit. (*Cic.*) nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas: at verò hæc tua juſtitia & lenitas animi, floreſcit quotidiè magis: ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahat, tantum afferat laudibus. (*Idem.*) Omnia alia falſa & incerta ſunt, caduca, mobilia: virtus eſt una altisſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt nunquam dimoveri loco. (*Idem.*) Quid Virtute præclarius? quid ſpecioſius? quæ fucos exoſa, perinde fulget ſqualore obſita, ac radiis redimita gloriæ; cui non minus venuſtatis ineſt, vilioti veſtitæ panno, quàm dum coruſcat ſplendore purpuræ quæ tantum Majeſtatis habet in cœno jacens, quantum ſolio inſidens; quæ juxta nitet plebejo juncta, ac nupta Principi; nec blandius in adoleſcente lectiſſimo, quàm in decrepito, ſtrigoſoque ſene renitet.

Quid formæ venuſtate vanius? quid fragilius? quæ floris inſtar, tenui liveſcit afflatu, caſuque leviſſimo defluit, & vergente in ſenium vitâ, momento citiùs contabeſcit. Tuus verò Decor, o Pulchra Virtus, nunquam non virens atque vernans, ubique florens & amabilis, omni ætate gratus atque mirabilis, neque langueſcit morbo, neque flacceſcit ægritudine, nec labore corrumpitur, nec violatur annis, nec vetuſtate defloreſcit. Tua illa Genarum lilia purpureis miſta roſis, nunquam marceſcunt: Illæ pudoris flammulæ, ab tuo vultu venuſtiſſimo promicantes, extingui nequeunt: Nives illæ Oris puriſſimæ, nullo cupiditatum æſtu tabefiunt: Nec obſcurantur moeroris nube, gemini Oculorum ſoles; Nec inflectuntur adverſis, Arcus triumphales Superciliorum illis impoſiti; Nec delitijs ſolvitur, Pectoris illabata glacies;

cies; Nec Mœstitiæ rugis inaratur, nitidissimæ Frontis crystallus. * Virtutem commendare si cupis, illam esse dices, animi Animam nostri, cordisque Corculum, & vitæ decus, honestique germen, ac decôri florem, mentisque puriores delitias, æternique radium Solis, & felicitatis auroram, & immortalitatis parentem, perennemque fontem bonorum omnium. * Virtutem si exornare cupis; dic illam esse, quæ mœstos recreat, ægros reficit, jacentes erigit, excitat afflictos, miserosque beat: Quæ splendorem rebus obscuris, vilibus pretium, abjectis dignitatem, vulgaribus honorem, humilibus excelsitatem, contemptis commendationem accersit, omnibusque venerationem conciliat.

Malè judicat, apud quem natalium conditio momentum addit dignitati: malè promovetur, quem non sua, sed patris commendant merita; indignè sortitur officium, quem sanguis facit honoris candidatum; fasces capessit immeritus, qui præter porphyrogeniti fascias nullum ad honores momentum adfert. Nec meretur poni super candelabrum, qui ceris majorum tumidus, penes nomen Illustrissimi, Atticam in capite noctem nutrit. Langueſcet virtus, industria omnis interibit, si sola nobilitas præmia retulerit, & officia. Non enim ex hortis tantum, sed & è vulgaribus campis, agrestibusque pratis sua legunt mella apiculæ, etiamque vel Principum mensas, vel Divûm Altaria illustraturam, conficiunt. Nemo ideo dignior est, quia patre nobilior, nisi nobiles ejus laudes moribus suis in epitomen cogat, nec tam sanguinis, & fortunæ, quàm virtutis successor audire mereatur. Sæpe etenim procul à stipite proprio poma, imò mala cadunt; à longè petita, infirmaque est prærogativa, quæ mutilis antecessorum statuis innititur. Vetere scriptos charactere tuorum fastos exhibere satis non est, si nefasto filius in folio

Doctorem agat. Vanum eſt deſidi glorioſa patrum geſtare nomina, qui ſolus otio ſterileſcit, & nihil præter paterni nominis ſyllabas ſuum fecit. Quæ ignium fatuorum eſt gloria, quòd ſereniſſimam ſolis Majeſtatem patrem habeant? quando ipſi tenui, eâque umbratili ſcintillâ, grandes inter tenebras, non tam micant, quàm ludunt. Non omnes, qui matre naſcuntur aquilâ, ſolem ferunt: multæ rupibus aliſæ, degeneris naturæ pœnas luunt; & juſtè: nec enim vitam infelix tantæ matris abortivum meretur, quod non niſi ſtemmatis opprobrio, aviumque cæterarum ludibrio viveret. Magnum videlicet eſſe, & à magnis natum, duo ſunt: & adeò non rarò inter ſe diſſita, ut parens Illuſtriſſimus obſcuræ notæ filium, avusque laureus plumbeum nepotem ſortiatur. Magnum appellari dedecet potiùs, quàm decet, qui nanus eſt virtute.

SENTENTIÆ. Malitiæ Diabolus præſidet, virtutibus CHRISTUS. (*Ambr.*) Virtus virtuti accumulata prodeſt. (*Anſel.*) Virtus eſt interioris hominis pulchritudo. (*Aug.*) Præmium Virtutis erit DEUS, qui virtutem dedit. (*Idem.*) Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optima, & ſui diffuſiva. (*Compt.*) Quælibet virtus flos eſt animæ, flos eſt humilitas, flos eſt patientia, flos eſt lilij caſtitas. (*Bonav.*) Cibus animæ Virtutes ſunt. (*Bruno.*) Mors criminum, vita virtutum. (*Caſſiod.*) Aſpera ac difficilis ad virtutem via, nec multis pervia, ijs verò tantum modò plana & facilis, qui per eam contento curſu pergunt, neque quidquam metuentes cum laboribus luctantur. (*Cyrill. Alex.*) Noli parvâ lance virtutem ponderare. (*Greg. Naz.*) Virtus ſemper invidiæ patet. (*Hier.*) Multi virtutis umbram, veritatem ejus ſequuntur pauci. (*Idem*) Contra virtutem inſanit malitia, cui non ſolùm nihil nocet, ſed & infeſtando fortiorem reddit. (*Chryſoſt.*) Tantum virtutis eſt robur, ut cum impugnatur, fiat potentior. (*Idem.*) Impoſſibile eſt,

ut

Digitized by Google

ut qui anguſtam & arctam virtutis viam ambulat, ab omnibus laudetur & admirationi ſit. (*Idem.*) Nihil eſt virtute ſuavius, nihil dulcius, nihil jucundius. (*Idem.*, Fieri nequit, ut qui virtuti dat operam, non multos hoſtes habeat. (*Idem*) Virtutis divitiæ impræda-biles ſunt, omni inquirendæ tempore, ubique extol-lendæ colendæque. (*Laur. Juſtin.*) Virtus Adverſario-rum infeſtatione laceſſita, flore vernat & fructu. (*Pet. Cell.*) Virtus in occultis ſuis pretioſior, emendicatis recuſat offuſcari nitoribus. (*Idem.*) Virtus bravium eſt agnonizantium, triumphantium palma, Sceptrum repugnantium, corona Sanctorum, deitatis inſtru-mentum. (*Id.*) Hæc nunquam ſeneſcit, ſed augmento temporis proficiens adoleſcit. (*Id.*) Ubi magnæ virtu-tes, ibi magna vitia, aut crebra. (*Lips.*) virtus in ſe-creto eſt, imò contagia vulgi fugit. (*Idem.*) Gratiſſima res virtus eſt; etiam peſſimi laudant. (*Nier.*) Virtus eſt magnes amplior, omnium videlicet durorum, quæ ad ſe novit callidè vertere; Vitam ex morte componit, ex fame ſâginatur, cum felle epulas condit, renovat laſſitudine vires, omnia demum concoquit, ad ſui cre-mentum revolvit, damna in uſum digerit, in fructum convertit. (*Idem.*) Sublime & penſile iter virtutis eſt. (*Idem.*) Semper virtus actibus ſaginata, nunquam ſa-tura. (*Idem.*) Fauſtiſſima virtus eſt horoſcopante in-vidiâ. (*Idem.*) Ars felicitatis virtus eſt. (*Idem.*) Virtus non fragrat, niſi flagrat. (*Theſ.*) Immerſabilis eſt vera virtus; medio in ponto portum inveniet. (*Idem.*) Scias magna inter vitia, magnæ locum eſſe virtuti. (*Idem.*) Cui virtus dextram porrigit nihil accidere poteſt ſiniſtri. (*Compt.*) Nihil inauſpicatum, quod vir-tutis auſpicijs geritur. (*Idem.*) Sola virtus generoſus eſt animi ſanguis, quæ à plebe & communi ſorte ho-mines ſegregat ac ſecernit; & optimos dum reddit, reddit optimates. (*Idem.*) Quisquis virtute aſpirante vela pandit, navigat in portu. (*Idem.*) Secure & feliciter certatur ubi virtus eſt anteſignana. (*Id.*) SIMI-

Digitized by Google

SIMILITUD. Ut aromata longè lateque odorem emittunt, si teras: Si virtutis fama diffunditur, si premas. (*Lips.*) Ut vinum vigorem & florem servat, sed clausum; apertum exhalat? Sic Virtus apud secretum manet, vanescet, si vulgâris. (*Idem.*) Sicut falsis denarijs nihil emitur boni; Sic nec falsis virtutibus regnum cœlorum comparatur. (*Alb. Mag.*) Ut Solis lux integra est, etiamsi aliquid interjaceat: Eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minùs fulget; nobis forsan non æque apparet ac nitet: Sibi eadem est, & more Solis obscuri, in occulto vim suam exercet. (*Cic.*) Ut acer equus suâpte naturâ facilè currit: Ita qui ardet amore virtutis, non eget admonitore. (*Plut.*) Sicut ubi fragrantia est, ibi non habet locum graveolentia: Ita ubi sanctum est unguentum virtutum, ibi suffocatur dæmon, animam recreat, & odorem effundit. (*Chrysost.*)

VITIOSUS. Lasterhafft. *Vitieux.*

PHR. Multis vitiis, flagitijsque convictus, depravatus, corruptus, affectus. Homo sceleratus, improbus, consceleratus, vitiosus, pravus, iniquus, malè moratus, flagitiosus, facinorosus, perditus, malis artibus præditus, iniquitate insignis; Malitiâ, vitiis, probris, scelere insignis; Omnibus vitiis coopertus. Omni vitiorum labe coinquinatus. Omni vitiorum genere inquinatus, contaminatus, maculatus, adstrictus, infamis. Omnibus vitiis deditus. Ex omnibus vitiis concretus, fictus, coagulatus, conglutinatus. Omni vitiorum generi mancipatus. Qui omni se vitiorum generi mancipavit: Omnibus vitiis se dedidit: Animum ad malas artes adjunxit: Vitam omni intemperantiæ addixit. Qui vitam omni vitiorum labe coinquinatus à virtute abhorrentem traducere solet. Qui vitam suam omni dedecore maculavit, polluit, infuscavit. Qui de vitiis nunquam non cogitat. Cujus mens ab improbis cogitationibus nunquam

quam discedit, abducitur, avellitur. Fingi maleficium nullum potest, quo ille se non contaminâvit. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis. Cave deformes multa bona uno vitio. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. Quem Naturæ depravatione turbidi motus identidem innascentes, consuetudo vitiosa, impunitasque peccandi, magis indies magisque corrumpunt.

AMPLIFICAT. Cujus si videres mores molliuscule fluentes, risum indecorè sardonium, gesticulationes fædè inimicas, voces impiè tragicas; planè efficeretur, ut putares ad hanc normam fregisse suas delicias Sardanapalum, & incisis virtutum nervis, mollicalis fœminarum moribus obleviſse.* Qui domi tanquam in materno gremio jacentes deliciis blanditiisque nimiis & molliuntur simul & efferuntur exemplo domesticorum depravatorum, corrumpuntur, & antequam sciant esse vitia, vitiis inficiuntur: non foris instituuntur procul ab aspectu parentum, quod in magna libertate rerumque omnium licentia constituti fines honestatis & moderationis, equorum more violenter excusso domitore, cursim excedant. * Non sum tibi ita inimicus, ut tua omnia hic facinora, criminaque detegam, exponamque singillatiùs, quibus vitam flagitiis inquinaris, quàm sæpe probrum castis, labem integris, infamiam bonis, in bonis intuleris; quam fueris, in propinquos sceleratus, in amicos perfidus, in patriam impius. Hæc omnia prætereo, tui parentis gratia, cujus fui olim studiosus, nec ullo modo à me quisquam audiet, te domum tui expilasse patrui, interfecisse patruelem, sustulisse veneno aviam, matrem non semel verberasse; hæc, inquam, non dicam; involvam potiùs æterno silentio. * Pudore deteri eor, Auditores, nec ganeonis hujus impudici sordibus, inficere orationem meam, & vestras aures audeo. Vereor, ut videar parùm honestè

neſtè loqui, ſi quæ inhoneſtè fecit, ſubjiciam; tacebo ergo illa omnia. Neque etiam memorabo, quâ impudentiâ, nuper in alienas ædes irrueńs, ſuis ſtipatus aſſeclis, exturbârit domo ſuâ dominum, paratas epulas abliguriverit, lances, pocula, cæteraque vaſa projecerit in vicum per feneſtram, menſas everterit, pavimenta vino reſperſerit, facibusque lecto ſubjectis, temulentus prodîerit foras: Hæc, inquam, prætermittam ne veſtros animos offendam, & pudori meo vim inferam.

VITIUM. Fehler. *Vice.*

SYN. Vitioſitas, culpa, noxa, ſcelus, flagitium. ADJU. Peſtiferum, altiſſimum, perſpicuum & grande, commune & pervagatum, inauditum, inſigne, intolerabile, perditiſſimum, ſummum, tetrius, vulgare. (*Ex. Cic.*) PHR. Pravus actus. Turpis actio. Animi pravitas, labes, morbus, deformitas, depravatio, dedecus, culpa, impedimentum. Mores corrupti, ſcelerati. Vitium, quo nullum poteſt à nobis concipi, vel admitti labe tetrius, vel in cœlum contumelioſius. Quo naturâm ſuam divinâ rationis face colluſtratam, homines obſcurant; & impreſſam in animis ſuis æternæ Majeſtatis effigiem coinquinant ac deturpant. * Diß Laſter iſt nie ſo gemein geweſen, als jetzt. *Jamais ce vice ne fut plus commun, qu'il eſt aujourduy.* Nunc vitium ut cùm maximè, ubique dominatur, regnat, viget, latiſſimè patet, orbem terrarum complexum eſt, omnium animos occupavit ac tenet, in omnium animos irrepſit. Infecti ſunt omnes fœdiſſimâ vitij hujus labe. Hoc hodie vitio, nemo non fere laborat. Animorum lues, corporeâ peſte plures habet funerum vaſtitates. Nihil facilius vulgatu, nihil curatu difficilius. Vitioſitas eſt habitus aut affectio, in totâ vitâ inconſtans, & à ſeipsâ diſſentiens. (*Cic.*)

AMPLI-

AMPLIFICAT. Vitium ſuis ſi coloribus exprimetur, ſi, ut fœdum ac ſordidum, prodire cogatur in ſcenam, abſterreat profectò contemplatores ſui, & in odium pariter fugamque convertat neceſſe eſt. * Inde vitij delinea fœditatem, quòd rationi adverſetur, quòd contaminet animum, quod divinum Numen offendat, quòd auctorem ſuum, diris excruciet modis, angore ſtimulet, curis exedat, metu percellat, furijs lancinet, ſupplicijs torqueat, exanimetque doloribus maximis, nullo ſermone ſatis explicandis. Tum, quòd leges, quòd inſtituta, quod fœdera, cæteráque humanæ ſocietatis ſanctiſſima jura violet, pervertat, labefactet, exſcindat, perdat, extinguat. Denique, quòd peſtem Rebuspublicis, Provincijs calamitatem, perniciem regnis, urbibus exitium, familijs damna innumera, ſingulis denique hominibus, univerſum malorum agmen importet.

SENTENTIÆ. Qui ſubjectus eſt vitijs, multis ſe Dominis addixit, ut ſervitio ei exire vix liceat. (*Amb.*) Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta & ſopita denuò excitantur. (*Bern.*) Anima mole carnis preſſa, ſicut difficilè ad virtutem ſurgit, ita facilè in vitia cadit. (*Idem.*) Quot vitia habuerit homo, tot habet Dæmones. (*Cæſar. Aurel.*) Facilis in proclivia vitiorum decurſus eſt. (*Sen.*) Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. (*Idem.*) Serpunt vitia, & in proximum quemque (ut in peſtilentiâ) tranſiliunt, & contactu nocent. (*Idem.*) Eſto vitiorum fugax, aliorum verò neque curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor. (*Idem.*) Vitia non exciſa, immane quantum ſuccreſcant, non aliâ egent culturâ, per ſeipſa proveniunt. (*Rho.*) Vitijs malo patrocinantur Reges exemplo. (*Id.*) A culpâ cum ſumus innoxij, non ſumus ulli obnoxii. (*Lips.*) Iniquâ animi partitione colimus intellectu virtutem, voluntate vitia. (*Neri.*)

Per

Digitized by Google

Per declive in vitia ruimus, per ardua adimus virtutem; illud descendere, illud est surgere. (*Idem.*) Cæteræ animantes, ubi semel offenderint, cavent; non vulpes ad laqueum, lupus ad foveam, canis ad fustem, temerè redibunt: Solus homo ab ævo in ævum peccat ferè in ijsdem. (*Idem.*)

SIMILITUD. Qui languet, inter angores evomet nociva: Sic & animæ vitia in vitâ jucundâ non purgantur, cùm nec corporis vitia sine molestia curentur. (*Nier.*) Viator, qui semel in saxum impegerit, aut gubernator in rupem, non solùm horret eadem, verùm etiam similia: Sic qui vitium agnoscit suum, etiam à confinibus cavebit. (*Plut.*) In bello nunquam remittendæ sunt excubiæ: Ita semper adversùm vitia nobis dimicandum. (*Idem.*) A prava uxore facilè divortium feceris; malitia visceribus insidet, nec potes illi repudium scribere? (*Idem*) In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis: Sic declive iter in vitia quæ sola morte sanari possunt.) (*Erasm.*) V. Crimen. Error. Peccatum.

VLCSCI. Rächen. *Venger.*

SYN. Vindicare, punire, persequi. PHR. Ich werde die Unbillichkeit, so du mir zugefügt, rächen. *Je me vengeray de l' affront, que vous m' avez fait.* Injuriæ acceptæ pœnas exigam, repetam, reposcam. Illata mihi à te contumelia non inulta cadet, non abibit impunè, ultionis expers non præteribit. Par pari referam. Pari te munere remunerabo. Feres à me quod intulisti. Injuriam reponam, referam. Impunè tibi non erit, quòd injuria me affeceris. Impunita non erit, Inulta non relinquetur injuria tua. Memorem injuriæ me senties, experieris. * Deflagrare incredibili quodam vindicandæ fraudis ardore, nullam sibi difficultatem pertimescendam, nullum periculum detractandum, nullam dimicationem refugiendam

giendam putare. Suopte ingenio feroces, & tum maximè propter juſtam vindicandæi injuriæ cauſam intumentes, tanquam ſpiritu noſtras copias difflaturi, accedunt.

SENTENTIÆ. Date locum iræ; Scriptum eſt enim: Mihi vindicta: ego retribuam, (*Rom.* 12.19.) Vindicatio eſt, per quam vis & injuria, & omnino omne quod obſcurum eſt, defendendo, aut ulciſcendo, propulſatur. (*Cic.*) Ineptiſſimum, perfidumque remedium malorum vindicta eſt, nullum tollit, tollenda duplicat, in quorum præſidium eligitur, perdit. (*Nier.*) Vindictæ pars eſt non minima, ſuſpendiſſe vindictam, ut irruat gravior. (*Alan. de Rupe.*) Vindicari vis, Chriſtiane? Nondum vindicatus eſt Chriſtus: An tu paſſus es improbum, & ille non paſſus eſt? Nonne prior pro te paſſus eſt, qui non habebat, quare pateretur? Tu tamen, Chriſtiane, tolerare didiciſti, non vindictam retribuere. (*Aug.*) Læſus & injuriam paſſus vindicari vult: de aliena pœna ſibi quærit medicamentum, & acquirit grande tormentum. (*Idem.*) Omnis homo, qui vult de inimico ſuo vindicari, provocat in ſe vindictam DEI. (*Idem.*) Nobile vindictæ genus eſt, ignoſcere victo. (*Bern.*) Erubeſcat humana temeritas; Chriſtus pro inimicis oravit, mortem patienter excepit, & nos injurias noſtras ulciſci volumus? (*Caſſiod:*) Non ſit exactor vindictæ, qui petitor eſt veniæ. (*Hier.*) Si tu non repercuſſeris, ab homine quidem victus videris, Diabolum autem viciſti. (*Hugo C.*) Nihil omnium ita DEUS odit & adverſatur, ut hominem ultionis avidum. (*Chryſoſt.*) Si vindicare vis, tace: & opportunam ei plagam infliges. (*Idem.*) In vindicando criminoſa eſt celeritas. (*Mim, Pub.*) Vis te ulciſci de hoſte? Beneficium illi exhibe: tum acerbiore eum ſupplicio affeciſti. (*Theophilact.*) Scito, honeſtum & magnum genus vindictæ eſſe, ignoſcere. (*Sen.*)

SIMI-

SIMILITUD. Sæpe vindicari ſe volenti accidit ſicut cani, qui lapidem ſibi projectum dentibus rapit, & dum lapidem lædere quærit, ſibi potiùs dentes lædit. (*Bonav.*) Ut Pater videns puerum volentem incidere quidpiam, ipſe arrepto ferro id facit: ita ratio vindictam eripiens iræ, utiliter caſtigat. (*Plut.*)

VOCIFERARI. Schreyen. *Crier.*

SYN. Vociferare, clamare, clamitare, ſucclamare. ADJV. Liberè, palam. (*Ex Cic.*) PHR. Concitato impetu vocem efferre. Clamore validiſſimo, effuſo elatoque mugire, boare, tonare, latrare. Majore contentione vocis uti. Strepere vocibus. Vocem aſperiùs contendere. Furiosè exclamare. Vocem intendere. Sublimiùs loqui. Contentiſſimâ, effusè contentâ voce clamare. Qui effunduntur in dicendo, qui furiosè perſonant, qui futiliter inſoleſcunt, ut omnes obtundere velle videantur. Clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt. Clamor hoſtes circumſonat. Truci cantu clamoribusque varijs, horrendo cuncta compleverant ſono. Eos terribilior â tergo adortus clamor. Unde maximè terribilis accedebat ſonus. Victoriam conclamant, atque ululatum tollunt. Lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permixtus, epulantes conterruit. Horrendo ſtridore aures fatigabant Elephanti. Longè majore niſu clamavit. Clamore ſeditioſorum circumſtrepitur. Magnum inclamavit. Omnes levatâ manu emugiunt. Exululant comites. Incondito turbidoque clamore poſtulare. V. CLAMARE. CLAMOR.

VOLUNTAS. Will. *Volonté.*

SYN. Mens, animus, ſenſus, arbitrium, arbitratus, optatum, conſilium, propoſitum, judicium. ADJU. Abdita & retruſa, aliena & offenſa, alienior, grata *in parentes*, ſumma *bonorum*; plena humanitatis, pietatis, conjuncta *inter aliquos*, conjunctiſſima, con-

conſtantiſſima erga aliquem, depravata, egregia & conſtans in Remp. impenſa *bonorum*; jucunda in malis, & grata in dolore; obſtinatior, & in iracundiâ obfirmatior; præclara atque omni laude digna. (*Ex Cic.*) Depravata, obſequentiſſima, prona & expedita. PHR. Volendi facultas, poteſtas, potentia. Facultas libera, ſui juris; Sui, actionumque ſuarum magiſtra & domina. Voluntas eſt intelligentis, & rationalis ſubſtantiæ appetitus ad id, quod animum ſuaviter afficit. (*Athan.*)

Wir müſſen nichts anders wollen, als was der Lands-Fürſt will. *Nous ne devons point avoir d'autre volonté, que celle du Prince.* Noſtrum, ac Principis oportet idem eſſe arbitrium, eundem arbitratum, eandem voluntatem. Nefas eſt, nos ab Principis voluntate diſcedere, ab arbitrio Principis deſciſcere, ab Principis arbitratu diſſentire. * **Ich will allem deinem Willen nachleben.** *Je ſuivray en toutes choſes voſtre volonté.* Tuæ voluntati in omnibus obſequar, obtemperabo, ſubſerviam. In re qualibet ad arbitratum tuum me componam ac fingam. Tibi, omni in re, morem geram. Totum me, ad tuam voluntatem, nutumque convertam. Ad tuum arbitrium & nutum me fingam & accommodabo. In tuam voluntatem & ſententiam ſuccedam. Nutu & arbitrio tuo agam omnia. Ad arbitrium tuum vivam. Nutu atque arbitrio tuo gubernabor. * Voluntas plerumque non præſtolatur intelligentiæ prælucentem facem, nec ſalubre rationis conſilium; ſed occupantis perturbationis impetu, cœca abripitur ad quidlibet amplectendum.

AMPLIFICAT. Arx regia, firmiſſima naturâ conſilioque munitiſſima Voluntas, quam facultatem animi, neque cœlum infundens in res omnes procreatas vitam & mortalitatem, attingit: neque aſtra lumine, converſione, figuris, aſpectu, quibus in reliqua omnia dominantur, afficiunt, neque fati neceſſitas, quam temerè & inſipienter, quia nulla eſt in rerum natura,

veteres quidam Philoſophi formidârunt, cogit: neque vis ulla mortalium mövere, niſi volentem, de ſuo gradu poteſt, neque de ſtatu dejicere, neque cogere; quòd nulla pars animi ita ſuæ ſpontis ac juris eſt: Nulla ſuam in poteſtatem ita habet alias facultates, ſenſus actiones, ut hæc voluntas. * Voluntas vaga atque inſtabilis, imperita: facilis ad audendum: infirma ad efficiendum, in honoribus tumida, in periculis timida, anxia in curis, in cupiditatibus cœca, inquieta in ſuſpicionibus deprehenditur. * Eſt voluntas hominis tanquam mare, cui mens & intelligentia dominatur, quod quidem mare ſuâ naturâ tranquillum eſt, ventorum vi agitatur atque turbatur: venti porrò ſunt variæ perturbationes, permotionesque animorum, quæ hominem perſæpè rapiunt in brevia, unde emergere atque explicari non poſſit.

SENTENTIÆ. Nihil aliquid ditius offertur Deo, bonâ voluntate. Quippe bona voluntas in animâ, eſt origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum. (*Athan.*) Nulla eſt juſta voluntas, niſi quæ vult, quod DEUS vult eam velle. (*Anſel.*) Ceſſet propria voluntas; & Infernus non erit (*Bern.*) Mala arbor eſt mala Voluntas; cujus radix cupiditas; truncus obſtinatio, rami perverſa opera, folia verba ventoſa, fructus mors æterna. (*Ant. Pad.*) Per bonam voluntatem ad DEI ſimilitudinem reformamur, & ei ſimiles efficimur. (*Aug.*) Voluntas prona faciendi reputatur pro opere facti. (*Idem.*) Victima DEI eſt bona voluntas. (*Joan. Damaſc.*) Tantus theſaurus eſt bona voluntas, ut totus mundus ei æquiparari non poſſit. (*Blos.*) Mala voluntas, Diaboli eſt manubrium. (*Anon.*) Voluntas DEI rerum menſura eſt. (*Ambr.*) Nihil uſitatius homini eſt quàm velle. Cui ſemper aſſueſcimus, nunquam dediſcimus. (*Nier.*) Ferax & puerpera gaudii duntaxat voluntas eſt; ad ſummum Res erunt obſtetrices; juvant, non edunt. (*Idem.*) Omnis doloris cardo eſt;

quia

quia habes, quod non vis; quia vis, quod non habes. (*Idem.*) Limpida & alba cupiditatibus Voluntas, levem Fortunæ ſarcinam ſentiet (*Idem.*) Humerus Patientiæ Voluntas eſt. (*Idem.*) Scindit in fruſta ſuam libidinem Voluntas; nunc hæc, nunc illa cupiens: Vaga & multiplex ſemper habet, quà erret, quà procedat; Solùm cùm ad ſummum venit, tunc conſiſtet: ultra ſummum nihil eſt; hîc contrahenda eſt cupiditas omnis, in uno conſummanda DEO. (*Idem.*)

SIMILITUD. Quis ſitibundus habens vaſculum fictile & vacuum, non mallet habere aureum: plenum ſuaviſſimâ potione& refrigerio? Quis languens habens morbidum membrum, non mallet habere ſanum & robuſtum? Quis hebes, obtuſum intellectum habens, non mallet habere mentem Angeli, & intelligere ut Cherubin? O Homo, cur non vis commutare tuam Voluntatem infelicem, caducam, votis morbidam, ſtultam, cum Voluntate DEI compote, lætâ, feliciſſimâ? Si velis intelligere ut Angelus; quod non potes? (*Nier.*)

VOLUPTAS. Wolluſt. *Volupté.*

SYN. Delectamentum, oblectamentum, delectatio, oblectatio, lætitia, gaudium, jucunditas; *vel* libido, luxus, deliciæ. ADJU. Amatoria, amœniſſima, humaniſſima, non digna præſtantiâ hominis, elata, & geſtiens, divina, dulcis, libidinoſa, liquida & libera, major atque longior, exquiſita, glorioſa, inſatiabilis, indigna homine docto, optabilior, inimica virtutis, mirifica, ſumma & ſempiterna: *confœderata & neceſſaria, flexibilis, paratiſſima, plurima & maxima* (*Ex Cic.*) Lenocinans, temporaria, tranſitoria. PHR. Delectationis jucunditas Jucundus voluptatis ſenſus. Animo, *vel* ſenſibus blandiens delectationis dulcedo. Animum ſenſumvè feriens delectationis jucunditas. Voluptatis jucundus ſenſus, ſenſum titillans. Voluptatum oblectamenta, ingenua voluptas. Honeſta de-

Digitized by Google

lectatio. Liberalis oblectatio. Licitæ puræque jucunditatis voluptas. * Voluptas fœda, impura, turpis, obscœna; illiberis. Fœdæ voluptatis oblectatio * Die Wolluſt iſt ein Brunn-Quell alles übels. *La Volupté eſt la ſource de tous les maux.* Voluptas eſt malorum mater omnium. Voluptas hominibus malorum eſca eſt. Homines illecti voluptate, voluptatum blanditiis irretiti, voluptatis illecebra pellecti, ineſcati miſerè pereunt. * Hi voluptates omnes veſtigant atque odorant.

AMPLIFICAT. Magno in periculo ſunt, ne Syrenum, id eſt, voluptatum blanditiis decepti, & à recto virtutis itinere abducti, in vitiorum vada & ſcopulos deferantur. * Quæ illecebrá turpitudinis temerè & effrenatè ſenſus movet: quæ boni naturam fallaciter imitando adulterat: quæ eſt eſca malorum; in cujus regno virtus conſiſtere non poteſt, ab illa blandiſſima Domina niſi omni curâ atque diligentiâ retrahantur adoleſcentes. * Voluptates, quæ blandiente vi, & arte proditoriâ nervos omnes generoſitatis atque induſtriæ ſuccidunt, & in ipſam rationis arcem, Palladium, per cuniculos irrepunt verius, quàm irrumpunt, * Vulgarium voluptatum blanditias, partim puerilium oblectamentorum ſimiles, indigna non modo, quas conſectentur, ſed quas recipiant viri; partim cum dedecore ac turpitudine conjunctæ, ut ſatius ſit, quovis dolore lacerari, quàm venenatâ ac peſtiferâ earum ſuavitate mulceri.

SENTENTIÆ. Volùptas eſt ſublatio animi ſine ratione, opinantis ſe magno bono frui, cùm magno malo fruatur. (*Cic.*) Voluptas eſt cum quâdam lubricâ ſuavitate ad illicita fœdæ mentis inclinatio. (*Hugo V.*) Nihil prodigæ ſatis eſt Voluptati; ſemper famem patitur ſui, qui alimentis perpetuis neſcit impleri. (*Ambr.*) Voluptas mel Colchicum. (*Compt.*) Voluptas tinea Virtutis. (*Idem.*) Voluptatis roſa nunquam ſinè ſpina naſcitur. (*Idem.*) Voluptas Sireni & Sodomæ ſimilis.

Digitized by Google

ſimilis. (*Idem.*) Una hora hilaris inſaniæ longam parit triſtitiam. (*Idem.*) Unusquisque peccando animam ſuam Diabolo vendit, acceptâ tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis. (*Aug.*) Voluptas tranſit, peccatum manet: præteriit, quod delectabat; remanſit, quod pungat. (*Idem.*) O quàm parva concubitûs hora, quâ perditur vita æterna! Infelix commercium, pro tam brevi gaudio, cœleſti privari regno! (*Idem.*) Omnis voluptas ſæculi tranſitoria eſt. (*Idem.*) Hæc prima Dæmonis velitatio, robur enervare deliciis. (*Thes.*) Sirenum præſtigias fuge; quæ vorant, quos vocant. (*Idem.*) Voluptas hāmus eſt Diaboli, ad exitium trahens; mater peccati, ſtimulus mortis, nutrix æterni vermis. (*Baſil.*) Voluptas gehennæ via eſt. (*Baſil. S.*) Deus meus pendet in patibulo; & ego Voluptati operam dabo; (*Bern.*) Quid vilius, ô nobilis Creatura, imago Dei, Creatoris ſimilitudo; quid vilius, quàm carnem tuam illecebris carnalibus deturpare, & pro brevi voluptate torrentem perdere voluptatis? (*Idem.*) Malorum metropolis eſt Voluptas, (*Jo. Damaſc.*) Mortis fabricatrix eſt Voluptas (*Laur. Juſtin.*) Toties anima Chriſtum negat, quoties carnis ſubſternitur voluptati. (*Idem.*) Voluptates verè Sirenes ſunt, illecebræ cupiditatum, & blandimenta vitiorum (*Nilius.*) Nihil eſt fœdius Voluptate, nihil eſt inquietius, nihil à tranquillitate remotius: Hæc nimirum lues ſordidiſſima contaminat carnem, & mentem effœminat; ſi quid verò in homine honeſtum & virile eſt, totum obruit & enervat. (*Petr. Bles.*) Nulla capitalior peſtis, quàm corporis voluptas. (*Cic.*) Nihil eſt tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quàm Voluptas. (*Idem.*) Plurimarum Voluptatum ſanguis fel eſt. (*Nier.*) Ipſa Voluptas Janua doloris fit. (*Idem.*) Sal & condimentum Voluptatum aliqua moleſtia eſt. (*Idem.*) Sacramentum quoddam eſt divinæ juſtitiæ, ipſas Voluptates melle ipſo earundem punire. (*Idem.*) Primævæ Voluptates, nullo circuratæ labore feroci-

unt; dilaniant demum corda, atque ipſum, quo fidunt, mel, amarâ ſui morte exacerbant. (*Idem.*)

SIMILITUD. Cani ſimilis eſt Voluptas. O Homo, ſi eam propellas, fugit: Si alas, remanet. *Jo. Dam.*) Sicut vita perpetua in virtute eſt: Ita mors in voluptate. (*Lact. Firm.*) Sicut navigatio in mari Syrtico periculoſa eſt; & captarum ferarum ſolicita poſſeſſio: Sæpe enim laniant Dominos: Ita habentis magnæ Voluptates in magnum malum evaſére, captæque ceperunt. (*Sen.*) Quemadmodum juvat, ſi lucem pauliſper videas, in arctiorem mox carcerem compingendus; Ita externæ Voluptates ſpecie juvandi magis lædunt. (*Lips.*)

VOLUPTUOSUS. Den Wollüſten ergeben.
Voluptueux.

SYN. Voluptarius. PHR. Voluptatibus deditus. In voluptates effuſus, *vel* ſolutus. Voluptatibus diffluens. Qui omnia ad voluptatem refert, in voluptate ponit. Qui genio indulget, plusquàm ſatis eſt. Qui mollitiâ & luxu fluit, *vel* colliqueſcit. Epicuri de grege porcus. Quem Epicuri mores delectant. Qui voluptatum æſtu ita abripitur extra lineam & oram rationis; ut vitam curet, judicium negligat. Qui voluptatis illecebris, tanquam aliquâ dulcedine cantuum captus, ad eas, tanquam ad Sireneos ſcopulos adhæret.

AMPLIFICAT. O molles ac voluptuarios homines Vos igiturin tantâ rerum præſtantiâ ac dignitate etiam delicias quæritis, & quo vobis itinere ad ſapientiam aditus patet, ſuſcipere illud abnuitis, niſi vitam videatis, tum molliſſimam & planiſſimam, tum roſis violisque conſtratam quamque viridantes omni ex parte opacent patularum arborum comæ? At etiamſi perpetuò per Athonis & Caucaſi nives, ſi per ferventes Lydiæ arenas gradiendum foret, ſi viri eſſetis, omnem laborem omnemque difficultatem contemneretis. * Qui in fœdiſſimo eodemque tenaciſſimo corporearum cupidi-

cupiditatum cœno hærentes &quaſi clavis quibusdam, ut Plato loquitur, terræ affixi, ad divina & cœleſtia ne aſpirare quidem poſſunt. * Qui rerum fluentium deſiderio, tanquam æſtu quodam abrepti, *vel* toti ſunt, in hauriendis voluptatibus, *vel* Deo ſimul & Mammoni putant ſe poſſe navare operam. * Equi fallaces ad ſalutem, effractis temperantiæ repagulis, excuſſâ rationis habenâ, procurrentes in Ægyptum, in Ægypti voluptatibus inſultantes, ac tandem voluptatibus pleni ferocientes. * Qui ſeipſos intemperanter amant, & voluptati, cupiditatiſque magis, quàm DEO ſervientes qui ſpeciem pietatis proferunt, vim tamen pietatis & virtutum infringunt, & elidunt univerſam. * Qui conqueruntur de brevitate vitæ, qui ſic helluantur, ſic bacchantur, ſic in aliis volutantur vitiis, ut longiorem vitam videantur optare, non alio nomine, quàm ut helluari largiùs, bacchari liquidiùs, ac in reliquis vitiis turpiùs ac diutiùs volutari queant, ad majorem DEI iram derivandam in mundum. * Molles & delicatuli mundi clientes, qui Epicuri voluptatis idolum noctes & dies oculis ſollicitant, manibus contrectant, brachiis amplexantur, in animis fovent & circumferunt. Quos delectatio cæcidit, & abiit; infelicem reddidit & reliquit.

UTILIS. Nützlich. *Utile.*

SYN. Utilis, compendioſus, commodus, fructuoſus, frugifer, accommodatus, ſalutaris. PHR. Die Tugend iſt ſehr nützlich. *La vertu eſt tres utile.* Maximus ex virtute fructus capitur, colligitur. Virtus uberrimos fructus affert, magnas utilitates parit, maxima emolumenta confert, commoda invehit, importat. Multa commoda ex virtute proficiſcuntur, ab, vel, ex virtute fluunt, effluunt, manant, oriuntur, erumpunt, exiſtunt, emergunt. * Wann es dir nützlich iſt. *Si vous eſt utile.* Si è re tua eſt, in rem tuam eſt, ex uſu tuo eſt. Si ratio rerum tuarum poſtulat. Si tibi

Digitized by Google

conducit, expedit. Si tuis ratio rationibus eſt accommodata. Si tuis rationibus conducit. Si ad rem tuam pertinebit. Si bono, utilitati, commodo, uſui, emolumento tibi eſt. Si eſt, ut utilitatem capias; ut fructum feras, percipias, colligas, ſumas. * Dieſes Buch wird mir ſehr nützlich ſeyn. *Cet liure meſera fort utile.* Erit mihi hic liber, ſummo emolumento; Emolumentum afferet; Fructum dabit, feret, afferet. Magnum ex hoc libro fructum conſequar. Admodùm mihi fructuoſus erit. Erit mihi utilitatis eximiæ. Commodorum mihi erit neque paucorum, neque mediocrium. Nihil erit ad utilitatem præſtantius, majoris emolumenti, unde plus emergat commodi; unde plus exiſtat emolumenti; Vehementer mihi proderit. * Habet utilitatem, multasque opportunitates. Proficit id ad tuas res. Hoc illis quoque bono fuit. Cujus mors emolumentum mihi factura eſt. Ille fuit mihi magno uſui in multis rebus. E re, *vel* in rem eſt. Conducibile eſt. Ea, quæ ſunt ad finem accommoda, Utilia dicuntur: & ipſa Utilitas interdum Uſus nominatur. (*Thom. Aq.*)

UTILITAS. Nutzbarkeit. *Utilité.*

SYN. Emolumentum, fructus, quæſtus, lucrum, opportunitas, commodum, uſus, res, ratio. ADJU. Aliena, communis, domeſtica, graviſſima, maxima, neceſſaria, pergrata, ſumma, præclara. (*Ex Cic.*)

PHR. Man muß das Ehrbare dem Nützlichen vorziehen. *Il faut faire plus d' eſtat de l'honnéte, que de l'util.* Majorem decet honeſti rationem habere, *vel* rationem ducere, quàm utilitatis. Honeſtum utili præponendum, anteferendum eſt; Debemus honeſtum ſpectare, *vel* ſequi magis, quàm utile. Ad honeſtum potiùs, quàm ad utile noſtra conſilia dirigere debemus. Antiquior, potior, prior nobis debet eſſe de honeſto cura, quàm de utili. Pluris debemus facere, ducere, æſtimare, pendere, putare, reputare honeſtum, quàm utile.

AM-

AMPLIFICAT. Principale in ſe nihil monſtrat, qui partialibus abripitur aut affectu aut neceſſitate. Partialitas in privato ſectionum eſt parens, peſtis publici, quod bonum totius reſpicit. Bonum namque particulare quærere, eſt bonum commune perdere. Pelicanus, referente Plinio, naturæ talis eſt, ut potiùs ſolus vivere deſinat, quàm ut tota pullorum congeries fame ſuccumbat. Sunt tamen heu! mali politici, qui, ut ſibi benè ſit, peſſimè felicitatis ſuæ baſim in publicis ruinis quærunt. Multæ ſanè Reſpub. in ipſis nunc ſedibus quæruntur amiſſæ, quas commodi privati ſtudia perdidere. * Qui quærit privata, Publicus non eſt, magisque obeſt, quàm prodeſt Patriæ. Quid felicius Romano imperio? Oceani littora transgrediebatur, quò recidit? vix dominæ Urbis mænia implevit: cui mundus anguſtus erat, ſolo privati commodi ſtudio in rudera abiit. Sic nempe regnum diu ſtare, aut progredi nequit, in quo quisque publicum debilitat, ut privatum fulciat. Memineris forſan Marii & Syllæ quorum tempeſtuoſa ambitio florentiſſimi Imperii Romani margines uno velut turbine ſubvertit, quid dicam ſubvertit? Susque deque conquaſſavit: quorum prior utilitatem publicam ſimulans, Cicero erat pro domo ſua; alter adeò graves in corium communitatis ſciſſuras agebat, ut ſeptuaginta amplius, dicam, Romanorum millia ad Collinam portam occubuerint. Lauta ſanè coxit hæc culina fercula, quibus Marii & Syllæ rabiem quodammodo ſatiare haud licuiſſet, niſi priùs alteruter efferam animam cum ſanguine tot civium evomuiſſet. Utilitas namque privata, boni publici eſt laniena. Quemadmodum enim dum ſuccus omnis in protenſos ramos diffluit, parum ut nihil in ſtipite remanebit: ſic ubi quisque bona privata cumulat, publica tandem agonizantur. Utinam! utinam! ætas noſtra peſſimis hiſce vulpibus immunis foret. Qui dum ſibi duntaxat laborant, publicam ludunt Patriæ ſalutem.

Digitized by Google

SENTENTIÆ. Non vincat Honeſtatem Utilitas, ſed Utilitatem Honeſtas. (*Aug.*) Multa bona præſtantur invitis, quando eorum conſulitur utilitati, non voluntati. (*Idem.*) Nullus veſtrûm, neglectâ Utilitate communi, ſuo lucro proſpiciat. (*Greg.*) Nulla prævaleat Utilitas, ex quâ formidatur Animarum periculum. (*Hier.*) Res diligentiùs, quantò eſt ſolicitiùs quæſita, ſervatur, cùm ipſius Utilitas agnoſcitur. (*Hugo C.*). Bonum virum oportet publicâ Utilitate facta ſua omnia metiri. (*Chryſoſt.*) Quærere Utilitatem ubique, maximè congruit magnanimis & ingenuis hominibus. (*Ariſt.*) Nihil eſt Utile, quod non idem Honeſtum: Nihil Honeſtum, quod non idem Utile ſit. (*Cic.*) Utilitatis nomen non tam ſplendidum, quàm neceſſarium ducimus, unde omnium regula una eſt. (*Idem.*) Oportet privatis Utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre. (*Plin. II.*) Alteri vivas oportet, ſi tibi vis vivere. (*Sen.*) Non utilius quidquam eſt, quàm ſibi utilem fieri. (*Idem.*) Compendioſum eſt, quidquid utile. (*Nier.*) Difficillima eſt communis conſpiratio, ubi privata Utilitas. (*Idem.*)

Chriſto DEI Filio, ſit ſempiterna Gloria.

IN-

INDEX LATINUS.

A.

Aaron Pag. 1.
Abbas Ibid.
Abel Ibid.
Abraham 2
Abſalon 2
Abſtinentia 3
Abſtinens 5
Academia 6
Accipiter 10
Accuſare 14
Accuſatio 16
Accuſatores Ibid.
Adam Ibid.
Adamas 23
Admirari 24
Admonere 26
Adoleſcens 27
Adoleſcentia 37
Adorare 40
Adventus domini 43
Adulari Ibid.
Adulatio 44
Adulator 45
Adulter 51
Adulterium 52
Advocatus 53
Ædes 54
Ædificare 57
Æger 58
Æmulari 64
Æmulatio Ibid.
Æmulus 65
Aër Ibid.
Æſtas 67
Æſtimare 68
Ætas 70
Æternitas 73
Affabilis 79
Affabilitas 81
Affinis 84
Affirmare Ibid.
Afflictio Ibid.
Afflictus 85. 171
Affligere 87
Ager 89
Agricola 90
Agricultura. 91
S. Agnes 94
Agnus Ibid.
Agnus DEI 95
Agonia Ibid.
Alauda 96
Albus 97
Alchimia Ibid.
Alea 99
Aleator Ibid.
Alexander Magnus 100
Allicere 103
Altare 104
Altus 109
B. Aloyſius Gonz 109
Amare 111
Ambitio 112
Ambitioſus 116
S. Ambroſius 118

Am-

Ambulare 119
Amicitia 120
Amicus 123
Amœnus locus 133
Amœna Regio 134
Amor 135
Amplecti 146
Angelus Ibid.
Angelus Cuſtos 148
Anima 153
Animus 156
Anniverſarium 162
Annona Ibid.
Annulus 163
Annus 164
Annus novus 165
Anſer 166
Antiquitas 167
S. Antonius Abb. Ibid.
Anus 169
Anxius 171
Aper Ibid.
Apes 172
Apoſtata 176
SS. Apoſtoli 177
Aqua 181
Aquila 184
Aranea 186
Arbor 187
Argentum 189
Argumentum Ibid.
Ariſtoteles 190
Arma 193
Ars 194
Arx 198
Aſcenſio CHRISTI 198
Aſinus 201
Aſſentire 203
Aſtrologia 204
Aſtrologus 206
Attendere 208
Avaritia Ibid.
Avarus 212
Audacia 215
Audax 216
Audire 217
S. Auguſtinus 221
Auguſtus Imp. 222
Avis Ibid.
Aula 224
Aulicus 226
Auris 228
Aurum 232
Auſtriaca Domus. 239
Autor 241
Autoritas 242
Autumnus 244
Auxiliari Ibid.
Auxilium 245

B.

Bacchanalia 248
Bacchus 249
Balneum 251
Baptiſmus 252
Baptizare 255
Barba 256
Baſiliſcus 261
S. Baſilius 262
Bellidux 264
Bellum 271
S. Benedictus 280

Bene-

Beneficium 282
S. Bernardus 288
Biblia Ibid.
Bibliotheca 291
Bibere 292
Blandiri 293
Blanditiæ Ibid.
Blasphemia 294
Bombyx 295
Bombarda 297
Bonus 297
S. Bruno 299

C.

Cadaver 300
Cadere 301
Cædes 302
J. Cæsar. 303
Calamitas 305
Calceus 311
Calix 312
Calumnia Ibid.
Calumniari 316
Calumniator Ibid.
Calyus 319
Camelus 324
Campana 325
Campus Ibid.
Canis 326
Canere 330
Cantus 331
Canonicatus 333
Capilli 334
Caput 336
Carcer 337
Cardinalis 338
Carmen Ibid.
Carnifex 340
S. Carolus Borrom. Ibid.
Carolus M. 342
Carolus V, Ibid.
Carthusia 345
Castitas Ibid.
Castus 349
Catechizare. 352
Catechismus 353
Cato 354
Cavere 355
Caupona 356
Causa Ibid.
Celebris 357
Celer 358
Cera 359
Cerebrum 360
Certitudo 360
Charta 361
Chirurgus 363
Christianus 363
CHRISTUS 364
S. Chrysostomus 370
Cicero 371·568
Civitas 375
Clamare 378
Clamor Ibid.
Clementia 379
Cæcus 382
Cælum 383
Cœnare 386
Cœnobium Ibid.
Cogitare Ibid.
Cogitatio 389
Cognitio 392
Cognoscere Ibid.
Columba 394

Coma 395
Comedere Ibid.
Comes 396
Comitatus 397
Cometa Ibid.
Comitas 399
Commendare 400
Comœdia 401
Comœdus 403
Complimenta 404
Concio 405
Concionari 406
Concionator Ibid.
Concordia 419
Confirmare 420
Confiteri 421
Conjectura 423
Conſcientia Ibid.
Conſenſus 429
Conſentire Ibid.
Conſervare 431
Conſiderare Ibid.
Conſiliarius 433
Conſilium 434
Conſolari 439
Conſolatio 442
Conſortium 443
Conſpicilia 445
Conſpirare Ibid.
Conſpiratio Ibid.
Conſtans 446
Conſtantia 451
Conſuetudo 453
Conſul 456
Contemnere 458
Contentus 460
Convaleſcere 461
Convertere Ibid.
Conviciari 464
Conviciator 466
Convicium 467
Convivium 468
Cor 470
Corona 473
Corpus 474
Corrigere 477
Corrumpere 478
Creare 480
Credere 479
Crimen 481
Crudelis 482
Crudelitas 484
Crux 485
Cryſtallus 487
Culpa 488
Curare 489
Cura 492
Curioſitas 493
Curioſus 494
Currere 496
Curſus 497
Curtius Ibid.

D

Dæmoniacus 498
Damnare 499
Damnum Ibid.
David 502
Debilis 503
Debitum 504
Dedicare librum 505

Digitized by Google

Defendere 507
Defensio 510
Deficere 511
Definire Ibid.
Deformis 511
Delectare 512
Delectatio 513
Demosthenes. 514
Denegare 515
Desiderare Ibid.
Detrahere 517
Detractio 518
Detractor Ibid.
Devotio 520
Devotus Ibid.
DEUS. 521
Diabolus 528
Dialectica 530
Dialecticus Ibid.
Dicere 531
Difficilis 532
Difficultas 534
Dignitas 535
Diligens 536
Diligentia Ibid.
Diluvium 539
Diogenes 542
Discere Ibid.
Disciplina 543
Discipulus 545
Discordia 547
Disputatio 549
Disputare 551
Dives 552
Divitiæ 555
Docere 558
Doctor 559
Doctrina 560
Doctus 561
Dolere 573
Dolor 576
S. Dominicus 578
Domus 580
Donare 583
Donum 584
Dormire 586
Dubitare 587
Duellum 589
Durus Ibid.

E.

Ebrietas 590
Ebrius 594
Ecclesia 599
Echo 604
Eclypsis 606
Eleemosyna 607
Elias 610
Eloquens 611
Eloquentia 617
Emere 629
Episcopus Ibid.
Epistola 632
Eques 637
Equitare 640
Equus 641
Errare 644
Error Ibid.
Esprit 156
Evangelium 646
Eucharistia 649
Examinare 658

Exci-

Excitare 660
Excommunicare. 662
Excuſare 663
Exemplum 664
Exorciſmus 668
Expectare Ibid.
Expellere 670
Experiri 669
Explicare 671
Exul 672

F.

Fabula 673
Facies 675
Fallere 677
Fama 679
Fames 683
Fateri 685
Favere 986
Favor 988
Febris 689
Felicitas 691
Felis 693
Felix 697
Ferre 999
Feſtinare 701
Feſtum 702
Fidelis 705
Fidelitas 706
Fides 707
Filius 709
Flos 711
Flumen 714
Fœdus 717
Fœmina 718
Fons 721
Formica 723
Fortis 726
Fortitudo 729
Fortuna 732
Fortunatæ Inſulæ 742
S. Franciſcus Aſſiſ. 743
S. Franciſcus Xav. 744
Frangere 749
Frater 750
Fraudulentus 751
Fraus 754
Frigere Ibid.
Frigus 755
Frons Ibid.
Fuga 756
Fugere 757
Fulmen 759
Fur 760
Furtum 761
Furari 763
Furioſus 764
Furor 765

G.

Galea 766
Gallia Ibid.
Galli 770
Gallia Rex 771
Garrulus 772
Gaudere 774
Gaudium 776
Gemma 778
Generoſus Ibid.
Geographia 779
Geometria 780

Germani 781
Germania ibid.
Gloria 782
Glorioſus 786
Grammatica 787
Grammaticus 789
Gratia. ibid.
Gratias agere 792
Gratitudo 797
Gubernator 802
Gula 803
Guloſus 805

H.

Habitare 806
Hæreditas 807
Hæres ibid.
Hæreſis 808
Hæreticus 812
Halitus 815
Heros 816
S. Hieronymus 817
Hieroſolyma 819
Hippocrates 821
Hiſtoria ibid.
Hiſtoricus 827
Hiſtrio 830
Homerus 832
Homo 834
Honeſtas 845
Honor 846
Horatius 853
Horologium 854
Horrere 855
Hortari ibid.
Hortus 856
Hoſpes 864
Humanitas 865
Humanus 866
Humilis 868
Humilitas 874
Hyems 875
Hypocriſis 876
Hypocrita 877

I.

Jactantia 880
Idololatria 882
Jejunare 884
Jejunium 886
S. Ignatius Loyola 887
Ignavus 892
Ignis 896
Ignorantia 899
Ignoſcere 900
Imitari 902
Imitatio 905
Immortalis 907
Impedire 909
Impenſa 911
Imperare 912
Imperium 913
Imperium Rom. 916
Impius ibid.
Importunus ibid.
Improbus 917
Imprudens 919
Impudens ibid.
Impudicus 921
Incarnatio Chriſti 922

Incendium 924
Incipere ibid.
Incitare 926
Inconſtans 928
Inconſtantia. 929
Indicare 930
Indoctus 932
Infamia 934
Infamis 935
Infelix 936
Infernus 937
Ingenioſus 942
Ingenium 944
Ingratitudo 948
Ingratus 949
Inhumanitas 951
Inhumanus ibid.
Inimicitia ibid.
Inimicus 952
Injuria 955
Innocens 960
SS. Innocentes 962
Inobediens 963
Inſolens 966
Intellectus ibid.
Intemperantia 968
Intentio ibid.
Intercedere 970
Invidere 974
Invidia ibid.
Invidus 975
S. Joannes Bapt. 982
S. Joannes Evang. 988
S. Job. 990
S. Joſephus 991
Ira 993
Iracundus 998
Iraſci 1000
Iris 1002
Jucundus ibid.
Judas Iſcar. 1003
Judex 1005
Judicare 1010
Judicium 1011
Judicium extrem. 1013
Juramentum 1016
Jurare ibid.
Juris conſultus 1018
Juris Studioſi 1021
Jurisprudentia 1022
Juſtitia ibid.
Juſtus 1026

L.

Labor 1027
Laborare 1032
Lacrymari 1034
Lætus 1042
Latro 1043
Laudare 1044
Laus 1053
Legere 1061
Leo 1065
Lex 1066
Liber, vel Codex 1072
Liberalis 1081
Liberalitas 1085
Libertas 1097
Ligare 1100
Lilium ibid.
Lingua 1105

Digitized by Google

Loqui 1107
Lotharing. Domus. 1110
Lucrari 1111
Luna 1113
Lupus 1117
Luxuria 1118
Luxurioſus 1120

M.

Macilentus 1121
Magiſtratus 1123
Magnanimus 1126
Magnes 1128
Malum 1129
Malus 1132
Mandare 1134
Mandatum 1135
Manè ibid.
Manſuetus 1136
Mare ibid.
B. V. Maria 1138
Martialis Poeta 1145
Martyres 1146
Matheſis 1152
Matrimonium 1154
Mederi 1158
Medicina 566. 1159
Medicus 566. 1161
Memoria 1164
Mendacium 1169
Mendax 1172
Mercator 1174
Meretrix 1175
S. Michael 1178
Miles 1180
Miſer 1185
Miſericordia 1187
Miſſa 1188
Moderari 1190
Modeſtia 1191
Modeſtus 1193
Mons 1194
Morbus. 1196
Mori 1197
Mors 1204
Mortificare 1210
Moyſes 1211
Mundus 1212
Mundi contemptus 1215
Munus 1218
Muſica 1220

N.

Narrare 1216
Naſus 1226
Nationes 1227
Nativitas Chriſti 1228
Natura 1235
Naufragium 1238
Navis 1240
Nauta 1241
Neceſſitas ibid
Negligentia 1242
Negotium 1244
Nequam 1246
Nobilis 1247
Nobilitas 1251
Nox 1255
Nubes 1257

O.

Obedientia 1258
Obedire 1262
Oblivisci 1265
Obsidere 1267
Occidere 1269
Oculus 1270
Odisse 1273
Odium 1275
Odor 1277
Opinio 1278
Orare 1281
Oratio 1282
Oratio, i.e. *Sermo* 1285
Orator 1294
Orator malus 1303
Origenes 567
Orpheus 1305
Os 1306
Otium 1307
Ovidius 1311
Ovis 1312

P.

Palatium 1313
Papa ibid.
Paradisus terrestris 1315
Passio D.N. Jesu C. 1318
Pati 1337
Patientia 1339
Patronus 1343
S. Paulus Apost. 1345
Pavo 1347
Pauper 1349
Paupertas 1352
Pax 1356
Peccare 1360
Peccator 1361
Peccatum 1362
Pecunia 1371
Periculum 1375
Peritus 1378
Perseverantia ibid.
Perseverare 1380
Persuadere ibid.
Pertinacia 1382
Pertinax 1383
Pestis 1384
Philomela 1385
Philosophia 1386
Philosophus 1390
Pietas 1392
Pius 1394
Piger 1397
Pigritia 1399
Pinguis ibid.
Placare 1400
Plato 1401
Podagra 1402
Pœna 1404
Pœnitentia 1406
Poëta 1409
Potestas 1412
Prædari 1414
Prævidere 1415
Princeps ibid.
Probare 1421
Probus ibid.

Profe-

Proficiſci 1422
Promittere ibid.
Propugnaculũ munire 1424
Protegere 1425
Providentia 1426
Prudens 1429
Prudentia 1430
Pſittacus 1432
Puer 1433
Pulcher 1434
Pulchritudo 1438
Punire 1441
Purgatorium 1442

Q.

Quies 1444
Quieſcere ibid.

R.

Recordari 1445
Refutare 1447
Religio ibid.
Religioſus Ordo 1448
Religioſus 1449
Reſipiſcere 1451
Reſurrectio Chriſti ibid.
Rex 1453
Rogare 1457
Roma 1449
Roſa 1461

S.

Sacerdos 1462
Salomon 1466
Saltare ibid.
Saltatio 1467
Salutare 1469
Sanctitas 1470
Sanctus 1471
Sanitas 1474
Sanus 1475
Sapiens 1476
Sapientia 1478
Schola 1482
Scientia 1483
Scire 1485
Scribere 1486
Scriptor 1487
Securitas 1489
Seditio 1490
Seducere 1493
Seneca 1493
Senectus 1494
Senex 1496
Sepelire 1500
Servire 1501
Silentium 1504
Sitis 1507
Sobrietas 1508
Societas Jeſu 1509
Sol 1511
Solitudo 1516
Solvere debita 1519
Somnus 1520

Speculum 1522
Sperare 1524
Spes 1526
Spiritus S. 1528
Stella 1532
Studere 1534
Studioſus 1537
Stultitia 1541
Stultus 1542
Superbia 1544
Superbus 1546
Suſpicari 1548
Suſpicio 1550

T.

Tempeſtas 1552
Templum 1555
Tempus 1557
Tentatio 1561
Terrere 1563
Timere ibid.
Timor 1564
Tonitru 1567
Tormenta bellica ibid.
Tragœdia 401
SS. TRINITAS 1569
Triſtis 1571
Triumphus 1575
Turca 1577

V.

Vanitas 1579
Ventus 1582
Ver 1583
Veritas 1586
Veſpera 1590
Via ibid.
Videre 1591
Vinum 1594
Virgilius 1596
Virgo 1597
Virtuoſus 1601
Virtus 1604
Vitioſus 1610
Vitium 1612
Ulciſci 1614
Vociferari 1616
Voluntas ibid.
Voluptas 1619
Voluptuoſus 1622
Utilis. 1623
Utilitas 1625

IN-

INDEX GERMANICUS.

A.

Abbt 1. Blat.
Abend 1590
Abgötterey 882
Ablehnen 1447
Abscheu tragen 855
Abschlagen 515
Abtödten 1210
Abtrinniger 176
Abweichen 511
Achten 68
Acht haben 208
Acker 89
Ackerbau 91
Ackersmann 90
Adel 1251
Adelich 1247
Adler 184
Advent 43
Advocat 53
Allmosen 607
Alt 1496
Alter 70. 1494
Alte Frau 169
Alte Zeit 167
Altar 104
Ameis 723
Ampt 1218
Anbefehlen 400
Anbetten 40
Andacht 520. 1392
Andächtig 520 1394
Anfangen 924
Anfänger 241
Angesicht 675
Angsthafft 171
Anhören 217
Anklagen 14
Anklagung 16
Anreitzen 926
Ansehen 242
Antreiben 660
Anzeigen 930
HH. Apostelen 177
Arbeit 1027
Arbeiten 1032
Argwohn 1550
Argwohnen 1548
Arm 1349
Armuth 1352
Artzney-Kunst 1159
Artzt 1161

Athem 815
Auffruhr 1490
Aug 1270
Außlegen 671
Außgab 911

B.

Bad 251
Balbierer 363
Bann 662
in den geistl. Bann thun Ibid.
Barmhertzigkeit 1187
Bart 256
Basilisck 261
Bauen 57
Baum 187
Befehl 913. 1135
Befehlen 912. 1134
Befestigen 1424
Begraben 1500
Beharrlichkeit 1378
Beichten 421
Bekehren 461
Bekennen 685
Belageren 1267
Belustigen 512
Belustigung 513
Bereden 1380
Berg 1194
Berühmt 357
Besseren 477. 1451
Besänfftigen 1400
Besessener 498
Beschreiben 511
Beschreyt 935
Beschützen 507. 1425
Beschützung 510
Beständig 446
Beständigkeit 451
Beständig sagen 84
Bestätigen 420
Bestätigung 189
Bestechen 478
Beschwerlich 532
Beschwerlichkeit 534
Beschwörung 668
Betrachten 431
Betriegen 677
Betrieger 751
Betrug 754
Betrüben 87
Betrübt 87. 171
Betten 1281
Bewahren 431
Beweisen 1421
Bewilligen 429
Bezahlen 1519
Beylocken 103
Bibel 288
Bibliothee 291
Bickel-Haube 766
Biene 172
Binden 1100
Bischoff 629
Blind 328
Blitz 759

Bitten 1457
Blum 712
Böß 917. 1132
Brallerey 880
Brechen 749
Brillen 445
Bruder 750
Brunn 721
Buch 1072
Buch zuschreiben 505
Büchs 297
Bund 717
Bürgen setzen 355
Burgermeister 456
Buß 1406

C.

Camelthier 324
Carthaus 345
Christ 363
Christliche Lehr 353
Christl. Lehr halten 352
Closter 386
H. Creutz 485
Cron 473

D.

Danckbarkeit 797
Danckſagen 792
Dantz 1467
Dantzen 1466
Demant 23
Demuth 874
Demüthig 868
Dieb 760
Dienen 1501
Diſputation 551
Diſputiren 549
Donner 1567
Duell 648
Durſt 1507

E.

Edelgeſtein 778
Ehe 1154
Ehebrecher 51
Ehebruch 52
Ehr 846
Ehrbarkeit 845
Ehrabſchneiden 517
Ehrgeitz 112
Ehrgeitzig 116
Eilen 701
Eingezogen 1193
Eingezogenheit 1191
Einhelligkeit 419
Einſamkeit 1516
Eitelkeit 1579
Elendig 1185
Engel 146
Entſchuldigen 663
Erb 807
Erbſchafft 807
Erfahren 669
Erforſchen 658
Erfreuen 774
Erinnern 1445

Erkantnuß 392
Erkennen Ibid.
Ermahnen 26. 855
Erschaffen 480
Erzehlen 1226
Esel 201
Essen 395
Ewigkeit 73
Excommuniciren 662
Eyfer 64
Eyferer 65

F.

Fallen 301
Fasten 884. 886
Fastnacht 248
Faul 892 1397
Faulheit 1399
Fegfeur 1442
Fehlen 644
Fehler 488. 644. 1612
Feind 952
Feindschafft 951
Feist 1399
Feld 325
Fest-Tag 702
Feur 896
Feuersbrunst 924
Fieber 689
Finsternuß 606
Fleiß 492. 536
Fleissig 536
Fliehen 757
Flucht 756
Fluß 714
Forcht 1564
Förchten 1563
Fortjagen 670
Franckreich 766
Frantzosen 770
Fraß 803. 805
Frech 966
Freud 776
Freudig 1002
Freund 123
Freundlichkeit 399
Freundschafft 120
Freygebig 1081
Freygebigkeit 1085
Freyheit 1097
Frieden 1356
Frieren 754
Fromm 1421
Frommheit, oder Frommigkeit 1392
Frühe 1135
Frühling 1583
Fürsprechen 970
Fürst 1415
Fürwitz 493
Fürwitzig 494

G.

GAb 584
Gans 166
Garten 856

Gast 864
Gastmahl 468
Gauckler 830
Gebäu 54
Gebett 1282
Gedanck 389
Gedencken 386
Gedächtnuß 1164
Gedicht 673
Gedult 1339
Gefahr 1375
Gehorsam 1258
Gehorsamen 1262
Geil 1120
Geilheit 1118
Geist 1528
Geistlicher Stand 1448
Geitz 208
Geitzig 212
Gelehrt 561
Gelehrtheit 560
Geld 1371
Gemeinschafft 443
Gemüth 156
Gerecht 1026
Gerechtigkeit 1022
Gericht, oder letztes Gericht 1013
Geruch 1277
Gesang 331
Gesatz 1066
Gesell 396
Gesellschafft 397. 443
Geschäfft 1244
Geschickt 1378
Gesund 1475
Wiederum gesund werden 461
Gesundheit 1474
Geschütz 1567
Geschrey 378
Geschwind 358
Getreu 705
Gewalt 242. 1412
Gewinnen 1111
Gewissen 423
Gewißheit 360
Gewitter 1552
Gewohnheit 453
Glaub 707. 1447
Glauben 479
Gleißner 877
Gleißnerey 876
Glock 325
Glori 782
Glück 691. 732
Glücklich 697. 736.
Gnad 789
Gold 232
Gott 521
Gott des Weins, oder Wein-Gott 249
Gottslästerung 294
Gottlos 916
Grausam 482
Grausamkeit 484
Grüßen 1469
Gunst 688
Günstig seyn 686

Digitized by Google

Gut 297
Gutthat 282

H.

Haar 334. 395
Halsstarrig 1383
Halsstarrigkeit 1382
Hart 589
Has 1275
Hassen 1273
Haupt 336
Hauß 580
Heilig 1471
Heil. Geist 1528
Heiligkeit 1470
Held 816
Helffen 244
Helm 766
Herbst 244
Herbey locken 103
Hertz 470
Hertzhafft 778
Heylen 1158
Himmel 383
Hirn 360
Histori 821
Histori-Schreiber 827
Hoch 120
Hoffart 1544
Hoffärtig 1546
Hoffen 1524
Hoffnung 1526
Hoffhaltung 224
Höffling 226
Hohe Schul 6
Holdselig 79
Holdseligkeit 81
Höll 937
Hülff 245
Hund 326
Hunger 683
Hur 1165

I.

Jahr 164
Jahr-Begängnus 162
Jugend 37
Jungfrau 1597
Jüngling 27

K.

Kahlkopff 319
Kälte 755
Kauffen 629
Kauffmann 1174
Katz 693
Kelch 312
Kercker 337
Ketzer 812
Ketzerey 808
Keuschheit 345
Keusch 349
Kirch 599. 1555
Kläger 16

Digitized by Google

Knab 1433
König 1453
König in Franckreich 771
Kopff 336
Kranck 58
Kranckheit 1196
Krieg 271
Kriegsführer 264
Kriegs-Mann 1180
Kriegs-Waffen 193
Kühn 216
Kühnheit 215
Kunst 194
Kunst Gold zu machen 97

L.

Lamm 94
Laster 481
Lästeren 464
Lästerer 466
Lasterhafft 1610
Lästerung 467
Lauff 497
Lauffen 496
Lehren 558
Lehrjünger 545
Leiden 1337
Lernen 542
Leib 474
Lerch 96
Lesen 1061
Leutselig 866
Leutseligkeit 865
Lieb 135
Lieben 112
Liebs-Bezeugung 293
Liebkosen 293
Liederlich 892
Lilg 1100
Lob 1053
Loben 1044
Löw 1065
Lufft 65
Lügen 1169
Lügner 1172
Lustig 1002

M.

Mager 1121
Magnetstein 1128
Mäßig 5
Mäßigkeit z. 1508
Mäßigen 1190
Mensch 1834
Meinung 968. 1278
Meer 1136
Meß 1188
Mildigkeit 379
Mißgunst 974
Mißgönnen 974
Mond 1113
Mörder 1043
Morgenröth 231
Mund 1306
Müßiggang 1307
Muthmassung 423

N.

Nacharten 64
Nachfolgen 902
Nachfolger 65
Nachfolgung 905
Nachlässigkeit 1242
Nacht 1255
Nachtigall 1385
Nachthun 64
Narr 1542
Narrheit 1541
Nas 1226
Neu-Jahr 165
Neydt 974
Nothwendigkeit 1241
Nützlich 1624
Nutzbarkeit 1625

O.

Obrigkeit 1123
Ohr 228
Ordens-Person 1449

P.

Pabst 1313
Pallast 1313
Papaguey 1432
Papier 361
Pein 1404
Pest 1384
Pfau 1347
Pferd 641
Plauderer 772
Predig 405
Predigen 406
Prediger Ibid.
Priester 1462
Proviant 162

R.

Rächen 1614
Rath 434
Rathgeber 433
Rauben 1414
Raub-Vogel 10
Rechts-Gelehrter 1018
Rechts-Gelehrtheit 1022
Red 1285
Reden 1107
Redner 1294
Regenbogen 1002
Regent 802
Reich 552
Reichthum 555
Reiten 640
Reysen 1422
Richter 1005
Ring 163
Ritter 637
Römisch Reich 916
Ros, eine Blum 1461
Ruhe 1444

Ruhen 1444
Ruff/ Namen 679

S.

Sagen 531
Sanfftmüthig 1136
Schad 499
Schaaf 1312
Schand 934
Scharffrichter 340
Schelm 1246
Schencken 583
Schiff 1240
Schiffbruch 1238
Schiffmann 1241
Schlaff 1520
Schlaffen 586
Schloß 198
Schmach-Worte 955
Schmeichlen 43
Schmeichler 45
Schmeichlerey 44
Schmertz 576
Schmertz haben 573
Schön 1434
Schönheit 1438
Schönes Orth 133
Schöne Landschafft 134
Schrecken 1563
Schreiben 1486
Schreyen 378. 1616
Schuhe 311
Schul 1482
Schuld 488. 504
Schutz-Engel 148
Schwach 503
Schwören 1016
Schwur Ibid.
Scribent 1486
Sehen 1591
Seel 153
Sendschreiben 632
Seiden-Wurm 295
Sicherheit 1489
Silber 189
Singen 330
Sing-Kunst 1220
Sohn 709
Soldat 1180
Sommer 67
Sonn 1511
Sorg 492
Sorgen 489
Spatzieren 119
Spiegel 1522
Spinne 186
Starck 726
Stärck 729
Starckmüthig 1126
Stadt 375
Stadthalter 802
Stehlen 763
Sterben 1197
Stern 1532
Stern-Gelehrter 206
Sternseher-Kunst 204
Stillschweigen 1504
Stirn 755

Straffen 1441
Streit zwischen Zweyen 589
Stück 297 1567
Student 1537
Studiren 1534
Sünd 1362
Sünder 1497
Sündigen 1360
Sündsinß 539

T.

Taube 394
Tauff 252
Tauffen 255
Teuffel 528
Teutsche 781
Teutschland Ibid. 1429
Thorheit 1541
Todt 1204
Todes-Angst 95
Tödten 1269
Todten-Cörper 300
Todt-Schlag 302
Tragen 699
Traurig 1571
Treu 706
Trincken 292
Trost 442
Trösten 439
Trübsal 84. 305
Truncken 594
Trunckenheit 590
Tugend 68. 1604
Tugendsam 1601

V.

Ubel 1129
Verachten 458
Verachtung der Welt 1215
Verdammen 499
Verführen 1493
Vergessen 1265
Verharren 1380
Verhinderen 909
Verlangen 515
Verleumbder 316. 518
Verleumbden 316
Verleumbdung 312. 518
Vermögen 242
Versprechen 1422
Vers 338
Verstand 966. 1011. 1430
Verständig 942. 944 1429. 1476
Versuchung 1561
Vertriebener 672
Verwandt 84
Verwilligen 203. 429
Verwilligung 429
Verwunderen 24
Verzeihen 900
Uhr 854
Uhrheber 241
Ursprung, oder Ursach 356

Digitized by Google

Umbfahen 146
Unbeständig 928
Unbeständigkeit 929
Unbill 955
Undanckbar 949
Undanckbarkeit 948
Uneinigkeit 547
Unfreundlich 951
Unfreundlichkeit Ibid.
Ungehorsam 963
Ungelehrt 932
Ungestalt 511
Ungestümm 916
Unglückseelig 936
Unmässigkeit 968
Unschuldig 960
Unsinnigkeit 765
Unsterblich 907
Unverschamt 919
Unverständig 919
Unwissenheit 899
Unzüchtig 921
Urtheilen 1010
Urtheil 1011
Vogel 222
Vorsehen 1415
Vorsichtigkeit 1426

Wachs 359
Wahrheit 1586
Waffen 193
Warten 668
Wasser 181
Weg 1590
Weib 718
Wein 1594
Weins-Gott 249
Weinen 1034
Welt 1212
Weis 97
Weißheit 1478
Will 1616
Wild Schwein 171
Wind 1582
Winter 879
Wirtshaus 356
Wissen 1485
Wissenschafft 1483
Wohlberedt 611
Wohlredenheit 617
Wohlstand 691
Wolck 1257
Wolff 1117
Wolluſt 1619
Wohnen 806
Würde 535
Würffel 99
Würffelspieler ibid.
Wütig 764

Zeit 1557
Zorn 923

W.

Z.

Sondelfing 296
Sorge 296
Sorgen 202
Sorfamen 300
Sp. Thalia 186
Spanien 186
Spanischen Sprache 186
Spanischen 187

INDEX GALLICUS.

A.

Aage	Page	70
Abbé		1
Abſtinence		5
Accuſation		16
Accuſateurs		Ibid.
Accuſer		14
Acheter		629
Adorer		40
Admirer		24
Adulter		51
Adultere		52
Advocat		53
Affabilité	81. 399.	865
Affable		79
Affaire		1244
[illegible]rmer		84
Affliction		Ibid.
Affligé	85.	171.
Affliger		87
Agneau		94
Agonie		95
Agriculture		91
Aide		245
Aider		244
Aigle		184
Aimant		1128
Aimer		115
Air		65
Alchimie		97
Allemands		781
Alliance		717
Allié		84
Alouette		96
Ambition		112
Ambitieux		116
Ame	153.	156
Amy		123
Amitié		120
Amour		135
Ange		146
Ange gardien		148
Anneau		163
Année		164

Nouvel An 165
Anniverſaire 162
Antiquité 167
Apoſtat 176
Apôtres 177
Apprendre 542. 558
Araguée 186
Arbre 187
Arc en Ciel 1002
Argent 189. 1371
Argument 189
Armes 193
Art 194
Aſne 201
Aſſieger 1267
Aſtrologie 204
Aſtrologue 206
Attendre 668
Attirer 103
Avare 212
Avarice 208
Audace 215
Avent 43
Avertir 26. 855
Avis 434
Aumône 607
Aveugle 382
Avouer 685
Aurore 231
Autel 104
Auteur 241
Automne 244

B.

Bain 251
Baptême 252
Baptizer 255
Barbe 256
Baſilic ſerpent 261
Bâtir 57
Batelier 1241
Beau 1434
Beauté 1438
Bel endroit 146
Bible 288
Bibliotheque 291
Blanc 97
Bienfait 282
Blaſpheme 294
Boire 292
Bon 297. 1421
Bouche 1306
Bourreau 340
Brebis 1312

C.

Cabaret 356
Cadavre 300
Calamité 305
Calice 312
Calomniateur 316
Calomnie 312
Calomnier 316
Canon 297. 1567
Careſſer 293
Careſſes Ibid.
Carnaval 248
Caſque 766

Digitized by Google

Catechiſme 353
Catechizer 352
Cavallier 637
Cauſe 356
Cauſeur 772
Caution 355
Celebre 357
Certitude 360
Cervelle 360
Chameau 324
Champ 89. 325
Chant 331
Chanter 330
Charge 1218
Charlatan 830
Chartreuſe 345
Chaſſer 670
Chaſte 349
Chaſteau 198
Chaſteté 345
Chat 693
Chauve 319
Chemin 1590
Cheval 640. 641
Chevalier 637
Cheveux 334. 395
Chien 326
Chirurgien 363
Chrêtien Ibid.
Ciel 383
Cire 359
Clemence 379
Cloche 325
Cœur 470
Colere 993. 1000
Colerique 998
Commandement 913. 1135
Commander 912. 1134
Commencer 924
Compagnie 397. 443
Compagnon 396
Concorde 419
Condamner 499
Confeſſer 421
Confirmer 420
Conjecture 423
Conjurer 445
Conſcience 423
Conſentement 429
Conſentir 203. 420. 429
Conſeil 434
Conſeiller 433
Connoiſſance 392
Connoître 392
Conſerver 431
Conſiderer 431
Conſoler 439
Conſolation 442
Conſtant 446
Conſtance 451
Conſul 456
Content 460
Contumelie 467
Convertir 461
Convent 386
Coquin 1246
Corriger 477. 1451.
Corrival 65
Corrompre 478
Corps 474

Cour 224
Courage 156
Courir 496
Courmandiſe 803
Couronne 473
Cours 497
Coûtume 454
Craindre 1563
Crainte 1564
Créer 480
Crier 378. 1616
Crierie 378
Crime 418
Croire 479
S. Croix 485
Cruauté 484
Cruel 482
Curieux 494
Curioſité 493

D.

Danger 1375
Danſe 1467
Danſer 1466
Declarer 930
Dedier un Livre 505
Defendre 507
Defenſe 510
Definir 511
Déluge 539
Demeurer 806
Deſobeiſſant 963
Deſpenſe 911
Detracter 517
Detraction 518
Detracteur Ibid.
Dette 504
Devot 520
Devotion ibid.
Dez 99
Joueur de dez 99
Diable 528
Diamant 23
DIEU 521
Difficil 532
Difficulté 534
Dignité 535
Diligent 536
Diligence ibid.
Dire 531
Diſciple 545
Diſcipline 543
Diſcorde 547
Diſputation 551
Diſpute 551
Diſputer 549
Docte 561
Doctrine 560
Dommage 499
Donner 583
Dormir 586
Douleur 573. 576
Douter 587
Doux 1136
Duel 589
Dure Ibid.

Digitized by Google

E.

Eau 181
Eclipſe 606
Ecole 1482
Ecolier 1537
Ecrire 1486
Ecrivain 1487
Edifice 54
Egliſe 599
Eloigner 511
Eloquence 617
Eloquent 611
Embraſſer 146
Empecher 909
Empire Romain 916
Emulation 64
Endroit bel, ou bel endroit 133
Enfer 937
Ennemi 952
Enterrer 1500
Entendement 966
Envie 64. 974
Envier 974
Epître 632
Epouvanter 1563
Erreur 644
Eſcouter 217
Eſperance 1526
Eſperer 1524
Eſprit 156. 942. 944. 906
S. Eſprit 1528
Eſſayer 669
Eſté 67
Eſtimer 68
Etèrnité 73
Etoile 1532
Etudier 1534
Evêque 629
Examiner 658
Excez 968
Excommunier 662
Excuſer 663
Exhorter 855
Exile 672
Exorciſme 668
Expliquer 671

F.

Fable 673
Faim 683
Faire voyage 1422
Faveur 688
Favoriſer 686
Faute 488
Femme 718
Femme proſtituée 1175
Vieille femme 169
Feſtin 468
Fête 702
Felicité 691
Feu 896
Fidel 705
Fidelité 706
Fievre 689

Fils 709
Flatter 43
Flatterie 44
Flatteur 45
Fleur 711
Fleuve 714
Foible 503
Fol 1542
Fontaine 721
Folie 1541
Force 729
Fort 726
Fortifier 1424
Fortune 732
Foudre 759
Fourbe 751
Fourmi 723
Foy 707
France 766
François 770
Frere 750
Froid 754
Froidure 755
Front ibid.
Fuir 757
Fuite 756
Fureur 765
Furieux 764
Fusil ou Canon 297

G.

Gain 1111
Garson 1433
General 264
Genereux 778
Glorieux 786
Gloire 782
Gourmandise 803. 805
Gourmand 805
Goute 1402
Gouverneur 802
Grace 789
Gras 1399
Gratitude 797
Guerir 1158
Guerre 271

H.

Habile 1378
Hain 1275
Hair 1273
Halene 815
Harangue 1285
Hardi 216
Hâter 701
Haut 109
Hereſie 808
Heretique 812
Heretage 807
Heritier ibid.
Heros 816
Heureux 697
Hiſtoire 821
Hiſtorien 827
Hiver 875
Homme 834

Homme de Cour 226
Honnêteté 845
Honneur 846
Horologe 854
Horreur 855
Hoſte 864
Humain 866
Humble 868
Humilité 874
Hypocriſie 876
Hypocrite 877

I.

Jardin 856
Idolatrie 882
Jeûne 886
Jeuner 884
Jeune homme 27
Jeuneſſe 37
Ignorance 899
Imiter 902
Imitation 905
Immortel 907
Impie 916
Importun ibid.
Imprudent 919
Impudent ibid.
Impudicité 1118
Impudique 921. 1120
Incendie 924
Inciter 660. 926
Inconſtant 928
Inconſtance 929
Indocte 932
Infame 935
Infamie 934
Ingrat 949
Ingratitude 948
Inhumain 951
Inhumanité ibid.
Inimitie 951
Injure 955
Innocent 960
Inſolent 966
Inſtruire 558
Intention 968
Interceder 970
Invidie 974
Joye 776
Joyeux 1002. 1042
Juge 1005
Juger 1010
Jugement 1011
Jugement dernier 1013
Jurement 1016
Jurer ibid.
Juriſconſulte 1018
Juriſprudence 1022
Juſto 1026
Juſtice 1028

L.

Laboureur 90
Laid 511
Langue 1105
Larron 1043

Lauſeur 772
Lettre 632
Liberal 1081
Liberalité 1085
Liberté 1097
Lier 1100
Lion 1065
Lire 1061
Lis 1100
Livre 1072
Louange 1053
Loüer 1044
Loup 1117
Loy 1066
Lune 1113
Lunetes 445

M.

Magiſtrat 1123
Magnanime 1126
Maigre 1121
Maiſon 580
Mal 1129
Malade 58
Maladie 1196
Malheureux 936
Manger 395
Marchand 1174
Mariage 1154
Matin 1135
Mechant 917. 1132
Medecin 1161
Medecine 1159
Memoire 1164
Menſonge 1169
Menteur 1172
Mer 1136
Meſdire 464
Meſdiſant 466
Meſpriſer 458
Meſſe 1188
Meurtre 302
Miroir 1522
Miſerable 1185
Miſericorde 1187
Moderer 1190
Modeſte 1198
Modeſtie 1191
Monde 1212
Meſpris du Monde 1215
Montagne 1194
Mort 1204
Mortifier 1210
Mouches à miel 172
Mourir 1197
Munition 162
Muſique 1220

N.

Navire 1240
Naufrage 1283
Neceſſité 1241
Negligence 1242

Nez 1226
Noble 1247
Nobleſſe 1251
Nouvel an 165
Nuée 1257
Nuit 1255

O

Obeïr 1262
Obeïſſance 1258
Odeur 1277
Oeil 1270
Oiſeau 222
Oiſeau de chaſſe 10
Oiſiveté 1307
Opiniatre 1383
Opiniatreté 1382
Opinion 1278
Or 232
Orateur 1294
Oreille 228
Ordre Religieux 1595
Orgueil 1544
Orgueilleux 1546
Oublier 1265
Oye 166

P.

Pacifier 1400
Paix 1365
Paiſage 134
Pallais 1313
Pân 1347
Pape 1313
Papier 361
Pardonner 900
Pareſſe 1399
Pareſſeux 892. 1397
Parler 1107
Patience 1339
Pauvre 1349
Pauvreté 1352
Payer 1519
Peché 1362
Pecher 1360
Pecheur 1391
Peine 1404
Qui eſt en peine 171
Penitence 1406
Penſée 389
Penſer 386
Perroquet 1432
Perſeverance 1378
Perſeverer 1380
Perſuader Ibid.
Peſte 1384
Picorer 1414
Pierre pretieuſe 778
Pieté 1392
Pieux 1394. 1421
Pigeon 394
Piller 1414
Plaiſir 513
donner de plaiſir 512

Pleurer 1034
Pœnitence 1406
Porter 699
Porter envie à quelqu'un 64
se mieux porter 461
Poſſedé 498
Pouvoir 1412
Predicateur 406
Prendre garde 208
Preſcher 406
Preſent 584
faire un preſent 583
Prêtre 1462
Prevoir 1415
Prier 1281. 1457
Prier DIEU 1281
Priere 1282
Prince 1415
Printemps 1745
Priſon 337
Promener 119
Promettre 1422
Proteger 1425
Protection 510
Prouver 1421
Providence 1426
Prudence 1430
Prudent 1429
Punir 1441
Purgatoire 1442
Puiſſance 1412
Putain 1175

R.

Raconter 1226
Recommander 400
Refuſer 515
Refuter 1447
Réjouir 774
Religieux 1449
Ordre Religieux 1448
Religion 707. 1447
Rendre graces 792
Renommée 679
Repos 1444
Repoſer Ibid.
Riche 552
Richeſſes 555
Rompre 749
Roſſignol 1385
Roy 1453
Roy de France 771

S.

Sage 1421. 1476
Sageſſe 1478
Saint 1471
Sainteté 1470
Saluer 1469
Sanglier 171
Santé

Santé 461. 1474
en bon santé 1475
Savoir 1485
Science 1483
Sedition 1490
Seduire 1493
Sermon 405
Servir 1501
Seureté 1489
Silence 1504
Sobrieté 1508
Soif 1507
Soin 489. 492
avoir soin 489
Soir 1590
Soldat 1180
Soleil 1511
Solitude 1516
Sommoil 1520
Souffrir 1337
Souhaiter 515
Soulier 311
Soupçon 1550
Soupçonner 1548
Souper 386
Souvrnir 1445

T.

Tempeste 1552
Temple 1555
Temps 1557
Tentation 1561
Teste 336
Tomber 301
Tonnere 1567
Travail 1027
Travailler 1032
Triste 1571
Tromper 677
Tromperie 754
Tuer 1269

V.

Vanité 1579
Vanterie 880
Venger 1614
Vent 1582
Ver à soye 295
Verité 1586
Vers 338
Vertu 68. 1604
Vertueux 1601
Vice 1612
Vicieux 1496
Veille femme 169
Vieillesse 1494
Vieux 1496
Vierge 1597
Ville 375
Vin 1594
Visage 675

Digitized by Google

Vite 358
Vitieux 1610
Union 419
Voir 1591
Voler 763
Voleur 760
Volonté 1616
Volupté 1785
Voluptueux 1789
Voyage 1422
Util 1790

Y.

Yvre 594
Yvreſſe 590

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google